... de tractat. misterium incarnationis et de misterio crucis — 49/50
Lex legum et omnium potissima que est — 51
Nisi gratia frumenti expenditur iste locus — 52/4
Rr. hominum nec ad perfectionem sed et ad esse universi pertinet / brutorum rr. minime — 54
Infernus ut potest considerari: ut perpetua agonizatio — 57
Pau. in raptu erat in ignorantia doctrina quam prius scivit — 58
Quanta virtus fidei vivere sine charitate mortua et penitus non fides — 59
In hoc quod deum in testem vocamus: et deus scit divinus / et in thesauro invento et abscondito ut sic maneat: doctam ignorantiam commendamus: et nos ignorare et pauperes esse confitemur / longeve consuetudinis quanta vis — 64
Legitur b. abrv. in litaniis posuisse: a dialecticis libera nos domine — 70
Cum species rerum sint sicut numeri: unitas absoluta que non est numerus nullius speciei est nec nominis nec figure / vis questio de deo inepta quia presupponit deum — 79
Deus intelligentia. anima corpus: 1. 10. 100. 1000 / punctus: linea: superficies: corpus — 80/81
Obedire usque ad mortem: hoc est intrare vitam — 529
Quod uni ex minimis meis quicquid Jesus sua passione meruit: illi meruerunt qui unum sunt cum eo fuerunt graduum divina — 51
Cum intellectus naturaliter scire desiderat: non tamen quiditatem dei quia impossibile hoc — 306
Non gaudet nec utitur thesauro: in alieno agro existente: qui invenit non vendit omnia — 141

30

29. a 4. 1.

26 — 3 — 10

Biblioteca Universitaria GRANADA
Sala 13
Estante 25
Tabla
Número 7

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA
Sala: A
Estante 43
Número 134

Nº

2 400 40 Salta MADE IN SPAIN

http://www.obrascatolicas.com

Del Colegio de la Compª de Jesus de Granada
R. 2285

D. NICOLAI DE CVSA CARDI-

nalis, vtriusque Iuris Doctoris, in omniqúe Philosophia incompara-bilis viri

OPERA.

In quibus THEOLOGIAE mysteria plurima, sine spiritu Dei inaccessa, iam aliquot seculis uelata & neglecta reuelantur. Præterea nullus locorum communium THEOLOGIAE non tractatur.

ITEM

In PHILOSOPHIA præsertim in MATHEMATICIS, difficultates multæ, quas ante hunc autorem (ceu humanæ mentis captum excedentes) nemo prorsus aggredi fuit ausus, explicantur & demonstrantur.

POSTREMO

Ex utroq; Iure de maximis Ciuilibus & Ecclesiasticis rebus consilia & responsa dantur: Et inextricabiles causæ deciduntur.

Librorum Catalogum uersa pagina indicabit.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Cum Priuilegio Cæs. Maiest.

BASILEÆ
EX OFFICINA HENRICPE-TRINA. 1565

http://www.obrascatolicas.com

i 1197092X

Nicolai de Cusa Cardinalis viri in omnium artium & scientiarum maiorum quoq; facultatum cognitione celeberrimi, Opera in tres Tomos digesta: in quorum Tomis continentur.

TOMVS I.

1 De Docta Ignorantia lib. 3. fol. 1
2 Apologia doctæ ignorantiæ. 63
3 De coniecturis lib. 2. 75
4 De filiatione Dei. 119
5 De genesi. 127
6 Idiotæ lib. 4. 137
7 De uisione Dei. 181
8 De ludo globi lib. 2. 208
9 De fortuna. 223
10 Compendium, directio unitatis. 239
11 De Possest. 249
12 De Beryllo. 267
13 De dato Patris luminum. 284
14 De quærendo Deum. 291
15 De uenatione sapientiæ 298
16 De apice Theoriæ. 332
17 De Deo abscondito. 336

TOMVS II.

1 De Annunciatione. fol. 343
2 Excitationum lib. 10. 349
3 De Aequalitate. 364
4 De Catholica concordantia. 692
5 Epistolarum lib. 828
6 De Pace fidei. 868
7 Cribrationum Alchorani. 879
8 De nouissimo die. 932

TOMVS III.

1 De Geometricis trãsmutationib. 939
2 De Arithmeticis complementis. 991
3 De Mathematicis complemẽtis 1005
4 De Quadratura circuli. 1091
5 De sinibus & cordis. 1095
6 De una recti curuiq; mensura. 1101
7 Complementum Theologicum 1107
8 De Mathematica perfectione. 1120
9 Reparatio Calendarij. 1157
10 Correctio Tab. Alphonsi. 1168
11 Et alia quædam in fine ex Gaurico in Cusam adiecta.

Præterea in principio libri authoritates sacræ scripturæ quas Nicolaus de Cusa in diuersis suis Libris diligentissimè citat & explicat, collectæ secundùm ordinem librorum Bibliæ, ut ex ijs Euangeliorum dominicalium & Epistolarum explicationem reperire facillimè possis.

Magnifico D. Rectori vniuersæque Regentiæ florentiss. Basilienſis Academiæ, uiris pijs, in omniq; scientiarum genere præstantissimis, Typographus S.

ANTEA, doctissimi prudentissimiq; uiri, aliâs sæpe, potissimũ uerò hoc anno, non solum ex uobis nonnulli, sed multi alij docti pijq; uiri, Germani, Galli, Itali, Hispani, Anglí & Poloni, auidè hæc, quæ hîc habetis, Opera de Cusa percupientes, me uehementer rogarunt, ut per me impressa in plurimorum manus peruenirent. Vos enim & alij prudentia & sapientia insignes uiri, speratis ex hoc autore plurimũ ad pacem concordiamq; Ecclesiæ & ad philosophiæ studia utilitatis peruenturum, si infelices partes ex horũ lectione monitæ doctæq; (relictis contentionibus & quæstionibus, nihil ædificantibus, sed lites & discordias serentibus) se ad Christiformem uitæ probitatem & doctrinam contulerint. Et plerique pij sapientesq; uiri ex nationibus quæ adhuc Christianis reliquæ sunt, deplorantes & expendentes miserum & periculosum rerum statum, iudicãt, & nimium rectè iudicant, de ecclesia & imperio Christiano esse (quod Deus auertat) actum, nisi huius sapientissimi & sanctissimi uiri saluberrimas rationes & consilia (quæ ante CXL. annos principibus præscripsit, quo tempore uerus uates multa quæ interea acciderunt præuidit & prædixit) necessaria ad omnino necessariam reformationem, sequantur Imperator, reges, principes & omnes magistratus. Et Pontifices prælatiq; ecclesiarum non modo sequantur & admittant saluberrima hæc consilia, sed etiam omnes in potestate constitutos obsecrẽt, increpent, doceant, admoneant, et omnibus modis adhortentur, instent opportunè & importunè, ut fiat fiat. Videmus enim res Christianorum à temporibus multis in peius lapsas, labi & minari ruinam. Vtinam huius ueri uatis tempore quo data sunt iam olim, consilia ad necessariam reformationem ecclesiasticorum & aliorum principum uniuersæq; Ecclesiæ pertinentia secuti fuissent, in has difficultates, miserrimas discordias, & rerum omnium confusionem uentum nunquam fuisset. Sed ne uidear tanti emolumẽti opera, tantumq; autorem ob aliam causam ex affectuue tantopere prædicare, præstare existimaui integerrimi magnoq; iudicio præditi uiri Iacobi Fabri Stapul. de dotibus Cusæ testimonium & iudicium audire, omittentes aliorum doctorum uirorum præconia & testimonia de eius prestantia, hoc locupletissimo teste contenti. Dicit igitur Stapul. Fuit Nicolaus de Cusa uitiorum omnium hostis acerrimus atq; publicus inimicus, fastus, auaritiæ, & ambitionis tostus aduersarius, honestorum laborum in decliui etiam senecta patientissimus.

http://www.obrascatolicas.com

mus. Theologiæ Christianæ summus interpres, cœlestisq; arcani antistes sapientissimus. Huius uiri plurima extant opera diuina potius quàm humana. Fuit eloquentia non tàm forensi quàm Christiana, affectata nusquàm, nusquàm tumens, aut insolenter loquentem efferens, sed simplex infucataq;, nunquam modestiæ terminos excedens. Talis fuit Cusæ dicendi character in quo potius intelligentia quàm sermonis flos requiri debeat. Quanquàm nec deest sermonis flos atq; gratia, & magis theologo sancto su permundanoq; philosopho accommodus quàm seculari uiro, Theatraliq; pompæ dedito. Mathematicas disciplinas nemo profundius penetrauit, & illa attingere tentauit in quorum perquisitione nullus maiorum non succubuit, quæq; ante omne æuum latuerunt, maxima sacræ Matheseos mysteria aperuit. Fuit huic uiro, de Cusa, diuino diuinorum summo interpreti incomparabilis cognitio ueræ illius intellectualis & spiritualis Theologiæ, quæ in pace & silentio ueritatem, sanam Christi doctrinam, indagat & docet, uitæq; exemplo ueritati testimonium perhibet, fuit autem alienissimus ab illa Theologia, cauponaria & ambitiosa, quæ sua, non quæ Christi sunt, quærit, & in multiloquio perstrepit, obscuritatibusq; & opinionum dissidijs inuoluitur, &c. Nulla autem Theologia magis iuuamur ad sacra & ad ea et dicta eorum qui augustius & sublimius de Deo philosophati sunt, conquirenda, quàm hac de Cusa eminentissimi Theologi & iureconsulti, &c. Hæc de nostro hoc autore grauissimus testis & incorruptissimus iudex Faber Stapul. Nos igitur intelligentes & sperantes cum tot doctis & bonis uiris, Hos Libros tãtum salutis (si Deus misericors, omnium bonorum autor, efficax in lectorum animis fuerit) reipub. ciuili, ecclesiasticæ & scholasticæ doctrinæ & disciplinæ allaturos, efflagitãtibus enixè plurimis pijs uiris, nostrum officium negare nõ potuimus. Vt igitur hæc opera per doctos uiros in ordinem redacta & emendata in officina nostra excuderentur curauimus. Paucula quædam, ut uidentur, apocrypha abijcere noluimus, quia ualde pauca sunt. Porrò uestram ornatissimam locupletissimamq; bibliothecam (erga quam affectus sum quemadmodũ erga liberos indulgens pater) his uoluminibus ornare uolui. Boni consulite, ualeteq; in Domino, ex officina nostra anno

M. D. LXV. mense August.

Vester H. P.

INDEX OMNIVM
eorum quæ in Operibus Nicolai de Cusa Cardinalis continentur.

A
Aron 760
Abbas Ioachim pag. 743
abdalla 884
abdia 884
abelis oblatio 519
abnegatio quid 631
abrahami circumcisio 923
abrahæ fides, non circumcisio iustificat 926
abrahæ filij soli Christiani 926
abrahę historia 883.922
abrahæ lex 922
abrahæ & Dei pactum 925
abrahæ promissio 883
abraham omnes antecessit qui in Græcia scripserunt 603
abraham quomodo à Deo tentatus & probatus sit 923
abrahã quomodo uiderit Christum 488
abrahamo quando & quomodo Dominus apparuerit 923
abrogatio per non usum introduci potest 739
absalonis pulchritudo 45.345
absoluti maximi similitudo 27
absolutũ contracto recipit 286
absolutum in contracto 225
abstinentia à sacramento uini & panis, sanitati sępe plus potest conferre quàm manducatio 831
abstractio ens rationis 30
abstractorum ueritas 633
abstracta sunt firmissima 8
abundare et penuriã pati idem Christiano 467
abusus malus 481
accepit Iesus panes &c. expositum 513
acediosi 651
accidens substantia occasionata 25
accidentia in substantia 225
accidentis & substantiæ mensura 14
accidentis esse 27
accidentia quomodo mẽs nostra faciat 165
actio Christi omnis est nostra instructio 602
actiuitatis summę Deus est 359
acolytalis ordo 702
actualis infinitas 195
actualis existentia unde procedat 260
actualitas 14
actualitas infinita 24
actus finis est potentiæ 29
actu esse seipsum facere nihil potest 34
actu existens omne in Deo est 29
actus omnium est maximũ 18
actuũ principiũ uoluntas 575
actu res corporales splendescere 241
acus nauigantibus uiam ostendens 566
adamas qualis lapis 567
adam animalis 202
adam homo dictus 131
adã noui & ueteris natura 202
adam quare peccare permiserit Deus? 523
adam rex brutorum animalium 931
adam spiritualis 202
adam uiuit in omnibus posteris 627
adam uitis naturę corruptę 521
adæ & Christi similitudo declaratur 883
adæ præsumptio 598
adæ primi parentis lingua 241
adelberti archiepiscopi Mediolanensis liber de mysterijs baptismatis 844
adolescentia domanda est laboribus 405
adolescentes qui laudãdi 405
adolescentum educatio 451
adoptio est gratia 470
adoptionis participatio 120
adoptionis spiritus à patre procedit 530
adoptiui filij quomodo cognoscant patrem 470
adriel angelus mortis 906
adriani Papæ legati ad regem Galliæ 781
adriani primi epistolæ ad Carolum 784
adrianus rex Francię 783
admiratio est omnis plenitudinis finis 641
admiratio excitat nos 465
admirari diuina non scire possumus 43
admiratio stimulus 148
administrationum diuisio 585
admissio ad regnum 530
aduentus Christi quadruplex pag. 423
aduentus spiritus 673
aduersitas & pressura in mundo 671
adulteri 639
adulteris cõmunio negata 758
ægyptij Mahumet propheta habuerunt 912
ęgyptiacorum nefanda, de fortunio & infortunio, casualibus &c. 392
æmulatio carnis 555
ænigmata uaria 272
ænigmatica scientia 268
ęqualitas motu regularis 1040
aër est ante terram 331
aër corpus est 580
aër corpus est spiritus sensitiui 248
aër corruptus corrumpit corpus 545
aëris differentiæ 248
aërem ex aqua fieri 305
ἄφεσις 858
aërem non uidet uisus 244
aër quomodo possit ponderari 176
aër nobilitatur radijs solaribus 545

http://www.obrascatolicas.com

»» mus. Theologiæ Christianæ summus interpres, cœlestisq; arcani antistes
»» sapientissimus. Huius uiri plurima extant opera diuina potius quàm hu-
»» mana. Fuit eloquentia non tàm forensi quàm Christiana, affectata nus-
»» quàm, nusquàm tumens, aut insolenter loquentem efferens, sed simplex in-
»» fucataq;, nunquam modestiæ terminos excedens. Talis fuit Cusæ dicendi
»» character in quo potius intelligentia quàm sermonis flos requiri debeat.
»» Quanquàm nec deest sermonis flos atq; gratia, & magis theologo sancto su
»» permundanoq; philosopho accommodus quàm seculari uiro, Theatraliq;
»» pompæ dedito. Mathematicas disciplinas nemo profundius penetrauit,
»» & illa attingere tentauit in quorum perquisitione nullus maiorum non suc-
»» cubuit, quæq; ante omne æuum latuerunt, maxima sacræ Matheseos myste
»» ria aperuit. Fuit huic uiro, de Cusa, diuino diuinorum summo interpreti
»» incomparabilis cognitio ueræ illius intellectualis & spiritualis Theologię,
»» quæ in pace & silentio ueritatem, sanam Christi doctrinam, indagat & do-
»» cet, uitæq; exemplo ueritati testimonium perhibet, fuit autem alienissimus
»» ab illa Theologia, cauponaria & ambitiosa, quæ sua, non quæ Christi
»» sunt, quærit, & in multiloquio perstrepit, obscuritatibusq; & opinionum
»» dissidijs inuoluitur, &c. Nulla autem Theologia magis iuuamur ad sacra
»» adyta et dicta eorum qui augustius & sublimius de Deo philosophati sunt,
»» conquirenda, quàm hac de Cusa eminentissimi Theologi & iureconsul-
»» ti, &c. Hæc de nostro hoc autore grauissimus testis & incorruptissimus iu
dex Faber Stapul. Nos igitur intelligentes & sperantes cum tot doctis &
bonis uiris, Hos Libros tãtum salutis (si Deus misericors, omnium bono-
rum autor, efficax in lectorum animis fuerit) reipub. ciuili, ecclesiasticæ &
scholasticæ doctrinæ & disciplinæ allaturos, efflagitãtibus enixè plurimis
pijs uiris, nostrum officium negare nõ potuimus. Vt igitur hæc opera per
doctos uiros in ordinem redacta & emendata in officina nostra excuderen
tur curauimus. Paucula quædam, ut uidentur, apocrypha abijcere nolui-
mus, quia ualde pauca sunt. Porrò uestram ornatissimam locupletissi-
mamq; bibliothecam (erga quam affectus sum quemadmodũ erga liberos
indulgens pater) his uoluminibus ornare uolui. Boni consulite,
ualeteq; in Domino, ex officina nostra anno
M. D. LXV. mense August.

Vester H. P.

INDEX OMNIVM
eorum quæ in Operibus Nicolai de Cusa Cardinalis continentur.

A
Aron 760
Abbas Ioachim pag. 743
abdalla 884
abdia 884
abelis oblatio 519
abnegatio quid 631
abrahami circumcisio 923
abrahæ fides, non circumcisio iustificat 926
abrahæ filij soli Christiani 926
abrahę historia 883.922
abrahæ lex 922
abrahæ & Dei pactum 925
abrahæ promissio 883
abraham omnes anteceſsit qui in Græcia scripserunt 603
abraham quomodo à Deo tentatus & probatus sit 923
abrahã quomodo uiderit Christum 488
abrahamo quando & quomodo Dominus apparuerit 923
abrogatio per non usum introduci potest 739
absalonis pulchritudo 45.345
absoluti maximi similitudo 27
absolutũ contracto recipit 286
absolutum in contracto 225
abstinentia à sacramento uini & panis, sanitati sępe plus potest conferre quàm manducatio 831
abstractio ens rationis 30
abstractorum ueritas 633
abstracta sunt firmissima 8
abundare et penuriã pati idem Christiano 467
abusus malus 481
accepit Iesus panes &c. expositum 513
acediosi 651
accidens substantia occasionata 25
accidentia in substantia 225
accidentis & substantiæ mensura 14
accidentis esse 27
accidentia quomodo mẽs nostra faciat 165
actio Christi omnis est nostra instructio 602
actiuitatis summę Deus est 359
acolytalis ordo 702
actualis infinitas 195
actualis existentia unde procedat 260
actualitas 14
actualitas infinita 24
actus finis est potentiæ 29
actu esse seipsum facere nihil potest 34
actu existens omne in Deo est 29
actus omnium est maximũ 18
actuũ principiũ uoluntas 575
actu res corporales splendescere 241
acus nauigantibus uiam ostendens 566
adamas qualis lapis 567
adam animalis 202
adam homo dictus 131
adã noui & ueteris natura 202
adam quare peccare permiserit Deus? 523
adam rex brutorum animalium 931
adam spiritualis 202
adam uiuit in omnibus posteris 627
adam uitis naturę corruptę 521
adæ & Christi similitudo declaratur 883
adæ præsumptio 598
adæ primi parentis lingua 241
adelberti archiepiscopi Mediolanensis liber de mysterijs baptismatis 844
adolescentia domanda est laboribus 405
adolescentes qui laudãdi 405
adolescentum educatio 451
adoptio est gratia 470
adoptionis participatio 120
adoptionis spiritus à patre procedit 530
adoptiui filij quomodo cognoscant patrem 470
adriel angelus mortis 906
adriani Papæ legati ad regem Galliæ 781
adriani primi epistolæ ad Carolum 784
adrianus rex Francię 783
admiratio est omnis plenitudinis finis 641
admiratio excitat nos 465
admirari diuina non scire possumus 43
admiratio stimulus 148
administrationum diuisio 585
admisio ad regnum 530
aduentus Christi quadruplex pag. 423
aduentus spiritus 673
aduersitas & pressura in mundo 671
adulteri 639
adulteris cõmunio negata 758
ægyptij Mahumet propheta habuerunt 912
ęgyptiacorum nefanda, de fortunio & infortunio, casualibus &c. 392
æmulatio carnis 553
ænigmata uaria 272
ænigmatica scientia 268
ęqualitas motų regularis 1040
aër est ante terram 331
aër corpus est 580
aër corpus est spiritus sensitiui 248
aër corruptus corrumpit corpus 545
aëris differentiæ 248
aërem ex aqua fieri 305
ἄφεσις 858
aërem non uidet usus 244
aër quomodo possit ponderari 176
aër nobilitatur radijs solaribus 545

http://www.obrascatolicas.com

aëris pondus 176
aër quomodo uenlat in notitiam sensitiuam 244
aërem spiritus uiuificat 248
aëris utilitas 448
aër uiuus 248
ætas hominis 111
æternitas Deus gloriosus creaturæ per prædicamenta significantur 253
æternales res nõ sũt in loco 171
æternitas principatiuè recepta 287
æternitas absoluta 104
æternitatis imago 212.171
æterna inuisibilia 250
æternum 5
æterna plura esse nõ possunt 6
æterna tẽporalib. p̃ponenda 51
α & ω principiũ & finis in quo coincidant 492
æternitas est possest 255
æternitatis contractio in durationem 287
æternitas principiati 351
æterna plura esse nõ possũt 26
æternitas Deo patri soli attribuitur 21
æternitas una sunt unitas, æqualitas & connexio 901
æternitatis similitudo est anima 368
æther 248
ætheris etymon 509
æqualitas 5
æqualitatis campus 316
æqualitas entitatis 6
æqualitas est quies 372
æqualitas actu impossibilis 22
æqualitas ante omnem pluralitatem est 901
æq̃litas est ipsa formalitas 466
æqualitas gradualis 3
æqualitas genita 372
æqualitas generans 371
æqualitatis ratio in omnibus lucet 372
æqualitas precisa soli Deo cõuenit 22
æqualitatis præcisio impossibilis in finitis 84
æqualitas procedens 372
æqualitatis nihil est expers 372
æqualitas natura præcedit inæqualitatem 5
æqualitas in ueritate 247
æqualitas imaginabilis 247
æqualitas maxima 13
æqualitas summa 655
æqualitas quã latè pateat 248
æqualitatis splendor 247
æqualitate sublata nihil subsistit 373
æqualitatis tres hypostases 372
æquianguli ex trigono 969
affirmatiuè & negatiuè ad Deum ascendimus 468
affirmationes de Deo sunt insufficientes 22
affirmationes incompactæ 19
afflictiones animæ intellectiuę à corpore solutæ 214
africorum concilium 711
africæ legati 720
afrorum religio 912
afrorum reconciliatio 732
agar Aegyptia 923
agatho ad Constant. Imp. 713
agathonis synodica epist. 713
agens omne naturam trinam participat 134
agelli pauperis diuitiæ 290
ager dominicus 141. 576
agnellus episcopus Ferent. 722
agni paschalis sacrificium 521
agnus paschalis quomodo edi debeat 409
agnus in cruce leuatur, exponitur 598
agrippinę cõcil. celebratũ 790
alberici bellum 784
albertus comes Palatinus, & dux Bauariæ 224
albertus Mag. super Matth. 16. caput 693
albericus Romam cepit 784
alchoran animam & spiritum pro eodem accipit 895
alchoran Christũ extollit 896
alchoran deridetur à philosophis 898
alchoran Deum non esse autorem 882
alchoran Deus minor omnibus rebus 883
alchoran diu post mortẽ Christi compositus 905
alchoran lex non est lex Abrahæ 883
alchoran liber unde nominatus sit 883
alchoran liber plenus turpitudine 912
alchoran malè dicit, Abraham fuisse idololatram 883
alchoran mysteriũ crucis Christi ignorauit 905
alchoran non esse Dei dictamen ob elegantiam 888
alchoran nullum prophetam reiecit 902
alchoran omnib. blãditur 883
alchoran præsuppositum 886
alchoran ꝓpter Rythmos præcunctis Arabicis libris laudatur 886
alchoran quid de morte Christi senserit 904. 905
alchoran quid contineat secundũ iudiciũ perfectorũ 881. 885
alchoran quomodo Christum laudarit 882
alchorã quomodo intelligi debeat in quibusdam locis 896
alchorã quomodo legatur 884
alchoran repræhenditur 883
alchoran sacris scripturis contradicit 882
allegoricus scripturæ sẽsus 617
alexandri portæ 787
alexander de Hal 771
alexandrina sedes 708. 836
alexãdrię Marcus sedebat 709
alfurka 883
alietates sensibiles 82
alimentum quomodo conuertatur in naturam aliti 507. 103
alimentum cuiq; cõueniẽs 299
alipius ad Generosum 833
alipij epistola 705
alliorum pondus nõ idem 176
algazel in methaphysica de Deo quid dicat 67
almericus 711
alteritas 5.219
alteritatem unitas præcedit 26
alteritatem Deus non creat 219
alteritatis omnis ablatio 123
altitudo quid 598

aluminum pondus 176
amabile cum amante coincidunt in Deo 189
amandum quomodo sit 118
amans uerè Christum nihil timet perdere 464
amans Deum cognitus est ab eo 574
amoris gustus 141
amantes se, quales 651
amantis spiritus pax est amatus 437
amari à Deo 118
amare Christum quid sit 56
amari si uis ama 901
amari non potest quod nõ scitur 901
amari qui uult debet ei assimilari 487
amat Deus ut ametur 679
amantes Deũ ab eo amant 679
amati uisio pascit sensum amantis 508
amen 551 & 552
ambitio de sedib. in cõcilio 799
ambitiosos etiam in mortis articulo ad communionem admitti non debere 758.844
ambitio in sacerdotibus quomodo punita sit 844
ambitio in ministris ecclesiæ quomodo punita sit 758
ambitio Mahumetis 919
amblygonicũ triangulare 281
ambrosius ad Constantinum de fide 829
ambrosius de pœnitentia 698
ambros. epist. ad Sabinum 694
ambros. epist. ad Theoph. 740
ambrosius de dialectica 70
ambrosius Camaldulensis 66
ambulare coram Deo qd sit 535
ambulare oportet sanctos sicut Christus ambulauit 469
amicitia est æqualitas 372
amicitiæ morales 420
amicitia mundi est inimica pacis 455
amicorum usus in aduersitatibus 545
amor ad principatum necessarius est 778
amore ad Deum uenimus 437
amor amabilis 197
amor amans 197
amorem ordinatum uocat Apostolus, possidere uas suum in sanctificatione 575
amor Christus est 60
amoris uinculum inter animam & cõrpus 464
amorosa connexio 118
amor Dei 20.183.460
amor æternorum est studiosus 602
amoris æqualitas 902.372
amoris diuini essentia 901
amoris essentia simplicissima Deus est 198
amor fruitiuus 420
amor generantis & geniti 901
amor in omnibus reperit 901
amor in intellectualibus naturis 901
amor inordinatus 575
amore in cognitionẽ Dei peruenimus 589
amor est causa donationis 487
amor fortis est ut mors 544
amor inuisibilium 602
amoris natura, libertas 464
amor necessarius est ad hoc ut mundus subsistat 901
amoris nexu fœlicitatur intellectus 518
amor nunquam quiescit 464
amoris uinculatione quadam constringitur mundus 464
amoris uis mira 614
amor maximè naturale 318
amor motus ordinatè 559
amor mũdi excęcat amãtẽ 590
amor nexus est 512.901
amore nihil desiderabilius 589
amor uniens non est sine unitate 901
amor nõ est sine æqualitate 901
amorẽ ostendit obedientia 668
amor priuatus 806
amor quid faciat 7.461
amor quanto simplicior tanto perfectior 168
amor rectus 575
amor rei corporalis 504
amoris satietas est solus Deus 504
amor saluat 481
amor sensibilium 602
amoris seruitium 436
amore spiritus spiritui conglutinatur 574
amore sublato nihil subsistere potest 901
amor sui & mundi huius 312
amor temporaliũ uitiosus 602
amor trãsformat amantem in amatum 437.487
amor ubi, ibi oculus 183.595
amphilocus Phoci episc. 802
anacleti epist. apocryphæ 771
anacleti Pontificis epistola 734
anagogicus scripturæ sẽsus 617
anastasius Bibliothecarius Apostolicæ sedis 793
anastasius Papa 705
anathema ultimum 586
anatholius episcopus 721
anaxagoricæ ueritatis fundamentum 28
anaxagoras ab Aristotele & Platone repræhensus 283
anaxagoras primus uidit intellectuale principium 274
anaxagoras uniuersi administrationem quib. tribuerit 304
andoralba oppugnata à Turca 587
andreas episc. Hostiensis 721
andreas primus Christi discipulus 905
angelica natura 540
angelica Hierarchia 13. 24
angeli æterni 228
angeli habẽt spiritũ sanctũ 528
angeli hominum curam habent 422
angeli intellectibiles 170
angeli officiũ, illuminare 480
angeli præsunt ecclesijs & rebuspublicis 705
angeli sunt uirtutes Dei 604
angeli quomodo in resurrectione apparuerint 511
angeli rationales de tertio ordine 170
angeli uoluntatem diuinã intuentur 228
angeli intelligentiales 170
angeli spiritus quomodo Deum cõ

http://www.obrascatolicas.com

um cognoſcant 528
angelicum iudicium 699
angelorum caſus 231
angelorum cognitio, quia eſt, unde homini ſit 603
angelorum chori nouem 170
angelorum dignitas & officium 604
angelos eſſe præpoſitos hominibus 424
angelorum diſcretiones 228
angelorum fœcunditas 597
angelorum intelligentiæ 386
angelorum miniſteria 448
angelorum motus 592
angelorum nomina 434.604
angelorum ordines 228
angelorum ſalutarium rex 614
angelorum uictoria 605
angelorum uiſio 597
angelos prælatos ciuitatib.& nationibus,& regnis 703
angeli regũt ſecũdũ leges 604
angelinitas quomodo eſſendi formam recipiat 287
angelum eſſe qui mouet hominem 603
angelus humanus 110
angelus magni conſilij 440
angelus mortis 906
angelus non eſt ſimul in diuerſis locis 215
angelus uirtus Dei 422
anima 147
anima à creatore auerſa 596
animam compoſitã ex eodem & diuerſo 554
anima cõuerſa ad creaturã 596
anima conſtat ex eodem & diuerſo 215
anima damnata ut oculus uetus in tenebris 470
anima & ſpiritus p eodem 895
anima eſt in qualibet parte corporis 113
anima facit ſe ſimilitudinem rerum 215
animas deſcendere de galapia 170
anima humana ſpõſa nõ amat ſicut ſponſus eã diligit 112.606
anima mouet ſe æquiuocè 215
anima melius uidet incorpora lia quàm corporalia 234
anima mundi dicitur neceſsitas complexionis 168.217
animam nõ in corpore, ſed corpore potius eſſe in anima 607
anima noſtra eſt capax increatæ lucis 506
anima non poteſt occidi 907
animarum nutrix 33
anima inanimato 225
anima intellectiua uera notio eſt 367
animam intellectiuam pati 214
anima in corpore 503
anima in inferno qualis 504
animam modo ſeneſcere 489
animã non eſſe temporalẽ 488
anima rationalis plus ualet q̃ cœlum & terra 479.544
anima rationalis eſt creatrix notionalium 232
anima rationalis libera uult eſſe 215
anima rationalis quid q̃rat 234
anima rationalis ad Deũ creata 564
anima rationalis non pendet à temperamento corporis 215
anima rationalis quomodo ad tempus ſe habeat 232
anima fit ſancta uirtute diuina 454
anima ſine amore eſſe non poteſt 400
anima uiuificat per motũ 486
anima quid 113
anima quomodo educatur de potentia materiæ 743
anima quæ humilior hoc eſt magis capax excelſi Dei 505
anima quibus ſtudijs capacior gratiæ efficiatur 496
anima quæſe ad unum neceſſarium non conuerti, nunq̃ in pace erit 461
anima tolli quãdo dicatur 205
animæ humanæ quadruplex motus 606
anima uerbigena 497
anima uiuus numerus 554.555
anima uncta quanto gaudio ſentiat præſentiã Dei ſui 566
animatio 394
Animal non percipit ea quæ dei ſunt 50
At ſenſibile quomodo differat 104
animalium irrationalium rex fuit adam 931
animalia intellectualia 44
animalia non conueniunt omnia in numero ſpecierum exſignorum 245
animalium quatuor figura apud ezechielem 514
animalitatẽ tranſmiſit Adam in poſteros 495
animalium dotes 106
animalium induſtria 676
animalium in matrice habet ſi mul omnes partes 509
animalis homo ſub principe tenebrarum 863
animalis ſpecies 112
animalis uiui & mortui non idem eſt pondus 177
animalium motus 104
animalia à uegetabilibus differentia 104
animaliũ quælibet ſpecies habet ſuam perfectionem 204
animarum deformitates 594
animarum differentia 104
animatũ in Chriſto unitas 577
animarũ iuſtarum locus 606
animarum motus 592
animarum ſanctatum ſplendos 418
animatum in anima 225
animæ amplexus 509
animæ creatio 213
animæ deſponſatio in Chriſto 578
animæ diffinitio 541
animæ etymon 509
animæ fidelis potentia 485
animæ forma 81
animæ immortalitatis argumenta 232.488
animæ lumen 81
animæ operatio nõ ſubeſt tempori 489
animæ paſcuntur uerbo & exemplo 581
animæ peccatricis cæcitas & miſeria 595

animæ rationalis duæ potentiæ 672
animæ rationalis multiplicitas 578
animæ ſenſitiuæ uirtus 113
animæ ſupremæ 112
animæ quæ non eſt Chriſtiformis, damnatio 579
animæ uaria opera & functiones 367
animæ uires multiplices 214
animam in corpore eſſe ſimul in diuerſis locis 214
animi notionalis uirtus 367
animus Iouis 360
anni ab Adam ad Noë 934
anni à diluuio ad mortẽ Moyſi 934
anni à Moyſi morte uſque ad Chriſtum 934
anni diſpoſitio quomodo inueſtiganda 179
anni ſolares 516
anni Tharæ & Abrahæ 923
anni tẽpus põderari poteſt 178
anitij ſententia de primatu Papæ 702
anno 1700. poſt natiuitatem Chriſti expectandus nouiſsimus dies 934
annorum computatio de mundi fine & principio multum uariat 934
anshelmi quæſtio de Chriſti paſsione 9.418
antichriſtus eſt fons omnis malitiæ 392
antichriſti aduentus 705
antichriſtus beſtia 560
antichriſti imago 612
antichriſti ſathanicus ſpiritus cõcitabit perſecutionem 933
anthiochena ſedes 708.731
antipodes cœlum ſurſum habent 30
annunciationis feſtum uirginis Mariæ 343
annunciamus uobis uitam æternam, &c. exponitur 567
appatitionũ Dei differẽtię 288
appellatio ad futurũ aliud concilium 715
appellatio à Synodo ad Papã non admiſſa 728
appellare à quibus liceat 730
appetitus clauditur intra eſſe ſuum 656
appetitus excellentiæ 576
appetitus fertur in infinitũ 197
appetitus naturalis 101
appetitus accidentalis 101
appetitus noxius fræno coercendus 810
appetitus ſcientiæ 298
apperitum triſtis quædam ſenſatio præcedit 1
aphrica fertilis 815
aphricanus hiſtoricus 934
appiarius reſtitutus per Pont. Rom. contra ſentẽtiam Aphricani concilij 732
à plane 36
apocryphæ epiſtolæ 771
apocryphi libri 920
apol. templũ in Vaticano 632
apollinis ſpeculum 390
apoſtolicę epiſtolę paparũ 724
apoſtoli habuerũt cor unũ 524
apoſtoli in quibus ſignis acceperunt ſpiritum ſanctum 492
apoſtoli lapides fundamenti Eccleſiæ 727
apoſtoli Pauli raptus 199
apoſtatas priuãdos uiatro 844
apoſtatici ſpiritus 231
apoſtolicum officiũ exercere uolens qualis eſſe debeat 615
apoſt. ſucceſſores qui ſint 488
apoſtolatus Pauli uarius 637
apoſtolicæ ſedes 209
appręhendere non poſſumus diuina niſi prius appræhenſi fuerimus 258
appręhenſio uina 226
apum rex 471
apuleius de Deo Socratis 65
aquæ ante congelationem & poſt, uarium eſt pondus 178
aquam ante terram 331
aquã aſsimulari aię hũanæ 633
aqua aſsimilata ipſi poſſe fieri 305
aquæ benedictæ abuſus 391
aquæ commoditates 448
aquę feruẽtis experimenta 391
aquæ graues malæ 173
aquas non eſſe elemẽtares ſed elementatas 176
aquæ pondus ex tempore uanatur 173
aquam in lapides mutari 176
aqua intelligentiæ 657
aqua in ſua totalitate 530
aqua quid ſit in potentia 633
aquæ quæ meliores ſint 173
aqua ſine medio connectitur terræ 331
aqua ſpiritualis 65
aqua quæ uertit ferrum in cuprum 176
aquarum uiuentiũ puteus 776
aquã uitæ 590
aquę uiuę ſpũs cõparatus 530
aquæ uſus in hoc mundo 633
aquarum uariæ uirtutes ex põdere poſſunt cognoſci 176
aquilegienſis Synodus 713
aquiſgrani celebratũ conc. 790
aquilonaris eſt malignus ſpiritus 513
armiſpicum 390
arabs odoratus 815
arabes fateri trinitatẽm neceſſe eſt 903
arabes increduli 904
arabes legem Abrahæ perſequuntur & odiunt 883
arabes multi in hora mortis ſe Chriſtianos profitentur 885
arabes neceſſe eſt fateri trinitatem 883
arabia fœlix 787
arabicam linguam ſciuit Mahumet præterea nullam 886
arabum religio 912
aratoſia 787
arbitrium præſupponit intellectum 680
arbor ſolis 613
arbores quid prædicent 623
arcana conſcientiæ quando reuelentur 649
archetypus mundus 219
archiepiſcopi 701
archiflamines 701
archidiaconalis ordo 763
archimedis error 1006.1007
arcus minimi habitudo ad minimam chordam 1016

http://www.obrascatolicas.com

archimedis geometria 1004
architam propter philosophiã adijt Plato 631
arcus & chorda quam inter se habeant habitudinem 992
architectus primus qua regula uti debeat 744
arcuũ uires quo pacto cognoscendæ 177
area 1015
arelati conuentus 815
arenarum numerus quomodo possit cognosci 180
arelatensis episcopus 755
arelatense concilium secundũ extra urbẽ celebratũ 720.816
argentum, Aes 55
argenti pondus 174
argẽti tilui amicitia cũ auro 175
argentum uiuum domatur in igne, et cõmuni omnibus metallis coniungibile est 175
argenti uiui uis 470
argutiæ philosophorum 133
ariminense concilium 733
arietem mactare 655
aristoteles acutissimus discursor 276
aristot. ab autore notatus 8.283
aristoteles deceptus 305
aristotelis error 275
arithmetica 23
arithmetica complementa 991
arithmetica Deus usus est in mundi creatione 42
arithmeticæ habitudines 991
Arnestus archiepiscopus 855
arnoldus abbas Cisterc. 857
arnulphi bella 784
arrogantia expulit Adam ex Paradyso 515
armatura cœlestis 476
ars 107
ars creatiua absoluta 169
ars creatiua lætitiæ sempiternæ 283
ars creatiua complicãs omne creabile 234.477
ars æterna æterni intellectꝰ 477
ars essendi 134
ars imitando naturam assequi non potest 23.595
ars oĩs habet sua elementa 100
ars omnis artis cõplicatiua 134
ars pictoria 134
ars plena rationibus omniuentium 545
ars quõ ipsam augeat 606
artes humanæ imagines sunt diuinæ artis 149
artes naturæ signa sunt 245
artis & naturæ connexio 107
artes magicæ 637
artes omnes creatæ, quantùm possint 298
artes omnes fundantur in æqualitate 372
artes ratiocinandi 117
artes sensibiles 117
artes quibus Deus in creatione usus est 42
artes transmutationum 23
arteriæ continent corporalem spiritum 106
arteriarum spiritus 158
artis infinitę participatiões 430
artis oĩa formantis species 244
artis omnipotentis perfectissima idea 142
artifex diligit suum opus 487
artificialium finis 107
artium ordo 324
aruspiciũ in extis animaliũ 390
asbestus accensus nunquam extinguitur 670
ascensio 55
ascenditur de imperfecto ad perfectum 235
asellus presbyter 717
assertiones positiuæ sunt conjecturæ 88
assimilatio 129
assimilatiua uis quiescit in formatiua 158.473
astra omnia lucem accipiunt à sole 567
aserismorum damnatio 814
astronomia Deus usus est in creatione mundi 42
astronomica scientia 372
astrorũ iudicia certánè sint 22
astrorum lux potest cerni per immensum spacium 506
astronomorum error 38
astrolabium à quo inuentũ 232
astrologi cum suis imaginationibus fatui sunt 391
astrologica uanitas 390
astutia quorundã animaliũ 379
astulphus rex Longobard. 781
asuerus gessit typum regis regum 557
assumptus est in cœlum &c. explicatum 672
assyriorum rex primus 777
attentio unde 480
athanasius 71
athanasius Alexandrinus 732
atomus quid 162
atomorum infinitas 305
ἄτροπος 36
auaritia 638
auaritiã hypocritas arguit 549
auaritia radix est omnium malorum 405
auaritiæ motus quomodo corrigatur 688
auaritiæ species multæ 439
auaritiæ seruus 777
auari regni Dei non erunt participes 639
auaritiam detestatũ est concilium octauum 765
audientia libera omnib. in conciliis dari debet 714
auditus 109
auditus aerem nõ attingit 244
auditus delitiæ 293
auditus porta 245
auditus super audibilia 295
aues mactate 655
auicebron in libro fontis uitæ 271
auium uolatus uis quomodo cognoscenda 177
auicẽna fuit de lege Arabũ 912
augurium 390
augustini epistola ad Paulinum 852
augustinus 8
augustinus ad Esitium 833
augustinus ad Volusianum de sacramentis 700
augustinus contra epistolam Parmeniani 698
augustinus contra Rogatistas & Donatistas 851
augustinus cõtra Vincentium Rogatistam 833

augustinus de correctione Donatistarum 698
augustinus de nouissimo tempore 695
auro alio aliud est ponderosius 175
auro adhæret argentum uiuum 175
aurum 55
aurum ignitum 589
aurum solum in argento uiuo submergitur 175
aurum põderosius est alijs metallis 174
aurum Vngaricum 174
auri mineræ spiritus 206
auri perfectio 207
auri pondus 174
auri ualor 589
ausonius poẽta 777
augusta Rauracorum quãdo destructa sit 783
augustus renuit se dominũ nominari 689
autoritates administrantiũ 585
autoritatem studio cõferre 134
autoritati ratio alligata 116
autoritatis opinio 137
αὐθυπόστατον 349
azimũ panem consecrarũt 854
azora Eluael 886.893
azoras 883

B

BAbylon Roma 772
Babyloniæ princeps Sultanus 927
babylonica monarchia 772
babylonicum regnum 772
bahanes patricius 801.710
baldach 879
ballistarũ uires quomodo noscendæ 177
balsami liquor 586
basilea quãdo ædificata sit 783
basilicnse concilium 64
basileæ in concilio quid Bohemorum legati petierint 850
basileæ generalis cõuentus habitus 783
basilicnsis & Constantiensis conciliorũ cõstitutiones 748
basilicnsis concilij decreta 738
basilij Imp. in cõcilio orat. 805
basilius Imperator 783.713
basilius humillimus 689
baheira multa Mahumeti tradidit 918
baptismus Ioannis 563
baptizationis tempus 840
baptizari est manducare & bibere 859
barptolemeus theologiam mirificè intellexit 11
bauari 809
beati medium tenuerunt 498
beati mundo corde &c. expositum 392
beati qui audiunt uerbum Dei & custodiunt illud 474.512
beati qui habitãt in domo tua, expositum 610
beatitudo est quid sufficienti ptimum 392
beatitudinem esse bonum stabile 610
beatus omnis in Christo subsistit 103
beatorũ spirituũ notiones 170
beda super Ioannem 859
begardi 71
bella inter principes multa 784
bella quõ possint puideri 179
belli indictio 813
beli filius Ninus 777
beniamin 394
benedicta tu in mulieribus, expositum 480
benedictio fidelium 628
benedictiones omnes in Christo complicatæ 628
berengarij bellum 784
bernardus ad archiepiscopum Zozonensem 779
bernardus ad Mediolanenses scribit 849
beryllus 267
bestia humana 110
bestiæ character 612
bestias impelli à natura 216
bestialis naturæ homo 463
bestialitatis pronitas 495
bibliæ lib. omnes libros antecedunt 603
bitting 359
boẽg deus 359
boẽtius 8
boẽtij cõmentator de trinitate 71
bohemi 810
bohemi contra imagines 808
bohemos multis epistolis reuocare conatur ad ritum Romanæ ecclesiæ 837.838.&c.
bohemorũ nouæ petitiones à Basilicnsi concilio 850
bohemorum sententia de Eucharistia 758
bombardarum uis quomodo cognoscenda 177
bona omnia dici participatione unius boni 305
bona regni Dei communia sunt 516
bona ualde sunt omnia quæ Deus fecit 307
boni ratio 592
bonifacij octaui professio 750
bonifacij papæ epist. ad Rustĩ eum Narbonensem 730
bonif. archiep. Mogunt. 789
bonif. papa celebrauit cõcilium aduersus concubinarios 722
bonitas & sapientia in diuinis idem sunt 16
bonitas omnis à Dei bonitate fluit 361
bonosus episcopus 740
bonum commune excedit particulare 486
bonum est sũpsius diffusissimum 373
bonum est quod appetitur 902
bonum est communicatiuum sũpsius 487
bonum nullum purum extra Deum 545
bonum summum Deus est 358
bonum unum per se bonũ 305
bouillus Mathematicus 988
brauium fidelium 640
bruta non esse rationalia 216
burcard. episc. Vuormac. 789
burgundiones 809

C

CAecitas qd sit nemo scit nisi sciat quid sit uidere 470
cæsar quo loco sit comparatione ad Pontificem 780
calabriã olim fuisse de patrimonio

http://www.obrascatolicas.com

monio ſancti Petri 762
calcedonenſi concilio 714.708
calculatoria ars præciſione caret 22
calidum inſtrumentum animæ 486
calidum omne ab igne 571
caliditas abſoluta 273
califæ in Baldach 898
califa quioam Chriſtianus factus 898
caligo 186
caligo diuinus radius 70
calor inſtrumẽtum naturæ 132
caloris uitalis uires 590
caloris eſt attrahere 544
campaniam aliquãdo fuiſſe de patrimonio Petri 762
cãpi decẽ in quibus poſſumus inquirere ſapientiam 306
campus nexus 317
campus terminus 320
cana quid 632
cantus harmonicus 282
canon duplex 744
canones præferuntur decretalibus 747
canones à quibus ſtatui poſſint 723
canones eccleſiaſtici iuſti qui ſint 723
canonem eſſe debere regulam iudicantis 731
canones condere non dicitur papa 730
canonici quo pacto uiuere debeant 681
canonicus 412
canones cõciliorum tolli non poſſunt 752
canones propriè ſunt qui ab omnibus ſeruari debent 724
canones Niceni concilij inuiolabiles 745
canonibus obediendum potius quàm decretalibus 747
canonibus uires parit conſenſus & uſus 725
canones radices habere in naturali iure 731
canonicorum uita 608
canonum neglectus 821
canonum & decretorum differentia 731
canonum legibus ſe ſubmiſit Leo papa 745
cantandum Deo corde 768
capacitas figurarum 1113
capacitas oſtenſionis ſapientiæ 558
capita Eccleſiæ 709
capillorũ numerus poteſt poderari 180
capita primi libri de Catholica concordantia 684
capita lib. 2. de Catholica concordantia 685
capita tertij libri de Catholica concordantia 689
capuenſis Synodus 740
cardinales ex quibus conſtituendi 742
cardinales olim erant minores epiſcopis 742
cardinales unde dicti 710
cardinalis Pontifex 742
cardinalitas quid ſignificet 742
carentia 32
carne molles 104
carmania deſerta 787
carnales qui ſint 639
carnis concupiſcentia 412
carnis deſideria exuere 553
carnis uita eſt mors ſpũs 484
carnis priuium 391
carnis cura qualis debeat eſſe 553
carni inclinationi quomodo reſiſtendum 440
caroli Magni donatio 781
caroli Magni interrogatio de baptiſmate 844
caroli tempore de imaginibus in Francia eſt tractatum 711
caroli quarti aurea bulla 810
carthaginenſe ſextum Concilium 767
carthaginenſis prouincia 755
caſtellæ regis orator in comitijs Francofordienſibus 825
caſpij montes 787
caſpium mare 787
caſtitatis uotum non ſeruantibus communio negata 758
cathedra quid ſignificet 707
cathedra uera 706
cathedræ ueritas 703
catholica fides 385
catholicum 711
cauſam omnium perfectiſſimam cognoſcere 385
cauſa finalis duplex 582
cauſa uera uniuerſorum creatrix 133
cauſam primã trinam eſſe 582
cauſare eſt uidere Dei 188
cauſæ primæ poſſe 339
cauſa ſine qua nihil ſubſiſtere poteſt 497
cauſam omnia ſuam ſequuntur 22
cauſa omniũ Idẽ abſolutũ 130
cauſæ primæ non rectè neceſſitatẽ impoſuerunt quidã 289
cauſæ diſtinctæ 582
cauſatum à cauſa eſt 22
celius Symmachus epiſcopus Romanus 722
centrum quid ſit 38
centrum omnium Deus eſt 38
centrum maximæ ſphæræ 18
centrum mũdi non eſt terra 38
centrum infinitum 1109
centrum primum 89
centrum Zenith 39
centralis motus 226
centralior ordo angelorũ 228
centenaria unitas 77
cephas 771.728
cerebri motus 501
cerebro adhæret ratio ſpiritus 119
cerę pondus 178
cerinthus 859
chaos beatos & damnatos ſeparans 266
chaos confuſum 235
chaos mundum præceſſiſſe 33
chao proxima uirtus 235
chalcimica ſophiſtica opera 174. 23
chaldæi quomodo Deum nominent 359
cham inſipiẽter riſit nudatum patrem 776
chananæi uitia 654
charitas eſt uita fidei 507
charitas eſt uia ad ueram uitam 404

charitas

charitas eſt nexus quo Chriſtianus nectitur diuinæ immortalitati 568
charitas eſt ut lapis Gigis 590
charitas maxima in quo eſſe poſſit 60
charitas animam mouet 455
charitas facit animã capacem gratiæ 573
charitas facit ſitire 227
charitas poteſt nominari elixir diuinum 590
charitas eſt forma incorruptibilium uirtutum 674
charitas relucet in omnibus uirtutibus 674
charitas ſola ſanctos efficit 587
charitas deus eſt 56
charitas eſt uinculum perfectionis 403
charitas erga ſeipſum & proximum 420 & 431
charitas debet eſſe ad unum amatum 464
charitas conſeruat unitatem cum deo 416
charitas quid 387
charitas charitatis 371
charitas illuminãs & purgans pag. 500
charitas format uirtutes 607
charitas eſſẽtialis Deus eſt 901
charitas omnia ſuperat 598
charitas ad unionem cũ Deo altiſsimè aſcendit 598
charitas uiuificat omnem actũ ſtudioſum 573
charitas ordinata eſt in ſapientia 575
charitas operit peccata 590
charitas quõ augeri poſsit 61
charitas relucet in uirtutibus & eas purgat & ad ſe conuertit 589
charitas ſola diuidit inter filios Dei & perditionis 420
charitatis latitudo 508
charitatis motus uiuus 454
charitatis ſcientia 641
charitatis ordinatę nomina 515
charitatis infuſio 420
charitatis diuinæ umbræ 504
charitatis ardore iungitur animæ ſuæ 491
charitatis ſpiritus 256
charitatis ſpiritus ſignum eſt delectatio 670
charitatis eſca admirabiliſſima 449
charitatis gradus 420
charitatis uirtus ſine qua anima uitã habere nõ poteſt 455
charitatis gradus 60
charitatis filij 590
charitatem qui nõ habet, non uidebit 594
charitatem quinon habet non ſaluatur 420
charitatem habenti quid dominus promittat 488
charitatem in ſe habere 598
charitatem eſſe ſine ſpiritu ſancto eſt impoſſibile 493
charitate ſola Deo iungitur homo 420
charitate formatur ſpiritus 538
charitate formatam oportet eſſe ueram fidem 59
characterũ abuſus multiplex pag. 391
chariſmata uaria 578
chintillanus rex 792
chintillai tẽpore celebratum concilium Toletanum 755
chiromantia ad augurium pertinet 390
cholera augetur ex ira 429
chordę omnes qua uia notæ fiant 998
chordæ habitudo ad arcũ 992
chordæ minimæ habitudo ad minimum arcum 1016
chori angelorum primi ordinis tres 228
chororum 27 figura 90
chriſti ſpiritus in eccleſia 576
chriſti actio omnis noſtra eſt inſtructio 501
chriſti doctrina lux eſt 438
chriſti Eccleſię ſimilitudo 414
chriſtiformes ſunt ſancti comprehendentes 608.641
chriſtiformium uita 226
chriſti exemplum imitandum omnibus Chriſtianis 932
chriſti natiuitatis myſteriũ 884
chriſti tranſmigratio & aſſumptio 906
chriſti mort. cauſa in cruce 908
chriſti nõ ſunt in quibus Chriſti uoluntas non eſt 653
chriſti doctrina admiranda 425
chriſti mors à prophetis prædicta 905
chriſti ſermo omnis charitas eſt 436
chriſti cohæredes ſunt fideles omnes 931
chriſti & Adæ ſimilitudo declaratur 931
chriſti ſcientia 682
chriſti uiæ 65
chriſti opera quibus oſtendit ſe eſſe Meſſiam 920
chriſti charitas quanta 598
chriſti ueſtigia inſequi oportet fideles 442
chriſti regis noſtri pſtantia 502
chriſti uicarius eſt iperator 787
chriſti mediatio 639
chriſtum de uirgine natum qui credant 390
chriſti aduentus in nos 425
chriſti ſumusne an non, quomodo ſcire poſsimus 599
chriſti uictoria 467
chriſtiformes ſunt omnes hæredes dei 931
chriſtiformis anima defenditur contra malignum ſpiritum, unctione gratiæ 513
chriſti uiſio 394
chriſti mortis myſteria 664
chriſti transfiguratio 883
chriſti uita eſt forma exemplaris omniũ uiuentium 226
chriſti cultus & religio non uera quid mali adferat 650
chriſti uitam qui non habet non eſt chriſtianus 226
chriſti ſcientia 578
chriſti mortis fructus 883
chriſto conformes tantùm ſalui erunt 511 (459
chriſtianæ uitæ pars optima
chriſtianæ religionis tres ſtatus 546
chriſtianus uerus uincit mundum 539

chriſtianus

http://www.obrascatolicas.com

christianus in Christo est 574
christianus uiuens habet in se uitam Christi 226
christiani sunt filij Abrahę 883
christiani reges sunt 503
christiani nomine tantùm, statuis similes 651
christianum qui recipit, Christum recipit 60
christiani nomine tantum filij mortis sunt 463
christiani multi sub Turca occulti 885
christiani omnes unus homo sunt 578
christiani omnes debent hanc lectionẽ à Domino Iesu propositã: Discite à me, qa mitis sum et humilis &c. tenere 932
christiani ueri thesaurus Christus est 574
christiani lapidei 651
christiani quomodo sint corpus Christi 590
christiani in Christo circumcisi sunt 927
christiani numisma Christi sunt 607
christiani spũ Dei aguntur 576
christiani ueri qui sint 600
christiani quidam nomine, uentrem habent pro deo 651
christiano oĩa relinquẽda 466
christus unus in omnibus 60
christus quando formetur in nobis 660
christus est oĩs plenitudo 51
christus quomodo satisfecerit pro peccatis 51
christus complementum est creaturarum 528
christus Iesus est reuelatio patris 203
christus hæres est ex electione constituentis & merito constituti 930
christus animæ medicina qualis sit 651
christus altare & hostia 446
christus ut exẽplar p̃cesserit 932
christus est maxima ratio 55
christus centrum est omnium beatarum creaturarum 227
christus habitat in suis per fidem 59
christus sol⁹ ducit ad patrẽ 517
christus in fidelibus per fidem inhabitat 256
christus conclusio legis 915
christus in quem locum ascenderit 55
christus est manna absconditum 382
christus iudex uiuorũ & mortuorum 55
christus diuersis sacrificijs exprimitur 695
christus non potest satis amari 60
christus quare se nominauerit Filium & non Deum 882
Christus in ecclesia quomodo sit 600
christus lapis uiuus 376
christus omniũ dominus, rex & rector est 502
christus uia & ueritas 202
christus ostium uiuum 668
christus est plenitudo gratiæ 574
christus est absc̃ditus in Christianis 629
christus est ratio quæ illuminat 470
christus ipsius posse est perfectissima apparitio 337
christus primitiæ dormientium 53
christus in Isaac p̃figuratus 626
christus legatus Dei patris 537
christus solus partẽ ostẽdit 226
christus principium 349
christus ad iudicandum uenturus est ante annum post nativitatem suam 1732. 939
christus resurrex. expositũ 412
christus uitis gratiæ 521
christo difformes dãnabũt 511
christo accepti qui sint 773
christum regnum ex merito habere 647
christum esse dei nnncium dicit Alchoran 898
christum esse filium Dei, testimonium 647
christũ formari in fidelib. 454
christum iterum crucifigentes qui sint 635
christum in homine esse & hominem in Christo 467
christum quis uerẽ uideat 226
christum in se habere 598
christum in sacramento esse non localiter 522
christum qui sequitur mortificando carnẽ, erit cũ Christo in resurrectione 574
christum sequentes omnibus preferuntur 889
christum qui uideant 257
christum crucifixum & mortuum non credit Alchoran 903
christum esse dei filium clarè ostenditur 895
christum sequentes omnibus præferuntur 882
christum pati oportuit 418
christum esse adhuc uiuum in quodã loco amœnissimo credunt Turcæ 890
christũ induere oportet Christianum 574
christianorum uita est abscondita in Christo 629
christianorum una fides & spiritus 572
christianorum regnum ne diuisum sit cauendum est 821
christianorum spiritus 647
christianorum uita in Christo 528. & 529
christianorum gaudium quod nemo tollet ab eis 462
christiana seruitus 436
chrismationis tempus 640
chronica Mahumet 884. 9
cibus sapientia 141
cibus uitæ 61
cibus dei sumus 515
cibus uita intellectualis 247
cibus uitæ eruditio 445
cibus immortalis sapientia 299
cibus intellectualis est sapientia uera 535
cibus panis uitæ 531
cibus Christiformis 515
cibus animalium 240
cibo semp op⁹ est animali 486
cicero de natura deorum 21

circulus 3
circulus unitas 14
circulus isoperimetrus 99. 1016
circulus uitæ in cælo 248
circulus uerior semper potest dari 39
circulus infinitus 16
circulus quõ quadretur 970
circulus infinitus est forma formarum 1111
circulus infinitus omnem terminatam figuram in se complicat 1111
circulus isoperimeter est capacissimus 1012
circuli quatuor maximi sphærę, æquantur superficiei sphæræ 1047
circuli quadrat. difficilis 1004
circuli gloriæ 227
circuli in polygoniam resolutio 1065
circuli descriptio 1109
circuli isoperimetri capacitas 1113
circuli uis omnis in centro occultatur 234
circuli uarij quid figurent 235
circuli sector 983
circuli peripheria 1010
circuli capacitas 1011
circuli circumferentiæ habitudo ad diametrum 1006
circulum quadrare 1004
circulũ quadrare plurulasi 1061
circulum infinitum quidam dixerunt Deum esse 9
circulorum proportio 969
circulorum mysterium 224
circulos euocauit phia 7
circularis Theologia 17
circulari motu uiam seipsam mouet 216
circulari figura afficimur 1112
circularis curuæ lineæ in rectã resolutio 1004
circulatio perfecta 83
circumcisio signum pacti 535
circumcisio sine fide inutilis est 926
circumcisio octauo die præcepta 927
circũcisio quando instituta 923
circumcisus fuit Abrahã postquam iustificat. fide fuit 926
circumferentia infinita Deus est 38
circumferentia 16
circumferentiæ ad diametrum habitudo 146
circumferentiam mũdus non habet 38
cinis de cinere sumus 441
ciuilis uita que requirat 576
ciuitatis incolis quomodo uiuendum sit 608
claritas quid 666
clarissimi 806
claues discernendi 856
claues ligandi & soluendi habere ecclesiã uniuersalẽ 705
clemens papa de circumcisione 410
clemẽt. epist. ad D. Iacobũ 758
clemẽtis papæ sententia de primatu Rom. episcopi 701. 702
clementis papæ epistola ad Iacobum Apostolum 737
cleri nomine in Romana ecclesia qui intelligantur 752
clericus fornicator quomodo puniendus sit 790
clerici non debent se admiscere sæcularibus curis 765
clerici concubinarij 712
cletus post Linum 205
clima medium 174
coactiua potestas 774
cocleares formæ 150
cœlum specificum 135
cœlum clausum ibid.
cœlum secundum, tertium, & rationale 89
cœlum & terra transibunt uerba aũt mea non transibunt, expositum 496
cœlũ ab intelligẽtijs moueri 596
cœlum thronum esse regis uniuersorum 557
cœlum tertium in quod Apostolus raptus fuit 641
cœlum uisionis arcanorum Dei 639
cœlum intellectuale 89
cœlum se habet ut pater 596
cœli motus per mentem numeratur 178
cœli uirtutes in lapidibus 377
cœli partes oẽs mouentur 38
cœli uersio ad creatorem 135
cœli modi cognoscendi 267
cœli forma 422
cœli natura intellectualis uirtutes multæ 589
cœli dispositio præcisè scibilis non est 22
cœli motu omnia nasci 903
cœli enarrãtes gloriam Dei 55
cœli hymni sunt de laudibus Dei 312
cœli sunt regna mentis 582
cœlorum ordines nouem 605
cœlorum discretio 231
cœlorum uirtutes spiritu formatæ 134
cœlis in oratione dominica 550
cœlestia nõ mutãt colorẽ 302
cœlestia quare incorruptibilia sint 328
cœlestia spiritus appellarũt 299
cœlestiũ corporum ordo 324
cœna in Bethania 491
cœna æternæ fœlicitatis 181
cogi nemo debet ad fidem 918
cogitatio uirtus est animæ 215
cogitationes uidere est solius Dei 474
cognoscere est mensurare 284
cognoscere Dei quid sit 228
cognoscere Deum & diligere, in Deo unum sunt 436
cognoscere omnia quid sit 126
cognoscendi modi in signis querendi 240
cognoscentis & cogniti similitudo 510
cognitio Dei mystica 622
cognitio sui 116
cognitio fit p̃ similitudinẽ 248
cognitio intellectualis 48
cognitio fruitiua ultima 681
cognitio intuitiua 128
cognitio imperfectissima 116
cognitio matutina 410
cognitio fit similitudine 152
cognitio intellectualis delectabilissima est 450
cognitio est à Deo sicut uita 295

http://www.obrascatolicas.com

cognitio fœlicitãs & satiãs 622
cognitio simplicium quidditatum rerum 273
cognitionis Dei gradus 622
cognitiones uariæ 115
cognoscitiui moditas 267
cognitiuę potẽtiæ obiectũ 246
color quomodo sit uisibilis 114
color in suo principio est uisibilis 295
color sensibilis 294
color nisi luce iuuetur splẽdorem de se non mittit 241
coloris forma 286
coloris eiusdem quæ maneant 302
colores quid sint 240
coloris hypostasis 302
colores quomodo se habeant ad uisum 292
colorem nequit cæcus imaginari 241
colores hominum uarij 111
colores harmõicè habẽtes 282
colorũ uarietas in unitate 100
colorum regio 292
colorum uarietas unde exurgat 286
colorum & uisus habitudo 292
columba uolãs simplicitatem spiritussancti figurat 674
columna quadrupla quomodo in cubum reducatur 977
columnæ longæ in breuem & breuis in longam uersio 978
columnæ rotundæ in cubum mutatio 977
combinationes pulchræ 245
cometæ motus 38
comessationes uitandæ 451
communicare 758
communicare uix semel consueuerunt in anno laici 853
communicare non debet qui probat seipsum & indignum reperit 858
communicans dignè incorporatur Christo 578
communicandi ritus cum pane intincto 839
cõmunicatio sacramẽtalis 700
communicatio beatifica 420
cõmunicatio & excõmunicatio eundem finem habẽt 839
communicatio graduum 702
cõmunicatio diuersorum 646
comunicatio sanctorũ est 852
communicationis finis 839
communio est sacramentum pacis 854
communio negata fuit 757
communio pendet à consilio sacerdotis 855
communionem non esse de præcepto Christi 855
compræhendere est compræhendi 598
compræhensio sanctorum 597
cõpræhẽsio quib. cõtingat 641
cõplexiones hominũ uarię 111
cõplexionis necessitas 31.163
cõplicari omnia in possest 253
cõplicatio omniũ temporũ 26
complicatio uniuersi 30
complicationes & earum explicationes sunt diligenter aduertendæ 163
cõplicationes notionales 231
complicatiua uis 230
composita sunt ab eo quod antecedit omne cõpositum 339
computationes annorum uariæ 934
commessationes 553
concipere mentis 160
conceptus de Deo 258
cõceptus uerbum intellectuale 896
conceptus est assimilatio 506
conceptus facit peccatũ mentale 421
conceptus uirginalis quid nos doceat 455
cõceptus Dei substantialis 598
conceptus absolutus 144
conceptio 454
conceptio intellectualis sine magnitudine fieri nequit 282
concilium generale 711
concilium plenissimum 855
concilium plenarium 716
conciliũ Moguntiæ celeb. 790
concilium Capuense 740
concilium Lugdunense 836
conciliũ Papię celebratum 722
concilium Basilense satis declarat papam ab uniuersali concilio deponi posse 738
concilium Mileuitanum 755
concilium Sardicense 728
concil. Phocij numerosum 715
concilium sextum 761
concilium octauum 732
concilium octauum contra archiepiscoporum auaritiã 763
concilium proprium habẽt Papa & Patriarchæ 718
conciliũ indicere potest Imperator sine assensu Papæ 796
cõcilium debet esse omnibus liberum 713
concilium unde dicatur 711
concilium uniuersale an supra Papam sit 734
concilium conuocat Papa & Imperator 796
concilium celebrari potest, recusante Papa 712
cõcilia mẽbra substantialia 809
concilij apud Venetos modus 818
concilij primas Deus 724
concilij Chalcedon. gesta 799
cõcilij generalis cõstitutionis Papa contradicens non auditur 748
concilij iudicium infallabilius iudicio Papæ 740
concilia 756
concilia prouincialia 752
concilia particularia per uniuersalia corriguntur 716
cõcilia eccles. occidẽtalis 717
cõcilia uniuersalia prima quinque 745
concilia regni magni 754
concilia omnia promulgãt canones 711
concilia sacra debẽt à regibus uenerari 791
concilia uniuersalia Imperatores conuocant 793
concilia per Imperatores congregata 756
concilia quot fuerint ante Nicenum 717
cõcilia generalia sæpe etiã uniuersalia nominantur 717
conciliorũ modus pcedẽdi 716
conciliorum uniuersalium forma 721
conciliorum finis qualis debeat esse 754
conciliorum canones tolli nõ possunt absq; concilio 752
conciliorum uniuersalium magister spiritus sanctus 744
conciliorum autoritas nõ pendet à congregante 756
conciliorum Basilien sis & Cõstantien sis decreta 738
conciliorum rebus ex concordia dependet 733
conciliorum utilitas 752
conciliorum uniuersalium potestas 683
conciliorum essentialia 714
conciliabulum 712
conciliabulum Ephesinũ 716
conciliabulorum errores unde oriantur 715
concilijs subesse Papam 738
concionator nisi sit sanctus nihil efficit 634
concionatoris uocatio & officium 615
concionatores ueri, qui 548
cõcionatorem oportet esse ardentem in charitate 493
concionatores quomodo debeant esse affecti 488
cõcionatores ante nouissimũ diem uenturos in Heliæ spiritu 933
concionatores q boni sint 465
conclusio 490
concordans differentia 105
concordantia 96
concordantia quaternaria 96
concordantia à qua causa efficiente 692
concordantia symbolica 395
concordantia uaria 130
cõcordantia ecclesiastica quid sit 692
concordantia inexpressibilis in Deo 693
concordantia in concilijs necessaria 714
concordantiæ catholicę inquisitio 780
concordantiæ catholicæ libri tres 683
concordia est æqualitas 372
concordiam omnẽ esse in concilio 711
concordiæ unionisq; uinculũ charitas est 464
concupiscentia est tenebrosa fœditas 539
concupiscentia carnis 602
concupiscentia oculorum 412
concupiscẽtiæ modificatio 606
concupiscentię tria genera 631
cõcupiscẽtiæ diuinę amor 420
confessio uitam præstans 665
confessio Petri 739
confirmatio confirmationum omnium Deus est 557
configurationes spiritus 158
confluentiæ celebratum concilium 790
conformitas imitatiua in Christo 641
conformitas Christi est filiatio 670
confusio æterna 807
confusio ubi est, nemo tutus est 813
congregantis concilium autoritas 756
conica superficies 1034
conicæ superficies & infinitæ portiones 1038
conicum latus 1042
coniectura de nouissimo tempore 932
coniecturæ uerisimiles 103
coniecturæ sensibiles 103
coniecturæ intellectuales 103
coniecturarum origo 76
coniecturarum differentię 103
coniecturãtes differentes 103
coniugium 465
coniugalis uita 838
connexa 5
connexio indiuisibilis 268
connexio 7
cõnexio ab unitate procedit 6
connexio admiranda 29
connexio omnis graduatiua est 44
connexio amorosa 37
connexionis æterna processio 6
connexionis omni creaturauis 421
conradi regis regia insignia ad ducẽ Saxonię relata sunt 784
conrado rege mortuo defecit successio regum à Pipino & Carolo 784
conscientia 645
cõsciẽtia nostra arguit nos 427
conscientia testimonium 594
conscientia iudex noster 511
consecratæ res 391
consensus est de essentia matrimonij 766
consilij donum 420
considera quomodo istud est &c. explicatum 510
consideratio attenta 127
consideratio de Deo altissima 258
consideratio est uirtus aiæ 215
consonare omnia 129
cõstantinopolis captiuitas 587
constantinopolis noua Roma dicta 759
cõstantinopolitana sedes 708
constantinus Imperator Agathoni Papæ 710
constantinus fuit à Siluestro baptizatus 782
constãtinus tertius præses fuit in sexta Synodo 798
constantinus tertius conuocauit sextam Synodum 794
constantinus in Arrianam hæresim declinauit 782
constantini donatio nulla 781
constantini donatio 780
constantini epistola ad Agricolam 815
constantini donatio apocrypha 689
constantinæ urbis ad conuentus opportunitas 815
constantien sis concilij decretis probatur concilium esse supra papam 738
constantien sis concilij decreta 738
constitutio omnis debet fundari in iure naturali 730
constitutiones humanæ positiuæ, quæ & quos ligent 723

http://www.obrascatolicas.com

conſtitutiones 724
conſubſtantialitas eſt ſumma æqualitas 655
conſuetudo mala 634
conſuetudo inueterata quid poſſit 64
conſuetudo cum inualeſcit decreto derogat 840
conſules Romani 778
conſumatũ eſt,exponitur 578
conſumatio 578 et 579
conſumata omnia per Chriſtum 490
contemnere nemo debet alium 545
contemplatio ubi debeat inciperе 397
contemplationis gradus 460
contemplationi obſiſtit uoluptas carnis 549
contẽplationi neceſſaria 397
contẽplator quomodo pergat ad ſui & omnium cauſam 245
contemplator omnipotentis acceptus ualde 335
comtemplatiua uis in homine 392
contemplatiuæ uitæ opus eſt ſapientia 576
contemplatiuæ uitæ neceſſaria 397
contemplationes 553
contingentia in creatura 24
contradictoria in diuinis ſunt ueriſsima 202
contradictoria 68
contractionis gradus 30
contractio 28
contractum maximum 27
contractum in abſoluto 225
cõtractuum ſtipulationes 534
contracta omnia cõſiſtunt inter maximum & minimũ 44
contractæ naturæ idea 189
contrahibilitas 31
contrariorũ coincidentia 94
contrarietas in ſenſibili mundo 282
contritio de peccato unde oriatur 427
contritio 405
conuentus imperij plures debent eſſe 814
conuentus locus aptus Frãcofordiæ 815
conuerſio ſpiritus noſtri 56
conuerſio peccatoris ad Deum 543
cõuerſio ad Deũ fontẽ uitæ 533
coraïs in Arabia ciuitas 560
corazaim 560
corinthius à Paulo quare excommunicatus 839
coronam miſerum Romani Henrico quarto 783
coronatio imperio nihil addit 789
cor hominis quid 426
cor unum in multis firmitas eſt 472
cordis munditia 257
corda munda unde 620
cordis motus 501
cornelius papa 758
corpus eſt in anima 673
corpus uitæ gloriosæ 540
corpus regulare tot pyramides cõtinet quot baſes 986
corpus uerũ eſt ſine uita 214
corpus dei Chriſtus eſt 514
corpus in ſpiritu abſorptũ 57
corpus eſt ꝓpter ſpiritum 104
corpus Chriſti ſpirituale 580
corpus transferri in uitã 514
corpus ubi,ibi & ſanguis 853
corpus laboribus exercendum 451
corpus quomodo ſit dirigendum 421
corpus in anima 503
corpus ſpirituale 106
corporis noſtri ueritas erit in corpore Chriſti 60
corporis aſcendentis tres gradus 106
corporis temperamentum dependet ab anima 215
corporis eſſe, quid 336
corporis colligantia 568
corporis Chriſti myſtici unitas 445
corporis rebellio contra animam 362
corporis uiuificatio 113
corporis humani membrorũ diſpoſitio 323
corporis forma 81
corpora beatorũ ſuas habent menſuras 579
corpora glorificata 580
corporum diſtinctio 105
corporum differentia 104
corporum nutrix 33
corporum transmutatio 977
corporales res ſplendeſcunt actu 241
corporales tantũ creaturæ 361
corporalia ob quam cauſam ſint 138
corrector liber 853
corruptio quid 277
corruptio unde ſit 157
corruptio rerum in terra 41
mors quid ſit 41
corruptionis continuatio 102
corruptionẽ deus nõ creat 229
corruptibile per incorruptibilẽ eius ſpeciẽ intelligit 327
corruptiones unde 129
κόσμος quomõ exortus ſit 129
coſmographus homo 244
creare eſt eſſentiare 899
creare omnia in uerbo 20
creare ex gratia 627
creare eſt creari quid ſint apud Deum 192.24.250
creauit omnia ſimul Deus 558
creaſſe Deum omnia per ratiorem 676
creator Deus 19
creator quomodo uideri poſſit à creaturis 8
creator & creaturę maximum contractum 45
creator creatura unitur 49
creatura in creatis laudatur 312
creator omnipotens 110
creator quomodo ſit omnia explicans 26
creatoris dei manifeſtatio 282
creatoris cognitio eſt ſumma beatitudo 526
creatoris conceptus 595
creatores aſſimilatiui 500
creatura propria 275
creatura qđ à Deo habeat 24
creatura una 24
creatura ſuo eſſe contenta 25
creatura numerũ diuinæ mentis

eis aufugere non poteſt 168
creatura omnis eſt intentio uoluntatis omnipotentis 275
creatura omnis infinitas finitã 25
creatura perfecta omnis 25
creatura alia ab alia pendet 645
creatura noua Chriſtianus 453
creatura ſemper fuit in æternitate 287
creatura an ſit æterna 24 & 25
creatura ad creatorem quomodo ſe habeat 244
creatura quælibet ordinat ad operationem 485
creatura ſine Deo nihil eſt 27
creatura omnis in ſuo cœlo 135
creatura uniuerſum eſt 29
creatura intra Deum 24
creatura incipit à patre, à filio perficitur, à ſpiritu ſancto uniuerſali rerum ordini concordat 20
creatura omnis eſt aliquid cõtractè 290
creatura omnis in Deum ordinata eſt 361
creatura nihil eſt ſine ſapientia 478
creaturæ omnis ſimpliciſsimũ principium 276
creaturæ eſſe eſt abeſſe primi 24
creaturæ triplices à Deo fluunt 361
creaturæ omnes ſunt Deo curæ 182
creaturæ omnes habent ſuum eſſe ſpirituale in Deo 544
creaturæ ſunt interni uerbi oſtenſiones 244
creaturę uniuerſę inueſtigatio à priore 694
creaturæ, ut eſt ex ſe, conuenit nomen nihili 434
creaturæ initium quomodo ſimus 289
creaturæ hominis 232
creaturæ quomodo in Deo ſint 186
creaturarum perfectio in homine conſiſtit 361
creaturarum ſenſibilium homo finis eſt 124
creaturarum completio 431
creaturarum formę quomodo ſe ad Deum habeant 287
creaturarum uarietas & differentiæ 290
creatio ſpiritui oris aſsimilata 133
creatio oſtendit Deum omnipotentem 511
creationis finis 498
creationis exemplum 132
creata omnia naturaliter Deũ laudant 312
creata prima 328
creatiua uis 229
creandi uis in mente humana 232
creatiuæ artis participatio 234
creabilia oia ſimilitudo ſũt 270
creatrix rectitudo 112
credere ſibi homo non debet ſed cum ãlijs conferre 830
credere & non amare 447
credere eſt manducare & bibere 859
credere Chriſtum eſſe filium Dei, & in cruce mortuum eſt uera fides 885
credendum Deo quomodo ſit 383
credendum quid 617
credentes omnes habent ſpiritum qui teſtificatur 538
credentes renaſcuntur ſpiritu ſancto 439
credentes dirigit Deus 222
crimen læſæ maieſtatis 362
criſpum filium Conſtantinus occidit 782
crux cõtra crucem 523
crucis myſterium 50.905
crucis ſigni characteres 391
crucis Chriſti ſupremum myſterium 647
cruce gaudent uere fideles 607
cruciatus interminabilis 140
crucifixus reſurrexit 602
crucifixio eſt Chriſti glorificatio 883
crucifixum induere 395
crucifigẽtes denuò Chriſtũ 635
crucifigere corpus quid 602
cubus ex columna quadrupla 977
cubus omnis eſt columna 979
cubi duo inæquales quomodo ad unum reducantur 977
cubi in ſphæram transmutatio ibid.
cubicus numerus 30
cubos plures in unum quo pacto colligantur 977
cum omni militia cœleſtis exercitus, exponitur 556
cum uenerit paracletus, explicatur 530
cunicæ ſectiones 1039
cupido quare Dei nomen meretur 20
cupido quare natura ſit dictus 20
cupido filius Veneris 20
cupiditas lupina in pelle agnina 549
cupiditatis ſeruus 777
cuprei Chriſtiani 651
cupri mixtura in auro & argẽto quomodo ſciri poſsit 174
cuprum fieri ferrũ, uirtute quarundam aquarum 176
curam prouidentialem omnium habet Deus 681
curæ tẽporali non debent inuigilare metropolitani 762
curiæ Romanæ acceſsio pernitioſa 820
curuę ſuperficies ſectionũ 1039
curuitas non reperitur in infinito 136
curuitas infinita 12
curuitas 429
curui in rectum uerſio 940
curuitas non poteſt eſſe infinita 1112
curuitates uariæ 1039
cylindrica ſuperficies 1038
cylindricę ſectiones 1039
cylindrorum habitudo 1035
cyprianus de unitate eccl. 693
cyprianus ad Nouatianũ 701
cyprianus de aleatore 700
κύριος 358
cyrus rex quot annis Chriſtũ præceſſerit 934
cyrilli comment. in Ioan. 525

http://www.obrascatolicas.com

D

DAmasus papa ad Paulinum 743.712.725
damasus quibus temporibus fuerit 740
Δαίμονες unde dicti 65
damnatio non est ex Deo 438
damnatorum pœnæ 57
dãnati iniustè in Synodo quomodo p Papam restitui possint 732
danielis prophetia 934
datum patris luminum 284
dauid de Dynanto 73
debitores sumus &c. exponitur 549
decanatus in Ecclesia 703
decem præcepta pleraq; sunt iuris naturalis 535
decem capitula Moysè à Deo data 535
decor unde 594
decora Dei sunt omnia 311
decisiones iudiciales debent secundum canones fieri 731
decretales 731
decretalibus canones præferuntur 747
defectus 337
definitio quid sit 246
definitio scire facit 308
deus humaniter 109
deus est absconditus ab oculis omnium sapientum 234
deus quomodo humanã mentem creet 168
deus quare dicatur in loco 571
deus ubiq; præsens est 389
deus fœcunditas 901
deus est amor amans 197
deus ubi sit, nolentes indagare, quid fateri debeant 569
deus tempestiuè est inuocandus 423
deus semper uerbũ gignit 418
deus in omnib. nostris studijs quærendus 476
deus an in anima habitet quomodo possit sciri 505
deus est in creatura dupliciter 420
deus adest omnibus per essentiam 505
deus est tãtũ in diligẽtib. se 550
deus in quo modo luceat in creaturis 66
deus bonus absq; ocio 394
deus ubi mãsionem faciat 459
deus quomodo sit omnia complicans 27
deus ubi fuerit ante creationem mundi 570
deus nihil odit quod fecit 503
deus est per gratiam in multis sanctis 503
deus est ratio uniuersi 18
deus esse cõmunicat omnib. 25
deus omnia intuetur 182
deus non potest esse in loco finito 503
deus ex Deo quomodo generatur 200
deus quare sit intelligibilis 67
deus est singularis insingulariter 66
deus plusquàm spiritus est 51
deus extra Paradisum inueniri non potest 202
deus actu est omne quod esse potest 4
deus unus & idem 128
deus finem se facit suorum operum 267
deus ignis consumens 42
deus omnia operatus est propter semetipsum & ut cognoscatur 908
Deus est maximus mũdus 218
deus deorum 344
deus circulus est, cuius centrum est ubiq; 230
deus quomodo & à quibus inueniatur 266
deus præstat omne id p̃ quod ad ipsum mouemur 295
deus uirtus creatiua 125
deus nõ reperitur nisi per eum qui omnia linquit 70
ℓ℔ non est nomen dei 292
deus est uniuersitas rerum 18
deus spiritus sanctus operatus omnia in omnibus 289
deus in loco sancto suo, explicatum 472
deus per uerbum format & reformat 892
deus est tricausalis 219
deus in descensu duntaxat potentialiter accipitur 289
deus est dator formarum 186
deus dat seipsum 286
deus quãtum oĩa excellat 293
deus communicat se indiminutè 286
deus uult quæri & appræhendi 296
deus lucet in omnibus 295
deus Thesaurus de quo est omne habere 466
deus est fœcunditas 901
deus optimus ad se omnia creauit 41
deꝰ omne ens est nõ entiter 69
deus quomodo patefiat 291
deus uidetur ultra coincidentiam contradictoriorum 196
deus nominari non potest 338
deus Alchoran qualis 917
deus est cõplicationum complicatio 152
deus generaliter & particulariter omnia cognoscit 646
deus est in nihilo 27
deus est supra principium & finem 194
deus est plusquam creator 192
deus reuelatur nobis duplicitèr 612
deus essentiat 322
deus omnia in omnibus per Christum 62
deus quomodo se manifestauit Abrahæ 535
deus nec inueniri potest, nec propalari posset si esset inuentus 307
deus pater mediante mediatore attrahit spiritũ nostrũ 680
deus est absolua præsuppositio 143
deus in qbus cõuentib. sit 724
deus antiquissimus 307
deus est actu q̃ esse potest 307
deus in solo posset quærendus est 307
deus omni humano subsidio destitutis subuenit 471
deus omnis boni & perfectionis origo 358

deus est quies hominis 462
deus est infinita fœlicitas 143
deus rex regum quomodo sit in uniuerso 505
deus mundi quidditas est 28
deus benedictus præcisio intellectus est 87
deus omnium quæ sunt est præcisio 598
deus habet curam etiam minimæ creaturæ 182
deus ad omnia se habet sicut usus ad uisibilia 339
deus solus præstat gentem 577
deus qa unitas est, pater est 15
deus quia æqualitas est unitatis, est filius 19
deus quia filij & patris connexio est, spiritus sanctus est 19
deus est quidditas omnium 28
deus uult cognosci 526
deus summè maximus quomodo uideri possit 8
deus esse omnia in omnibus quomodo per sanctos depræhendatur 598
deus spiritussanctus est unio patris & filij 201
deus quibus modis nos ad se trahat 196
deus quomodo adsit omnibus & singulis 183
deus basis est lucis 85
deus omnia creauit ut cognoscatur 679
deus p ignorationẽ nosci 322
deus omnia in iustitia distribuit 605
deus est necessitas absoluta 17
deus est maxima lux 3
deus est maximum 2
deus nisi seipsum manifestet non inuenitur 296
deus per creaturas uisibiles manifestus fit 25
deum esse omnium complicationem 17
deus centrũ est omnium sphærarum 38
deus pater habet in suis creaturis complacentiam 511
deus per filium suum erit in omnibus 61
deus ratio est omniũ rerum 13
deus absconditus 526
deus est omnium actus 29
deus quomõ sit in omnibus 28
deus fons artis identificãdi 134
deus insubstantialis 322
deus omnia complicat 194
deꝰ ab æterno creare potuit 19
deus quomodo laudãdus 327
dei unius diuersa nomina apud Græcos 358
dei est deificare 131
dei dilectio & misericordia erga peccatores 183 & 184
dei scientia præcedit cuiuslibet scientiam 164
deiformis perfectio 207
dei imago 66
dei operum nulla est ratio 278
deificans Deus est 359
dei efficacia operandi in creatura 571
deiformitas quomodo acquiratur 579
dei imperiũ exequit natura 68
dei stupenda potentia 297
dei inuisibilis apparitio mundus est 266
dei ignorantia est in omni peccatore 504
dei habitaculum potest esse anima humana 485
dei præsẽtis in anima signa 505
deitas una in trib. personis 903
deificatio 129
dei uoluntas et ratio 134
dei manifestatio quomodo fiat 280
dei faciẽ uidens oĩa habet 187
dei intellectus magis accedit ad nihil q̃ ad aliquid 13
dei nomen 18
dei absconditi ostensio Christus est 627
dei apparitionis sunt oĩa 288
decreta quæ possint canones uocari 723
dei nomina 669
dei cognitio est diuinissima 323
dei prouidentia contradictoria unit 17
dei oculis oĩa sunt aperta 640
dei similitudo uiuens 126
dei cognitio naturalis 622
deiformitas 679
dei benedictione omnia sunt quod sunt 311
dei & hominis operum differentia 509
dei essentia sunt quæcunq; in eo sunt 198
dei cognitio, finis 490
dei capax natura quæ sit 420
dei conceptio quid 158
dei gloriam in omnibus relucere 526 & 527
dei uisio sine medio ænigmatico esse nequit in hoc mundo 147
dei conceptus est filius 200
dei cultura 21
dei nomen mirabile 568
dei intelligere est esse eius 26
dei filius in sede iudiciaria 363
dei uirtutis, omnipotentis repræsentatio uniuersalis 595
dei genus sumus 289
dei inuisibilis imago 48
dei opus sumus, quare diligit nos 487
dei filiatio in Christo 226
dei uiua & intellectualis imago 311
dei benedicti bonitas 41
dei infinitas est negatiua 33
deohomo unitur per filiũ 200
deo conformis quomodo anima possit fieri 506
deo cognitus numerus mentium separatarum 167
deo conformari oportet cognoscentem 510
deo quæ attribuuntur omnia in maxima diuersitate idem sunt 16
deo uiuere 524 & 525
deos uaporibus delectari crediderunt 259
deum uidere quid sit 65
deum nihil esse eorũ quæ nos assequi possumus 21
deum altissimè cognoscere est summa fœlicitas 459
deum dixerũt quidam esse circulum infinitum 9
deum potius ignorãtia quam

http://www.obrascatolicas.com

ſcientia attingi 67
deum omnia accidunt 44
deum eſſe patrē luminum 288
deum in nobis manere & nos in deo 420
deum omnia entia appetūt 18
deū ſuo eſſe omnia laudant 312
deum ſemper omnes nationes coluerunt 65
deum nemo habet ſine ſpiritu Chriſti 56
deum omnia prædicant 229
deū quærendi una uia 296
deum eſſe in nihilo nihil 309
deum inhonorare 419
mundi huius deſiderium 419
deum amare 118
deum uarijs creatutarū reſpectibus gentes nominarūt 26
deitas eſt unitas infinita 4
delectatio eſt æqualitas 372
delectatio ſumma 276
delectationis carnalis breuitas 421
deliramenta uaria ſuperſtitioſa 391
democritus Abderites 274
demō in quibus habent poteſtatem 474
dæmones quomō uideant 474
dæmoniorum differentiæ 108
dæmō animalia ſcientifica 422
demonſtrationes 136
democratia 777
denarius eſt complicatio potentialis 473
denario omnis diſcretio continetur 235
denario omnis numerus unitatis perficitur 82
denaria unitas 30
derelinquere quid 478
deſiderius rex 781
deſiderij omnis fons 133
deſiderio maximo deus quærendus 296
deſiderium naturale omnibus ineſt rebus 1
deſiderium ſapientiæ 61.532
deſiderium 592
deſiderium eſſendi modus 368
deſideria carnis in quibus uerſantur 553
deſideriorum nomina ſpiritus noſtri 622
deſideriorum temporalium purgatio 419
deſiderabilium omnium theſaurus 187
deſperatio peruenit ex infirma fide 485
deum eſſendi formam eſſe 25
deſertum intrare myſticè 648
determinata poſsibilitas 238
deuotio in pſallendo 768
deuotionis ſpecies diuerſę 46
διὰ ῥόδων clima 174
διὰ πέντε 179
διὰ τεσσάρων 179
διὰ τεσσάρων 156
diaboli inſidiæ quam ſint euitandæ 476
diaboli ſpiritus 896
diaboli ambitio 484
diabolica ſeductio multiplex pag. 931
diaboli præſumptio 556
diaboli inuidia 362
diaconalis ordo 702
dialectica 95
diamas 155
diameter 16
diametri ad circumferentiam habitudo 146
diametri habitudo ad circūferentiā quomō attingēda 994
diana fortuna 650
dicendi ars 241
dictatores 786
dictatores ſententiarum 812
dieta Francofordienſis 825
diluuij aduentus qualis fuit, talis erit ignis in nouiſsimo die pac. 934
differre omnia 43
differūt omnia præter deū 22
differentia 96
differentia non eſt ſine concordia 104
drfferentia uaria rerum 130
differentias quomodo mens noſtra faciat 165
diffidatio 813
diffidationes iniuſtæ 815
diffidationum abuſio tollenda 815
diffidationum modus 813
digeſtio propria 506
dij diuerſi quare aſſeruerunt quidam 304
dij conditorij 304
dij multi 358
diligi nō poteſt incognitū 503
dilexiſti iuſtitiā &c. expon. 553
diligēs deū diligitur à deo 436
diligentes deum filij dei uocantur 487
diligentes deum diliguntur ab eo 503
diligentibus deū ſe donat 298
dilectio eſt cuſtodia legum dei 532
dilectio dei erga nos 448
dilectio filialis 518
dilectio dei erga nos 184
dilectio qua quis ſuam naturam diligit eſt maxima 318
dilectio eſt filialis 196
dilectio paternalis 196
dilectionis cauſa eſt aſſimilatio 487
dilectionis gradus 491
dilectione ſequendus Chriſtus 574
dilectionem pro odio reddūt Chriſtiani 647
dilectione deus cognoſcit 491
dilectiōe pater trahit ſuos 544
diogenis Laertij liber de uitis phyloſophorum 298
dionyſius Ariopagites 11
dionyſius pauli diſcipulus 269
dionyſius ad Caium 67
diſcretio omnis à ratiōe eſt 82
diſcretio ſupernaturalis in agibilibus 420
diſcretio ſpirituum ſine ſpiritūſancto non poteſt eſſe 423
diſcretio 7
diſcretiones ordinatæ 133
diſcretiua uirtus 231
diſcretiua uis uniuerſalis 287
diſcretionū genera decem 228
diſciplinarum fons 776 (533
diſciplinā adijciens infœlix eſt
diſciplina ludus honeſtus non caret 208
diſcipuli boni & mali quales ſint 540

diſcipuli olim omnibus reſignarunt 822
diſcordia totius orbis 782
diſcurſiua uis 104
diſpenſare cōtra canones 752
diſpenſandi cauſæ 749
diſpenſatio 750
diſpenſator eſt homo 379
diſpoſitio 160
diſpoſiti ad ſcientiam 284
diſſentio ubi eſt, ibi nō eſt Cōcilium 723
diſſonantia 135
diſtantia in deo non diſtat 254
diſtinctio modalis 417
diſtinctio eſſentialis 417
diſtinctio eſt ex cōnexione 466
diſtinctio indiſtincta 66
diſtinctio formalis & perſonalis in diuinis 387
diſtinctiones terminorū 246
diſtinctum et indiſtinctum coincidunt in diuinis 198
diſtributio quinq; panū et duorum piſcium 513
diuina ſitt ſuperbis inſipida 519
diuina fide magis quàm ratione attingi 148
diuina uita ſunt omnia in regno dei 294
diuina ſpeculari facilis eſt difficultas 143
diuina uiſio 510
diuina quomodo oporteat intelligere 66
diuina aſſimilatio 115
diuina reſplendētia, ordo 603
diuina trinitas cognoſcitur ali quo modo ex intellectuali trinitate 901
diuina aſſequi non poſſumus niſi per ſymbola 8
diuina non poſſunt uideri niſi in diuino lumine 506
diuina ars creatiua 219
diuinæ uitæ conformitas 500
diuinæ & humanæ naturę copulatio 201
diuinæ mentis modus intelligendi 157
diuina potentia nihil terminat 23
diuinitatem corporaliter habitare in Chriſto 624
diuinalis color 294
diuinus radius caligo 70
diuinitas radius illuminans naturam 273
diuinus ſpiritus illuminat intellectum 295
diuinum eſſe quid 48
diuinorum ſcientia opus habet mathematicæ notitia 8
diuinitas inuiſibilis omnium creatiua 250
diuinatio dānationi ſubeſt 463
diuiſio præſupponit connexionem 901
diuiſio & alteritas natura ſimul ſunt 6
diuiſio ab unitate deſcēdit 167
diuiſio eſt mors 485
diuiſionē p̄cedit cōnexio 901
diuiſionis cauſa 5
diuiſionis medium 970
diuiſione prior eſt connexio 5
diuites qui māmonæ ſeruiunt non intrant in regnum 596
diuitib. qd dicat ſcriptura 405
diuitiæ ſpirituales 442
diuitiæ in paupertate 580
diuitiæ ueræ paupertas ſpiritualis 577
diuitiæ temporales 596
diuitiæ ueræ in regno dei 596
diuitiæ gloriæ dei 500
diuitiarum cœleſtium poſſeſſor nō poteſt eſſe pauper 577
diurnus liber Pontificum 745
diuitiarum Dei inexpreſſibilium oſtenſio 541
diuitias poſſidere et non poſſideri ab ipſis difficile 596
diuitias gloriæ ſuæ deus notas facit 726
diuerſitatis complicatio 26
diuerſitatis ordinū utilitas 766
doctus ab indocto quid differat 243
doctor 49
docere 132
docibiles ſumus in hoc mundo 171
docibiles deo 120
doctrina ex deo poteſt animā ad quietem ducere 606
doctrina qua peruenitur ad ſpiritum nos ad fœlicitatem dirigentem 681
doctrina Chriſti eſt pfectio 516
doctrinæ Chriſti & philoſophorū nulla eſt cōparatio 530
doctrinæ rationalis alimenta quædam ſunt 103
dæmones appellati angeli 65
doctrinæ ueritatis & uitæ peruerſitas in eodem 378
doctior qs ſit ſciri nō poſſe 306
doloris ſenſus 114
dominus quomodo ſit in ſibilo tenuis auræ 897
domini iudicium ſtatera 172
domine adiuua me &c. expoſitum 650
dominica die quid agendū 451
dominicæ orationis prima petitio 550
domina Abunda 650
dominatio una patris & filij pag. 623
donum Chriſti complicat uirtutem omnium donorum 528
donum omne ab æterno amore 620
donum perfectum 610
donum ſcientiæ 420
dono dei omnia habemus 285
donis diuinis non abuti debemus 481
dona ſpiritus ſancti 420
dona gratis data ſanctis 495
dona ſpiritus ſancti uaria 289
dona gratuita dei 500
dona circa actiuam uitam 420
donorum Dei congeries 447
dormiens unio 389
draconis imago 612
duces 809
duellum 391
duodecim Tribus Iſrael in regno dei ſuas ſedes habere 594
duplicia deus fecit cuncta 523
dum ſanctificatus fuero &c. explicatur 679
duratio infinita 104
durationis modi 104

E

EBrietas ſpiritus 460
Ebrietates 553

http://www.obrascatolicas.com

ebrioſi 639
eccardus 70.481
eccardus ſuper Ioannem 658
eccardi opera 71
ecce ancilla Domini fiat mihi &c.expoſitum 517
ecce aſcendimus Hieroſolymam,&c:expoſitum 645
eccentricus 178
eccentrici motus 178
eccleſia ædificata per Chriſtū eſt ſine litera 857
eccleſia ſequitur Chriſtum ut imago 932
eccleſia dicit manēs ciuitas 695
eccleſia corpus Chriſti 453
eccleſia ueræ fidei 706
eccleſia ex quibus conſtet 684
eccleſia augmentum Dei 567
eccleſia pro ſede 708
eccleſia in epiſcopo 701
eccleſia non poteſt ad literam ſcripturarum obligari 857
eccleſia obligat ad ſpiritū 857
eccleſia eſt ſponſa presbyteri 741
eccleſia in ſanguine & patientia uincet mundum 933
eccleſia ſponſa parabitur ſponſo Chriſto ante finem 934
eccleſia unio,& triumphās 60
eccleſia quomodo per Chriſtum Deo unita 599
eccleſia militans 60
eccleſia quomodo ſit una 61
eccleſia Chriſti occulta 826
eccleſia figurata eſt in nomine Petri 770
eccleſia ſupra petram 739
eccleſia quę approbauit firma ſunt 775
eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum 576
eccleſia unum corpus 577
eccleſia eſt petra 739
eccleſia mater noſtra 453
eccleſia in ſanctitate à principio mundi creuit 392
eccleſiæ ſedes quinq; 709
eccleſiæ, res nullius prælati ſunt 813
eccleſiæ turbatio & calamitates 806
eccleſiæ fides nō decipitur ob rituum diuerſitatem 857
eccleſiæ totum corpus canones ſeruare debet 747
eccleſiæ poteſtas ſoluendi & ligandi 738
eccleſiæ catholicæ eſt poteſtas ligandi 738
eccleſię membrum ſis quomodo ſcire poſsis 836
eccleſiæ infallibilitas eſt promiſſa 738
eccleſiæ corpus habet diuerſa membra 501
eccleſiæ deformitas 757
eccleſię oppreſsio ultimis diebus uentura 934
eccleſia aſcenſio quando ſit futura 934
eccleſiæ fons aquæ uiuæ ſpiritus Chriſti 578
eccleſiæ & Chriſti ſimilitudo 414
eccleſiæ ſpeculum 855
eccleſiæ ſingulæ ſuos habent angelos 703
eccleſiæ praxis quomodo interpretetur ſcripturas 857
eccleſiæ occidentalis concilium etiam uniuerſale nuncupatum 717
eccleſię uniuerſalis aduocatus eſt imperator 788
eccleſiæ particulares ſunt corpora myſtica ſuorum præſidentium 701
eccleſiæ caſus 706
eccleſiæ unio cum Chriſto 567
eccleſiæ triumphantis & dormientis & militantis loca 699
eccleſiæ miniſtri nihil immutare poſſunt 516
eccleſiæ triumphantis pulchritudo 594
eccleſiæ principatus 603
eccleſiæ fundamentum in fide conſiſtit 516
eccleſiæ deformitatis cauſæ quæ ſint 775
eccleſiæ deſiderium 704
eccleſiæ operationes 585
eccleſiæ malignātium nouem ordines 651
eccleſiæ Deo militantium nouem ordines 651
eccleſię corpus tantum ex prędeſtinatis conſtituitur 697
eccleſiam uocat Paulus Apoſtolus ſupernam Hieruſalem 695
eccleſiam repræſentat Synodus 739
eccleſiam diffundendam ante diem iudicij per uniuerſum orbem 705
eccleſiarum rapinæ 782
eccleſiaſtica hierarchia 324
eccleſiaſtica congregatio 723
eccleſiaſticæ poſſeſsiones in manu regum ſiue magiſtratuum 819
eccleſiaſt. poteſtatis radix 704
eccleſiaſticarum rerum alienatio 752
eccleſiaſticarum regularum capitula 820
eccleſiaſticorum errores 736
eccleſiaſticorum uarietas & auaritia notatur 548
eclypſes ſolares indicant magnitudinem ſolis 178
effari quid 292
egidius de repub. 793
ego cui conueniat 436
elationis motus quomodo corrigatur 681
eleazar quomō imperarit 778
eleazar filius Aaronis 766
eleberitanum concilium 844
electores quales eſſe debeant 767
electores qua uia & quibus modis debeant uenire ad electionem Imperatoris 817
electores imperij 809
electi omnes erunt reges 516
electi quomodo perueniant in regnum patris 598
electorum iuramentum 816
electorum ſedium ordo 810
electorum ius in concilio 798
electi officium 778
electio fideli populo data 743
electio Dei 590
electio diſcernit 680
electio 450
electio melior ſucceſsione 778
electiones horarum 392
electionē eſſe ordinationē 766
electiuū artificiū mirabile 818
elegibile omne eſt ratione boni elegibile 303
elementum nullum purum 176
elementum ultimum 331
elementum unum ex diuerſis facit natura 487
elementum deſcenſus intellectus 171
elementum in elementū quomodo conuertatur 176
elementum quomodo ſit in elementato 98
elementa prima combinabilia adinuicem 98
elemēta circulariter unibilia 97
elementa rationalia 97
elementa Geometrica 969
elementa quatuor neceſſaria eſſe 97
elementa intellectualia 97
elementa uariè miſceri poſſunt 331
elementa propria ſunt cuique arti 100
elementorum motus 58
elementorum uniuerſalitas 97
elementorum præciſa compoſitio 98
elementorum ſitus & ordo 42
elemētorū ſpecifici motus 440
elementorum coniecturæ 97
elementorum tranſmutatio 42
elementatiua uirtus 235
elementatiua anima 217
elementatum 97 & 98
elementalis natura 97
elementares motus habere ſuos ſpiritus 422
eleemoſyna ſpiritualis & corporalis 384
eliam quomodo Deus inſtruxerit 897
elicæ deſcriptio 1006
eligentium et electorum inter ſe habitudo 766
eligendi modus præſtantiſsimus 817
elixit omnia mutat in autū 590
elocutio uerbi patris 493
emanatio in diuinis duplex eſt 386
embadum 1015
ἐνδελέχεια 157
ens & unum conuertuntur 31
ens contractum 27
ens per ſe 304
ens unum eſt 230
ens,bonū & unū conuerti 304
entium conditor 353
entium pluralitas ſine numero eſſe non poteſt 4
entia rationis 229
entitas 6
entitas abſoluta 2
entitas actualis maxima 18
entitate carentia 337
entitatis eſt connectere 229
entificatiua uis 158
epanagnoſticon 806
epatis motus 501
epicharmi ſententia de creaturū ad Deū ſimilitudine 307
epicurus 8
epicuri falſa doctrina qua demonſtratione confutata ſit 8
epicuri ſententia de adminiſtratione uniuerſi 304
epicurei quid de fœlicitate ſentiunt 610
epicycli paruus circulus 178
epheſi conciliabulū habitū 716
epheſi Ioannes ſedebat 709
epiſcopus in eccleſia 701
epiſcopus & plebs ſunt unum ſpirituale corpus 765
epiſcopus non eſt qui non eſt electus 741
epiſcopalis ordo 702
epiſcopi & ſacerdotes in quibus differant 782
epiſcopi ordinis ſui habitum ſeruent 764
epiſcopi officium 454
epiſcopi olim erant cardinalibus maiores 742
epiſcopi aſtra cœli ſunt 773
epiſcopi etymon 412
epiſcopi in locum Apoſtolorum ſuccedunt 708
epiſcoporum promotio 765
epiſcoporum trāſlationes 755
epiſcoporum ſpiritualis poteſtas eſt una eadēq; omniū 772
epiſcoporum habitus 764
epiſcop. ſedes in concilijs 709
epiſcoporum ordo 701
epiſcoporum poteſtas 727
epiſcopis omnibus eadem iuriſdictio 727
epiſtola papæ Ambroſianis inſerta 740
epiſtola Bonifacij papæ ad Eulalium 732
epiſtola D.Ambroſij 740
epiſtola S.Greg.notanda 773
epiſtola Synodi & Agathonis ad Conſtantinum 718
epiſtola Alipij, Auguſtini & Fortunati 705
epiſtolæ Pont.Rom. 724
epiſtolæ contra Bohemos 758
epiſtolæ Nicolai Cuſani 825
eratis aliquādo oues errantes, expoſitum 581
erroris cauſa 129
errores in ſacris unde accidant 73
erunt nouiſsimi primi et primi nouiſsimi,expoſitum 473
eſau ſeruus factus 776
eſdra laborioſē recuperauit libros ueteris teſtamenti 834
eſſe omniū eſt datū à patre 286
eſſe quantò ſimplicius tātò uigoroſius 271
eſſe omne à Deo eſſe 24
eſſe abſolutum 225
eſſe omnia appetunt 133
eſſe oē fluit ab eſſe diuino 361
eſſendi æqualitas 194
eſſendi modus eſt inattingibilis 239
eſſendi forma Deus eſt 25
eſſendi modos quomodo intellectus contempletur 278
eſſendi modi quatuor 32
eſſendi modus uniuerſalis 32
eſſendi modorum omniū unica ratio 256
eſſendi modus poſsibilis 104
eſſendi forma & actus 18
eſſendi modi 275
eſſendi æqualitas 6
eſſendi poſsibilitas 255
eſſendi modorū differentię 103

http://www.obrascatolicas.com

essentiare quid sit 899
essentialiter in quibus sit 420
essentia cognoscitur per uirtutem 568
essentia principiatum 323
essentia infinita est omnia quæ esse possunt 597 & 598
essentiarū simplicissima quæ sit 12
essentiam omnia habent in patre 280
essentialis nexus 198
essentiæ hominis non sunt cognitæ 322
essētię soli deo cognitę sūt 322
essentiæ contractæ 189
essentiæ à deo 580
essētię rerū incorruptibiles 157
essentiæ sensibilium sunt in speciebus insensibiliter 290
essentiæ genericæ sunt in absoluta essentia ibid.
essentiæ specificę sunt in generibus ibid.
esurientes replētur bonis 466
ethebaldus Anglorum rex 790
et crux signum triūphi uitę 523
eua mater uiuentium 48
eua ecclesiam significat 695
euangelium ad Alchoran collatum 882
euāgelium perfectissimē legē abrahæ nobis tradidit 922
euangelium perfectum dicit Alchoran 905
euangeliū dicitur in Alchoran lucidū & splendidissimū 887
euangeliū nemo intelligit nisi habeat spiritum Dei 581
euangeliū in quo differat à cæteris scripturis 651
euangelij cœlestis cibus 202
euāgelij prędicatio sine charitate est cymbalū tinniens 573
euangelij summa 375
euāgelij sācti manifestatio 826
euangelio seruit omnis sacra scriptura 530
euangelio Ioannis quomodo superstitiosi abutantur 391
euangelistæ piscatores 614
euangelizatio non sufficit, sed spirituum nostrorum purgatio, & adaptatio est ad salutem necessaria 471.529
euāgelizāre quib. cōpetat 488
euangelizās lingua ignea 493
euangelisans qualis esse debeat 488
euangelizantem quæ oporteat in se habere 378
euangelica traditio in sacris literis aperta 529
euangelica regula omnis Christianus dirigitur 681
eucharistia intincta in sanguine 853
eucharistia ad manus olim data communicanti 852
eucharistia requirit uiuum uerbum 626
eucharistia omnium diuinorū est complementum 617
eucharistia 395
eucharistia noui testamenti sacramentum 536
eucharistia quid 832
eucharistia est sacramentum uerbi 626
eucharistia olim etiam data infantibus 831
eucharistia quibus olim negata 758
eucharistiæ sacramenti uariæ confectiones 857
eucharistiæ sacramentum est filiorum lucis 183
eucharistię sacramentum solū fide formata capitur 489
eucharistiam etiam olim mortuis infuderuut 854
eugenius Toletanæ ecclesiæ episcopus 722
eulanpius episcopus 802
eulalius episcopus 722
europa populosissima 787
eusebius 275
exarchus quid ad concilium facere debeat 790
exaltatio in humiliatione 581
exaltatio nō capitur nisi in humilitate 515
exaltatio coincidit cum humilitate 643
excommunicatio est medicinalis 758
excommunicationis finis 839
excommunicatione loco medicinæ usi sunt 854
excommunicat ecclesia ut seruet, non perdat 839
excitationum lib. primus 549
exēplar rectitudo infinita 146
exemplar figuratiuum 353
exemplar unū omniū rerum 12
exemplar ratio est imaginis 66
exemplar symbolicū rerum 77
exemplar ad exemplatū quo pacto se habeat 224
exemplar causatiuum 284
exemplaria separata non sunt multa 151
exemplaria oīm rerū in una substātiali cōiūctione 269
exēplaria p̄cedūt sensibilia 150
exemplatorum omnium unitas est exemplar 225
exemplatū ad exemplar quomodo se habeat 224
exemplarium uarietas 322
exequiarum impensæ 821
exercitus ordo 324
exercitus publicē alendus 818
exercitium in pluralitate 456
existens unde procedat 324
existendi æqualitas 6
existimatiua uis 512
exorcista 475
exorcistalis ordo 702
exorbitantiæ tollendæ 821
expectatio beatæ spei 631
experientia ueterum 616
extrinseci finis 235
exuperantius presbyter 755
exules sumus in hoc mundo 680
ezechias perfletū sanatus 399

F

FAbianus papa 747.853
Facies quid 237
facies est notitia 605
facies cordis nuncius est 103
facies facierum 185
facies solis 186
facies Dei 185
facies multæ optimē pictæ 181
faciē omniū gentium esse Christū Iesum dicit Alchoran 896
facere posse 330
factum semper implurificabile est 328
facilitas miranda difficiliū 147
facilitas difficilium 458
facientis posse 337
faciēdū quid sit Christiano 617
factum est infactibilis æterni repræsentatio 328
factum posse 330
fabrica ut stabilis sit quid requirat 779
fallacia falsorum hypocritarū depræhenditur ex rapacitate seu auaritia 549
fallaciæ signa 548 & 549
falsum non est 289
fallunt seipsos qui auditores sunt tantum uerbi & non factores 572
fames ueritatis 489
familia ornatissima & ordinatissima Salomonis 557
fatum 217
fatum in substantia 31.34
faustinus episcopus 717
fausta uxor Constantini 782
fœcunditas 443.444.480.596
fœcunditas diuinæ naturæ 901
fœcunditas intellectualis ibid.
fœdus in Christo perpetuū 578
fœdus inter Deum & Abrahā et semen eius occultatum 536
fœderis & pactorū signa 535
fœdera commertiorum 534
fœlix Arelatensis 721
fœlix nemo est nisi sit filius Dei 529
fœlicem regnare quid sit 911
fœlicitas uitę intellectualis 121
fœlicitas sine Domino Iesu nō est posibilis 202
fœlicitas est donum & gratia Dei 527
fœlicitas cōsistit in solo deo 392
fœlicitas in hoc mundo non est 610
fœlicitas est in perfecta ueritatis contemplatione 539
fœminea signa in masculinis animalibus 102
fœminīnæ gentes quæ 112
fœnum 541
ferrum 140
fœlicitatis æternæ cœna 181
ferrum in cuprum in aqua mutatum 396
ferrum mutari in cuprū in quibusdam aquis 176
ferri candentis experimēta 399
ferri mater magnes 564
fertilitas quomodo cognosci possit 179
feudalia statuta 801
fides attingens uitam spūs 444
fides potentiam naturalem supergreditur 506
fides est potētia, uisio actus 532
fides Christi iustis est resurrectio 463
fides uera qualis sit quidq; possit 529
fides perfectissima 57
fides in fidelibus continuè augeri potest 61
fides formata 51
fides una unaq; renascētia 858
fides sola fœlicitat 249
fides facit animam transire de morte ad uitam 532
fides innocentiæ 517
fides formata dat perseuerantiam 588
fides est uisio ænigmatica 532
fides uera 612
fides quæ mundum uincit 529
fides charitate formata 256
fides omni ad Deum accedenti necessaria est 207
fides ex operib. cognoscit 468
fides est ubi audire coincidit cum uidere animæ 515
fides formata est confessio uitam præstans 665
fides in quo sit 59
fidens potens 59
fides absq; charitate non est fides 59
fides hominum Christiformē efficit 59
fides Christi superat naturā 257
fides quæ uincat diabolum & mundum 885
fides à sōte uitæ descendit 384
fides est cibus spirit. nostri 463
fides uera uere iustificans 463
fides Christi est in nobis si habemus spiritum Christi 500
fides ad sapiētiā necessaria 296
fides secundaria quies est 385
fides Christiana una 384
fidei signa 384
fides præparat nostrum spiritum 534
fides purgans corda 563
fides ultimæ quietis 463
fides Christiana est animæ uisus 531
fides est in regno humilitatis 512
fides uera omnē sensum & intellectum humiliat usque ad mortem 546
fides quærenda quomō sit 384
fides à solo deo 384
fides sine charitate est quod corpus sine anima 507
fides facit ut homo diuina intelligat 385
fides facit impossibile, possibile 541
fides quæ uincit mundū ducit usq; ad innocētiā fideles 541
fideles dirigit intellectum 680
fides recta Dei donum 58
fides nostra nō ex homine 471
fides uiua continuè pergit ad uisionem Dei 530
fides informis nōn facit gratum 426
fides per charitatem operans sola operatur salutem 506
fides tantum est in anima humiliata 506
fides uiua iustificat non informis siue mortua 549
fides cognitionē præcedit 485
fides diabolica 447
fides reputatur ad iustitiam 463
fides quo perfectior hoc etiam spes & charitas sunt perfectiora 507
fides charitate formata saluat 461
fides est supra naturam 475
fides est conceptus saluatoris in anima 485
fides ad salutem est necessaria quæ charitate formata est 485
fides uera facit ut sequatur homo

http://www.obrascatolicas.com

homo ueſtigia Chriſti 501
fides uera ſola præſtat uitã 463
fides uincit omnes ſapiẽtes 529
fidei conſummatio 532
fidei quæ ſine charitate eſt dominatur inimicus 485
fidei donum 449
fidei materia in concilio requirit papam 713
fidei mirabiles uires 485
fidei articuli 394
fidei uirtus in intellectu concepta 673
fidei uirtus 347
fidei in Chriſtum uictus 58
fidei eſt intellectum captiuare 444
fidei acquiſitio & lucta 641
fidei uis 119
fidei potentia 60
fidei gradus 60
fidei complicatio 57
fidei deſcriptio Remundi 385
fidei myſteria 57
fidei lumen 290
fidei robur 444
fidei forma eſt charitas 59
fidei ſpiritus neceſſarius ad ſalutem 529
fidei ueritas non poteſt niſi in ſpiritu Chriſti ſubſiſtere 60
fidei uirtutes 384
fidei articulus quintus 600
fidei cognitio quomodo oriatur 538
fidei habitus uerus 506
fidem non attingit ratio 512
fidem Euangelicam ueram ſathan eliminare conatur 885
fidem initiũ eſſe intellectus 57
fidem eſſe ſine dilectione impoſsibile eſt 530
fidem ſufficere ſine ſacramento 672
fidem Chriſti qualem oporteat eſſe 58 & 59
fidem non habet qui non ſeruat mandata Chriſti 429
fidem habẽs Chriſti tranſit in unitatem cum Chriſto 426
fide per charitatem formata iuſtificamur 51
fide carere Alchoran 886
fide acquiſita ars 257
fide & amore conformes euadimus Chriſto 324
fide operante p dilectionẽ acquirit uita, uera ſapientia 552
fide magis quàm ratione attingi diuina 148
fide diſponitur ſpiritus ad gratiam 538
fide charitate formata homo renunciat omnibus quę poſſidet 524
fides ſola eſt per quam homo poteſt ſaluari 517
fide altiſsima, ad altiſsima ducimur 134
fide uniuntur ſancti uerbo omnipotenti 475
fidelis diſpoſitio 257
fidelis anima habet in ſe fontem uitæ 507
fideles in primitiua eccleſia omnibus reſignarunt 852
fideles quomodo de morte reſurgant 654
fideles ſũt corpus Domini 445
fideles lumine diuino ducuntur ut lupũ rapacã fugiant 112
fideles uiuunt etiam ſi mortui fuerint 532
fideles capaces unionis cum Chriſto 932
fideles quomodo parati eſſe debeant ad audiendum uerbum Dei 488
fidelium pater Abraham 628
fidelium corda 673
fidelium curſus 640
fidelium unum corpus 693
fidelibus qualis fides det uictoriam 885
fidelitas 588
fieri poſſe 330
filius eſt actu Deus 31
filius Dei & hominis 101
filius æqualitas 6 & 7
filius bonum patris 487
filius in diuinis eſt oſtenſio patris 289
filius Dei quam ob cauſam potiſsimum miſſus ſit in naturam humanam 679
filius Dei 120
filius conceptus Dei 200
filius Dei medium omniũ 200
filius ratio 200
filius ſplendor eſt patris 237
filium ſeu uerbum quomodo Deus generet 901
filiũ Deũ eſſe intelligibile 552
filij Dei 640
filij Dei quomodo ultimã felicitatem aſſequantur 200
filij Dei ſoli poſſunt eſſe ſalui 529
filij adoptionis ſunt partiales hæredes 500
filij nomen in diuinis 19
filij Dei ex Deo naſcuntur 482
Filij regni qui ſint 639
filij iræ naſcimur 498
filij lucis 379
filiorum lucis et diffidentię differentia 583
filiatio generatur per ſapientiam 482
filiatio in diuinis eſt perfectio 200
filiatio in Chriſto magiſtro 200
filiatio Chriſti & ſanctorum quomodo differat 200
filiatio eſt hæreditas 641
filiatio unigeniti 120
filiatio Dei 119
filiationis nexus 200
filiationis Dei acquiſitio 283
filiationis gaudium ineffabile 120
filiationis ſacramentum 584
filiationis Dei promiſsio 131
filiatiua proceſsio 418
filialiter in filio omnia ſunt 289
figura cuncta uidens 181
figura perfectiſsima 7
figura quatuor rectorum angulorum 1009
figura paradigmatica 85
figura ſubſtantialis 583
figura eſt ſimilitudo formę 115
figura circularis præ cæteris nos afficit 1112
figuræ infinitæ 146
figuræ polygoniæ elementũ 115
figuræ multorũ angulorũ 940
figuræ aliæ alijs capaciores
figuratum uaria capacitas 1113
quomodo cognoſcenda 177
figurarum uerſiones 969
figurarum nomina 434
figurarũ omniũ exemplar 146
figurarum corporalium tranſmutationes 977
figurarum formabilium omnium forma 146
figuralis mundus 356
finees 884
finis intra 582
finis extra 582
finis, requies & bonum idem ſunt 569
finis rerum contractus 27
finis oſtendit qua intentione quid factum ſit 548
finis compræhenſio 680
finis manifeſti 235
finis infinitus 66
finem attingere quid ſit 557
fine huius mundi inſtante erũt mali abundantiſsimi 695
finitum quid ſit 4
finitum nõ poteſt infinito infinitè uniri 201
frigiditas conſeruat à corruptione 624
fiſtularum pondus 179
flatum Dei Chriſtum eſſe dicit Alchoran 896
flauianus Patriarcha 732
flamines 701
flumina omnia reuerti ad locũ unde exeunt 569
fluuiorum mater 98
forma quę dat eſſe Deus eſt 71
forma formarũ eſt maximũ 18
forma omnium formaliũ ad æquatiſsima 260
forma omnis formæ 128
forma oĩs fluit à forma Dei 361
forma ſufficiẽtiſsima in uarijs ſignis uariè reſplendens 239
forma domini induit formam ſerui 469
forma eſt ſimilitudo cõceptus mentalis 1114
forma una præciſa omnia formabilia formans 239
forma mundi 31
forma idealis 144
formalis diſtinctio 417
formalis quidditas omniũ formabilium 134
formare 247
formæ & materię nexus 31
formæ generabiles 472
formæ quõ ſint in potentia 33
formæ & materiæ connexio per ſpiritum quẽdam fieri 36
formæ quæ ſola humana arte perficiuntur 150
formæ ſunt quietes quædã 479
formę per motũ inducunt 421
formarum materia 32
formarum omniũ ueriſsimum exemplar 142
formas omnes actu eſſe in poſſibilitate 33
formator Deus 71
formale principium 337
formales ſpecies ſub obiectũ intellectus 322
formatiuum exemplar 353
formicarum prouidentia 379
fons indiuiſibilitatis 274
fons uiuus 227
fons ligna in lapides mutãs 396
fontis aquæ menſura 172
fontibus quibuſdam uis lapides faciendi 176
fortunam omnipotẽtem quidam dixerunt 221
fortunatus ad Generoſum 833
fortunati epiſtola 705
fortunati epiſt. ad Genero. 852
fortitudo hominis quomodo cognoſcenda 177
fortitudo fortium Deus abſconditus 537
fortitudo coincidit cum infirmitate in Chriſtianis 645
fortitudo 606
fortitudinis donum 420
fortitudinis diuinæ & humanæ infirmitatis coincidentia mirabilis 636
fornicarij regnum Dei nõ poſſidebunt 639
fornicationis crimen in eccleſiaſticis perſonis quomodo puniendum ſit 789
fornicationes perſonarũ quæ caſtitatem uouerunt 790
francofordia Arelato comparata 816
francofordia locus aptus ad annuos conuentus 815
francofordiæ ſitus & commoditas ad conuentus principum 816
francofordiæ comitia celebrata anno 1442. 825
filio in diuinis pater non eſt prior 15
friderici ſecundi ſcripta 822
frigus magnum & durabile futurum ex quibus poſsimus conijcere 179
frondium numerus pondere poteſt cognoſci 180
fructus oſtendunt qualis arbor ſit 548
fruitio Dei 392
fumus quomodo poſſet ponderari 177
fumus an aër leuior ibid.
fures ſunt & latrones qui non rectè ad officia eccleſiaſtica ueniunt 766
fures & raptores 551
futurum & præteritum coincidũt cum præſenti in Deo 190
futurorum cognitio 616

G

GAbrielis reuelatio de morte Chriſti 905
Galea ſalutis 476
gallia fertilis 815
gallicana concilia 756
galileæ mare 614
galangæ ſaporem quomodo uinum contrahat 590
gaudium cœleſtium quãtùm differat à gaudio terreſtrium 542
gaudium erit angelis &c. explicatur 542
gaudium Domini 122
gaudium altiſsimum 122
gaudium ineffabile 100
gaudium ſecurum quod 619
gaudium huius mundi 619
gaudium cœleſte quale ſit 619
gaudium temporale & æternum quale ſit 619
gaudiũ electorũ perpetuũ 658
gaudium ex charitate 618

http://www.obrascatolicas.com

gaudium filiationis 120
gaudij augmentum 618
gaudia huius uitæ & æternæ qualia 897
gehenna ignis 470
gemma animæ liber 852
geneſis diu ante philoſophos per Moyſen deſcripta 304
geneſeos principium quomodo patres interpretentur 131
geniti in Chriſto q̃les ſint 539
generatio in diuinis 386
generatio praua eccleſiæ malignantium 392
generatio cœleſtis 480
generatio æterna quæ ſit 6
generatio quid ſit 6
generatio intellectus 275
generationum cauſæ 277
generatio continuatio 102
generationes unde 129
gentes orietales quales ſint 112
gentium uitia & uirtutes 111
generans Deus eſt 359
gentiles Deum uariè nominaſſe 20
generica ſigna 242
genericæ eſſentiæ 290
genethliaca uanitas 390
genus 17.27
genus diuinum 597
genera quomodo faciat mens noſtra 165
genera & ſpecies ſunt rationis entia 150
genera decem 164
genera rerum uaria 290
generum pluralitas 44
generalitas 96
generica concordantia 308
geometer naturam imitat 301
geometria Deus in creatione uſus eſt 42
geometriæ utilis eſt ſtatica experientia 180
geometricæ arti quid defuerit ante de Cuſa 1026
geometricæ artis ultima perfectio 1033. 1095
geomantiæ uanitates 590
geometricarum tranſmutationum ars completa 1033
geometricarum tranſmutatio num libri finis 991
germani ſancti uita 650
germaniæ legati in concilio Arelatenſi 720
geſtus lubrici 652
gigis lapis 589
glacies aqua eſt leuior 178
gladius magiſter 916
gladius ſpiritus 476
gladius in Alchoran eſt ultima reſolutio 916
gloria uana ſuperborum & ſapientum huius mundi 527
gloria quid 384
gloria ubi ſit 594
gloria in excelſis Deo, expoſitum 388
gloria uera una eſt genitoris & geniti 525
gloriæ figura 739
gloriæ eſſe 439
gloriæ creatoris oſtenſio eſt finis creationis 557
gloriæ figura 739
gloriæ Dei oſtendendæ cauſa omnia ſunt formata 596
got 359
gomar rex poſt Mahumet ſecundus 884
graduum infinitas impoſsibilis 44
gradus inter Petrum & petram 739
gradibus diſtinguuntur omnia 43
granum frumenti 465
granum poſt euaporationem ſpiritus non creſcit 897
Gratia gratos faciente ſaluamur 420
gratia Dei eſt uita æterna 493
gratia Dei poſſumus qd poſſumus 61
gratia eſt ſufficientia 645
gratia Dei eſt animæ uita 501
gratia eſt radius ſolis iuſtitiæ 574
gratiæ Dei eruditio 631
gratiæ habitus 506
gratiæ Dei oſtẽſio maxima 528
gratiæ eſſe 439
gratiæ Dei oia debemus 296
gratiæ lumine Deus quærendus 392
gratiarum multitudinẽ ſequitur inæqualitas 585
grammaticæ ſcientia 372
græci ſacerdotes dant Euchariſtiam ad manus 853
græci Euchariſtiam ad manũ dant plebi 855
gregorius Papa ſeptimus 752
gregorius Theologus contra Eunomianos 332
gregorius ad Eccleſiam refert 737
gregorius Nazianzenus 700
gregorius papa 722
gregorij papæ epiſtola 737
gruum dux 472
gummi pondus uarium 176
guttæ uarios phthongos facientes 179
guillermus in rationali diuinorum quid ſcribat 852
guſtq lætificãs Chriſtus eſt 202
guſtus ſapientiæ 139
guſtus uoluptates 295
guſtare quam ſuauis ſit Dominus 420
guſtare dulcedinem Dei quid ſit 184

H

HAbẽti dabitur, expoſ. 479
Habitus 160
habitus ſine ſpiritu in multis religioſis 651
habitus presbyter 720
habitum ordinis ſui ſeruent epiſcopi 764
habitu ſplendeſcere res corporales 241
habitudo ſine numero non intelligitur 156
habitudinis chordæ ad arcum inquirendæ uia 995
habitudinis chordæ ad arcum cognitio 995
habitudines arithmeticæ 991
habitationis locus qualis ſit eligendus 175
hali 881
hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra, exponitur 574
hæc omnia tibi dabo &c. explicatur 648

hæres naturalis 930
hæres ſecundùm conſtitutionem 930
hæres omni dicendi modo 930
hæres eſt Chriſtus ſecundũ naturam & conſtitutionem 930
hæredis cõſtitutio duplex 930
hæredes Dei ſunt omnes fideles 931
hæreditas immortalis regni 283
hæretici detrũcãt ſcripturas 68
hæretici quidã Rom. Pont. 707
hæreticorum pertinacia 64
hæretica prauitas uicta 706
harmonia in numeris 95
harmonia ex pondere malleorum 179
harmonia in diuerſitate 44
harmonia maxima quæ ſit 23
harmonia eſt æqualitas 372
harmonia ex imparibus componitur 236
harmonię ſanitas & infirmitas ponderatur 180
harmonia quid 95
harmoniæ conſtitutio 576
harmoniæ cauſæ 95
harmoniæ ſpecies uariæ 281
harmoniæ proportionales modi 135
harmoniarum proportio 179
harmonica unitas 95
harmonica habitudo 156
harmoñica habitudo eſt ſpecies 281
harmonicæ conſtitutiones 95
heber 923
hebræi unde dicti 923
henricus dux Saxonię in regẽ electus 784
heliæ anima quo igne accenſa fuerit 619
heliæ ſpiritus 933
helicam deſcribere 1004
heliæ ſpiritus rigoris patietur perſequutionem 933
heliæ oratio 588
heliſeus modicum olei multiplicauit 513
heliſei anima quo igne accenſa fuerit 619
helpidius 714
henricus Imp. quartus 783
henricus de Mechlinia 68
henricus excommunicatus 812
heraclij Imp. tempore incepit Mahumet 886
herbarum pondus 173
herbarum uirtutes 336
herennium 692
hæres uerus quis ſit 500
hermes ad Eſculapium 603
hermes Triſmegiſtus 18
hexagoni peripheria 1010
hicmarus archiepiſcopus Remenſis 725
hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, expoſitum 511 & 512
hicmarus Remenſis 709
hierarchia eccleſiaſtica 700
hierarchiæ quàm mirabiliter cohæreant 702
hierarchici ordines bonorum ſpirituum 231
hieronymus ad Ruſticum 741
hieronymi epiſtola ad Algaſiam 693
hieruſalem mater noſtra 453
hieruſalem ſuperna 60. 695
hieruſalem ſupercœleſtis 584
hieroſolymorũ epiſcopus 708
hieroſolymorũ epiſcopus fuit S. Iacobus 782
hieremiæ ſanctificatio 393
hilarius Pictauenſis 21
ἅλι 604
hildebrandi geſta 752
hipparchus 178
hippi opinio de anima 633
hircum mactare 655
hiſpanica concilia 756
hiſpania ſpacioſa 815
hiſpaniæ legati 720
hiſtoria uitæ Ieſu 617
hiſtoriæ Vincentij 782
hiſtoricus ſcripturæ ſenſus 617
hoc ſentite in uobis &c. exponitur 669
hodie 551
holocauſti hoſtia 607
homberti Apocriſarij liber 854
homo 109
homo uiuus eſt hymnus laudum Dei 312
homo deificatus 804
homo interior uiuit de charitate 597
homo interior debet dominari exteriori 520
homo uniuerſi copula quare dicatur 324
homo uiuũ eſt pſalterium 315
homo habet duplicem uenationem 676
homo in humanitate 225
homo pars eſt magni mundi 218
homo eſt perfectus mũdus 218
homo factus ob finem quærendi Deum 292
homo eſt regnum propriũ 218
homo inuolutus tenebris & ſeductionibus 439
homo ſecundus Deus ſecundum Hermetem Triſmegiſtum 268
homo unde dicatur 116
homo μικρόκοσμος 47
homo quomodo in Chriſto finem ſeu fœlicitatem attingere poſsit 419
homo quare ultimo creatus ſit 361
homo Deo unitus immortalis eſt 411
homo quomodo ſimilitudinẽ Dei habeat 110
homo quando recedat à pace humana 472
hominum uita uaria 110 & 111
hominum ſtaturæ differentes 111
homo ſolus quæ inuenerit ad neceſſarios uſus 243
homo terrenus 135
homo filius Dei 47
homo quibus donis ornatus ſit 361
homo naturarum unio 615
homo ex quibus conſtet 50
homo humilitatis nouus 202
homo peccator inexcuſabilis 312
homo finis ſenſibilium eſt 124
homo interior incognitus 471
homo poſtremus poſt reliqua animalia creatus eſt 696
homo exterior 516

http://www.obrascatolicas.com

homo duplex 548
homo uetus est de sensibili mundo 589
homo inter animãtes solus capax est beatitudinis 610
homo interior 516
homo perfectus non in accidentalibus cernitur 49
hominis operatio 485
hominis intelligentia 105
hominis finis ut Deo similior fiat 314
hominis cognitio 43
hominis in actiuis principia 222
hominis casus in ignorantiam 134
hominis corporalem naturam multum esse cœlestialem 672
hominis natura duplex 615
hominis ad alia animalia pondus quo pacto cognoscendum 174
homini q̃ potestas data sit 361
homini præ cæteris animalibus maior notitia est necessaria 240
hominem posse attingere quietem motus 462
hominem esse in medio positum 489
homines credentes attrahit pater per Iesum 202
homines abstractiores cõtemplatiui 110
hominum omnium specifica essentia 53
hominum resurrectio 57
hominum uarietas 290
hominum omnium unus intellectus 167
honestum & pulchrũ idem 592
honestum sua ui trahit 592
honesti ratio 592
honorius Papa 822
honorius Innocentij Papę successor 856
honorij liber de animæ salutæ 852
honorẽ quantopere expetant omnes ratione utentes 557
honorabile bonum scientia est 901
horizon temporis & æternitatis 501
horosius Cordubensis episcopus 732
horolog. simplex cõceptus 191
hormisdæ Papæ epistola ad episcopos Hispaniæ 724
hormisda Papa episcopis Hispaniæ 743
hostia iustificans 445
hostia intincta in usu fuit 839
hostia uiuens 655
hugo bellum gessit 784
hugo de S. Victore 818
hugo cardinalis de ordine mẽdicantium 856
hugo de S. Victore 70
hugo rex diu Romam subiecta habuit 784
hungari 810
humidum spongiosum 161
humanus Deus 109
humanus usus 110
humanum iudicium 699
humanum dico propter infirmitatem carnis &c. expositum 545
humanatus Deus 287
humanalis potentia 109
humana studia 640
humana natura in Iesu dominõ iungitur patri 201
humana natura irremediabiliter lapsa 541
humana massa tota in Adam corrupta est 653
humana natura diuinæ quomodo uniatur 201
humana mens mundi coniecturalis forma 76
humana species in genere animalitatis 44
humanæ formæ exemplar 142
humanæ naturæ perfectio in Christo 639
humanæ naturæ præstantia 47
humanę naturę subsantię centrum 50
humanę naturę lapsus 694
humanæ conditionis reparatio 393
humanæ naturæ uariæ dotes & dona 672
humanitas 28
humanitas quid 290
humanitas incontracta 189
humanitas quomodo per descensum, essendi formam cõtrahat 287
humanitas una indiuisibilis 53
humanitas Christi una in omnibus hominibus 60
humanitatis natura 46 & 47
humanitatis motus 462
humanitatis regio 109
humilitas quid 505
humilitas quomodo comparetur 519
humilitas exaltat & doctum facit 134
humilitas Christiano necessaria 348
humilitatis experimentum 348
humilibus mysteria reuelantur 58
humiliatio maxima 52
humiliatio principis regũ 520
humiliatio necessariò requiritur ad fidem 475
hyba 855
hymni laudum uarij 312
hypostasis rerum 332
hypostasis omnium 336
hypostasi carentia 337
ὑποστάσεων diuersarum æqualitas 229
hypostatica unio naturarum in Christo 62
hypostaticę unionis ueritas 53
hypocritæ omnes tandem deteguntur 548
hypocritæ natura 484

I

Iacob omnium disciplinarũ fons 776
Iacobus ante S. Petrum finiuit uitam 782
Iacobus Apostolus ante Petrum Apostolum octo annis martyrio decessit 738
Iacobus Bohemus 846. 856
Iacobita Baheira 884
Iaphet filiũ Noë excitatũ 894
ibunt hi in supplicium æternũ, iusti autem in uitam æternã, expositum 518
icona Dei 181

iconæ siue uisionis Dei liber 646
idem superexaltatum 128
idem absolutum 127
idem identificare 129
idem efficit idem 127
idea rerum creabilium 607
idea omnipotẽtis artis 142
idea una 12
ideæ rerum omnium non sunt multæ 151
Ideam unum esse & multa, stare & moueri 299
idearum fons. 535
ideas à natura indiuiduí nõ esse separatas 299
ideale exemplar 418
iditas 6
identitas 6. 26
identitas præcedit diuersitatem 129
idololatra Abraham non fuit, sicut mentitur Alchor. 922
idololatræ q̃modo aduersus dominum uanitates exerceant uarias 391
idololatria insania est 312
idololatria qualis cultura sit 21
idololatria quare introducta sit 21
idololatria generalis 653
idololatriam Athenis D. Paulus redarguit 291
idolis seruientes 639
ieiuniorum usus 440
Iesus Christus ueritas & uia 43
Iesus copulatio est diuinæ, & humanæ naturæ 201
Iesus primogenitus omnis creaturæ 48
Iesus Christus quale corpus habuerit 49
Iesus magister magistrorũ 202
Iesus finis est omnium 58
Iesus quomodo sit cosummatio 707
Iesus quomodo sit uerbum uitæ 206
Iesus lux omnium rationalium spirituum 202
Iesus est unio Dei & hominis est 200
Iesus facies omniũ gentiũ 896
Iesus Dominus quibus signis ostenderit se esse legatũ charitatis 491
Iesus ipsa hoïs saluatio est 612
Iesus autem emissa uoce magna expirauit, explicatum 411
Iesus quærit omnem animam errantem 543
Iesus est apparitio absconditi Dei 627
Iesus dicitur à saluatione 435
Iesu Christi die nostri conceptio & natiuitas 49. & 50
Iesu Christi mortis mysterium pag. 650
Iesu Domini illuminationes pag. 435
Iesu intellectus 49
Iesu perfectio intelligendi 202
Iesum esse absolutũ maximũ 2
Ignatius patriarcha 732
ignis quẽ Christus mittit in animas 619
ignis rapax latens tandem erũpit 548
ignis uirtus 589
ignis locus 658
ignis multiplex usus 448
ignis consumens 297
ignis natura & conditiones pag. 297
ignis uirtutẽ in se habet noster spiritus 297
ignis infernalis qualis sit 398
ignis ex aëre fit 305
ignis ad Deum similitudo 331
ignis spiritualis 573
ignis 55
ignis influit suam uirtutem in terram 509
ignis primum elementum 331
ignis multas Dei similitudines habet 42
ignis potentia 42
ignis in se non est uisibilis 589
ignis spiritus 586
ignis spiritus sancti 934
ignem uocamus igneum 331
igneum non ignem uidemus pag. 589
ignorantes ignorantur 679
ignorantia sacratissima 196
igorantia intellectus mors est 648
ignorantia docta campus est uenationi sapientiæ aptus 300
ignorantia docta quomodo in nobis sit 67
ignorantia est mors intellectus pag. 533
ignorantia originis 648
ignorantiæ cognitio humiliat 134
ignorantiam esse perfectissimam scientiã uoluit Dionysius 67
illuminatio Apostoli 290
illuminatio diuina 290
illuminationes diuinę uerè docent 134.
illuminationum dona 289
illuminatiua uirtus 256
illuminati qui sint 343
illustres 809
imago quid 611
imago omnia uidentis 181
imago omnis accedit ad similitudinem exemplaris 8
imago ad quam trãsformãtur sancti 611
imago bestiæ 612
imago quo pacto se habeat ad exemplar 66
imago Christi lignea 651
imaginem præcedit ueritas 150
imagines spreuit Theodorus Catinus 93
imagines ex templo eijcientes pag. 808
imaginatio non attingit quod omnem intellectum exuperat 931
imaginatio non quantum non attingit 225
imaginatio offert phantasmata 230
imaginatio animę uis 163
imaginatio 109
imaginariua uirtus occultatur in sensitiua 235
imaginatiua cognitio 115
imaginatiua uirtus in quanto terminatur 225
imaginationem corrigens ratio 677
immortalis moritur 388

http://www.obrascatolicas.com

immortalitas 114
immortalitas una 580
immortalitatem fidelibus meruisse Christum 930
immortalitatem animæ negare non possunt sapientiæ gustum habentes 171
immultiplicabile 127
imperium sacrum quomodo à Deo sit 780
imperium in Germanos trãslatum 783
imperium de Græcis translatum non uidetur 783
imperij arnui conuentus 814
imperij potentia pacatiua 813
imperij destructio 812
imperij morbis quomodo medendum 814
imperij casus 812
imperio nihil adduntunctio et coronatio 786
imperator præses Concilij 796
imperator est Dominus mũdi non tamen totius 787
imperator cum præsidet quid debeat agere 815
imperator uicarius Christi est pag. 787
imperator quas leges fert tenetur obseruare 824
imperator caput & primus omnium 809
imperator aduocatus dicit Ecclesiæ Catholicæ 788
imperatoris iuramẽtum quod Papæ & electoribus facit pag. 813
imperatoris officium in Concilijs 796
Imperatoris Alexandri annus primus 1158
imperatoris in Concilijs officia 800
imperatoris officiũ & cura in Ecclesia 808
imperatori quid sit reformandum 821
imperatori laudes notarius dixit in Concilijs 717
imperatorem eligendi ratio pag 817
imperatores aliquando primatum in Synodis dederunt pag. 800
imperatores Concilia congregarunt 756
imperatores quomodo Ecclesiæ sæpe patrocinati sint 822
imperatores Concilia conuocant 793
imperatorum & Ecclesiasticorum contentio de primatu & temporalibus bonis 822
imperatorum coronatio 783
imperialis maiestatis excellentia 786
imperialis potestas non pẽdet à Papa 689
imperiale Concilium 389
imperiale corpus qui constituant 809
imperatoria ad Concilium exhortatio 801
impœnitentia 421
impij iustificatio 529
impij à Salomone uocati 585
impossibile non obligat 843
impositio uocabulorum est libera 149
imaus mons 787
imminerabile 303
imitatio Christi 655
in Cæsarea Palestina Concilium celebratum 1159
in omnibus creare est creari pag. 1119
inalterabile 127
inane 337
inaugmentabile 303
in charitate radicati 596
incantãdi modi fidelibus prohibiti 392
incantatores fatui sunt 391
incredulus filio non uidebit uitam 536
incrementum dat Deus 348
incorporatio 532
indus fluuius 787
indi credunt Christũ de uirgine natum 390
indi quomodo Deum nominent 359
indiuiduum colit suam speciem 282
indiuiduum quo pacto attingatur 114
indiuidui natura cum idea uniatur 299
indiuidui omnis quidditas 282
indiuidua 30
indiuiduorum infinitas 98
indiuiduorum differentia 102
indiuisio 5
indiuidualitas quid 372
induere aëre Christum 637
induere quid 580
induimini Dominum Iesum, &c. exponitur 558
inæqualitas 5
inæqualitas est ex æqualitate pag. 466
infantibus etiam sacramentũ panis & uini dederunt olim pag. 831
infernus est uiolentus 505
infernus profundior 658
inferiora quo pacto sint in superioribus 303
infidelitas est animæ cæcitas pag. 531
infinitas trinitati attribuitur 21
infinitus angelus 1116. & 1117
infinitas omnia complicans pag. 193
infinitus circulus 1114
infinita circulatio 1118
infinitas contracta 27
infinitas graduum 44
infinitas Deus est 21
infinitas est rectitudo infinita pag. 1109
infinitati nullum nomen conuenire potest 193
infinitatis Dei excellentia 339
infinitum recipitur finitè pag. 286
infinitum ratio non attingit pag. 510
infinitum centrum 1109
infinitum est incontrahibile pag. 194
infinitum non est mensurabile 1115
infinitum negatiuè 24
infiniti ad finitum non est proportio 2
infiniti pars quælibet est infinita 23
infiniti circuli sunt tetragonus & trigonus infinitus 1111
infinita curuitas esse non potest 1112
influentia stellarum 41
informare 247
informitas 32
ingeniorum uarietas 226
ignis uis 234
initium diei secundum Iudeos pag. 1159
initia annorum uaria 1155
innocentia priuilegiata 517
innocentia est amabilis 495
innocentius tertius literatissimus 845
innocentij tertij summa 853
innocentij Papæ scriptum ad Alexandrinum 709
inordinatus amor est in fatuitate 575
inobedientia quantum malum sit 547
inquisitionum modi 151
instrumenta Dei per quæ operatur 552
insufficientia Calendarij 1159
intelligere unde oriatur & pascatur 559
intelligere essentiæ absolutæ quid 646
intelligere 7
intelligere mentis 160
intelligere Dei quid 26
intelligere est assimilare 899
intelligere primum principium est immortalis delectatio 282
intelligere nihil possumus sine Deo 269
intelligere & diligere in mente coincidunt 504
intelligere seipsum est delectatio summa 276
intelligere est assimilare 253
intelligitur tantùm, quantùm diligitur 584
intelligendi modi mentis 158
intelligendo filium à patre generari 275
intelligens 7
intelligentibus intellectualiter lux infinita lucet 287
intellectus ultima perfectio 115
intellectus agens & passibilis pag. 1116
intellectus descensus 115
intellectus quomodo in ratione descendat 114
intellectus alteritas infinitę unitatis est 115
intellectus per fidem dirigitur pag. 57
intellectus unitas 7
intellectus unde pascatur 206
intellectus esse quid sit 1
intellectus idem cũ intellecto pag. 327
intellectus hominis non est de mundo 50
intellectus naturaliter perpetuus 327
intellectus noster non satiatur nisi in obiecto æterno 57
intellectus quomodo iudicet rationem 678
intellectus non iudicat ex ratione immortalitatem 678
intellectus separatus 126
intellectus creatus quomodo Deo possit uniri 206
intellectus quomodo generet de se uerbum internum 676
intellectus non est à generante sed creante 678
intellectus de Deo est complexiuus omnium intellectuum pag. 170
Intellectus sine sapiẽtia fœlix nequit esse 532
intellectus humani uirtus 321
intellectus in omni regente regit 679
intellectus sine appetitu lex est 777
intellectus pascitur uerbo 707
intellectus omnis quid quærat 133
intellectus mors, est à uero auersio 461
intellectus facietas 461
intellectus quies 385
intellectus diuini & nostri differentia 509
intellectus agentis lumen 592
intellectus possibilis 592
intellectus proficit in schola Christi 470
intellectus uerus quis 327
intellectus optimus seipsum intelligit 552
intellectus est rationis unitas pag. 114.
intellectus est quædam uniuersalis pulchritudo 593
intellectus quæ negatiuè uidet 238
intellectus in tenebris & morte quando sit 531
intellectus uult cognosci 679
intellectus perfectio 113. & 114
intellectus quãdo faciat se seruum Dei 463
intellectus diuini similitudines, sunt species 280
intellectus sine gustu sapientiæ qualis 139
intellectus non reperitur in regione rationabilium 293
intellectus in lege naturę uiget omnium author 283
intellectus primum principium 267
intellectus humanus contradictoria transilire non potest 24
intellectus cõditor Platon. est omnium principium 275
intellectus essentias rerum intelligere nequit 276
intellectus quies 115
intellectus similitudo est anima sensitiua 247
intellectus proles est 444
intellectus est super intelligibilia 293
intellectus donum 420
intellectus est rationalium præcisio 87
intellectus practicus 901
intellectus Christi humanus qualis sit 202
intellectus diuini opera 900
intellectus uita 648
intellectus quomodo Deum cognoscat & alia 115
intellectus conditor unigenitus 340
intellectus noster insatiabilis pag. 13

http://www.obrascatolicas.com

intellectus primus in actu penitus est 276
intellectus creator manifestat se in speciebus 282
intellectus sensualis 106
intellectus Iesu 49
intellectum omnẽ esse de substantia & accidente 170
intellectũ quomodo Christus suis aperuerit 540
intellectum descẽdere ad sensibile 112
intellectum incorruptibilẽ esse signum 488
intellectum unum in omnibus hominibus esse 167
intelligentia mouetur natura pag. 216
intelligentia principium est rationis omnium 81
intelligentia quomodo deuiet 83
intelligentia centrum est secũdi mundi 89
intelligentia ex superno dono 116
intelligentia motrix cœli 275
intelligentia plena formis intelligibilibus 283
intelligentiæ principium 81
intelligentiæ lumen Deus 81
intelligentiæ tot, quot motus distincti in cœlo 603
intelligentiæ locus absconditus 21
intelligentię motuum rectrices 108
intelligentiæ forma 81
intelligentiæ plenæ formis pag. 275
intelligentiæ similitudo 247
intelligentiæ rectrices diuersę 108
intelligentias tot esse quot orbes 439
intelligentias uocant Philosophi, quas Moyses Angelos nominat 603
intellectualis natura supræma pag. 324
intellectualis naturæ fœcunditas 901
intellectualis uigor 105
intellectualis uita 106
intellectualis naturæ operatio 899
intellectualis uenatio 676
intellectualis discretio 133
intellectualis uirtus non est à generante 678
intellectualis natura 107
intellectualis cognitio 115
intellectualis fructus 107
intellectualis musica 95
intellectualis naturę ualor 237
intellectualis natura quomodo sentiat 234
intellectualis naturę generatio 903
intellectualis agri diuitiæ 291
intellectualis uirtus nostra habet diuitias ineffabiles in potentia 290
intellectualis color 294
intellectualis numerus 84
intellectualis uisio est summa fœlicitas 257
intellectualis naturę fœcunditas 900
intellectualis natura quot regna sub se habeat 294
intellectualis naturæ decẽ gradus 289
intellectualis natura sola Deũ gustare potest 498
intellectualis natura 49
intellectualis animę motus nõ cessat 214
intellectualis uitæ cibus 247
intellectualis spiritus in ratione intelligit 295
intellectuali nostrę naturę Deus duo dedit 536
intellectuali nostræ naturæ necessarium alimentum est 299
intellectuali omnis natura seruit 133
intellectuali naturæ incitamẽta data multa sunt 500
intellectuales naturæ quæ Deum dereliquerunt 422
intellectuales naturæ sciunt sibi præpositum regem 293
intellectuales creaturas quare Deus crearit 908
intellectualium spirituum chori nouem 605
intellectualium quies 422
intellectibile 268
intellectibilis uirtus præstantissima est 235
intelligentiale 268
intellectiua uirtus sequitur rerum essentias 322
intellectiua potẽtia homo Deum attingere non potest 680
intellectualiter seipsum mouens 214
intellectuale principium est omnipotens principium 525
intellectuale esse, sine intellectu 140
intellectualia in animalibus signa 105
intellectualiter uiuere 68
intelligibilia sunt superrationabilia 293
intelligibilis res quando uerẽ intelligatur 327
intelligibilium terminus 320
intelligibile quod sátiare potest 197
intelligibile 7
intelligibilia omnia complicat uis intellectiua 238
intelligibilia quare incorruptibilia sint 329
intelligibilia pulchriora sunt sensibilibus 302
intentio Dei & ánimæ rationalis 233
intentio conditoris 279
intentiones secundæ 233
intuendo Deus uidet omnia creata 1119
intrare ad uitam 529
interminum 127
interioris hominis inclinatio pag. 622
intercalares dies 1155
intuitio quid sit 480
interprætatio uocabulorum pag. 296
introspectus rerum 418
inueniri facilius quòd a pluribus quęritur 740
inuentus cito saturatur 209
inuestiturarum ambitus 812
inuisibilia conspici 481

inuisibilia quomodo conspiciantur 250
inuitis nullus præficiendus pag. 765
ioannes Damascenus 879
ioannes Huniad 587
ioannes Baptista lucerna ardens 619
ioannes quomodo sanctificatus sit 393
ioannes Beleth 854
ioannes Venchus 63
ioannis de Mosbach commẽtata 73
ioannes Andreæ nouella 73
ioannis Scotigenæ libri περὶ φύσεως 73
ioannis Baptistæ sanctitas 585
iocus non excusat à periurio pag. 540
iosephus Historiographus maximus 923
ioseph uenditus 776
iosuæ oratio 549
iouis omnia plena 357
iouis spiritus 637
iouis dies 1156
iouem quare Deum nominarint 20
ira impendit animum 1107
ira frequens auget choleram pag. 420
iracundiæ seruus 777
irascibilis motus modificatio pag. 606
iridis colores 295
iris reconciliationis 363
isoperimetræ 940
ἰσοχρόος 358
isidorus 714
isoperimetra figura quę capaciorsit 940
isoporimeter circulus 1016
isopleuræ 940
ismaëlitæ excluſi in pacto Dei & Abrahæ 883
ismaelitas excludit pactum Dei & Abrahæ 925
ismaelitæ Mahumetani 927
ismaelis genealogia 925
ismaelis circumcisio 923
israel quid significet 19
israel uisio Dei 537
ite & uos in uineam meam, &c. explicatur 643
iterum uenturus est iudicare &c. exponitur 559
iubilus 460
iubilei anni 934
iudæorum de Messia falsa opinio 54
iudæorum pertinacia 64
iudæorum Pascha 1159
iudicata in Concilio firmitatẽ habent à Concilio 800
iudicantis regula 731
iudicium diuinum 699
iudicium sibi manducantes & bibentes 852
iudicium & executio in momẽto fient 56
iudicium 55
iudicij extremi dies 934
iudicij diei aduentus 705
iudicia astrorum 178
iudicio recto qui careant 116
iudiciaria uis 153
iudiciales decisiones 731
iudiciaria spiritualis potestas est omnium episcoporum eadem 772
iudex sequi debet canones & leges 731
iudicis Christi sententia 56
iudices generales 730
iudices terni de prouincijs electi 255
iulianus Cardinalis Pontificis Romani legatus 684
iulianus episcopus Hipponensis 721
iulianus apostata 188
iulius firmicus 20
iulius Papa primus 839
iulij Pontificis sententia de primatu Papæ 720
iulij Cæsaris annus 1157
iupiter omnium rex creditus pag. 304
iupiter quare Deus dictus 20
iupiter suo tempore rex nominatissimus 357
iuramentum imperatoris de nõ reuocandis donationibus 813
iuramentum rei contra testes non admittendum 816
iuramentum ab electoribus imperij præstandum 819
iura naturalia 775
iuris relaxatio 750
iurisdictio omnis à papa ne sit pag. 726
iurisdictio Episcoporm 727
iurisdictionem qui habet, non propterea etiam leges condẽdi potestatem habet 729
ius naturale hominis 222
ius naturale rationi naturaliter ineſt 730
iustus est in iustitia 574
iustus suum esse à iustitia habet 673
iustus in iustitia 225
iusti merces 557
iustum nõ admittit plus aut minus 145
iustificare ex gratia 541
iustificans iustitia 515
iustificans Deus est 359
iustitia & sapientia non moriuntur 673
iustitia unius mediator 515
iustitia non est in hoc mundo pag. 145
iustitia sine charitate non est iustitia 607
iustitia rex 481
iustitia originalis 395
iustitia in qua animæ potentia sit 606
iustitia absoluta destributiua 606
iustitia notionalis 367
iustitia quid 481
iustitia est in gratia qua saluamur 515
iustitia in quibus rebus attendatur 605
iustitiæ trutina 172
iustitię lorica 476
iustitiæ debentur omnia 481
iustitiæ defectus 813
iustitiæ lumen 116
iustitiæ uiuere 581
iustitiam Deus ostendet in filijs diffidentiæ 541
iustificatio animæ à Deo 454
iustificatio à peccato 654
iustificatio nostra ex Christo 51

http://www.obrascatolicas.com

K

Καλοδαίμονες 65
κακοδαίμονες 65

L

Λάχεσις 36
lachrymæ Sacræ 399
laicus semper ouis non pastor pag. 805
laici quid in Concilijs sacerdotum possint 789
laicis audire non loqui in Concilijs licet 798
laodicense Concilium 755
lapidis minera 206
lapides uiui 376
lapides aurum attrahentes pag. 492
lapides pretiosi quomodo possint ponderari 175
lapides 12. fundamenti ciuitatis Sanctæ 727
lapides ex aqua fieri 176
lapidum uariæ imagines 377
lapidum uires 377
lapidum præciosorum ualor pag. 377
lapidicatiua uirtus in quibusdam fontibus 176
lariſſenorum episcopus 743
lasciuientes 651
lasciui graui 809
latitudo quid 598
latrunculi 813
latrunculorum ludus 208
laudis fons Deus est 311
laudis Dei chordæ decem 313
laudis Dei campus 311
laurentius Episcopus Mediolanensis 722
laudandus Deus quia bonus pag. 312
laudabiliũ nos habere certam cognitionem 314
laudabilium omnium causa est posſest 326.& 327
laudat opus suum opificem pag. 312
laurentij Martyris legenda pag. 853
lætitia animæ diffunditur per totum corpus 511
lætitia humilians & uiuificans pag. 568
lætitia 246
lætitia gaudiorum 294
lætitiam esse sensum uitæ 508
lætitiam generat charitas 508
lætitiæ excitatio 508
lætitiæ Thesaurus 137
lætitiæ spiritualis signa 446
lectoralis ordo 702
lex Alchoran non est lex 116
lex bona ex charitate procedit 538
lex oculus est 777
lex iusta etiam reges ligat 793
lex spiritus 555
lex repugnans legi mentis pag. 555
lex naturæ 283 & 181.
lex debet esse moderata pagina 824
lex uiua in principe 270
lex iusta quæ sit 118
lex imperialis 278
lex Moysi est lex naturæ pag. 653
lex, quæ ipsa charitas, non est de hoc mundo 538
lex Moysi triplex 653
lex quibus debeat conuenire pag. 723
lex est possibilium 843
lex naturæ est uita iustitiæ pag. 652
lex de non occupandis alienis statuenda 814
lex sine correctione 811
lex uindictæ 654
lex carnis 555
lex Domini immaculata quid pag. 522
lex uirtus peccati 586
lex duntaxat stultis est posita 776
lex naturę neglecta 535
lex accommodata debet esse regioni 809
lex conuertens animas 522
lex naturæ lucida & concreata 656
lex Salica 908
lex scripta in tabula 633
lex qualis debeat esse 731
lex complicans omnem uiuendi rationem 667
lex superiudicem est 731
lex obedientiæ 667
legis uim habet mos consuetudinis 729
legis imperialis obseruatio pag. 811
legis finis Christus 696
legis opera iustificare non possunt 515
legem ministrari per angelos pag. 604
leges proprias habet quælibet natura specifica 504
legem spiritualem intelligit q̃ Christianus est 453
legem quæ indilectione consistit solus Christus implebit 664
leges ubi non dominantur ibi non est politia 777
leges imperiales 824
leges 51
leges naturæ in paucis uerbis complicatæ 535
leges Martij 745
leges moribus utentium approbantur 724
leges firmantur usu 723
legum potissima 51
legum præstantia 777
legum uarietas 809
legum Dei custodia 532
legibus unde uires 725
legatus charitatis Christus est pag. 492
legatione Christi qui fungantur 838
leo catulos per rugitum resuscitat 407
leo Papa ad Martianum pag. 712
leo Papa ad Theodosium imperatorem 716
leo nonus 698
leo Papa ad Concilium Ephesinum 715
leo Papa de approbatione Cõcilij Calcedonensis 744
leo humanus 110
leo imperator ad Theodosium scribit 708
leo Papa non æquo animo Cõstantinopolitano secundum locum concessit 709
leo Papa 826
leonis noni libellus contra p̃sumptiones 836
lepra qualis morbus 635
leprę contagium 635.& 636
liber de actibus syluestri 782
liber uiuus est humanitas Christi 490
liber uitæ 488
liber prauus non est 777
libri de diuinatione & præstigijs ante Diluuium 392
libri digito Dei scripti 137
libro scripto mundus configuratus 133
librorum omnium conclusio pag. 490
librorum in tertio Tomo Catalogus 939
liberius Papa arianę sectę sub scripserat 716.707.
liberius Papa ad Eustachiũ 715
liberum arbitrium quæ uirtus dirigat 680
libera nos à malo: expositum pag. 551
liberare quis possit 551
libidinis seruus 777
liurprandi historia 784
ligare quæ decreta possint 723
ligandi potestas est Ecclesiæ pag. 738
lingua refrenanda 548
linguæ tot quare sint 501
linguæ omnes hominum undesint 241
linguarum donum 420
linguarum peritia 241
linguarum cognitio 257
linea infinita est indiuisibilis pag. 12
linea maxima in contracto 28
linea est puncti euolutio 362. pag. & 162
linea maxima quomodo se habeat ad lineas 11
lineæ essentia 14
linea finita est diuisibilis 12
linea curua 24
linea finita suum esse habet ab infinita 29
lineæ infinitæ passiones 9
lineæ circularis & rectæ coincidentia 1109
lineam infinitam esse circulum pag. 11
linearum finitarum ratio 13
linealis esse causa 24
linum Petro successisse 705
litera non est de essentia Ecclesiæ 857
litera debet ædificationi & spiritui seruire 857
literarum studium 137
literarum diuisio 245
literarum scientia 683
literaturæ ignotæ fundamentum debile 66
literatoriæ sensibiles traditiones 82
litium incommoda 820
litium diremptio 818
litigatorum malorum uox pag. 734 & 737
litigatorum uox 737
liquorum pondera 174
liquefactio 460
locus temporis 569
locus numeri 569
locum quare alter mutet 104
locum proprium omnia petunt 569
locum non occupat spiritus pag. 214
loca nulla præcisè concordant pag. 22
locales Synodi 717
logica inquisitio 68
logica uirtus 235
logica instrumentum 299
logica homini naturaliter inest 68
logica an Theologię profit 70
logica 95
lombardica historia 675
longitudo quid 598
longitudo absoluta 640
longobardorum historia 822
λόγος quid significet 360
longobardorum rex Adrianus 783
loquimini ad Petram coram eis &c. explicatur 657
loqui in silentio 645
loqui quid 352
loquendum præmeditatè 548
loth uxor uersa in lapidem 306
lotharius imperator & Pontifex 784
ludus nullus honestus est pene tus disciplina uacuus 208
ludus Globi 208
ludus taxillorum 824
ludi Globi mysterium 216. & 217.& 220.& 222.
ludouicus Pius Rex Franciæ pag. 784
lumen ad reuelationem gentium 572
lumen diuinæ scientiæ 483
lumen luminis gentium Christus est 485
lumen de lumine 352
lumen sapientiæ per quod reges regnant 503
lumen uultus Dei 309
lumen in omni inquisitione præsupponitur 1110
lumen uenesicum 392
lumen uultus Domini odire pag. 438
lumen solis habet in se omnia quæ sunt solis 623
lumen gloriæ 539
lumen dulce 531
lumen est gloria 483
lumen omnis rationis 288
lumen fidei 584
lumen paternum Christus est pag. 291
lumen gentium 483
lumen uultus Dei 247
lumen discretiuum animale pag. 295
lumen mirabile latens in Apostoli uerbis 286
lumen ratione naturale 427
luminis diuini in nobis signum pag. 438
luminis multæ proprietates pag. 572
luminis fons 204
luminis gloriæ Dei diuitiæ pag. 288

http://www.obrascatolicas.com

lumine gratię ad Deum trahũtur ſancti 296
lumina quę ducunt intellectua lem potentiam ad perfectionem 290
lumina Theophanię 288
lumina omnia uidentur in diuino lumine 483
luminum patrem eſſe Deum pag. 288
luna eſt terrenę naturę 589
luna maiorem eſſe terram 40
luna quare ſit dea uocata 20
luna incorruptibilis eſt 328
lunę regio 41
lunę arbor 21
lunę lumen proprium 40
lunę motus quomodo cognoſcatur & 179.178
lunæ Dies 1159
lunæ ſphæra 658
lunæ influentia 41
lunæ motus 38
lunæ creatio 328
lunæ calor 40
lunæ alimentum ſecundũ quoſdam 299
lunæ quidditas 28
lunares 41
lunatio uiginti nouem dierum pag. 1158
lunatici 41
lunationum 12. annus 1158
lux quæ ſe communicat omnibus 487
lux coloris eſt hypoſtaſis 302
lux per ſe 331
lux intellectualis omnia penetrat 498
lux conſummata 579
lux diſcretiua 248
lux omnium eſt ipſum poſſe pag. 333
lux quæ à Deo creata ſit 295
lux inacceſsibilis 442
lux eſt Hypoſtaſis colorum pag. 336
lux corporalis Hypoſtaſis eſt omnium colorum 55
lux intelligentiæ cõditoris 272
lux oſtenſiua Chriſtus eſt 426
lux infinita ſenſibilibus ſenſibiliter lucet 287
lux Deus 21
lux eſt quod eſt in omnibus coloribus 286
lux quæ non uult ſub modio conſtitui 577
lux deſuper data 248
luciferò ſimiles qui ſint 773
lucis plenitudo in ſole 483
lucis ſeminator non eſt inuidus 479
lucis baſis deus eſt 85
lucis claritas 333
lucis uſus & preſtantia 295
lucis æternæ candor 418
lucis æternæ ſimilitudo 362
lucis receptio uaria eſt in uariis mentibus 227
lucis opera 379
lucis filij geniti in uerbo ueritatis 291
lucis cœlum 441
lucis centralis infinitas 227
lucis aut coloris nullares corporalis eſt expers 241
lucis forma 286
lucis alteritas color eſt 114
luciferi lapſus 559 & 560
lucifer princeps malignitatis pag. 614
luci nihil præferendum 531
lucem ſolis participantia 186
lucem gloriæ quomodo mentes uarię recipiant 227
lucida 33
lupi ſunt qui ſua quærunt Eccleſiæ miniſtri 518
lupi rapaces uenientes in ueſtimentis ouium 652
lyram Orpheus inuenit 232

M

Magnes 149
magnetis formale trahit ad ſe ferrum 401
magnetis uires mirandæ 694
magnetis eſſentia, uirtus & operatio 564
magnetis uirtus in acu pixidis pag. 566
magnitudinis diſciplina 164
magi malefici 390
magicum phantaſtica cœcitas pag. 52
magica 23
magicæ artes damnatæ omnes pag. 463
magiſtri ueri ſermo qualis ſit pag. 487
magiſter omnium operum 120
magiſtri in alio mundo erimus pag. 171
magiſterium fingendi 218
magiſterium ueritatis 120
magiſtratuum inſtitutio 811
magnitudinis nihil eſt expers pag. 320
mahumet nihil firmi reliquit pag. 883
mahumet dixit ſibi Angelum Gabrielem intimaſſe Alchoran 905
mahumet crucis non meminit pag. 906
mahumet literas non ſciuit 886
mahumet ſanguinis effuſiones pag. 918
mahumet inconſtans & uarius 883
mahumet idololatra 881
mahumet in Arabia primus ſeduxit populum 560
mahumet uoluit præſentiam Dei neceſsitare ad omnia q̃ aguntur 915
mahumet à quibus acceperit ſuam doctrinam 918
mahumet non poſſe præualere Chriſto 885
mahumet & ſucceſſorum eius chronica 907
mahumet à diuerſis aſtructus pag. 886
mahumet fuiſſe de Corais 560
mahumet beſtia 560
mahumet ſuam gloriam quæſiuit 881
mahumet uoluit præſcientiam Dei omnia neceſsitare 883
mahumet uita in Alchoran ſcripta 889
mahumet Pſeudopropheta pag. 587
mahumet operis finis 883
mahumet contra Dei præcepta Chriſtum in Chriſtianis perſequitur 883
mahumet in Alchorã ſcribendo, à Iudæis & Chriſtianis adiutus 886
mahumet baptizatum fuiſſe pag. 929
mahumet poſt Chriſtum annis 624. incæpit 886
mahumet qui pro propheta habuerint 912
mahumetis inconſtantia 920
mahumetis lex 54
mahumetani credunt Chriſtũ ex uirgine natum 390
mahumetanæ ſectę rex 788
mahumetana hæreſis 879
maieſtas omnis ſacra & à Deo pag. 779
malum non eſt creatura Dei pag. 229
mali quo plus abundant hoc plus apropinquatur ad finem pag. 695
maligni ſpiritus ſunt diſcordiarum ſuggeſtores 423
maledici 639
malefici 649
malignantium ſpirituum rex pag. 614
mandata Dei reijcere quid pag. 767
manducauerũt & ſaturati ſunt &c. explicatum 471
manducare carnem filij hominis quid ſit 859
manducare cum mãducari coincidere 450
manducantes de pane Domini non manducantes teprehendere non debent 831
mammon quid 595
mammon maximè ſalutem hominis impedit 596
manna abi conditum eſt Chriſtus 376
mannæ uas 660
mannæ ſapor 377
martij die undecimo futurum finem ſolarium reuolutionum 1113
manifeſtus error compoſitionis Calendarij 1159
manifeſtationis donum 585
mambræ uallis 923
manſiones pulchræ in regno Dei 594
manuum impoſitio qua oratione fieri debeat 464
manumiſsio non facit liberum ſed diſciplina 776
maranatha 586
marcellus 712
marcellinus Papa 823
marchiones 809
marcus Epiſcopus Alexandriæ 790
mare mater fluuiorum 98
maris profunditas quomodo inueſtiganda 177
maris inſtabilitas temporalem uitam figurat 614
marij Victorini libri 73
marinus Arelatenſis 706
maritus & uxor in coniugio quomodo ſe habeant 508
margaritas quærens 378
maria partem optimam elegit, &c. expoſitum 404
maria filia Amram 886
maria mater Chriſti 50
mariæ uirginis opera 460
mariæ uirginis matris Chriſti gratia 616.494. & 495.
materiæ infinitas eſt priuatiua 33
martem quare Deum uocarint pag. 20
martinus hic pauper, & explicatum 466. & 467.
martius Papa 634
martianus 7
martianus Leoni Pontifici ſcribit 708
martiani leges 745
martini Papæ iudicium contra Sergium 736
martini Papæ Concilium 721
martini Papæ Synodus 782
martyr 538
martyres ſua morte quid mereantur 647
martyres morte uitam adepti ſunt 313
maſculina unitas 107
μάθησις 246
mathematicum ſpeculum 1107
mathematicus numerus eſt ſumago numeri diuini 155
mathematica perfecto 1120
mathematica complementa pag. 1004
mathematica nos ducunt ad diuina 1120
methematica uiſio 510
mathematica ſunt certiſsima pag. 8
mathematica uerſatur circa intellectualem materiam 281
mathematica quomodo tradarit Ariſtoteles 8
mathematica obiecta 264
mathematica 8
mathematicæ radix 15
mathematicæ uſus in diuinis pag. 8
mathematicalia qualia ſint 258
mathematicalia quare ſint magis intelligibilia 365
mathematicalium ſignorum utilitas 8
matthias de Suetia 561
mater auis ne in nido capiatur præceptum 391
maternus Agrippinenſis 706
materia ſemper fuit 255
materia quieſcit in forma cœli 472
materia prima carentia dicta 32
materia poſsibilitas 31
materia prima quomodo quieſceret 472
materia propria quomodo ſit extra res 21
materia prima chaos 244
materialiter quæ non ſint 163
matrimonium unitatem ſpiritus ſignificat 693
matrimonium inter eligentes & electum 760
matrimonium in Chriſto inſe parabile 578
matrimoniũ inter epiſcopũ & plebem 765
matrimonij lex 632
matrimonij perpetui unio 697
matrimonij miſterium 632
matrimonio neceſſarius eſt cõſenſus 741
mauritius imperator 822

http://www.obrascatolicas.com

maurorum fides 912
mauritaniæ Concilium 725
mauritaniæ legati 720
maximus monachus 70
maximus Antiochenus Episcopus 721
maximum est in qualibet re & in nulla 13
maximum quod Deus est, simplicissimè penitus in actu est pag. 18
maximum absolutum 2
maximum quomodo se habeat ad omnia 11
maximè distantium coincidentię 1108
maximum unum est simpliciter 5
maximum absolutè incommunicabile 43
maximum absolutè quod 45
maximitas absolutè 327
maximitatis natura 2
mæchis communio negata pag. 758
medius uestrum stetit &c. explicatur 562
medium est de essentia ordinis 325
medium absolutum 201
mediator noui testamenti 536
medicus mãsuetissimus Christus 779
medicus & Medicina Iesus pag. 435
medicus quas differentias habere deberet 173
medico prudentia & experientia usuq; opus est 779
medico utilia statica experimẽta 173
medicina ad complexionis æqualitatem respicit 372
medicina 23
medicinæ ars requirit cooperationem naturæ 591
medicinam animę spiritualem esse 651
mel Atticum 293
melle ursus delectatur 206
melchiades Papa præcessit syluestrum 782
melchiades Papa 705
memnon puer 324
memoria uiuificationis nostrę pag. 533
memoria intellectualis principium est notionum 370
memoria Dei 488
memoria iuuatur ordine 324
memoria imago æterni Dei pag. 582
memoria cœlum 582
memoria intellectualis 368
memoria fœcunditas est 444
memoriæ Thesauri 509
memoriam fecit mirabilium, expositum 446
memorativa ars 324
metallaris materię quies 472
membra Christi sola saluantur pag. 469
membra Christiformia 519
membrorum ordo 118
mendacium odiosum Deo & hominibus 547
mendacium turpe 581
mendacij author diabolus 638
mens speculativa 1108
mens diuina est terminus omnium 321
mens qualia intueatur 1107
mens numerat 1114
mẽs increata sola terminat nostram mentem 172
mens generat uerbum 901
mens increata est unitas uniens 157
mens supra semetipsam eleuata 460
mens est numerus se mouens pag. 155
mens liberaliter beneuola 420
mens humana est imago mentis absolutæ 321
mens mensurans cuncta 321
mens omnium suorũ operum terminus est 321
mens ex quibus uirtualiter constet 167
mens non est immersa corpori 159
mens est harmonia 155
mens non cõcipit absolutum nisi in contracto 505
mens concipiendi uirtus 160
mens abstracta ab exterioribus 460
mens est in absoluto contracta 505
mens est uis uiua unitiua 504
mens est locus Dei 504
mens quomodo se habeat inter Deum & creaturas 504
mens uiua est substantia 154
mens est uis assimilatiua 158
mens complicat idem & diuersum 171
mens ex eodem & diuerso 157
mens hominis principium est suarum operationum 321
mens non dependet à corpore 171
mens est uiua & incontracta infinitæ æqualitatis similitudo 163
mens seipsam mouet 171
mens à metiendo dicta 582
mens omnia mensurat 161
mens 147
mens est coincidentia unitatis & alteritatis 171
mens nostra ex quibus compo ita sit 164
mens immortalis 171
mens est uiua lux intellectualis 336
mentis uis intelligentia 160 & 161.
mentis motus perfectus 160
mentis nostræ exemplar 152
mentis humanæ admirãda uirtus 152
mentis Deiformis motus 1108
mentis concipere & intelligere 160
mentis spirituale esse 1116
mentis passio & intellectus idem 160
mentis forma 1108
mentis usu quæ attingãtur pag. 68
mentis oculo quæ uideantur pag. 327
mentis organum 510
mentis naturam ab omni uarietate absolutam esse 171
mentis stabilitas ad cõtemplationem requiritur 397

mentis trinitas 164
mentis alienatio 460
mentem quomodo Deus in homine creet 168
mentis compositio 171
menti quare corpus sit datum pag. 1116
menti idem est concipere & rationes intelligere 160
mentem à mensurando dici pag. 149
mentis & animæ differentia pag. 149
mentes cœlestes sint ne secundũ gradus intellectuales creatæ 170
mentium separatarũ numerus innumerabilis 167
mentaliter intueri quid 1107
mensura absoluta 640
mensura rerum est homo 268
mensura recti curuiq; 1100
mensura à mensurato differt pag. 22
mensura uera & dolosa 468
mensura & mensuratum Deus est 1119
mensura adæquatissima 130
mensura & mensuratum semper inæqualia 3
mensura adæquata in hoc mũdo esse non potest 145
mensura omnium essentiarum pag. 12
mensura mens 149
mensuræ & mensurati coincidentia 1118
mensuræ motus punctorum pag. 1034
mensurati & mensurę differentia 1118
mensuratum coincidentia 640
mensuramus humana ex diuinis 432
mensurare circulum non mensurari 1115
mensurare rationis est 468
mensurans omnẽ durationem æternitas 1115
mentaliter esse 163
mercurius quare Deus dictus pag. 20
mercurio maior est terra 46
meritum Christi 579
meritum passionis Christi 647
meridionalium temperies pagina. 111
merba filius Elheken 884
messhala 1156
messias nomen unde 567
messiæ nostri ostensio 462
messiam rex Salem figurauit pag. 927
metaphysica Aristotelem declarat diligenter distinxisse uocabula 325
metaphysica Auicenæ 66. & 912
metalli minera 206
metallorum ponderta uaria pag. 174
metallorum differentia quomodo reperta sit 174
metrophanes episcopus Smyrnæ 746
metropolitani prouinciarum pag. 742
metropolitani 717
metropolitani 702
metropolitani per se non per suffraganeos debent diuina officia peragere 761
michael & angeli eius, &c. exponitur 603
michaelis Cõstantini præsumptio 696
michael fortitudo Dei 434
μικρόκοσμος 47.109
midan 1157
millenaria unitas 81.330
milenitanus Romanorum Põtificum Catalogum scripsit pag. 782
mirabilia in mundo 446
miraculum Christi 513
miracula transmutationũ sunt opera Dei 484
miracula non sunt satis indicio hominem esse scriptum in libro uitæ 485
miraculorum uirtus 257
miraculorum operator Deus est 386
miraculorum donum 420
mineræ in pondere uariant pag. 174
mineralis uirtus 859
mineralis uis 206
minar 5
minorem in regno cœlorum est se maiorem 561
ministri in Ecclesia sint ne falsi aut ueri facilè ex fine sibi proposito deprehenduntur 548
ministerium in Ecclesia 655
minimum quid sit 3
minimum esse maximum 26
misereor super turbam, &c. exponitur 545
misereri proprium Dei esse 544
misericors Deus requirit misericordiam in nobis 511
misericordia Dei 654
misericordia filij 655
misericordia & ueritas obuiauerunt sibi 364
misericordiæ opera 460
misericordiæ infinitę filius 605
misericordiæ opera sancta sũt pag. 589
mitto angelum meum ante faciem tuam &c. exponitur 560
missio spiritussancti 420
modestia in loquendo 548
modus quo omnia fiunt 244
modus Dei est sine modo 540
modus omni modi modus 71
modi in operationibus hominum sunt 454
moduli theatrales in Ecclesia audiri non debent 568
monas 69
monas est omnis numeri principium & finis 328
monas innumerabilis 123
monadẽ omniũ principiũ 314
monachus fornicator quomodo puniendus sit 790
monachi prælatifacti habitum monasticũ seruare debẽt 764
monachi uita qualis debeat esse 412
monachi Coloniæ tẽpore buius autoris qd ex auaritia fecerint 548. monochordũ 208
monarchia quot annis crescat 432
monarchia Babylonica 434.772
monarchiæ præstantia 778

http://www.obrascatolicas.com

monachatus ad tonsoralẽ ordinem connectitur 702
monachatus quid 607 & 608.
monasticum habitum seruare debent Episcopi ex Monachis facti 764
monasteria Bizancea 795
monetæ probatio 548
moneta falsa aurum mentiens pag. 548
monetæ regalis 416
monetæ quomodo probandæ pag. 174
monetario comparatus Deus 237
mouemur ad Deum naturaliter 504
monialis in fornicatione deprehensa quomodo punienda 790
monopolia eradicanda 821
morbi & aduersitates animæ saluti sunt sæpe 635
mors secunda 659
mors est animæ & corporis separatio 52
mors pro inimicis 647
mors quomodo animalibus accidat 464
mors non corrumpit essentiam 580
mors pascit uitam 581
mors intellectualis 57
mors quarum rerum sit 106
mortis causa non est Deus pag. 635
mortis regnum est in odio 485
mortis Dominicæ fructus 490
mortis præscientia 647
mortis spiritualis infernales tristitiæ 57
mortem euadere possumus sola morte 418
mortem præcauere uelle 418
mortui audient Deum 312
mortui in fide, uiuunt in gloria pag. 539
mortuis aliquando capilli crescunt 218
mortificare uas fictile mundanæ sapientiæ 442
mortificatio desideriorum carnis Christianis necessaria est pag. 415
mori peccato 581
mori omnino cum Christo omnẽ qui uult cũ ipso in regno Dei manere, oportet 600
mors quid sit 113
mori non est creatura Dei 229
moriendo fideles intrant in uitam 540
moralis scientia homini necessaria est 240
moralium mysterio quidãludi non carent 208
mosella flumen 777
motus Globi accidentalis pag. 213
motus corporum cœlestium pag. 174
motus animæ perpetuus 216
motus mensuratur quete æterna 1118
motus Zodiaci 178
motus naturalis 213
motus uarietas ex eccentrico pag. 178
motus uiuus ratio est 215
motus cum alio non potest esse æqualis 22
motus planetarum 22
motus descensionis 1036
motus delectabilis uita est 581
motus uiuificandi alter 214
motus animalium 104
motus quid 26
motus omnis quies est in Deo pag. 18
motus omnis ab anima mundi 34
motus animatus 275
motus æqualitas & inæqualitas 1040
motus compositus 1036
motus infinitus cum quiete coincidit 674
motus habet finem in quiete pag. 436
motus intellectus agentis circularis 592
motus non est sine spiritu 169
motus primus in cœlo 483
motus requiritur ad opera naturæ 509
motus solis omnibus præbet uitæmotum 589
motus naturæ à quo principio sit 244
motus naturæ à motu intelligentiæ differt 630
motus principium est id quod agit propter finem 630
motus uitalis 246
motus ad uitam 419
motus duo spiritus nostri 422
motus æquales qui 1041
motus inæqualitas 1041
motus mali septem per quos anima ad mortem ducitur pag. 434
motus omnis à Deo 37
motus omnis dicitur spiritus pag. 670
motus seipsum mouens nõ deficit 171
motus spiritus dicitur 896
motus quibus modis in mobile recipiatur 604
motus æqualitas penes tempus 1040
motui aptissima est rotunditas pag. 213
motum quomodo deprehendere possimus 38
motuum omnium mẽsura quies est 18
motuum cœlestium instrumẽta 171
motuum specifica differentia pag. 439
motuum complicatio est quies 231
motu omnes omnia faciunt pag. 169
moses prior Græcis scriptoribus 603
moses 19
moyses in monte ueritatem uidit 932
moyses & Aaron quales fuerint principes 778
moysi Deum rogãti de fine mũdi quid responsum sit 934
mulier quomodo marito obedire debeat 578
mulier uir occasionatus 25
mulier benefaciens 651
mulier surda ex motu labiorũ intellexit 103
mulieris cuiusdam fictio 548
mulieres plures pmisit Alchoran 913
multitudo omnis subsistit in ordine 603
musæ à poetis uocatæ 133
mundus libro scripto configuratus 133
mundus magnus 217
mundus est æternitas principiatiuè contracta 288
mundus prodijt ex potentia 33
mundus contractum maximũ pag. 27
mundus Archetypus 430
mundus humanus 110
mundus seruit quærẽtibus Deum 292
mundus quare creatus sit 207
mundus constitutus ad constituentem quomodo se habeat pag. 357
mundus sensibilis est figura insensibilis mundi 356
mundus temporalis 356
mũdus in maligno positus 423
mundus in sapientia increata pag. 478
mundus maximus 217
mundus hic Stoicis corruptibilis 306
mundus sensibilis est liber digito Dei scriptus 397
mundus triplex 217
mundus alter Platoni 40
mundi sensibilis mortificatione assequimur immortalitatem 291
mundi creationis dies 1159
mundi sphærica rotunditas nõ est uisibilis 200
mundi coniecturalis forma 76
mundi realis forma 76
mundi figura est in terræ partibus contracta 39
mundi magni similitudo 217
mundi maximi similitudo 218
mundi principium 130
mundi quæ sint 412
mundi huius sapientũ nullus felicitatẽ uerã capere potest 103
mundi harmonia 457
mundi perfectio 213
mundi pulchritudinis maior pars 245
mundi duratio à tempore non pendet 213
mundi huius malitia nõ potest purum uerbum ferre 933
mundi machina perire non potest 42
mũdi infigurabilis imago 356
mundij medij habitudo 86
mundi huius gaudium tristitia pag. 618. & 619
mundi tres 89
mundi primi centrum 89
mundi partes omnes spiritucõnexionis conseruantur 318
mundi centrum 38
mundi & elemẽtorum creatio admirabilis 42
mundi infimi tenebræ 85
mundi ad finem tendentis malitia 736
mundi supræmi lux 85
mundi tertij centrum 89
mundi corporalis rotunditas qualis sit 212
mundi machina per ordinem consistit 324
mundi machina admirabilis 43
mundo uiuens Deum non uidet. mundo mortuus Deum uidet 397
mundo huic quando uiuat anima 525
mundum istum deserũt qui cõuertuntur per fidem 56
mundum hunc nunquam posse deficere uoluerunt Peripatetici 306
mundum ex se non esse uisibilem 211
mundorum trium figura 85
mundorum tripliciũ figura 90
murmuratio signum inuidi & superbi spiritus est 670
musica 23
musica abstractior 95
musica sensibilis 95
musica Deus in mundi creatione usus est 42
musica rationalis 96
musicæ disciplinæ 231
musselmanni 885
musselmanni præferunt Euangelio Alchoran 897
musselmanni qui nominati fuerint 916
musselmannos quos appellent μυσηρὸν 675 (900
mysterium mediatoris maximum Christi 365
mysteria secretiora quomodo sint inuestiganda 131
mysteria multa inexplicabilia in uerbis Christi 469
mystica non omnibus proponenda 267
mystica non debẽt malis & indoctis communicari 64
mystica Theologia 70
mystica Theologia facilis 181
mysteriorum dispensatio in sacramento Eucharistiæ 617
mysteriorum mortis Christi ignorantia 905
mysteriorum omnium breuis conclusio 618

N

NAchor 925
napelli radices duæ 523
napelli uenenum 523
nasci ex Deo quid sit 482
natura quomodo sit Deus 168
natura diuini præcepti instrumentum est 304
natura anima mundi 168
natura mixta homo est 361
natura nihil potest sine Dei adiutorio 516
natura spiritus 37
natura spiritui nostro necessitatẽ imponere nõ potest 216
naturæ prudentia mirabilis 241
natura 107 natura sagax 168
natura quomodo agat 132
natura subest imperio intelligentiæ 558
naturæ rex Christus est 471
naturæ lex 535
naturæ opera sensibilia 595
naturæ humanæ attractio ad Deum 201
naturæ intellectuales quare sint incorruptibiles 328

http://www.obrascatolicas.com

naturæ ſimilitudo 107
naturæ diſpoſitor 360
naturæ opus 247
natura inſtrumentum compli cans 272
naturæ eſſe 439
naturæ intellectualis Domi nus Chriſtus eſt 518
naturam triplicem creauit De us 540
naturarum combinatio miran da 694
naturarum omniū natura 187
naturalis forma 1115
naturales res quæ excellunt flu unt in alia 487
natum de carne 454
natiuitas filij Dei 387
natiuitas uerbi diuina 417
natiuitas Chriſti ſpiritualis in nobis 387
natiuitas Chriſti 50
nauis S. Petri rector quis ſit pag. 726
naues quales debeant eſſe 174
nauium inſtrumenta quomo do fieri debeant 180
nauigantibus iter oſtendēs in ſtrumentū 566
naturalium omnium inueſtiga tio à priore 694
neceſsitas complexionis 221
neceſsitas ineuitabilis 221
neceſsitas abſoluta in creatu ra 24
neceſsitas abſoluta modus eſ ſendi 32
neceſsitas abſoluta 28
neceſsitas complexionis 31
neceſsitas rerum 360
neceſsitatem complexionis na turæ tribuunt 168
neceſſariū quid aqud Ariſto telem 552
necromantiæ quæ ſint 391
negationes de Deo ſunt ueræ pag. 22
nembroth 178.777
neſtorianus fuit Mahumeth pag. 929
neſtoriani 881
neſtorina hæreſis 879
nexus amoroſus 317
nequitiæ cœleſtes 476
nicena Synodus mitigauit ſe ueritatem in excommunican do 854
nicena Synodus quomodo cō ceſſerit Viaticum 855
nycticoracis oculus 285
niceni concilij geſta quam ſan cta debeant haberi 723
niceni Concilij canones 745
niceni Concilij tempore tres ſe des fuerunt 708
nicolaus Papa anathema pro nunciauit 710
nicolaus de Cuſa S. Florini Cō fluentiæ decanus 825
nicolaus Papa 766.713
nicolai Papę epiſtola ad Phoci um 746
nicolai quinti Pontificis do ctrina 1004
niceta Græcus 854
nihil ſeipſum facere poteſt 330
nihil & punctum ferè idē ſunt pag. 1114
nihil ſine Deo ſumus 43
nihil obedit Deo 338
nili inūdatio & defectus quid indicent 179
ninus 777
noe filio maledixit 776
noes Iohan 787
nomen eius Ieſus, expoſitum pag. 501
nomen unum Dei ſupra regio nem intellectualem 434
nomen preciſum omnium re rum 151
nomen omne poteſt habere cō trarium 194
nomen maximi 18
nomen Dei ineffabile 133
nomen Dei ineffabile 19
nomen ineffabile omnium no minalium 261
nomē Dei non eſt intelligibile pag. 293
nomen ignoratur Dei 192
nominis mutatio Simonis in Petrum magna fuit 771
nominis mutatio 739
nominis præciſi imago 151
nomine uno præciſo cognito omnia cognoſcuntur 151
nomina Dei principalia duo pag. 385
nomina creaturarum 434
nomina diuina de regione in tellectuali 434
nomina quare imponantur pag. 19
nomina quæ facultas imponat pag. 338
nomina rerum uaria 133
nomina Dei in quibus latent myſteria 20
nomina Dei laudes eius ſunt pag. 312
nomina quibus attributa ſint pag. 4
nomina affirmatiua dei qualia ſint 19
nomina unum ortum habent pag. 597
nomina Deo & creaturis quo modo conueniant 597
nomina ſunt compoſitorum pag. 339
nominum impoſitio 133
nominum impoſitio eſt libe ra 149
nominum impoſitio 18
nominum cauſa 133
nominabilitas infinita 151
non in ſolo pane uiuit homo, &c. explicatum 507
non diligamus uerbo neq; lin gua &c. explicatur 541
non ſumus ancillæ &c. explica tur 658
non uidētur creata niſi creator uideatur 1119
non reuelata facie &c. expoſi tum 610
nonnę uelatæ quomodo puni endæ in fornicatione depræ henſę 790
noruegia 787
noruegi 810 (550
noſter in oratione dominica
notio rerum actualis 126
notione participare omnia quę ſunt 299
notiones incertæ 159
notiones rerū ſequunt̄ res 322
notiones quas ob cauſas per dan-

dantur 171
notiones Beatorum ſpirituum indelebiles 170
notiones an ſint concreatæ 153
notionum uniuerſitas 152
notionum conditor 353
noui teſtamenti figura eſt ue tus 739
noui inuentio 216
noua quare delectabilia ſit 597
nouiſsimum tēpus adeſſe 695
nouiſsimi dies qui ſint 932
nouitas 619
nubia regio 787
nubium uſus 448
numerus millenarius eſt cubi eus 542
numerus quid 26
numerus eſt modus intelligen di 157
numerus binarius eſt prima al teritas 5
numerus numerans 171
numerus explicans unitatē 26
numerus præcipuum ueſtigiū ducens in ſapientiam 157
numerus explicat & compli cat 171
numerus ex mente eſt 1114
numerus eſt æternitas princi piata 287
numerus rerum exēplar 155
numerus aureus 1157
numerus diuinæ mētis eſt plu ralitas rerum 156
numerus creandarum rerum 8
numerus omnia proportiona bilia includit 100
numerus primum rerum exem plar 77
numerus Pythagoricis eſt ſub ſtantia 1115
numerus eſt ſymbolicum exē plar rerum 77
numerus eſt ens rationis 4
numerus undè oriatur 26
numerus omnis incorruptibi lis 171
numeri rationales 84
numeri intellectuales 84
numeri eſſe eſt unum 569
numeri principium 4
numeri compoſita unitas 156
numeri omnes terminus dena rius eſt 227
numeri aſcenſum eſſe finitum pag. 4
numero ſublato quę non poſ ſint eſſe 4
numero ex creatis nihil prius pag. 77
numerum eſſe exemplatū ex emplaris unitatis 225
numerum quarum rerum prin cipium ſit 77
numerorum uti omnia conſti tui 2
numerare eſt unū alterare 198
numerare bruta nequeunt 26
numerare nequit qui mente ca ret 1114
numerabilium principium 676
numenius 275
numidiæ prouincia 755
numularius 237
numularij qui ſint 416
nunc & tūc ſunt poſt uerbum Dei 191
nunc eſt eſſentia temporis 569
nūc dimittis, &c. explicatū 483
nunc 126.163.26
nunc æternitatis 569
nuptiarum expenſæ 821
nutrimentum 140
nutrimenta tranſformantur in naturam aliti 542
nutrimur ex quibus ſumus 507
natura inferior mutat̄ in ſupe riorem 578

O

OBedire uſq; ad mortē eſt intrare in uitam 529
obedientia Chriſtiformis 553
obedientia in quibus cerna tur 546
obedientia Domini Chriſti in ara crucis 539
obedientia melior eſt quàm ul cima 520
obedientia conſummata 660
obedientia uera 524
obedientia ex timore eſt coa ctio 667
obedientia oſtendit qui ueri qq; ficti ſint religioſi 496.497
obedientia irrationalis 547
obedientia uiua quæ ſit 667
obedientia eſt omnibus fideli bus neceſſaria 758
ὀβελὸς aurum 174
obiectum delectabiliſsimum pag. 56
obiectum quęlibet potentia co gnoſcit 246
obiecti ſimilitudo 247
oblatio 519
oblatio plenaria 408
oblatio conſummatrix 515
obſcuritas ſacratiſsima 181
obſtinatio 421
obumbrare quid 455
occaſionatus Deus 25
occidentales gentes quales ſint. 112
ocium apud Deum non eſt 359
ociosa & iocoſa uerba procul à Chriſtiano abeſſe debēt 547
oculus amoris pes eſt 595
oculus in tenebris 139
oculus carnalis eſt ut talpæ, ſpi ritualis ut aquilæ 470
oculus cordis nuncius eſt 652
oculus impudicus 652
oculum cognitionis excæcare pag. 488
oculi mundiſsimi intellectua les ſunt angeli 605
oculorum nutumentis conce ptus deprehenditur 103
occultum omne reuelatur 528
odoratus 109
odoratus in quali aëre fiat 161
odoratus redolens regnum 295
odire 594
offendere in lumen intelligen tiæ 427
oleum ſpiritus 513
olei pondus 174
oleorum pondus 176
olfactus ſuper odorabilia 293
olfactus uoluptates 293
oligarchia 777
olympius 706
olympi montis altitudo 509
omnis poſsibilitas contracta eſt 33
omnia in omnibus eſſe 28
omnipotens gloria 525
ὄμ 6

omnipo-

http://www.obrascatolicas.com

omnipotẽtia patris reuelat in arte & opere 471
omnipotentiæ ars 477
oodiner rex post Gomar 884
œconomica potestas 774
operari Dei 1119
operandi benè facultas à Deo pag. 551
opinio 114
opiniones eccentricorũ 1157
opinionum uarietas sine pertinacia in Ecclesia sæpe incidit 698
opiniones Epicyclorum 1157
oppositiones cubicæ 82
oppositorum coincidentia 64
oppositæ iuxta se positæ magis elucescunt 282
oppositorum oppositio 1118
oppositorum coincidentiam autor sæpe concludere conatus est 367
oppositorum coincidentia pag. 1120.189.1118.
oppositorum una scientia 282
optatus nominauit Papam cõsocium 735
optati & aliorum Episcoporũ scripta de Concilio Zertensi ad Donatistas 851
optimum est suijpsius diffusiuum 286
opera bona ad uitam & salutẽ, ex fide necessaria 296
opera doctorũ sunt argumẽto quòd intellectus uult cognosci 679
opera omnipotentiæ 574
opera nostra perseptem sunt distributa 393
opera dei in omnibus 585
opera mala auertunt animam à bono 438
opera requruntur charitatis in Christianis 549
opera bona gradus habent 460
opera spiritus paracleti 493
opera spiritus huius mũdi 493
opera & uerba ostendunt spiritum qui est in homine 652
opera trinitatis indiuisa 488
opera intellectualis naturæ pag. 670
operũ omniũ suorum finis Deus est 287
operibus probauit Iesus se esse Messiam 920
operib. nostris nihil efficimus sine Deo 544
operatio omnis ex quodam amore procedit 49
operatio maxima 49
operatio animæ est sine tempore 489
operatio declarat qualis res sit pag. 480
operatio quò referatur 485
operationemomnia habent in spiritusancto 289
operationes Dei ab omni modo absolutæ sunt 454
orandum ubi sit 550
oratio Christi consummata pag. 579
oratio dominica 550
oratio 275
orationis efficatia & potentia pag. 588
orationis assiduitas quid possit 649
orationis præstantia & efficatia 549
orationem concludimus per amen 551
orbium intelligentię 108
orbium motrices sunt intelligentiæ 603
orbium motrices intelligentiæ pag. 275
ordinatio Calendarij 1155
ordo in diuersitate 44
ordo est æqualitas 372
ordo iustitialis 118
ordo rerum pulcherrimus 133
ordo omnis ex sapientia 575
ordo dependentiæ 646
ordo est omnium operum Dei pag. 235
ordo perfectissimus 235
ordo in Concilio sedentiũ 798
ordo ubi non est, est confusio pag. 813
ordo rerum est ex sapientia incomprehensibili 497
ordo in homine triplex 481
ordo in interrogando seruandus 324
ordo facit ad intellectum 324
ordo in artib. & scietijs 324
ordo unit multa 603
ordo requirit harmoniam 603
ordo est sapientiæ splendor pag. 324
ordo est imago sapientiæ 324
ordo in omnibus quę ab humana fiunt mente 324
ordo in cœlo & terra 324
ordo æternus est 325
ordo in motibus animaliũ 324
ordo ostendit Deum pium 511
ordinis diuini participatio 324
ordinis ueteris in Ecclesia dissolutio 806
ordinem diuinum cuncta participant 324
ordinem de luce sapientię multum participare 324
ordines in angelica hierarchia pag. 702
ordines religionis Pontificiæ pag. 702
ordinum nouem figurę 90
ordinum omnium exemplar pag. 235
ordinum trium connexio 700
ordinata à Deo sunt 323.660
ordinatissima progressio 90
ordinatio 766
ordinationes quomodo fieri debeant 265
ordinatiua potestas 774
ordinatissima in creatis dispositio 322
ordinandorum qualitas 766
organum natura est diuini intellectus 509
oriens dives 815
ormisdæ epistola ad Remensẽ Archiepiscopum 747
ornamenta cœlestia 638
orpheus lyrę inuentor 232
orthogonij trianguli 280
ostensio patris omnis creatura 289
ostendite mihi numisma &c. expositum 697
ostriacialis ordo 702
ostensiuę rationes 136
otho secundus 810

otho Imperat. et rex Italię 784
otho primus à Frãcis elect. 789
otho primus imperator 810
oxygonij trianguli 280

P

pactũ Dei & Abrahæ in Christo concluditur 925
pacti instrumentum 535
pacta inter Deum & Abraham 534
pacta commertiorum 534
pactio cum dæmonibus 391
peccatum quid in homine efficiat 485
palladius hæreticus 715
palatium salomonis 557
palmarum die quid gestũ 491
panis uiuus eucharistia 616
panis angelorum 466
panis noie quæ ueniant 546
panis cœlestis dat uitam mundo 449
panis benedictus 854
panis uiuus uiuificat 508
obiectum amatum excitat lętitiam 508
panis uitæ Christus est 444
panis alimentum in corpore quomodo mutetur 507
panis & uini mysteria 927
panis habet ex deo uirtutẽ ut paschat 471
panis uiui figura 381
panis unus frangebatur & distribuebatur omnibus in eu charistia 854
panis uitæ & intellectus 856
panis uiuus 650
panes qui manducantur in regno dei 859
panis de cœlo descendens 851
panis de cœlo descendens 350
panis qui reficit Christ. est 450
panis qui de cœlo descẽd. 859
panis cœlestis fide pascens animas 617
panis supersubstantialis 550
panis Christus est 382
panis pinguis est uerb. Dei 512
panem nostrum quotidianum &c. exponitur 550
panem fermentatũ benedixit Romana Ecclesia 854
panem quomodo Græci consecrent & benedicant 854
panem Eucharistiæ Græci fermento confecerunt 854
panes & pisces multiplicauit Christus 513
pange lingua glorioſi & exponitur 679
πάνθεον 20
papa submittit se concilio 740
papa est membrũ ecclesiæ 738
papa rector nauiculæ sancti Petri 726
papa nihil potest dimittere nisi pœnitẽtia uera pcedat 516
papa cuinam consilio præferatur & cui non 743
papa non hæreticus deponi potest per concilium 740
papane sit supra Concilium uniuersale 734
papa non solus statuere potest 725
papa ob negligentiam deponi potest 738
papa contra canones iudicare non potest 730
papa iudicari & deponi potest 737
papa non consentiente nihil statuendum de fide 733
papa unde dictus 1027
papa ob hæresim nondũ dãnatam non est reijciendus 734
papa super totam ecclesiam habet ministerium episcopale 725
papa etiam non hæreticus deponi potest 740
papa prelatus in iudicãdo particularibus Concilijs 732
papa à quibusdam episcopis conscius nominatus 735
papa non uniuersalis sed tantùm primus est episcop. 730
papæ Nicolao 5. inscribit autor libellũ de Matthematicis complementis 1004
papæ uariæ appellationes 735
papæ Agathonis subscriptio in Concilio patriarchali 721
papæ legati primi rogantur in Synodalibus sessionibus 721
papę epistola Ambrosianis inserta 740
papæ sententia in concilio discusa 736
papæ potestas 516
papæ principalia membra 741
papæ primatus 702
papę mores reprobi ferendi à subditis 734
papæ dicti etiam in alijs ecclesiis 709
papam uocarunt quidam episcopi consacerdotem 735
papa ne se nimium extollat 823
papam suspendi posse 741
papam etiam propter negligentiam deponi posse 738
papam solus Deus iudicat 738
papam sine cardinalibus in re summa nihil posse 751
papam fidelem non posse iudicari à Concilio 734
papatus sæpe diu uacauit 823
papatus in quo consistat 741
papale 812
paracletus autem spiritussanctus qui à parte pcedit &c. expositum 49
paradisus significat regnũ ecclesiæ 684
paradisi murus 189
paradigmatica figura 85
parentes cæci in iudicando de prole 775
parmenides 18
participatio mutua influentialis 694
participatio orbicularis in creaturis 694
passio Christi 600
passionis Christi meritum 529
passionis Christi commoda 705
pascha Rom. Ecclesiæ 1059
pascha quando fecerunt Asiani 1159
pascha Græcorum & Asianorum 1159
pascha dominico Die celebrãdum ex quibus causis 1156
paschalis sacramenti error 1159
paschale statutum Nicenæ Synodi

http://www.obrascatolicas.com

nodi 1160
paschatis tempus in Niceno concilio statutum 1159
pascha transmigratio 906
paschasius legat. pōtificis 721
pastor Iesus 581
pastor bonus 696
pastorum est pascere 857
pastoralis cura in Ecclesia 703
pascentia uerbo & exemplo apostolis commissa 727
pascentia mirabilis 581
pascit nos solus deus 476
paschere uerbo Dei quid 507
pasci à uiuificāte sapientia 533
pascentia spiritus 496
patiens quos uincat 615
patiens auro similis est 615
pati propter iustitiam 661
patientia necessaria est Christianis 416
patientia pacificat bella 615
patiendo uincere 615
pater in filio reuelatur 421
pater est actu Deus 31
pater unitas 6 & 7
pater uester cœlestis dabit uobis &c. exponitur 670
pater deus quare sit 20
pater mundo manifestus factus morte Christi 467
pater carnis Adam 529
pater patrum 681
patris sapientia 381
patris suprema apparitio 288
patris uerbū, sapientia &c. 134
patris nomen 550
patrē deū esse intellectum 552
patrem & filium uidere est esse in paradiso 202
patrem se deum intelligere est consubstantialem filium generare, explicatum 512
patrem nemo nouit nisi filius ei reuelauerit 476
patrum de creatione mundi consensus 131
patrum conuentus 711
panibus quinq; hominū quinquemillia pauit domin. 513
paruus mundus 217
paternaliter in parte omnia sunt 280
paternitas dei 187
paternitas in omnibus creaturis 597
paternitas multiplex in patre familias 681
paternitas absoluta 681
paternitas 596
paternum posse primi parentis Adæ 333
patriarcha nominatus episcopus Cōstatinopolitanus 708
patricius 783
patronius præfectus 815
patricij 809
patriarchæ & prophetæ non sunt mortui 488
patriarchas esse architectos Tabernaculi ecclesiastici 715
patriarcharum in ecclesia officium 701
patriarchatus Romanus 710
patriarchale Concilium Romæ frequens 720
patriarchales sedes quinq; 708
patrimonium Petri 762
paruulis præstat deus sapientiam 522
paulus apostolus qualis prædicator 48
paulus Apostolus Gamalielis discipulus fuit 1157
paulus Orosius de Babylone & Roma 772
paulus quomodo excommunicauit 839
paulus raptus de corporalibus ad spiritualia 644
paulus Guarnisredus 822
pauli epistolæ & ad Ephesios excellentia 693
paupertum oppressiones 918
paupertas in hoc mundo 679
paupertas grata est filijs lucis 539
paupertas uera est nihil possidere ut suum 680
paupertas 466
paupertas spiritualis 577
paupertatis uia deus inuenitur 466
pax non est nisi ubi mandata dei seruantur 484
pax in aduersitate 580
pax hominibus bonæ uoluntatis expositum 497
pax est salus 483
pax est æqualitas 372
pax nostra Christus est 565
pax dei in loco sancto suo 472
pax rationalis 638
pax omnia efficit pulchra 472
pax & quies non est in hoc mundo 580
pax huius mūdi instabilis 493
pax tricausalis 497
pax in monte Zion 497
pax desideratur 497
pax in corpore & unitas 472
pax Dei est cū omnibus 498
pax uidetur in coincidētia extremorum 497
pax cœlum beatorum 498
pax unit 497
pax nexus est 497
pax dei quę exuperat omnem sensum, &c. exponitur 616
pacis locus 497
pacis & gaudij æterni locus 54
pacis conseruatores spūs 423
pacis uinculū Eucharistia 830
pacis nihil est expers 497
pacis expulsio 806
paçem stabilem in nostra peregrinatione petimus 436
pacē habent soli Christiani 80
pacificator 497
peccare quare premissi sunt prædestinati ad gloriam 524
peccare posse non est creaturæ dei 229
peccatum tria mala efficit in anima 481
peccatum contrariatur rationi 481
peccatum omne quod contra charitatē est, mortale est 421
peccatū nihil ētitatis habet 361
peccatum sicut purredo in pomo 398
peccatum 417
peccatum separati luciferi 285
peccatum stimulus mortis 586
peccatum non est à deo 635
peccatum originale diuidit hominem à deo 495
peccatū omne uoluntariū 555
peccatum corrumpit intelligere 485
peccati consumptio per aquā & ignem 934
peccatum in spiritūsanctū 585
peccati seruus 515
peccati mortalis effectus 428
peccati effectus 485
peccati ortus 504
peccati mortalis causa 559
peccatū quomodo intrauit 131
peccatorum sarcinæ graues deponendæ 469
peccata quæ nō remittunt 421
peccata in spiritum sanctū 421
peccata quæ ostendunt nos carnales esse 539
peccata in patrem 241
peccata diuidunt inter nos & deum 564
peccata in filium 421
peccator quibus seruiat 776
peccatores appropinquare ad Iesum 468
peccatores sunt extra sapientiam 575
peccatorum meditatio 420
pelagius 212
pelagij decretalis 750
pennæ uentorum 386
pentagoni latus 1027
per se ens 352
per se 331
per omnia circulus circulo æqualis 1109
peregrinatio nostra ad aliquid tendit 436
perdita anima se abscōdit 543
perfectionaliter omnia sunt in spiritusancto 289
peripateticorum & Pythagoricorum dissentio 1115
peripateticorū opinio de mūdi generatione 306
peripheria circuli circumscripti 1108
pheripheria omnium una infinita 1109
pheripherię poligonię insunt tres circuli coincidētes 1108
peripheria polygoniæ 1010
perpheria circuli infiniti 1118
peripherię tres differētes 1108
peripheriam circularem inueniendi ars 1108
persecutio nouissima 705
persarum anni 1155
pheripheriæ quid 1034
perpetui angeli 223
persona absoluti posse 260
persona utriusq; nexus 260
persona ipsius esse 260
personarum in diuinis distinctio est essentialis non numeralis 189
personarum in diuinis quælibet est unitas 31
personarum nomen in diuinis 19
personæ tres in diuinis non sunt tres dij 903
personæ in diuinis tres correlationes 31
personalis unio 920
personales differentiæ in diuinis 760
persecutio qualis non fuit ab exordio mundi est futura ante finem 933
persequutio hereticorum nocere potest 950
persequutionē patientur omnes spirituales doctores 933
persarum religio 912
persicum mare 787
pestis futura quomodo possit præuideri 179
petrus Theologorum omnium summitas 829
petrus oritur de ecclesia 742
petrus primus Christi professor 826
petrus figura ecclesiæ est 739
petrus de Ebano 1156
petrus à quibusdam agnoscēs interpretatur 277
petrus de Tarentasia 410
petrus Cluniacensis 879
petrus à petra 739
petrus in quo maior 738
petri Apostoli primatus 701
petri nomen de Simone 770
petri misericordia 544
petri & pauli primatus 837
pharisæi à dño repræhensi 667
phantasia omnia à sensibus accipit 241
phantasmata quomodo intelligibilia sint 114
phantasmata alteritates sunt rationis 114
phātasticæ cellulæ spiritus 161
philippus imperator primus Christianus ex imperatoribus 788
philo platonicus 422
philomenicus cantus 293
philo iudæus 835
philo doctus & sapiens 934
philosophia quos decipiat 637
humanæ adinuentiones 637
philosophia quæ compræhendere uult trinam unitatem, omnia rationabilia euomere debet 7
philosophiæ finis 641
philosophiæ clauis Theodori 73
philosophię studium Athenis floruit 291
philosophiam non paruam ludus globi repræsentat 209
philosophus Felix 1156
philosophi ueram sapientiam non cognouerunt 318
philosophi opera Dei non nouerunt 568
philosophorum in Deum quę rendo inutiles labores 307
philosophorum differētia magna est 300
philosophi sunt uenatores sapientiæ 300
philosophorum uanitas & superbia 527
philosophorum argutiæ 133
philosophorum omnium consideratio circa unum uersatur 314
philosophos omnes concordanti doctrina 152
philosophorū finis uarius 296
philosophandi modus maxime rationabilis 236
philosophica inquisitio nondum ad uisionem uenit 68
philosophari est uenatio sapientiæ 298
phoca occupauit imperiū 822

http://www.obrascatolicas.com

physica speculatio 264
physicæ ligaturæ 464
physici quomodo opinentur sensationes fieri 161
physiognomi 104
pictura mirabilis 181&182
picturæ faciei dei causa 185
pietatis operatio 631
pigris quid dicat scriptura 405
pilati historia 667
pipinus quomodo ad regnũ Franciæ peruenerit 781
piscis pinguedo in principio hiemis quid portendat 179
pius papa octauus à Petro 1159
planetæ sub quo loco moueantur 603
planetarum motus 36
planetarum omnium motum solis motu mensurari 22
planetarum uita 299
planicies 1015
plantare 682
plato quomodo conatus sit in Deum uiam pandere 66
plato uenator circũspect. 303
platonis studia 632
platonis error 283
platonis secreta 275
platonis philosophandi modus 236
platonis sententia de Deo præfertur aliorum philosophorum opinionibus 307
platonis forma 31
platonici 8
platonici ad unum se contulerunt 457
plenitudo legis est dilectio, &c. exponitur 636 & 637
plenitudo in uiam Christi 578
plenitudo perfectionis est in Christo 500
plotinus 275
plumbi pondus 175
pluralitas in Deo unitas est 26
pluralitas rerum unde 26
pluralitas in diuinis est sine numero plurali 189
pluralitas in Deo coincidit in singularitate 198
plurificare sine numero 198
pœna consummata 659
pœnæ sunt medicinæ 778
pœnitentia in quibus consistat 609
pœnitentia uera fit non sine dolore 543
pœnitentia post lapsum 854
pœnitentiæ fructus 543
pœnitentiæ & medicinæ locus quærendus 807
pœnitentiã esse uolũtariã 543
poëticam & rythmicam eloquẽtiã habuit Mahumet 886
politica unitas 549
polus in sphera nõ est fixus 38
poli immobiles non sunt 38
πολυγωνία 49
polygonica figura resoluitur in triangulum 15
polygonia 3
polygonia figura ultima 943
polygoniæ peripheria 1108
polygoniæ finitæ peripheria pag. 1118
polygonia m circulus mensurat 1116
polygoniæ Isopleuræ quomodo transmutari possint 969
polygoniæ 940
polygoniæ & circuli isoperimetri proportio 940
polygoniæ capacitas 1012
polygonias ex rectis constitui 1109
polygoniæ centrum 1005
polycrates Ephes. episc. 1159
pelliculæ propter carnes 235
pondus ex tẽpore uariari 173
pondus medicæ materia 173
pondus auri uarium 174
pondere quomodo ad artem capacitatum uasorum peruenire possimus 180
pondera rerum per stateram capienda 180
ponderum signatura neglecta 173
ponderum differentia 172
pontifex Romanus quomodo Conciliis subsit 738
pontificis imperio seipsas dederunt ciuitates 783
pontifices tẽporales 515 & 516
pontificum pontifex 515
pontificum liber qui uocatur diurnus 745
posse triplex 330
posse absolutum & omnipotens 333
posse ipso nihil prius 336
posse factibilis 337
posse connexionis 337
posse est principium substantiale 337
posse ipsius apparitionis sunt omnia 336
posse ipsum 249
posse lucis 334
posse fieri quomodo sapientes nominarint 305
possessionibus ecclesiasticis possunt sæculares potestates uti 819
possest 250 & 251 & 252
possest causa bonorũ est 326
possest actu ẽ omne posse 307
possest lineale 255
possest est sine initio 256
possibilius intellectus quomodo excitetur 1116
possibilitas determinata 32
possibilitas unde 32
possibilitas determinata 238
possibilitas ad omnia 32
possibilitas materialis 8
possibilitas pura 32
possibilitas uniuersi 32
possibilitas absoluta non potest esse 33
possibilitas increata 255
posteritatis ordo 331
postillator totius Bibliæ Hugo 856
postulare quid sit 284
potentia patris 389
potẽtia principi necessaria 778
potentia Deus est in creaturis 420
potentia per actum contrahitur 33
potentia conseruatiua 815
potentiæ omnis posse 334
potentiæ finis actus est 29
potentię supremum 246
potentiam passiuam semper fuisse affirmare hæresis est 303
potẽtiã oia habent in filio 289

potentiarum cognitiuarum obiectum 247
potestas dispensatiua 729
potestas regulata pontificis summi 759
potestas omnis à Deo est 774
potestas ligandi 738
potestas ecclesiastica qualis debeat esse, quomodoq; sit mutata 757
potestas nulla aduersus naturale ius 731
potestas regulatiua 774
potestas omnis à Deo 503
potestas episcoporum 727
potestas habet potestatem in ecclesiastica bona 819
potestas omnis Dei habet ordinationem 779
potestas spiritualis in libertate est 773
potestatis plenitudo quomodo sit apud Romanorũ Pontificem 726
potestates aëris & tenebrarum 439
potẽstates latẽt in populo 743
potestate summa non utendum 778
practicus amor 420
practica uis in homine 392
pragensis prouincia 855
præcisio non est in hoc mundo 145
præcisio in ratione 93
præceptor quomodo sit affectus erga discipulum 540
præcepta decem 535
præda in uenatione sapientiæ capta 326
prædestinatio 692
prædestinationis alta consideratio 450
prædestinatos ad gloriam aliquãdo cadere permittit Deus 541
prædicator euangelij debet se ipsum abnegare 615
prędicamentorum decem species 243
prædicationis actio 404
prædicatores comparat pistoribus 466
prædicatores qui falsi sint 548
prædicatorum magna est differentia 465
prædicatorẽ omnem esse sanctum 634
prædicare sine charitate quid sit 573
præcisum quid 145
præfatio in libros de catholica concordantia 683
prefecti 809
prælatus inutilis deponi potest 741
prælati quõ eligi debeant 764
prælatorum electio 741
prælationis sedium causæ 709
presbyter 412
presbyteri Ioannis potẽtia 718
prędes debẽt esse imperator 815
prędis electio quot & quęre quirat 767
præsides debẽt cõsensu & electione concordi fieri 798
præsides 809
præsens tempus 367
præsentia 26
præsentia oĩa coram Deo 254
præsentia 126
prędtia Deus ẽ in creatura 420
præsumptione peccatur in spiritum sanctum 421
præsumptionis fatuitas 517
præsumptiones Michaelis patriarchæ 836
præsidentia rectè ordinata 821
præsidentiæ ueritas 703
prędentes preuaricantur 775
præstigiosum omne damnatum 463
præstigiosa omina à fidelibus aliena debent esse 546
presbyter fornicator quomodo puniendus sit 789
presbyteri uxor est ecclesia 741
præscientiam Dei omnia necessitare credit Alchoran 883
præsulis summi potestas 759
præterita scire est homini necessarium 616
præteritorum cognitio ducit hominem ad futurorum cognitionem 616
præuisio Dei nõ necessitat 919
primum est omnium ratio 12
primum principium non caret scientia sui 372
primatus papæ 702
primũ mensura omnium est 12
primum in intentione est ultimum in executione 453
primatus petri & pauli 838
primitiua ecclesia qualis fuerit 852
prioritatis ordo 331
princeps mundi huius 493
principes quando in concilijs esse possint 789
principium materiale est posse ipsum 337
principia duo post unum 355
principiorũ omniũ origo 339
principia essentialia esse intrinseca 299
principia quæ substantiæ insunt, sunt contraria 276
principia tria ibid.
principiũ causale unum tm 331
principium complicatiuũ 1118
principium nostrum quomodo gustetur 139
principium primum fixum 254
principium primum neq; stat, neq; mouetur 254
principiũ multitudo mala 358
principium motus 525
principium sine principio 7
principium cum fine coincidens 569
principium ineuacuabile per omnia principiata 269
principiũ tricausale apud Platonem 497
principum tres ordines 809
principium contractum 28
principium de principio 352
principium omnipotens 246
principium est de essentia ordinis 323
principium Deus est omnibus principiatis 503
principum excellentia 788
principum ordo in concilio sedentium 799
principium primisionum 357
principium connexionis non cognouerunt philosophi 318

http://www.obrascatolicas.com

principū in Cōcilijs officia 790
principium nullo modo diuisibile 268
principia minima sunt quantitate, maxima uero uirtute 234
principia in omni facultate 57
princeps prim. intellectus 275
princeps sit unus 778
principis spiritus maligni huius mundi potestas 422
principi Christiano Christus est imitandus 779
principij primi positio Theologorum 87
principij primi omnium sunt ipsum 275
principij esse principium 351
principatus amor 806
principatus temperati 777
principatus est à consensu 730
principatus diuinus 603
principiatum primum 156
principanti tria necessaria 778
principantium tria genera prua 777
principiatum est omne finitum 149
principiatū sine principio 323
principiatū de principiato 323
principiatorum omnium simplicissimum principium 276
principiatorum perfectio in quibus sit 261
principiata omnia sunt in suo principio 503
priuatio principium 276
probans seipsum & non manducans de sacramento iudicari aut reprehendi non debet 831
probabilitas quid sit 383
procidere & adorare habent in se confessionem supremæ reuerentiæ 484
proclus de theologia Plat. 304
processio quid sit 6
processio ab utroq; 21
processio ordinata 90
processio in diuinis 386
processiones diuinæ in creaturis 591
prodesse reipub. 812
professio Christi 524
professionis forma 745
proficientium numerorum radix 542
profunda 93
progressio naturalis 77
progressio cum regressione 87
progressio trina 235
progressio omnis denario cōtinetur 235
progressio de confuso ad discretum 215
progressionis motus 1036
progressionum omnium una uia exstitit 105
prophetia ex auditu est 502
prophætia Heliæ 345
prophetiæ donum 420
propheticus spiritus 207
prophetice illuminationes 134
propheta dicitur uidens 537
prophetarum simplices traditiones 133
prophetarum uerbi uirtus 623
prophetarum omnium conclusio & finis 915
prophetarum genealogia 925
prophetarum nullus in Alchoran reperitur 902
prophetarum altissimus 537
promissio Abrahæ facta 924
promotio episcoporum quomodo debeat fieri 765
promulgare quid 747
proportio quomodo intelligatur 1
proportio διὰ πασῶν 179
proportio grata est omni sensui 281
proportio est locus formæ 156
proportio inter infinitum & finitum non potest esse 25
proportio dat speciem subiecto 281
proportio ad ordinem necessaria est 603
proportionandi uis 231
proportio in rebus est causa delectationis 157
proportio surda 940
proportio necessaria ad compositionem 204
proportio est in diuersitate 44
proportionis subiectum 156
proportionis pulchritudo in omnibus 323
proportionem omnia ad se in uicem habent 8
proportionabilitas est incorruptibilis 281
proportionata membra 592
proportionata bene, grata sunt 591
propria quomodo mens nostra faciat 165
prouerbium 740
prouidentia Dei est immutabilis 17
profunditas quid 598
prouidentia Dei contraria quoq; complectitur 17
prouidentia diuina contradictoria unit 17
prouidentia diuina 604
prouidentia Dei 185
prouinciæ alicuius magnæ cōcilium uniuersale 717
prouinciale Cōcilium ex quibus constituatur 752
prouincialis Synodus suis prodere potest 730
prouincialia concilia 717
prouocatio ab episcopo ad Metropolitam 764
proximus unde dictus 658
proximi dilectio debet esse propter deum 421
prudens nemo est à generante patre 678
prudentia seculi huius 379
prudentia 606
prudentia spiritus 498
prudentia harmoniæ ponderatur 180
prudentia est uita spiritus 498
prudentia humanarum uirtutum forma est 607
prudentia lucis 379
prudentia uirtutum magistra est 778
prusij 810
psallendi in ecclesia unus usus aut modus 755
psaltes intelligentia 313
psalmorum multitudo 768
psalterium 313
ptolemæus astrolabium inuenit 232
pubescentes sunt laboribus exercendi 405
puella surge & surrexit. exponitur 612
puer crescebat etc. exponit 624
pugna contra spiritum præsumptuosum 425
pulcheria Augusta 716
pulchrum corpus 592
pulchrum et bonum omnibus appetibile 592
pulchrū in quibus consistat 591
pulchrum quod cum bono conuertitur 592
pulchrum infinitè 69
pulchrum ratio in quibus consistat 591
pulchri & boni uis in omnibus rebus 592
pulchri & boni desiderio omnia ab omnibus fiunt 593
pulchri claritas 592
pulchri proportio 592
pulchrorum forma 592
pulchritudo absoluta 185
pulchritudo formarum substantialium 593
pulchritudo in regno Dei 594
pulchritudo est æqualitas 372
pulchritudo per se 562
pulchritudo propria, est Dei essentia 592
pulchritudinis participatio 593
pulchritudinis absolutæ sunt opera omnia que sunt 593
pulchritudinis nihil est expers pag. 593
pulchritudinis fons 593
pulchritudinis finis amor 594
pulchritudinem omnia exoptant 592
pulchritudines in regno Dei pag. 594
pulchritudines cōtractæ sunt species 593
pulsuum diuersitas quomodo cognoscenda 173
punctare quid 163
punctus in omni quanto reperitur 230
punctus 26
pūctus nō est plurificabile 211
punctum unum in omnibus atomis 162
puncta æquinoctialia instabilia 1157
pyramis figura 98
pyramis ex phæra 978
pyramidis corporis regularis 986
pyrrhi damnatio 721
pyritis lapis 396
pythagoras 8
pythagoras quomodo philosophatus sit 236
pythagorica rota 179
pythagorici quales 155
pythagorici & peripatetici quare in dicendo differāt 1115

Q

Quadratura circuli quæsita 1004
quadraturę circuli scientia 1135
quaternitas in diuinis imposibilis est 15
quadriuium sine quo nemo recte philosophatur 164
quadrangulum in quadratum pag. 969
quadratum ex triangulo 969
quadrati circulatione quæ scirí possint 1119
quadratura plura in unum uerti posse 969
quadratæ diuersitates 82
quadratura in geometricis transmutationibus 1032
quadratorum proportio 969
quadrare circulum 1004
qualitatum primarum contrietas seruit tactiuæ facultati 282
quādo Greci fecerunt pascha pag. 1159
quantitas 3
quantitas discreta est simplicior quantitate continua 281
quantitatis creata 251
quæcunq; scripta sunt &c. exponitur 615
quærite primum regnum Dei & iustitiam eius &c. expositum 472. 594
quæstores qui ostendunt sanctorum reliquias 652
qui manducat hūc panem &c. explicatur 531
qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit, &c. exponitur 659
qui credit in filium Dei &c. exponitur 557
qui facit uoluntatē Patris, &c. exponitur 548
qui habet aures audiendi audiat 474
quid Auaris dicatur 405
quid querere 332
quodcunq; dixerit uobis, &c. exponitur 632
quodlibet esse in quolibet 28
quidditas rei absoluta 28
quidditas rerum inattingibilis est 3
quidditas quæritur 332
quidditas pura pascit intellectum 507
quidditas rerum semper quæsita 306
quidditas contracta 28
quidditas Dei 622
quidditatis nihil potest per hominem attingi 134
quidditatem omnia habent 333
quidditatiuum principium 337
quies quid 26
quies infinita mensurat omnem motum 1116
quies in septima die 393
quies sabbati interminabilis pag. 478
quies est motuum complicatio 231
quies in Deo maxima 18
quies exuperans omnem sensum 565
quies animalium 421 & 422
quies beata ubi sit 656
quietis terminum omnia petunt 289
quietis uita in Christo delectabilissima 291
quietis imago 368
quietis locus Deus 564
quietem in suo loco omnia habent 569
quinta essentia 570. 672
quot diebus cōstat annus 1256

http://www.obrascatolicas.com

R
Rabi Salomon 11
rachel 394
radius triplex 572
radium pondus 173
rapaces 639
raphael medicina Dei 434
raphaelis tubæ longitudo 906
ratio quid 55
ratio nulla est operum dei 278
ratio cerebro adheret 115
ratio discretiua discernit in oculo uisibilia 295
ratio mensurans 268
ratio est mensura 12
ratio in homine intersensum & intellectum 50
ratio tertij mundi centrum 89
ratio præcisio sensus est 87
ratio rerum æterna est 12
ratio Dei 334
ratio ex mente 26
ratio quomodo deuiet 83
ratio pascens 507
ratio uerbo pascitur 486
rationis oculus 509
rationis humanę et bestiarum differentia 114
rationis uiuæ uirtutes 215
rationis supremitas 272
rationis entia 30
rationis motus intellectu inferior est 19
rationis precisio intellectus 87
rationis ascensus 115
rationis uita 114
rationis organum 510
rationis & sensus certamẽ 604
rationi dominari debet intellectus 51
rationem brutis inesse 154
rationem oriri in umbra intelligentiæ 274
rationẽ non habere bruta 216
rationem uigentes aliorum dominisunt naturaliter 503
rationes uarias & omnes iudicat intellectus 263
rationes rerum æternæ differentes in Deo non esse uarias 254
rationes demonstratiuæ 136
rationum diuersitas, secundum nostram rationem, in Deo esse nequit 183
rationum clarum iudicium est in intellectu 295
rationum fons 278
rationalibus lux infinita rationaliter lucet 287
rationalis cellula 161
rationalis anima est substantia omnium suarum potentiarum 225
rationalis mensura deficit 130
rationalis motus modificatio 606
rationalis natura quomõ possit Dei unionem assequi 200
rationalis motus 136
rationalis intelligentia Christi 427
rationalis animæ motus triplex 516
rationalis discretio 133
rationalis anima cithara uiua pag. 514
rationalis cognitio 115
rationalis numerus 84
rationale obsequium 655
rationalia esse omnia animalia 68
ratiocinatio quid 231
ratiocinatio quid quærat 133
realis distinctio 417
rebellio in Adam quomodo facta sit 495
recaredus rex 724
recaredi in Cõcilio concio 791
rectam quadrãti equalis quomodo reperiatur 1054
rectam & circularem lineam coincidere 1109
rectam datam in arcum resoluere 1134
rectum est sui & obliqui mensura 13
rectum non admittit plus aut minus 145
recti & curui cõmẽsuratio 1101
recti in curuum uersio 940
recti curuiq; una mensura 1101
receptio Dei descensiua 287
rectitudo 429
rectitudo infinita est exemplar 146
rectitudo non est in hoc mundo 145
rectitudo omnipotens 1112
rectitudo infinita 12 24. 1112.
rectanguli trianguli 280
rectilinealium superficierum transmutatio 969 969
rectilineationis declaratio 1100
redemptio hominis 363
redemptionis nostræ per crucem mysterium 51
reformatione quomodo imperium restituendum 814
reformationũ radix prima 742
regeneramur per matrem ecclesiam 454
regeneratio quo pacto fiat 580
regeneratio in nouissimo Die qualis futura sit 559
regeneratio est quando uetus homo transit in nouam creaturam 629
regeneratio perfecta quomodo contingat 561
regenerationis festiuitas 1159
regenerationis ordo 324
regenerator noui hominis Christus est 520
regimen stabile debet esse patiens 779
reginimum ordo 324
regnum Dei occultatum in absondito thesauro 64
regnum diuturnum quomodo fiat 778
regnum auditus 55
regnum cœlorum est gratia in spiritusancto 530
regnum Dei est pax absoluta 474
regnum omne ex electione debet actum habere 784
regnum naturæ rationalis duplex 662
regnum cœlorum etiam in hominibus 55
regnum Dei est gaudium in spiritusancto 620
regnum in maligno positum pag. 662
regnum 550
regni uitæ figura 228
regni diuisio 258
regni

regni unitas 358
regni Dei uirtutes & perfectio in omnibus 293
regna ordinata omnia à Deo sunt 503
regna certis spiritibus subesse 423
regnorum differentiæ 583
regula omnium actuum humanorum 484
regula regiminis 744
regulæ patrum quæ contineant 412
regulis obediendum 785
respublicæ scriptores 793
reipub. ægrotandi quomodo succurrendum 779
relationes in diuinis 31
religio uera & falsa 638
religio natura hominibus inest 110
religio nõ habet finem in hoc mundo 503
religio unde 21
religio Christiana sola hominẽ ad optatum finẽ ducit 54
religio uana loquacium 548
religio fluctuat 111
religiones falsæ 637
religionum & ordinum uarietas 649
religionum substantialia 412
religionum omnium rex Christus est 503
religiosorum peruersitas 651
reliquit eum diabolus, &c. ecce angeli &c. expositum 484
religionis finem qui seipsos faciant 652
religionis obseruantia quid quærere debeat 671
religionis pontificiæ nouem ordines 702
religiosus uerus 496
remigius Remensis 747
remittuntur ei peccata multa, &c. expositum 425
remissio non est extra ecclesiam 551
remundus de fide 385
renasci omnem mente 510
renasci necesse est sanctos 455
renascentia 455
renatorum cibus 858
renouatio interioris hominis fide fit 510
renouari, renasci ibid.
reparatio lapsi quid reqrat 529
repræsentatio Dei oia sunt 329
reptilium pinguedo in principio hyemis qui portẽdat 179
resoluere Arcum datum in rectam 1134
respice Domine de cœlo & uide, &c. explicatur 546
resolutio unius superficiei in plures 975
respub. quibus columnis debeat esse fulta 779
resoluere arcum unius circuli in arcum alterius 1134
resolutio cubi in sphæram 1151
rerumpub. ordo 324
restitutus presbyter apud D. Augustinum 232
resurgent omnes 54
resurrectio hominis qualis sit futura 494
resurrectio & mors quantum distent 906
resurrectio uitæ 324
resurrectio completa 600
resurrectio quid in nobis operetur ibid.
resurrectio quomodo intelligenda ibid.
resurrectionis solennia 1159
resurrectionis solennitas lux est 1160
resurrectionis argumentatio admirabilis 540
resurrectionis mysterium 52
resurrectio in sepultura 581
resuscitatio à peccato 654
rete instrumentum Euangelistæ 615
retributio in regno uitæ 376
reuelatio patris Iesus 203
reuelatio tãtum à paruulis capitur 536
reuelatio ex uerbo 471
reuelationis lumen 433
reuelationis descensio 592
reuelationem uiuificam soli paruuli consequuntur 202
reuelationes circa nomen Dei pag. 434
rex & princeps omnium Messias 358
rex debet esse citharœdus 824
rex omnium 270
rex Salẽ quid figurauerit 927
reges etiam ligat lex 793
reges 809
requies æterna 598
rhetor 95
rhetoricæ rationes 136
rheticus Augusto dunẽsis 706
ricoldus 879
richella mater diuitiarum 650
rituum in sacramento panis et uini uarietas 854
rythmimachia 208
robertus de S. Victore scripsit de pœnitentia 854
robertus Linconiensis 70
rodericus de Treuino 825
rogericus Bacon 566
roma occidentalis 787
roma noua 708
romanus Annus 1157
roma filia Babyl. antiquæ 772
romana monarchia 432
romana Synodus plenissima tempore Innocentij tertij 855
romana eccles. est ut cardo 710
romanæ sedi Antiochena cessit 736
romanę sedi omnes subiici 719
romanæ ecclesiæ significationes 710
romanorum reges 778
romanorum Patricius est appellatus Imperator 783
rom. Pont. catalogos qui scripserint 783
rom. Pont. potestas 724
romanus populus 788
romani imperij desolatio 705
romanum imperium quare dicatur Occidentale 787
rosa ex spina producta 283
rothomagense concilium 853
rotunda forma ad motum aptissima 213
rotunditas mundi non est diuisibilis 210
ruhella quid significet in Alchoran 896

http://www.obrascatolicas.com

S

Sabbatum lux est 430
sabbatū sacramētū pacti 535
sabbati lex 654
sabbato homo quiescit 430
sabbati prima 1156
sabbati dies initium anni Hebræis 1156
sacerdos minister qualis debeat esse 446
sacerdotis officium 396
sacerdotes sunt sal terræ 700
sacerdotes olim ad inopiam redacti 822
sacerdotes quomodo plebem curare debeant 853
sacerdotum & episcoporum differentia 782
sacerdotū uitia corrigenda 821
sacerdotum fides 703
sacerdotum malæ uiæ corrigendæ 821
sacerdotium 389
sacerdotium efficax etiam sine papa 823
sacerdotiū imperio superadditum 823
sacerdotij & imp. schismata 821
sacerdotij officium intercessionabile 704
sacerdotale officium uim capit à spiritusancto 698
sacramentum corporis & sanguinis Christi est cibus intellectualis 445
sacramentum quibus dari nō debet 858
sacramentū altaris etiam pueris datum 831
sacramentū panis & uini quid faciat 578
sacramentum sæpe negarunt boni pastores propter animarum salutem 831
sacramentum sub utraque specie 758
sacramentum signum est alicuius signati 831
sacramentū sacramentorū 532
sacramentum paschale esse festiuitatē regenerationis 1160
sacramentum consummatę unionis 532
sacramentum supremæ charitatis 584
sacramentum nullum simpliciter necessarium est 841
sacramentum est sacræ rei signum 845
sacramentum relictum in memoriam 534
sacramentum testamētum nouum 534
sacramentum signum unitatis corporis Christi 830
sacramenti panis & uini tractatio 522 & 523
sacramenti manducatio 532
sacramenti res est de necessitate salutis 445
sacramenti panis & uini uarij ritus 854
sacramenti nomine quid intelligat Nicena Synodus 855
sacramento abutentes de fonte uitæ bibunt mortem 396
sacramentalia signa 841
sacrificiorum diuersitas quid sibi uelit 695
sacramentorum spiritualis susceptio 843
sacramentorū sacramentū 700
sacramentorum ministri 700
sacramētorum hierarchia 700
sacrificij nouæ legis institutio pag. 521
sacramentorum uirtus 704
sacramenta inuitis tradi posse 741
sacramenta in uotis esse posse 843
sacramenta intelligenda quomodo sint 855
sacramenta sine Deo nihil possunt 516
sacramenta 389
sacramētalem esum tenemur in uoto habere 859
sacrificium Christus est 446
sacrilegi qui ecclesias grauant pag. 763
sacrilegia 546
sagitta quid 1007
sagitta quæ differentia nominetur 1027
sal terræ quare sacerdotes dicantur 700
salis minera 206
saluare cuius sit 435
salamandræ similis est anima patiens 615
salomonis gloria 557
salomonis sapientia 45
salus est lumen 483
salus in solo nomine Iesu 435
salus à solo Christo 403
salus omnis à Deo per spiritū ueritatis 527 & 528
salutatio non est sine pace 472
saluus homo qualis sis 187
saluari sine Christo neminem posse 929
sampsonis fortitudo 45. 345
sanctus spiritus amor est 49
sancti in Deo sunt 505
sancti rari 852
sancti sunt in charitate radicati 597
sancti omnes in sancto sanctorum sunt 641
sancti orant pro nobis 392
sanctorum uestis & cibus est Deus 392
sanctorum uia quærendi Deum 296
sanctorum esca 859
sanctorum communio 658
sanctorum sermo 634
sancta sanctorum 515
sanctitas decrescet usq; in diē iudicij propter Antichristum qui in multis est 392
sanctitas quid 420
sanctitas est deiformitas 679
sanctitas omnis est ex charitate 597
sanctificat Deus ut sanctificetur 679
sanctificari uult Deus ibid.
sanctificetur nomē tuum, &c. exponitur 550
sanctificatio creaturæ 420
sanctificationē quare Deus à nobis requirat 679
sanctificabilis est sola natura intellectualis 420
sanctitas acquiritur in Christiformitate 679
sanguis spūs uehiculum est 161
sanguis Christi 568
sanguinis pondus 173
sanguinis innocētis causa, mala quæ sequantur 650
sanguinis aspersio perfecta 515
sanus etiam in aqua percipitur 244
saphiri pondus 175
sapere internum 139
sapientis constantia 775
sapientes 110
sapientes qui gustu loquuntur 139
sapientis ut plurimum rectè de Deo crediderunt 21
sapientiam soli humiles et simplices attingunt 296
sapientibus huius mūdi Iesus est penitus ignotus 202
sapientia habitus est ipsius intellectus 531
sapientia humanam induit naturam 419
sapientia absoluta 482
sapientia est margarita lucida 379
sapientia quid in hominis anima faciat 384
sapiētia est uapor uirtutis maiestatis Dei 309
sapientia Dei multiformis 526
sapientia uiua omnia bona secum fert 572
sapientia inuenitur ab ijs qui quærunt eam 532
sapientia consistit in laude Dei 312
sapientia diuina ubi lateat 321
sapientia quæ omnibus terminum posuit 321
sapientia dignus quis sit 309
sapientia incarnata 624
sapientia est pastus intellectus supremæ facultatis in homine 299
sapientia in diuinis idem sunt & bonitas 16
sapientia per se 331
sapientia regenerationis 561
sapientia quomodo capiat 552
sapientia est princeps regū 520
sapientia præstat immortalitatem 531
sapientia filij relucet in dispositione rerum 385
sapientia primogenita 275
sapientia in quo habitet 141
sapientia cōparata uirtuti probatæ lapidis 566
sapientia ab initio creata 275
sapientia Christus est 226
sapientia habetur ex gratia 433
sapientia indeficiens uitæ pabulum 139
sapientia non in libris, sed in conuersione ad simplicissimam formam 142
sapientia ubi habitet 138
sapientiæ secreta non omnibus aperienda ibid.
sapientiæ celeritas 254
sapientiæ sapor 492
sapientię desiderium ineſt omnibus hominibus 380
sapientiæ aqua 839
sapientiæ nerui nō temere credere 829
sapientiæ delitiæ 514
sapiētię uenatores qui sint 300
sapientiæ mansio ubi 479
sapientiæ præcepta 520
sapiētiæ æternæ admiratio 309
sapientiæ spiritus non habitat in peccatore 141
sapientię Dei habitaculum 519
sapientiæ gustus qualis 531
sapientiæ clamor 137
sapientiæ regiones tres 306
sapientiæ thesauri abscondita 528
sapientiæ lumē à solo Deo 285
sapiētiæ relucētia est ordo 324
sapientiæ donum 420
sapientiæ uenationes 298
sapientiæ liber 482
sapientiæ mansio 613
sapientiam Dei ostendit ornatus 511
sapientiam absconditā esse 20
saræ fides 346
sardicensis concilij statutum contra ambitiosos 758
sardicēsis cōcilij decretis quib. communio negata fuerit 758
sardicensis concilij canon 750
sardicense cōcilium statuit ambitiosos communione perpetuo priuandos 844
sarraceni quid tribuāt Deo 351
sarai 923
sarracenorum de fœlicitate opinio 610
sarracenorum religio 54
sarracenorum pertinacia 64
sathan nihil potest nisi ei permittatur 649
sarmatæ 810
saturni ingenium 20
saturni spiritus 637
saturnum quare deum nominarint 20
scabiei diuersæ species 428
schacorum ludus 208
scandala in ecclesia 790
scientia inanis est in regno præsumptionis 512
scientia non est de essendi modo 239 & 240
scientia alia mundi alia Dei pag. 572
scientia omnis fit per discretionem 236
scientia omnipotentiæ 578
scientia inflans & humilians quæ 137
scientia uocabuli grata est homini 325
scientia possessio nobilis 516
scientia ignorationis 67
scientia omnis scibilis 187
scientia Dei conuertitur cum uoluntate 655
scientia uictoriam uerborum expectans 65
scientia rerum ex uocabulis et signis 245
scientia negatiua de principio est obscura 279
scientia Dei sola est præcisa pag. 250
scientia sapida 226. 298
scientia est de numero bonorum honorabilium 901
scientia chordarum perfectē iuuenta 1135
scientiæ humanæ lætitia inflans 568
scientiæ diuinæ semen per fidem 648

http://www.obrascatolicas.com

ſcientiæ quomõ creuerint 137
ſcientiæ rationalis lumen 483
ſcientiæ ſpeculatiuæ 117
ſcientiarum liberaliũ ordo 324
ſcientiarum Mathematicarum certitudo 93
ſcire propter quid 127
ſcire ꝓpter quid, eſt quies intellectus 577
ſcire noſtrũ eſſe reminiſci 370
ſcire nihil poſſumus niſi Deus reuelet 134
ſcire quomodo ſit ignorare 1
ſcire Dei 646
ſciendi perfectio 234
ſciendi deſideriũ completũ 526
ſciendũ quid ſit Chriſtiano 617
ſcire, quia eſt 127
ſciri nihil poſſe 337
ſciẽs quomodo aliquis fiat 127
ſciens quis ſit 338
ſcientes ſciuntur 679
ſcioli quales 651
ſcibilium ſufficientia 151
ſcriba doctus 120
ſcripta ſua unumquemq; fallunt 775
ſcriptura omnis ſacra ſeruit Euangelio 530
ſcripturæ uirtus inuiſibilis 650
ſcripturæ ſequunt eccleſiã 858
ſcripturæ uſus 615
ſcripturæ auxilio continuatur ætas ætati 616
ſcripturæ quatuor ſenſus 617
ſcripturarum ſenſum aperuit Deus 534
ſcripturas quomodo eccleſia interprætetur 857
ſcripturas Chriſtus aperuit 563
ſcribendi artem primos parentes habuiſſe 241
ſcribendi artis utilitas 241
ſcribentis mens quomodo inueſtiganda 68
ſclaui Deum uocant Boëg 359
ſcorpionis aculei remediũ 523
ſcotigena 70
ſchiſmatis tollẽdi cauſa unum caput in eccleſia 701
ſcholæ reſolutoriæ 123
ſcholaſticus compoſuit illam ſacramenti confeſſionẽ quæ hodie eſt in Romana eccleſia 857
ſcutum fidei 476
ſcutellares formæ 150
ſcythia Septentrionalis 787
ſectarum malarũ reliquiæ 649
ſectiones uariæ 1039
ſector circuli 973
ſeculi huius filij 379
ſeculorum finis 934
ſedete quoadũſq; induamini, &c. expoſitum 436
ſedes in eccleſia capita nominatæ 709
ſedes pro eccleſia 708
ſedes pro tota Synodo 720
ſedis Romanæ ſententia examinatur 721
ſedis Romanę Papa os eſt 724
ſedium imperialium ordinatio 814
ſedulius de Chriſtianis rectoribus 779
ſedulius de Repub. 793
ſedulius de rectoribus Chriſtianis 798
ſeductio motoris maligni 422
ſeme regnum 787
ſemen diuinum 500
ſemen ſpirituale 640
ſemen uerbum Dei 542
ſemen admirationis 102
ſemen diuinum in nobis 470
ſemen eſt uerbum Dei, &c. exponitur 572
ſeminales uirtutes 186
ſemichorda 1007
ſemiramis 777
ſemidiameter circuli 1005
ſemidiameter multiplicatio 970
ſemitoni præciſio 95
ſergius multa tradidit ipſi Mahumet 918
ſergius monachus 881
ſergius aſſeruit unam uolutatem in Chriſto 782
ſergij Conſtantinopolitani dãnatio 721
ſermo omnium ſermonum 683
ſermonem Domini Ieſu ſeruare quid ſit 487
ſermones Theologici Gregorij 332
ſenatus Romanus 778
ſenatorum filij 811
ſenenſe concilium 748
ſeniores intellectu uigent 678
ſeparatio animæ & corporis mors eſt 464
ſeptimus numerus eſt quietis 551
ſeptentrionalium tẽperies 111
ſerpens exaltatus in eremo 525
ſeruire ſoli Deo 595
ſeruire Deo in libertate ſpiritus 436
ſeruus ſeipſum hæredem facere nequit 515
ſeruus peccator 777
ſeruum non natura ſed inſipientia facit 776
ſerui cõtemnendi non ſunt 392
ſeruitia coacta 918
ſeruitutis diſcretio 776
ſeruitute deterior inſipientia pag. ibid.
ſenſatio ſenſuum 109
ſenſatio diſcreta non eſt ſine intellectu 113
ſenſationes quomodo fiãt 160
ſenſatio quomodo contrahatur 48
ſenſatio confuſa 82
ſenſus ſpiritualiores 593
ſenſus communis organũ 510
ſenſus quinq; diſtributi in omnes homines 514
ſenſus communis poteſtas 293
ſenſus oritur in umbra rationis 274
ſenſus requirit obiecta contraria 282
ſenſus omnes in quo uiuant 295
ſenſus incapax eſt ſpiritualium 50
ſenſus duntaxat particularia capit 48
ſenſus in uegetabilibus 105
ſenſus intellectualis 106
ſenſus rationis inſtrumentum eſt 82
ſenſus unde diſcernendi uim accipiant 287
ſenſus quomodo ſit in natura intellectuali 234

ſenſus omnes particulares in ſenſu communi uniuntur 646
ſenſus cõmunis eſt poſitus ſuper omnem ſenſum 293
ſenſu nihil percipitur abſq; diuerſitate 598
ſenſuum inſtrumentum 161
ſenſuũ corrupta deliderıa 187
ſenſuum alij alijs ſunt puriores 591
ſenſuum uiæ 523
ſenſuum certitudo 537
ſenſuum libri 282
ſenſibile aſcendere ad intellectum 112
ſenſibile eſt ueri ſimilitudo 327
ſenſibilis uita quomodo deuiet 83
ſenſibilis mundi ſchola 126
ſenſibilis ſpiritus educitur de potentia corporis 206
ſenſibilis lucis pater ſol eſt 240
ſenſibilis uitæ alimenta 299
ſenſibilis lucis & intelligibilis conformitas 272
ſenſibilis diſcretio 133
ſenſibilis numerus 84
ſenſibilis ad inſenſibile nulla eſt proportio 357
ſenſibilis inquietatio qd quærat 133
ſenſibilis diſcretio 675
ſenſibilis Deus 287
ſenſibiles delectationes in uia mortis 418
ſenſibiles motus ſuos habere ſpiritus 422
ſenſibilia elementa 97
ſenſibilia alia naturalia alia artificialia 107
ſenſibilia omnia ſunt in continua inſtabilitate 8
ſenſibilia hominẽ paſcunt 282
ſenſibilia in quadam harmonica unione 282
ſenſibilium concordantia & differentia 150
ſenſibilium omniũ motus 592
ſenſibilium eſſentiæ in ſpeciebus ſunt 290
ſenſibilium finis 83
ſenſibilibus pulchriora ſunt intelligibilia 302
ſenſibilitas 89
ſenſitiua cognitio 115 & 116
ſenſitiua anima eſt imago intellectus 247
ſenſitiua uis in brutis & homine quomodo ſe habeat 216
ſenſitiua anima de potẽtia materiæ educitur 743
ſenſitiuæ uirtutis ſupremitas 204
ſenſitiuæ & uegetatiuę animę diſcrimen in brutis & homine 217
ſenſitiuæ cognitionis obiectum 246
ſenſualis cognitio quæ 48
ſenſualis cognitio qualis 51
ſenſitiuum in rationali quomodo ſe habeat 259
ſentire eſt pati 248
ſentire eſt animæ ſenſitiuæ uita 282
ſeptem dies Azymorum 1159
ſeptimanæ initium 1156
ſeueritas qualis olim in eccleſia fuerit 854
ſexus duplex 20
ſic currite ut compræhẽdatis, &c. explicatur 640. 680
ſiciliam aliquando fuiſſe papæ 762
ſicut lilium inter ſpinas, &c. explicatur 616
ſicut 550
ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem, &c. expoſitum 523
ſigiſmundus Romæ coronatus 783
ſigiſmũdus quid in Baſilienſi concilio egerit 801
ſigiſmundus Imperator 684
ſigiſmundum exhortatur orator pontificius 808
ſignũ ſenſibile eſt primò confuſum 242
ſignum nullum eſt ſingularitatis 242
ſigna ſenſibilia 240
ſigna ſignorũ in ſenſibilib. 241
ſigna naturalia 240
ſigna a Chriſto facta 634
ſigna ex inſtituto 240
ſigna ſpecifica 242
ſigna ſenſibilia in eccleſia 826
ſignorũ uarietas in ſacris 700
ſignorũ ortus & occaſus præciſe ſciri non poteſt 22
ſignorum cognitio 240
ſingulare bonum nunquam deſinit 316
ſingularia actu ſunt 30
ſingularitas 96
ſilentium occultum 186
ſilentium in concilio 754
ſiligo in triticum uertitur in ſolo bono 572
ſimile eſt regnum cœlorum, &c. explicatur 638
ſimile ſimile trahit 544
ſimilitudo Dei & mundi 30
ſimilitudo abſoluti 27
ſimilitudine ad diuina uehimur 181
ſimilitudines in diuinis ſunt improportionales 71
ſimilitudines ſimilitudinũ diuini intellectus homo creat 267
ſimilitudinum operatores ſumus 500
ſimilitudinũ lacte paſcimur 191
ſimplices apti ſunt ad credendum 516
ſimplicitas diuina 230
ſimplicitas eſt diuiſionum cõplicatio 26
ſimplicitas contracta 28
ſimplicitatis fœcunditas 623
ſimplificare eſt abſtrahere 509
ſimplificare quid 279
ſimpliciter poſſe 334
ſingularium omnium cauſa una eſt 315
ſingulariſsimus Deus 316
ſingularitas eſt incorruptibilis 316
ſingularitas ſingularitatum 66
ſingularitas eſt æternę lucis ſimilitudo 316
ſingularitas ſingularium omnium 315
ſingularitate quadam omnia gaudent 45
ſinuum et chordarum generalis ars 1025
ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, &c. explicatum 487

http://www.obrascatolicas.com

ſirſtius Papa 766
ſiſeni unitatem adorarunt 5
ſiſenandi regis Hiſpaniæ & Galliæ religionis obſeruantia 792
ſobrietas 613
ſocrates ad definitiones primum ingenium contulit 308
ſocratis præſtantia 63
ſole intelligentiæ anima formatur 694
ſol mirabilis eſt laudum dei combinatio 312
ſol eſt deus plantarum 623
ſol ſi ſtaret nemo poſſet ferre uirtutem eius 475
ſol non eſt lux 331
ſol maximè uiſibilis 97
ſol omnes ſtellas ad ſe conuertit 589
ſol inuiſibilis 67
ſollucidorum lucidiſſimus 331
ſol quare deus ſit dictus 20
ſol incorruptibilis eſt 328
ſolis uis 604
ſolis commoda 448
ſolis calore quomodo natura utatur 132
ſolis uigor quomodo de potentia in actum attrahat 571
ſolis natura corporalis 579
ſolis annus maximus 1155
ſolis lux prima & maxima 589
ſolis motu poſſitne omnium planetarum motus menſurari 22
ſolis Deiq; ſimilitudo 331
ſolis quidditas 28
ſolis iuſtitiæ ſpūs ſolus efficit uitã beatam ſiue diuinã 589
ſolis facies 186
ſolis ardor in oriente 623
ſolis lux delectabilis uiſui 568
ſolis influentia ad omnia uiuentia requiritur 589
ſolis à terra diſtantia 178
ſolis influentia 41
ſolis uarius uigor 276
ſolis regio 41
ſolis magnitudo quibus modis poſſit inueſtigari 178
ſolis iuſtitiæ radius 498
ſolis creatio 228
ſolis ardor 21
ſoléne terra minor ſit 40
ſolem ſpiritū qui dixerint 299
ſolem paſchi uapore oceani quidam uoluerunt 299
ſolaris lux negatiuè uidet 238
ſolaris lucis excellentia 238
ſolaris radij inexpreſsibilis fœcunditas 623
ſolaris uis 207
ſolaris luciscauſa 303
ſolares 41
ſolarem annum lunarem excedere 1157
ſolarium reuolutionum finis quando 1113
ſoldanus 883
ſollicitudo tẽporaliũ 595 & 595
ſollicitudo huius uitæ 418
ſomni cauſa 559
ſomniorum fictor propheta interficiendus 390
ſonus quomõ ſe diffundat 241
ſonus alteritas 114
ſophiſtica chalcimica opera quomodo cognoſcenda 174
ſophronius patriarcha Hieroſolymitanus 829
ſortes ad facienda occulta 290
ſpanus presbyter 755
ſpectabiles 809
ſpecies melius in ænigmate quãtitatis diſcernere uidetur quàm continuè 281
ſpecies omnes diuinæ 282
ſpecies non corrumpuntur niſi per accidens 180
ſpecies omnes cœlum 135
ſpecies dat eſſe rei 281
ſpecies omnis finita eſt 280
ſpecies intentio eſt intellectus diuini 282
ſpecies determinata incorruptibilis 281
ſpecies quomõ attingatur 114
ſpecies ſimilitudinaria omnium rerum 202
ſpecies ſe habent numeri 259
ſpecies diuerſæ ſub generibus 290
ſpecies uerbũ eſt creantis 282
ſpecies & genera 150
ſpecies 27
ſpecies creaturarum ſunt ſpeciales hymni 312
ſpecies quomodo faciat mens noſtra 165
ſpeciei terminis clauditur omnis motus 461
ſpeciei ſimplicitas 282
ſpecie ſua contentatur omnis creatura 307
ſpecierum conceptus 281
ſpecierum participatio ordinis 324
ſpecierum locus eſt uia intellectiua 506
ſpecierũ figurabiliũ locus 353
ſpecierum locus dicitur intellectus 328
ſpecierum propria ſigna 510
ſpecierum uniuerſale ſemẽ 542
ſpecierum locus 479
ſpecifica differentia 308
definitio ſe & omnia definiens 308
ſpecifica forma per ſe non habet eſſe 189
ſpecificæ eſſentiæ in quibus ſint 290
ſpecificè formę ſyllogiſticę 301
ſpecificatio generis 281
ſpecialitas 96
ſpeculum rectum & curuũ 122
ſpecillũ oculare beryllus 276
ſpeculatio circa formã ab omni alteritate abſtractam 264
ſpeculatio phyſica 264
ſpeculatio incorruptibiliũ 230
ſpeculationem eſſe habitationem in pace 472
ſpeculatiua præciſio 335
ſpeculationes 117
ſpeculatiuæ naturæ fœcunditas 901
ſpeculatiuæ inqſitiões tres 263
ſpes ſancta & beata 631
ſpes uera eſt patiens 496
ſpes & memoria quare oblectent 552
ſpei noſtræ eſca 446
ſperantes in ſe Deus beatos facit 473
ſphæra actus 14
ſphæra fixarum ſtellarũ non eſt centrum 38

ſphæra infinita 18
ſphæra ex cubo 977
ſphæra ultima perfectio formarum eſt 18
ſphæræ octauæ terra non eſt centrum 38
ſphæræ ultimę motum omnia participant 213
ſphæræ plures in unam quomodo tranſmutandæ 978
ſphæræ in pyramidem mutatio 978
ſphæræ motus 213
ſphæræ tres lineæ 18
ſphæram infinitam quidam dixerunt Deum eſſe 9
ſphæras euomuit phia 7
ſphæricæ ſectiones 1039
ſpirituſſanctus Deus quare dicatur 20
ſpiritus noſter naturę neceſsitatem poteſt imponere 216
ſpūs & uapores in capite 509
ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum 421
ſpirituſſanctus nexus infinitus eſt 32
ſpiritus corporalis 106
ſpiritus deſcendentis tres gradus 106
ſpiritus inſtrumẽtũ tactus 161
ſpirituſſanctus in quo poſsit habitare 423
ſpiritus uehiculum animæ 161
ſpirituſſanctus uiuificat 902
ſpiritus Chriſti qualis 896
ſpirituſſanctus ſanctificando uenit 420
ſpirituſſanctus procedit à patre & filio per modum uoluntatis 418
ſpiritus rationalis libertas 574
ſpiritus mortificans carnẽ 382
ſpiritus quomodo ex neruis ad ſenſus inſtrumenta perueniat 161
ſpiritus ad perfectum deducit orbem terrarum 289
ſpiritus uegetatiuus 105
ſpiritus in arterijs 158
ſpūs maligni quid poſsint 390
ſpiritus diuinus uariè participatus 425
ſpiritus cõnexionis unde procedat 37
ſpiritus immundos expellere quid ſit 423
ſpiritus perficit quæ generantur à patre 289
ſpiritus fructus 141
ſpirituſſanctus omnia unit & nectit 141
ſpiritus Chriſtianorum liber eſt 437
ſpiritus rationalis uires 216
ſpiritus diuerſitas 158
ſpiritus natura dictus 37
ſpiritus diuinus cuncta mouet 37
ſpūs Chriſti in homine quomodo cogñoſcatur 679
ſpiritus hominis conuerſio 56
ſpiritus malignus in mũdo 422
ſpiritus uniuerſorum 36
ſpiritus animalis diſcernit colores 294
ſpiritus potentia quanta 125
ſpūs paſcentia eſt in gratia 574
ſpiritus Ieſu mutat hominẽ 634
ſpiritus Chriſti pignus 500
ſpiritus deſiderij 68
ſpiritus lupinus in quib. ſit 652
ſpiritus cognoſcens in nobis eſt 427
ſpiritus eſt natum de ſpiritu 454
ſpiritus intellectuales uarij 125
ſpiritus noſtri libertas 465
ſpūs hominis imago Dei 617
ſpiritus Dei uariè conſiderari poteſt 524
ſpiritus deſiderij ultimitas 473
ſpiritus uiuificans omnem intellectualem naturam 559
ſpiritus intellectualis cur ad tẽpus corpori unitus ſit 465
ſpiritus ſanctus quomodo deſcenderit in Apoſtolos 492
ſpirituſſanctus uolũtas patris eſt 550
ſpiritus Chriſti non eſt de hoc mundo 679
ſpiritus deceptor in cordibus infidelium 523
ſpirituſſanctus eſt actu deus 31
ſpiritus nexus 200
ſpiritus unus replet oĩa corda fidelium 673
ſpiritus filiationis 382
ſpiritus Chriſti uicit mũdũ 437
ſpiritus adminiſtratorij 136
ſpiritus influentiales 637
ſpiritus mali ſeptem 432
ſpiritus malignus eſt aduerſarius unitatis 485
ſpiritus uitæ 479
ſpiritus latitans ſub ſcriptura 668
ſpiritus qui fertur ſuper aquas 634
ſpiritus ſanctus quare non detur omnibus 670
ſpiritus ſanctus in ſpecie uolantis uiſus 674
ſpiritus in Deum quomodo pergat 680
ſpiritus rationalis quomodo tranſeat in ſeruitutem diaboli 484
ſpiritus pelago ſimilis 530
ſpirituſſanctus ut ad nos ueniat quomodo paratos eſſe oporteat 493
ſpirituſſanctus eſt diffuſa charitas in cordibus fideliũ 487
ſpiritus ſa: ĩētiæ non intrat in ſpiritum ſeruilem 529
ſpiritus maligni præſunt uarijs cõcupiſcentiæ motib. 439
ſpiritus humani purgatio 563
ſpiritus propter corpus eſt 104
ſpiritus informis 33
ſpiritus translationis 439
ſpiritus corporalis 105
ſpiritus autẽ paracletus quem mittet pater 525
ſpiritus præſagus 179
ſpirituſſancti ſeptẽ motus 484
ſpirituſſanctus unio abſoluta eſt 62
ſpiritus delectatio 581
ſpiritus hominis quomõ poſſit ponderari 177
ſpiritus qui ſubſunt influentijs cœli 206
ſpiritus beati uident inuiſibilem Deum per Ieſum 103
ſpiritus Domini omnia operatur 207

http://www.obrascatolicas.com

ſpiritus mali per incantamenta operationes 500
ſpiritus diuini afflatio 285
ſpiritus ſancti donum 528
ſpiritus unius uaria dona 528
ſpirituſſancti connexio 617
ſpūs corporalis in arterijs 106
ſpiritus refectio uerbum uitæ 409
ſpirituſſancti multa attributa 421
ſpirituſſancti præſentia in concilijs 714
ſpiritus paupertas 679
ſpiritus differentia 104
ſpiritus uenire quid 673
ſpiritus ſupremi 105
ſpiritus inferiores 105
ſpiritus connexionis 318
ſpiritus intellectuales ſunt ſicut perfecta metalla 471
ſpiritus adminiſtratorij 604
ſpiritus maligni qui homini conferant 448
ſpiritum in uitro conantes includere fatui ſunt 391
ſpiritum ſanctum habēs quid in ſe ſentiat 421
ſpiritum qui bibit, bibit fontem ſcaturientem 657
ſpiritum ſtatuæ alligari 534
ſpiritumſanctum eſſe actum delectabiliſsimum ex intelligibili procedentem 552
ſpiritum interiorem oſtendūt exteriora 652
ſpiritum Chriſti qui nō habet, Deum non habet 56
ſpiritu Deus omnia formauit 49
ſpiritu ambulandum 555
ſpiritu ambulate &c. exponitur 554
ſpirituum beatorum cum Chriſto connexio 389
ſpirituum diſcretionum ignorans homo decipitur 423
ſpirituū uitalium pondus 177
ſpirituum ſanctorum perpetua eſt Dei laudatio 312
ſpirituum beatorum notiones 170
ſpirituum pulchritudines 594
ſpirituum rebellium damnatio 312
ſpirituum differentia 104
ſpirituum concordantia 104
ſpirituales perfectiones 673
ſpiritualis refectio 844
ſpiritualis quomodo homo fiat 455
ſpiritualis iucunditas 460
ſpiritualis uirtus 234
ſpiritualis loco non circumſcribitur 571
ſpiritualis cultura 534
ſpiritualis motus 136
ſpirituales ſuauitates 901
ſpirituales creaturæ 361
ſpirituales res communicando augentur 516
ſpūales quales debeāt eſſe 476
ſpirituales differentiæ 100
ſpirituale & temporale cōfunduntur 812
ſpirituali creatura, corporalis regitur 645
ſpiritualia & corporalia contrario modo ſe habent 55
ſpiritualia bona 657
ſpiritualia dona continentur in uirtute unius ſpiritus 585
ſpiritualium ordo 694
ſpiratio unde 597
ſphæræ curua ſuperficies quomodo in rectā reſoluēda 1151
ſphæræ concentricæ 1157
ſphæræ maxima portio 1150
ſphæræ in cubū reſolutio 1151
ſphæram in cubum reſoluere 1149
ſplendor gloriæ patris filius 418
ſplendor quomodo proijciatur 241
ſplendor figura ſubſtantiæ lucis 567
ſponſus animæ 595
ſquillarum pondus 176
ſtannū fit ex argento uiuo 741
ſtare in fide quid ſit 412
ſtatera inſtrumentum reipub. neceſſarium 172
ſtatera poteſt ſciri nullum elementum eſſe purum 176
ſtatera uiua 605
ſtateræ iudicium 172
ſtatuti approbatio per uſū 724
ſtatuti publicatio 724
ſtatica experimenta ad muſicam utiliſsima eſſe 179
ſtatica experimenta 172
ſtatuere non licet 729
ſtatuta plurima Pōtificum Romanorum non eſſe accepta 724
ſtatuta facere qui poſsint 725
ſtatutorum ualiditas quæ requirat 724
ſtella nobilis terra 40
ſtella quælibet habet ſuos inhabitatores 41
ſtella ſtellæ communicat lumen 40
ſtella nulla alij æqualis 40
ſtellæ in firmamento omnes ſole iuſtitię habent lumē 589
ſtellæ circulum deſcribunt 38
ſtellę quibus inter ſe differāt 42
ſtellæ incorruptibiles ſunt 328
ſtellarum differentia 579
ſtellarum creatio 328
ſtellarum utilitas 448
ſtellarū illuminatio à ſole 482
ſtellarum multitudo 482
ſtellarum iudicium de ſecundis cauſis 179
ſtellarum non eſt numerus 42
ſtellarum fixarum ſphæręnon eſt centrum 38
ſtellarum color & calor 42
ſtellarū motus orbicularis 43
ſtellares motus ſuos habere ſpiritus 422
ſterilitas quō poſsit ſciri 179
ſtipendium regis Chriſti eſt uita æterna 503
ſtirpea uegetabilis 32
ſtoici uerbū Deū aſſerunt 305
ſtructuræ ciuitatum 909
ſtudioſorum uita 296
ſtudioſorum motus 332
ſtultus ſe regere nō poteſt 776
ſua quærentes falſi prædicatores ſunt 548
ſuauitas ſtupenda 7
ſubdiaconalis ordo 702
ſubiectum poſsibilitas 244
ſubleuatio mentis 460

ſublimitas quid 598
ſubſcribere in cōcilijs qui debeant 733
ſubſcribentium ordo in Synodis 717
ſubſtantia incorruptibilis 217
ſubſtantia ſine accidente eſſe nequit 27
ſubſtania aut accidēs eſt quidquid eſt 14
ſubſtātię primę ſimplicitas 282
ſubſtantiam nō capere magis & minus quomodo intelligendum 13
ſubſtantiam eſſe in accidentibus 225
ſubſtantiarum et accidentium diuerſitas 14
ſubſtantiarum omnium ſubſiſtentia 332
ſubſiſtens omne requirit concordiam 453
ſubſiſtentiū omnium cauſa 352
ſubſiſtens per ſe 350
ſubſiſtentia omnis eſt unio 485
ſubſtantiale eſſe, unde ſit 287
ſubſtantialis forma mēs eſt 154
ſubſtantialis motus 214
ſucceſsio 230
ſucceſsio in Deo ſine ſucceſſione 391
ſufficit tibi gratia mea 644
ſufficiētia omnis in quo ſit 283
ſuffraganeorum opera nō debent Metropolitani uti 761
ſultanus apoſtata 927
ſultanus quomodo Chriſtum abnegarit 627
ſuperaccidentale 14
ſuperba uia non eſt capax ſapientiæ 519
ſuperbi omnes ſunt ſub principe diabolo 523
ſuperbis quid dicat ſcriptura pag. 405
ſuperbia 631
ſuperbia quid efficiat in ſpiritu noſtro 519
ſuperbia uitæ 412
ſuperbiæ ſpiritus diaboli 523
ſuperbiæ rex inimicus ſalutis pag. 557. & 558
ſuperbiæ multæ ſpecies 439
ſuperbiā debet humilitas uincere 642
ſuperficies quadrāgularis 1006
ſuperficies conica 1038
ſuperficies ſphærica 1038
ſuperficies rectilinearis in circularē quo pacto uertat 970
ſuperficiem ſphæræ curuam in rectam reſoluere 1149
ſuperficiem rectam in portionem reſoluere 1149
ſuperficiei unius in plures reſolutio 975
ſuperficiei circularis mutatio in rectilinealem 969
ſuperficiei ſimplicis unitas 82
ſuperficierum trāſmutatio 969
ſuperficierum terminus 255
ſuperintēdentiæ poteſtas 750
ſuperiora quomodo ſint in inferioribus 303
ſuperſtitiones uariæ damnatæ 391
ſuperſtitiones à chriſtianis longę debent abeſſe 546
ſubſcriptiones exiſtentium in concilio patriarchali 721
ſuperſubſtantiale 14
ſuperſtitio in eccleſia 391
ſuperſtitio ex illuſione diaboli 390
ſurrexit, &c. exponitur 600
ſuſcepim. De miſericordiā tuam, expoſitū 503 & 504 & 505
ſtultus ut luna mutatur 775
ſuperbi Deū non inueniūt 296
ſydus proſperum lupiter 20
ſyllogiſmi figuræ 135
ſyllogiſmi combinatio 335
ſyllogiſtica ars 301
ſyllogiſtica uirtus rationis 135
ſyllogiſticæ uenationes 134
ſylueſtri papæ legati in concilio Arelatenſi 717
ſylueſtri Pontificis legati in ſecundo cōcilio Arelatēſi 720
ſymmachi Synodus 722
ſynodica epiſtola Agathonis pag. 713
ſynodus oēs repræſentat 729
ſynodus uniuerſæ eccleſię Romæ celebrata anno 1215. 845
ſynodus Nicena 745
ſynodus uniuerſalis quinta 782
ſynodus unde dicta 711
ſynodus Lateranenſis 855
ſynodus Toletana 717
ſynodus phocij frequens 713
ſynodus perfectiſsima & concilium Aquilegienſe 713
ſynodus generalis de uenerationē imaginū in Francia 711
ſynodus ſecūda Epheſina 716
ſynodus Romæ apud Lateranum 855
ſynodi uariæ 711
ſynodi prouinciales 717
ſynodi turbatores quomodo tractandi 796
ſynodi Epheſinæ error 713
ſynodi uniuerſales quæ requirant 715
ſynodorum gradus 712
ſynodicæ congregationes differentes 711
ſynodicæ epiſtolæ 725
ſyrenicus cantus 293

T

Tabulæ piſanæ 1156
tabernaculū ſapiētiæ 479
tabernaculum ſupernum 695
tabernaculi eccleſiaſtici architecti ſunt patriarchæ 713
taprobana inſula 787
taciturnitas laudanda in adoleſcente 405
tactus regnum 293
tactus ſuper tangibilia ibid.
tale maximè 331
talpis non opus eſt uiſu 243
tangere quid 548
tauritanum concilium 709, 755
tartarorum rex 788
tartaricè Deus dicit Birtēg 356
tela ignea nequiſsimi 746
teleſphori decretum 840
telonicus quæſtus utrum iuſtus 818
temperantia 606
templum à Salomone ædificatum 632
templum Dei amans ſpiritus hominis 504
templum fideles ſunt 472
tēpus celebrationis miſſæ 840
tempus menſura eſt motus 171

http://www.obrascatolicas.com

tempus est imago sempiterni pag. 305
tempus est ipsius nunc continuatio 372
tempus æternum quare dicatur 212
tempus est imago æternitatis pag. 380
tempus futurum 367
tempus diei potest ponderari 178
tempus præteritum 367
tempus est instrumentum animæ mensurantis 232
tempus ab anima rationali dependet 232
tempus inter diem mortis & resurrectionis 906
tempus nouissimum 934
temporis calorem, frigus & humiditatem quomodo uenari possimus 179
temporis initium Hebræis quod sit 367
temporis mensuræ instrumenta 232
temporis finis pax est 436
temporis complicatio 26
temporis esse est nunc 569
tempore nihil præciosius 380
temporum omnium præsentia 18
temporum mutatio ex aëris pondere cognoscenda 176
tempora extra hodie non sunt pag. 477
temporalia & caduca opprimunt intellectum 671
temporalia æternorum sunt imagines 250
temporalia omnia sunt ab intemporali æterno 353
temporaliũ cura & studiũ 812
temporalium partio 657
tenebræ in Deo lux sunt 21
tenebræ in quibus occultatur Deus 266
tenebræ obscurantes rationẽ unde oriantur 489
tenebrarum princeps armatus pag. 567
tenebratum basis 85
tenebrarum filiorum ignorantia 909
tenebrarum spiritus tentationes 428
tenebrarum princeps quem motum inspiret 603
tenebrarum opera 379
tenebrarum princeps 539
tentare Deum 649
tendandi potestatem nullum habet diabolus nisi illi permittatur 551
tẽtatio quare permittatur 645
tentationis fructus 645
tentationum aduersitates quibus aduenient 420
tentator malignus 422
tentatoris artes timendæ 484
terferius episcopus 755
terminus rationalis interminabilis 367
terminans principium 1115
terminus motus forma est 1114
terminus interminus 66
terminus in terminus 328
termini usuales sunt entia rationis 81
termini infiniti altare 20
termini determinantes omnia pag. 320
terminum uidet anima in omnibus terminatis 367
terminatum quid sit 4
terminatorum ablatio 298
terminatio est uirtus animæ pag. 215
terminatio sine diuersitate esse non potest 1118
terra elementorum fæx 694
terra quasi alter quoddam 42
terra mater 596
terra promptuarium 448
terra elementorum fæx 743
terra non caret motu 38
terra non est centrum mundi pag. 38
terra quomodo ad ignem se habeat 42
terra an sit minor sole 40
tempus intemporale 367
tempus non est apud Deum pag. 431
tempus natiuitatis christi 1157
terræ regio magna est 40
terra ultimum elementorum pag. 331
terra non est infima 59
terra non est minima stella 40
terra in motu non describit minimum circulum 39
terræ naturæ 517
terræ uaria pondera 176
terræ uirtutes uniuersales & confusæ 541
terræ totius pondus 176
terræ conditiones 39
terram ex aqua fieri 305
terra non esse sphærica 39
terram esse maiorem luna 40
terram esse quasi stellam 39
terrarum uarietas 179
terrenorum contemptus 577
terrenorum fuga 581
terrestris generatio 480
tertia die resurrexit, &c. expositum 477
tertrina distinctio 90
tertulianus de Pilato 667
tessera decadites hæretici 1159
testamentum nouum ueritas pag. 739
testamentum uetus in litera, nouum in spiritu 515
testamentum uetus est figura noui 739
testamentum nouum est figura & ueritas 736
testamenti ueteris & noui collatio 515
testamenti noui & ueteris differentia 499
testamenti noui fœdus 36
testimonium summum ueritate exhibitum 539
testimonium perhibentes tres sunt 538
testimonium reddit conscientia 538
testimonium martyrum sanctorum 538
testimonium maximum tulit Christus passione sua 418
τετραγράμματον 16. 133
τετραγράμματον maximi est mysterij 358
tetragonus infinitus 1111
tetragonica forma 1118

thaletis sententia de creatione mundi 305
thaletis sententia de posse fieri 325
tharæ anni 923
thaurinatium ciuitas 754
theatrales cantus in ecclesia non debent esse 768
Θεόλογος à uidendo dictus 1119
thebech Benchoras 1156
theodorus latinus contra Imagines 830
theodoricus rex 722
theophania 115
Θεοφανία 228
theophaniarum uarietas 289
theologus altiloquus Ioannes 569
theologicalia occulta quomodo manifestissima fieri possint 17
theologi ratiocinantes 87
theologicum complementum figuratum 1107
tesseradecadites hæretici 1159
theologorum omnium summus Petrus piscator 376
theologorum recẽtiorum uia non recta 83
theologorum error 63
theologia negationis necessaria est 21
theologia breuis 78
theologia tota est ut circulus infinitus 1119
theologia tota est in circulo posita 145
theologia mystica ducit ad uacationem 65
theologicalia oculo mentis cernuntur 1107
theologia copulatiua 125
theologia negatiua præstantior est 269
theologia uera non potest literis mandari 64
theologia mystica Dionisij 11
theologia affirmatiua 18
theologia negatiua 21
theologia latissima & conscisa 254
theologia circularis 17
theologia quare dicatur esse in circulo posita 183
theologia disiunctiua 125
theologia dubia & negatiua & affirmatiua 125
theologia christiana 436
theologiæ diuinæ relucentiæ speculum 262
theologię mysticę facilitas 181
theologiam quomodo D. Barptolomæus descripserit 11
theologiam appellat Aristoteles Metaphysicam 279
theologiam in sacris literis occultari 64
theologica difficultas facilis est 143
theologicę speculationes mẽtis 159
theologici complementi finis 1119
theologicè scibilia attingere pag. 1118
theologicalia mentis oculo uidentur 1107
theologicæ uirtutes in quo locum habeant 423
theologicæ uirtutes homini necessariæ sunt 540
Θεὸς dicitur ob hoc quia omnia intuetur 182
Θεὸς unde dicatur 292
Θέω quid ibid.
theosis 119
Θεοτόκος 454
theoriæ apex 332
theoricę ad deũ ascẽsiones 292
theorice qñ Deus ꝙratur 296
theoremata circa ueritatẽ 901
theriaca 523
thesaurus absco̅ditus per quos nobis reueletur 291
thesaurus quem in uasis fictilibus portamus 612
Θεὸς superiora appellarunt 519
theu 358
thomas de repub. 793
thure quare Deos placarit 299
tiberio Cæsari quæ Pilatus de Christo scripserit 667
timor effectus fidei 404
timor seruilis 420
timentium Deum thesaurus lætitiæ 184
titus imperator cæcum quomodo curarit 471
toletanum concilium 717
toletanum concilium tempore regis Sisenandi 753
tomus tertius 939
tonsoralis ordo 702
tota pulchra es amica, &c. exponitur 591
trahit qualitat. assimilatio 544
transfiguratio Domini 511
transformatio speculãtium & amantium 610
transformationes quomodo fiant 610 & 611
transsubstantiatio quando facta 522
trãslationes episcoporum 755
trãsmutatio superficierum 969
transmutationes geometricæ pag. 939
trãsmutationes corporum 977
transmutationes uariæ figurarum 970
transuersales sectiones 1039
treuerica urbs 777
treuerẽsis archiepiscopus 774
triangulus circulus 11
triangulus maximus 14
triangulus infinitus 9.
triangulus in figuris polygoni is quomodo se habeat 15
triãgulus in æquiangulos 969
triangulus in plures triangulos scindi potest 969
triangulus trinitas 14
trianguli plures ex triangulo 969
trianguli uarij 280
triangulum esse lineam infinitam 10
triangularis figura minimæ capacitatis est 940
triangulare orthogonicum 281
triangulare oxygonicum 281
tribulatio ultima 933
trigoni peripheria 1010
tricausalis causa 582
trigonum posse mutari in plures æquiangulos 969
trigonus infinitus 1111
trigonus propria figura quantitatis continuæ 259

http://www.obrascatolicas.com

trigoni isoperimetri capacitas 1011
trigoni exemplar 146
tetragoni latus 1027
trigoni latus 1027
trigona figura minimæ est capacitatis 1113
trigonica forma 1113
trina essẽtia simplicissima 198
trinam unitatem Pythagoras adorandam docuit 6
trinum 15
trinitas in creatura 900
trinitas increata 900
trinitas uniuersi 31
trinitas intellectualis ducit nos ad diuinam trinitatẽ 901
trinitas in altitudine speculationis 497
trinitas tota agit in uere euangelizante 493
trinitas infinitę perfectionis 260
trinitas indiuidua una quomodo dicatur 166
trinitatis similitudo 902
trinitatis opera indiuisa 388
trinitatis sanctę declaratio 882
trinitatis uestigia 20
trinitatis sanctæ expositio 902
trinitatis ænigma 902
trinitatis ænigma 882
trinitatis opera indiuisa 360
trinitatis uestigium 285
trinitatis simplicissimæ sacramentum 359
trinitatis nomen 19
trinitati diuinæ figuras comparauit 9
trinitatẽ in unitate ueneremur pag. 582
trismegisti dictum de nomine Dei 151
tristitia uestra uertetur in gaudium, &c. explicatur 382
tristitia 618
tristitiæ augmentum 618
triticum uertitur in siliginem in solo non bono 472
triticea silue stria 541
triumphantis ecclesiæ supplicatio 704
triumphantiũ ecclesia 61 & 62
trochi ludus 251
troglodytica regio 787
tropologicus sensus scripturæ pag. 617
tuba Raphaelis 906
tu es petrus &c. explicatum pag. 376.377 & 378
turca uictus 587
turcæ potentia & conatus 587
turci Deum uocant Alla una iber 359
turcorum religio 912
turonense concilium 853
turpia loquentes 912
tyrannis 777

V.

VAlor malorum 236
ualor rerum est esse earum pag. 236
ualoris expers nulla est creatura est 236
ualoris omnis causa 236
ualorem omnem complicat Deus 236
ualentinianus ad Theodosium 708
uanitas ex auium garritu 390
uana commixta uerbis sacris pag. 391
uana gloria 525
uanitates superstitionis multæ enumerantur 390
uanitates qui obseruant Deo odibiles sunt 590
uapor quomodo se diffundat pag. 241
uapor ex corde ad cerebrum ascendens quomodo prępa retur 509
uapores suaues quare obtulerint dijs 299
uarius annus 1155
uaria concilia celebrata propter pascha 1159
uaporum turbationes 509
uarietas in omnibus 290
uaticinia occultorum 532
uaticinia uana à Christiano lõge abesse debent 546
ubi natus est rex Iudæorum &c. explicatur 56
ubi est qui natus est rex Iudæorum, expositum 502
ubi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum, &c. expositum 574
ubi uenit plenitudo temporis &c. explicatum 499
uegetabilis fructus 107
uegetabilis animæ ortus 274
uegetabilium sensus 105
uegetabilem spiritum perficit solaris uirtus 207
uegetatiuus spiritus 105
uegetatiua uirtus occultatur in sensitiua 235
uegetatiuæ naturæ sensus 105
uegetatiuæ uirtutis opus 56
uelle dei 1119
uenatio animalis 676
uenationes symbolicæ 105
uenenosa animalia 68
ueneti quibus modis eligant ducem 818
uenetiarum Dominij Concilia 818
ueni sanctę spiritus, &c. explicatum 673
uenire ad Deum quid sit 437
uenite post me, &c. exponitur pag. 915
uenus quare Dea sit dicta pag. 20
uenus iouis filia 20
uenter quibus Deus sit 555
uenti feruentes 651
uentri generatio 454
uentorum uis quomodo exploranda 177
uerbum ratio 31
uerbum imperatiuum cuncti-potentis 257
uerbum dei conditorem intellectum platonici appellãt 304
uerbum uita lux idem 482
uerbum caro factum quare sit pag. 365
uerbũ draconis antichristi 560
uerbum dei quomodo illuminet intellectum 204
uerbum generatur ab intellectu 276
uerbum dei sanat 502
uerbum concionatoris non ad deum sine Charitate 493
uerbum abbreuiatum 267
uerbũ dei uiuũ à spiritu Hæliæ pditis cõcionatoribus prędicabitur ante consummationem 933
uerbum in lege scriptum 516
uerbum humanatum 204
uerbũ ih quo omnia facta sunt pag. 47
uerbum Dei habitudo ad animam 541
uerbum Dei solum potest animam purgare 623
uerbum Dei est spiritus 644
uerbo uiuo pascuntur renati pag. 858
uerbum Dei quo uiuit anima se transfert in animam 487
uerbum internum est perfecta similitudo sui patris 528
uerbum in natura scriptum 516
uerbum consubstantiale 374
uerbum Dei qui libenter audiant 487
uerbum Dei in Euangelio seipsum reuelat 651
uerbum unde dicatur 417
uerbum sine quo nihil factum est 244
uerbum filij Dei audiunt omnia 484
uerbum Dei est lucerna pedum 375
uerbum indesignatum 357
uerbum in diuinis 31
uerbum Dei abbreuiatum super terram 490
uerbum Dei qui debeant annũciare populo 488
uerbum autem & ideam Dei uocat Augustinus 20
uerbum in Euangelio scriptum pag. 516
uerbum & rationum ratio 187
uerbum caro factum, &c. expositum 481. & 482
uerbum abbreuiatum 620. & 621
uerbum absque contractione in Domino nostro Iesu Christo est 291
uerbum mentale 124
uerbum uocale 124
uerbum intellectuale 124
uerbum æternum pascit uita æterna 531
uerbum est expressio exprimẽtis & expressi 244
uerbum mentale 49
uerbi delitiæ 514
uerbi semen diligenter custodiendum 648
uerbi potentia 376
uerbi unientis uis 532
uerbi opera 574
uerbi para Maria 661
uerbi essentia nunquam potest explicari 623
uerbi interni notæ & ostensiones 244
uerbi receptio 542
uerbi formator mens est 244
uercellensis 70
uerbi ratio in diuinis 417
uerbi geniti signa 244
uerbi incarnatio latissime creditur 390
uerbi descensus 559
uerbi triplex ordo 132
uerbi genitor 123
uerbo uitæ uocati sumus ad cœnam æternæ fœlicitatis 181
uerba Domini sunt spiritus & uita 533
uerborum uarietas quid 244
uerborum uirtus 704
uerum non admittit nec plus aut minus 145
uerum quid 327
uerum inuariabile 507
ueri & boni inquisitionis liber pag. 706
uera sunt tantum 289
uerè filius Dei erat iste &c. expositum 490. & 491
ueritas infinita 30
ueritas de terra orta 364
ueritas in se pulcherrima est 581
ueritas ordinis 484
ueritas absoluta non est cõprehensibilis 67
ueritas in Mathematicis 1107
ueritas ubi reperiatur 338
ueritas ullius rei potest attingi sine circulo unitrino 1109
ueritas absoluta 327
ueritas maximum 5
ueritas illuminans omnem intellectum 204
ueritas uita intellectus 120
ueritas non infigurabilis 268
ueritas mentis forma est 1108
ueritas in indiuisibili consistit pag. 3
ueritas in unitate 338
ueritas abstractissima 56
ueritas fidei & uisionis uita pag. 534
ueritas quid 327
ueritas est in omni loco illocabiliter 570
uernale æquinoctium 1156. & 1160
uerno tempore fuisse mundi initium 1160
ueritas nõ cognoscitur nisi spiritu Dei 183
ueritas omnis unde fluat 361
ueritas cõnectitur non attingitur 475
ueritas exemplaris 520
ueritas pascit intellectum 375
ueritas notionalis cognoscibilium 567
ueritas inuisibilis 250
ueritas anteit omnem diuersitatem 598
ueritatis ueræ mansio 393
ueritatis euidentia quid faciat pag. 385
ueritatis doctrina in quibus cõprehenditur 8
ueritatis inquisitio in numeris posita 8
ueritatis potentia & claritas pag. 335
ueritatis lumen in mente 1108
ueritatis regnum ubi possidere possimus 89
ueritatis appræhensio est scientia uera 337
ueritatis uerbum est ars absoluta 288
ueritatis absolutæ intuitio 159
ueritatis appræhensio perfidem 290
ueritatis ęternæ perpetua similitudo 327
ueritatis comprehensio in quibus sit 164
ueritatem uarijs modis Philosophi expresserunt 125
ueritatem omnium præuenit Deus 339

http://www.obrascatolicas.com

ueritatem nemo nouit nisi spiritus Christi fuerit in illo 56
ueritatem intelligunt cõfidentes in Christo 530
ueritates rerum unde sint 531
uerisimile quid 327
uersio rectilinearum superficierum 971
uespertina cognitio 410
uestium luxus 821
uetulæ offerentes dæmonibus pag. 391
uetus homo 515,202
uetus testamentum esse figurã noui 739
uetera placent 683
uia uera arcta est, & paucorum pag. 549
uia non est alia ad salutem quã ea quam Christus ostendit sequendam 529
uia ad incerta qualis 8
uiatici concessio in Nicena Synodo 855
uiaticum quibus negatum 844
uictor Papa 13. à Petro 1159
uictoria Christianorum aduersus Turcam 587
uideri non potest effectus sine causa 1119
uidere Dei 1119
uidere in Deo quid 1119
uidere per speculum in ænigmate 268
uidere negatiuè 238
uidere affirmatiuè 238
uidere Dei est amare 185
uidendi sensus 161
uiennensis Episcopus 755
uigilia quid 559
uigilatio intellectus maximè delectabilis est 552
uindicianus Medicus 779
uincentius Rogatista 833
uincentius Episcopus 733
uinum quomodo alienas uires accipiat 590
uinum Cypricum 295
uinum ex aqua factum 634
uini spiritus 590
uini duplex natura 381
uinorum regio 226
uinorum pondus uarium 126
uinea Engaddi 576
uirginitas 429
uirginalis uita 838
uirtus regitiua 703
uirtus Dei omnipotens est & irrestricta 454
uirtus stupenda in caligine 186
uirtus infusa & acquisita multipliciter differunt 403
uirtus diuina in rebus 135
uirtus formatiua 125
uirtus transformatiua spiritus pag. 453
uirtus est principiatum 323
uirtus in qua omnia necessariò complicantur 151
uirtus diuina animas liberat à malis 651
uirtus ab unione generatur 350
uirtus inuisibilis in scriptura pag. 650
uirtuti infinitæ nihil differt in paucis uel multis pascere 471
uirtutem cognoscimus per operationem 568
uirtutis omnipotentis explicatio 186
uirtutes non faciunt beatos sine Charitate, dono Dei 607
uirtutes quæ ad uirtutes mouẽt pag. 422
uirtutes crescunt communicando eas 516
uirtutes omnes simul 514
uirtutes sunt connexæ ita ut omnes semper fint simul 606
uirtutes immortales 638
uirtutes forma intellectiua formatæ 675
uirtutes absq; charitate nihil ualent 589
uirtutes cœlorum sunt pulchritudines in regno Dei 594
uirtutes ueræ diuinæ illuminationes sunt 56
uirtutum quatuor Cardinaliũ, differentes sunt specis 243
uirtutum ualorẽ mensurat charitas 589
uirtutum ager 141
uirtutum ordo 324
uirtutum habitus sunt in studiosis 673
uirtutum omnium uita charitas 464
uirtutum forma charitas est pag. 420
uirtutum Dominus Deus est pag. 125
uisus absolutus complectitur omnes uidendi modos 182
uisus porta 245
uisus 109
uisus absoluti perfectio 182
uisus uarietas 182
uisus contractus 182
uisus intellectualis nunquã satiatur uisu ueritatis 488
uisus Dei est essentia eius 188
uisus unus acutior alio 182
uisus centrum est sine colore pagi. 339
uisus quomodo decipiatur pagina 292
uisus quem usum præstet 282
uisus iudicium de rotundo uerum non est 212
uisus est impermixtus 292
uisio est certitudo omniũ sensuum 537
uisio in patria quæ 394
uisio in sensu 394
uisio Dei perfectissima 1119
uisio Dei æterna est 183
uisio absoluta est contractio, cõtractionum 182
uisio Physica 510
uisio Dei 181
uisio nostra quomodo generetur 292
uisio in ueritate & facialis 582
uisio Mystica 252
uisio inuisibiliũ quomodo per uisibilia fiat 250
uisio in tenebris 266
uisio intellectualis ueritatis luce opus habet 226
uisio ænigmatica 532
uisio intuitiua 119
uisionis spiritus 294
uisionis facialis fructus 186
uisionis spiritus puritas 292
uisione Dei creaturas esse 190
uisionis gradus circuli 226
uisionis uerum iudicium unde pag. 292
uisio-
uisionis nostræ instrumenta pag. 292
uisibile sacramentum incredulis inutile est 521
uisibiles naturæ præpositum se habere regem sciunt 293
uisibilium inuisibilitas 266
uisibilium formalis causa 331
uisibilia quædam excedunt uisum 238
uisibilia inuisibilium imagines esse 8
uita in morte 580
uita erat lux hominum 564
uita uiuentium 42
uita in æqualitate consistit 373
uita irresolubilis 106
uita negotiosa 576
uita infinita 598
uita motus 299
uita delectabilis 140
uita in cruciatu 140
uita in cruce 395
uita Christi uniuersalis 501
uita æterna quomodo in cognitione sit 667
uita futura per omnia sactamẽta significatur 532
uita uera charitas 513
uita resolubilis 106
uita æterna æternum gaudium est 464
uita filius est uiuificans 356
uita 106
uitæ diuinæ condonatio 524
uitæ intellectualis pabulũ 1107
uitæ spiritualis refectio 450
uitæ fons perennis 461
uitæ circulus, Zodiacus 589
uitæ longitudinis in primis parentibus causa 616
uitæ Thesaurus infinitus 531
uitæ dator & conseruator 444
uitæ sensibilis fomentum in calore est 574
uitæ quomodo differant 106
uitæ tres 106
uitæ dator Deus est 356
uitam ad nos uenire quid 437
uitam amorem esse 464
uitis uera 576
uitia de nostro habemus 141
uitalis naturæ hypostasis 324
uitia mala quæ sint exterminãda 821
uiuens in uita 226
uiuentium uita 466
uiuentium uita 226
uiuentium uita Deus 74
uiuentibus uitaliter lucet lux infinita 287
uiuere & mori idem fidelibus sanctis 467
uiuificat Deus pater 902
uiuificare animæ conuenit 213
uiuificatio est animæ innouatio 594
uiuendi status 576
uirium 33
uitrum ex cinere filicis 396
uitrum quomodo fiat 132
uitruuius de architectura 173
uitrificatura 897
uitrificatoria ars 132
uitrioli uirtus 176
uitulum mactare 655
uiuentium nutrimenta 305
uiuorum regio est in æternitate 266
uiuendi præcepta 451
umbra mortis 257
unanimitas fortitudo plebis est 472
unctio spiritualis est pascentia uitæ 513
unctio perfecta 515
unctio imperio nihil addit 786
unctio Christi & Christianorum in quo differant 567
unctio purgat 513
unctio unde sit 513
unctio lætitiæ 535
unctione sanctificatur homo pag. 512
ungari destruxerunt Augustã Rauracorum 785
ungues aliquando mortuis crescunt 218
unguenti spiritualis uirtus 512
unio maxima cum est, unitum in uniente 201
unio in Christo superadmiranda 388
unio est uita 485
unio Ecclesiæ 684
unio Dei & hominis Iesus est pag. 200
unio maxima in quibus sit 62
unio Ecclesiastica 62
unio super omnem intellectum pag. 46
unio triumphans 389
unio Deitatis cum humanitate est summa pax 498
unio militans 389
unio sensibilium 96
uuio specialissima 96
unionum omnium unio 62
uniter omnia Dei nomen interpretari debet 19
unitrinum 15
unitrinum absolutum principium 110
unitrinum principium 260
una forma potest esse in alia pag. 1114
unitrinus spiritus hominis 216
una oblatione consummauit, &c expositum 519. & 520. & 521.
unum ens 355
unum superexaltatum 269
unum melius quàm omnia simul 269
unum ens omnem multitudinem complicat 355
unum plura esse 306
unum capacius est quàm ens pag. 314
unum est maximum 4
unum omnia explicitè 1109
unum uniuersum 8
unum incontrahibile 43
unum exaltatum 354
unum est necessarium 350
unum superexaltatum 459
unum incomprehensibile 354
unum absolutè est omnia pag. 457
unum & eius potentia differunt 307
unum omnia 7
unum est uiuificatiuum 456
uniuersum maximum 20
uniuersum unum continuũ perfectum 44
uniuersum quomodo prodierit in esse 28
uniuersum dependet à uolun-

http://www.obrascatolicas.com

tate Dei 932
uniuersum præcesit omnia 29
uniuersum unum ex uno puncto 1114
uniuersum præcesit omnia 29
uniuersum in quolibet 29
uniuersum in quolibet particulari contrahitur 30
uniuersum unum infinitum esse 22
uniuersi spiritꝰ siue anima 217
uniuersi identitas 28
uniuersi copula homo est 324
uniuersi contractio 30
uniuersi figura 90
uniuersi trinitas 31
uniuersi ordo 324
uniuersi simplicissima mensura 18
uniuersi unitas radix est uniuersorum 30
uniuersi materia 32
uniuersi partes quot 41
uniuersi partes 28
uniuersi forma siue anima 34
uniuersio contractio 43
uniuersitas unde dicta 711
uniuersitas absoluta cum absoluta singularitate coincidit 66
uniuersitas rerū est inperfectione 165
uniuersitatis opifex 360
uniuersitatis motus unde 421
uniuersitati rerum nullum nomen est 18
uniuersitatum rectores 809
uniuersalis Synodus 711
uniuersalis Ecclesia corpus Christi mysticum 701
uniuersalis Synodus maxima quæ 712
uniuersalium quinq; differenter sunt species 243
uniuersalium locus 108
uniuersalitas 96
uniuersalitas 28
uniuersalia sunt in singularibus 30
uniuersalitatis modus quo in posibilitate omnia uidentur 160
uniuersale Concilīū supra Papam esse probat decretis Cō cilij Basilienſis 738
uniuersale particulariter recipitur 286
uniuersale Concilium proprie captum est supra Pontificem Romanum 735
uniuersale penitus absolutum solus Deus est 30
uniuersale quomodo sit in intellectu 31
uniuersalia Concilia quæ proprie dicantur 711
uniuersalia Concilia possunt particularia corrigere 716
uniuersalia extra res non esse actu 30
uniuersalia secundū gradus 30
unitas 5
unitas quarta 30
unitas centenaria 30
unitas in diuinis est trina nō numeri singularis 198
unitas quæ Deo conuenit est omnia 19
unitas maxima 7
unitas coincidit cum absoluto eodem 129
unitas centenaria est animæ figura 81
unitas est de essentia omnis regni 474
unitas intellectualis 82
unitas dat omni regno subsistentiam 358
unitas harmonica 95
unitas simplicisimi puncti 82
unitas simplicis lineæ 82
unitas in ratione 82
unitas corporalis 82
unitas principium omnis multitudinis 225
unitas ex duobus 632
unitas præcedit omnem multitudinem 901
unitas maximi ab unitate uniuersi quid differat 43
unitas tertia 30
unitas omnipotens 249
unitas Dei nomen 19
unitas incorruptibilis uitæ 106
unitas intellectus 7
unitas unde dicatur 6
unitas est absoluta entitas 4
unitas absoluta quæ sit 4
unitas inattingibilis 87
unitas uniuersalis 2
unitas minimū est simpliciter pag. 4
unitas trina adoranda 6
unitas absoluta 28
unitas est omniū complicatio pag. 26
unitas omnia unit 26
unitas est connexio 5
unitas punctus 26
unitas in pluritate 30
unitas prima quæ sit 30
unitas secunda 30
unitas denaria 30
unitatis generatio 6
unitatis conceptus 85
unitatis ratio 85
unitatis campus 314
unitatis perfectissimè conceptio 7
unitati quæ Deo conuenit nihil opponitur 19
unitatem trinam astruebat Pythagoras 5
unitatem omnia petunt 487
unitates uniuersales tres 30
unitates harmonicæ 156
unitatum conceptus 82
unitatum graduationes 86
uocalitatis omnis complicatio dag. 133
uocatum est nomen eius Iesus &c. exponitur 568
uocare Dei, est dare esse 484
uocatio de nihilo 435
uocationi obediendum 615
uocabula rebꝰ imposuit Adam pag. 241
uocabula diligenter distinxit Aristoteles 325
uocabulorum impositio 149
uocabulorum discrimina 149
uocabulorū distinctiones multa soluunt 325
uocabulorum uis 325
uocabilitas infinita 151
uocum uarietas in unitate 100
uolitiua potentia homo ad Deum peruenire non potest 680
uolo mundare &c. exponitur pag. 654

uolun-

uoluntas dei exemplaria sunt pag. 270
uoluntas increata omnipotens 360
uoluntas libera indeterminata 540
uoluntas nostra in omnibus dependere debet à uoluntate diuina 409
uoluntas obliqua 575
uoluntas mouetur sine successione 510
uoluntas delitiarum cœlū 582
uoluntas libera 185
uoluntas per electionem terminatur 472
uoluntas animę rationalis 575
uoluntas Dei 550
uolintas Dei 134
uoluntas diuina 632
uoluntas libera 680
uoluntas non quiescit nisi in eo quod in se complicat omne amabile 472
uoluntas nexus est 444
uoluntas dei est ultima essendi ratio 278
uolūtas in uera charitate quiescit 278
uoluntas procedit à uerbo & mente 901
uoluntatis dei instrumenta 254
uoluntatis libertas 524
uoluntatis liberæ modificatio pag. 606
uoluntatis capacitas 472
uoluntati diuinæ subiacet omnis necessitas & imposibilitas 418
uoluptat. in sapiētia unde 552
ueritas prior uestigio suo 552
uoluptuosa uita 576
uoluntatem patris oportet facere intrantes in regnum cœlorum 549
uoluptatē amor informat 472
uoluptatum conformitas in matrimonio 632
usus firmat leges 723
usurarij 551
usurariæ deceptiones 821
uotum in sacramento panis et uini 852
uota castitatis 758
uox exercitus 168
uox 49
urna nigra 818
ur chaldæorum ciuitas 923
ut filij lucis ambulate &c. exponitur 655
urna alba quæ uocatur. Ita 818
urinæ pondus 173
urinæ iudicium 173
ursus mellis cibo delectatur pag. 206
uuæ Engaddi 293
uxores plures qui habuerint pag. 913
uuilfredus episcopus Ebroicæ 721

Z

ZAcharias chalcedonensis episcopus 744
zacharias papa monarchiam regni Franciæ in Pipinum transtulit 781
zertense concilium 851
zenonis hypotisis 350
zenonis sententia de posse fieri 305
zenith quomodo uideat centrum 39
zizania traditiones hominum pag. 640
zodiacus 248
zodiaci motus quomodo sciri posit 278
zozomus Papa 717.

FINIS

http://www.obrascatolicas.com

VITA D. NICOlai de Cusa ex Ioan. Trittenhemio.

ICOLAVS de Cusa, episcopus Brixinensis, & sanctæ ecclesiæ Romanæ, tituli Sancti Petri ad uincula presbyter cardinalis, natione Teutonicus, ex dioceſi Treuerensi, uir in diuinis scripturis eruditissimus, & Theologorum suo tempore facile princeps, atq; in secularibus literis egregiè doctus, philosophus, rhetor, & mathematicus celeberrimus, ingenio subtilis, & eloquio diser-tus, trium linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritus, uita & conuersatione integerrimus & singulariter deuotus, animarum salutis amator sincerus & feruidus: qui legatus in Germaniam missus, multa pro reformatione ecclesiæ, & multa utilia fecit & constituit. Scripsit multa præclara uolumina, de quibus extant subiecta:

De uisione Dei.	lib.	1 Pandam nunc quæ uobis.
De Pace fidei.	lib.	1 Fuit ex his qui apud.
Reparatio Calendarij.	lib.	1 Sume sanctissime Papa.
De Mathematicis complementis.	lib.	1 Ad laudem omnipotentis Dei.
Cribratio Alchoran.	lib.	3 Tanta est potestas summi-
De uenatione sapientiæ.	lib.	1 Propositum est meas sa.
De ludo globi mysticæ.	lib.	2 Cum te uideam ad sedem.
Compendium.	lib.	1 Accipe breue compendium.
Trialogus de Possest.	lib.	1 Cum nobis once.
De Mathematica perfectione.	lib.	1 Sollicita est nobilis mens.
Contra Bohemos.	lib.	1 Nicolaus miseratione.
De Beryllo.	lib.	1 Qui legerit ea quæ in.
De dato Patris luminum.	lib.	1 Et si iam ante. P. V. no.
De quærendo Deo.	lib.	1 Desiderio tuo possetenus.
De apice theoriæ.	lib.	1 Video te quadam profunda.
De docta ignorantia.	lib.	3 Admirabitur & rectè.
De coniecturis.	lib.	2 Data nunc qualicunq;.
De filiatione Dei.	lib.	1 Tandem me compulit.
De Geneſi.	lib.	1 Sæpe delectabilius re.
Idiotæ de sapientia.	lib.	4 Conuenit pauper quidam.
De quadratura circuli.	lib.	1
De fortuna.	lib.	1
Directorium speculantis.	lib.	1 Tu nosti nos tres &c.
Excitat. siue Serm. per totū annum.	lib.	10
Epistolarum ad diuersos.	lib.	1

Circa Cusam natiuitatis suæ uillam ad ripas Mosellæ in opposito Vrsicastri hospitale celeberrimum in honorem sancti Nicolai episcopi constructit, quod prædijs & redditibus copiosè ditauit, ac libris in omniscientia pluribus exornauit, Græcis, Latinis & alijs. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, Anno Domini M. CCCC. LXIIII. Indictione XII. undecima die mensis Augusti, ætatis suæ anno 63. Romæ sepultus, cuius cor ad prædictum hospitale missum, ibidem in medio chori sub marmore sepelitur. Et alia multa, quæ piè & doctè scripsit, in secunda pagina Tomi primi reperies.

http://www.obrascatolicas.com

AVTHORITATES
ſacræ ſcripturæ quas Reuerend. in Chriſto

Pater Nicolaus de Cuſa Cardinalis in diuerſis ſuis libris, diligentiſsimè citat & explicat. Hicq; collectæ ſecundum ordinem librorum Bibliæ, & primum ex libro.

Geneſeos.

Cap. 1.

DIxit Deus fiat lux & facta eſt lux. Tom. 1. lib. 2. de Docta ignorantia cap. 9. pag. 35. & eodē Tom. in Dial. de Geneſ. pag. 133. eodem Tom. lib. de uenat. ſapientiæ cap. 9. pag. 304. Tom. 2. lib. 1. Excit. excitatione. Tu quis es. pag. 353. eodē Tom. 2. lib. 3. Excit. excit. Verbum caro factum eſt. pag. 409. Tom 2 lib. 7. Excit. excit. In principio creauit Deus cœlum & terram pag. 583.

Cap. 2. Nomina rebus ab Adamo impoſita. Tom. 1. In Dial. de Geneſi. pag. 133.

Idem. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ & factus eſt in animā uiuentē. Tom. & lib. ut ſupra pag. 135.

Cap. 35. Ego ſum Deus omnipotēs Tom. 1. in Dial. de Poſſeſt. pag. 152. & Tom. 2. lib. 3. Excit. excit. dies ſanctificatus. pag. 456.

Cap. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Tom. 1. lib. de uenat. ſapient. cap 9. pag. 304 & Tom. 2. li. 2. Excit. excit. Compleuit Deus die ſept. pag. 393.

Idem. Sol Luna & ſtella prima facta Tom. 1. lib. de uenatione ſapient. cap. 37. pag. 328.

Cap. 2. Poſuit Deus hominem in Paradiſo uoluptatis. Tom. 2. lib. 1. Excit. excit. In princip. erat uerbum pag. 361.

Cap. 2. Præcepit ne commederēt de ligno poſito in medio Paradiſi. Ibidem.

Idem. Quacunq; die comederitis de ligno ſcientiæ boni & mali, morte moriemini. Ibidem pag. 362.

Cap. 3. Quis indicauit tibi quòd eſſes nudus, niſi quòd de ligno de quo præceperam, tibi ne comederes, comediſti. Dixit Adam, Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi & comedi. Ibidem. pag. 363.

Cap. 22. & 21. & Actuum. 3. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Tom. 2. lib. 1. Excit. excit. In principio erat uerbum pag. 362.

Cap. 9. Arcum meam ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & uos. Tom. 2 lib. 1, Excit. excit. In principio erat uerbum pag. 363.

Cap. 19. Vxor Loth uerſa eſt in ſaxum ſeu ſtatuam ſalis.

Cap 1. Vidit Deus quòd eſſet bonū, & ait faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram Tom. 2. li. 3. Excit. exc. Verbum caro factū eſt. pag. 411.

Cap. 2. Et benedixit Deus diei ſeptimo. Tom. 2 lib. 3. Excit. excit. Conſtitute nob. diem ſollen. pag. 430.

Cap. 2. Deus ultimò creauit hominem & inſpirauit ei ſpiritum uitæ. Tom. 2. lib. 5. Excit. excit. Quaſi Myrrha electa pag. 479. & Tom. 2. lib. 7. Excit. excit. Induimi. Domi. Ieſ. Chr. pag. 558.

Cap. 17. Ego Deus omnipotens, ambula choram me & eſto perfectus, ponamq; fœdus meum inter me & te & multiplicabo te uehemēter nimis. Tom. 2. lib. 6. Excit. excit. Qui manduc. hunc panem pag. 535. Tom. 2. lib 3. Cribrationis Alchor. cap. 12. pag. 923.

Cap. 1. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. Tom. 2. lib. 9. Excit. excit. obtulerunt munera pag. 633.

Cap. 15. Ero merces tua magna Tomo 2. libro 9. Excitationum, excitatione. Ite & uos uineam meam pag. 643.

Cap. 9. Maledictus Cham ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Tomo 2. libro 3. de Concordantia Catholica in præfa-

http://www.obrascatolicas.com

tione.pag.776.

Cap.15.& Iacob.2. Credidit Abrahã Deo & reputatum est ei ad iustitiã. Tomo secundo, in Diallogo de Pace fidei cap.15.pag.875.

Cap.12. Faciam te in gẽtem magnã &c. Tomo secundo libro 3. Crib. Alch. cap.12.pag.923.

Cap.15. Noli timere ego protector tuus. Ibidem ut supra.

Cap.18. Domine si inueni gratiam in oculis tuis &c. Ibidem & capite 15. pag.926.

Cap.22. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & uade in terram uisionis &c. ut supra.

Cap.26. Dixit Dominus ad Isaac, ero tecum & benedicam tibi. Tomo lib. cap. ut supra pag.924.

Sermones Excitationum.

Cap.1. Dixit Deus fiat lux & facta est lux. Tomo secundo libro, octauo. Excit.pag.615.

Cap.1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Tomo secundo libro 7. Excit.pag.583.

Cap.2. Compleuit Deus die septimo opus quod fecerat & requieuit. Tomo secundo, libro secundo. Excitationũ pag.393.

Exodi.

Cap.3. Ego sum qui sum. Tom.1. In Diallogo de Possest. pag.252. & Tomo secundo libro 3. Excitationum excitatione. Dies sanctificat. pag.436.

Cap.33. Deum nemo uidit unquam Tomo secundo. In primo prologo lib.1. Cribrat. Alchor. pag.880.

Cap.4. Filius meus primogenitus est Israel. Tomo secundo lib.2. Cribrat. Alchor. cap.17. pag.910.

Numeri.

Cap.23. Non est Deus quasi homo ut mentiatur, neque ut filius hominis ut mutetur. Tomo secundo libro 1. Excitationum. excit. In principio erat uerbum pag.362.

Cap.4. Præcepit uasa cooperiri. Tomo secundo libro secundo. Excitationũ excitatione. Ibant Magi stell. pag.391.

Cap 20. Prende Aaron fratrem tuum & Eleazar filium eius, & pones eos in monte coram omni Populo, & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazar filium eius. Et Aaron appositus morietur illic. Tomo secundo libro secundo, de Concordantia Catholica capite uigesimo secundo, pag.766.

Sermo Excitationis.

Cap.20. Loquimi ad petram coram eis. Tomo secundo libro 10. Excitation. pag.757.

Deutronomij.

Cap.6. Audi Israel Dominus Deus uester unus. Tomo primo libro primo 1. de Docta Ignorantia capite uigesimoquarto, pap.19. & Tomo 2. libro 1. Excit. excitatione. Tu quis es pag.350.

Cap.13. Si surrexit in medio tui Propheta, aut qui somnium se uidisse dixerit & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod loquutus est: & dixerit tibi eamus & sequamur Deos alienos quos ignoras & seruiamus eis: non audias uerba Prophetæ illius aut sõniatoris, quia tentat uos Dominus Deus uester, ut palàm fiat utrum diligatis eum an nõ in toto corde & in tota anima uestra. Dominum Deum uestrum sequimini & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite uocẽ eius ipsi seruietis & ipsi adherebitis. Propheta autẽ ille aut fictor sõniorũ interficietur, &c. To. 2. li. 2. Excitationum. excitatione. Ibãt Magi quam uiderant stell. pag.390.

Sermo Excitationis.

Cap.8. Luc.4. Non in solo pane uiuit homo sed ex uerbo quod procedit ex ore Dei. Tomo secundo libro 5. Excitat. pag.507. & libro 6. Excitationum excitatione una oblat. consumauit. pag.522. Tomo secundo. Epist. 3. ad Bohemos, pag.841.

Iosue.

Cap.24. Non poteris seruire Domino. Deus enim sanctus & fortis & æmulator est. Tomo secundo lib.1. Excitationum excitatione: In principio erat uerbum pag.359.

Iudicum.

Cap.13. Cur queris nomen meum quod est admirabile. Tom. secundo lib. 3. Excit. excit. Dies sanctificat. pag.432.

Re-

Regum.1.

Cap.2. Domini enim sunt cardines terræ. Tomo 2. libro 3. de Concordantia Catholica cap.41. pag.823.

Regum.3.

Cap.19. Et ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens mõtes & conterens petras, ante Dominum. in spiritu Dominus, & post spiritũ commotio. Non in cõmotione Dominus & post commotionem ignis. Non in igne Dominus & post ignem sibilus auræ tenuis. Tomo 2. libro 1. Cribrationis Alchoran, cap.20. pag.897.

Regum.4.

Cap.4. Propheta Heliseus modicũ olei multiplicauit. Tomo secundo lib. 6. Excitationum excitatione, accepit lepanes pag.513.

Iob.

Cap.4 Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit uir. To. 2. lib. 2. Cribrationis Alchoran. capite 17. pag.909.

Psalmorum.

Psal.45. Vacate & uidete quoniam ego sum Dominus. Tomo 1. In Apologia Doctæ Ignorantiæ pag.65.

Psal.101. Initio tu Domine terrã fundasti & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt tu autẽ idem ipse es. Tomo. 1. In Diallogo de Genesi pag.127.

Psal.32. Verbo Domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Tom. 1. In Diallogo de Genesi pag. 131. eodem. Tom. libro 3. de Docta Ignorantia, cap.11. pag.59. & Tomo 2. libro 1. Excitationum excitatione. In principio erat uerbum pag. 260. Tomo 2. In Diallogo de Pace fidei capite 9. pag.868.

Psal.148. Laudate Dominum de cœlis laudate eum in excelsis. Tomo 1. In Diallogo de Genesi. pag.131. & eodem. Tom. In lib. de uenatione sapientiæ capite 18. pag 311.

Psal.150. Laudate eum in Psalterio & cythara. Laudate eum in Cymbalis benesonantibus, laudate eũ in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet Dominum. Tomo 1. lib. de uenatione sapientiæ capite 20. pag.313.

Psal.41. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum. Tomo 1. libro. De quærendo Deo pag.196. & Tomo 2. libro 7. Excitationum excitatione, mediùs uestrum stetit pag.595.

Psal.83. Deus Deorum in Sion. Tomo primo. In Diallogo de Possest pag. 356. & in libro de Beryllo capite 37. pag. 283. Tomo eodem libro de uenatione sapientiæ capite trigesimoquinto, pag.327.

Psal.4. Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Tom. 1. in compendio pag.247. Tomo secundo, libro 7. Excitationum excitatione. Annunciamus uobis uitam æternam pag: 568.

Psal.98. & 112. Excelsus Dominus super omnes populos. Tomo primo libro de uisione Dei. capite decimotertio pag.194.

Psal.144. Tu es Deus magnus cuius magnitudinis non est finis. Tomo 1. libro de uisione Dei capite 13. pag 194.

Psal.113. Non nobis Domine non nobis. Tomo primo lib. de uisione Dei capite 5. pag.184.

Psal.49. Deus Deorum loquutus est Tomo secundo libro primo. Excitationum excitatione. In principio erat uerbum pag.359.

Psal.44. Eructauit cor meum uerbum bonum. dico ego opera mea Regi, Tomo secundo libro primo. Excitationũ excitatione, in principio erat uerbum pag.360.

Psal.109. Act.2. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Tomo secundo libro primo. Excitationum excitatione. In principio erat uerbum pag.359.

Idem. Tecum principium in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero ante Luciferum genui te. Ibidem.

Psal.5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Tomo secundo libro primo. Excitationum excitatione. In principio erat uerbum pag.362.

Psal.88. Non prophanabis testamẽtum tuum, & quæ procedunt de labijs tuis, non facies irrita. Tomo libro Excitatione ut supra pag.302.

Idem. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint; si iustitias meas prophana-

http://www.obrascatolicas.com

uerint,& mandata mea non cuſtodierint uiſitabo iniquitates eorum & in uerberibus peccata eorum:miſericordiam autem meam non diſpergã ab eo,neq; nocebo in ueritate mea.Ibidem ut ſupra.

Idem. Iurauí Dauid ſeruomeo, uſq; in æternum præparabo ſedem tuam.Ibi.

Pſal.10 Iuſtus Dominus & Iuſtitias dilexit,æquitatem uidit uultus eius.Tomo,2.li.1.Excit. excit. ut ſupra. pag.363.

Pſal.84. Veritas de terra orta eſt.Tomo 1.lib.1. Excit excit. In principio erat uerbum pag.364.

Pſal.33. Guſtate & uidete quam ſuauis eſt Dominus,beatus uir qui ſperat in eo.Tomo 2.libro 2.Excitationum excit. Tu es Petrus pag.276.& lib.4.Excit.excit.Maria autem optimam partẽ elegit. pag.459.

Pſal.94. In manu eius ſunt omnes fines terræ. Tomo 2.lib.2. Excit.excit. filij huius ſæculi &c.pag.379.

Pſal.147. Lauda Hieruſalem Dominum.Tomo ſecundo libro ſecundo.Excitationum.excitatione.Afferte Domino glor.& hono. pag.393.

Pſal.90. Eripiam eum glorificabo, eum,longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum. Ibidem ut ſupra.

Pſal.32. Dixit & facta ſunt. Tomo ſecundo libro ſecundo. Excitationũ excitatione.hoc facite in meam commemorationem pag.396.& Tomo ſecundo libro 8.Excitationum excitatione.Veníte & uidete pag.615.

Pſal.136. Super flumina Babilonis illic ſedimus & fleuimus, donec recordaremur tui Sion.Tomo ſecundo, libro ſecundo. Excitationum excit. Remittunt ei peccata mult.pag.399.

Pſal.55. Poſuiſti lachrimas meas in conſpectu tuo. Tomo ſecundo libro ſecũdo.Excitationum excitatione Remittunt ei pecc.mult.pag.399.

Pſal.61. Et diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Tomo ſecundo lib.3. Excitationum excitatione. Ne time Zacha.pag.450.

Pſal.75. Dormierunt ſomnum ſuum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis.Ibidem ut ſupra.

Pſal.50. Exurgam diluculo. Tomo ſecundo libro 3.Excitationum excitatione Ieſum quærit.Naza.pag.407.

Pſal.117. Hæc dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea. Tomo,libr.excit.ut ſupra pag.408.& Tom. 3.In Reparatione Calendarij pag.1159.

Pſal.26. Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti mẽ. Tomo,libro.Excitat. ut ſupra pag.406.

Pſal.56. Exurge gloria mea, exurge Pſalterium & cythara,ut ſupra.

Pſal.2. & ad. Hebr.5. Filius meus es tu ego hodie genui te. Tomo ſecũndo libro 3.Excitationum excitatione. Verbum caro factum eſt pag.418.& libro 5. Excit.excit.Reſurrexit ter.die.pag.477. & lib.9.eaundem Excit.excit. Pax Dei quæ exupe.omnem ſenſ.pag.618.

Pſal.103. Emitte ſpiritum tuũ & creabuntur.Tomo ſecundo libro 3. Excitationum.excitatione. Paracl. autem ſpirit.pag.421.

Pſal.8. Quam admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra.Tom. 2.lib.3.Excitationum. excitat. Dies ſanctifficatus. pag.432.

Idem. Quam eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper cœlos. Tomo ſecundo libro 3. Excitationum. excitatione. Dies ſanctiff.pag.432.

Pſal.18. Cœli enarrant gloriam Dei & opera eius annunciant firmamentum Tomo 2.lib.3.Excit.excit. Dies ſanctiff. pag.433.

Pſal.118. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua: Tomo ſecundo lib.3. Excitat. excitatione. pag.ut ſupra.

Pſal.42. Emitte lucem tuam & ueritatẽ tuã ipſa me deduxerũt & adduxerũt in mõtẽ ſanctum tuũ, & in tabernacula tua Tom.2.li.3.Exci.excit.pag.ut ſupra.

Pſal.84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.Tom.& li.3. Excit. excit.Dies ſanctificat.pag.430.& lib.5. excit.Beati qui audiunt uerb.Dom.pag. 474.& li.6.excit.una oblatione pag.518.

Pſal.16. Sub umbra alarum tuarum protege me. Tomo 2.lib.4. Excit.excit. Reſpexit humili.ancill.pag.455.

Pſal.72. Vt iumentum factus ſum apud te. Tomo ſecundo lib.5. Excit.excit.Erant appropinq.ad leſ.publ.& peccato pag.469. Tomo 2.libro 1. de Cõcordantia Catholica capite tertio pag.696.

Pſal.141. Educ de carcere animã meam ut confiteatur nomini tuo. Tomo ſecundo libro quinto. Excitationum excitatione Promiſſi hodie pag.489.

Pſal.18. Lex Domini immaculata conuertens animas. Tomo ſecundo lib. 6. Excitationũ exc.una oblatione conſumauit pag.522.

Pſal.54. Quis dabit mihi pennas columbæ,& uolabo & requieſcam. Tom. ſecundo libro 6.Excitationum excitatione perfectus omnis erit pag.542.

Pſal.15. Bonorum meorum non eges.Tom.2.lib.7.Excit.excit. Cumq; omni militia cœleſt.exer.pa.557.

Pſal.8. Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum Lunam & ſtellas quæ tu fundaſti. Tomo 2.libro 7. Excit.excitatione, uocatum eſt nomen eius Ieſus pag.569.

Pſal.45. Vnxit eum præ conſortibus ſuis.Tomo 2.libro 9.Excitat.excit. Puer creſcebat.pa.625.

Pſal.16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.Tomo ſecundo libro 9.Excitationum. excitatione ut filij lucis ambulate pag.656.

Pſal.15. Non derelinques animã meam in inferno. Tomo ſecundo libro 10. Excitationũ.excitatione. Qui per ſpiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit pag.659.

Pſal.17 Dolores inferni circumdederunt me.Tomo 2.libro 10.Excitationum excitatione ut ſupra pag.eodem.

Pſal.29. Eduxiſti ab inferno animam meam.Tomo ſecundo libro 10. Excitationum.excitatione & pag.ut ſupra.

Pſal.109 Tu es ſacerdos magnus in æternum ſecũdum ordinẽ Melchiſedech Tomo ſecundo libro primo, de Concordantia Catholica ca.tertio pag.695.eod. To,libro 3.Cribrat.Alch.ca.16.pag.927.

Pſal.18. Mandatum Domini lucidũ illuminans oculos.Tomo 1.lib.2.de Cõcordantia Catholica capite 20. pag.751.

Pſal.118. Lucerna pedibus meis lex tua,& lumẽ ſemitis meis. Ibidẽ.ut ſupra.

Pſal.5. Dirige Domine Deus in cõſpectu tuo uiam meam. Tomo ſecundo, Epiſt. ſecunda ad Bohemos pag.829.

Pſal.113. Os habent & non loquentur.Tomo ſecundo Diallogo de Pace fidei capite ſeptimo pag.866.

Pſal.142. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Tomo ſecundo Diallogo de Pace fidei ca.15.pa.876.

Pſal.44. Speciоſus forma præ filijs hominum,diffuſa gratia in labijs tuis,propterea benedixit te Deus in æternũ. Tomo ſecundo libro 1. Cribrationis Alch. capite 19.pag.896.

Pſal.23. Dominus uirtutum & Rex glorię.Tomo ſecundo libro primo Cribrationis Alch.capite 19.pag.896.

Pſal.118. Iniquos odio habui.Tomo ſecundo,libro ſecundo Cribration. Alchoran.capite 17.pag.909.

Sermones Excitationum.

Pſal.95. Afferte Domino gloriam et &honorem.Tomo ſecundo,libro ſecundo Excit.pag.392.

Pſal.117. Conſtituite diem ſollennẽ. Tomo ſecundo libro 3.Excit.pag.429.

Pſal.110. Memoriam fecit mirabilium.Tomo 2.libro 4.Excitationũ pa.446.

Pſal.67. Deus in loco ſancto, Deus inhabitare faciens unanimes in domo. Tomo ſecũndo libro quinto Excitationũ.pag.472.

Pſal.18. Dies diei eructat uerbũ.Tomo ſecundo libro 5.Excitatione pa.478.

Pſal.73. Reſpice in teſtamentum tuum. Tomo ſecundo libro quinto Excitationũ.pag.478.

Pſal.44. Dilexiſti iuſtitiam. Tomo ſecundo libro ſexto Excit.pag.553.

Pſal.17. Laudans inuocabo Dominum,Tomo ſecundo libro ſeptimo Excitationũ.pag.587

Pſal.83. Beati qui habitant in domo tua.Tomo ſecũdo libro 8. Exc.pag.610.

Pſal.44. Venite & uidete.Tomo ſecundo libro 8.Excitatione pag.613.

Prouerbiorum.

Cap.18. Peccator cum in profundũ peccatorum uenerit, contemnit. Tomo ſecundo, libro ſecũdo Excitationũ excitatione Remit.ei peccata mult.pag.398.

Cap.6. Vade ad formicam o piger et conſidera uias eius & diſce ſapientiam. Quæ cum non habeat Ducem nec præceptorem nec principem, parat in æſtate cibum ſibi & congregat in meſſe quod

http://www.obrascatolicas.com

commedat. Tomo ſecundo, libro tertio Excitat. excitat. Ne time Zach. pag. 405.

Cap. 8. Per me Reges regnant. Tomo ſecundo, libro tertio Excit. excit. Dicite filiæ Sion. pag. 424.

Cap. 30. Stultiſsimus ſum uirorum & ſapientia hominum non eſt mecum. Tomo ſecundo, libro tertio Excit. excit. Dies ſanctificatus, pag. 432.

Idem. Omnis ſermo Dei ignitus eſt clypeus ſperantibus in ſe. Tomo ſecundo, libro tertio Excitation. excit. ut ſupra pag. 433.

Idem. Ne addas quicquam uerbis eius inueniaris q̃ mẽdax. Ibidẽ ut ſupra.

Cap. 8. Sapientia delectatur eſſe cum filijs hominum. Tom. ſecundo, libro decimo, Excitation. excit. Qui me inuenier pag. 676.

Idem. Sapientiam qui inuenerit, inueniet uitam, & hauriet ſalutem à Domino. Tomo, libro, excit. ut ſupra

Cap. 6. Mandatum lucerna eſt & lex lux. Tomo ſecundo, libro ſecundo de Concordantia Catholica capite uigeſimo. pag. 851.

Sermo Excitationis.

Cap. 8. Qui me inuenier. Tomo ſecundo libro decimo, excit. pag. 675.

Eccleſiaſtices.

Cap. 11. Dulce lumen & delectabile uidere ſolem ſi annis multis uixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis & dierum multorum. Tomo ſecũdo libro tertio Excitat. excit. Ne time Zacharia pag. 405. & libro ſeptimo, earundem Excit. excit. Annunciamus uobis uitam æternam. pag. 568.

Cap. 10. Væ terræ cuius Rex puer eſt. Tomo ſecundo, libro tertio Excit. excit. Dicite filiæ Sion. pag. 424.

Cap. 1. Omnia intrant in mari & nõ redundat. Tomo ſecundo libro ſeptimo, Excitation. excitat. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudeo. pag 569.

Cantícorum.

Cap. 5. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus meus loquutus eſt. Tomo mihi 2. libro 5. Excita. excit. Beati qui audiũt uerbum Dei. pag. 474.

Sermones Excitationum.

Cap. 1. Tota Pulchra es amica mea. Tomo 2. libro 8. Excit. pag. 591.

Cap. 12. Sicut lilium inter ſpinas. Tomo 2. libro 8. Excit. pag. 616.

Sapientię.

Cap. 7. Ipſa eſt uapor uirtutis maieſtatis Dei. Tomo primo, libro de uenatione ſapientiæ, capite 15. pag. 309.

Ca. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Tomo 2. libro 2. Excit. excit. Remittuntur ei pecca. mult. pag. 398.

Cap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Tomo 2. libo tertio, Excitationum. excitatione. Paracletus autem ſpiritus, pag. 412.

Cap. 7. Optaui & datus eſt mihi ſenſus, inuocaui & uenit in me ſpiritus ſapientię. Tomo ſecundo, libro tertio, Excit. excit, Paracletus autem ſpiritus, pa. 422.

Cap. 9. Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapiẽtiam. Tomo ſecũdo libro tertio, Excit. excitatione. Dies ſanctific. pag. 433.

Sermo Excitationis.

Cap. 3. Dominabuntur populis. Tomo ſecundo, libro octauo Excit. pa. 605.

Eccleſiaſtici.

Cap. 1. Omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Tomo ſecundo, libro tertio Excit. excit. Dies ſanctiſſicatus, pag. 433.

Cap. 24. Tranſite ad me omnes qui me cõcupiſcitis, & à generationibus meis adimplemini. Tomo ſecundo libro 4. Excit. excit. de ſacramento, pag. 450.

Cap. 27. Stultus ut luna mutatur. Tomo ſecundo, libro ſecundo de Cõcordãtia Catholica in præfatione, pag. 776.

Cap. 24. Melior eſt iniquitas uiri quã mulier benefaciens. Tomo ſecundo, lib. 9. Excit. exc. Domine adiuua me, pa. 651.

Sermo Excitationis.

Cap. 24. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Tomo ſecundo, libro quinto, Excit. pag. 478.

Eſaiæ.

Cap. 7. Si non crediderítis non intelligetis. Tomo primo, libro tertio de Docta Ignorãtia capite 11. pag. 57. & Tomo ſecundo, libro ſecundo Excitationum. excitatione. Fides autem Cath. hæc eſt, pap. 385.

Cap.

Cap. eodem Ecce uirgo concipiet & pariet filium. Tomo ſecundo, libro primo, Excit. excit. In principio erat uerbum pag. 364.

Cap. 9. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Ibidem ut ſupra

Cap. 7. Adhuc ſexaginta & decem anni. Ibidem

Cap. 45 Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum apperiatur terra & germinet ſeruatorem. Ibidem.

Cap. 66. Si ego qui generationem alijs tribuo ipſe ſterilis ero. Tomo ſecundo libro ſecundo, Excit. excit. fides autẽ Catho. hæc eſt. pag. 386. & libro tertio, earundẽ Excit. excit. uerbũ caro factum eſt pag. 418. & libro 9. Excit. excit loquere, & exhortare pag. 628. & in Diallogo de Pace fidei capite nono pag. 868. & lib. 2. Cribrationis Alch. capite octauo pa. 902.

Cap. 29. Math. 15. Marc. 7. Hic populus me labijs honorat cor autem eorum longè à me eſt. Tomo ſecũdo libro 6. Excit. pag. 548. excit. qui facit uoluntat. Patris mei.

Cap. 43. Omnem qui inuocat nomen meũ, in gloriam meã creaui eũ, formaui eum, & feci eũ. Tomo ſecundo libro ſeptimo, Excit. excit. cũ omni militia cœleſtis exercit. pag. 557.

Cap. 24. Secretum meum mihi. Tomo ſecundo libro nono, Excit. excit. ſufficit tibi gratia mea. pag. 645.

Cap. 58. Exalta ut tuba uocem tuam Tomo ſecundo libro ſecundo, de Concordantia Catholica capite 32. pag. 767.

Cap. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerunt me. Tomo ſecundo Epiſt. 5. ad Bohemos pag. 648.

Cap. 52. 1. Petri 2. Qui peccatũ non fecit nec inuẽtus eſt in ore eius dolus. Tomo ſecundo libro ſecundo, Cribrat. Alchoran. capite 17. pag. 910.

Idem. Verè languores noſtros ipſe tulit. Tomo ſecundo, libro, capite, pag. ut ſupra.

Cap. 54. ad Gal. 4. Lætare ſterilis q̃ nõ paris, erumpe & clama q̃ nõ parturis, quia multi filij deſertæ magis quã quę habent uirum. Tomo ſecundo libro tertio, Cribrationis Alch. capite 13. pag. 924.

Cap. 59. Peccata ueſtra diuiſerunt inter uos & Deum ueſtrum. Tomo ſecũdo libro 2. Crib. Alch. capite 17. pag. 909.

Hieremiæ.

Cap. 17. Lauſmea Dominus. Tomo primo libro, de uenatione ſapiẽtiæ, pag. 327. capite 35.

Cap. 33. Peruertiſtis uerba Elohim, uiuentium, Domini exercuum Dei ueſtri. Tomo ſecundo libro primo, Excit. excitatione. In principio erat uerbum pag. 359.

Cap. 18. Repente loquar aduerſus gentem & regnum, ut eradicem diſpergam & euertam, ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agã & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui eis facere. Tomo ſecundo libro primo, Excit. excit. In principio erat uerbum pag. 362.

Ezechielis.

Cap. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis Tomo ſecundo libro ſecundo, Excit. excit. fides autem catho. pag. 386.

Dap 20. Sabbata mea ſanctificate, & ſit ſignum inter me & uos. Tomo ſecũdo libro ſexto, Excit. excit. qui manducat hunc panem pag. 535.

Danielis.

Cap. 7. Et ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis ueniebat. Tomo ſecundo libro primo, Excitationum. excita. In principio erat uerb. pag. 364.

Amos.

Cap. 5. Odio habuerunt corripientẽ in porta. Tomo ſecundo libro ſecundo, Excita. excit. Remittunt ei peccata multa pag. 398.

Abdiæ.

Si exaltatus fueris ſicut aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidũ tuũ, inde te traham. dicit Dominus. Tomo ſecundo libro tertio, Excitat. excit. Ne time Zachariæ pag. 405.

Ex Michea.

Cap. 5. ex Math. 2. Ioan. 7. Et tu Bethleem terra Iudæ, nequaquam minima es in principibus Iudæ, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael. Tomo ſecundo libro primo, Excit. excit. In principio erat uerbum pag. 364.

Zachariæ.

Cup. 9. Exulta ſatis filia Sion, iubila

http://www.obrascatolicas.com

filia Ieruſalem: Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper, & aſcendẽs ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ. Tomo ſecundo, libro tertio, Excita. exci. Dicite filię Sion. pag. 423.

Malachiæ.

Cap. 1. Rex magnus ego ſum dicit Dominus. Tomo ſecundo, libro ſeptimo Excitat. excitati. Et cum omni milítia cœleſt. exercit. pag. 557.

Authoritates ex nouo Teſtamento.

Matthæi.

Cap. 7. Nolite proijcere margaritas ante porcos. Tomo primo, In Apollog. Doctæ Ignorantiæ pag. 64. & Tomo ſecundo, Epiſt. 7. ad Bohemos pag. 857.

Cap. 5. Beati mundo corde quoniã ipſi Deum uidebunt. Tomo primo, Dialogo de Poſſeſt. pag. 257. & Tomo ſecundo, libro primo Excit. excit. Vita erat lux hominum. pag. 365.

Cap. 11. Luc. 10. Abſcondit ea à ſapientibus & reuelauit paruulis. Tomo primo, In Dialogo de Poſſeſt.

Cap. 22. Cuius eſt Imagõ hæc & ſuperſcriptio eius. Tomo primo, libro primo, de Ludo Globi. pag. 237.

Cap. 11. Hier. 6. Iugum meum ſuaue & onus meum leue. Tomo primo, libro de uiſione Dei, capite uigeſimo quarto, pag. 207.

Cap. 23. Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſæi quæ dicunt facite. Tomo ſecundo, libro ſecundo, Excit excit. Tu es Petrus pag. 378. eodem Tomo, Epiſt ſecunda ad Bohem. pa. 836.

Cap. 16. Quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur? Tomo ſecundo, libro tertio Excit. excitatione. Ne time Zacha. pag. 405.

Cap. 11. Lucæ 7. Tu ne es qui uenturus es an alium expectamus? Eũtes renunciate Iohanni, quomodo cæci uident claudi ambulant & leproſi mundantur. Tomo ſecundo, libro quarto Excitationum. excitatione. Confide filia. pag. 462.

Cap. 14 Modice fidei cur dubitaſti. Tomo ſecundo, libro quarto Excitationum. excitatione. Confide filia, pagina 464.

Cap. 4. Si filius Dei es dic ut iſti lapides panes fiant. Tomo ſecundo, libro quinto Excitationum, excitatione. Diabol. reliquit eum, & ecce. pag. 475.

Cap. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt luſtitiam quoniam ipſi ſaturabuntur. Tomo ſecundo, libro quinto, Excita. excit. Promiſi hodie. pag. 490.

Cap. 3. Poteſt ex lapidibus his ſuſcitare filios Abrahę. Tomo ſecundo, libro quinto Excit. excitatione. Cœlum & terra tranſib. pag. 494.

Cap. 16. Quem uos me eſſe dicitis? Tomo ſecundo, libro quinto, Excitationum. excitation. Reſpon. Petr. ait. Tu es Chriſtus, pag. 499.

Cap. 11. Tollite lugum meum ſuper uos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Tomo ſecundo, libro quinto Excitationum. excit. Quemadmodũ ego feci & uos faciatis. pag. 501.

Cap. 22. Quæ ſunt Cæſaris reddite Cæſari & quæ Dei Deo. Tomo ſecundo, libro octauo Excitationum. excitatione. Oſtendite mihi numiſ. pag. 608. eodem Tomo, libro tertio de Concordantia Catholica, capite quadrageſimo primo, pag. 821.

Cap. 2. Venite ad me faciam uos fieri piſcatores hominum. Tomo ſecundo, libro octauo, Excitationum. exci. Venite & uidete pag. 614.

Cap. 20. Nouiſsimi erũt primi & primi nouiſsimi. Tomo ſecundo, libro nono Excitationum. excitatione. Ite & uos in uineam meam. pag. 645.

Cap. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Tomo ſecũdo, libro nono Excitationum. excitatione. Domine adiua me, pag. 652.

Cap. 23. Luc. 20. Væ uobis Hypocritæ. Tomo ſecundo, libro nono Excitationum. excitatione. ut ſupra pagina. ut ſupra.

Cap. 7. Qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces. Tomo, libro, excitatione, pagina ut ſupra.

Cap. 26. Scitis quòd poſt biduum Paſcha fiet. Tomo ſecundo, libro decimo Excitationum. excitat. In Paraſcheues, pag. 667.

Cap. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris. Tomo ſecundo, libro 1. de Concordant. Catholica, capite 11. pag. 705. & lib. eod. capite 18. pag. 739.

Idem. Portæ inferi non prævalebũt aduerſus eam. Tomo ſecundo, libro 1. de Concordãt. Cath. capite undecimo, pag. 705. & Epiſt. 2. ad Bohemos, pag. 833. & Epiſt. 7. pag. 857.

Cap. 18. Vbi duo uel tres fuerint congregati in meo nomine. Tomo ſecundo libro ſecundo, de Concordantia Catholica capite tertio, pag. 714.

Cap. 16. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam. Tomo ſecundo, libro ſecundo, de Corcordantia Catholica cap. 7. pag. 720. & cap. 13. pag. 727. & cap. 18. pag. 739. Tomo, eodem Epiſt. 2. ad Bohemos pag. 835.

Cap. 26. Pauperes ſemper habebitis uobiſcum. Tomo ſecundo, libro ſecũdo, de Concord. Cath. capite 18. pag. 739.

Cap. 18. Si Eccleſiam nõ audierit ſit tibi ſicut. Ethnicus. Tomo ſecundo, libro ſecundo, de Concordantia Catholica capite 17. pag. 737.

Cap. 16. Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Tomo ſecundo, libro ſecundo, de Cõcordantia Cath. capite 18. pag. 739.

Cap. 12. Luc. 11. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Tomo ſecundo, libro 3. De Concordantia Catholica, capite 30. pag. 813.

Cap. 28. Mar. 16. Ite Baptizate. Tomo ſecundo, Epiſt. 2. ad Bohe. pag. 833.

Idem. Sed uobiſcum ſum uſq; ad cõſumationem ſæculi. Tomo ſecundo, Epiſt 2. ad Bohemos. pag. 835. & Epiſt. 7. pag. 857.

Cap. 5. Non ueni ſoluere legem ſed adimplere, Tomo ſecundo, Epiſt. ſecundo, ad Bohemos. pag. 853.

Cap. 6. Luc. 11. Panem noſtrũ quotidianum. Tomo ſecũdo, Epiſt. 7. ad Bohemos. pag. 8553.

Cap. 28. Baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Tomo ſecundo, Epiſt. 7. ad Bohe. pag. 857. & Tomo eodem libro 2. Cribrationis Alchoran. cap. 11. pag. 903.

Cap. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. ad Corint. 11. Accipiens calicem gratias agens benedixit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Bibite ex hoc omnes. Tomo ſecundo, Epiſt. 7. ad Bohem. pag. 860.

Cap. 5. Beati qui perſequutionẽ patiuntur propter luſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cũ maledixerint uobis homines, & perſequuti uos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſũ uos mẽtiẽtes ꝓpter me, gaudete & exultate in illa hora, quoniã merces ueſtra copioſa eſt in cœlis, ſic enim perſequuti ſunt & Prophetas q fuerunt ante uos. Tomo ſecundo, libro tertio Cribra. Alchor. pag. 918.

Sermones Excitationum.

Cap. 13. Simile eſt Regnum cœlorũ homini quærenti bonas margaritas. Tomo ſecundo, libro ſecundo Excitation. pag. 378.

Cap. 7. Qui facit uoluntatem Patris mei qui in cœlis eſt. Tomo ſecundo, lib. 2. Excit. pag. 381. & libro 6. pag. 548.

Cap. 2. Intrantes Domum inuenerũt puerum cum matre eius. Tomo ſecũdo, libro 2. Excit. pag. 389.

Ibi. Ibãt Magi ſtellã quã uiderant ſequentes. Tomo ſecundo, libro ſecundo Excit. pag. 390.

Cap. 21. Dicite filiæ Sion. Ecce Rex tuus uenit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. Tomo ſecundo, libro tertio Excit. pag. 423.

Cap. 26. Filius hominis uadit. Tomo ſecundo, libro 5. Excit. pag. 469.

Cap. 9. Confide filia remittuntur tibi peccata tua. Tomo ſecundo, libro 5. Excit. pag. 469.

Cap. 18. Luc. 9. Mar. 9. Ioann. 13. Videte ne contemnatis unũ de puſillis his. Tomo ſecundo, libro quinto Excitatione. pag. 470.

Cap. 16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram erat ſolutum & in cœlis. Tomo ſecundo, libro quinto, Excit. pag. 471.

Cap. 6. Quærite primum regnũ Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Tomo ſecundo, libro quinto Excit. pag. 472. & Tomo, eod. lib. 8. Excitat. pag. 594.

Cap. 5. Beati mundo corde quoniã ipſi Deum uidebunt. Tomo ſecundo, libro ſecundo Excit. pag. 392.

Cap. 4. Diabolus reliquit eum, & ecce angeli acceſſerunt. Tomo ſecundo, libro 5. Excit. pag. 475.

http://www.obrascatolicas.com

Sacræ Scripturæ

Cap.15. Magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis. Tomo ſecundo, libro 5. Excitation. pag.475.

Cap.25. Habenti dabitur. Tomo ſecundo, libro 5. Excit. pag.479.

Cap.16. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Tomo ſecundo, libro 5. Ex. pa.483.

Cap.5. Veniens offeras munus tuũ. Tomo ſecundo, libro 5. Exc. pag.493.

Cap.16. Reſpondens Petrus ait: Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Tomo ſecundo, libro quinto Excit. pag.499.

Cap.2. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum. Tomo ſecundo, libro 5. Excita. pag.502. & lib.7. pag.569.

Cap.75. Ioann.9. Ibunt hi in ſupplicium æternum. Iuſti uerò in uitam æternam Tomo ſecũdo, libro quinto Excitation. pag.515.

Cap.3. Luc.9. & 3. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Tomo ſecundo, libro 5. Excit. pag.511.

Cap.6. Luc.12. Vbi Theſaurus tuus ibi cor tuum. Tomo ſecundo, libro 8. Excit. pag.607.

Cap.22. Oſtendite mihi numiſma cenſus. Tomo ſecundo, libro 8. Excitat. pag.607.

Cap.2. Obtulerunt munera. Tomo ſecundo, libro 9. Excit. pag.632.

Cap.8. Volo mundare. Tomo ſecũdo, libro 9. Excit. pag.634.

Cap.20. Ite & uos in uineam meam. Tomo ſecundo, libro 9. Excit. pag.645.

Cap.29 Ecce aſcendimus Hieroſolimam. Tomo ſecundo, libro 9. Excitati. pag.645.

Cap.4. Hæc omnia tibi dabo. Tomo ſecundo, libro 9. Excit. pag.648.

Cap.14. Domine adiuua me. Tomo ſecundo, libro 9. Excit. pag.650.

Marci.

Cap.13. Mat.10. Luc.12. Non enim uos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus Patris ueſtri qui loquitur in uobis. Tomo primo, libro 2. De Docta Ignorantia capite 10. pag.37.

Cap.5. Luc.7. Fides tua te ſaluam fecit uade in pace. Tomo ſecundo, libro 3. Excit. excit. Remittũtur ei peccata. multa. pag.426.

Cap.22. Math 26. ad Corinth.1. Epiſt. cap.11. Accepit panem & gratias agẽs fregit dedit q̃ diſcipulis ſuis dicens, accipite & manducate hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis tradet̃, hoc facite in meã commemorationem. Tomo ſecundo, libro 4. Excit. excit. qui manducat hũc panem. pag.444. Tomo ſecundo, Epiſt.7. ad Bohem. pag.860.

Cap.4. Math.7. Menſura qua menſi fueritis, eadem remetietur uobis. Tomo ſecundo, libro 5. Excit. excit. ſperẽt in te omnes q̃ nouerũt. nomen tuum. pa.468.

Cap.7. Et ſolutum eſt uinculum linguæ eius. Tomo ſecundo, libro 5. Excitationum, excitatione. Beati qui audiũt uerbum Dei. pag.454.

Cap.13. Luc.21. Erit in nubibus cum poteſtate magna & maieſtate. Tomo ſecundo, libro 5. Excit. excit. Cœlum & terra tranſibunt. pag.494.

Idem. Amen dico uobis non præteribit generatio iſta donec omnia fiant. Tomo ſecundo, libro Excit. pa. ut ſupra

Idem. Erunt ſigna in Sole & Luna & ſtellis & in terris preſſura gentium, ut ſupra.

Cap.14. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Tomo ſecundo, libro 6. Excitat. excit. qui manducat. hunc panem. pag.530.

Cap.14. Math.26. Ioan.12. Ad quid perditio hæc, potuerat uenundari multo & dari pauperibus. Tomo ſecundo, libro 10. Excit. excit. In Paraſcheue. pag.666.

Cap.16. Qui non crediderit condemnabitur. Tomo ſecundo libro 10. Excita. excit. Aſſumptus eſt in cœlum. pa.672.

Cap.9. Math.18. & 20. Luc.17. & 18. Quicunq; uoluerit eſſe omnium primus ſit omnium miniſter. Tomo ſecundo, libro 3. de Concord. Cath. cap.13. pa.794.

Cap.10. Math.19. Quod Deus conIunxit homo ne ſeparet. Tom.2. Epiſt.2. ad Bohem. pag.835.

Sermones Excitationum.

Cap.16. Math.28. Luc.24. Ieſum quæritis Nazarenum. Tomo ſecundo, libro ſecundo Excit. pag.405.

Cap.16. Ieſus autem emiſſa uoce magna expirauit. Tomo ſecundo, libro 3. Excit. pag.411.

Ca.5. Mat.6. Luc.7. Cõfide filia fides tua te ſaluam fecit. Tomo ſecundo, libr. 4. Excit. pag.461.

Cap.10.

Authoritates.

Cap.10. Math.19. Luc.13. Nouiſſimi erunt primi, & primi nouiſſimi. Tomo ſecundo, libro quinto Excit. pag.473.

Cap.10. Luc.18. Miſerere mei fili Dauid. Tomo ſecundo, libro 5. Excitation. pag.484.

Cap.15. Verè filius Dei erat homo iſte. Tomo ſecundo, libro quinto Excitation. pag.490. & 491.

Cap.13. Mat.24. Luc.21. Cœlũ & terra tranſibunt uerba autem mea non tranſibunt. Tomo ſecundo, libro 5. Excitat. pag.493.

Cap 8. Accepit Ieſus panes, gratias agens fregit dedit diſcipulis ſuis ut apponerent ante turbam. Tomo ſecundo, libro 6. Excit. pag.513.

Idem. Math.15. Miſereor ſuper turbam. Tomo ſecundo, libro 6. Excitation. pag.545.

Cap.7. Ephata. Tomo ſecundo, libro 7. Excit. excit. pag.586.

Cap.5. Puella ſurge & ſurrexit. Tomo ſecundo, libro 8. Excit. pag.612.

Cap.16. Math.26. Actuum.1. Aſſumptus eſt in cœlum. Tomo ſecundo, libro 10. Excit. pag.672.

Lucæ.

Cap.9. Mathæi 16. Marci 8. & 9. Oportebat Chriſtum pati & tertia die reſurgere à mortuis. Tomo primo, libro 3. de Docta Ignorantia capite ſeptimo. pagina 53.

Cap.24. O ſtulti & tardi corde qui nõ intellexerunt oportere Chriſtum pati, & ita intrare in gloriã ſuam. Tomo 1. lib.3. de Docta Ignorantia cap. & pa. ut ſupra.

Cap.1. Exurgens Maria abiit cum feſtinatione in montana. Tomo primo, Dialogo de Annunciat. pag.246.

Idem. Vnde mihi hoc ut ueniat mater Domini mei ad me. Tomo, Dialogo pag. ut ſupra.

Idem. Ecce enim ut uox ſalutationis tuę facta eſt in auribus meis, exultauit in utero. Tomo & Dialogo, ut ſupra. pagina 47.

Idem. Et beata quæ credidiſti, ut ſupra.

Idem. Magnificat anima mea Dominum. ut ſupra.

Cap.12. Quis ueſtrum cogitans, poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum. Tomo ſecundo, libro primo Excit. excit. Tu quis es. pag.349.

Cap.10. At qui unum eſt neceſſariũ. Tomo ſecundo, libro 1. Exc. Tu quis es. pag.350. & ibid. pag.352.

Idem. Omnia Deus poſuit in eius poteſtate. Tomo ſecundo, libro 1. Exc. excitat. uita erat lux hominum. pag.374.

Cap.1. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit redemptionẽ plebis ſuæ Tomo ſecundo, libro primo Excitationum, excitatione In principio erat uerbum. pag.378.

Cap.10. Math.10. Ioann.13. Marc.6. Qui uos audit me audit. Tomo ſecundo, libro ſecũdo Excitationum, excitatione. Tu es Petrus. pag.378. & libro 6. Excita. excit. Reſpice Domine de cœlo. pag.547. & Tomo eodem Epiſt.7. ad Bohem. pag.857.

Cap.1. Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Tomo ſecũdo, libro tertio Excit. excit. uerbum caro factum eſt. pag.410. & Tomo eodem li. ſecundo, de Concordantia Catholica in præfat pag.779.

Cap.10. Nemo nouit Patrem niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Tomo ſecundo, libro quarto Excit. exc. Ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. pa.441. Et libro quinto Excita. excit. iam Patres & fratres. pag.476.

Cap.1. Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco. Reſpondens Angelus dixit, ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obũbrabit tibi. Tomo ſecundo, libro quarto Excitationum, excitatione Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. pag.467.

Cap.9. Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reponat. Tomo ſecundo, libro quarto Excitationum, excitatione. Martinus hic pauper. pagina 467.

Cap.11. Filij ueſtri in quo eiiciũt. Tomo ſecundo, libro quinto Excitat. excit. Magna eſt fides tua. pag.475.

Cap.17. Adauge nobis fidem. Tomo ſecundo, libro quinto Excitat. excita. ut ſupra. pag. eadem.

Cap.21. Mar.13. Regnum cœlorum exſimilitudine ficulneæ. Tomo 2. libr. 5.

http://www.obrascatolicas.com

Sacræ Scripturæ

Excitat.excl.cœlum & terra transibunt. pag.493.

Cap.5. In uerbo tuo laxabo rete. Tomo secundo, libro 6. Excita. excit. perfectus omnis erit. pag.544.

Cap.9. Alij dicebant eum Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij Hieremiam aut unum ex Prophetis. Tomo secundo, libro 7. Excitationum, excit. Medius uestrum stetit. pag.562.

Cap.22. Petre rogaui pro te ut nõ deficiat fides tua. Tomo secundo, libro 1. de Concord. Cath. cap.11. pag.705.

Idem. Simon Simon Ecce Sathanas expetijt uos, ut cribraret sicut triticum, ego autem pro te rogaui ut nõ deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Tomo secundo, libro 2. de Concord. Cath. cap.17. pag.736.

Cap.10. Dignus est operarius mercede sua. Tomo secundo, libro 2. de Cõcord. Cath. cap.32. pag.765.

Cap.14. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Tomo secũdo, Epist.2. Ad Bohem pag.832. & Epist.7. pa.852. & eadem Epist. pag.857.

Cap.12. Mat.24. Fidelis seruus quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illi in tempore tritici mensuram. Tomo secundo Epist.7. ad Bohem. pag.857.

Cap.23. Psal.30. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Tomo secundo, libro secundo Cribrat. Alchorã. cap.14. pag.906.

Cap.12. Math.10. Nolite timere eos qui occidunt corpus & post hoc non habent quod amplius agant. Timete eum qui potest corpus & animam mittere in gehennam ignis. Tomo secundo, libro secundo Crib. Alch. cap.14. pag.905.

Cap.2. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ. Sicut loquutus est, ad Patres nostros Abraham & semini eius in secula. Tomo secundo, libro 3. Crib. Alchor. cap.13. pag.924.

Sermones Excitationum.

Cap.9. Mat.16. Mar.9. & 8. Oportebat Christum pati & tertia die resurgere. Tomo secundo, libro 3. Exc. pag.418.

Cap.16. Filij huius sæculi prudentiores sunt filijs lucis. Tomo secundo, libro secundo Excitation. pag.379.

Cap.2. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Tomo 2. lib.2. Excit. pag.387. & pag.388.

Cap.22. Hoc facite in meam commorationem. Tomo 2. lib.2. Excita. pag.394. & lib.7. earundem Excit. pag.585.

Cap.7. Remittuntur tibi peccata multa quoniam dilexisti multum. Tomo 2. l. 2. Excit. pag.398. & eod. libro. pag.425.

Cap.1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Tomo secundo, libro secũdo Excit. pag.403. & libr.4. earundem excitat. pag.454.

Cap.10. Maria autem optimam partem elegit. Tomo 2. libro 3. Excita. pag.404. & libro 4. pag.456.

Cap.1. Ne timeas Zacharia, exaudita est deprecatio tua. Tomo secundo, li. tertio Excit. pag.404.

Idem. Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum uerbum tuum. Tomo secũdo, libro quinto Excit. pag.486. & libro 6. pag.517.

Idem. Aue gratia plena. Tomo secũdo. lib.3. Excit pag.418.

Cap.15. Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores, ut audirent eũ. Tomo secundo, libro quinto Excit. pag.468.

Cap.17. Iesu præceptor miserere nostri. Tomo 2. lib.5. Excit. pag.472.

Cap.11. Beati qui audiunt uerbum Domini & custodiunt illud. Tomo secũdo, libro 5. Excit. pag.474. & pag.512. libri eiusdem.

Cap.8. Qui habet aures audiendi audiat. Tom.2. lib.5. Excit. pag.474.

Cap.12. Estote parati quia qua hora non putatis. Tomo secundo, libro 5. Excit. pag. ut supra.

Cap.19. Venit filius hominis quærere & saluum facere. Tomo secundo, libro quinto Excit. pag.479.

Cap.24. Sedete quoadusq; induamini. Tomo secundo, libro quarto Excitat. pag.434.

Cap.1. Benedicta tu in mulieribus. Tomo 2. lib.5. Excit. pag.480.

Cap.7. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam. Tomo secundo, libro quinto Excit. pag. ut supra, & libro septimo. pag 560.

Cap.2.

Authoritates

Cap.2. Nunc dimittis seruum tuum Domine. Tomo secundo, libro quinto, Excit. pag 483.

Cap 11. Beatus uenter qui te portauit. Tomo secundo, lib.5. Excit. pag 485.

Cap.1. Paries filium & uocabis nomen eius Iesum. Tomo secundo, libro 5. Excit. pag.497.

Cap.2. Pax hominibus bonæ uoluntatis. Tomo secundo, pag.997.

Cap.1. Nomen eius Iesus. Tomo secundo, libro quinto, Excit. pag 501.

Cap.6. Quotquot eum tangebant sani erant. Tomo secundo, libro 5. Excitationum, pag.506.

Cap.15. Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente. Tomo secũdo, libro sexto, Excitationum, pag.542.

Cap.2. Vocatum est nomen eius Iesus. Tomo secundo, libro septimo, Excitationum. pag.568.

Cap. eodem. Lumen ad reuelationẽ gentium. Tomo 2. libro 7. Exci pag.573.

Cap.1. Missus est Angelus Gabriel. Tomo secundo, libro 7. Excita. pag.577.

Cap.2. Puer crescebat. Tomo secũdo, libro nono Excitationũ, pag.624.

Cap.11. Pater uester cœlestis dabit uobis. Tomo secundo, libro 10. Excitationum, pag.670.

Ioannis.

Cap.12. Nisi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit. Tomo primo, lib.3. de Docta Ignorantia, capite 7. pag.52.

Cap.1. Quotquot autem receperũt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs qui credunt in nomine eius. Tomo 1. In libel. de filiatione Dei pag.119. & Tomo secundo, libro 1. Excit. exci. Vita erat lux hominum pag.275. eodem. Tomo libro 5. Excitationum, excitation. Confi de filia remittunt tibi pecca.469. & lib. 6. earundem Excit. excit. una oblatione consumauit. pag.519. eodem Tomo, lib. secundo, Cribrat. Alch. capite 16. pa.982. Et Epist.7. ad Bohemos pag.859.

Cap.17. Claritatem quã dedisti mihi dedi eis, ut sint unum sicut & nos unum sumus. Tomo primo, libro tertio de Docta Ignorantia, capite 11. pag.58.

Cap.1. In principio erat uerbum. Tomo primo, libro de Berillo, capite 25. pagina 276. & Tomo 2. libro 3. Excit. excit. Verbum caro factum est, pag.410.

Cap.14. Ad eum ueniemus & mãsionem apud eum faciemus. Tomo 1. In Dialogo de Possest. pag.256.

Cap.1. Verbum caro factum est. Tomo 1. libro de Dato Patris luminum, capite quinto, pag.291. & Tomo secundo, libro 1. Excitationũ, excitatione. Tu qs es, pag 352.

Idem. Illuminans omnem hominẽ, Ibidem, ut supra

Cap.14.16.8.11. & 15. Ego sum uia ueritas & uita. Tomo primo, libro 2. de Ludo Globi, pag.226. & Tom. 2. libro 3. de Concord Cath. capite 40. pag.821. Tomo 2. Epist.1. ad Bohemos pag.830. & Epist.7. pag.859.

Cap.8. Tu quis es: Respondit Iesus, principium qui & loquor uobis. Tom.2. libro 1. Excit. excit. Tu quis es, pag.349.

Cap.1. Hoc erat in principio, omnia per ipsum facta sunt. Tomo secundo, li. 1. Excitationum, excitatione, In principio erat uerbum pag.360.

Idem. Et tenebræ eum non compræhenderunt. Tomo, lib. excit. ut supra pa. 364. Tomo & libro, ut supra. excit. Vita erat lux hominum pag.375.

Cap.1. Hic uenit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine, erat lux uera illuminans, &c. Tomo secundo, libro 1. Excit. excit. Vita erat lux hominum, pag.375.

Cap.14. Pater in eo manens facit opera quæ nemo ante eum fecit. Tomo, libro. excitat, ut supra, pag 374.

Cap.5. Pater in se uitam habet, ita dedit filio uitã habere. Ibidem, ut supra, & & libro 1. Crib. Alchor. cap 8. pag 895.

Cap.8. Tunc cognoscetis quia ego sum. Tomo 2. lib.1. Excit excita. Tu quis es, pag.352.

Idem. Ante quam Abraham fieret ego sum. Tomo secundo, libro 1. Excita. excit. ut supra, pag. 353.

Pater meus quem uos Deum dicitis Tomo, libro, excitatione, ut supra, pagina 352.

Cap.17. & 6. Hæc est uita æterna ut cognoscant te solum Deum uerũ. To. 2. l. 1.

Ex-

http://www.obrascatolicas.com

Sacræ Scripturæ

Excitat.excit. In principio erat uerbum pag.365.

Cap.12.13.8.9. Vt credentes in me uitam habeant. Tomo,libro, Excit.ut supra pag.374.

Cap.17. Clarifica me tu Pater apud temetipsum,claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Tomo lib. excit.pag.ut supra.

Cap.14.Esai.45. Si cognouissetis me Patrẽ meũ utiq; cognouissetis,ut supra.

Idem. Qui uidet me uidet & patrẽ.Libidẽ ut supra,& libro septimo,earundẽ. Excit.exci.medius uestrũ stetit,pag.566.

Ibidem. Ego sum in Patre & pater in me est. Tomo secundo, libro primo, Excitat.excit. In principio erat uerbum pag.374.

Cap.17.2.25 Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.Ibidem ut supra,&libro quinto,Excitat.excit.uerè filius Dei erat homo iste pag.496.

Cap.12.1.2.8.9. Ego lux in mundum ueni,ut omnis q credit in me in tenebris non maneat.Tomo secũdo libro primo Excitation. exc.In principio erat uerbũ. pag.374.

Cap.16.8.13. Exiui à Patre & in mundum ueni,ut supra.

Cap.14.3.5.7.8.12. Sermonem quem audistis nõ est meus sed eius qui misit me Patris.Ibidem,ut supra

Cap.17.8. Sermo tuus ueritas.Ibid.

Cap.14. Nemo potest ad Patrem uenire nisi per me,Ibidem.

Cap.6. Sicut misit me uiuens Pater, ita & ego mitto uos.Tomo secũdo lib.2. Excit.excit. Intrantes Domum inuenerunt puerum pag. 389. & Tomo eodem Epist.7.ad Bohemos.

Cap.1. Non ex sanguinibus neq; ex uoluntate carnis.Tomo secundo,Excit. excit.gloria in excel.Deo pag.388.

Cap.20. Quid ploras mulier. Tomo secundo libro tertio, Excit. excit.Iesum queritis Nazaren.pag.407.

Idem. Tulerunt Dominum meũ & nescio ubi posuerunt eum.Tomo,libro excit.pag.ut supra.

Cap.eodem Domine si sustulisti illum dicito mihi ubi posuisti eum,ut ego ueniens tollam eum.Ibidem,ut supra.

Cap.1. Omnia per ipsum facta sunt. Tomo secundo libro tertio,Excit.excit. uerbum caro factum est pag.410.

Idem. Quia quod factum est in ipso uita erat:& uita erat lux hominum. Tomo,libro,excit:pag.ut supra

Idem. Et uerbum erat apud Deum.Idem ut supra.

Cap.10. Bonus Pastor animam suã ponit pro ouibus suis.Tomo secundo libro tertio,Excit.excit. Dicite filiæ Sion pag.424.

Cap.15.& 9. Si non uenissem & loquutus eis nõ fuissem,peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent.Tomo secundo,libro 3.Excit.excit.de peccato pag.427.

Cap.14. Vado & uenio ad uos.Tomo secundo libro tertio,Excit.excit.uado & uenio ad uos pag.437.

Cap.6. Nonne ego uos duodecim elegi,& unus uestrũ diabolus est.Tomo secundo libro quarto, Excit. excit.de sacramento pag.450.

Cap.3. Nunquid potest in uentrẽ matris suæ denuo introire & renasci.Tomo secundo libro quarto,Excit.exc.Respexit humilit.ancil.suæ pag.455.

Cap. 8. & 4. Qui ex Deo est uerba Dei audit.Tomo secundo, libro quinto, Excitationum.excitatione. Promisi hodie pag 488.

Cap.9. Christus sputo liniuit oculos cœci, & fecit lutum, & lauit in Siloe & uidit.Tomo secundo lib.5. Excit.excit.Beati qui audiunt uerbũ Dei pag.513.

Cap.5. Nemo potest uenire ad me nisi Pater traxerit eum.Tomo2.lib.5.Excit.excit.Perfectus omnis erit pag.544.

Cap.18. Socer Cayphæ qui erat Põtifex anni illius,miserunt ergo eũ ad Cayphã,erat aũt Cayphas q cõsiliũ dederat.

Idem. Quid me cedis.

Idem. Misit eũ Annas ligatũ ad Cayphã Pontificẽ,Tomo 2.libro 6.Excit.excit.Ait Iesus sicut exaltauit Moyses serpen.pag.523.

Cap.20. Thoma quia me uidisti credisti.Tomo 2.libro sexto,Excit.exc.qui credit in filium Dei pag.537.

Ibid.&6.&3. Beati qui nõ uiderũt & crediderunt.Ibidem,ut supra.

Cap.5. Sicut pater suscitat mortuos, sic & filius quos uult uiuificat. Tomo 2. libro

Authoritates.

lib.7.Excit.excit.Medius uestrum.pag. 595.& Tomo lib.ijsdem,excit.Trinitatẽ in unitate uenerẽmur,pag.582.

Cap.6. Si quis mãducauerit ex hoc pane uiuet in æternum,quia caro mea est pro mũdi uita. Tomo secundo,libro 7. Excita-excit.Consumatũm est,pag.578.

Idem. Spiritus est qui uiuificat.Tomo secundo,libro 7.Excit.excit.Trinitatẽ in unitate uenerẽmur,pag.582.& Tomo secundo,Epist.7.ad Bohem. pa.857.

Cap.8. Qui ex Deo est uerba Dei audit.Tomo secundo, libro 8. Excit,excit. Agnus in cruce leuatur,pag 599.

Cap.6. Omne qđ uenit ad me nõ eij clã foras.Tomo secundo,libro 8.Excit. excit.Beati qui habitãt in domo tua Domine,pag.610.

Cap.16. Tristitia uestra uertetur in gaudium.Tomo secundo,libro 8.Excitationum,excitatione. Quæcunq; descripta sunt,pag.615.

Idem. Confidite ego uici mũdũ.To.2.li.9.Exc.excit. Puer crescebat,pa.626.

Cap.2. Quodcunque dixerit uobis. Tomo secundo,libro 9. Excitationũ,excit.Obtulerunt munera,pag.632.

Cap.11. Lazare prodi foras. Tomo secũdo, libro decimo Excitationum,excitatione,in Parascheues.

Cap.7. Quomodo hic literas scit cũ non didicerit.Tomo secũdo,libro 10.Excit.exc.Vt nuper dum.pag.683.

Cap.6. Nunquid & uos uultis abire Respondit Petrus & dixit,Domine ad quem ibimus, uerbũ uitæ æternæ habes, & nos credimus,&cognouimus quia tu es filius Dei.Tomo secũdo,libro primo de Concord.Cath.cap.13.pag.727.

Cap.21. Pasce oues meas. Tõ.2.lib.2. de Concord.Cath,cap.18.pag.739.

Cap.1. Tu uocaberis Cephas.Tomo 2.lib.2.de Conc. Cath.cap.18.pag.739.

Cap.10. Qui nõ intrat per ostiũ fur est & latro. Tomo secundo,lib.secundo, de Concord. Cathol. capite 22.pag.766.

Cap.13. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ.Tomo secundo,libro 3.de Concord.Cath.cap.13.pag.794.

Cap.3.ad Rom.5. Sic Deus dilexit mũdum ut unigenitũ filiũ suũ pro nobis daret.Tomo secundo, Epist.2.ad Bohe. pag.831.& eod.Tomo,libro secũdo Cribrat.Alchor.cap.11. pag.903. & eodem, libro capite 17.pag.910.

Cap.6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem eius biberitis,non habebitis uitam in uobis. Tomo secundo, Epist.2. ad Bohem.pag.832.& Epist.3.pa.841.& Epist.7. pag.858.&859.

Cap.3. Nisi quis renatus fuerit. Tomo secundo,Epist.2.ad Bohem.pag.833. Et Epist.7.pag.858.

Cap.14. Non derelinquam uos Orphanos. Tomo secundo. Epist.2.ad Bohemos pag 835.

Cap.6. Qui credit in me,habebit uitam æternam. Tomo secũdo, Epist.3.ad Bohemos.pag.841.

Idem. Non habebitis uitam in uobis:Ibidem,ut supra.

Cap.14. Vado uobis parare locum. Tomo secundo,Epist.7.ad Boh.pa.859.

Cap.6. Ego sum panis uitæ qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum.Tomo secundo,Epist.7.ad Bohemos pag.859.

Cap.11. Ego sum resurrectio & uita Tomo secundo, libro 1.Cribrat.Alcho. capite 18.pag.896.

Cap.6. Verba quę loquutus sum uobis spiritus & uita sunt.Tomo,libro,capite,pag.ut supra

Cap.15. Spiritum ueritatis qui à patre procedit.Tomo secundo,libro secundo,Crib.Alchor.capite 11.pag.903.

Cap.5. Nec enim pater iudicat quẽquam,sed omne iudicium dedit filio suo Tomo secundo, libro tertio. Cribrat.Alchoran.capite 17.pag.910.

Cap.18. Regnum meum non est de hoc mundo.Tomo secundo,libro secũdo,Cribrat.Alch.pag.908.capite 16.

Cap.10. Potestatem habeo ponendi eã & rursus sumendi eã. To .secundo,li. 2.Crib.Alch.capite 16.pag.909.

Cap.3.Luc.8. Qui non credit iam iudicatus est.Tomo secundo,libro secundo,Cribrat.Alchor.cap.17.pag.910.

Cap.8. Ego sum lux mũdi,qui sequitur me non ambulat in tenebris.Tõ.2.li. Crib.Alch.cap,19.pag.913.

Sermones Excitationum.

Cap.1. In principio erat uerbum.Tomo secundo,libro 1.Excitat.pag.358.

Idem.

http://www.obrascatolicas.com

Idem. Verbum caro factum est. Tomo secundo libro tertio Excit.pag. 409. & libro quinto pag.481.& 482.

Cap.8. Tu quis est. Tomo secundo libro primo, Excitation. pag.349.

Cap.1. Vita erat lux hominum. Tomo secundo libro 1. Excitation. pa.364.

Cap.6. Ego sum panis uiuus. Tomo secundo libro 2. Excitation. pag.380.

Cap.15.6.14. In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis Tomo secundo libro 2. Excit.pag.381.

Cap.15. Gaudium meum in uobis sit Tomo secundo libro secundo, Excitatione pag.ut supra.

Cap.16. Tristitia uestra uertetur in gaudium. Tomo secundo libro 2. Excitatione pag 382.

Cap.14. Amen amen dico uobis si quid petieritis Patrem in nomine meo: Tomo secundo libro secundo, Excitation. pag. ut supra.& libro 5.pag.467.

Cap.eod. Paraclatus autem spiritus Tomo secundo libro 3. Exci.pag.420. et pag.421.& lib.6.pag.525.

Cap.8. Quis uestrum arguet me de peccato. Tomo secundo libro tertio Excitat.pag.427.

Cap.14. Vado & uenio ad uos Tomo secundo, libro 3. Excit.pag.437.

Cap.6. Ego resuscitabo eum in nouissimo Die. Tomo secundo libro 4. Excit.pag.441.

Vt supra, Qui manducat hunc panem. Tomo secundo libro 4. Excit.pag 444.& libro 6.pag.531.

Cap.1. Vt manifestetur. Tomo secũdo libro 4. Excit.pag.451.

Cap.14. Si quis sermonem meum seruauerit. Tomo secũdo libro quinto, Excit.pag.487.

Idem. Paracletus autem spiritus qui à Deo procedit. Tomo secundo libro 5. Excit.pag.491.

Cap.5. Nemo potest uenire ad me nisi Pater traxerit eum. Tomo secundo libro quinto, Excit.pag.493.

Cap.15. Cũ uenerit Paracletus quẽ mittet. Tomo secundo libro sexto, Excitat.pag.530.

Cap.3. Qui credit in filium Dei. Tomo secũdo libro sexto, Excit.pag.537.

Ca.6. Vnde ememus panes. Tomo secundo libro 7. Excitat.pag.559.

Cap.1. Medius uestrũ stetit. Tomo secundo, libro septimo, Excit.pag.563.

Cap.19. Consumatũ est. Tomo secũdo, libro septimo, Excit.pag.578.&579.

Cap.20. Surrexit. Tomo secundo, libro septimo, Excit.pag.600.

Cap.16. Gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Tomo secũdo, libro decimo, Excit.pag.669.

Cap.17. Subleuatis oculis. Tomo et libro ut supra.pag.671.

Ex Epistolis Pauli.

Ad Romanos.

Cap.8. Spiritus postulat gemitibus inenarrabilibus. Tomo 1. In Apollogia Doctæ Ignorantiæ pag.67.

Idem. Nescimus quid oremus. Tomo, libro, pag.ut supra.

Idem. Quis nos separabit à charitate Christi? num ignis, gladius. ut supra.

Cap.1. Deus manifestat hominibus ea quæ ijs de eo nota sunt. Tomo 1. In Dialogo de Possest.pag.250.

Cap.11. O altitudo diuitiarum. Tomo 1. libro de uisione. Dei capite 12.pag. 192.& Tomo 2. libro 9. Excit.excit. sic currite ut compræhendatis pag.641.

Cap.1. Christus nõ potest inueniri nisi deposita omni malitia, dolo, stimulatione & inuidia & detractione. Tomo secundo, libro secundo, Excit.excit. Tu es Petrus pag.376.

Cap.13. Non in commessationibus & ebrietatibus. Tomo, & libro, ut supra excit.pag.495.

Cap.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Tomo secundo, lib. septimo, Excit.excit. Si quis non amat Dominum pag.586.

Idem. Regnauit mors in omnibus filijs Adæ, & dominabatur mors propter peccatum. Tomo secundo libro 9. Exci. excit. simile est regnum cœlorũ pag.638.

Cap.13. Potestas enim omnis à Deo habet ordinationem. Tomo 2. libro 3. de Concord. Catholica in prefat. li. pa.779.

Cap.10. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutẽ. To. 2. Epist.2. ad Bohe.pag.830.& Tomo eod. Epist.7. ad Bohem.pag.859.

Cap.

Cap.6. Amplius non morietur. Tomo 2. Epist.2. ad Bohemos pag.831.

Cap.14. Qui manducat non manducantem non despiciat, & qui non mãducat manducantem ne iudicet. Tom.2. Epist.2. ad Bohem.pag.831.

Sermones Excitationum.

Cap.11. Ex ipso per ipsum & in ipso Tomo secundo libro 4. Excitationũ pagina 441.

Cap.6. Humanum quidem dico propter infinitatem carnis. Tomo 2. li.6. Excitat.pag.545.

Cap.8. Debitores sumus. Tom.2. lib.6. Excit.pag.547.

Cap.13. Induimini Dominũ Iesum Christum. Tom.2. li.6. Excit.pag.553.& lib.7. eatund. excit.pag.558.

Cap.15. Quæcunq; descripta sunt. Tom.2. lib.8. Excit.pag.615.

Cap.12. Plenitudo legis est dilectio. Tom.2. lib.9. Excit.pag.636.

Ad Corinthios.1.

Cap.13. Videmus enim nũc p speculum in ænigmate. Tom.1. lib. de Berillo. cap.14.pag.270.& Tom.2. lib.2. Excit. excit, fides autẽ Catho. hæc est pag.386.

Cap.2. Esai.64. Quia nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. Tom.1. lib. de uisione Dei. cap.17. pag.199.

Cap.3. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui irrigat, sed qui incrementum dat Deus. Tom.2. lib.1. Excit.excit. Tu quis es. pag.350.

Cap.1. Non sint inter uos contentiones. Tom.2. li.3. Excit. excitatione. accepistis in quo statis pag.413.

Cap.13. Charitatem autem non habeam nihil sum. Tom.2. lib.3. Excit. excitatione. Paracl. autem spiritus pag.420.

Ibidem. Charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans aut Cymbalum tinniens. Tom.2. li.4. Excit.excit. Confide. filia pag.464.

Idem. Ita ut montes transferam. Tomo 2. lib.5. Excit.excit. Miserere mei filij Dauid pag.485.

Cap.15 Omnes resurgemus sed non omnes immutabimur. To.2. lib.7. Exci. excit. Consumatum est pag.579.

Idem. Stimulus enim mortis peccatum est. Tom.2. lib.7. Excit.excit. Siquis non amat Dominum, pag.586.

Cap.6. ad Eph.5. ad Timoth.1. Neq; fornicarij, neq; indolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebũt. Tomo 2. libro 9. Exci. excitatione. Simile est regnum cœlorum pag.639.

Cap.11. Iudicium sibi manducat & bibit. Tom.2. Epist.7. ad Bohe. pag.825.

Idem. Probet autem seipsum homo. Tomo 2. Epist.3. ad Bohe.pag.841.

Cap.10. Vnus panis & unũ corpus multi sumus. To.2. Ep.7. ad Bo. pag.852.

Sermones Excitationum.

Cap.10. Hęc scripta sunt. Tomo secundo libro 7. Excit.pag.580.

Cap.6. Membra uestra templũ sunt. Tomo 2. libro 7. Excit.pag.584.

Cap.16. Si quis non amat Dominũ. Tomo 2. libro 7. Excit.pag.585.

Cap.4. Sic nos existimet homo. Tomo secundo libro 8. pag.615.

Cap.9. Sic currite ut comprehendatis. Tõ.2 l.9. Exc.pa.640.& l.10.pa.680.

Ad Corinthios.2.

Cap.4. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lumẽ splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ claritatis Dei, in faciem Iesu Christi: Habemus Thesaurum istum. in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, & non in nobis. Tomo 2. libro 8. Excit.excitat. Nos autem reuelata facie pag.612.

Cap.11. Pericula in mari, & falsis fratribus. Tomo 2. Excit. libro 8. excit. uenite & uidete pag.614.

Cap.12. Dum infirmor corpore, fortior sum in spiritu. Tom. 2. lib.9. Excit.excit. Volo mundare pag.636. Tom. & lib. eisdẽ exc. sufficit tibi gratia mea: pa.654.

Idem. An tunc in corpore an extra corpus nescio, sed Deus scit. Tomo secundo libro 9. Excitationum. excitatione & pag. ut supra.

Cap.4. Semper mortificationẽ Iesu in corpore nostro circũferimus, ut & uita Iesu manifestetur in nobis. To. 2. li.9. Excit. excit. ut filij lucis ambulate. pag.655.

Sermones Excitationum.

Cap.3. Nos autẽ reuelata facie. Tomo secundo libro 8. Excit.pag.610.

Cap.12.

http://www.obrascatolicas.com

Sacræ Scripturæ

Cap.11 Sufficit tibi gratia mea. Tomo ſecũdo libro 9. Excitationũ pag.644.

A Galatas.

Cap.6. Alter alterius onera portate. Tomo ſecundo libro 3. Excitationũ excitatione. Accepiſtis in quo ſtatis pag.413.

Cap.4. Filioli mei quos iterum parturio. Tomo libro ut ſupra. Excit. uidi ciuitatem ſanctam pag.454.

Cap.2. Viuo iam non ego ſed uiuit in me Chriſtus. Tomo ſecundo libro 4. Excitationũ excitatione. Martinus hic pauper pag.467. & Tomo ſecundo libro 9. Excitationum excitatione. Loquere & exhortare pag.629.

Cap.5. Quod ſi ſpiritu ducimini nõ eſtis ſub lege. Tomo ſecundo libro ſeptimo. Excitationũ excitatione, ſpiritu ambulate pag.555.

Cap.5. Fructus ſpiritus ſunt, charitas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, fides, manſuetudo, modeſtia continentia caſtitas. Tomo ſecundo libro 9. Excitationum excitatione, Domine adiuua me pag.652.

Sermones Excitationum.

Cap.4. Vbi uenit plenitudo temporis. Tomo ſecundo libro 5. Excitationũ pag.499.

Cap.5. Spiritu ambulate. Tomo ſecundo libro 7. Excitationum pag.554.

Cap.4. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem. Tomo ſecundo libro 7. Excitationum pag.576.

Ad Epheſios.

Cap. Oportet exuere ueterem hominem præſumptionis, & induere nouum humilitatis hominem. Tomo primo libro de uiſione Dei, capite 21, pag.202.

Idem. Solliciti ſemper ſeruare unitatem ſpiritus. Tomo ſecundo libro 3. Excitationum excit. uoca gentes pag.416.

Cap.6. Confortamini in Domino, et in potentia uirtutis eius. Tomo ſecundo libro 5. Excitationum. excitatione. Iã patres & fratres pag.476.

Idem. State ergo ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate, & induti lorica iuſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, ut poſſitis tela omnia ignea nequiſſimi extinguere galeam ſalutis, & gladiũ ſpiritus quod eſt Verbũ Dei, per omnẽ orationem & obſecrationem, omni tempore orantes & in ipſo uigilantes. Tom. lib. excit. pag. ut ſupra.

Idem. Non eſt nobis lucta ad uerſus carnem & ſanguinem, ut ſupra.

Cap.5. Vir caput mulieris quemadmodum Eccleſiæ Chriſtus. Tomo ſecundo libro 6. Excitationum excitatione 4. una oblatione conſumauit. pag.518.

Cap.3. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Tomo ſecũdo libro 8. Excitationum excitatione. In charitate radicati. pag.596. & pag.597.

Sermones Excitationum.

Cap.1. Credẽtes ſignati eſtis. Tomo ſecundo libro 7. Excit. pag.581.

Cap.3. In charitate radicati. Tomo ſecundo libro 8. Excit. pag.596.

Cap.5. Vt filij lucis ambulate. Tomo ſecundo libro 9. Excit. pag.655.

Ad Philippenſes.

Cap.2. Semetipſũ exinaniret, & formã ſerui acciperet. Tomo ſecundo libro 1. Excitationũ. excitatione. In principio erat uerbum pag.364.

Cap.3. ad Rom.16. Quorũ Deus uenter eſt. Tõ. 2. libro 9. Excit. excit. Domine adiuua me pag.651.

Sermones Excitationum.

Cap.2. ad Rom.14. & Eſa 45. In nomine Ieſu. Tõ. 2. libr. 3. Excitat. pag.430.

Cap.4. Pax Dei quæ exuperat omnẽ ſenſum. Tomo 2. lib. 8. Excit. pag.618.

Cap.2. Hoc ſentite in uobis. Tomo ſecundo libro 10. Excitationũ pag.660.

Ad Colloſſenſes.

Cap.1. In quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorũ, qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. Tomo primo libr. tertio de Docta Ignorantia capite quarto pag.48.

Cap.2 In quo omnes Theſauri ſcientię & ſapientię, abſcõditi fuerunt. Tomo primo libro tertio de Docta Ignorantia capite 4. pag.49. & Tomo ſecundo libro 6. Excitationũ, excitatione, ſpiritus autẽ Paracletus pag.528.

Cap.1. Omnia per ipſũ & in ipſo creata ſunt, & ipſe ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput corporis Eccl. Tomo, libro, capite, pag. ut ſupra, &

Authoritates.

Ad Theſſalonicenſes.1.

Sermo Excitationis.

Cap.4. Hæc eſt uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra. Tomo ſecundo libro ſeptimo excit. pag.574.

Ad Theſſaloni cenſes 2.

Cap.1. Ne reſciatis mãdata Dei ut traditiones ueſtra ſtatuatis. Tomo 2. libr. de Concordantia Catholica. capite 32. pag.767.

Ad Timotheum.1.

Cap.6. Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem, & laqueum, & cupiditates multas ſtultas ac noxias quę demergunt homines in exitium & interitũ, ſiquidem. *Radix eſt omniũ malorum cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide; & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tomo ſecũdo libro 3. Excit. excit. Ne time Zacharia pag.405.

Ad Timotheum 2.

Cap.6. Et Apocal.17. Rex Regum Dominus dominantium. Tomo primo, libro de quærendo Deo pag.293.

Cap.1. Omnia in Deo uita ſunt. Tomo 1. In Diallogo de Poſſeſt. pag.252.

Ad Titum.

Cap.2. Loquere & exhortare. Tom. ſecundo libro 9. Excit. pag.626.

Ad Hebræos.

Cap.1. Per quem Deus fecit & ſæcula. Tom. 1. li. De Beryllo. cap.36. pag.283.

Cap.11. In uiſibilibus Deus inuiſibilis cognoſcitur. Tomo 1. lib. cap. pag. ut ſupra.

Idem. Oportet accedentem credere Tomo ſecundo libro 3. Excit. excit. Ieſus autem emiſſa uoce pag.411.

Cp.4. Non enim habemus Pontificem qui non compati poſsit infirmitatibus. Tom. 2. Epiſt. 3. ad Bohem. pag.844.

Sermones Excitationum.

Cap.5. Cum clamore ualido & lachrimis. Tomo 2. libro 3. Excit. pag.416.

Cap.7. Intuimini quãtus ſit iſte. Tomo ſecundo libro 5. Excit. pag.480.

Cap.10. Vna oblatione conſumauit Tomo ſecundo libro 6. Excit excit. prima pag.515. ſecunda 517. tertia ibid. quarta 518. quinta 123.

Cap.1. Multifariam multiſęq; modis. Tomo ſecundo libro nono. Excitationũ pag.620.

Cap.9. Qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit. Tomo ſecundo libro 10. Excit. pag.659.

Actuum.

Cap.9. Paulus aſcendens. Tomo primo libro 3. de Docta Ignorantia. capite 11. pag.58.

Cap.17. Quod licet ſit, & non abſit à nobis; tamen & tunc propius acceditur, quãdo plus fugiſſe reperitur. Tomo primo in Apollogia Doctę Ignorãtiæ pag.67. Et eodem Tomo, libro, de quærendo Deo pag.291. & Tomo ſecũdo libro primo Excitationum excitatione. Tu quis es pag.357.

Cap.17. Deus in uno homine omnes creauit. Tomo primo libro de quærendo Deo pag.291.

Idem. Genus ergo ſumus Dei. Tomo, libro ut ſupra pag. eadem.

Cap.4. Ipſe eſt unitas, quæ & ante unum, & per ſe ſcilicet unum. Tomo ſecundo, libro 1. Excitat. excit. Tu quis es pag.350.

Cap.10. Chriſtus Iudex uiuorum et mortuorũ. Tomo primo, In Apollogia Doctę Ignorantię. capite nono pagina 55.

Cap.2. Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. Tomo ſecundo, libro decimo Excitationum. excitatione. Qui ſemetipſum per ſpiritum ſanctũ obtulit pag.659.

Cap.1. Surrexit Petrus in medio fratrum dicens, fuit enim turba in unum. Tomo ſecundo libro ſecundo de Concordantia Catholica capite uigeſimo ſecundo pag.766.

Cap.15. ad Epheſ.2. ad Titum.3. Per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari quemadmodum & illi. Tomo ſecundo Epiſt. prima ad Rodericum de Treuino pag.826.

Sermo Excitationis.

Cap.2. Sic ueniet quemadmodum uidiſtis eum euntem. Tomo ſecundo libro ſecundo. Excitationum pag.380.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Sacræ Scripturæ

Ex Epistolis Canonicis.

Iacobi.

Cap.1. In hoc enim uerbo ueritatis geniti sumus filij lucis. Tomo primo libro de Dato patris luminũ ca.5. pag.291.

Idem. Omne datũ optimũ, & omne domũ perfectũ. Tomo 1.lib.ut supra capite secundo pag.286.

Idem. Pater noster dat affluenter & nõ improperat. Tom.libro, capite, ut supra pag.285.

Cap.2. Qui in uno offẽdit factus est omnium reus. Tomo 2.Epist.2.sub finẽ ad Bohem.pag.838.

Idem. Fides sine operibus mortua est. Tomo secundo in Diallogo de Pace fidei capite 15.pag.876.

Petri.1.

Cap.2. Ecce pono in Sion lapidem summũ angularem electum, pretiosum, & qui crediderit in me non cõfundetur. Tomo secundo libro 2.Excitationum excit. Tu es Petrus pag.376.

Cap.1. Christus nos regenerauit in spem uiuam. Tomo 2.libro 5.Excitationum excit. Quotquot tangebant eum sani erant pag.507.

Cap.5. Pascite in uobis. Tomo secũdo libro secundo de Concordantia Catholica capite 18.pag.739.

Sermones Excitationum.

Cap.2. Eratis aliquando oues errantes. Tomo secũdo libro 7. Exc.pag.581.

Cap.3. Dominum Iesum Christum sanctificate. To.&lib.ut supra pag.584.

Ioannis.1.

Cap.4. Diligite alterutrum, fratres estis in Christo qui charitas est. Tomo secundo libro 3.Excitationum excit.Accepistis in quo statis pag.413.

Cap.4. In hoc cognoscimus quoniã in eo manemus & ipse in nobis, quoniã de spiritu suo dedit nobis. Tomo secundo libro 7. Excitationũ excitatione medius uestrum stetit.pag.595.

Sermo Excitationis.

Cap.1. Annunciamus uobis uitam æternam quæ erat apud Patrem,& apparuit. Tomo secundo libro 7. Excitationum pag.567.

Apocalipsis.

Cap.21. Mensura hominis quæ & angeli. Tomo primo libro tertio de Docta ignorantia, capite tertio pag.47.

Cap.22. Deus principium & finis. Tom.1.In Diallogo de Possest pag.254.

Cap.2. Vincenti dabo edere ex manna absconditо & dabo illi calculum candidum. Tom. secundo libro 2.Excitationum excitatione. Tu es Petrus.pag.377.

Cap.8. Tertius Angelus tuba cecinit,& cecidit è cœlo stella magna ardẽs tanquam facula,&cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum, & nomen stellæ dicitur Absinthium & multi homines mortui sunt. Tomo secundo libro 2.Excitationum excit. Ibant Magi stell. quam uiderant sequentes. pag.390.

Cap.22. Ego sum α & ω. Tomo secũdo libro 3.Excitationum excit. Dies sanctificat.pag.436.& libro 7.Excit.ubi est qui natus est Rex Iud. pag.569.

Cap.3. Qui habet clauẽ Dauid. Tomo secundo libro 9. Excitationum excitatione. Multifariam multisq; pag.621.

Cap.5. Soluere signacula libri clausi. Tõ.2.lib.9.Excit.excit.pag.ut supra.

Sermones Excitationum.

Cap.12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole. Tomo secundo libro 2.Excit.pag.397.

Cap.21. Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem. Tomo secundo libro 1.Excit. pag.451.

Cap.3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum. Tomo secundo libro 7.Excitat.pag.588.

Cap.12. Michael & Angeli eius. Tomo secundo libro septimo. Excitationũ pag.603.

FINIS.

NICOLAVS DE Cusa Cardinalis Reuerendissimo Patri Iuliano Cardinali, præceptori suo S.

Admirabitur & rectè, maximum tuum etiam probatissimum ingenium, quid sibi hoc uelit, quòd dum meas barbaras ineptias incautiùs pandere attento, te arbitrum eligo, quasi tibi pro tuo Cardinalatus officio apud Apostolicam sedem in publicis maximis negotijs occupatissimo aliquid otij supersit, & post omnium Latinorum scriptorum, qui hactenus claruerũt, supremam notitiam,& nunc Græcorum etiam, ad meum istum fortasis ineptissimum conceptum tituli nouitate trahi possis. Qui tibi qualis ingenio sim, iamdudum notissimus exilio. Sed hæc admiratio, non quòd prius incognitum hic insertum putes, sed potius qua audacia, ad de docta ignorantia tractandum ductus sim, animum tuum sciendi perauidum, spero uisendum allicíet. Ferunt enim Naturales, appetitum quandam tristem sensationem in stomachi orificio anteire, ut sic natura quæ seipsam sanam conseruare nititur, stimulata reficiatur: Ita rectè puto admirari (propter quod philosophari) scíendi desiderium præuenire, ut intellectus cuius intelligere, est esse, studio ueritatis perficiatur. Rara quidem etsi monstra sint, nos mouere solent. Quamobrem præceptorum unicè, pro tua humanitate aliquid digni hic latitare existimes, & ex germano in rebus diuinis qualemcunq; ratiocinandi modum suscipe, quem mihi labor ingens, admodum gratissimum fecit.

Quomodo scire est ignorare. Cap. I.

Diuino munere omnibus in rebus naturale quoddam desiderium inesse conspicimus, ut sint meliori quidem modo quo hoc cuiusq; naturę patitur conditio, atq; ad hũc finem ea operari, instrumentaq; habere opportuna quibus iudicium cognatum est cõueniens proposito cognoscendi: ne sit frustrà appetitus & ut in amato, pondere propriæ naturę, quietem attingere possit. Quòd si fortasis secus contingat, hoc ex accidenti uenire necesse est, ut dum infirmitas gustũ, aut opinio rationem seducit. Quamobrem sanum liberum intellectum, uerum (quid insatiabiliter indito discursu, cuncta per lustrando attingere cupit) appræhensum, amoroso amplexu cognoscere dicimus, non dubitantes uerissimum illud esse, cui omnis sana mens nequit dissentire. Omnes autem inuestigantes, in comparatione præsuppositi certi, proportionabiliter incertum iudicant. Comparatiua igitur est omnis inquisitio, medio proportionis utens, ut dum hæc quæ inquiruntur, propinqua proportionali reductione, præsupposito possint comparari, facilè est appræhensionis iudicium, dum multis medijs opus habemus, difficultas & labor exoritur. Vti hæc in Mathematicis nota sunt, ubi ad prima notissima principia, priores propositiones facilius reducuntur, & posteriores, quoniam non nisi per medium priorum, difficilius. Omnis igitur inquisitio, in comparatiua proportione facili uel difficili existit propter quid infinitum, ut infinitum (cum omnem proportionẽ aufugiat) ignotum est. Proportio uero, cum conuenientiam in aliquo uno simul & alteritatem dicat, absq; numero intelligi nequit. Numerus ergo, omnia proportionabilia includit. Non est igitur numerus qui proportionem efficit, in quantitate tantum: sed in omnibus quæ quouismodo substantialiter aut accidentaliter conuenire possunt ac differre. Hinc forte omnia Py- Pythagoras.

A thagoras,

http://www.obrascatolicas.com

thagoras;per numerorum uim,conſtitui & intelligi iudicabat. Præciſio uerò combinationum in rebus corporalibus,ac adaptatio congrua noti ad ignotum,humanam rationem ſupergreditur:adeò ut Socrati uiſum ſit ſe nihil ſcire, niſi quòd ignoraret. Sapientiſsimo Salomone aſſerente cunctas res difficiles & ſermone inexplicabiles. Et alius quidam diuini ſpiritus uir ait,abſcõditam eſſe ſapientiam, & locum intelligentiæ,ab oculis omnium uiuentium. Si igitur ita eſt (ut etiam profundiſsimus Ariſtoteles,in prima philoſophia affirmat)in natura manifeſtiſſimis,talem nobis difficultatem accidere,ut nycticoraci ſolem uidere attentanti, profectò cum appetitus in nobis fruſtrà non ſit,deſideramus ſcire nos ignorare. Hoc ſi ad plenum aſſequi poterimus,doctam ignorantiam aſſequemur. Nihil enim homini etiam ſtudioſiſſimo,in doctrina perfectius adueniet,quàm in ipſa ignorantia, quæ ipſi propria eſt, doctiſſimum reperiri, & tantò quis doctior erit,quantò ſe magis ſciuerit ignorantem. In quem finem,de ipſa docta ignorantia pauca quædam ſcribendi,labores aſſumpſi.

Socrates.
Salomon.
Ariſtoteles.

Elucidatio præambularis ſubſequentium. Cap. II.

Maximum.

TRactaturus de maxima ignorantiæ doctrina,ipſius maximitatis naturam aggredi neceſſe habeo. Maximum autem hoc dico,quo nihil maius eſſe poteſt. Abundantia uero uni conuenit. Coincidit itaq; maximitati unitas quæ eſt & entitas. Quod ſi ipſa talis unitas,ab omni reſpectu & contractione,uniuerſaliter eſt abſoluta:nihil illi opponi manifeſtum eſt,cum ſit maximitas abſoluta. Maximum itaque abſolutum,unum eſt,quod eſt omnia,in quo omnia quia maximum. Et quoniam nihil ei opponitur,cum eo ſimul coincidit minimum, quare eſt & in omnibus. Et quia abſolutum,tunc eſt actu omne poſſibile eſſe,nihil à rebus contrahẽs à quo omnia. Hoc maximum quod & Deus omnium nationum fide indubiè creditur,primo libello ſuprà humanam rationem incompræhenſibiliter inquirere(eo duce qui ſolus lucem habitat inacceſſibilem)laborabo. Secundo loco ſicut abſoluta maximitas,eſt entitas abſoluta per quam omnia id ſunt,quod ſunt ita & uniuerſalis unitas eſſendi,ab illa quæ maximum dicitur abſolutum:& hinc cõtracte exiſtens uti uniuerſum,cuius quidem unitas in pluralitate contracta eſt ſine qua eſſe nequit. Quod quidem maximum,etſi in ſua uniuerſali unitate omnia complectatur,ut omnia quæ ſunt ab abſoluto ſint in eo,& ipſum in omnibus: non habet tamen extrà pluralitatem(in qua eſt) ſubſiſtentiam,cùm ſine contractione,à qua abſolui nequit,non exiſtat. De hoc maximo uniuerſo ſcilicet,in ſecundo libello,pauca quædam adijciam. Tertio loco,maximũ tertiæ conſiderationis ſubſequenter manifeſtabitur. Nam cum uniuerſum non habet niſi contracte ſubſiſtentiam in pluralitate,in ipſis pluribus inquiremus unum maximum,in quo uniuerſum maximè & perfectiſsimè,ſubſiſtit actu,ut in fine,& quoniam tale cum abſoluto quod eſt terminus uniuerſalis,unitur,quia finis perfectiſsimus ſuprà omnem capacitatem noſtram,de illo maximo,quod ſimul eſt contractum & abſolutum,quod Ieſum ſemper benedictum nominamus,nonnulla prout & ipſe Ieſus inſpirauerit,ſubijciam. Oportet autem attingere ſenſum uolentem, potius ſuprà uerborum uim, intellectum efferre,quàm proprietatibus uocabulorum inſiſtere: quæ tantis intellectualibus myſterijs,propriè adaptari non poſſunt. Exemplaribus etiã manuductionibus neceſſe eſt tranſcendenter uti,linquendo ſenſibilia,ut ad intellectualitatem ſimplicem,expeditè lector aſcendat,ad quam uiam quærendam ſtudui communibus ingenijs,quantò clariùs potui,aperire,omnem ſtili ſcabroſitatem euitando, radicem doctæ ignorantiæ,etiam inappræhenſibili ueritatis præciſione,ſtatim manifeſtans.

Quòd præciſa ueritas,ſit incompræhenſibilis. Cap. III.

QVoniam ex ſe manifeſtum eſt, infiniti ad finitum proportionem non eſſe, eſt & ex hoc clariſsimum,quod ubi eſt reperire excedẽs & exceſſum,non deueniri ad maximum ſimpliciter, cum excedentia & exceſſa finita ſint, maximum uero tale,neceſſariò eſt infinitum. Dato igitur quocunq;,quod non

non ſit ipſum maximum ſimpliciter,dabile maius eſſe manifeſtum eſt. Et quoniam æqualitatem reperimus gradualem ut unum æqualius uni ſit quàm alteri,ſecundum conuenientiam & differentiam genericam, ſpecificam, localem influentialem & & temporalem cum ſimilibus:patet non poſſe aut duo aut plura,adeò ſimilia & æqualia reperiri,quin adhuc in infinitum ſimiliora eſſe poſſint. Hinc menſura & menſuratum,quantuncunque æqualia,ſemper differentia remanabunt. Non poteſt igitur finitus intellectus,rerum ueritatem per ſimilitudinem præciſè intelligere. Veritas enim non eſt nec plus nec minus,in quodam indiuiſibili conſiſtens, quam omne non ipſum uerum exiſtens,præciſè menſurare non poteſt:ſicut nec circulum cuius eſſe in quodam indiuiſibili conſiſtit,non circulus. Intellectus igitur qui non eſt ueritas,nunquam ueritatem adeò præciſè compræhendit,quin per infinitũ præciſiùs compræhendi poſſit,habens ſe ad ueritatem, ſicut polygonia ad circulum: quæ quantò inſcripta plurium angulorum fuerit, tantò ſimilior circulo, nunquàm tamen efficitur æqualis,etiam ſi angulos uſque in infinitum multiplicauerit, niſi in identitatem cum circulo ſe reſoluat. Patet igitur de uero nos non aliud ſcire, quàm quòd ipſum præciſè uti eſt,ſcimus incompræhenſibile,ueritate ſe habente, ut abſolutiſſima neceſſitate, quæ nec plus aut minus eſſe poteſt quàm eſt,& noſtro intellectu,ut poſsibilitate. Quidditas ergo rerum,quæ eſt entium ueritas, in ſua puritate inattingibilis eſt,& per omnes Philoſophos inueſtigata,ſed per neminem,uti eſt, reperta,& quantò in hac ignorãtia profundiùs docti fuerimus,tantò magis ad ipſam accedemus ueritatem.

Circulus.
Polygonia.

Maximum abſolutum incompræhenſibiliter intelligitur, cum quo minimum coincidit. Cap. IIII.

MAximum quo maius eſſe nequit,ſimpliciter & abſolutè cum maius ſit quàm compræhendi per nos poſſit,quia eſt ueritas infinita:non aliter quàm incompræhenſibiliter attingimus. Nam cum non ſit de natura eorum,quæ excedens admittunt & exceſſum,ſuper omne id eſt, quod per nos concipi poteſt:omnia enim quæcunque ſenſu,ratione,aut intellectu apprænduntur,inter ſe & ad inuicem taliter differunt,quòd nulla eſt æqualitas præciſa inter illa. Excedit igitur maxima æqualitas,quæ à nullo eſt alia aut diuerſa, omnem intellectum: quare maximũ abſolutè,cum ſit omne id quod eſſe poteſt,eſt penitùs in actu, et ſicut nõ poteſt maius eſſe,eadẽ ratione nec minus,cum ſit omne id quod eſſe poteſt. Minimum autem eſt,quo minus eſſe nõ poteſt. Et quoniam maximum eſt huiuſmodi,manifeſtum eſt minimum maximo coincidere. Et hoc tibi clariùs fit, ſi ad quantitatem maximum & minimum contrahis. Maxima enim quantitas, eſt maximè magna. Minima quantitas,eſt maximè parua. Abſolue igitur à quantitate maximum & minimum,ſubtrahendo intellectualiter magnum & paruum:& clarè conſpicis,maximum & minimum coincidere Ita enim maximum eſt ſuperlatiuus, ſicut minimũ ſuperlatiuus. Igitur abſoluta quantitas,non eſt magis maxima, quàm minima,quoniam in ipſa minimum,eſt maximum coincidenter. Oppoſitiones igitur,his tantum excedens admittunt & exceſſum,& his differenter conueniunt, maximo abſoluto nequaquam,quoniam ſuprà omnem oppoſitionem eſt Quia igitur maximum abſolutè,eſt omnia abſolutè actu,quæ eſſe poſſunt,taliter abſq; quacũq; oppoſitione,ut in maximo minimum coincidat:tunc ſuper omnem affirmationẽ eſt,pariter & negationem,& omne id, quod concipitur eſſe, non magis eſt,quàm non eſt. Et omne id,quod concipitur non eſſe,non magis non eſt,quàm eſt, ſed ita eſt hoc,quòd eſt omnia,& ita omnia,quòd eſt nullum,& ita maximè hoc, quòd eſt minimè ipſum. Non eſt enim aliud dicere,Deus qui eſt ipſa maximitas abſoluta,eſt lux:quàm ita,Deus eſt maximè lux, qui eſt minimè lux. Aliter enim non eſſet maximitas abſoluta,omnia poſsibilia actu,ſi nõ eſſet infinita,& terminus omnium,& per nullum omnium terminabilis,prout poſteà in ſequentibus (ipſius Dei pietate) explanabimus. Hoc autem omnem noſtrum intellectũ tranſcendit:qui nequit contradictoria,

Quantitas.

http://www.obrascatolicas.com

tradictoria,in ſuo principio combinare uia rationis,quoniam per ea, quæ nobis ab ipſa natura manifeſta fiunt,ambulamus:quæ longè ab hac infinita uirtute cadens, ipſa contradictoria per infinitum diſtantia,connectere ſimul nequit. Suprà omnem igitur rationis diſcurſum,incomprehenſibiliter abſolutam maximitatem uidemus infinitam eſſe,cui nihil opponitur,cum qua minimum coincidit.Maximum autem & minimum(ut in hoc libello ſumuntur)tranſcẽdentes abſolutæ ſignificationis termini exiſtunt,ut ſuprà omnem contractionem ad quantitatem molis aut uirtutis, in ſua ſimplicitate abſoluta,omnia complectantur.

Maximum eſt unum. Cap. V.

EX his clariſsimè conſtat,maximum abſolutè incomprehenſibiliter intelligibile,pariter & innominabiliter,nominabile eſſe,uti de hoc manifeſtiorem doctrinam inferiùs pandemus.Nihil eſt nominabile,quo non poſsit maius aut minus dari,cum nomina ijs attributa ſint rationis motu, quæ quadam proportione excedens admittunt aut exceſſum.Et quoniam omnia ſunt eo meliori modo quo eſſe poſſunt,tunc ſine numero pluralitas entium eſſe nequit.Sublato enim numero,ceſſant rerum diſcretio,ordo,proportio,harmonia,atq; ipſa entium pluralitas. Quòd ſi numerus ipſe eſſet infinitus,quoniam tunc maximus actu cum quo coincideret minimum,pariter ceſſarent omnia præmiſſa.In idem enim redit numerum infinitum eſſe,& minime eſſe. Si igitur aſcendendo in numeris,deuenitur actu ad maximum,quoniam finitus eſt numerus, non deuenitur tamen ad maximum,quo maior eſſe non poſsit,quoniam hic eſſet infinitus. Quare manifeſtũ eſt, aſcenſum numeri eſſe finitum actu,& illum in potentia fore ad alium,etſi in deſcenſu pariter ſe numerus haberet,ut dato quocunq; paruo numero actu,quòd tunc per ſubtractionem,ſemper dabilis eſſet minor, ſicut in aſcenſu per additionem maior, adhuc idem:quoniam nulla rerum diſcretio eſſet,neq; ordo,neq; pluralitas,neq; excedens & exceſſum in numeris,reperiretur,imò non eſſet numerus.Quapropter neceſſarium eſt,in numero ad minimum deueniri,quo minus eſſe nequit,uti eſt unitas. Et quoniam unitate minus eſſe nequit,erit unitas minimum ſimpliciter,quod cum maximo coincidit,per ſtatim oſtenſa.Non poteſt autem unitas numerus eſſe: quoniam numerus excedens admittẽs,nequaquam ſimpliciter minimum, nec maximũ eſſe poteſt,ſed eſt principium omnis numeri,quia minimum,eſt finis omnis numeri,quia maximum.Eſt igitur unitas abſoluta cui nihil opponitur,ipſa abſoluta maximitas,quæ eſt Deus benedictus.Hæc unitas cum maxima ſit,nõ eſt multiplicabilis, quoniam eſt omne id,quod eſſe poteſt.Non poteſt igitur ipſa,numerus fieri. Vide, per numerum ad hoc nos deductos, ut intelligamus, innominabili Deo unitatem abſolutam propius conuenire, quodq; Deus ita eſt unus,ut ſit actu omne id,quod poſsibile eſt eſſe.Quapropter non recipit ipſa unitas magis nec minus, nec eſt multiplicabilis.Deitas itaq; eſt unitas infinita. Qui ergo dixit, audi Iſrael, Deus tuus unus eſt,& unus eſt magiſter,& pater ueſter in cœlis,nihil uerius dicere potuit: qui diceret plures deos eſſe:hic nec Deum,nec quicquàm omnium uniuerſi eſſe,falſiſsimè affirmaret,uti in ſequentibus oſtendetur.Nam uti numerus,qui ens rationis eſt, fabricatum per noſtram comparatiuam diſcretionem, præſupponit neceſſariò unitatem,pro tali numeri principio,ut ſine ea impoſsibile ſit numerum eſſe: ita rerum pluralitates,ab hac infinita unitate deſcendentes,ad ipſam ſic ſe habent, ut ſine ipſa eſſe nequeant:quomodo enim eſſent ſine eſſe;unitas autem abſoluta eſt entitas, ut poſterius uidebimus.

Numerus.

Vnitas.

Maximum eſt abſoluta neceſsitas. Cap. VI.

OStenſum eſt in præcedentibus,omnia præter unum maximum, ſimpliciter eius reſpectu,finita & terminata eſſe.Finitum uerò et terminatum,habet à quo incipit,& ad quod terminatur, & quia non poteſt dici, quòd illud ſit maius

maius dato finito et finitum,ita ſemper in infinitum progrediendo(quoniam in excedentibus & exceſsis,progreſsio in infinitum actu fieri non poteſt, alioqui maximum eſſet de natura finitorum)igitur neceſſariò eſt maximum actu, omnium finitorum principium & finis. Præterea nihil eſſe poſſet, ſi maximum ſimpliciter non eſſet:nam cum omne non maximum,ſit finitum,eſt & principiatum:erit autem neceſſarium quod ab alio,alioqui ſi à ſeipſo,fuiſſet,quando non fuiſſet, nec in principijs & cauſis eſt(ut ex regula patet)poſsibile ire in infinitum. Erit igitur maximum ſimpliciter,ſine quo nihil eſſe poteſt.Præterea contrahamus maximum ad eſſe,& dicamus,maximo eſſe nihil opponitur,quare nec eſſe,nec minime eſſe,quomodo igitur intelligi poteſt,maximum non eſſe poſſe,cum minime eſſe,ſit maxime eſſe.Neq; quicquàm intelligi poteſt eſſe,ſine eſſe.Abſolutum autem eſſe,non poteſt eſſe aliud quàm maximum abſolutè.Nihil igitur poteſt intelligi eſſe ſine maximo. Præterea ueritas maxima,eſt maximum abſolutè:maximè igitur uerum,eſt ipſum maximum ſimpliciter eſſe uel non eſſe,uel eſſe & non eſſe, uel nec eſſe nec non eſſe, & plura nec dici nec cogitari poſſunt,qualecũq; horum dixeris maximè uerum,habeo propoſitum,nam habeo ueritatem maximam,quæ eſt maximum ſimpliciter. Vnde & ſi per præmiſſa manifeſtum ſit,quòd hoc nomen Eſſe,aut aliud quodcunq; nomen, non ſit præciſum nomen Maximi,quod eſt ſuprà omne nomen:tamen eſſe maximè & innominabiliter,per nomen maximum ſuper omne eſſe nominabile, illi conuenire neceſſe eſt. Talibus quidem & infinitis conſimilibus rationibus ex ſuperioribus,docta ignorantia apertiſsimè uidet, maximum ſimpliciter neceſſariò eſſe, ita quòd ſit abſoluta neceſsitas. Eſt autem oſtenſum, non poſſe niſi unum eſſe maximum ſimpliciter,quare unum eſſe maximum,eſt ueriſsimum.

De trina & una æternitate. Cap. VII.

NVlla unquam natio fuit, quæ Deum non coleret,& quem maximum abſolutè,non crederet.Reperimus Minar,in libris antiquitatum annotaſſe: Siſſennios unitatem maxime adoraſſe. Pythagoras autem, uir ſuo æuo auctoritate irrefragabili clariſsimus:unitatẽ illam,trinam aſtruebat. Hũius ueritatem inueſtigantes,altiùs ingenium eleuantes,dicamus iuxtà præmiſſa. Id quod omnem alteritatem præcedit,æternum eſſe nemo dubitat: Alteritas namque idem eſt,quod mutabilitas,ſed omne quod mutabilitatem naturaliter præcedit,immutabile eſt,quare æternum.Alteritas uerò conſtat ex uno & altero,quare alteritas ſicut numerus,poſterior eſt unitate.Vnitas ergo,natura prior eſt alteritate, & quoniam eam naturaliter præcedit,eſt unitas æterna.Amplius omnis inæqualitas eſt ex æquali & excedente.Inæqualitas ergò,poſterior natura eſt,æqualitate,quod per reſolutionem firmiſsimè probari poteſt.Omnis enim inæqualitas,in æqualitatem reſoluitur:nam æquale,inter maius & minus eſt.Si igitur demas quod maius eſt,æquale erit,ſi uero minus fuerit,deme à reliquo quod maius eſt,& æquale fiet.Et hoc etiam facere poteris,quouſq; ad ſimplicia demendo ueneris.Patet itaq;, quòd omnis inæqualitas,demendo ad æqualitatem redigitur,æqualitas ergo,naturaliter præcedit inæqualitatem,ſed inæqualitas & alteritas,ſimul ſunt natura.Vbi enim inæqualitas,ibidem neceſſariò alteritas,& econuerſò.Inter duo namq; ad minus,erit alteritas.Illa uerò ad unum illorum duplicitatem facient,quare erit inæqualitas.Alteritas ergo & inæqualitas,ſimul erunt natura:præſertim cum binarius ſit prima alteritas, & prima inæqualitas:ſed probatum eſt,æqualitatem præcedere natura inæqualitatem,quare & alteritatem,æqualitas ergo æterna.Amplius ſi duæ fuerint cauſæ,quarum una prior ſit alterna, erit effectus prioris, prior natura effectu poſterioris,ſed unitas,uel eſt connexio,uel eſt cauſa connexionis.(Inde enim aliqua connexa dicuntur,quia ſimul unita ſunt)Binarius quoq; uel diuiſio eſt,uel cauſa diuiſionis.(Binarius enim,prima eſt diuiſio.)Si ergo unitas,cauſa connexionis eſt,binarius uerò, cauſa diuiſionis:ergo ſicut unitas eſt prior natura binario,ita etiam connexio,prior natura diuiſione.Sed diuiſio & alteritas,ſimul ſunt natura,quare & connexio,ſicut

Minar. Pythagoras.

Alteritas. Vnitas. Inæqualitas. Æqualitas.

Connexio Diuiſio.

http://www.obrascatolicas.com

unitas est æterna, cum prior sit alteritate. Probatum est igitur, quoniam unitas ipsa æterna est, & æqualitas æterna: similiter & connexionem esse æterna. Sed plura æterna esse non possunt. Si enim plura essent æterna, tunc quoniam omnem pluralitatem præcederet unitas, aliquid esset prius natura, æternitate, quod est impossibile. Præterea, si plura essent æterna, alterum alteri deesset, ideoq; nullum illorum perfectum esset, & ita esset aliquod æternum, quod non esset æternum, quia nõ esset perfectum: quòd cum non sit possibile, hinc plura æterna esse non possunt, sed quia unitas æterna est, æqualitas æterna est, similiter & connexio: hinc unitas, æqualitas, & connexio sunt unum. Et hæc est illa trina unitas, quam Pythagoras omnium philosophorum primus, Italiæ & Græciæ decus, docuit adorandam. Sed adhuc aliqua, de generatione æqualitatis ab unitate, subiungamus expressiùs.

Pythagoras.

De generatione æterna. Cap. VIII.

OStendamus nunc breuissimè, ab unitate gigni unitatis æqualitatem, connexionem uerò, ab unitate procedere & ab unitatis æqualitate. Vnitas dicitur, quasi ontitas, ab ὄν græco uocabulo, quod latinè Ens dicitur, & est unitas entitas. Deus namq; est ipsa rerum entitas, forma enim essendi est, quare & entitas. Aequalitas uerò unitatis, quasi æqualitas entitatis, id est æqualitas essendi siue existendi. Aequalitas uerò essendi est, quòd in re neq; plus neq; minus est, nihil ultrà, nihil infrà. Si enim in re magis est, monstrosum est, si minus est, nec est generatio æqualitatis ab unitate, quod clarè conspicitur, quando quid sit generatio attenditur; generatio enim, unitatis repetitio est: Vel eiusdem naturæ multiplicatio, à patre procedens in filium. Et hæc quidem generatio, in solis rebus caducis, inuenitur: generatio autem unitatis ab unitate, est una unitatis repetitio, id est unitas semel, quòd si bis, uel ter, uel deinceps unitatẽ multiplicauero, iam unitas ex se aliud creabit, ut binarium, uel ternarium, uel alium numerũ, unitas uerò semel repetita solum, gignit unitatis æqualitatem, quod nihil aliud intelligi potest, quàm quòd unitas gignit unitatem, & hæc quidem generatio, æterna est.

Generatio.

De connexionis æterna processione. Cap. IX.

QVemadmodum generatio unitatis ab unitate, est una unitatis repetitio: ita processio ab utroque, est repetitionis illius unitatis, siue mauis dicere, unitatis & æqualitatis unitatis ipsius, unitio. Dicitur autem processio, quasi quædam ab altero in alterum extensio: quemadmodum cum duo sunt æqualia, tunc quædam ab uno in alterum quasi extenditur æqualitas, quæ illa coniungat quodammodo & connectat: meritò ergo dicitur ab unitate & æqualitate unitatis, connexio procedere, neque enim connexio unius tantum est, sed ab unitate in æqualitatem unitas procedit, & ab unitatis æqualitate in unitionem. Meritò igitur ab utroque procedere dicitur, eo quòd ab altero in alterum quasi extenditur. Sed nec ab unitate, nec ab unitatis æqualitate, gigni dicimus connexionem: quoniam neq; ab unitate per repetitionem fit, neque per multiplicationem, & quamuis ab unitate gignatur unitatis æqualitas, & ab utroq; cõnexio procedat, unum tamen & idem est unitas, & unitatis æqualitas, & connexio procedẽs ab utroq;: uelut si de eodem dicatur, hoc, id, idem. Hoc ipsum quidem quod dicitur id, ad primum refertur, quod uerò dicitur idem, relatum connectit & coniungit ad primum. Si igitur ab hoc pronomine quod est Id, formatum esset hoc uocabulum, quod est Iditas, ut sic dicere possemus, unitas, iditas, identitas, ita ut relationem quidem faceret iditas ad unitatem, identitas uerò iditatis & unitatis designaret connexionem, satis propinquè trinitati conuenirent. Quòd autem sanctissimi nostri doctores, unitatem uocarunt Patrem, æqualitatem Filium, & connexionem Spiritum sanctum, hoc propter quandam similitudinem ad ista caduca fecerunt. Nam in patre & filio, est quædam communitas naturæ quæ una est, ita quòd ipsa natura, filius patri est æqualis. Nihil enim magis uel minus humanitatis est in filio quàm in patre,

Hoc
Id
Idem.
Id
Iditas
Identitas.
Communitas naturæ.
Pater
Filius

patre, & inter eos quædam est connexio. Amor enim naturalis alterum cum altero connectit & hoc propter similitudinem eiusdem naturæ, quæ in eis est, quæ à patre in filium descendit: & ad hoc ipsum filium plus diligit, quàm alium secum in humanitate conuenientem. Ex tali quidem licet distantissima similitudine, pater, dictus est unitas: filius, æqualitas: connexio uerò, amor, seu spiritussanctus, creaturarum respectu tantum, prout infrà etiam suo loco clariùs ostendemus. Et hæc est meo arbitratu, iuxtà Pythagoricam inquisitionem, trinitatis in unitate, & unitatis in trinitate semper adorandæ, manifestissima inquisitio.

Amor

Quomodo intellectus trinitatis in unitate, supergreditur omnia. Cap. X.

NVnc inquiramus, quid sibi uelit Martianus, quando ait, philosophiam ad huius trinitatis notitiam ascendere uolentem, circulos & sphæras euomuisse. Ostensum est in prioribus, unicum simplicissimũ maximum: & quod ipsum tale, non sit nec perfectissima figura corporalis, ut est sphæra, aut superficialis, ut est circulus, aut rectilinealis, ut est triangulus, aut simplicis rectitudinis, ut est linea: sed ipsum super omnia illa est, ita quod illa, quæ aut per sensum, aut imaginationem, aut rationem cum naturalibus appendicijs, attinguntur, necessariò emouere oporteat, ut ad simplicissimam & abstractissimã intelligentiam perueniamus, omnia sunt unum: ubi linea sit triangulus ubi circulus & sphæra: ubi unitas sit trinitas: & econuersò: ubi accidens sit substantia: ubi corpus sit spiritus: motus sit quies, & cætera huiusmodi, & tunc intelligitur, quando quodlibet in ipso uno, intelligitur unum, & ipsum unum omnia, & per consequens quodlibet in ipso omnia, & non rectè euomuisti sphæram, circulum, & huiusmodi, si non intelligis ipsam unitatem maximam, necessariò esse trinam: maxima, enim nequaquam rectè intelligi poterit, si non intelligatur trina: ut exemplis ad hoc utamur conuenientibus, Videmus unitatem intellectus, non aliud esse, quam intelligens, intelligibile & intelligere: Si igitur ab eo quod est intelligens, uelis te ad maximum trãsferre, & dicere maximum esse maximè intelligens, & non adijcias ipsum etiam esse maximè intelligibile & maximum intelligere, non rectè de unitate maxima & perfectissima concipis. Si etenim unitas est maxima & perfectissima intellectio, quæ sine istis correlationibus tribus, nec intellectio nec perfectissima intellectio, esse poterit: non rectè unitatem concipit, qui ipsius unitatis trinitatem non attingit. Vnitas enim, non nisi trinitas est, nam dicit indiuisionem, discretionem, & connexionem: Indiuisio quidem ab unitate est, similiter discretio, similiter & unio siue connexio: maxima igitur unitas non aliud est quàm indiuisio, discretio, & connexio: & quoniam indiuisio est, tunc est æternitas siue absque principio, sicut æternum à nullo diuisum, quoniam discretio est, ab æternitate immutabili est: & quoniam connexio siue unio est, ab utroque procedit, adhuc cum dico unitas est maxima; trinitatem dico. Nam cum dico unitas dico principium sine principio: cum maxima, principium de principio: cum illa per uerbum est copulæ et unio, dico processionem ab utroque. Si igitur ex superioribus manifestissimè probatum est, unum esse maximum, quoniam minimum, maximum & connexio unum sunt, ita quod ipsa unitas, est & minima, & maxima, & unio: hinc constat quomodo euomere omnia imaginabilia & rationabilia necesse est philosophiam, quę unitatem maximam non nisi trinam, simplicissima intellectione uoluerit compræhendere. Admiraris autem de ijs, quæ diximus, quomodo uolentem maximum simplici intellectione appræhendere, necesse sit rerum differentias & diuersitates, ac omnes mathematicas figuras, transilire, quoniam lineam diximus in maximo, superficiem & circulum & sphæram. Vnde ut acuatur intellectus, ad hoc te faciliùs indubitata manuductione transferre conabor, ut uideas ista necessaria atq; uerissima, quæ te non ineptè, si ex signo ad ueritatem te eleuaueris, uerba transumptiuè intelligendo, in stupendam suauitatem adducent, quoniam in docta ignorantia, proficies in hac uia: ut quantum studioso, secundũ humani ingenij uires eleuato,

Martianus.

Intelligens.
Intelligibile.
Intelligere.

Indiuisio.
Discretio.
Connexio.
Vnitas maxima.

http://www.obrascatolicas.com

conceditur, uidere possis ipsum unum, summè maximum, incõprehensibile, Deum unum, & trinum semper benedictum.

Quòd mathematica nos iuuet plurimum, in diuersorum diuinorum apprehensione. Cap. XI.

Mathematica.

COnsensêre omnes sapientissimi nostri, & diuinissimi, sanctissimíq; doctores, uisibilia ueraciter inuisibilium imagines esse: atq; creatorem nostrum ita cognoscibiliter à creaturis uideri posse, quasi in speculo & in ænigmate. Hoc autem, quòd spiritualia per se à nobis inattingibilia, symbolicè inuestigentur, radicem habet ex ijs quæ superiùs dicta sunt: quoniam omnia ad se inuicem quandam (nobis tamen occultam & incomprehensibilem) habent proportionem, ut ex omnibus unum exurgat uniuersum, & omnia in uno maximo sint ipsum unũ. Et quamuis omnis imago, accedere uideatur ad similitudinem exemplaris: tamen præter maximam imaginem, quæ est hoc ipsum quod exemplar in unitate naturæ, non est imago adeò similis, aut etiam æqualis, exemplari, quin per infinitum similior atq; æqualior esse possit, ut iam ista ex superioribus nota facta sunt. Quando autem ex imagine inquisitio fit, necesse est nihil dubij apud imaginem esse, in cuius transsumptiua proportione, incognitum inuestigatur, cum uia ad incerta, non nisi per præsuppositа, & certa esse possit. Sunt autem omnia sensibilia, in quadam continua instabilitate, propter possibilitatem materialem, in ipsis abundantem. Abstractiora autem istis, ubi de rebus consideratio habetur (non ut appendicijs materialibus, sine quibus imaginari nequeunt, penitùs careant, neq; penitùs possibilitati fluctuanti subsint) firmissima uidemus, atque nobis certissima, ut sunt ipsa mathematicalia: quare in illis sapientes, exempla indagandarum rerum, per intellectum solerter quæsiuerunt: & nemo antiquorum, qui magnus habitus est, res difficiles alia similitudine quàm mathematica, aggressus est. Ita ut Boetius ille Romanorum literatissimus assereret, neminem diuinorum scientiam, qui penitùs in mathematicis exercitio careret, attingere posse. Nónne Pythagoras primus & nomine & re philósophus, omnem ueritatis inquisitionem, in numeris posuit? Quem Platonici & nostri etiam primi, intantum secuti sunt, ut Augustinus noster & post ipsum Boetius, affirmarent indubiè, numerum creandarum rerum, in animo conditoris, principale exemplar fuisse. Quomodo Aristoteles (qui singularis uideri uoluit, priores confutando) aliter nobis in mathematicis specierum differentiam tradere potuit, quàm quòd ipsas numeris compararet? Et idem dum de formis naturalibus, quomodo una sit in alia, scientiam tradere uellet, ad formas mathematicas necessariò conuolauit, dicens: Sicut trigonus in tetragono, ita inferior in superiori. Taceo de innumeris exemplis eius similibus. Aurelius etiam Augustinus Platonicus, quando de quantitate animæ, & eiusdem immortalitate, & cæteris altissimis inuestigauit, ad mathematica pro adiutorio conuolauit. Ista uia Boetio nostro adeò placere uisa est: ut constanter assereret, omnem ueritatis doctrinam, in multitudine & magnitudine comprehendi. Et si uelis ut compendiosiùs dicam: Nónne Epicureorum de atomis & inani, sententia, quæ & Deum negat, & cunctam ueritatem collidit, solùm à Pythagoricis & Peripateticis, mathematica demonstratione perijt: non posse scilicet ad atomos indiuisibiles & simplices deueniri, quod ut principium Epicurus suppositit. Hac ueterum uia incedentes, cum ipsis concurrentes dicimus, cum ad diuina non nisi per symbola, accedendi nobis uia pateat, quòd tunc mathematicalibus signis, propter ipsorum incorruptibilem certitudinem, conuenientiùs uti poterimus.

Boetius.

Pythagoras.

Platonici.

Augustinus.

Boetius.

Aristoteles.

Augustinus.

Boetius.

Epicurei.

Epicurus.

Quomodo

Quomodo signis mathematicalibus sit utendum in proposito. Cap. XII.

VErùm quoniam ex antehabitis constat, maximum simpliciter, nihil horum esse posse, quæ per nos sciuntur aut concipiuntur: hinc cum ipsum symbolicè inuestigare proponimus, simplicem similitudinem trãsilire necesse est. Nam cum omnia mathematicalia sint finita, & aliter etiam imaginari nequeant: si finitis uti pro exemplo uoluerimus, ad maximum simpliciter ascendẽdi, primò necesse est figuras mathematicas finitas considerare, cum suis passionibus & rationibus. Secundò ipsas rationes, correspondenter ad infinitas tales figuras transferre. Post hæc tertiò, adhuc altiùs ipsas rationes infinitarum figurarum, transsumere ad infinitum simplex, absolutissimum etiam ab omni figura: & tunc nostra ignorantia, incomprehensibiliter docebitur, quo modo de altissimo rectiùs & ueriùs sit nobis in ænigmate laborantibus, sentiendum. Ita igitur agentes, & sub directione maximæ ueritatis incipientes, dicimus, quòd sancti uiri, & eleuatissimi ingenij, qui se figuris applicarunt, uariè locuti sunt. Anselmus deuotissimus, ueritatẽ maximam rectitudini infinitæ comparauit: quem nos sequẽtes, ad figuram rectitudinis, quam lineam rectam imaginor, conuolemus. Alij peritissimi, trinitati superbenedictæ, triangulum trium æqualium & rectorum angulorum, comparârunt. Et quoniam talis triangulus necessariò est infinitis lateribus (ut ostendetur) dici poterit triangulus infinitus, & hos etiam sequimur. Alij qui unitatem infinitã figurare nisi sunt, Deum circulum dixerunt infinitum. Illi uerò qui actualissimam Dei existentiam considerant, Deum quasi sphæram infinitam, affirmarunt. Nos autem istos omnes simul de maximo rectè concepisse, & unam omnium sententiam, ostendemus.

Anselmus.

Recta infinita.

Æquilaterus infinitus.

Circulus infinitus.

Sphæra infinita.

De passionibus lineæ maximæ & infinitæ. Cap. XIII.

DIco igitur, si esset linea infinita, illa esset recta, illa esset triangulus, illa esset circulus, & esset sphæra: & pariformiter si esset sphæra infinita, illa esset triangulus, circulus, & linea: & ita de triangulo infinito, atq; circulo infinito, idem dicẽdum est. Primum autem quòd linea infinita sit recta, patet: Diameter circuli est linea recta, & circumferentia est linea curua, maior diametro: si igitur curua linea, in sua curuitate recipit minus, quantò circumferentia fuerit maioris circuli, igitur circumferentia maximi circuli, quæ maior esse non potest, est minimè curua, quare maximè recta: coincidit igitur cum maximo minimum, ita ut ad oculũ uideatur necessarium esse, quòd maxima linea sit recta maximè, & minimè curua: nec hic potest remanere scrupulus dubij, quando in figura hic lateraliter uidetur, quomodo arcus c d maioris circuli, plus recedit à curuitate quàm arcus e f minoris circuli, & ille plus à curuitate recedit, quàm arcus g h adhuc minoris circuli: quare linea recta a b, erit arcus maximi circuli, qui maior esse non potest. Ita uidetur quomodo maxima & infinita linea, necessariò est rectissima, cui curuitas non opponitur, imò curuitas ipsa maximæ lineæ, est rectitudo, & hoc est primum probandum. Secundò, dictum est lineam infinitam esse triangulum maximum, circulum, & sphęram: & ad hoc ostendendum, oportet ut in lineis finitis uideamus, quid sit in potentia finitæ lineę: & quia quicquid finita est in potentia, hoc infinita est actu, erit nobis clariùs id quod inquirimus: & primò scimus, quòd linea finita in longitudine potest esse longior & rectior, & iam probatum est maximam esse longissimam atq; rectissimam.

Diameter.

Circumferentia.



Secundò, si linea a b, remanente puncto a immobili, circumduceretur, quousq; b ueniret in c, ortus est triangulus: si perficitur circumductio, quousq; b redeat ad initium

http://www.obrascatolicas.com

tium ubi incœpit, fit circulus. Si iterũ è remanente immobili, b circumducitur, quouſq; perueniat ad locum oppoſitum, ubi incœpit, qui ſit d, eſt ex linea a b, & a d, effecta una continua linea, & ſemicirculus deſcriptus: & ſi remanente b d diametro immobili, circumducatur ſemicirculus, exoritur ſphæra: & ipſa ſphæra eſt ultimum de potentia lineæ totaliter exiſtens in actu, quoniam ſphæra non eſt in potentia ad aliquam figuram ulteriorem. Si igitur in potentia lineæ finitæ ſunt iſtæ figuræ, & linea infinita eſt omnia actu, ad quæ finita eſt in potentia: ſequitur infinitum, eſſe triangulum, circulum, & ſphæram, quod erat probandũ. Et quia fortaſsis clariùs hoc uidere uelles, quomodo quæ in potentia eſt finitum, ea eſt actu infinitum: adhuc de hoc te certiſsimum reddam.



Quòd infinita linea ſit triangulus. Cap. XIIII.

IMaginatiua, quę genus ſenſibilium non tranſcendit, non capit lineam poſſe triangulũ eſſe, cum improportionabiliter iſta in quantis differant: erit tamen apud intellectum hoc facilè. Nam iam conſtat, nõ niſi unum poſsibile eſſe maximum, & infinitum. Deinde conſtat (quoniam omnia duo latera cuiuslibet trianguli ſimul iuncta, tertio minora eſſe non poſſunt) triãguli cuius unum latus eſt infinitum, alia non eſſe minora. Et quia quælibet pars infiniti, eſt infinita: neceſſarium eſt, omnis trianguli, cuius unum latus eſt infinitum, alia pariformiter eſſe infinita. Et quoniam plura eſſe infinita non poſſunt, tranſcendenter intelligis triangulum infinitũ, ex pluribus lineis componi non poſſe, licet ſit maximus, ueriſsimus triangulus, incompoſitus, & ſimpliciſsimus. Et quia ueriſsimus triangulus eſt, qui ſine tribus lineis eſſe nequit: erit neceſſarium, ipſam unicam infinitam lineam, eſſe tres, & tres, eſſe unam ſimpliciſsimam. Ita de angulis, quoniam non erit niſi angulus unus infinitus, & ille eſt tres anguli, & tres anguli, unus. Nec erit iſte maximus triangulus, ex lateribus & angulis compoſitus, ſed unum & idem eſt linea infinita & angulus, ita quòd & linea eſt angulus, quia triangulus linea. Adhuc poteris te iuuare ad huius intelligentiam, per aſcenſionem à triangulo quanto ad non quantum: nam omnem triangulum quantum, habere tres angulos, æquales duobus rectis, manifeſtum eſt, & ita quantò unus angulus eſt maior, tantò alij minores: & licet angulus unuſquiſque poſsit augeri, uſq; ad duos rectos excluſiuè, & non maximè ſecundum principium primum noſtrum, admittamus tamẽ, quòd maximè augeatur, uſq; ad duos rectos incluſiuè, triangulo permanente: tunc manifeſtum eſt, triangulum unum angulum habere, qui eſt tres, & tres, eſſe unum. Pariter uidere poteris, triangulum lineam eſſe: quoniam cum omnia duo latera trianguli quanti ſimul iuncta, tantò tertio ſint longiora, quantò angulus quem faciunt, eſt duobus rectis minor, ut angulus b a c, quia duobus rectis multò eſt minor: hinc lineæ b a, & a c, ſimul iunctæ, multò longiores ſunt b c. Igitur quantò angulus ille maior fuerit, ut b d c, & ſuperficies minor: quare ſi per poſitionem angulus ualeret duos rectos, reſolueretur in lineam ſimplicem, totus triangulus. Vnde cum hac poſitione, quæ in quantis impoſsibilis eſt, iuuare te potes, ad non quanta aſcendendo, in quibus, quod in quantis eſt impoſsibile, uides per omnia neceſſarium: & in hoc patet lineam infinitam, eſſe triangulum maximum, quod erat oſtendendum.



Quòd

Quòd ille triangulus ſit circulus. Cap. XV.

DEinde clariùs uidebitur, triangulum eſſe circulum. Nam ponatur, quod ſit triangulus a b c, creatus per poſitionem, per circumductionem lineæ a b, quouſque b ueniat in c, à fixo remanente, nõ habet id dubium, quando linea a b eſſet infinita, & penitus circumduceretur b, quouſque rediret ad initium, circulum maximum creari, cuius b c, eſt portio: & quia eſt portio arcus infiniti, tunc eſt linea recta b c, & quoniam omnis pars infiniti eſt infinita, igitur b c, non eſt minor integro ambitu, circumferentiæ infinitæ, erit igitur b c, non tantum portio, ſed completiſsima circumferentia. Quare neceſſarium eſt, triangulum a b c, eſſe circulum maximum: & quia b c circumferentia eſt linea recta, non eſt maior a b infinita, cum infinito non ſit maius: nec ſunt duæ lineæ, quia duo infinita eſſe non poſſunt. Quare linea infinita, quæ eſt triangulus, eſt etiam circulus, quod fuit propoſitum. Adhuc quòd linea infinita ſit ſphæra, ita manifeſtum ſit: linea a b, eſt circumferentia maximi circuli, imò & circulus, ut iam probatum eſt: & eſt in triangulo de b, ducta in c, ut ſuprà dictum eſt, ſed b c, eſt infinita linea, ut etiam ſtatim probatum eſt: Quare a b, redijt in c, ſuprà ſe reditione completa: & quando hoc eſt, ſequitur ſphæram neceſſariò exortam eſſe, ex tali reuolutione circuli ſuprà ſe: & quia ſuprà probatum eſt a b c, eſſe circulum, triangulum, & lineam, habemus nunc probatum, eſſe etiam ſphæram, & iſta ſunt quæ inueſtigare propoſuimus.



Quomodo translatiuè maximum ſe habeat ad omnia, ſicut maxima linea ad lineas. Cap. XVI.

POſtquàm nunc manifeſtum eſt, quomodo infinita linea, eſt omnia illa actu infinitè, quæ in potentia ſunt infinita: habemus translatiuè in maximo ſimplici pariformiter, quomodo ipſum maximum eſt actu maximè omnia illa, quæ in potentia ſunt ſimplicitatis abſolutæ. Quicquid enim poſsibile eſt, hoc eſt actu ipſum maximum maximè, non ut ex poſsibili eſt, ſed ut maximè eſt: ſicut ex linea triangulus educitur, & infinita linea non eſt triangulus ut ex finita educitur, ſed actu eſt triangulus infinitus, qui eſt idem cum linea. Præterea, ipſa poſsibilitas abſoluta, non eſt aliud in maximo, quàm ipſum maximum actu, ſicut linea infinita eſt actu ſphæra: ſecus in non maximo, nam ibi potentia non eſt actus, ſicut linea finita non eſt triangulus. Vnde hic uidetur magna ſpeculatio, quæ de maximo ex iſto trahi poteſt, quomodo ipſum eſt tale, quòd minimum eſt in ipſo maximum, ita quòd penitus omnem oppoſitionem per infinitum ſupergreditur: ex quo principio poſſent de ipſo tot negatiuæ ueritatis elici, quot ſcribi aut legi poſſent. Imò omnis theologia per nos appræhenſibilis, ex hoc tãto principio elicitur, propter quod maximus ille diuinorum ſcrutator Dionyſius Ariopagites, in myſtica ſua theologia dicit, beatiſsimum Barptolemæum mirificè intellexiſſe theologiam, qui aiebat, eam maximam pariter & minimam: qui hoc enim intelligit, omnia intelligit, omnẽ intellectum creatũ ille ſupergreditur. Deus enim, qui eſt hoc ipſum maximũ (ut idẽ Dionyſius de diuinis nominibus dicit) non iſtud quidem eſt, & aliud nõ eſt, neq; alicubi eſt, & alicubi non: nã ſicut omnia, ita quidẽ & nihil omniũ. Nam (ut idẽ in fine myſticæ theologię concludit) tũc ipſe ſuper omnẽ poſitionẽ eſt perfecta, & ſingularis omniũ cauſa, & ſuper ablationem oĩm eſt excellentia illius, qui ſimpliciter abſolutus ab omnibus, & ultrà omnia eſt. Hinc cõcludit in epiſtola ad Gaium, ipſum ſuper omnẽ mentem atq; intelligentiã noſci. Et ad hoc concordanter ait Rabbi Salomon, oẽs ſapientes conueniſſe, quòd ſcientię non apprehendunt creatorẽ, et non apprædit quod eſt, niſi ipſe: & appræhẽſio noſtra reſpectu ipſius, defectus appropinquãdi apprænenſioni

Dionyſius. Barptolemæus

Gaius.

Rabbi Salomon.

http://www.obrascatolicas.com

prǽhenſioni eius. Et propterea, idem alibi concludens dicit: Laudetur creator, in cuius eſſentiæ comprehenſione, inquiſitiò ſcientiarum abbreuiatur, & ſapientia ignorantia reputatur, & elegantia uerborum, fatuitas: et iſta eſt illa docta ignorantia, quã inquirimus, per quam Dionyſius, ipſum ſolum inueniri poſſe, nõ alio arbitror principio quàm præfato, multipliciter oſtendere niſus eſt. Sit igitur noſtra ſpeculatio, quam ex iſto (quòd infinita curuitas eſt infinita rectitudo) elicimus, tranſſumptiue in maximo, de ſimpliciſsima & infinitiſsima eius eſſentia: quoniam ipſa eſt omnium eſſentiarum ſimpliciſsima eſſentia, ac quomodo omnes rerum eſſentiæ, quæ ſunt, fuerunt, aut erunt, actu ſemper & æternaliter ſunt in ipſa, ipſa eſſentia, & ita omnes eſſentiæ, ſunt ipſa omnium eſſentia, ac quomodo ipſa omnium eſſentia, ita eſt quælibet quòd ſimul omnes, & nulla ſingulariter, ac quomodo ipſa maxima eſſentia uti infinita linea, eſt omnium linearum adæquatiſsima menſura, pariformiter eſt omnium eſſentiarum adæquatiſsima menſura: maximum enim, cui non opponitur minimum, neceſſariò eſt omnium adequatiſsima menſura, non maior quia minimum, non minor quia maximum. Omne autem menſurabile cadit inter maximum & minimum. Eſt igitur adequatiſsima & preciſiſsima omnium eſſentiarum menſura, infinita eſſentia. Et adhuc ut hoc clarius uideas, conſidera, ſi linea infinita cõſtitueretur ex infinitis pedalibus, & alia ex infinitis bipedalibus, illas nihilominus equales eſſe neceſſe eſſet, cum infinitum non ſit maius infinito. Sicut igitur unus pes, non eſt minor in linea infinita quàm duo pedes, ita infinita linea, nõ eſt maior plus uno pede, quàm duobus: imò cum quelibet pars infiniti ſit infinita, tunc unus pes lineę infinitę, ita cum tota infinita conuertitur, ſicut duo pedes. Pariformiter, cum omnis eſſentia in maxima ſit ipſa maxima, non eſt maximum niſi adæquatiſsima menſura omnium eſſentiarum, neq; reperitur alia preciſa menſura cuiuſcũq; eſſentię, q̃ illa, nam oẽs alię deficiunt, & preciſiores eſſe poſſunt, ut hoc ſuperiùs eſt clariſsimè oſtẽſum.

Dionyſius.

Ex eodem, profundiſsimæ doctrinæ. Cap. XVII.

ADhuc circa idem, Linea finita eſt diuiſibilis, & infinita indiuiſibilis, quia infinitum non habet partes, in quo maximum coincidit cum minimo, ſed finita linea, non eſt diuiſibilis in non lineam, quoniam in magnitudine non deuenitur ad minimũ, quo minus eſſe non poſsit, ut ſuperiùs eſt oſtenſum: quare finita linea, in ratione lineæ eſt indiuiſibilis, pedalis enim linea non eſt minus linea quàm cubitalis. Relinquitur ergò, quòd infinita linea, ſit ratio lineæ finitæ, Ita maximum ſimpliciter, eſt omnium ratio, ratio autem, eſt menſura. Quare rectè ait Ariſtoteles in Metaphyſicis, primum eſſe metrum & menſuram omnium, quia omnium ratio. Adhuc, ſicut linea infinita eſt indiuiſibilis, quæ eſt ratio lineæ finitæ, & per conſequens immutabilis, & perpetua: ita & ratio omnium rerum (quę eſt Deus benedictus) ſempiterna & immutabilis eſt. Et in hoc aperitur intellectus magni Dionyſij, dicẽtis eſſentiam rerum incorruptibilem, & aliorum, qui rationem rerum æternam dixerunt. Sicut ipſe diuinus Plato, qui (ut refert Calcidius in Phædone) dixit unum eſſe omnium rerum exemplar, ſiue ideam, uti in ſe eſt: in reſpectu uerò rerum quæ plures ſunt, plura uidentur exemplaria. Nam cũ lineam bipedalem, & aliã tripedalem, & ſic deinceps conſidero, duo occurrunt, ſcilicet ratio lineæ, quæ eſt in utraq; & omnibus una & æqualis, & diuerſitas quæ eſt inter bipedalem & tripedalem. Et ita alia uidetur ratio bipedalis, & alia tripedalis. Manifeſtum autẽ eſt, in infinita linea, non eſſe aliam bipedalem & tripedalem, & illa eſt ratio finitæ. Vnde ratio eſt una ambarum linearum, & diuerſitas rerum ſiue linearum, non eſt ex diuerſitate rationis, quæ eſt una, ſed ex accidenti, quia non æquè rationem participant, unde nõ eſt niſi una omnium ratio, quæ diuerſimodè participatur. Quòd autẽ diuerſimodè participetur, hoc euenit, quia probatũ eſt ſuperiùs, non poſſe eſſe duo æquè ſimilia, & per conſequens, præciſè æqualiter participantia unam rationem. Nam non eſt ratio in ſumma æqualitate participabilis, niſi per maximum, quod eſt ipſa ratio infinita: ſicut non eſt niſi una unitas maxima, ita nõ poteſt eſſe niſi una unitatis equalitas.

Ariſtoteles.

Dionyſius. Plato. Calcidius. Phædon.

Quæ

Quæ quia eſt æqualitas maxima, eſt ratio omniũ, ſic enim non eſt niſi una linea infinita, quæ eſt ratio omnium finitarum: & per hoc, quòd finita linea cadit neceſſariò ab ipſa quæ eſt infinita, tunc etiam per hoc non poteſt eſſe ſuiipſius ratio, ſicut non poteſt eſſe finita pariter & infinita. Vnde ſicut nullæ duæ lineæ finitæ, poſſunt eſſe præciſè æquales, cum præciſè æqualitas quæ eſt maxima, non ſit niſi ipſum maximum: ita eſſe non reperiuntur duæ lineæ, æqualiter rationem unam omnium participantes. Præterea, linea infinita non eſt maior in bipedali quàm bipedalis, neq; minor (ut ſuperiùs dictum eſt) & ita de tripedali, & ultrà: & cum ſit indiuiſibilis & una, eſt tota in qualibet finita, ſed non eſt tota in qualibet finita, ſecundum participationem & finitationem, aliò qui quando eſſet tota in bipedali, non poſſet eſſe in tripedali, ſicut bipedalis non eſt tripedalis, quare eſt ita tota in qualibet, quòd eſt in nulla, ut una eſt ab alijs diſtincta, per finitationem. Eſt igitur linea infinita in qualibet linea tota, ita quòd quælibet in ipſa, & hoc quidem coniunctim conſiderandum eſt: & clarè uidetur quomodo maximum eſt in qualibet re, & in nulla, & hoc non eſt aliud: niſi maximum cum ſit in eadẽ ratione in qualibet re, ſicut quælibet res in ipſo, & ſit ipſamet ratio: quòd tunc maximum ſit in ſeipſo. Non eſt ergo aliud, eſſe maximum metrum & mẽſuram omnium, quàm maximum ſimpliciter eſſe in ſeipſo, ſiue maximum. Nulla igitur res eſt in ſeipſa niſi maximum, & omnis res ut in ſua ratione, eſt in ſeipſa, quia ſua ratio eſt maximum. Ex his quidem poteſt ſe intellectus iuuare, & in ſimilitudine lineæ infinitæ ad maximum, ſimpliciter ſuper omnem intellectum in ſacra ignorantia plurimum proficere, nam hoc nunc clarè uidemus, quomodo Deum, per remotionem participationis entium, inuenimus. Omnia enim entia entitatem participant. Sublata igitur ab omnibus entibus participatione, remanet ipſa ſimpliciſsima entitas, quæ eſt eſſentia omnium entium, & non conſpicimus ipſam talem entitatem, niſi in doctiſsima ignorantia, quoniam cum omnia participantia entitatem ab animo remoueo, nihil remanere uidetur. Et propterea magnus Dionyſius dicit, intellectũ Dei, magis accedere ad nihil, quàm ad aliquid. Sacra autem ignorantia me inſtruit, hoc quod intellectui nihil uidetur, eſſe maximum incomprehenſibile.

Dionyſius.

Quomodo ex eodem manuducimur, ad intellectum participationis entitatis. Cap. XVIII.

AMplius non ſatiabilis noſter intellectus cum maxima ſuauitate, uigilanter per præmiſſa incitatus, inquirit, quomodo hanc participationem unius maximi, poſsit clariùs intueri, & iterum exemplo infinitæ rectitudinis linealis ſe iuuãs, ait: Non eſt poſsibile curuum quod recipit magis & minus, eſſe maximum aut minimum, neq; curuum ut curuum eſt aliquid, quoniam caſus à recto. Eſſe igitur quòd in curuo eſt, eſt ex participatione rectitudinis, cum maximè et minimè curuum, non ſit niſi rectum. Quare quanto curuum eſt minus curuum, ut eſt circunferentia maioris circuli, tantò plus participat de rectitudine, nõ quòd partem capiat (quia rectitudo infinita, eſt impartibilis) ſed linea recta finita quantò maior, tantò uidetur plus participare de infinitate lineę infinitæ, maximæ Et ſicut finita recta, in hoc quòd recta (in quod quidem rectum, curuitas minima reſoluitur) ſecundum ſimpliciorem participationem participat infinitam, & curuum non ita ſimplicem & immediatam, ſed potius mediatam & diſtantem, quoniam per mediũ rectitudinis quã participat, ita aliqua ſunt entia, immediatiùs entitatem maximam in ſeipſa ſubſiſtentẽ participantia: ut ſunt ſimplices finitæ ſubſtantiæ. Et ſunt alia entia non per ſe, ſed per medium ſubſtantiarum, entitatẽ participantia: ut accidentia, unde illa diuerſa participatione non obſtante, adhuc (ut ait Ariſtoteles) rectum eſt ſui & obliqui menſura: ſicut infinita linea, lineæ rectę & curuæ, ita maximum omniũ qualiterc̃ũq; diuerſimodè participãtiũ. Et in hoc aperitur intellectus illius quod dicitur, Subſtantiam non capere maius nec minus: nam hoc ita uerũ, ſicut linea recta finita, in eo q; recta, non ſuſcipit magis & minus, ſed quia finita, tunc per diuerſam participationem

nem infinitæ,una respectu alterius maior aut minor est,nec unquam duę reperiuntur æquales. Curuum uerò quo ad participationem rectitudinis,recipit magis et minus,& consequenter per ipsam participatam rectitudinem,sic rectum recipit magis & minus. Et hinc est quòd accidentia quantò magis participant substantiam, tantò sunt nobiliora: & ad hæc quantò magis participant substantiam nobiliorem, tanto adhuc nobiliora. Et in hoc uidetur,quomodo non possunt esse, nisi entia aut per se aut per alia entitatem primi participantia,sicut non inueniuntur,nisi lineæ aut rectę aut curuæ. Et propterea,rectè diuisit Aristoteles omnia quæ in mundo sunt,in substantiam & accidens. Substantiæ igitur & accidentis una est adæquatissima mensura,quæ est ipsum maximum simplicissimum,quid licet neq; sit substantia,neq; accidens: tamen ex præmissis manifestè patet, ipsum potiùs sortiri nomen immediate ipsum participantium scilicet substantiarum,quàm accidentium. Vnde Dionysius maximus, ipsum plus quàm substantiam siue substantialem uocat,potiùs quàm superaccidentalem : quoniam multò magis est aliquid dicere supersubstantiale esse, quàm superaccidentale,hinc maximo conuenientius attribuitur. Dicitur autem supersubstantiale,hoc est scilicet non substantiale,quia hoc inferius eo,sed suprà substantiam,& ita est negatiuum , uerius maximo conueniens , ut infrà de nominibus Dei dicemus. Posset quis ex superioribus,multa circa accidentium & substātiarum diuersitatem & nobilitatem inquirere,de quibus hic locus tractandi non existit.

Aristoteles.

Dionysius.

Transumptio trianguli,ad trinitatem maximam. Cap. XIX.

NVnc de eo quod dictum & ostensum est,maximam lineam esse triangulum maximum,ignorantia doceamur. Ostensum est maximā lineam triangulum : & quia linea est simplicissima,erit simplicissimum trinum,erit omnis angulus trianguli linea,cum totus triangulus sit linea. Quare linea infinita est trina. Non est aūt possibile plura esse infinita,quare illa trinitas est unitas. Pręterea,cum angulus maiori lateri oppositus sit maior, ut in Geometria ostenditur,& hic sit triangulus,qui non habet latus,nisi infinitum: erunt anguli maximi & infiniti. Quare unus non est minor alijs,nec duo maiores tertio,sed sicut extrà infinitam quantitatem,non potest esse quantitas: ita extrà unum angulum infinitum non possunt esse alij. Quare unus erit in alio,& omnes tres unum maximum. Insuper,sicut maxima linea non plus est linea quàm triangulus,circulus,uel sphęra,sed in ueritate est illa omnia,absque compositione, ut ostensum est: ita consimiliter, maximum simpliciter,est ut maximum lineale,quod possumus dicere essentiam: est ut triangulare,& potest dici trinitas: est ut circulare,& potest dici unitas: est ut sphærale,& potest dici actualis existentia. Est igitur maximum,essentia,trina,una , actu: nec est aliud essentia quàm trinitas,nec aliud trinitas quàm unitas , nec aliud actualitas quàm unitas,trinitas,uel essentia: licet uerissimum sit,maximum ista esse identicè & simplicissimè. Sicut igitur uerum est,maximum esse & unum esse, ita uerum est ipsum trinum esse,eo modo quo ueritas trinitatis,non contradicit simplicissimę unitati,sed est ipsa unitas. Hoc autem aliter possibile non est, quàm ut per similitudinem trianguli maximi attingibile est. Quare ipsum uerum triangulum,atque simplicissimam lineam,ex præhabitis scientes,modò quo hoc homini possibile est,in docta ignorantia,trinitatem attingemus. Nam uidemus,quòd nō reperimus angulum unum,& post alium,& tertio adhuc alium ut in triāgulis finitis (quoniam alius & alius & alius in unitate trianguli,absq; compositione esse nō possunt) sed unum absq; numerali multiplicatione,triniter est. Quare rectè quidē doctissimus Augustinus ait: Dum incipis numerare trinitatem,exis ueritatē. Oportet enim in diuinis simplici conceptu quantum hoc possibile est,complecti contradictoria , ipsa antecedenter præueniendo,puta non oportet in diuinis concipere distinctionem & indistinctionem,tanq; duo cōtradicentia,sed illa ut in principio suo simplicissimo antecedenter,ubi non est aliud distinctio & indistinctio,& tunc clariùs concipitur trinitas & unitas esse idē. Nam ubi distinctio est indistinctio,trinitas est unitas: & econuerso,

Linea essentia.

Triangulus trinitas.

Circulus unitas.

Sphæra actus.

Augustinus.

ubi indistinctio est distinctio , unitas est trinitas. Et ita de pluralitate personarum & unitate essentiæ. Nam ubi pluralitas est unitas,trinitas personarum est idem,cum unitate essentiæ. Et econuerso,ubi unitas est pluralitas,unitas essentiæ est trinitas in personis: & ista clarè in nostro exemplo uidentur,ubi simplicissima linea est triangulus,& econuerso,simplex triangulus est unitas linealis. Hic etiam uidetur,quomodo anguli trianguli per unum,duo,tria , numerari non possunt,cum quilibet sit in quolibet,ut ait Filius : Ego in patre, & pater in me. Iterum,ueritas trianguli,requirit tres angulos. Sunt igitur hic uerissimè tres anguli,& unusquisque maximus,& omnes unum maximum. Requirit insuper ueritas trianguli, quòd unus angulus non sit alius,& ita hic requirit ueritas unitatis simplicissimæ essentiæ,quòd tres illi anguli,non sint aliqua tria distincta,sed unum, & hoc etiam uerum est hic. Coniunge igitur ista(quæ uidentur oppositа)antecedenter ut prædixi, & non habebis unum & tria uel econuerso,sed unitrinum seu triunum,& ista est ueritas.

Adhuc circa trinitatem,& quòd non sit possibilis quaternitas & ultrà in diuinis. Cap. XX.

AMplius requirit ueritas trinitatis,quæ est trinitas,trinum esse unum, quia dicitur triunum. Hoc autem non cadit in conceptu,nisi eo modo quo correlatio,distincta unit,& ordo distinguit. Vnde sicut dum facimus triangulum finitum,primò est angulus unus,secundò alius,tertiò tertius ab utroque , & illi anguli adinuicem correlationem habent,ut sit unus ex ipsis triangulus: ita quidem & in infinito infinitè. Tamen concipiendum est ita,quòd prioritas taliter concipiatur in æternitate,quòd posterioritas,non ei contradicat: aliter enim prioritas & posterioritas,in infinito & æterno,cadere non possent. Vnde pater non est prior filio,& filius posterior,sed ita pater est prior,quòd filius non est posterior. Ita pater prima persona,quòd filius non est post hoc secunda : sed quia pater est prima, absq; prioritate, ita filius secunda absque posterioritate, & spiritussanctus pariformiter tertia. Sed quia hoc superiùs dictum est amplius,sufficiat. Velis tamen circa hanc semper benedictam trinitatem aduertere, quòd ipsum maximum est trinum,& non quaternum,uel quinum , & ultrà,& hoc certè est notatu dignum: nam hoc repugnaret simplicitati & perfectioni maximi,omnis enim figura polygonia , pro simplicissimo elemento habet triangularem,& illa est minima figura polygonia , qua minor esse nequit. Probatum autem est minimum simpliciter,cum maximo coincidere. Sicut igitur se habet unum in numeris,ita triangulus in figuris polygonijs. Sicut igitur omnis numerus resoluitur in unitatem,ita polygoniæ in triangulum : maximus igitur triangulus,cum quo minimus coincidit,omnes figuras polygonias complectitur. Nam sicut unitas maxima se habet ad omnem numerum , ita triangulus maximus ad omnem polygoniam. Quadrangularis autem figura non est minima,ut patet,quia ea minor est triangularis . Igitur,simplicissimo maximo quod cum solo minimo coincidere potest,quadrangularis,quæ absq; compositione esse nō potest, cum sit maior minimo,nequaquàm poterit conuenire: imò implicat contradictionem,esse maximum,& esse quadrangulare,nam non posset esse mensura triangularium adæquata,quia semper excederet,quomodo igitur esset maximum,quod non esset omnium mensura,imò quomodo esset maximum,quod esset ab alio , & compositum,& per consequens finitum. Et iam patet,quare primò ex potentia lineę simplicis,oritur triāgulus simplex,quo ad polygonias,deinde circulus simplex, deinde sphæra simplex,& non deuenitur ad alias,quàm istas elemētales figuras adinuicem infinitas improportionabiles,omnes figuras intrà se cōplicantes. Vnde sicut si nos uellemus concipere , mensuras omnium quantitatum mensurabilium , primò pro longitudine,necesse esset habere lineam infinitam maximam,cum qua coincideret minimum. Deinde pariformiter pro latitudine rectilineali, triangulum maximum, & pro latitudine circuli,circulum maximum , & pro profunditate , sphæram maximam,& cum alijs quàm cūistis quatuor, omnia mēsurabilia attingi non possent,& quia

http://www.obrascatolicas.com

quia iſtæ omnes menſuræ neceſſariò eſſent infinitæ & maximæ, cũ quo minimum coincideret, & cum plura maxima eſſe non poſsint, hinc ipſum unicum maximum, quod eſſe debet omnium quantorum menſura, dicimus eſſe illa, ſine quibus maxima menſura eſſe non poſſet: licet in ſe conſideratum, abſq; reſpectu ad menſurabilia, nullum iſtorum ſit, aut dici poſsit ueraciter, ſed per infinitum & improportionabiliter ſuprà. Ita maximum ſimpliciter cum ſit omnium menſura, ipſum illa eſſe dicimus, ſine quibus ipſum omnium metrum poſſe eſſe non intelligimus. Vnde maximum licet ſit ſuper omnem trinitatem per infinitum, trinum dicimus: quia aliter ipſum rerum quarum unitas eſſendi eſt trinitas (ſicut in figuris unitas triangularis, in trinitate angulorum conſiſtit) cauſam ſimplicem, metrum, & menſuram eſſe non intelligeremus: licet in ueritate & nomen, & conceptus noſter trinitatis, ſemoto iſto reſpectu, maximo nequaquàm conueniat, ſed per infinitum ab illa maxima & incomprehenſibili ueritate deficiat. Habemus itaq; maximum triangulum, omnium triniter ſubſiſtentium menſuram ſimpliciſsimam, quemadmodum ſunt operationes, actiones in potentia, obiecto, actu, triniter ſubſiſtentes: ſimiliter uiſiones, intellectiones, uolitiones, ſimilitudines, diſsimilitudines, pulchritudines, proportiones, correlationes, appetitus naturales, & cætera omnia: quorum eſſendi unitas conſiſtit in pluralitate, ſicut eſt principaliter eſſe & operatio naturæ cõſiſtens in cor relatione agentis, patientis, & communis ex illis reſultantis.

Tranſumptio circuli infiniti ad unitatem. Cap. XXI.

Circulus infinitus.

HAbuimus de triangulo maximo pauca quædam, ſimiliter de infinito circulo ſubiungamus. Circulus eſt figura perfecta unitatis & ſimplicitatis. Et iam oſtenſum eſt ſuperiùs, triangulum eſſe circulum: & ita trinitas, eſt unitas. Iſta autem unitas eſt infinita, ſicut circulus infinitus. Quare eſt (ſi ita loqui licet) unior aut identior, omni expreſsibili unitate, atq; per nos appræhenſibili, per infinitum: nam tãta eſt ibi identitas, quòd omnes etiam relatiuas oppoſitiones antecedit, quoniam ibi aliud & diuerſum, identitati non opponũtur, quare & cum maximum ſit infinitæ unitatis, tunc omnia quæ ei conueniunt ſunt ipſum, abſq; diuerſitate & alietate, ut non ſit alia bonitas eius, & alia ſapientia, ſed idem. Omnis enim diuerſitas, in ipſo eſt identitas. Vnde eius potentia, cum ſit (ut ſic dicam) uniſsima, eſt & fortiſsima, & infiniti ſsima. Tanta quidem eſt eius uniſsima duratio, quòd præteritum non eſt aliud à futuro, & futurum non eſt aliud à præſenti in eo, ſed ſunt uniſsima duratio, ſiue æternitas ſine principio & fine: nam tantum eſt in ipſo principium, quòd & finis eſt in ipſo principium. Hæc autem omnia, oſtendit circulus infinitus ſine principio & fine, æternus indiuiſibiliter, uniſsimus, atq; capaciſsimus. Et quia ille circulus eſt maximus, eius diameter etiam eſt maxima. Et quoniam plura maxima eſſe non poſſunt, eſt intantum ille circulus uniſsimus, quòd diameter eſt circumferentia. Infinita uero diameter habet infinitum medium. Medium uerò eſt centrum. Patet ergo centrum, diametrum, et circumferentiam idem eſſe. Ex quo docetur ignorantia noſtra, incomprehenſibile maximum eſſe, cui minimum non opponitur, ſed centrum eſt in ipſo circumferentia. Vides, quomodo totum maximum perfectiſsimè eſt intrà omne, ſimplex & indiuiſibile, quia centrum infinitum, & extrà omne omnia ambiens, quia circunferentia infinita, et omnia penetrans, quia diameter infinita, principium omnium, quia centrum, finis omnium, quia circunferentia, medium omnium, quia diameter. Cauſa efficiens, quia centrum, formalis, quia diameter, finalis, quia circunferentia. Dans eſſe, quia centrum, gubernans, quia diameter, conſeruans, quia circunferentia, & horum ſimilia multa. Appræhendis itaq; per intellectum, quomodo maximũ cum nullo eſt idem, neq; diuerſum, & quomodo omnia in ipſo, ex ipſo, & per ipſum, quia circunferentia, diameter, & centrum. Non quòd aut ſit circulus, aut circunferentia, diameter, uel centrum, ſed maximum tãtum ſimpliciſsimum, quod per iſta paradigmata inueſtigatur, & reperitur omnia quæ ſunt & nõ ſunt, ambire: ita quòd non eſſe, in ipſo eſt maximum eſſe, ſicut minimum,

Centrum. 1.
Circunferentia. 2.
Diameter. 3.
Intra. 1.
Extra. 2.
Penetr. 3.
Principium. 1.
Finis. 2.
Medium. 3.
Efficiens. 1.
Finis. 2.
Forma. 3.
Dans eſſe. 1.
Cõſeruãs. 2.
Gubernãs. 3.
Ex ipſo. 1.
In ipſo. 2.
Per ipſũ. 3.

mum, eſt maximum: & menſura omnis circulationis quæ eſt de potentia in actum, & redeundo de actu in potentiam, compoſitionis à principijs ad indiuidua, & reſolutionis indiuiduorum ad principia, & formarum perfectarum circularium, & circularium operationum, & motuum ſuperſe & ad principium redeuntium, & conſimilium omnium: quorum unitas in quadam circulari perpetuitate conſiſtit. Multa hic de perfectione unitatis, ex hac figura circulari, trahi poſſent: quæ cum facilè per unumquemq; iuxtà præmiſſa fieri poſsint, breuitatis cauſa tranſeo. Hoc tantum notandum eſſe admoneo, quomodo omnis Theologia circularis, & in circulo poſita exiſtit: adeò etiam quòd uocabula attributorum, de ſe inuicem uerificentur circulariter: ut ſumma iuſtitia, eſt ſumma ueritas, & ſumma ueritas, eſt ſumma iuſtitia, & ita de omnibus, ex quo ſi extendere inquiſitionem uolueris, tibi infinita theologicalia iam occulta, manifeſtiſsima fieri poterunt.

Quomodo Dei prouidentia, contradictoria unit. Cap. XXII.

AD hoc autem, ut etiam experiamur, quo nodo ad altam ducimur intelligentiam, per præmiſſa, ad Dei prouidentiam, inquiſitionem applicemus. Et quoniam ex prioribus manifeſtum eſt, Deum eſſe omnium complicationem, etiam contradictoriorum, tunc nihil poteſt eius effugere prouidentiam: ſiue enim fecerimus aliquid, ſiue eius oppoſitum, aut nihil, totum in Dei prouidentia implicitum fuit. Nihil igitur niſi ſecundum Dei prouidentiam eueniet. Vnde quãuis Deus multa potuiſſet prouidiſſe, quę non prouidit nec prouidebit, multa etiam prouidit, quæ potuit non prouidere: tamen nihil addi poteſt diuinæ prouidentiæ, aut diminui, ut in ſimili: Humana natura ſimplex & una eſt, ſi naſceretur homo, qui etiam nunquam naſci expectabatur, nihil adderetur humanæ naturæ, ſicut nihil demeretur ab illa, ſi non naſceretur, ſicut nec cum nati moriuntur: & hoc ideò quia humana natura, complicat tam eos qui ſunt, quàm qui non ſunt, neq; erunt, licet eſſe potuerint. Ita licet eueniret, quod nunquàm eueniet: nihil tamen adderetur prouidentiæ diuinæ, quoniam ipſa complicat tam ea quæ eueniunt, quàm ea quæ non eueniunt, ſed euenire poſſunt. Sicut igitur multa ſunt in materia poſsibiliter, quę nunquam euenient: ita per contrarium, quæcunq; non eueniunt, ſi euenire poſſunt, ſi in Dei ſunt prouidentia, non ſunt poſsibiliter ſed actu: nec inde ſequitur quòd iſta ſint actu. Sicut ergo dicimus, quòd humana natura, infinita complicat & complectitur: quia non ſolum homines qui fuerunt, ſunt, & erunt, ſed qui poſſunt eſſe, licet nunquam erunt, & ita complectitur mutabilia immutabiliter. Sicut unitas infinita omnem numerum: ita Dei prouidentia, infinita complicat, tam ea quæ euenient, quam quæ non euenient, ſed euenire poſſunt, & contraria: ſicut genus complicat contrarias differentias, & ea quæ ſcit, non ſcit cum differẽtia temporum, quia non ſcit futura ut futura, nec præterita ut præterita: ſed æternè, & mutabilia immutabiliter. Hinc ineuitabilis & immutabilis eſt: & nihil eam excedere poteſt, & hinc omnia ad ipſam prouidentiam relata: neceſsitatem habere dicuntur: & meritò, quia omnia in Deo ſunt Deus, qui eſt neceſsitas abſoluta. Et ſic patet, quòd ea quę nunquam euenient, eo modo ſunt in Dei prouidentia, ut prędictum eſt, etiam ſi non ſunt prouiſa ut eueniant, & neceſſe eſt Deum prouidiſſe, quę prouidit, quia eius prouidentia, eſt neceſſaria & immutabilis, licet etiam oppoſitum eius prouidere potuit quod prouidit, nam poſita complicatione, non ponitur res complicata: ſed poſita explicatione, ponitur complicatio: nam licet cras poſsim legere, uel non legere, quodcunq; fecero, prouidentiam non euado, quæ contraria complectitur, unde quicquid fecero, ſecundum Dei prouidentiam eueniet. Et ita patet, quomodo per premiſſa quæ nos docent maximum omnem anteire oppoſitionem, quoniam omnia qualitercunq; complectitur, & complicat, quid de prouidentia Dei, et aliis conſimilibus uerum ſit apprædimus.

Materia. Prouidentia.

Genus.

http://www.obrascatolicas.com

Transſumptio ſphæræ infinitæ ad actualem exiſtentiam Dei. Cap. XXIII.

Sphæra infinita.

COnuenit adhuc pauca quædam circa ſphæram infinitam ſpeculari. Reperimus in infinita ſphæra tres lineas maximas, longitudinis, latitudinis, & profunditatis in centro concurrere. Sed centrum maximæ ſphęræ, æquatur diametro & circumferentiæ. Igitur illis tribus lineis infinita ſphæra, æquatur centrum, imò centrum eſt omnia illa, ſcilicet longitudo, latitudo, & profunditas: erit itaq; maximum ſimpliciſsimè atq; infinitè, & omnis longitudo, latitudo, & profunditas, quæ in ipſo ſunt, unum ſimpliciſsimum indiuiſibile maximum. Et ut centrum, præcedit omnem latitudinem, longitudinem, atq; profunditatem, et eſt finis omnium illorum, atq; medium (quoniam in ſphæra infinita centrum, craſsitudo, & circumferentia idem ſunt) & ſicut ſphæra infinita, eſt penitus in actu, & ſimpliciſsima: ita maximum eſt penitus in actu ſimpliciſsime. Et ſicut ſphęra eſt actus lineæ, trianguli, & circuli: ita maximum eſt omnium actus. Quare omnis actualis exiſtentia ab ipſo habet, quicquid actualitatis exiſtit, & omnis exiſtentia pro tanto exiſtit actu, pro quanto in ipſo infinito actu eſt, & hinc Maximum, eſt forma formarum, & forma eſſendi, ſiue maxima actualis entitas. Vnde Parmenides ſubtiliſsimè conſiderans, aiebat: Deum eſſe cui eſſe quodlibet quod eſt, eſt eſſe omne id quod eſt. Sicut igitur ſphæra eſt ultima perfectio figurarum, qua maior non eſt: ita maximum eſt omnium perfectio perfectiſsima, adeò quòd omne imperfectum, in ipſo eſt perfectiſsimum, ſicut infinita linea eſt ſphæra & in ea curuitas eſt rectitudo, & compoſitio ſimplicitas, & diuerſitas identitas, & alteritas unitas, & ita de reliquis. Quomodo enim poſſet eſſe ibi aliquid imperfectionis: ubi impefectio eſt infinita perfectio, & poſsibilitas infinitus actus, & ita de reliquis: Videmus nũc clarè, cum maximum ſit ut ſphæra maxima: quomodo totius uniuerſi, & omnium in uniuerſo exiſtentium, eſt unica ſimpliciſsima menſura adæquatiſsima, quoniam in ipſo non eſt maius totum quàm pars: ſicut non eſt maior ſphęra quàm linea infinita. Deus igitur eſt unica ſimpliciſsima ratio totius uniuerſi: & ſicut poſt infinitas circulationes exoritur ſphæra: ita Deus omnium circulationum uti ſphæra maxima, eſt ſimpliciſsima menſura, omnis enim uiuificatio, motus, et intelligentia ex ipſo, in ipſo, & per ipſum, apud quem una reuolutio octauę ſphærę non eſt minor, quàm infinitæ, quia finis eſt omnium motuum, in quo omnis motus ut in fine quieſcit. Eſt enim quies maxima, in qua omnis motus quies eſt. Ita maxima quies, eſt omnium motuum menſura, ſicut maxima rectitudo, omnium circumferentiarum, & maxima præſentia ſiue æternitas omnium temporum, in ipſo enim omnes motus naturales, ut in fine quieſcunt, & omnis potentia in ipſo perficitur, ut in actu infinito. Et quia ipſe eſt entitas omnis eſſe, & omnis motus eſt ad eſſe, igitur quies motus eſt ipſe, qui eſt finis motus, ſcilicet forma & actus eſſendi. Entia igitur omnia ad ipſum tendunt. Et quoniam finita ſint, & non poſſunt æqualiter participare finem, in cõparatione ad ſe inuicem, tunc aliqua participant hunc finem, per medium aliorum: ſicut linea, per medium trianguli, & circuli in ſphæram ducitur, & triangulus, per medium circuli, & circulus in ſphæram, per ſeipſum.

De nomine Dei & theologia affirmatiua. Cap. XXIIII.

POſtquàm nunc (auxiliante Deo) exemplo mathematico, ſtuduimus in noſtra ignorantia circa Primum Maximum, peritiores fieri: adhuc pro completiori doctrina, de nomine Maximi inueſtigemus, & iſta quidem inquiſitio (ſi rectè ſæpè dicta menti habuerimus) facilis adinuentionis erit. Nam manifeſtum eſt, cum maximum ſit ipſum maximum ſimpliciter, cui nihil opponitur, nullum nomen ei propriè poſſe conuenire, omnia enim nomina ex quadam ſingularitate rationis, per quam diſcretio fit unius ab alio, impoſita ſunt, ubi uerò omnia ſunt unum, nnllum nomen proprium eſſe poteſt. Vnde rectè ait Hermes Triſmegiſtus: quoniam Deus eſt uniuerſitas rerum, tunc nullum nomen proprium eſt eius quoniam aut neceſſe eſſet omni nomine Deum, aut omnia eius nomine nuncupari: cum

Parmenides.

Hermes.

ipſe in ſua ſimplicitate, complicet omnium rerum uniuerſitatem. Vnde ſecundum ipſum, proprium nomen (quod ineffabile per nos dicitur, & τετραγράμματον ſiue quatuor literarum eſt, & ex eo proprium, quia non conuenit Deo ſecundum aliquam habitudinem ad creaturas, ſed ſecundum eſſentiam propriam) interpretari debet unus, et omnia, ſiue omnia uniter, quod meliùs eſt. Et ita nos reperimus ſuperius unitatem maximam, quæ idem eſt; quòd omnia uniter, imò adhuc uidetur nomen propinquius & conuenientius unitas, quàm omnia uniter. Et propter hoc dicit Propheta, quomodo in illa die erit Deus, & nomen eius unum. Et alibi: Audi Iſrael (id eſt Deum per intellectum uidens) quoniam Deus tuus unus eſt. Non eſt autem unitas nomen Dei, eo modo quo nos aut nominamus aut intelligimus unitatem: quoniam ſicut ſupergreditur Deus omnem intellectum, ita à fortiori omne nomen, nomina quidem per motum rationis qui intellectu multò inferior eſt, ad rerum diſcretionem imponuntur, quoniam autem ratio, contradictoria tranſilire nequit, hinc non eſt nomen cui aliud non opponatur ſecundum motum rationis. Quare unitati pluralitas aut multitudo ſecũdum rationis motum opponitur. Hęc unitas Deo non conuenit, ſed unitas cui non opponitur, aut alteritas, aut pluralitas, aut multitudo. Hoc eſt nomen maximum, omnia in ſua ſimplicitate unitatis complicans, iſtud eſt nomen ineffabile, & ſuper omnem intellectum. Quis enim intelligere poſſet, unitatem infinitam per infinitum omnem oppoſitionem antecedentem, ubi omnia abſq; compoſitione ſunt in ſimplicitate unitatis complicata, ubi non eſt aliud uel diuerſum, ubi homo non differt à leone, & cœlum non differt à terra, & tamen ueriſsimè ibi ſunt, non ſecundum finitatem ſuam ſed complicite ipſamet unitas maxima. Vnde ſi quis poſſet intelligere aut nominare talem unitatem, quæ cum ſit unitas eſt omnia, & cum ſit minimum eſt maximum, ille nomen Dei attingeret. Sed cum nomen Dei ſit Deus, tunc eius nomen non eſt cognitum, niſi per intellectum, qui eſt ipſum maximum, & nomen maximum. Quare indocta ignorantia attingimus, licet unitas uideatur propinquius nomen maximi, tamẽ adhuc à uero nomine maximi, quòd eſt ipſum maximum, diſtat per infinitum. Eſt itaq; ex hoc manifeſtum, nomina affirmatiua quæ Deo attribuimus, per infinitum diminutè ei conuenire, nam talia ſecũdum aliquid quod in creaturis reperitur, ipſi attribuuntur. Cum igitur Deo nihil tale particulare, diſcretum habens oppoſitum, niſi diminutiſsimè conuenire poſsit, hinc affirmationes ſunt incompactæ, ut ait Dionyſius. Nam ſi dicis ipſum ueritatem, occurrit falſitas. Si dicis ipſum uirtutem, occurrit uitium. Si dicis ſubſtantiam, occurrit accidens, & ita de reliquis. Cum autem ipſe non ſit ſubſtantia quæ non ſit omnia, & cui nihil opponitur, & non ſit ueritas, quæ non ſit omnia abſq; appoſitione: non poſſunt illa particularia nomina niſi diminute ualdè per infinitum ipſi conuenire. Omnes enim affirmationes, quaſi in ipſo aliquid ſui ſignificati ponentes, illi conuenire non poſſunt, qui non eſt plus aliquid quàm omnia. Et propterea nomina affirmatiua, ſi ei conueniunt, non niſi in reſpectu ad creaturas conueniunt: non quòd creaturæ ſint cauſa, quòd ei conueniant, quoniam maximum à creaturis nihil habere poteſt, ſed ei ex infinita potentia ad creaturas conueniunt, nam ab æterno Deus potuit creare, quia niſi potuiſſet, ſumma potentia non fuiſſet. Igitur hoc nomen (creator, quamuis ei in reſpectu ad creaturas conueniat, tamen etiam conuenit antequàm creatura eſſet quoniam ab æterno creare potuit. Ita de iuſtitia & cæteris omnibus nominibus affirmatiuis, quæ nos translatiuè à creaturis Deo attribuimus, propter quandam perfectionem, per ipſa nomina ſignificatam. Licet illa omnia nomina ab æterno antequàm etiam nos ei illa attribuimus, fuiſſent ueraciter in ſumma ſua perfectione & infinito nomine complicata, ſicut & res omnes, quæ per ipſa talia nomina ſignificantur, & à quibus per nos in Deum transferuntur. Et in tantùm hoc eſt uerum de affirmatiuis omnibus, quòd etiam nomen trinitatis & perſonarum, ſcilicet patris, & filij, & ſpiritus ſancti, in habitudine creaturarum ipſi imponantur: nam cum Deus ex eo quòd unitas eſt, ſit gignens, & pater, ex eo quòd eſt æqualitas unitatis, genitus ſiue filius, ex eo quòd utriuſq; connexio, ſpiritus ſanctus, tunc clarum eſt, filium nominari filium,

Propheta Moſes.

Dionyſius.

http://www.obrascatolicas.com

ex eo quòd est unitatis siue entitatis aut essendi æqualitas. Vnde patet ex hoc, quòd Deus ab æterno potuit res creare, licet eas etiam non creasset, respectu ipsarum rerum filius dicitur, ex hoc enim est filius, quòd est æqualitas essendi res ultrà quàm uel infrà, res esse nõ possent, ita uidelicet quòd est filius, ex eo quòd est æqualitas entitatis rerum, quas Deus facere poterat, licet eas etiam facturus non esset, quas si facere non posset, nec Deus pater, uel filius, uel spiritussanctus, imò nec Deus esset. Quare si subtiliùs consideras, patrem filium gignere, hoc fuit omnia in uerbo creare. Et ob hoc Augustinus uerbum etiam artem ac ideam in respectu creaturarum affirmat. Vnde ex eo Deus pater est, quia genuit æqualitatẽ unitatis, ex eo autem spiritussanctus, quòd utriusq; amor est, & hæc omnia respectu creaturarum. Nã creatura, ex eo quòd Deus pater est, esse incipit, ex eo quòd filius, perficitur, ex eo quòd spiritussanctus est, uniuersali rerum ordini concordat, & hæc sunt in unaquaq; re trinitatis uestigia. Et hæc est sententia Aurelij Augustini, exponentis illud Geneseos: In principio creauit Deus cœlum & terram, dicens Deum ex eo quia pater est, principia rerum creasse. Quare quicquid per theologiam affirmationis de Deo dicitur, in respectu creaturarum fundatur, etiam quo ad illa sanctissima nomina, in quibus maxima latent mysteria cognitionis diuinæ, quæ apud Hebræos & Chaldæos habentur, quorũ nullũ Deum nisi secundum aliquam proprietatem particularem significat, præter nomen quatuor literarum, quæ sunt יהוה, quod est proprium & ineffabile superiùs interpretatum: de quibus Hieronymus, & Rabbi Salomon, in libro ducis neutrorum, extensè tractant, qui uideri possunt.

Augustinus.

Augustinus.

Hieronymus Rabbi Salomon.

Gentiles Deum uariè nominabant, creaturarum respectu. Cap. XXV.

PAgani pariformiter Deum uarijs creaturarum respectibus nominabant. Iouem quidem propter mirabilem pietatem. Ait enim Iulius Firmicus, quòd Iupiter adeò prosperum sidus sit, quòd si solus in cœlo Iupiter regnasset, homines essent immortales. Ita Saturnum propter profunditatem cogitationum & inuentionum in rebus uitæ necessarijs. Martem propter uictorias bellicas. Mercurium propter consiliarem prudentiam. Venerem propter amorem conseruatiuum naturæ. Solem propter uigorem motuum naturalium. Lunam propter humoralem conseruationem in qua uita consistit. Cupidinem propter unitatem duplicis sexus: ob quam rem, etiam Naturam ipsum uocarunt, quoniam per duplicem sexum species rerum conseruat. Hermes ait, omnia tam animalia quàm non animalia, duplicis sexus, propterea à causam omnium scilicet Deum in se masculinum & fœminimum sexum dixit complicare, cuius Cupidinem & Venerem explicationem credebat. Valerius etiam Romanus idem affirmans, canebat Iouem omnipotentem, genitorem genitricemq; Deum. Vnde dicebat Cupidinem, prout scilicet una res cupit aliam, filiã Veneris, hoc est ipsius pulchritudinis naturalis. Venerem uerò Iouis aiebant omnipotentis filiam, à quo natura & cuncta ipsam comitantia templa etiam pacis scilicet & æternitatis, ac concordiæ, πάνθεον, in quo erat altare Termini infiniti, cuius non est terminus, in medio, sub dio & consimilia: nos instruunt, paganos Deum secundum respectum ad creaturas uariè nominasse, quæ quidem omnia nomina, unius ineffabilis nominis complicationem sunt explicantia: & secundum quòd nomen proprium est infinitum, ita infinita nomina talia particularum perfectionum complicat. Quare & explicantia possunt esse multa, & nunquàm tot & tanta, quin possent esse plura, quorum quodlibet se habet ad proprium & ineffabile, ut finitum ad infinitum. Deridebant ueteres pagani Iudæos, qui Deum unum infinitum quem ignorabant, adorarunt, quem tamen ipsi in explicationibus uenerabantur, ipsum scilicet tibi uenerantes, ubi diuina sua opera conspiciebant. Et ista inter omnes homines differentia tunc fuit ut omnes Deum unum maximum quo maius esse non posset, crederent, quem alij ut Iudæi & Sissennij, in sua simplicissima unitate ut est rerum omnium complicatio colebant. Alij uerò in his colebant, ubi explicationem diuinitatis reperiabant, recipiendo notum sensibiliter, pro manuductione ad causam & principium, & in hac ultima

Firmicus. Iupiter. Saturnus. Mars. Mercurius. Hermes. Venus. Cupido. Sol. Luna.

Valerius.

Æternitas. Concordia.

Iudæi. Sissennij.

tima uia seducti sunt simplices populares, qui non sunt usi explicatione ut imagine, sed ut ueritate, ex qua re Idololatria introducta est in uulgũ, sapientibus ut plurimum de unitate Dei rectè credentibus: uti hæc nota cuiq; esse possunt, qui Tullij de Deorum natura, ac Philosophos ueteres diligenter perspexerit. Non negamus tamen quosdam ex paganis non intellexisse Deum, cum sit entitas rerum, aliter quàm per abstractionem extrà res esse: sicut materia prima, extrà res non nisi per abstrahẽtem intellectum existit, & hi tales, Deum in creaturis adorarunt, qui etiam rationibus Idololatriam astruebant. Quidam etiam Deum deuocabilem putarunt, quorum quidam in Angelis eum deuocabant, ut Sisennij. Gentiles uerò deuocabant eum in arboribus, qualia de arbore Solis & Lunæ leguntur. Et quidam in aẽre, aqua, uel templis, certis carminibus eum deuocabant, qui omnes qualiter seducti sint, & longè fuerint à ueritate, præmissa ostendunt.

Tullius.

Sissennij.

De theologia negatiua. Cap. XXVI.

QVoniam autem cultura Dei qui adorandus est in spiritu & ueritate, necessariò se fundat in positiuis Deum affirmantibus, hinc omnis religio, in sua cultura necessariò per Theologiam affirmatiuam ascendit, Deũ ut unum ac trinum, ut sapientissimum, prissimum, lucem inaccessibilem, uitam, ueritatem & ita de reliquis adorando, semper culturam per fidem, quam per doctam ignorantiam ueriùs attingit dirigendo: credendo scilicet, hunc quem adorat ut unum, esse uniter omnia, & quem ut inaccessibilem lucem colit, non quidẽ esse lucem, ut est hæc corporalis, cui tenebræ opponuntur, sed simplicissimam & infinitam, in qua tenebræ sunt lux infinita, & quòd ipsa infinita lux, semper lucet in tenebris nostræ ignorantiæ, sed tenebræ eum compræhendere nequeunt. Et ita Theologia negationis adeò necessaria est, quo ad aliam affirmationis, ut sine illa Deus non coleretur ut Deus infinitus, sed potius ut creatura, et talis cultura, Idololatria est, quę hoc imagini tribuit, quod tantùm conuenit ueritati. Hinc utile erit adhæc parùm de negatiua Theologia submittere. Docuit nos sacra ignorantia Deum, ineffabilem, & hoc quia maior est per infinitum omnibus, quæ nominari possunt, & hoc quidẽ quia ueriſsimum, ueriùs per remotionem & negationem de ipso loquimur, sicut & maximus Dionysius, qui eum nec ueritatem, nec intellectum, nec lucem, nec quicquàm eorum quæ dici possunt, esse uoluit, quem Rabbi Salomon, & omnes sapientes sequũtur. Vnde neq; pater est, neq; filius, neq; spiritussanctus, secundum hanc negatiuam Theologiam, secundum quam est infinitus tantum. Infinitas uerò ut infinitas, neq; generans est, neq; genita, neq; procedens. Quare Hilarius Pictauensis subtilissimè dixit, dum personas distingueret: In æterno (inquit) infinitas species in imagine, usus in munere: uolens quòd quamuis in æternitate non nisi infinitatem possimus uidere, tamen ipsa infinitas quæ est ipsa æternitas, cum sit negatiua, non potest intelligi ut generans, sed benè æternitas, quoniam æternitas est affirmatiua unitatis, siue præsentiæ maximæ, quare principium sine principio: species in imagine, dicit principium à principio: usus in munere, dicit processionem ab utroq;. Quæ omnino per præmissa notissima sunt, nam quãuis æternitas sit infinitas, ita quòd æternitas non sit magis causa patris quàm infinitas, tamen secundum considerationis modum, æternitas patri attribuitur, & non filio, nec spiritui sancto. Infinitas uerò non plus unipersonæ quàm alteri, quoniam ipsa infinitas secundum considerationem unitatis, pater est, secundum considerationem æqualitatis unitatis, filius, secundum considerationem connexionis, spiritussanctus: scdm simplicem considerationem infinitatis, nec pater, nec filius, nec spiritussanctus; licet ipsa infinitas & æternitas, sit q̃libet trium personarum, sit & econuersò quælibet persona, infinitas & æternitas, non tamen secundum considerationem, ut præfertur. Quoniam secundum considerationem infinitatis, Deus nec unum est, nec plura, & non reperitur in Deo secundum Theologiam negationis, aliud quàm infinitas. Quare secundum illam, nec cognoscibilis est in hoc seculo, neq; in futuro, quoniam omnis creatura, ut quæ infinitum lumen

Dionysius. Rabbi Salomon.

Hilarius.

http://www.obrascatolicas.com

comprehendere nequit, eo respectu obtenebratur, sed sibi soli notus est. Et ex his manifestum est, quomodo negationes sunt ueræ, affirmationes insufficientes, in theologicis, & nihilominus negationes remouētes imperfectiora de perfectissimo, sunt ueriores alijs. Vt quia uerius est Deum non esse lapidem, quàm non esse uitam aut intelligentiam, & non esse ebrietatem, quàm non esse uirtutem, contrarium in affirmatiuis, nam uerior est affirmatio Deum dicens intelligentiam, ac uitam, quàm terram, lapidem, aut corpus. Ista enim omnia clarissima sunt ex præhabitis. Ex quibus concludimus, præcisionem ueritatis, in tenebris nostræ ignorantiæ incomprehensibiliter lucere, & hæc est illa docta ignorantia quam inquisiuimus, per quam tantum ad infinitæ bonitatis Deum maximum, unitrinum, secundùm gradus doctrinæ ipsius ignorantiæ, accedere posse explicuimus, ut ipsum ex omni nostro conatu, de hoc semper laudare ualeamus, quòd nobis seipsum ostendit incomprehensibilem, qui est super omnia in secula benedictus. Amen.

Primi libri doctæ ignorantiæ finis.

Nicolai de Cusa Cardinalis tit. Petri ad uincula de docta Ignorantia. Liber II.

DOctrina ignorantiæ taliter circa absoluti maximi naturam expedita per symbolicos quosdam characteres: amplius per ipsam aliquantulam in umbra nobis resplendentem, eadem uia ea inquiramus, quæ omne id quod sunt, ab ipso absoluto maximo sunt. Cum autem causatum sit penitùs à causa, & à se nihil, & originem atq; rationem qua est id quod est, quantò propinquius & similius potest concomitetur: patet difficilè contractionis naturam attingi, exemplari absoluto incognito. Suprà igitur nostram apprehensionem, in quadam ignorantia nos doctos esse conuenit, ut præcisionem ueritatis uti est non capientes, ad hoc saltem ducamur, ut ipsam esse uideamus, quam nunc comprehendere non ualemus. Hic est mei laboris finis in hac parte, quem clementia tua iudicet & accepter.

Correlaria præambularia, ad inferendum unum infinitum uniuersum. Cap. I.

Vnum uniuersum infinitum.

PRoderit plurimùm doctrinæ ignorantiæ, correlaria præambularia, ex principio nostro præmitti. Præstabunt enim quandam facilitatem ad infinita similia, quæ pari arte elici poterunt, & dicenda facient clariora. Habuimus in radice dictorum, in excessis & excedentibus ad maximum, in esse & posse, non deueniri. Hinc in prioribus ostendimus, præcisam æqualitatem soli Deo conuenire, ex quo sequitur, omnia dabilia præter ipsum, differre. Non potest igitur unus motus cum alio æqualis esse, nec unus alteri mensura esse, cum mensura à mensurato, necessario differat. Hęc quidem etsi ad infinita tibi deseruiant, tamen si ad Astronomiam te transfers, apprehendis Calculatoriam artem præcisione carere, quoniam per Solis motum, omnium aliorum Planetarum motum, mensurari posse præsupponit. Cœli etiam dispositio, quò ad qualemcunq; locum, siue quo ad ortus & occasus signorum siue poli eleuationem, ac quæ circa hoc sunt, præcisè scibilis non est. Et cum nulla duo loca, in tempore & situ præcisè concordent, manifestum est iudicia astrorum, longè in sua particularitate à præcisione esse. Si consequenter hanc regulam Mathematicæ adaptas in Geometricis figuris, æqualitatem actu impossibilem uides, & nullam rem cum alia in figura præcisè posse concordare, nec in magnitudine. Et quamuis regulæ ueræ sint in sua ratione, datæ figuræ æqualem, describere: in actu tamen æqualitas impossibilis est, in quibuscunq; diuersis. Ex quo ascendis, quomodo ueritas abstracta à materialibus, ut in ratione, æqualitatem uidet, quam

Astronomia.

Geometria.

quam in rebus experiri, per omnia impossibile est, quoniam ibi non est nisi cum defectu. Age in Musica ex regula præcisio non est. Nulla ergo res cum alia in ponderecordat, neq; lōgitudine, neq; spissitudine, neq; est possibile proportiones harmonicas inter uarias uoces fistularum, campanarum, hominum, & cæterorum instrumentorum præcisè reperiri, quin præcisior dari possit, neque in diuersis instrumentis idem gradus ueritatis proportionis est, sicut nec in diuersis hominibus, sed in omnibus secundum locum, tempus, complexionem, & alia, diuersitas necessaria est. Præcisa itaq; proportio, in ratione sua uidetur tantum, & non possumus in rebus sensibilibus, dulcissimam harmoniam absq; defectu reperire, quia ibi non est. Ascende hic, quomodo præcisissima maxima harmonia, est proportio in æqualitate, quam uiuens homo audire non potest in carne, quoniam ad se attraheret rationem animæ nostræ, cum sit omnis ratio: sicut lux infinita omnem lucem, ita quòd anima à sensibilibus absoluta, sine raptu ipsam supremè concordantem, harmoniam, aure intellectus non audiret. Magna quædam dulcedo contemplationis hic hauriri posset, tam circà immortalitatem intellectualis & rationalis nostri spiritus qui rationem incorruptibilem in sua natura gestat, per quam, similitudinem concordantem & discordantem ex se attingit in Musicis: quàm circa gaudium æternum, in quod beati à mundanis absoluti transferuntur. Sed de hoc alias. Præterea, si regulam nostram Arithmeticæ applicamus, nulla duo in numero conuenire posse uidemus, quoniam ad ueritatem numeri compositio, complexio, proportio, harmonia, motus, & omnia uariantur, extendendo in infinitum. Ex hoc nos ignorare intelligimus, quoniam nemo est ut alius in quocunq;, neq; sensu, neq; imaginatione, neque intellectu, neque operatione aut scriptura, aut pictura, uel arte, etiam si mille annis unus alium imitari studeret in quocunq;, nunquàm tamen præcisionem attingeret, licet differentia sensibilis aliquando non percipiatur. Ars etiam naturam imitatur quantum potest, sed nunquàm ad ipsius præcisionem poterit peruenire. Carent igitur Medicina, Chalcimia, Magica, & cæteræ artes transmutationum, ueritatis præcisione, licet una uerior sit in comparatione ad aliam: ut Medicina uerior quàm artes transmutationum, ut ista ex se patent. Adhuc ex eodem fundamento elicientes, dicamus: quoniam in oppositis excedens & excessum reperimus, ut in simplici & compositio, abstracto & concretò, formali & materiali, corruptibili & incorruptibili, & cæteris. Hinc ad alterum purum oppositorum non deuenitur, aut in quo concurrant præcisè æqualiter. Omnia igitur ex oppositis, sunt in gradus diuersitate, habendo in uno plus, de alio minus sortiendo naturam unius oppositorum, per uictoriam unius suprà aliud. Ex quo rerum notitia, rationaliter inuestigatur, ut sciamus quomodo compositio in uno, est in quadam simplicitate, & in alio simplicitas in compositione, ut corruptibilitas in incorruptibilitate in uno, contrarium in alio, ita de reliquis, prout ostendemus in libro coniecturarum, ubi de hoc latiùs agetur. Sufficiant igitur ista pauca, pro mirabili potestate doctæ ignorantiæ ostendenda. Amplius magis ad propositum descendendo, dico, quoniam ascensus ad maximum, & descensus ad minimum simpliciter, non est possibilis, ne fiat transitus in infinitum, ut innumero ex diuisione continui constat. Tunc patet quòd dato quocunq; finito, semper est maius & minus, siue in quantitate, aut uirtute uel perfectione, & ita de cæteris necessariò dabile, cum maximum aut minimum simpliciter dabile, in rebus non sit, nec processus sit in infinitum: ut statim ostensum est. Nam cum quælibet pars infiniti sit infinita, implicat contradictionem magis & minus ibi reperiri, ubi ad in infinitum deueniretur, cum magis & minus sicut nec infinito conuenire possunt: ita nec qualemcunq; proportionem ad infinitum habent, cum necessariò id ipsum etiam infinitum sit. Binarius enim non esset minor centenario, in numero infinito: si per ascensum, ad ipsum posset actu deueniri: sicut nec linea infinita, ex infinitis bipedalibus, minor esset linea infinita, ex infinitis quadrupedalibus lineis. Nihil est itaque dabile, quod diuinam terminet potentiam, quare omni dato, dabile est maius & minus per ipsam, nisi datum simul esset absolutum maximum, ut in tertio,

Musica.

Arithmetica.

Ars.

Medicina.

Chalcimia.

Magica.

http://www.obrascatolicas.com

deducetur. Solum igitur absolutè maximum, est negatiuè infinitum, quare solum il-lud, est id quod esse potest, omni potentia. Vniuersum uerò cum omnia complecta-tur quæ Deus non sunt, non potest esse negatiuè infinitum, licet sit sine termino, & ita priuatiuè infinitum, & hac consideratione, nec finitum nec infinitum est. Non e-nim potest esse maius quàm est, hoc quidem ex defectu euenit, possibilitas enim si-ue materia, ultrà se non extendit. Nam non est aliud dicere uniuersum posse semper actu esse maius, quàm dicere posse esse, transire in actu infinitum esse, quod est impos-sibile: cum infinita actualitas, quæ est absoluta æternitas, ex posse, oriri nequeat, quæ est actu omnis essendi possibilitas. Quare licet in respectu infinitæ Dei potentiæ quæ est interminabilis, uniuersum posset esse maius: tamen resistente possibilitate essendi, aut materia, quæ in infinitum non est actu extensibilis, uniuersum maius esse nequit, & ita interminatum, cum actu maius eo dabile non sit ad quod terminetur, et sit priuatiuè infinitum. Ipsum autem non est actu, nisi contractè, ut sit meliori qui-dem modo, quo suæ naturę patitur conditio. Est enim creatura, quę necessariò est ab esse diuino simpliciter absoluto, prout consequenter in docta ignorantia, quantò clariùs & simpliciùs fieri poterit, quàm breuissimè sumus ostensuri.

Quæ esse creaturæ sit intelligibiliter ab esse primi. Cap. II.

DOcuit nos sacra ignorantia in prioribus, nihil à se esse, nisi maximum sim-pliciter, ubi à se, in se, per se, idem sunt, ipsum scilicet absolutum esse, neces-seq; esse omne quod est, id quod est, in quantum est ab ipso esse: quomodo enim id quod à se non est, aliter esse posset quàm ab æterno esse. Quoniam autem ipsum maximum procul est ab omni inuidia, non potest esse diminutum (ut ta-le) communicare. Non habet igitur creatura, quæ ab esse est, omne id quod est, cor-ruptibilitatem, diuisibilitatem, imperfectionem, diuersitatem, pluralitatem, & cæte-ra huiusmodi, à maximo, æterno, indiuisibili, perfectissimo, indistincto, uno, neque ab aliqua causa positiua. Sicut enim linea infinita, est rectitudo infinita, quæ est causa omnis esse linealis; linea uerò curua, in hoc quòd linea, ab infinita est, in hoc quòd cur-ua, non ab infinita est, sed curuitas sequitur finitatem, quoniam ex eo curua, quia non maxima (si enim maxima esset, curua non esset, ut superiùs est ostensum) ita quidem contingit rebus (quoniam ab maximo, esse non possunt) ut sunt diminuta, altera di-stincta, & cætera huiusmodi, quæ quidem causam non habent. Habet igitur crea-tura à Deo, ut sit una, discreta, & connexa uniuerso, & quanto magis una, tanto Deo similior. Quòd autem eius unitas est in pluralitate, discretio in confusione, & conne xio in discordantia, à Deo non habet, neq; ab aliqua causa positiua, sed contingen-ter. Quis igitur copulando simul in creatura necessitatem absolutam, à qua est, & contingentiam, sine qua non est, potest intelligere esse eius: nam uidetur, quod ipsa creatura quæ nec est Deus, nec nihil, sit quasi post Deum, & antè nihil, intrà Deum & nihil, ut ait unus sapientum: Deus est oppositio nihil, mediatione entis, nec tamen potest esse ab esse, & non esse, composita. Videtur igitur neque esse, per hoc quòd descendit de esse, neque non esse, quia est antè nihil, neque composita ex illis. No-ster autem intellectus qui nequit transilire contradictoria, diuisiuè, aut compositi-ue, esse creaturæ non attingit, quamuis sciat eius esse, non esse nisi ab esse maximi, non est igitur eius esse intelligibile, postquàm esse à quo est, non est intelligibile: si-cut nec ad esse accidentis est intelligibile, si substantia cui adest non intelligitur. Vt igitur non potest creatura ut creatura dici una, quia descendit ab unitate, neque plu-res, quia eius esse est ab uno, neque ambo copulatiuè, sed est unitas eius, in quadam pluralitate contingenter: ita de simplicitate, & compositione, & reliquis oppositis, pariformiter dicendum uidetur. Quoniam uerò creatura, per esse maximi creata est, in maximo uerò idē est esse, facere, & creare, tunc non aliud uidetur esse creare, quàm Deum omnia esse. Si igitur Deus est omnia, & hoc est creare, quomodo intelligi hoc poterit,

Creatura.

poterit, quòd creatura non est æterna, cum Dei esse sit æternum, imò ipsa æternitas. In quantum enim ipsa creatura est esse Dei, nemo dubitat esse æternitatem, in quantum igitur cadit sub tempore, non est à Deo, quia est æternus. Quis igitur intelligit crea-turam ab æterno, & cum hoc temporaliter esse: non potuit enim creatura, in esse i-pso, in æternitate non esse, neq; potuit prius tempore esse, quando ante tempus non fuit prius, & ita semper fuit, quando esse potuit. Quis denique intelligere potest De-um esse essendi formam, nec tamen immiscere creaturæ: non enim ex infinita linea & finita curua, potest unum exoriri compositum, quod absque proportione esse nequit. Proportionem uerò inter infinitum & finitum cadere non posse, nemo dubitat. Quomodo igitur capere potest intellectus esse lineæ curuæ, ab infinita recta esse, quæ tamen ipsam non informat ut forma, sed ut causa & ratio: quam quidem ratio-nem non potest participare partem capiendo, cum sit infinita & indiuisibilis, ut mate ria participat formā, ut Socrates & Plato humanitatem, aut ut totum participatur à partibus, sicut uniuersum à suis partibus, nec ut plura specula, eandem faciem di-uersimodè: cum non sit esse creaturæ antè abesse, cum sit ipsum sicut speculum, antè est speculum quàm imaginem faciei recipiat. Quis est igitur qui intelligere queat quomodo diuersimodè una infinita forma, participetur in diuersis creaturis, cum creaturæ esse, non possit aliud esse, quàm ipsa resplendentia, non in aliquo alio posi tiuè recepta, sed contingenter diuersa: quemadmodum fortasis, si penitus artificia-tum ab idea artificis dependens, non haberet aliud esse quàm dependentiæ, à quo ha beret esse, & sub cuius influentia conseruaretur, sicut imago speciei, in speculo po-sita, quod quidem speculum antè aut pòst per se & in se nihil sit. Neque potest in-telligi, quomodo Deus per creaturas uisibiles, posit nobis manifestus fieri, nam non sicut intellectus noster solùm Deo & nobis cognitus, quidum in cogitatio-nem uenerit, ex quibusdam phantasijs, formam quandam in memoriam recipit, co-loris, aut soni, aut alterius, qui prius informis fuit, & post hoc aliam assumens sig-norum, uocum, aut literarum formam, se alijs insinuat. Nam quamuis Deus, pro-pter suam cognoscendam bonitatem ut pij uolunt, aut ex eo quia maxima absolu-ta necessitas, creauit mundum qui ei obediat ut sint qui cogantur, & eum timeant, & quos iudicet uel aliter, tamen manifestum est, eum nec aliam formam induere, cum sit forma omnium formarum, nec in positiuis signis apparere, cum ipsa signa pariformiter in eo quòd sunt alia requirerent, in quibus essent, & ita in infinitum. Quis ista intelligere posset, quomodo omnia illius unicæ infinitæ formæ, sunt imago, diuer-sitatem ex contingenti habendo; quasi creatura sit Deus occasiònatus, sicut acci-dens substantia occasionata, & mulier uir occasionatus: quoniam ipsa forma infini-ta, non est nisi finitè recepta, ut omnis creatura sit quasi infinitas finita, aut Deus creatus, ut sit eo modo, quo hoc melius esse posit; ac si dixisset creator, fiat, & quia Deus fieri non potuit, qui est ipsa æternitas, hoc factum est, quod fieri potuit Deo similius. Ex quo subinfertur, omnem creaturam ut talem, perfectam, etiam si al-terius respectu minùs perfecta uideatur. Communicat enim pijssimus Deus esse omnibus, eo modo quo percipi potest. Cum igitur Deus absque diuersitate & in-uidia communicet & recipiatur, ita quòd aliter & alterius, contingentia recipi non sinat, quiescit omne esse creatum in sua perfectione, quam habet ab esse diuino libe-raliter, nullum aliud creatum esse appetens, tanquàm perfectius, sed i-psum quod habet à maximo, prædiligens, quasi quoddam diuinum munus, hoc incorruptibiliter per-fici & conseruari optans.

http://www.obrascatolicas.com

Quomodo maximum complicet & explicet omnia intellectibiliter. Cap. III.

NIhil dici aut cogitari poteſt de ueritate inueſtigabili (de qua in prima parte) quod in prima ueritate non ſit complicatum, omnia enim, quæ cum eo quod de ueritate prima ibi dictum eſt, concordant, uera eſſe neceſſe eſt, cætera quæ diſcordant, falſa ſunt. Ibi autem oſtenſum reperitur, non poſſe eſſe niſi unum maximũ omnium maximorum. Maximum autem eſt, cui nihil poteſt opponi, ubi & minimum eſt maximum. Vnitas igitur infinita, eſt omnium complicatio. Hoc quidem dicitur unitas, quæ omnia unit, & non ſolùm ut unitas numeri complicatio eſt, eſt maxima, ſed quia omnium. Et ſicut in numero explicante unitatem, non reperitur niſi unitas: ita in omnibus quæ ſunt, non niſi maximum reperitur, ipſa quidem unitas punctus dicitur, reſpectu quantitatis ipſam unitatem explicantis, quando nihil in quantitate reperitur niſi punctus, ſicut ubique in linea eſt punctus, ubicunq; ipſam diuiſeris: ita in ſuperficie, & corpore. Nec eſt plus quàm unus punctus, qui non aliud quàm ipſa unitas infinita, quoniam ipſa punctus, qui eſt terminus, perfectio & totalitas, lineæ & quantitatis ipſam complicans, cuius prima explicatio linea eſt, in qua non reperitur niſi punctus. Ita quidem quies eſt unitas motum complicans, qui eſt quies ſeriatim ordinata, ſi ſubtiliter aduertis. Motus igitur eſt explicatio quietis. Ita Nunc, ſiue præſentia, complicat tempus, præteritum, fuit præſens, futurum erit præſens, nihil ergo reperitur in tempore, niſi præſentia ordinata. Præterítum igitur & futurum, eſt explicatio præſentis, præſens, eſt omnium præſentium temporum, complicatio, & præſentia tempora, illius ſeriatim ſunt explicatio, & non reperitur in ipſis, niſi præſens. Vna eſt ergo præſentia, omnium temporum complicatio, & illa quidem præſentia, eſt ipſa unitas. Ita identitas, eſt diuerſitatis complicatio, æqualitas, inæqualitatis, & ſimplicitas, diuiſionum, ſiue diſcretionum. Vna eſt ergo omnium complicatio, & non eſt alia ſuſtbantię, alia qualitatis, aut quantitatis, & ita de reliquis, complicatio: quoniam non eſt niſi unum maximum, cum quo coincidit minimum, ubi diuerſitas complicata, identitati complicanti non opponitur. Sicut enim unitas alteritatem precedit: ita etpunctus qui eſt perfectio, magnitudinem perfectum enim omne, imperfectum antecedit, ita quies motum, identitas diuerſitatem, æqualitas inæqualitatem, & ita de reliquis, quę cum unitate conuertuntur, quę eſt ipſa æternitas, plura enim æterna eſſe non poſſunt. Deus ergo eſt omnia complicans, in hoc, quòd omnia in eo: eſt omnia explicans, in hoc, quia ipſe in omnibus. Et ut in numeris intentionem declaremus, numerus eſt explicatio unitatis, numerus autem rationem dicit, ratio autem ex mente eſt: propterea bruta, quę mentem non habent, numerare nequeunt. Sicut igitur ex noſtra mente, per hoc quòd circa unum commune, multa ſingulariter intelligimus, numerus exoritur: ita rerum pluralitas, ex diuina mente in qua ſunt plura ſine pluralitate, quia in unitate complicante. Per hoc enim quòd res non poſſunt ipſam æqualitatem eſſendi, æqualiter participare, Deus in æternitate unã ſic, aliã ſic intellexit, ex quo pluralitas quæ in ipſo eſt unitas, exorta eſt. Non habet autem pluralitas ſiue numerus aliud eſſe, quàm ut eſt ab ipſa unitate. Vnitas igitur (ſine qua numerus non eſſet) numerus eſt in pluralitate, & hoc quidem eſt unitatem explicare omnia, ſcilicet è pluralitate eſſe. Excedit autem mentem noſtram, modus complicationis & explicationis, quis rogo intelligeret, quomodo ex diuina mente rerum ſit pluralitas, poſtquàm intelligere Dei, ſit eſſe eius, qui eſt unitas infinita. Si pergis ad numerum, ſimillitudinem conſiderando, quomodo numerus eſt, unius communis, per mentem multiplicatio, uidetur quaſi Deus qui eſt unitas, ſic in rebus multiplicatus, poſtquàm intelligere, eius eſt eſſe, & tamen intelligis, non eſſe poſſibile, illam unitatem quæ eſt infinita & maxima, multiplicari. Quomodo igitur intelligis pluralitatem, cuius eſſe eſt ab uno abſq; multiplicatione: aut quomodo intelligis multiplicationem unitatis, abſque multiplicatione: non quidem ſicut ſpeciei unius, aut unius generis in multis ſpeciebus aut indiuiduis, extrà quæ

trà quæ genus aut ſpecies, non eſt niſi per intellectum abſtrahentem. Deus igitur cuius eſſe unitatis, non eſt per intellectum, à rebus abſtrahentem, neq; rebus unitum aut immerſum, quomodo explicetur per numerum rerum, nemo intelligit. Si conſideras res ſine eo, ita nihil ſunt ſicut numerus ſine unitate. Si conſideras ipſum ſine rebus, ipſe eſt, & res ſunt nihil. Si conſideras ipſum, ut eſt in rebus, res aliquid eſſe, in quo ipſe eſt conſideras, & in hoc erras: ut patuit in proximo capite, quoniam eſſe rei, non eſt aliquid ut eſt diuerſa res, ſed eius eſſe eſt à maximi eſſe. Si conſideras rem ut eſt in Deo, tunc eſt Deus & unitas, non reſtat niſi dicere, quòd pluralitas rerum exoriatur, eo quòd Deus eſt in nihilo. Nam tolle Deum à creatura, & remanet nihil, tolle ſubſtantiam à compoſito, & non remanet aliquod accidens, & ita nihil remanet: quomodo hoc poſsit per noſtrum intellectum attingi, nam quamuis accidens pereat, ſublata ſubſtantia, non eſt propterea accidens nihil, perit autem quia accidentis eſſe eſt, adeſſe. Et propterea ſicut quantitas non eſt, niſi per eſſe ſubſtantiæ, tamen quia adeſt, tunc ſubſtantia per quantitatem, eſt quanta. Non ſic eſt hic, nam creatura non ita Deo adeſt, nihil enim confert Deo, ſicut accidens ſubſtantiæ, imò accidens in tantum confert ſubſtantiæ, quòd quamuis ab eo habeat eſſe, tamen ex conſequenti, ſubſtantia ſine omni accidente eſſe nequit: hoc quidem, in Deo ſimiliter eſſe nequit. Quomodo igitur intelligere poterimus creaturam, ut creaturam, quæ à Deo eſt, & nihil etiam ex conſequenti, ei tribuere poteſt, qui eſt maximus: & ſi ut creatura non habet etiam tantum entitatis ſicut accidens, ſed eſt penitùs nihil, quomodo intelligitur, pluralitatem rerum per hoc explicari, quòd Deus eſt in nihilo, cum nihil non ſit alicuius entitatis. Si dicis, eius uoluntas omnipotens cauſa eſt, & uoluntas & omnipotentia ſunt ſuum eſſe (nam tota eſt in circulo theologia) neceſſe eſt igitur fateri, te penitùs & complicationem & explicationem quomodo fiat, ignorare. Et hoc tantum ſcire, quòd tu ignoras modum, licet etiam ſcias Deum omnium rerum complicationem & explicationem, & ut eſt complicatio, omnia in ipſo eſſe, ipſum, & ut eſt explicatio, ipſum in omnibus eſſe id quod ſunt, ſicut ueritas in imagine, ac ſi facies eſſet in imagine propria, quæ ab ipſa multiplicatur diſtanter & propinquè, quò ad imaginis multiplicationem: non dico ſecundum diſtantiam localem, ſed gradualem à ueritate faciei, cum aliter multiplicari non poſsit, in ipſis multiplicatis ab una facie, diuerſis imaginibus, diuerſimodè & multipliciter una facies appareret, ſuprà omnem ſenſum & mentem inintelligibiliter.

Quomodo uniuerſum maximum contractum, tantum eſt ſimilitudo abſoluti. Cap. IIII.

SI ea quæ in præmiſsis nobis per doctam ignorantiam manifeſtata ſunt, ſubtili conſideratione extenderimus, ex hoc tamen, quòd omnia abſolutum maximum eſſe, aut ab eo eſſe ſcimus, de mundo ſe uniuerſo (quod maximum contractum tantum eſſe uolo) multa nobis patere poterunt. Nam ipſum contractum ſeu concretum, cum abſoluto omne id habeat quod eſt, tunc illud quod eſt maximum maximè abſolutum, quantum poteſt imitatur. Igitur quę in primo libro, de abſoluto maximo nobis nota facta ſunt, & quæ ei ut abſoluto, abſolutè maxime conueniunt, illa contracto contractè conuenire affirmamus: aliqua autem explicemus, ut inquirenti ingreſſum paremus. Deus eſt abſoluta maximitas, atque unitas abſoluta, differentia atque diſtantia præueniens atque uniens (uti ſunt contradictoria quorum non eſt medium) quæ abſolutè eſt id, quod ſunt omnia, in omnibus abſolutum principium atque finis rerum, atque entitas, in qua omnia ſunt ſine pluralitate ipſum maximum abſolutum, ſimpliciſsimè, indiſtinctè, ſicut infinita linea omnes figuræ. Ita pariformiter mundus ſiue uniuerſum, eſt contractum maximum atq; unum, oppoſita præueniens contracta, ut ſunt contraria, exiſtens contractè id, quod ſunt omnia, in omnibus principium contractum, atque contractus finis rerum, ens contractum, infinitas contracta, ut ſit contractè infinitus, in quo

http://www.obrascatolicas.com

in quo omnia ſine pluralitate, ſunt ipſum maximum contractum, cum contracta ſimplicitate & in diſtinctione, ſicut linea maxima contracta, eſt contracte omnes figuræ. Vnde quando rectè conſideratur de contractione, omnia ſunt clara, nam infinitas contracta, aut ſimplicitas, ſeu indiſtinctio per infinitum deſcendit in contractione, ab eo quod eſt abſolutum, ut infinitus & æternus mundus, cadat abſq; proportione, ab abſoluta infinitate & æternitate, & unum ab unitate. Vnde unitas abſoluta, ab omni pluralitate abſoluta eſt. Sed contracta unitas, quę eſt unum uniuerſum, licet ſit unũ maximum, cum ſit contractum, non eſt à pluralitate abſolutum, licet non ſit niſi unũ maximum contractum. Quare quamuis ſit maximè unum, eſt tamen illa eius unitas per pluralitatem contracta, ſicut infinitas, per finitatem, ſimplicitas, per compoſitionem, æternitas, per ſucceſsionem, neceſsitas, per poſsibilitatem, & ita de reliquis quaſi abſoluta neceſsitas, ſe communicet abſq; permixtione, & in eius oppoſito contracte terminetur: ac ſi albedo haberet in ſe eſſe abſolutum, ſine abſtractione noſtri intellectus, à qua album eſſet contracte album, tunc albedo per non albedinem, in actu albo terminaretur, ut hoc eſſet album per albedinem, quod abſq; ea album non eſſet. Ex his multa inueſtigator elicere poterit. Nam ſicut Deus cum ſit immenſus, non eſt nec in Sole, nec in Luna, licet in illis ſit, id quod ſunt abſolutè: ita uniuerſum, nec eſt in Sole, nec in Luna, ſed in ipſis eſt, id quod ſunt contracte. Et quia quidditas Solis abſoluta, non eſt aliud à quidditate abſoluta Lunæ (quoniam eſt ipſe Deus qui eſt entitas, & quidditas abſoluta omnium) & quidditas contracta Solis, eſt alia à quidditate contracta Lunæ: quia ut quidditas abſoluta rei, non eſt res ipſa, ita contracta non eſt aliud quàm ipſa. Quare patet, quòd cum uniuerſum ſit quidditas contracta, quæ aliter eſt in Sole contracta, & aliter in luna, hinc identitas uniuerſi, eſt in diuerſitate, ſicut unitas, in pluralitate. Vnde uniuerſum, licet non ſit nec Sol nec Luna, eſt tamen in ſole Sol, & in luna Luna, ſed id quod eſt Sol, & Luna, ſine pluralitate & diuerſitate. Vniuerſum dicit uniuerſalitatem, hoc eſt unitatem plurium. Propter hoc ſicut humanitas, non eſt nec Socrates, nec Plato, ſed in Socrate eſt Socrates, in Platone Plato, ita uniuerſum ad omnia. Quoniam uerò dictũ eſt, uniuerſum eſſe principium contractum tantum, atq; in hoc maximum: patet quomodo per ſimplicem emanationem maximi contracti, à maximo abſoluto, totum uniuerſum prodijt in eſſe. Omnia autem entia, quæ ſunt partes uniuerſi, ſine quibus uniuerſum cum ſit contractum, unum, totum, & perfectum eſſe non poſſet, ſimul cum uniuerſo in eſſe prodierunt, & non prius intelligentia, deinde anima nobilis, deinde natura, ut uoluit Auicena, & alij Philoſophi: ſicut in intentione artificis, eſt prius totum, puta, domus quàm pars, puta paries: ita dicimus, cum ex intentione Dei, omnia in eſſe prodierunt, quòd tunc uniuerſum prius prodijt, & in eius conſequentiam omnia, ſine quibus nec uniuerſum, nec perfectum eſſe poteſt. Vnde ſicut abſtractum eſt in concreto: ita abſolutum maximum, in contracto maximo prioriter conſideramus, ut ſit conſequenter in omnibus particularibus, quia eſt abſolute in eo, quod eſt omnia contracte. Eſt enim Deus quidditas abſoluta mundi ſeu uniuerſi. Vniuerſum uerò eſt ipſa quidditas contracta. Contractio dicit ad aliquid, ut ad eſſendum hoc, uel illud. Deus igitur, qui eſt unus, eſt in uno uniuerſo, uniuerſum uerò, eſt in uniuerſis contracte. Et ita intelligi poterit, quomodo Deus, qui eſt unitas ſimpliciſsima, exiſtendo in uno uniuerſo, eſt quaſi ex conſequenti mediante uniuerſo in omnibus, & pluralitas rerum mediante uno uniuerſo in Deo.

Philoſophorum placita. Auicenna.

Quodlibet in quolibet. Cap. V.

Anaxagoras.

SI acutè iam dicta attendis, non erit tibi difficile uidere ueritatis illius Anaxagoricæ (quodlibet eſſe in quolibet) fundamentum, forraſsis alcius Anaxagoræ. Nam cum manifeſtum ſit ex libro primo, Deum ita eſſe in omnibus, quòd omnia ſunt in ipſo, & nunc conſtet Deum quaſi mediante uniuerſo, eſſe in omnibus, hinc omnia in omnibus eſſe conſtat, & quodlibet in quolibet: uniuerſum enim, quaſi ordine naturæ ut perfectiſsimum præceſsit omnia, ut quodlibet in quolibet eſſe poſſet. In qualibet enim creatura, uniuerſum eſt ipſa creatura, & ita quodlibet recipit omnia, ut in ipſo ſint ipſum contractè, cum quodlibet non poſſit eſſe actu omnia, cum ſit contractum, contrahit omnia ut ſint ipſum. Si igitur omnia ſunt in omnibus, omnia uidentur quodlibet præcedere. Non igitur omnia ſunt plura, quoniam pluralitas non præcedit quodlibet. Vnde omnia ſine pluralitate, præceſſerunt quodlibet ordine naturæ, non ſunt igitur plura in quolibet actu, ſed omnia ſine pluralitate ſunt idipſum. Non eſt autem uniuerſum, niſi contractè in rebus, & omnis res actu exiſtens, contrahit uniuerſa, ut ſint actu id quod eſt. Omne autem actu exiſtens in Deo eſt, quia ipſe eſt actus omnium. Actus autem eſt perfectio & finis potentiæ. Vnde cum uniuerſum in quolibet actu exiſtenti, ſit contractum, patet Deum qui eſt in uniuerſo, eſſe in quolibet, & quodlibet actu exiſtens, immediatè in Deo ſicut uniuerſum. Non eſt ergo aliud dicere, quodlibet eſſe in quolibet, quàm Deum per omnia eſſe in omnibus, & omnia per omnia eſſe in Deo. Subtili intellectu iſta altiſsima clarè compræhenduntur, & quomodo Deus eſt abſque diuerſitate in omnibus, quia quodlibet in quolibet, & omnia in Deo, quia omnia in omnibus. Sed cum uniuerſum ita ſit in quolibet, quòd quodlibet in ipſo, & uniuerſum in quolibet contractè, id quod eſt ipſum contracte, & quodlibet in uniuerſo eſt ipſum uniuerſum, quamuis uniuerſum in quolibet ſit diuerſè, & quodlibet in uniuerſo diuerſe. Vide exemplum: Manifeſtum eſt lineam infinitam eſſe lineam, triangulum, circulum, & ſphæram. Omnis autem linea finita habet eſſe ſuum ab infinita, quæ eſt omne id quod eſt. Quare in linea finita, omne id quod eſt, eſt linea finita, ut in linea, triangulus, circulus, ſphæra, eſt linea finita. Omnis igitur figura in linea finita, eſt ipſa linea, & non eſt in ipſa aut triangulus, aut circulus, aut ſphæra actu: quoniam ex pluribus actu, non fit unum actu, cum quodlibet actu non ſit in quolibet, ſed triangulus in linea eſt linea, & circulus in linea eſt linea, & ita de reliquis. Et ut clarius uideas, linea actu eſſe nequit, niſi in corpore, ut oſtendetur alibi. In corpore autem longo, lato, & profundo, omnes figuras complicari, nemo dubitat. Sunt igitur in linea actu, omnes figuræ; actu ipſa linea, & in triangulo, triangulus, & ita de reliquis. Nam omnia in lapide lapis, & in anima uegetatiua, ipſa anima, & in uita uita, & in ſenſu ſenſus, in uiſu uiſus, in auditu auditus, in imagine imaginatio, in ratione ratio, in intellectu intellectus, in Deo Deus, & nuncuide, quomodo rerum unitas ſiue uniuerſum, eſt in pluralitate, & econtuerſo pluralitas, in unitate. Conſidera attentiùs & uidebis, quomodo quælibet res actu exiſtens ex eo quieſcit, quia omnia in ipſa ſunt ipſa, & ipſa in Deo Deus. Mirabilem rerum unitatem, admirandam æqualitatem, & mirabiliſſimam uides connexionem, ut omnia ſint in omnibus. Rerum etiam diuerſitatem & connexionem, in hoc exoriri intelligis: nam cum quælibet res actu, omnia eſſe non potuit; quia fuiſſet Deus, & propterea omnia in quolibet eſſent eo modo, quo eſſe poſſent ſecundum id quod eſt quodlibet, non potuit quodlibet eſſe conſimile per omnia alteri, ut patuit ſuprà: ab hoc fecit omnia in diuerſis gradibus eſſe, ſicut & illud eſſe, quod non potuit ſimul incorruptibiliter eſſe, fecit incorruptibiliter in temporali ſucceſsione eſſe, ut ita omnia id ſint quod ſunt, quoniam alter & melius eſſe non potuerunt. Quieſcunt igitur omnia in quolibet, quoniam non poſſet unus gradus eſſe ſine alio: ſicut in membris corporis, quodlibet confert cuilibet, & omnia in omnibus contentãtur. Poſtquàm enim oculus non poteſt eſſe manus, & pedes, & alia omnia actu, contentatur ſe eſſe oculum, & pes pedem, & omnia membra ſibi mutuò conferunt, ut quodlibet ſit meliori modo quo poteſt id quod eſt, & nõ eſt manus manus, nec pes pes in oculo, ſed in oculo ſunt oculus, in quãtũ ipſe oculus eſt immediatè in homine, & ita omnia membra in pede inquantum pes, immediatè in homine, ut quodlibet membrum per quodlibet, immediate ſit in homine, & homo ſiue totum per quodlibet membrum ſit in quolibet, ſicut totum in partibus eſt, per quamlibet in qualibet. Si igitur conſideras humanitatem, quaſi eſſe quid abſolutum

http://www.obrascatolicas.com

lutum impermiſcibile,& incontrahibile,& hominem conſideras,in quo eſt ipſa abſoluta humanitas abſolutè,& à qua eſt ipſa contracta humanitas,quæ eſt homo,eſt ipſa humanitas abſoluta,quaſi Deus, & contracta quaſi uniuerſum. Et ſi ut ipſa abſoluta humanitas eſt in homine principaliter ſeu prioriter, & conſequenter in quolibet membro, aut qualibet parte, & ipſa contracta humanitas eſt in oculo oculus, in corde cor, & ita de reliquis, & ita contracte in quolibet quodlibet,tunc ſecundum hanc quidem poſitionem, reperta eſt ſimilitudo Dei & Mundi, & eorum omnium manu ductio,quæ in iſtis duobus capitibus tacta ſunt, cum aliis multis,quæ ex hoc ſequuntur.

De complicatione & gradibus contractionis uniuerſi. Cap. VI.

SVprà omnem intellectum, in prioribus uniuerſum ſiue mundum eſſe comperimus unum, cuius unitas contracta eſt per pluralitatem, ut ſit unitas in pluralitate. Et quia unitas abſoluta eſt prima, & unitas uniuerſi ab iſta, erit unitas uniuerſi ſecunda unitas, quæ in quadam pluralitate conſiſtit. Et quoniam(ut in de coniecturis oſtendetur)ſecunda unitas eſt denaria,decem uniens prædicamenta, erit uniuerſum unum, explicans primam abſolutam unitatem ſimplicem, denaria contractione. Complicantur autem omnia in denario, quoniam non eſt numerus ſuprà ipſum. Quare unitas uniuerſi denaria, pluralitatem omnium contractorum complicat. Et quia illa uniuerſi unitas,ut principium contractum omnium, eſt in omnibus,,tunc ut denarius eſt radix quadrata centenarij,& cubica millenarij,ita unitas uniuerſi eſt radix uniuerſorum,à qua quidem radice,primo oritur quaſi numerus quadratus, ut unitas tertia, & cubicus numerus,ut unitas ultima,ſiue quarta,& eſt unitatis uniuerſi quæ eſt ſecunda unitas,prima explicatio,unitas tertia centenaria, & ultima explicatio,unitas quarta millenaria,& ita reperimus tres uniuerſales unitates, gradatim deſcendentes ad particulare,in quo contrahuntur,ut ſint actu ipſum. Prima abſoluta unitas, omnia complicat abſolute,prima contracta, omnia contracte, ſed ordo habet,ut abſoluta unitas uideatur quaſi primam contractam complicare, ut per eius medium alia omnia,& contracta prima uideatur ſecundam contractam complicare, & eius medio tertiam contractam, & ſecunda contracta tertiam contractam (quæ eſt ultima uniuerſalis unitas,& quarta à prima)ut eius medio in particulare deueniat. Et ſic uidemus quomodo uniuerſum per gradus tres, in quolibet particulari contrahitur. Eſt igitur uniuerſum,quaſi decem generaliſsimorum uniuerſitas,& deinde genera, deinde ſpecies, & ita uniuerſalia ſunt illa ſecundum gradus ſuos, quæ ordine quodam naturæ, gradatim ante rem quæ actu ipſa contrahit,exiſtunt. Et quoniam uniuerſum eſt contractum, tunc non reperitur niſi in generibus explicatum, & genera non reperiuntur, niſi in ſpeciebus. Indiuidua uerò ſunt actu, in quibus ſunt contracte uniuerſa, & in iſta conſideratione uidetur, quomodo uniuerſalia non ſunt niſi contracte actu. Et eo quidem modo uerum dicunt Peripatetici, uniuerſalia extra res non eſſe actu, ſolum enim ſingulare actu eſt, in quo uniuerſalia ſunt contracte ipſum, habent tamen uniuerſalia ordine naturæ quoddam eſſe uniuerſale, contrahibile per ſingulare, non quòd ſint actu antè contractionem aliter, quàm naturali ordine, ut uniuetſale contrahibile, in ſe non ſubſiſtens, ſed in eo quòd actu eſt: ſicut punctus, linea, ſuperficies, ordine progreſsiuo corpus in quo actu tantum ſunt, præcedunt. Vniuerſum enim non quia eſt actu niſi contracte, ideò eſt ens rationis, ita uniuerſalia non ſunt ſolùm entia rationis, licet non reperiantur,extrà ſingularia actu:ſicut linea, & ſuperficies, licet extrà corpus non reperiantur, propterea non ſunt entia rationis tantum, quoniam ſunt in corpore,ſicut uniuerſalia in ſingularibus. Intellectus tamen, facit ea extrà res per abſtractionem eſſe, quæ quidem abſtractio eſt ens rationis, quoniam abſolutum eſſe eis conuenire non poteſt. Vniuerſale enim penitùs abſolutum, Deus eſt. Quomodo autem

Liber de coniecturis.

Prima unitas 1

Secunda unitas. 10

Tertia unitas. 100.

Quarta unitas. 1000.

autem uniuerſale ſit in intellectu, in libro coniecturarum uidebimus,licet ex ſuperioribus hoc ſatis patere poſſet, cum non ſint ibi niſi intellectus, & ita intellectualiter contractè: cuius intelligere(cum non ſit eſſe clarius & altius) appræhendit uniuerſalium cõtractionem in ſe,& in aliis. Canis enim, & cætera animalia eiuſdem ſpeciei,uniuntur propter naturæ communitatem ſpecificam quæ in eis eſt, quæ & in ipſis contracta eſſet,etiam ſi Platonis intellectus,ſpecies ex comparatione ſimilitudinum, ſibi non fabricaret. Sequitur igitur,intelligere,eſſe, & uiuere,quò ad operationem ſuam, quoniam per operationem ſuam nec poteſt dare eſſe, nec uiuere, nec intelligere ipſius intellectus,quò ad res intellectas,ſequitur eſſe,& uiuere,intelligere naturæ,in ſimilitudine. Quare uniuerſalia, quæ ex comparatione facit,ſunt ſimilitudo uniuerſalium contractorum in rebus,quę uniuerſalia in ipſo intellectu iam ſunt contracte,antequàm etiam exteris illis notis explicet per intelligere, quod eſt operari ipſius. Nihil enim intelligere poteſt quod non ſit iam in ipſo, contracte ipſum. Intelligendo igitur mundum, quẽdam ſimilitudinarium,qui eſt in ipſo contractus,notis & ſignis ſimilitudinarijs,explicat. De unitate igitur,& contractione uniuerſi in rebus,hoc loco ſatis dictum eſt,amplius de trinitate eius ſubijciamus.

De trinitate uniuerſi. Cap. VII.

POſtquàm unitas abſoluta eſt neceſſariò trina, non quidem contractè, ſed abſolute(nam non eſt aliud abſoluta unitas quàm trinitas, quę quidem in quadam correlatione familiariùs,appræhenditur,ut de hoc ſatis in primo libro dictum eſt)ita quidem unitas maxima contracta, etiam ut eſt unitas, eſt trina: non quidem abſolutè, ut trinitas ſit unitas, ſed contractè, ita quòd unitas non ſit niſi in trinitate,ſicut totum in partibus contractè. In diuinis unitas non eſt contracte in trinitate,ut totum in partibus,ſeu uniuerſale in particularibus,ſed ipſa unitas eſt trinitas. Propterea quælibet perſonarum,eſt ipſa unitas. Et quoniam unitas eſt trinitas,una perſona non eſt alia. In uniuerſo uerò non poteſt ita eſſe,propter hoc tres illę correlationes,quę in diuinis perſonę uoantur, non habent eſſe actu,niſi in unitate ſimul. Oportet acute iſta aduertere,nam in diuinis tanta eſt perfectio unitatis,quę eſt trinitas,quòd pater eſt actu Deus, filius actu Deus, ſpiritus ſanctus actu Deus, filius & ſpirituſſanctus,actu in patre,filius & pater, in ſpirituſancto, pater & ſpirituſſanctus,in filio,ita quidem,in contracto eſſe nequit,nam correlationes non ſunt ſubſiſtentes per ſe,niſi copulate. Neq; quælibet propterea poteſt eſſe uniuerſum, ſed ſimul omnes. Neq; una eſt in aliis actu,ſed ſunt eo modo,quo hoc patitur conditio contractionis, perfectiſsimè ad inuicem contracte, ut ſit ex ipſis unum uniuerſum,quod ſine illa trinitate eſſe non poſſet unum. Non poteſt enim contractio eſſe ſine contrahibili,contrahente, & nexu,qui per communem actum utriuſque,perficitur. Contrahibilitas uerò dicit quandam poſsibilitatem, & ab illa unitate gignente in diuinis,deſcendit:ſicut alteritas ab unitate, dicit enim mutabilitatem & alteritatem,in conſideratione principij: nihil enim precedere uidetur, Poſſe. Quomodo enim quid eſſet, ſi non potuiſſet eſſe: ppſsibilitas igitur ab ęterna unitate deſcendit. Ipſum autem contrahens, cum terminet poſsibilitatem contrahibilis, ab ęqualitate unitatis deſcendit Aequalitas enim unitatis,eſt ęqualitas eſſendi. Ens enim & unum, conuertuntur. Vnde cum contrahens ſit adęquans poſsibilitatem, ad contractè iſtud uel illud eſſendum, rectè ab ęqualitate eſſendi, quę eſt uerbum in diuinis, deſcendere dicitur. Et quoniam ipſum uerbum quod eſt ratio & idea, atque abſoluta rerum neceſsitas, poſsibilitatem per ipſum tale contrahens neceſsitat & conſtringit. Hinc ipſum contrahens, quidam formam aut animam mundi, & poſsibilitatem materiam uocauerunt, alij fatum in ſubſtantia, alij (ut Platonici) neceſsitatem complexionis: quoniam à neceſsitate abſoluta deſcendit,ut ſit quaſi quędam contracta neceſsitas, & forma contracta, in qua ſint omnes formę in ueritate, de quo infrà dicetur. Eſt deinde nexus contrahentis & contrahibilis, ſiue materię & formę, aut poſsibilitatis & neceſsita-

Quædã. ex alienis Platonis placita.

Anima mũdi

Fatum

Neceſsitas complexionis.

http://www.obrascatolicas.com

ceſsitatis complexionis, qui actu perficitur quaſi quodam ſpiritu amoris, motu quodam illa unientis. Et hic nexus, determinata poſsibilitas à quibuſdam nominari conſueuit, quoniam poſſe eſſe, ad actu eſſe hoc uel illud, determinatur ex unione ipſius determinantis formæ, & determinabilis materię. Hunc autem nexum, à ſpiritu ſancto qui eſt nexus infinitus, deſcendere, manifeſtum eſt. Eſt igitur unitas uniuerſi, trina, quoniam ex poſsibilitate, neceſsitate complexionis, & nexu, quæ potentia, actus, & nexus, dici poſſunt. Et ex hoc quatuor modos uniuerſales eſſendi, collige. Nam eſt modus eſſendi qui abſoluta neceſsitas dicitur: ut ſcilicet Deus eſt forma formarum, ens entium, rerum ratio, ſiue quidditas, & in hoc eſſendi modo, omnia in Deo ſunt ipſa neceſsitas abſoluta. Alius modus eſt, ut res ſunt in neceſsitate complexionis, in qua ſunt rerum formæ in ſe ueræ, cum diſtinctione & ordine naturæ, ſicut in mente: an autem hoc ita ſit, uidebimus infrà. Alius modus eſſendi eſt, ut res ſunt in poſsibilitate determinata, actu hoc uel illud. Et infimus modus eſſendi eſt, ut res poſſunt eſſe, & eſt poſsibilitas pura. Tres modi eſſendi ultimi, ſunt in una uniuerſitate quæ eſt maximum contractum: ex quibus eſt unus uniuerſalis modus eſſendi: quoniam nihil ſine ipſis eſſe poteſt. Dico eſſendi modos: quoniam non eſt uniuerſalis eſſendi modus, quaſi ex tribus illis ut partibus taliter compoſitus, ſicut domus ex tecto, fundamento, & pariete, ſed ex eſſendi modis, quoniam roſa quæ eſt in roſario, in potentia in hyeme, & in actu in æſtate, tranſiuit de uno modo eſſendi poſsibilitatis ad determinatum actu. Ex quo uidemus, alium eſſe eſſendi modum poſsibilitatis, alium neceſsitatis, & alium actualis determinationis, ex quibus eſt unus uniuerſalis modus eſſendi, quoniam ſine illis nihil eſt,

Eſſendi modi quatuor.

formatur, ut ſit actu. Vnde Hermes aiebat: ὕλην eſſe corporum nutricem, & illam informitatem nutricem animarum: & ex noſtris quidam, aiebat Chaos mundum naturaliter præceſsiſſe, & fuiſſe rerum poſsibilitatem, in quo ille informis ſpiritus fuit, in quo omnes animæ ſunt poſsibiliter. Vnde aiebant ueteres Stoici, formas omnes in poſsibilitate actu eſſe, ſed latitare, & ſublationem tegumenti apparere: quemadmodum ſi coclear ex ligno, fit per ablationem partium tantum. Peripatetici uerò, ſolum poſsibiliter formas in materia eſſe dicebant, & per efficientẽ educi. Vnde iſtud uerius eſt, quę ſcilicet formæ non ſolum ſunt ex poſsibilitate, ſed efficiente. Qui enim tollit ex ligno partes ut fiat ex ligno ſtatua, addit de forma, & hoc quidem manifeſtum eſt: namq; ex lapide non poteſt fieri arca per artificem, defectus eſt materiæ, & quę quis alius ab artifice ex ligno eam efficere nequit, defectus eſt in efficiente. Requiritur igitur materia & efficiens. Et hinc formæ quodammodo poſsibiliter ſunt in materia, quę ad actum, ſecundum conuenientiam efficientis, deducuntur: ſic in poſsibilitate abſoluta, uniuerſitatem rerum poſsibiliter dixerũt, & eſt ipſa poſsibilitas abſoluta, interminata & infinita, propter carentiam formæ, & aptitudinem ad omnes: ut poſsibilitas figurãdi ceram in leonis, aut leporis figuram, aut alterius cuiuſcunq; interminata eſt. Et iſta infinitas, cõtraria eſt infinitati Dei, quia iſta eſt propter carentiam, Dei uerò propter abundantiam, quoniam omnia in ipſo, ipſe actu. Ita infinitas materiæ eſt priuatiua, Dei negatiua. Hæc eſt poſitio eorum, qui de poſsibilitate abſoluta locuti ſunt. Nos autem per doctam ignorantiam reperimus, impoſsibile fore poſsibilitatem abſolutam eſſe. Nam cum inter poſsibilia nihil minus poſsit eſſe, quàm poſsibilitas abſoluta, quę eſt propinquiſſimè circa non eſſe, ſecundum etiam poſitionem authorum: hinc ad minimũ deueniretur, atq; ad maximum in re-

Hermes.

Peripatetici.

Exſentẽtia

http://www.obrascatolicas.com

necessariò contracta, quę quidem contractio, non est ex contingenti, quia per actum et ita uniuersum, rationalem et necessariam causam contractionis habet: ut mundus, qui non est nisi esse contractum, nõ sit contingenter à Deo, qui est maximitas absoluta. Et hoc quidẽ singulariùs considerandũ. Vnde cũ possibilitas absoluta sit Deus, si mũdum consideramus ut in ipsa est, tunc est ut in Deo, & est ipsa æternitas: si ut est in possibilitate contracta consideramus, tunc possibilitas, natura tantum mundũ præcedit, & non est illa possibilitas contracta, æternitas, nec Deo coëterna, sed cadens ab ipsa, ut contractum ab absoluto, quæ distant per infinitum. Hoc enim modo, ea quæ de potentia aut possibilitate, siue materia dicuntur, secundum regulas doctę ignorantiæ limitare necesse est. Quomodo autem possibilitas ad actum gradatim progrediatur, libro de coniecturis tangendum relinquimus.

Liber de coniecturis.

Anima mũdi, aliena

De anima siue forma uniuersi. Cap. IX.

SApientes omnes in hoc concordant, quod posse esse, ad actu esse non potest nisi per actu esse, deduci: quoniã nihil seipsum ad actu esse perducere potest, ne sit sui ipsius causa, esset enim ante quã esset: unde illud quod possibilitatem actu esse facit, ex intentione agere dixerunt, ut ordinatione rationabili, possibilitas ad actu esse deueniret, & non casu. Hanc excelsam naturam, alij mentẽ, alij intelligentiam, alij animam mundi, alij fatum in substantia, alij (ut Platonici) necessitatem cõplexionis, nominarunt, qui æstimabant possibilitatem, necessitate per ipsam determinari, ut sit nunc actu, quod prius natura potuit. In illa enim mente, formas rerum actu intelligibiliter esse aiebant, sicut in materia possibiliter: & ipsa necessitas complexionis, in se ueritatem habens formarum, cum ijs quæ ipsas cõcomitantur, secundum naturæ ordinem moueret cœlum, ut mediante motu, tanquã instrumento, possibilitatem ad actum, & quantò conformius posset, conceptui ueritatis intelligibili æqualem, deduceret: concedentes formam ut in materia est, per hanc operationẽ mentis, mediãte motu, esse imaginem ueræ intelligibilis formæ, etiam non ueram sed uerisimilem. Et ita aiebant Platonici, non tempore sed natura prius esse, formas ueras in anima mundi, quã in rebus, quod Peripatetici non concedunt: quoniam dicunt, formas aliud esse non habere, nisi in materia, & per abstractionem in intellectu, quę sequitur rem, ut patet. Placuit autem Platonicis, talia distincta exemplata in necessitate cõplexionis plura, cum naturali ordine, ab una infinita ratione esse, in qua omnia sunt unum, non tamen ab illa ista exemplata creata crediderunt: sed taliter descẽdere, quod nunquam uerum fuit dicere. Deus est, quinetiam esset uerum, anima mundi est: affirmantes, eam esse explicationem mẽtis diuinæ, ut omnia quæ in Deo sunt unum exemplar, sint in mundi anima plura & distincta: addentes, Deum naturaliter præcedere hanc cõplexionis necessitatem, & ipsum animam mundi, præcedere naturaliter motum, et instrumentum, explicationem temporalem rerum. Et ita quod illa quæ essent ueraciter, essent in anima possibiliter, & in materia per motum temporaliter explicarentur. Quæ quidem temporalis explicatio, sequitur ordinem naturalem, qui est in anima mundi, & dicitur fatum in substantia, & eius explicatio temporalis, est fatum ab illo descendens, actu & opere nominatum à plærisq;. Et ita modus essendi in anima mundi, est secundum quem dicimus mundum intelligibilem. Modus essendi actu, per determinationem possibilitatis actu, per explicationem ut iam dictum est: est modus essendi, secundum quem iste mundus est sensibilis secundum eos. Neque uoluerunt illas formas ut sunt in materia, esse alias ab ipsis, quæ sunt in anima mundi, sed tantum secundum modum essendi differenter: ut in anima mundi, ueraciter & in se, in materia, ueri similiter non in sua puritate, sed cum obumbratione: adiicientes, ueritatem formarum solum per intellectum attingi, per rationem imaginationẽ, & sensum, nõ secundũ imagines, prout formę sunt per mixtę possibilitati, et quod propterea non uerè attingitur quicquam sed opinatiuè. Ab hac mundi anima, omnem motum descendere putarunt, quam totam in toto, & in qualibet parte mundi esse dixerunt, licet non easdem uirtutes in omnibus partibus exerceat: sicut anima

Platonici.

Peripatetici.

Platonici.

anima rationalis in homine, non exercet incapillis, & in corde eãdem operationem, licet tota sit in toto, & in qualibet parte. Vnde in ipsa, omnes animas cõplicari uoluerũt, siue in corporib. siue extrà: quoniã per totũ uniuersum, eã diffusam dixerũt, non per partes, quia simplex & impartibilis, sed totam in terra ubi terram connectit, totam in lapide ubi partium tenacitatẽ operatur, totam in aqua, totam in arboribus, & ita de singulis: quoniã ipsa est prima explicatio circularis (mente diuina se ut puncto centrali habẽte, & anima mũdi, ut circulo centrũ explicãte) explicatio naturalis omnis tẽporalis ordinis rerum. Ideò ipsam, propter discretionẽ & ordinem, numerum se mouentem, dixerunt: ac esse ex eodem & diuerso affirmarunt, quam etiam solo numero, ab anima hominis differre putabant: ut sicut hominis anima ad hominem se habet, ita ipsa ad uniuersum, credentes omnes animas ab ipsa, & in ipsam finaliter resolui, si demerita non obstarent. Multi Christianorum illi uiæ Platonicæ acquieuerunt, ex eo præsertim, cum alia sit ratio lapidis, alia hominis, & in Deo nõ cadat distinctio & alietas, necessarium putabant has rationes distinctas, secundum quas res distinctæ sunt, post Deũ, & antè res esse (cũ ratio rem præcedat) & hoc in intelligentia rectrice orbium, quodq; ipsæ tales distinctæ rationes, notiones sint rerum in ipsa anima mundi nunquam delebiles, imò ipsam animam ex omnibus omnium notionibus esse uoluerunt, ita quod omnes notiones in ipsa, substantia sint ipsius, licet dictu & cognitu hoc asserãt difficile. Hoc quidem authoritate diuinæ scripturæ astruunt. Dixit enim Deus, fiat lux, et facta est lux. Si enim lucis ueritas, prius naturaliter non fuisset, quomodo dixisset fiat lux: postquàm autem temporaliter fuit explicata illa lux, quare potius dicta lux quàm aliquid aliud fuisset, si nõ fuisset prius lucis ueritas: & multa cõsimilia tales adducũt, pro fortificatiõe huius. Peripatetici uerò, quãuis fateãtur opus naturę, esse opus intelligentię, exẽplaria tamẽ illa nõ admittunt, quos certè nisi per intelligẽtiam Deum intelligant, deficere puto. Nam si non est notitia in intelligentia, quomodo mouet secundũ propositũ: si est notitia rei explicandæ temporaliter quæ est ratio motus, talis à re quæ nondum est temporaliter, abstrahi nõ potuit. Si igitur est notitia sine abstractione, certè tunc est illa de qua loquuntur Platonici, quæ non est à rebus, sed res secundũ eam. Vnde Platonici non uoluerunt, tales rerum rationes esse quid distinctum & diuersum, ab ipsa intelligentia, sed potius quod tales distinctæ inter se, unam quãdam intelligentiam simplicem, in se omnes rationes cõplicantem, efficerent: ut quamuis ratio hominis, nõ sit ratio lapidis, sed sint distinctæ rationes, tamen ipsa humanitas à qua descẽdit homo, sicut ab albedine album, non habet aliud esse quam in ipsa intelligentia, secundùm naturam intelligentiæ intelligibiliter, & in ipsa re realiter: non quod sit alia humanitas Platonis, & alia separata, sed eadem secundùm diuersos modos essendi, existens priùs naturaliter in intelligentia quàm materia, non prius tempore, sed sicut ratio, rẽ natura præcedit. Acutè satis atq; rationabiliter locuti sunt Platonici, fortè irrationabiliter per Aristotelẽ reprehensi, q potius in cortice uerborũ quàm medullari intelligentia, eos redarguere nisus est. Sed utrum sit uerius, per doctã ignorãtiã elicimus. Nã ostensum est, non perueniri ad maximum simpliciter, et ita nõ posse esse aut absolutã potẽtiã, aut absolutã formã siue actũ, quod nõ sit Deus, et quod nõ sit ens præter Deum non cõtractũ, & q non nisi una forma formarũ, & ueritas ueritatũ, & nõ est alia ueritas maxima circuli cũ quadranguli. Vnde formæ rerũ non sunt distinctę, nisi ut sunt cõtracte: ut sunt absolute, sunt una indistincta, quę est uerbum in diuinis. Anima igitur mũdi, nõ habet esse, nisi cũ possibilitate, per quã cõtrahitur, et nõ est mens separata à rebus, aut separabilis. Nã si de mente consideremus, prout separata est a possibilitate, ipsa est mens diuina, quæ sola penitus actu est. Nõ est igitur possibile, plura distincta exẽplaria esse, quod libet enim ad sua exẽplata esset maximũ atq; uerissimũ: sed hoc non est possibile, ut plura maxima & uerissima sint, unũ enim infinitum exemplar tantum, est sufficiens & necessariũ, in quo omnia sunt ut ordinata in ordine, omnes quantũcunq; distinctas rerũ rationes adæquatissimè complicans. Ita quod ipsa infinita ratio, est uerissima ratio circuli, & non maior, nec

Peripatetici.

Ex sectis

http://www.obrascatolicas.com

minor, nec diuersa aut alia. Et ipsamet est ratio quadrãguli, nõ maior, nec minor, nec diuersa, & ita de reliquis: ut ex exemplo lineæ infinitæ, compræhendi potest. Nos autem rerum diuersitates uidentes, admiramur quomodo unica ratio simplicissima omnium, sit etiam diuersa singulorum: qđ tamen necessarium scimus, ex docta ignorantia, quæ diuersitatem in Deo ostendit identitatem. In hoc enim quod uidemus, diuersitatem rationũ, rerum omniũ ueriſsimè esse, tũc in hoc qđ hoc est ueriſsimum, appræhendimus unam omnium rationem ueriſsimam, quæ est ipsa ueritas maxima. Quando igitur dicitur Deum alia ratione creasse hominem, alia lapidem, uerum est habendo respectum ad res, non ad creantem, sicut in numeris uidemus: ternarius, est ratio simpliciſsima, non recipiens nec magis nec minus, in se una, ut autem ad res diuersas refertur, secundum hoc alia ratio existit. Nam alia est ratio ternarij triangulorum in triangulo, alia materiæ, formæ, & compositi in substãtia, alia patris, matris & filij, aut trium hominum, & trium asinorum. Vnde necessitas complexionis non est ut posuerunt Platonici, scilicet mens minor gignente, sed est uerbum & filius equalis patri in diuinis: et dicitur λόγος seu ratio, quoniam est ratio omniũ. Nihil est ergo illud, quod de imaginationibus formarum, Platonici dixerunt, quoniam non est nisi una infinita forma formarum, cuius omnes formæ sunt imagines, ut superiùs quodam loco diximus. Oportet igitur acutè intelligere ista: quoniam anima mundi, est consideranda ut quædam forma uniuersalis, in se complicans omnes formas: non tamen existẽs actu nisi contracte in rebus, quæ in qualibet re est forma contracta rei, uti de uniuerso superius dictum est. Est igitur Deus causa efficiens, & finalis, atque formalis omnium, qui efficit in uerbo uno, omnia quantumcunq; diuersa inter se, & nulla potest esse creatura, quæ non sit ex contractione diminuta, ab isto opere diuino per infinitum cadens: solus enim Deus est absolutus, omnia alia contracta. Nec cadit eo modo medium, inter absolutum & cõtractatũ, ut illi imaginati sunt, qui animã mũdi mentẽ putarũt post Deum, & antè cõtractionẽ mũdi. Solus enim Deus, anima et mens mũdi est, eo modo quo anima quasi quid absolutum, in quo omnes rerum formæ actu sunt, consideratur. Philosophi quidem de uerbo diuino & maximo absoluto, sufficienter instructi non erant, ideò mẽtem & animam ac necessitatem, in quadam explicatione necessitatis absolutè sine contractione considerarunt. Non sunt igitur formæ actu in uerbo, nisi ipsum uerbum, & in rebus contracte. Formæ autem, quæ sunt in natura intellectuali creata, licet secundum intellectualem naturam sint magis absolutè, tamen sine contractione non sunt, ut sint intellectus cuius operatio est intelligere per similitudinem abstractiuam, ut ait Aristoteles, de quo quædam in libro de coniecturis. Et ista de anima mundi dicta sufficiant.

Platonici.

Aristoteles Lib. de coniecturis.

De spiritu uniuersorum. Capitulum. X.

Aliena. Aplanes. Atropos. Clotho. Lachesis.

MOtum, per quẽ est connexio formæ et materiæ, spiritum quẽdam esse quasi inter formam & materiam medium, quidam opinati sunt. & hunc in Aplane, in planetis, & rebus terrenis diffusũ, considerarunt. Primũ ἄτροπον, quasi sine cõuersione uocarunt, quia Aplanes, simplici motu ab oriente in occidens moueri crediderũt. Secundũ κλωθὼ uocarunt, id est conuersio, quoniam planetæ per conuersionem contrà Aplanes, de occidente in oriens mouentur. Tertium λάχεσιν, id est sors, quoniam casus rebus terrenis dominatur. Motus planetarũ, est ut euolutio primi motus, & motus temporalium & terrenorum, est euolutio motus planetarum. In rebus terrenis, latent quædam euentuum causæ, ut feges in semine: unde dixerunt, quod ea quæ in anima mundi quasi in glomo sunt complicata, per talem motum explicantur & extenduntur. Considerarunt enim sapientes, quasi sicut artifex uult statuam in lapide exculpere, formam statuæ in se habens quasi ideam, per quædam instrumenta quę mouet, ipsam formam statuæ, in figura ideæ, & in eius imagine efficit: ita putabant mentem, siue animam mundi, in se gestare exemplaria rerum, & per motum, illa in materia explicare, & hunc motum per omnia diffusum dixe-

dixerunt, sicut animam mundi, quem in Aplane, in planetis, & rebus terrenis, quasi fatum descendens actu & operæ à fato in substantiam, dixerunt esse explicationem fati in substantia: quoniam res actu ad sic essendum, per ipsum talem motum seu spiritum determinatur. Hunc spiritum connexionis procedere ab utroq;, scilicet possibilitate & anima mundi, dixerunt, nam materia cum habeat ex aptitudine sui, recipiendi formam, quendam appetitum: ut turpe appetit bonum, & priuatio habitum, & cum forma desideret esse actu, & non possit absolutè subsistere, cum non sit suum esse nec sit Deus: descendit ut sit cõtracte in possibilitate, hoc est ascendente possibilitate uersùs actu esse, descẽdit forma ut sit finiẽs, perficiẽs, & terminans possibilitatem. Et ita ex ascensu & descensu, motus exoritur connectens utrũq;, qui motus est mediũ connexionis potẽtiæ & actus, quoniam ex possibilitate mobili, & motore formali, oritur ipsum mouere, medium. Est igitur hic spiritus, per totũ uniuersum, & singulas, eius partes diffusus & contractus, qui natura dicitur. Vnde natura est quasi cõplicatio omnium, quæ per motum fiunt. Quomodo autem hic motus ab uniuersali contrahatur, usq; in particulare, seruato ordine per gradus suos, hoc exemplo considerabitur. Nam dũ dico Deus est, quodam motu progreditur hęc oratio, sed ordine tali, ut primò proferam literas, deinde syllabas, deinde dictiones, deinde orationem ultimò, licet auditus hunc ordinem gradatim non discernat: ita quidem motus gradatim de uniuerso in particulare descendit, & ibi contrahitur ordine temporali aut naturali. Hic autem motus siue spiritus descendit à spiritu diuino, qui per ipsum motum cuncta mouet. Vnde sicut in loquente est quidam spiritus, procedens ab eo qui loquitur, qui contrahitur in orationem ut proferatur: ita Deus qui est spiritus, est à quo descendit omnis motus, ait enim Veritas: Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis, & ita de alijs omnibus motibus & operationib. Hic igitur spiritus, creatus est spiritus, sine quo nihil est unum, aut subsistere potest, sed totus iste mundus, & omnia quæ in eo sunt, per ipsum spiritum, qui replet orbẽ terrarum, naturaliter id sunt connexè quod sunt, ut potentia per eius medium sit in actu, & actus eius medio in potentia. Et hic est motus amorosæ cõnexionis omniũ ad unitatem, ut sit omnium, unum uniuersum: nam dũ omnia mouẽtur singulariter, ut sint hoc quod sunt meliori modo, & nullum sicut aliud æqualiter, tamen motum cuiuslibet quodlibet suo modo contrahit, & participat mediatè aut immediate (sicut motum cœli elemẽta, & elementata, & motum cordis omnia mẽbra) ut sit unũ uniuersum, & per hunc motum sunt res meliori quodam modo quo possunt, & ad hoc mouentur, ut in se aut in specie conseruentur, per naturalem sexum diuersorum cõnexionem, qui natura cõplicãte motũ, sunt uniti, & diuisiuè contracti in individuis. Non est igitur aliquis motus simpliciter maximus, quia ille cum quiete coincidit. Quare non est motus aliquis absolutus, quoniam absolutus, est quies, & Deus, & ille cõplicat omnes motus. Sicut igitur omnis possibilitas est in absoluta, quæ est Deus æternus, & omnis forma & actus in absoluta forma, quæ est uerbũ patris, & filius in diuinis: ita omnis motus connexionis, et proportio ac harmonia uniens, est in absoluta connexione diuini spiritus, ut sit unum omnium principium Deus, in quo omnia, & per quem omnia sunt, in quadam unitate trinitatis, similitudinariè cõtracta secundum magis & minus, intrà maximum & minimum simpliciter, secundum gradus suos, ut alius sit gradus potentia, actus, & connexionis motus in intelligentijs, ubi intelligere est mouere: & alius materiæ, formæ, & nexus in corporalibus, ubi esse est mouere: de quibus alibi tangemus. Et ista de trinitate uniuersi, sufficiant pro præsenti.

Natura. Ex sententia.

Correlaria de motu. Cap. XI.

FOrtasse admirabuntur qui ista prius inaudita legerint, postquàm ea uera esse docta ignorantia ostendit. Scimus nunc ex istis, uniuersum trinum, & nihil uniuersorum esse, quod non sit unum ex potentia, actu & connexionis motu, & nullum horum, sine alio absolutè subsistere posse: ita quod necessariò

http://www.obrascatolicas.com

Similia Paradoxis.

illa in omnibus ſunt ſecundum diuerſiſsimos gradus, adeò differenter, quod nulla duo in uniuerſo per omnia, æqualia eſſe poſſunt ſimpliciter: propter quod aliquid machinã mundanã habere, aut iſtã terrã ſenſibilem, aut aerẽ, uel ignẽ aliud quodcũque pro centro fixo & immobili, uarijs motibus orbium cõſideratis, eſt impoſsibile: non deuenitur enim in motu ad minimum ſimpliciter, puta fixum centrum, quia minimum cum maximo coincidere neceſſe eſt. Centrum igitur mundi, coincideret cum circũferentia. Non habet igitur mundus circumferentiã, nam ſi centrum haberet & circũferentiam, & ſic intrà ſe haberet ſuum initium & finem et eſſet ad aliquid aliud ipſe mundus terminatus, & extrà mundum eſſet aliud & locus, quæ omnia ueritate carent. Cũ igitur nõ ſit poſsibile, mũdũ claudi intrà centrũ corporale et circũferentiã, non intelligitur mundus, cuius centrum & circumferentia ſunt Deus: & cum hic non ſit mundus infinitus, tamen non poteſt concipi finitus, cũ terminis careat, intrà quos claudatur. Terra igitur, quæ centrum eſſe nequit, motu omni carere non poteſt, nam eam moueri taliter etiam neceſſe eſt, quod per infinitum minus moueri poſſet. Sicut igitur terra non eſt centrum mundi: ita nec ſphæra fixarum ſtellarum, aut alia, eius circumferentia, quàmuis etiam comparãdo terram ad cœlum, ipſa terra uideatur centro propinquior, & cœlum circumferentiæ. Non eſt igitur centrum terra, neque octauæ aut alterius ſphæræ: neque apparentia ſex ſignorum ſuper horizontem, terram concludit in centro eſſe octauæ ſphæræ. Nam ſi eſſet etiam diſtanter à centro, & circa axẽ per polos tranſeuntem, ita quod una parte eſſet eleuata uerſùs unum polum, & alia depreſſa uerſùs alium, tunc hominibus tantum à polis diſtantibus, quantum horizõ ſe extendit, ſola medietas ſphæræ appareret, ut eſt manifeſtum. Neq; etiam eſt ipſum mundi centrum plus intrà terram, quàm extrà. Neque etiam terra iſta, neque aliqua ſphæra habet centrum, nam cum centrum ſit punctus æquediſtans circumferentiæ, & non ſit poſsibile ueriſsimam ſphæram aut circulum eſſe, quin uerior dari poſſit: manifeſtum eſt non poſſe dari centrum, quin uerius etiam dari poſsit, atque præciſiùs. æquediſtantia præciſa ad diuerſa extrà Deum, reperibilis non eſt, quia ipſe ſolus eſt infinita æqualitas. Qui igitur eſt centrum mundi, ſcilicet Deus benedictus, ille eſt centrum terræ, & omnium ſphærarum, atque omnium quæ in mundo ſunt, qui eſt ſimul omnium circumferentia infinita. Prẽterea, non ſunt in cœlo poli immobiles atque fixi, quàmuis etiam cœlum ſtellarum fixarum, uideatur per motum deſcribere, graduales in magnitudine circulos minores, quàm coluros aut quàm æquinoctialem, & ita de intermedijs: ſed neceſſe eſt omnem cœli partem moueri, licet inæqualiter comparatione circulorũ per motum ſtellarum deſcriptorum. Vnde ſicut quædam ſtellæ uidentur maximum circulum deſcribere, ita quædã minimum, ſed nõ reperitur ſtella quæ nullum deſcribat. Quoniam igitur non eſt polus in ſphæra fixus, manifeſtum eſt, neque æquale medium reperiri, quaſi æquediſtanter à polis. Non eſt igitur ſtella in octaua ſphæra, quæ per reuolutionem deſcribat maximum circulum, quoniam illam æquediſtare à polis neceſſe eſſet, qui non ſunt, & per conſequens, nõ eſt quæ minimum circulum deſcribat. Poli igitur ſphærarum, coincidunt cum centro, ut non ſit aliud centrum quàm polus, quia Deus benedictus. Et quoniam nos motum non niſi comparatione ad fixum, ſcilicet polos aut cẽtra, deprehendere poſſumus, & illa in menſuris motuum præſupponimus: hinc in coniecturis ambulantes in omnibus nos errare cõperimus, & admiramur quãdo ſecundum regulas antiquorum, ſtellas in ſitu nõ reperimus cõcordare, quia eos rectè de centris & polis & mẽſuris credimus cõcepiſſe. Ex his quidẽ manifeſtũ eſt, terram moueri. Et quoniã ex motu cometæ, aeris, & ignis, elemẽta experti ſumus moueri, & lunã minus de oriente in occaſum, quã Mercuriũ, aut Venerẽ, uel Solẽ, et ita gradatim: hinc terra ipſa adhuc minus omnibus mouetur, ſed tamen non eſt ut ſtella, circà centrũ aut polum minimũ deſcribens circulum, neque octaua ſphæra aut alia, deſcribit maximum, ut ſtatim probatum eſt. Acutè igitur cõſidera, quoniam ſicut ſe habent ſtellæ circà polos coniecturales in octaua ſphæra: ita terra, Luna, & Planetæ, ſunt ut ſtellæ circa polum diſtanter & differenter motæ, coniecturando polum eſſe, ubi creditur centrum. Vnde licet terra

terra quaſi ſtella ſit, propinquior polo centrali, tamen mouetur, & non deſcribit minimum circulum in motu, ut eſt oſtenſum. Imò neque Sol, neque Luna, neque terra neque aliqua ſphæra (licet nobis aliud uideatur) deſcribere poteſt uerum circulum in motu: cum non moueantur ſuper fixo. Neque uerus circulus dabilis eſt, quinetiam uerior dari poſsit, neque unquàm uno tempore, ſicut alio æqualiter præciſè, aut mouetur aut circulum ueriſimilem, æqualem deſcribit, etiamſi nobis hoc non appareat. Neceſſe eſt igitur, ſi de motu uniuerſi aliud aliquid quo ad iam dicta uelis intelligere, ut centrum cum polis complices, te quantum potes cum imaginatione iuuando: nam ſi quis eſſet ſuprà terrã, & ſub polo arctico, et alius in polo arctico: ſicut exiſtenti in terra, appareret polũ eſſe in Zenith, ita exiſtẽti in polo, appareret centrũ eſſe in Zenith. Et ſicut Antipodes, habent ſicut nos cœlum ſurſum, ita exiſtentibus in polis ambobus, terra appareret in Zenith eſſe, & ubicunque quis fuerit, ſe in centro eſſe credit. Complica igitur iſtas diuerſas imaginationes, ut ſit centrum Zenith & econuerſõ: & tũc per intellectum (cui tantum docta ſeruit ignorãtia) uides, mundum & eius motum ac figuram attingi non poſſe, quoniam apparebit quaſi rota in rota, & ſphæra in ſphæra, nullibi habens centrum uel circumferentiam, ut præfertur.

De conditionibus terræ. Cap. XII.

ADiſta iam dicta ueteres non attigerunt, quia indocta ignorantia defecerunt. Iam nobis manifeſtum eſt, terram iſtam in ueritate moueri, licet nobis hoc nõ appareat, cũ non appræhendimus motũ niſi per quãdam comparationem ad fixum. Si enim quis ignoraret aquam fluere, & ripas non uideret, exiſtens in naui in medio aquæ, quomodo appræhenderet nauem moueri: & propter hoc cum ſemper cuilibet uideatur, quòd ſiue ipſe fuerit in terra, ſine Sole, aut alia ſtella, quòd ipſe ſit in centro quaſi immobili, & quod alia omnia moueantur: ille certè ſemper alios polos ſibi cõſtitueret, ut exiſtẽs in Sole alios & alios in terra, & alios in Luna, & Marte, & ita de reliquis. Vnde erit machina mũdi quaſi habens ubique centrũ, & nullibi circumferentiam: quoniam circumferentia & centrum Deus eſt, qui eſt ubiq; & nullibi. Terra etiã iſta non eſt ſphærica, ut quidam dixerunt, licet tendat ad ſphæricitatem, nam figura mundi contracta eſt in eius partibus, ſicut & motus, quando autem linea infinita conſideratur ut contracta taliter, quod ut cõtracta perfectior eſſe nequit atque capacior, tunc eſt circularis, nam ibi principium coincidit cum fine. Motus igitur perfectior eſt circulari, & figura corporalis perfectior ex hoc ſphærica. Quare omnis motus partis eſt propter perfectionem ad totum, ut grauia uerſus terram, & leuia ſurſum, terra adterram, aqua ad aquam, aer ad aerem, ignis ad ignem, & motus totius quantum poteſt circularem concomitatur, & omnis figura ſphæricam figuram: ut in animalium partibus, & arboribus, & cœlo experimur. Vnde unus motus eſt circulari orte perfectior alio, ita et figuræ ſunt differẽtes. Terræ igitur figura eſt mobilis et ſphærica, & eius motus circularis, ſed perfectior eſſe poſſet. Et quia maximum in perfectionibus, motibus, & figuris in mundo non eſt, ut ex iam dictis patet: tunc non eſt uerũ quod terra iſta ſit uiliſsima & infima, nam quàmuis uideatur centralior, quò ad mundum, eſt tamen etiam, eadem ratione polo propinquior, ut eſt dictum. Neque eſt ipſa terra pars proportionabilis, ſeu aliquota mundi, nam cum mundus non habeat nec maximum nec minimum, neque habet medium, neq; partes aliquotas, ſicut nec homo aut animal, nam manus non eſt pars aliquota hominis, licet pondus eius ad corpus uideatur proportionem habere, & ita de magnitudine & figura, neque color nigredinis, eſt argumentum uilitatis eius, nam in Sole ſiquis eſſet, non appareret illa claritas quæ nobis: conſiderato enim corpore Solis, tunc habet quãdam quaſi terram centraliorem, & quandam luciditatẽ quaſi ignilem circũferẽtialem, & in medio quaſi aqueã nubem & aerẽ clariorem, quãdmodũ terra iſta ſua elementa. Vnde ſi quis eſſet extrà regionẽ ignis, terra iſta in circũferẽtia ſuæ regiõis, per mediũ ignis, lucida ſtella

Paradoxa.

Hypni.

http://www.obrascatolicas.com

appareret,ſicut nobis qui ſumus circa circumferentiam regionis Solis,Sol lucidiſſimus apparet,& non apparet Luna adeò lucida, quoniam fortè circa eius circumferentiam ſumus uerſùs partes magis centrales, puta in regione quaſi aquea ipſius,& hinc non apparet eius lumen, licet habeat lumen proprium,illis in extremitatibus circumferentiæ eius exiſtentibus,apparens,& ſolum lumen reflexionis Solis nobis apparet: etiam propterea calor Lunæ quem ſine dubio ex motu efficit, plus in circũferentia,ubi eſt maior motus,nobis non communicatur,ſicut in Sole. Vnde iſta terra intrà regionem Solis & Lunę,uidetur ſituata,& per horum medium,participat aliarum ſtellarũ Influentiam,quas nos non uidemus, propter hoc quod extrà earum regiones ſumus, uidemus enim tantum regiones earũ quæ ſcintillãt.Eſt igitur terra,ſtella nobilis,quę lumen, & calorem , & influentiam habet aliam & diuerſam ab omnibus alijs ſtellis: ſicut etiam quælibet,à qualibet,lumine,natura,& influentia differt,& ſic quælibet ſtella, alteri comunicat lumen, & influentiam:non ex intentione, quoniam omnes ſtellæ mouentur tantum atque coruſcant:ut ſint meliori modo,unde ex conſequenti participatio oritur:ſicut lux ex ſua natura lucet, non ut ego uideam, ſed ex conſequenti participatio fit,dum utor lumine ad finem uidendi.Ita quidem Deus benedictus omnia creauit, ut dum quodlibet ſtudet Eſſe ſuum conſeruare, quaſi quoddam munus diuinum,hoc agat in communione cum alijs, ut ſicut pes non ſibi tantum , ſed oculo,ac manibus, ac corpori,& homini toti ſeruit, per hoc quod eſt tantum ad ambulandũ, & ita de oculo,& reliquis membris: pariformiter de mundi partibus. Plato enim mũdum animal dixit,cuius animam abſq; immerſione Deum ſi concipis: multa horum quæ diximus tibi clara erunt. Neque dici debet quod quia terra eſt minor Sole,& ab eo recipit influentiam, quod propterea ſit uilior:quoniam regio tota terræ,quæ uſq; ad ignis circumferentiam ſe extendit,magna eſt.Et quàmuis terra minor ſit quàm Sol,ut ex umbra & eclypſibus hoc notum nobis eſt,tamen non eſt nobis notum,quantò regio Solis ſit maior aut minor regione terræ, æqualis autem ei præciſè eſſe nequit,nulla enim ſtella, alteri æqualis eſſe poteſt.Neque terra eſt minima ſtella, quia eſt maior Luna,ut experientia eclypſium nos docuit,& Mercurio etiam,ut quidam dicunt,& fortè alijs ſtellis.Vnde ex magnitudine,argumentũ uilitatẽ nõ concludit.Influentia etiam quam recepit,non eſt argumentum cõcludens imperfectionem: nam ipſa ut eſt ſtella,Soli,& ſuæ regioni fortè pariformiter influit,ut præfertur,& cũ non experiamur nos aliter quàm in centro eſſe, in quo confluunt influentiæ, de iſta influentia nihil experimur.Nam & ſi terra quaſi poſsibilitas ſe habeat,& Sol ut anima ſiue intellectualitas formalis, eius reſpectu, & Luna ut medius nexus,ita ut iſtæ ſtellæ intrà unam regionem poſitæ,ſuas ad inuicem influentias uniant & alijs ſcilicet Mercurio & Veneri, & cæteris ſuprà exiſtentibus,ut dixerunt antiqui,& aliqui etiã recẽtiores:tunc patet correlationem influentiæ talem eſſe,quod una ſine alia eſſe nequit.Erit igitur una & trina,in quolibet pariformiter ſecundum gradus ſuos.Quare patet,per hominem non eſſe ſcibile,an regio terræ ſit in gradu perfectiori & ignobiliori,reſpectu regionum ſtellarum aliarum, Solis, Lunæ,& reliquarum quò ad iſta: Neque etiam quò ad locum, puta quod hic locus mundi ſit habitatio hominum & animalium atque uegetabilium, quæ in gradu ſunt ignobiliora, habitantibus in regione Solis & aliarum ſtellarũ. Nã etſi Deus ſit centrũ & circumferentia,omniũ regionum ſtellarum,& ab ipſo diuerſæ nobilitatis naturæ procedant,in qualibet regione habitantes,ne tot loca cœlorum & ſtellarum ſint uacua , & non ſolum iſta terra fortaſsis de minoribus habitata , tamen intellectuali natura, quæ hic in hac terra habitat & in ſua regione, non uidetur nobilior atque perfectior dari poſſe,ſecundum hanc naturam,etiam ſi alterius generis inhabitatores ſint in alijs ſtellis : non enim appetit homo aliam naturam, ſed ſolum in ſua perfectus eſſe. Improportionabiles igitur ſunt illi aliarum ſtellarum habitatores, qualeſcunque illi ſint, ad iſtius mundi incolas, etiam ſi tota regio illa ad totam regionem iſtam , ad finem uniuerſi quandam occultam nobis proportionem gerat, ut ſic inhabitatores iſtius terræ ſeu regionis, ad illos inhabitatores per medium uniuerſalis regionis, hinc inde quandam

dam ad ſe inuicem habitudinem geſtent: ſicut particulares articuli digitorum manus , per medium manus, proportionem habent ad pedem, & particulares articuli pedis,per medium pedis, ad manum: ut omnia ad animal integrum, proportionata ſint. Vnde cum tota nobis regio illa ignota ſit,remanent inhabitatores illi ignoti penitus:ſicut in hac terra accidit , quod animalia unius ſpeciei, quaſi unam regionem ſpecificam facientia,ſe uniunt,& mutuò propter communem regionem ſpecificam, participant ea quæ eorum regionis ſunt,de alijs nihil aut ſe impedientes, aut ueraciter appræhendentes.Non enim animal unius ſpeciei ,conceptum alterius,quem per ſigna exprimit uocalia, appræhendere poteſt, niſi in pauciſsimis ſignis extrinſecus, & tunc per longum uſum, & ſolum opinatiuè. Minus autem de habitatoribus alterius regionis improportionabiliter ſcire poterimus,ſuſpicantes in regione Solis,magis eſſe ſolares claros & illuminatos,intellectuales habitatores, ſpiritualiores etiam quàm in Luna,ubi magis lunatici,& in terra magis materiales & groſsi:ut illi intellectualis naturæ ſolares ſint multum in actu, & parum in potentia, terreni uerò magis in potentia,& parum in actu,lunares, in medio fluctuantes. Hoc quidem opinamur ex influentia ignili Solis, & aquatica ſimul & aerea Lunæ, & grauedine materiali terræ,conſimiliter de alijs ſtellarum regionibus: ſuſpicantes nullam inhabitatoribus carere , quaſi tot ſint partes particulares mundiales unius uniuerſi , quot ſunt ſtellæ: quarum non eſt numerus, ut unus mundus uniuerſalis ſit contractus triniter, progreſsione ſua quaternaria deſcẽſiua, in tot particularibus, quod eorum nullus eſt numerus, niſi apud eũ qui omnia in numero creauit. Etiam corruptio rerũ in terra quam experimur, non eſt efficax argumentum ignobilitatis. Nobis enim conſtare non poterit,poſtquàm eſt mundus uniuerſalis,& proportiones influentiales omnium particularium ſtellarum adinuicem,quod aliquid ſit corruptibile penitus, ſed benè ſecundum alium eſſendi modum quando ipſæ influentiæ iam quaſi contractæ, in uno individuo reſoluuntur, ut modus eſſendi ſic uel ſit pereat,ut nõ ſic morti locus, ut ait Virgilius:mors enim nihil eſſe uidetur,niſi ut compoſitum ad componentia reſoluatur,& an talis reſolutio ſolum ſit in terrenis incolis, quis ſcire poterit: dixerunt quidam tot eſſe rerum ſpecies in terra,quot ſunt ſtellæ. Si igitur terra omnium ſtellarum influentiam, ita ad ſingulares ſpecies contrahit, quare ſimiliter non fit in regionibus aliarum ſtellarum,influentias aliarum recipiẽtium,& quis ſcire poterit,an omnes influentiæ contractæ prius in compoſitione, in diſſolutione redeant , ut animal nunc exiſtens individuum alicuius ſpeciei,in regione terræ contractum ex omni ſtellarum influentia reſoluatur, an ad principia redeat, forma tantum ad propriam ſtellam redeunte,à qua illa ſpecies actuale eſſe in terra matre recipit , uel an forma tantum redeat ad exemplar,ſiue animam mundi,ut dicunt Platonici,an ad materiæ poſsibilitatem, remanente ſpiritu unionis in motu ſtellarum, qui ſpiritus dum ceſſat unire,ſe retrahens ob organorum indiſpoſitionem,uel aliàs, ut ex diuerſitate motus ſeparationem inducat, tunc quaſi ad aſtra rediens , forma ſuprà aſtrorum influentiam aſcendente & materia illa deſcendente: aut an formæ cuiuſlibet regionis in altiori quadam forma, puta intellectuali quieſcant, & per illam, illum finem attingant, qui eſt finis mundi , & quomodo hic finis attingitur per inferiores formas, in Deo per illam, & quomodo illa ad circumferentiam quæ Deus eſt aſcendat, corpore deſcendente uerſùs centrum, ubi etiam Deus eſt, ut omnium motus ſit ad Deum,in quo aliquando ſicut centrum & circumferentia ſunt unum in Deo, Corpus etiam, quàmuis uiſum ſit quaſi ad centrum deſcendere , & anima ad circumferentiam , iterum in Deo unientur, ceſſante non omni motu , ſed eo qui ad generationem eſt, tanquàm partes illæ mundi eſſentiales neceſſariò redeant: tunc ſucceſsiua generatione ceſſante,ſine quibus mundus eſſe non poſsit: redeunte enim ſpiritu unionis & connectente poſsibilitatem ad ſuam formã,hæc quidẽ nemo hominũ ex ſe,niſi ſingulariùs à Deo habuerit,ſcire poterit. Licet nõ dubitat quiſq;,Deũ optimũ ad ſe omnia creaſſe,& non uellequicq; perire eorũ quę fecit,ſciatq; eũ remuneratorem

http://www.obrascatolicas.com

largiſsimũ omniũ ipſum colentium: modum tamen diuinæ operationis, præſentis & futuræ remunerationis, Deus ipſe ſolum ſcit, quid eſt ſua operatio. Dicam tamen inferius iuxtà inſpiratam diuinitùs ueritatem, pauca circa hoc, de quibus nunc ſufficit in ignorantia taliter tetigiſſe.

De admirabili arte diuina: in mundi & elementorum creatione. Cap. XIIII.

QVoniam ſapientum cõcors ſententia eſt, per iſta uiſibilia, & magnitudinẽ, pulchritudinẽ, atque ordinem rerum, nos duci in ſtuporem, artis & excellentiæ diuinæ, & nõnulla admirabilis ſcientiæ Dei artificia tetigimus, per quã breuiter in uniuerſi creatione, pauca ſubiũgamus admiratiuè de Elemẽtorum ſitu & ordine. Eſt autẽ Deus, Arithmetica, Geometria, atq; Muſica, ſimul & Aſtronomia uſus, in mundi creatione, quib. artibus etiam & nos utimur, dum proportiones rerum, & elementorum, atque motuũ inueſtigamus. Per Arithmeticam enim, ipſa coadunauit. Per Geometriã, figurauit, ut ex hoc cõſequerentur firmitatem & ſtabilitatem, atq; mobilitatem ſecundum cõditiones ſuas. Per Muſicam, proportionauit taliter, ut non plus terræ ſit in terra, quàm aquæ in aqua. & aeris in aere, & ignis in igne, ut nullũ elementorum in aliud ſit penitus reſolubile, ex quo euenit, mundi machinam perire non poſſe, et licet pars unius in aliud reſolui poſsit, nunq; tamen totus aer, qui eſt permixtus aquæ, in aquam conuerti poteſt, propter aerem circũſtantem hoc impedientem, ut elemẽtorum ſemper ſit permixtio. Vnde egit Deus, ut partes elementorum reſoluerentur mutuò, & quando fit cum mora, aliquid generatur ex concordia elementorum ad ipſum generabile, durans quàmdiu durat concordia elementorum, qua rupta, rumpitur & diſſoluitur generatum. Admirabili itaque ordine, elemẽta cõſtituta ſunt per Deũ, qui omnia in numero, põdere, & mẽſura creauit: numerus, pertinet ad Arithmeticã, pondus, ad Muſicã, mẽſura ad Geometriã: grauitas enim leuitate cõſtringẽte ſuſtinetur, terra eñ grauis: quaſi in medio ſuſpenſa abigne: leuitas autem grauitati innititur, ut ignis terræ. Et dum hęc æterna ſapientia ordinaret, proportione inexpreſsibili uſa eſt, ut quantũ quodlibet elementũ aliud precedere deberet, præſciret, põderans ita elementa, ut quantò aqua terra leuior, tantò aer aqua, & ignis aere, ut ſimul põdus cũ magnitudine cõcurreret, & cõtinens maiorẽ locum occuparet cõtento. Et tali habitudine ipſa ad inuicem connexuit, ut unum in alio neceſſariò ſit. Vbi terra eſt quaſi animal quoddam (ut ait Plato) habens lapides loco oſsiũ, riuos loco uenarum, arbores loco pilorum, & ſunt animalia, quæ intrà illos terræ capillos nutriũtur, ut uermiculi inter pilos animalium. Et ad ignem terra ſe habet, quaſi ut mũdus ad Deũ, multas enim Dei ſimilitudines ignis habet in ordine ad terrã, cuius potentię nõ eſt finis, omnia in terra operans, penetrãs, illuſtrans, & diſtinguens, atq; formãs, per medium aeris & aquæ, ut nihil quaſi in omnibus ſit, quæ & terra gignũtur, niſi alia & alia ignis operatio, ut rerum formæ, ex diuerſitate reſplendentię ignis, ſunt. Eſt tamen ipſe ignis rebus ipſis immerſus, ſine quibus nec eſt, nec res ſunt terrenæ. Deus autem, non eſt niſi abſolutus. Vnde quaſi ignis conſumens abſolutus, & claritas abſoluta, Deus qui lux in quo non ſunt tenebræ, ab antiquis uocatur, cuius quaſi igneitatem, atque claritatem, omnia quæ ſunt, nituntur iuxtà poſſe participare: ut in omnibus aſtris conſpicimus, ubi reperitur ipſa talis claritas materialiter contracta: quæ quidem diſcretiua & penetratiua claritas, quaſi immaterialiter eſt contracta, in uita uiuentium, uita intellectiua. Quis non admiratur hunc Opificem qui etiam tali ſiquidem arte in ſphæris, & ſtellis, ac regionibus aſtrorum uſus eſt, ut ſine omni preciſione, cum omnium diuerſitate ſit omnium concordantia, in uno mundo magnitudines ſtellarum, ſitum, & notum præponderans, & ſtellarum diſtantias taliter ordinans, ut niſi quælibet regio ita eſſet ſicut eſt, nec ipſam eſſe, nec in tali ſitu & ordine eſſe, nec ipſum uniuerſum eſſe poſſet, dans omnib. ſtellis differẽtem claritatẽ, influentiam, figurã, & colorẽ atque calorem, qui claritatem cõcomitatur influentialiter. Et ita proportionabiliter partium ad inuicẽ proportionem cõſtituens, ut in qualibet ſit mo-

Arithmetica. Geometria Muſica.

Numerus. Pondus. Menſura.

Plato.

ſit motus partiũ ad totum, deorſum ad medium in grauibus, et ſurſum à medio in leuibus, & circà medium, uti ſtellarum motum orbicularem percipimus. In his tam admirandis rebus, tam uarijs & diuerſis, per doctam ignorãtiam experimur, iuxtà p̃miſſa: nos omnium operum Dei nullam ſcire poſſe rationem, ſed tantum admirari: quoniã magnus Dominus, cuius magnitudinis non eſt finis, qui cum ſit maximitas abſoluta, uti eſt omnium operum ſuorum auctor & cognitor, ita & finis, ut in ipſo ſint omnia, & extrà ipſam nihil, qui eſt principium, medium, & finis omnium, centrum & circumferentia uniuerſorum, ut in omnibus ipſe tantum quæratur: quoniam ſine eo omnia nihil ſunt, quo ſolũ habito, omnia habẽtur, quia ipſe omnia quo omnia ſciuntur: quia ueritas omnium, qui etiam uult ut in admirationẽ ex mundi machina tam mirabili ducamur, quam tamẽ nobis occultat eò plus, quò plus admiramur: quoniã ipſe tantum eſt, qui uult omni corde & diligentia quæri, & cum inhabitet ipſam lucem inacceſsibilem, quæ per omnia quæritur, ſolus poteſt pulſantibus aperire, & petentibus dare, & nulla habent poteſtatem, ex omnibus creatis ſe pulſanti aperire, & ſe oſtendere quid ſint, cum ſine eo nihil ſint, qui eſt in omnibus. Sed quidem indocta ignorantia, ab eis ſciſcitanti quid ſint aut quomodo, aut ad quid, reſpondent: ex nobis nihil, neque ex nobis tibi aliud, quàm nihil reſpondere poſſumus, cum etiam ſcientiam noſtri non nos habeamus, ſed ille ſolus per cuius intelligere, id ſumus, quod ipſe in nobis uult, imperat, & ſcit, muta quidem ſumus omnia, ipſe eſt qui in omnib. loquitur, qui fecit nos, ſolus ſcit quod ſumus, quomodo, & ad quid. Si quid ſcire de nobis optas, hoc quidẽ in ratione, & cauſa noſtra, non in nobis quære, ibi reperis omnia, dum unum quæris, & neq; teipſum, niſi in eo reperire potes. Fac itaq; ait noſtra ignorãtia, ut te in eo reperias, & cum omnia in ipſo ſint ipſe: nihil tibi deeſſe poterit, hoc autẽ non eſt noſtrum: ut inacceſſibilẽ accedamus, ſed eius qui nobis dedit faciẽ ad ipſum conuerſam, eum ſummo deſiderio quærendi, quod dum fecerimus, piiſsimus eſt, nos non deſeret, ſed ſeipſo nobis oſtenſo, cum apparuerit gloria eius, æternaliter ſatiabit, qui ſit in ſæcula benedictus. Amen.

Libri Secundi Doctæ Ignorantiæ Finis.

Nicolai de Cuſa Doctæ Ignorantiæ Lib. III.

PAucis his de uniuerſo premiſsis, quomodo in cõtractiõe ſubſiſtat ad finẽ, ut de maximo abſoluto pariter & contracto Ieſu Chriſto ſemper benedicto, aliqua doctè in ignorantia perquiramus, in augmentum fidei, & perfectionis noſtræ: amplius tuæ admirandæ induſtriæ, quam breuiſsimè de Ieſu cũceptum pandemus, ipſum inuocantes, ut ſit uia ad ſeipſum, qui eſt Veritas, qua nunc per fidem, & poſt hac per adeptionem uiuificemur, in ipſo per ipſum, qui & uita extat ſempiterna.

Maximum ad hoc uel illud contractum, quo maius eſſe nequeat, eſſe ſine abſoluto non poſſe. Cap. I.

PRimo libello, oſtẽdi unum abſolutè maximũ incõmunicabile, immerſibile, & incontrahibile ad hoc uel illud, in ſe ęternaliter, ęqualiter, & immobiliter, idẽ ipſum pſiſtere. Pòſt hęc ſecundo loco, uniuerſi cõtractio manifeſtaui: quoniã nõ aliter q̃ cõtractè: hoc & illud exiſtit. Vnitas itaq; maximi, eſt in ſe abſolutè. Vnitas uniuerſi, eſt in pluralitate cõtractè. Plura autẽ, in quib. uniuerſum actu cõtractũ eſt, nequaq; ſumma æqualitate conuenire poſſunt, nã tunc plura eſſe deſineret. Omnia igitur ab inuicem differre neceſſe eſt, aut genere, ſpecie, numero, aut ſpecie & nũero, aut genere & nũero, ut unũqdq; in proprio nũero, põdere, & mẽſura ſubſiſtat. Quapropter uniuerſa ab inuicẽ gradib. diſtinguntur, ut nullũ cũ alio coincidat. Nullũ igitur

http://www.obrascatolicas.com

igitur cõtractũ, gradum contractionis alterius præcisè participare potest, ita ut necessariò quodlibet excedat aut excedatur, à quocunque alio. Consistunt igitur inter maximum & minimũ, omnia contracta, ut quocũque dato, possit dari maior & minor cõtractionis gradus, absque hoc ꝙ hic processus fiat in infinitũ actu: quia infinitas graduũ est impossibilis, cũnõ sit aliud dicere infinitos grados esse actu, & nullũ esse: ut de numero, in primo diximus. Nõ potest igit ascensus uel descensus in cõtractis esse, ad maximũ uel minimum absolute. Hinc sicut diuina natura, quę est absolute maxima, non potest minorari, ut transeat infinitam & contractam: ita nec contracta potest in contractione minui, ut fiat penitus absoluta. Omne igitur contractum, cum possit esse minus & magis contractum, terminum non attingit, neque uniuersi, neque generis, neque speciei: nam uniuersi prima generalis contractio, per generum pluralitatẽ est, quæ gradualiter differre necesse est. Non autem subsistunt genera, nisi contracte in speciebus, neque species, nisi in indiuiduis, quæ solum actu existunt. Sicut igitur non est dabile secundùm naturam contractorum indiuiduum, nisi infrà terminum suę speciei: sic etiam omne indiuiduum, terminum generis, & uniuersi attingere nequit. Inter plura etenim eiusdem speciei indiuidua, diuersitatem graduum perfectionis, cadere necesse est. Quare nullum secundùm datam speciem, erit maximè perfectũ, quo perfectius dari nõ possit: neque etiam adeò imperfectum est dabile, quod imperfectius dabile non sit, terminum igitur speciei, nullum attingit. Non est igitur nisi unus terminus, aut specierum, aut generum, aut uniuersi, qui est centrum, circũferentia, atque connexio omnium, & uniuersum non euacuat ipsam infinitam absolutè maximam Dei potentiam, ut sit simpliciter maximum terminans Dei potentiam. Non attingit itaque uniuersum, terminum maximitatis absolutæ, neque genera, terminum uniuersi attingunt, neque species, terminum generum, neque indiuidua, terminum specierum, ut omnia sint id quod sunt, meliori modo intrà maximum et minimum, & Deus principium, medium, & finis uniuersi, & singulorum, ut omnia, siue ascendant, siue descendãt, siue ad medium tendant, ad Deum accedant. Connexio autem uniuersorũ per ipsum est, ut omnia quãꝫ sint differentia, sint & cõnexa. Quapropter inter genera unum, uniuersum contrahentia, talis est inferioris & superioris connexio, ut in medio coincidant: ac inter species diuersas, talis cõbinationis ordo existit, ut suprema species generis unius, coincidat cum infima immediatè superioris, ut sit unum continuum perfectum uniuersum. Omnis autem connexio, graduatiua est, & non deuenitur ad maximam, quia illa Deus est. Non ergo connectuntur diuersæ species, inferioris & superioris generis, in quodam indiuisibili, magis & minus nõ recipienti: sed in tertia specie, cuius indiuidua gradualiter differunt, ut nullum sit æqualiter participãs utramꝙ, quasi ex ipsis sit compositum, sed propriæ speciei naturam unam in gradu suo contrahit, quæ ad alias relata, ex inferiori & superiori composita uidetur: neque æqualiter ex ipsis, cum nullum compositum præcisè ex æqualibus esse possit, & inter ipsas species media cadens, secundum unam, superiorem aut inferiorem scilicet; necessario uincit: uti de hoc in Philosophorum libris, in ostreis, & in conchis marinis, & alijs exempla reperiuntur. Non igitur descendit species aliqua, ut sit minima alicuius generis: quoniam antequàm ad minimum deueniat, commutatur in aliam prius quàm minima sit. In genere animalitatis, species humana altiorem gradum inter sensibilia dum attingere nititur, in commixionem intellectualis naturæ rapitur, uincit tamen pars inferior, secundum quàm animal dicitur, Sunt fortasis alij spiritus, de quibus in de coniecturis: & hi quidem largè dicuntur de genere animalitatis, propter sensibilem quandam naturam, sed quoniam in ipsis natura intellectualis uincit aliam, potiùs spiritus quàm animalia dicuntur, licet Platonici ipsos animalia intellectualia credant. Quapropter concluditur, species ad instar numeri esse ordinatim progredientis, qui finitus est necessariò, ut ordo, harmonia, ac proportio sit in diuersitate, ut in primo ostendimus, & ad infimam speciem infimi generis, qua actu minor non est, & supremam supremi, qua pariformiter actu nulla maior & altior est, quibus tamen minor & maior dari possit, absq; processu in infinitum deuenire necesse est: ut siue sursum numeremus, siue deorsum, ab unitate absoluta quæ Deus est ut ab omniũ principio initium sumamus, ut sint species, quasi obuiantes numeri, de minimo quod est maximum & de maximo cui minimum non opponitur, progredientes, ut nihil sit in uniuerso, quod non gaudeat quadã singularitate, quæ in nullo alio reperibilis est, ita quod nullum omnia in omnibus unicat, aut diuersa æqualiter, sicut cum nullo, ullo unquam tempore, æquale in quocunq; esse potest, etiam si uno tempore minus eo fuerit & alio maius: hunc trãsitum facit in quadam singularitate, ut nunquam æquilitatem præcisam attingat: sicut quadratum inscriptum circulo, transit ad magnitudinem circunscripti, de quadrato quod est minus circulo, ad quadratum circulo maius, absq; hoc quod unquam perueniat ad æquale illi, & angulus incidentiæ, de minori recto ad maiorem ascendit, absq; medio æqualitatis, & plura his, in libro coniecturarum elicientur. Principia enim indiuiduantia in nullo indiuiduo, in tali possunt harmonica proportione cõcurrere, sicut in alio, ut quodlibet per se sit unũ, et eo modo quo potest perfectũ. Et quãuis in quacũꝫ specie puta humana, in dato tẽpore aliqui reperiantur, alijs perfectiores & excellentiores secundũ certa, uti Salomon cæteros uicit sapientia, Absalon pulchritudine, Sãpson fortitudine, & illi q magis in parte intellectiua cæteros uicerũt, meruerũt præ ceteris honorari: tamẽ quia diuersitas opinionum, secundũ diuersitatem religionum, & sectarum, ac regionum, diuersa facit iudicia comparationũ, ut laudabile secundũ unã sit, uituperabile secũdum aliam, sintꝙ nobis per orbem dispersi incogniti, ignoramus quis cæteris mundi excellentior, quando nec unum ex omnibus perfectè cognoscere ualemus. Et hoc quidem à Deo factũ est, ut quisq; in seipso contentetur, licet alios admiretur, & in propria patria, ut ei uideatur natale solum dulcius, & in moribus regni & lingua ac cæteris, ut sit unitas & pax absq; inuidia, quantò hoc possibilius esse potest, cum omnimoda esse nequeat, nisi cum ipso regnatibus, qui est pax nostra, omnem sensum exuperans.

Liber de coniecturis.

Platonici.

Quadratum.
Angulus incidentiæ.
Liber de coniecturis.
Salomon.
Absalon.
Sampson.

Maximum cõtractum pariter est & absolutum, creator & creatura. Cap. II.

Maximum cõtractum.

Bene satis apertum est, uniuersum non nisi contracte esse plura, quæ actu ita sunt, quod nullum pertingit ad simpliciter maximum. Amplius adiiciam, si maximum contractum ad speciem, actu subsistens dabile esset, quod tunc ipsum secundum datam contractionis speciem omnia actu esset, quæ in potentia generis aut speciei illius esse possent: maximum enim absolutè, est omnia possibilia actu absolutè. & in hoc est infinitissimum absolutè. Maximum ad genus & speciẽ cõtractum: pariformiter est actu possibilis perfectio, secundũ datã contractionẽ, in qua cum maius dabile non sit, est infinitum ambiens, omnem naturam datæ contractionis. Et quemadmodum minimum coincidit cum maximo absoluto: ita etiam ipsum contracte, coincidit cum maximo contracto. Huius exemplum clarissimum, de maxima linea quæ nullam patitur oppositionem, & quæ est omnis figura, & æqualis omnium figurarum mensurã, cum qua punctum coincidit, ut in primo libro ostendimus. Quapropter si aliquod dabile, esset maximum contractum indiuiduũ alicuius speciei, ipsum tale esse illius generis ac speciei plenitudinem necesse esset, ut uitam formam, rationem atque ueritatem in plenitudine perfectionis omnium, quę in ipsa specie possibilia forent. Hoc tale maximum cõtractum suprà omnem naturã contractionis, illius terminus finalis existens, in se complicans omnẽ eius perfectionem, cum quocunque dato suprà omnẽ proportionem, summã teneret æqualitatẽ, ut nulli maior & nulli minor esset, omniũ perfectiones in sua plenitudine complicãs. Ex hoc manifestũ est, ipsum maximũ contractũ, non posse ut purè contractum subsistere, secundũ ea quę paulò antè ostendimus, cũ nullũ tale plenitudinem perfectionis, in genere perfectionis cõtractiõis attingere possit, neq; etiã ipsum tale ut cõtractum

Deus

http://www.obrascatolicas.com

Deus qui eſt abſolutiſsimus eſſet, ſed neceſſario eſſet maximũ contractum, hoc eſt Deus et creatura, abſolutum et contractum, cotractione quæ in ſe ipſa ſubſiſtere nõ poſſet, niſi in abſoluta maximitate ſubſiſtente: nõ eſt enim niſi una tantum maximitas (ut in primo oſtendimus) per quã contractum dici poſſet maximum, Si maxima potentia, ipſum contractum ſibi taliter uniret, ut plus uniri non poſſet ſaluis naturis, ut ſit ipſum tale, ſeruata natura cõtractionis, ſecundum quã eſt plenitudo ſpeciei cõtracta & creata, propter hypoſtaticam Deus & omnia: hæc admiranda unio, omnẽ noſtrum intellectum excelleret, nam ſi ipſa concíperetur, quemadmodũ diuerſa uniuntur, error eſt. Non enim maximitas abſoluta, eſt alia aut diuerſa, cũ ſit omnia. Si ut duo cõciperetur prius diuiſa, nũc cõiuncta, error: nõ enim aliter ſe habet diuinitas ſecũdũ prius & poſterius, neq; eſt potius hoc quã illud, neq; ipſum cõtractum ante unionem potuit hoc eſſe uel illud: quemadmodũ individualis perſona in ſe ſubſiſtẽs, neq; ut partes coniunguntur in toto, cum Deus pars eſſe non poſsit. Quis igitur tã admirandã cõciperet unionem, quæ neq; eſt ut formæ ad materiã, cum Deus abſolutus ſit impermiſcibilis materiæ, non informans: omnibus profecto unionibus intelligibilibus, hæc maior eſſet, ubi contractũ nõ ſubſiſteret cum ſit maximum, niſi in ipſa abſoluta maximitate, nihil ei adiiciens, cum ſit maximitas abſoluta, neq; in eius naturam tranſiens, cum ſit cõtractum. Subſiſteret igitur cõtractũ in abſoluto taliter, quod ſi ipſum Deum cõciperemus, falleremur, cum cõtractum naturam non mutet: ſi ipſam eſſe imaginaremur, deciperemur, cum maximitas abſoluta quæ Deus eſt, naturam nõ deſiderat: ſit uerò ut cõpoſitum ab utroq; putaremus, erramus, cum ex Deo & creatura, cõtracto & abſoluluto maxime, cõpoſitio ſit impoſsibilis. Oportet igitur ipſum tale, ita Deum eſſe mente cõcipere ut ſit & creatura, ita creaturam ut ſit & creator, creatorem & creaturam abſq; confuſione & cõpoſitione. Quis itaq; excelſum adeò eleuari poſsit, ut in unitate diuerſitatẽ, et in diuerſitate unitatem concipiat: ſuprà omnem igitur intellectum, hæc unio eſſet.

Quomodo in natura humanitatis ſolum, eſt ipſum tale maximum poſsibilius. Cap. III.

Natura humanitatis.

FAcilè ad iſta conſequenter inquiri poterit, cuius naturæ contractum ipſum maximum eſſe deberet. Poſtquàm enim ipſum neceſſariò eſt unum, ſicut unitas abſoluta eſt maximitas abſoluta, & cum hoc contractum ad hoc uel illud: primò quidẽ manifeſtum, eſt ordinẽ rerũ neceſſario depoſcre, ut quędã res ſint inferioris naturæ comparatione aliarum, ut ſunt illæ quę carent uita & intelligentia, quædam ſuperioris naturæ quæ ſunt intelligentiæ, ac quædam mediæ. Si igitur maximitas abſoluta eſt omnium entitas uniuerſaliſſimè, ita ut non magis unius q̃ alterius: clarum eſt hoc ens magis maximo ſociabile, qđ magis uniuerſitati entium eſt commune. Si enim ipſa inferiorum natura conſideratur, & aliquod talium entium ad maximitatem eleuetur, erit tale Deus, & ipſum, ut in linea maxima exemplum datur: nam ipſa cum ſit infinita, per infinitatem abſolutam, & maxima, per maximitatem, neceſſariò ea cui unitur maxima, Deus erit per maximitatem, & remanet linea per contractionem, & ita erit actu omne id, qđ ex linea fieri poteſt. Linea autem non includit neque uitam, neque intellectum, quomodo ergo linea ad ipſum maximũ gradum poterit aſſumi, ſi plenitudinem naturarum non attingit: eſſe enim maximum quod maius eſſe poſſet, & perfectionibus careret. Pariformiter de ſuprema natura dicendum, quæ inferiorem non complectitur, niſi ita ut maior ſit inferioris & ſuperioris adunatio quàm ſeparatio. Maximo autem cui minimum coincidit, conueniet ita unum amplecti, quod & aliud non dimittat, ſed ſimul omnia. Quapropter natura media, quæ eſt medium connexionis inferioris & ſuperioris, eſt ſolum illa, quæ ad maximum conuenienter eleuabilis eſt potentia maximi infiniti Dei: nam cum ipſa intrà ſe complicet omnes naturas, ut ſupremum inferioris, & infimum ſuperioris, ſi ipſa ſecundùm omnia ſui ad unionem maximitatis aſcenderit, omnes naturas

ras ac totum uniuerſum, omni poſsibili modo ad ſummum gradum in ipſa perueniſſe conſtat. Humana uero natura eſt illa, quę eſt ſupra omnia Dei opera eleuata, & paulominus Angelis minorata, intellectualem & ſenſibilem naturam complicãs, ac uniuerſa intrà ſe cõſtringens, ut μικρόκοσμος aut paruus mundus, à ueteribus rationabiliter uocitetur. Hinc ipſa eſt illa, quæ ſi eleuata eſſet in unionem maximitatis, plenitudo omnium perfectionum uniuerſi & ſingulorum exiſteret, ita ut in ipſa humanitate, omnia ſupremum gradum adipiſcerentur. Humanitas autem non eſt niſi contractè in hoc uel illo. Quare ſi nõ eſſet poſsibile, plus quam unum uerum hominem, ad unionem maximitatis poſſe aſcẽdere, & hic certè ita eſſet homo quod Deus, & ita Deus quod homo, perfectio uniuerſi, in omnibus primatum tenens, in quo minima, maxima, ac media naturę maximitati abſolutę, unitæ, ita coinciderent, ut ipſe omniũ perfectio eſſet, et cũcta contracta ſunt, in eo ut in ſua perfectione quieſcerent, cuius mẽſura, hominis eſſet et angeli (ut Ioannes ait in Apocalypſi) et ſingulorũ, quoniã eſſet uniuerſalis contracta entitas, ſingularum creaturarum, per unionem ad abſolutam entitatem, quæ eſt entitas abſoluta uniuerſorum, per quem cuncta initium cõtractionis atq; finem reciperent, & per ipſum qui eſt maximũ cõtractum â maximo abſoluto, omnia in eſſe contractionis prodirent, & in abſolutum per medium eiuſdem redirent, tanquam per principium emanationis, & per finem reductionis. Deus autem ut eſt æqualitas eſſendi omnia, creator eſt uniuerſi, cum ipſum ſit ad ipſum creatum. Aequalitas igitur ſumma atque maxima eſſendi omnia abſolutè: illa eſt cui ipſa humanitatis natura uniretur, ut ipſe Deus per aſſumptam humanitatem, ita eſſet omnia contracta in ipſa humanitate, quemadmodum eſt æqualitas eſſendi omnia abſolutè. Homo igitur ille, cum in ipſa maxima æqualitate eſſendi per unionem ſubſiſteret, filius Dei eſſet, ſicut Verbum, in quo omnia facta ſunt, aut ipſa eſſendi æqualitas quæ Dei filius nominatur, ſecundum oſtenſa in prioribus, nec tamen deſineret eſſe filius hominis, ſicut nec deſineret eſſe homo, prout infrà dicetur. Et quoniam Deo optimo atque perfectiſsimo, non repugnant iſta, quæ abſq; ſui uariatione, diminutione, aut minoratione per ipſum fieri poſſunt, ſed potius immenſæ bonitati cõueniunt ut optimè atque perfectiſsimè cõgruo ordine, uniuerſa ab ipſo & ad ipſum creata ſunt, tunc cũ ſemota hac uia omnia perfectiora eſſe poſſent: nemo niſi aut. Deũ aut ipſum optimum negans, ab iſtis rationabiliter poterit diſſentire. Relegata eſt enim procul omnis inuidia, ab eo qui ſummè bonus eſt, cuius operatio defectuoſa eſſe nequit: ſed ſicut ipſe eſt maximus, ita & opus eius, quantò hoc poſsibilius eſt, ad maximum accedit. Potentia autem maxima, non eſt terminata niſi in ſeipſa, quoniam nihil extrà ipſam eſt, & ipſa eſt infinita. In nulla igitur creatura terminatur, quin data quacunq; ipſa infinita potentia poſsit creare meliorem ac perfectiorem. Sed ſi homo eleuatur, ad unitatem ipſius potentiæ, ut non ſit homo in ſe ſubſiſtens creatura, ſed in unitate cum infinita potentia: non eſt illa potentia, in creatura ſed in ſeipſa terminata. Hæc autem eſt perfectiſsima operatio maximæ Dei potentiæ, infinitæ, & interminabilis, in qua deficere nequit: alioqui neque creator eſſet, neque creatura. Quomodo enim creatura eſſet contracte ab eſſe diuino abſoluto, ſi ipſa contractio ipſi unibilis non eſſet: per quam cuncta ut ſunt ab ipſo qui abſolutè eſt, contracta exſterent, ac ipſa ut ſunt contracta ab ipſo ſint, cui contractio eſt ſummè unita: ut ſic primò ſit Deus creator, ſecundò Deus & homo creata humanitate, ſupremè in unitatem ſui aſſumpta, quaſi ſit uniuerſalis rerum omnium contractio, æqualitati omnia eſſendi, hypoſtatice ac perſonaliter unita, ut ſic per Deum abſolutiſsimum, mediante contractione uniuerſali, quæ humanitas eſt: tertio loco omnia in eſſe contractum prodeant, ut ſic hoc ipſum quod ſunt, eſſe poſſint ordine & modo meliori. Hic autem ordo non temporaliter conſiderari debet, quaſi Deus in tempore præceſſerit primogenitum creaturæ, aut quod primogenitus Deus & homo tempore mundum anteuenerit, ſed natura & ordine perfectionis ſuprà omne tempus, ut ille apud Deum ſupra tempus cunctis prior exiſtens, in plenitudine temporis, multis reuolutionibus præteritis, mundo appareret.

Ioannes.

Quo-

http://www.obrascatolicas.com

Quomodo id ipsum, est Iesus benedictus deus & homo. Cap. IIII.

Deus homo. QVoniam quidem ad hoc indubia nunc fide, his talibus ratiocinationibus prouecti sumus, ut in nullo hæsitantes firmiter teneamus, premissa uerissima esse, subiungentes dicimus, temporis plenitudinem præteritam, ac Iesum semper benedictum primogenitum omnis creaturæ esse. Nam ex iis, quæ ipse existēs homo suprà hominem, diuinè operatus est, ac alijs quę ipse in omnibus uerax repertus, de seipso affirmauit, testimonium in sanguine suo perhibentibus etiam ijs, qui cum ipso conuersati sunt, constantia inuariabili, infinitis dudum ineffabilibus probata argumentis: iustè asserimus, ipsum esse quem omnis creatura in tempore futurum, ab initio expectauit, & qui per Prophetas se in mũdo apparituru prædixerat. uenit enim, ut omnia adimpleret, quoniam ipse uoluntate cunctos sanitati restituit, & omnia occulta & secreta Sapientiæ, tanquam potens super omnia edocuit, peccata tollens ut Deus, mortuos suscitans, naturam trãsmutans, imperans spiritibus, mari, et uentis, suprà aquam ambulans, legem statuens in plenitudine supplementi ad omnes leges. In quo (secundum testimonium, illius Paulus. singularissimi prædicatoris ueritatis Pauli, desuper in raptu illuminati) habemus perfectionem omnium, redemptionem, & remissionem peccatorum: qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt uniuersa, in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesiæ: qui est ipsum principiũ, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso cõplacuit patri omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum. Talia quidem, & alia plura, perhibentur sanctorum de eo testimonia, quoniam ipse Deus est & homo, in quo ipsa humanitas, in ipsa diuinitate uerbo unita est: ut non in se sed in ipso subsisteret, postquam humanitas in summo gradu, & omni plenitudine, aliter esse non potuit, nisi in diuina filij persona. Et ad hoc, ut suprà omnem intellectualem nostram conpræhensionem, quasi indocta ignorãtia, hanc personam concipiamus, quæ hominem sibi uniuit: ascendentes in nostro intellectu, cõsideremus cum Deus per omnia sit in omnibus, & omnia & per omnia in Deo, ut quodam loco superius ostendimus, tunc cũ ista simul copulatiuè considerandа sint, sic quod Deus sit in omnibus, ita quod omnia in Deo, & cum esse ipsum diuinũ sit supremæ equalitatis et simplicitatis, hinc Deus ut est in omnib. non est secũdum gradus in ipsis quasi se gradatim & particulariter communicando. Omnia autem, sine diuersitate graduali esse non possunt. Quapropter in Deo sunt, secundum se cum graduum diuersitate. Hinc cum Deus sit in omnib. ita ut omnia in eo, est manifestũ, deum absq; sui mutatione in æqualitate essendi, omnia esse in unitate cum humanitate Iesu maxima. Quoniã maximus homo, in ipso nõ aliter quam maximè esse potest. Et ita in Iesu, qui sic est equalitas omnia essendi, tanq; in filio in diuinis, q est media persona, pater æternus, & spiritussanctus existũt, & omnia ut in uerbo, & omnis creatura in ipsa humanitate summa & perfectissima, uniuersaliter omnia creabilia cõplicanti, ut sit omnis plenitudo ipsum inhabitans. Manuducamur aliqualiter ad *Sensus.* ista hoc exemplo: Sensualis cognitio est quędam contracta cognitio, propter quod *Intellectus.* sensus non attingit nisi particularia. Intellectualis cognitio est uniuersalis, propter quod respectu sensualis, absoluta existit atq; abstracta, à contractione particulari. Contrahitur autem sensatio uariè ad uarios gradus, per quas quidem contractiones, uariæ animalium species exoriuntur, secundum gradus nobilitatis & perfectionis, & quamuis ad maximum gradum simpliciter non ascendat, ut superius ostendimus: in specie tamen illa quę actu suprema est in genere animalitatis, puta humana, ibi sensus tale animal efficit, quo ita est animal, ut & sit intellectus, homo enim est suus intellectus, ubi cõtractio sensualis quodammodo in intellectuali natura suppositatur, cum intellectualis natura, existat quoddam diuinum separatum, abstractum

ctum, esse sensuali remanente temporali & corruptibili secundam suam naturam. Quare quadam licet remota similitudine, ita in Iesu considerandum, ubi humanitas in diuinitate suppositatur, quoniam aliter, in sua plenitudine maxima esse non posset. Intellectus enim Iesu, cum sit perfectissimus, penitùs in actu existens, non potest nisi in diuino intellectu, qui solum est actu omnia, suppositari personaliter. Intellectus enim, in omnibus hominibus possibiliter est omnia crescens gradatim de possibilitate in actum, ut quantò sit maior minor sit in potentia. Maximus autem cum sit terminus potentiæ omnis intellectualis naturæ in actu existens pleniter: nequaquàm existere potest, quin ita sit intellectus, quòd & sit Deus, qui est omnia in omnibus: quasi ut si πολυγωνία circulo inscripta, natura esset humana, & circulus diuina: si ipsa πολυγωνία maxima esse debet, qua maior esse nõ potest nequaquã in angulis finitis per se subsisteret, sed in circulari figura, ita ut non haberet propriã subsistendi figuram, etiam intellectualiter, ab ipsa circulari & æterna figura separabilem. Maximitas autem perfectionis humanæ naturę, in substantialibus et essentialibus attenditur: puta quò ad intellectum, cui cætera corporalia seruiunt: & hinc maximè perfectus homo, non debet esse in accidentalibus eminẽs, nisi in respectu intellectus: non enim requiritur ut si aut gigas aut nanus aut illius uel illius magnitudinis, coloris, figuræ, & sic de cæteris accidentalibus: sed hoc tantum est necessarium, quod ipsum corpus declinet ita ab extremis, ut sit aptissimum instrumentum intellectualis naturæ, cui absque renitentia, murmuratione, ac fatigatione ipsum obediat, et obtemperet. Iesus noster in quo omnes thesauri scientiæ & sapientiæ etiam dum in mundo apparuit, absconditi fuerunt, quasi lux in tenebris, ad hũc finem eminentissimæ intellectualis naturæ, corpus aptissimum atque perfectissimum, ut etiam à sanctissimis testibus suæ conuersationis, memoriæ traditum est) creditur habuisse.

Polygonia. Circulus.

Quomodo Christus conceptus per spiritum sanctum, natus est ex Maria uirgine. Cap. V.

AMplius considerandum, quoniam humanitas perfectissima sursum suppositata cum sit terminalis contracta præcisio, naturæ illius penitùs speciem non exit. Simile autem à simili generatur, et hic secundũ naturæ proportionem, procedit generatum à genitore. Terminus autem cum careat termino, caret finitatione, & proportione. Quare homo maximus, uia naturæ non est generabilis, neque etiam omnino carere post principio speciei, cuius ultima perfectio existit. Partim igitur secundum humanã procedit naturam, quia homo & quoniam est altissimũ principiatum, immediatissimè principio unitum, tũc ipsum principium à quo est immediatissimè, est ut creans aut generãs, ut pater, & principium humanum, est ut passiuum, materiam receptibilem ministrans, quàre à matre, sine uirili semine. Omnis autem operatio, ex spiritu & amore quodam procedit, unientem actiuũ passiuo: ut quodam loco in superioribus ostẽsum reperitur. Et hinc maxima operatio, suprà omnem naturæ proportionem, per quam creator unitur creaturæ, ex maximo uniente amore, procedẽs: non dubium, à sancto spiritu (qui absolute amor est) necessariò existit, per quem solum, sine adminiculo agentis contracti infrà latitudinem speciei, concipere potuit, mater, filium Dei patris: ut sicut Deus pater omnia spiritu suo formauit, quæ non ex exstantibus, ab ipso in esse prodierunt, ita principalibus hoc egit eodem sanctissimo spiritu, quando perfectissimè operatus est. Quasi ut exemplo instruatur ignorantia nostra: dum excellentissimus aliquis doctor, uerbum intellectuale ac mentale suum, uult discipulis pandere, ut ostensa ipsis concepta ueritate, spiritualiter pascantur: agit ut ipsum tale suum mentale uerbum, uocem induat, quoniam aliter ostensibile discipulis non est, si non induat sensibilem figuram. Non potest autem aliter hoc fieri, nisi per spiritum naturalem doctoris, qui ex attracto aëre, adaptat uocalem figuram, mentali uerbo conuenientem cui taliter ipsum uerbum unit, ut uox ipsa in ipso uerbo subsistat, ita quòd audientes,

Natiuitas.

Doctor. Mentale uerbum. Vox.

http://www.obrascatolicas.com

mediante uoce uerbum attingãt. Hac licet remotiſsima ſimilitudine, ſuprà id quod intelligi per nos poteſt, eleuamur parumper in noſtra meditatione: quoniam pater æternus immenſæ bonitatis, nobis uolens diuitias gloriæ ſuæ, ad omnem ſcientiæ & ſapientiæ plenitudinem oſtendere, Verbum æternum, filium ſuum, qui iſta & plenitudo omnium exiſtit, noſtris infirmitatibus compatiens, quoniam aliter quàm in ſenſibili & nobis ſimili forma, percipere non poteramus, ipſum ſecundam noſtram capacitatem manifeſtans, humana natura induit, per ſpiritum ſanctum ſibi conſubſtantialem: qui quidem ſpiritus, quaſi ut uox ex aëre attracto per inſpirationem, de puritate fœcunditatis uirginalis ſanguinis, corpus ipſum animale contexuit, rationem adijciens, ut homo eſſet uerbum Dei patris, & adeò internè adunauit, ut centrum ſubſtantiæ humanæ naturæ exiſteret, & hæc omnia, non ſeriatim, ut in nobis, conceptus temporaliter exprimitur, ſed operatione momentanea ſupra omne tempus, ſecundum uoluntatem conformẽ infinitæ potentiæ, peracta ſunt. Hanc autem matrem talem uirtute plenam, materiam miniſtrantem, nemo dubitare debet cunctas uirgines, omni uirtutis perfectione exceſsiſſe, & inter omnes mulieres fœcundas, excellentiorem benedictionem habuiſſe. Ipſa enim, quæ per omnia fuit ad tantum tamq; excellentem unicũ partum uirginalem prœordinata: omnibus ex debito carere debuit, quę aut puritati, aut uigoroſitati ſimul & unitati, tam prœcellentis partus, obeſſe potuiſſent. Si enim prælectiſsima Virgo nõ fuiſſet, quomodo ad partũ uirginalẽ ſine uirili ſemine apta fuiſſet, ſi ſanctiſsima & ſuperbenedicta à Domino non fuiſſet, quomodo ſacrarium ſanctiſpiritus, in quo filio Dei corpus effingeret, facta fuiſſet. Si poſt partum uirgo non remanſiſſet, prius excellentiſsimo partui, centrum maternæ fœcunditatis, in ſua ſuprema perfectione lympiditatis non communicaſſet, ſed diuiſiuè & diminutè, nõ ut tanto filio unico & ſupremo debuiſſet. Si igitur Virgo ſanctiſsima, ſe totam Deo obtulit, cui, operatione ſpirituſſancti, etiã omnem fœcunditatis naturam penitùs communicauit: remanſit in ipſa immaculata uirginitas, ante partum, in partu, & poſt partum, ſuprà omnem naturalem cõmunem generationem, incorrupta. Ex patre igitur æterno, & matre temporali, Virgine ſcilicet glorioſiſsima Maria, Deus & homo Ieſus Chriſtus natus eſt. Ex patre maximo, & abſolutè pleniſsimo, ex matre pleniſsima uirginali fœcunditate, ſuprema benedictione referta, in temporis plenitudine. Non enim potuit eſſe homo ex matre uirgine, niſi tẽporaltter, neq; ex patre Deo niſi æternaliter: ſed ipſa temporalis natiuitas, requiſiuit in tempore plenitudinem perfectionis, ſicut in matre plenitudinẽ fœcunditatis. Quando igitur uenit plenitudo temporis, cum ſine tempore homo naſci nõ poſſet, tunc natus eſt in tempore, & loco ad hoc aptiſsimo, omnibus tamẽ creaturis occultiſsimo. Summæ enim plenitudines, incõparabiles ſunt alijs quotidianis experientijs. Hinc nullo ſigno, quæcũq; ratio eas appræhendere potuit, quamuis quadã occultiſsima prophetica inſpiratione, quædam ſigna obſcura tradita fuerint, obumbrata humanis ſimilitudinibus: ex quibus rationabiliter incarnandũ uerbum, in temporis plenitudine præuidiſſe potuiſſent ſapientes: præciſionẽ uero loci, uel temporis aut modi, ſolus æternus genitor præſciuit, qui ordinauit ut dũ medium ſilentiũ tenerent omnia, & tunc in noctis diſcurſu, filius ab arce ſuperna, in uterũ uirginalem deſcenderet, & ordinato conuenienti tempore, in forma ſeruili ſe mũdo manifeſtaret.

De ſemper benedicta Maria.

Myſterium mortis Ieſu Chriſti. Cap. VI.

Mors.

Intellectus.

Ratio.

Senſus.

Digreſsionem paruam ad expreſsionem intenti, præmitti cõuenit, ut myſterium Crucis, clariùs attingamus. Non dubium hominem ex ſenſu, & intellectu, atq; ratione media, quæ utrunq; nectit, exiſtere, ordo autem ſubmittit ſenſum rationi, rationẽ uero intellectui. Intellectus de tempore & mundo non eſt, ſed abſolutus ab his, ſenſus de mũdo ſub tempore, motibus ſubiectus exiſtit. Ratio quaſi in horizonte eſt, quoad intellectum, ſed in Auge, quo ad ſenſum: ut in ipſa coincidant quæ ſunt infrà & ſuprà tempus. Senſus, incapax eſt ſuper temporalium & ſpiritualium. Animal igitur, non percipit ea quæ Dei ſunt, cum Deus ſpiritus,

tus, & pluſquam ſpiritus exiſtat, & propter hoc ſenſualis cognitio, in tenebris eſt ignorantiæ æternorum, & mouetur ſecundùm carnem, ad carnalia deſideria per concupiſcibilem potentiam, & ad repellendum impediens, per iraſcibilem. Ratio uerò ſuprà eminens in ſua natura, ex participatione intellectualis naturæ, leges quaſdam continet, per quas ut rectrix paſſionum deſiderij, ipſas moderetur, & ad æquum reducat: ne homo in ſenſibilibus finem ponens, deſiderio ſpirituali intellectus priuetur. Et eſt potiſsima legũ, ne quis faciat alteri, quod ſibi fieri nollet, & quòd æterna temporalibus præponantur, & munda atque ſancta caducis & immundis, & ad hoc cooperantur leges, ex ipſa ratione elicitæ à ſanctiſsimis legiſlatoribus, ſecundùm diuerſitatem loci et temporis, pro remedijs in rationem peccantiũ, promulgatę. Intellectus altius uolans, uidet, etiam ſi ſenſus rationi ſubijceretur per omnia, ſibi connaturales paſsiones non inſequendo, qua nihilominus homo per ſe in finem intellectualium & æternorum affectuum peruenire non ualeret. Nam cum homo ex ſemine Adam, in carnalibus uoluptatibus ſit genitus, in quo ipſa animalitas ſecundùm propagationem, uincit ſpiritualitatem: tunc ipſa natura, in radice originis carnalibus delicijs immerſa, per quas homo in eſſe à patre prodijt penitùs impotens remanet, ad tranſcendendum temporalia pro amplexu ſpiritualium. Quapropter ſi pondus delectationum carnalium, attrahit deorſum rationem & intellectum, ut conſentiant, illis motibus nõ reſiſtendo, clarum eſt hominem ita deorſum tractum à Deo auerſum, fruitione optimi boni, quod eſt, intellectualiter ſurſum & æternum penitus priuari. Si uerò ratio dominatur ſenſui, adhuc opus eſt ut intellectus dominetur rationi, ut ſuprà rationem fide formata mediatori adhæreat, ut ſic per Deum attrahi poſsit ad gloriam. Nemo unquam fuit potens, ſuprà ſeipſum ac propriam ſuam naturam, ita peccatis deſiderij carnalis originaliter ſubditam, poſsè aſcendere ſuprà ſuam radicẽ, ad æterna & cœleſtia: niſi qui de cœlo diſcendit Chriſtus Ieſus, hic eſt, qui & propria uirtute aſcendit, in quo ipſa humana natura non ex uoluntate carnis, ſed ex Deo nata, nihil obſtaculi habuit, quin & potenter ad Deum patrẽ rediret. In Chriſto igitur, ipſa humana natura, per unionem ad ſummam potentiam exaltata eſt, & erepta de pondere temporalium et grauantium deſideriorum. Voluit autem Chriſtus Dominus, omnia humanæ naturæ facinora, nos ad terrena attrahentia, in ſuo humano corpore non propter ſe (cum peccatum non fecerit) ſed propter nos penitùs mortificare, & mortificando purgare: ut omnes homines eiuſdem humanitatis cum ipſo, omnem peccatorum ſuorum purgationem reperirent in ſeipſo. Voluntaria & innocentiſsima, turpiſsima atque crudeliſsima hominis Chriſti crucis mors omnium carnalium deſideriorum humanæ naturæ extinctio, ſatisfactio, atque purgatio fuit, quicquid humaniter contra charitatem proximi fieri poteſt in plenitudine charitatis Chriſti, qua ſeipſum morti etiam dedit pro inimicis, abundanter extat adimpletum. Humanitas igitur in Chriſto Ieſu, omnes omnium hominum defectus adimpleuit. Nam ipſa cum ſit maxima, totam ſpeciei potentiam amplectitur, ut ſit cuiuslibet hominis talis eſſendi æqualitas, quod multò amplius quàm frater & amicus ſpecialiſsimus, cuilibet coniunctus ſit, nam hoc agit maximitas humanæ naturæ ut in quolibet homine, ſibi per formatam fidem adhærente. Chriſtus ſit ipſe idem homo, unione perfectiſsima, cuiuslibet numero ſaluo. Per quam hoc uerum eſt, quod ipſemet ait: quicquid uni minimo ex meis feceritis, mihi feciſtis, & econuerſò, quicquid Chriſtus Ieſus paſsione ſua meruit, illi meruerunt, qui unum ſunt cum ipſo, ſalua differentia graduum meriti, ſecundùm differentiam graduum unionis cuiuſq; cum ipſo, per fidem charitate formatam. Hinc in ipſo circumciſi, in ipſo baptizati, in ipſo mortui, in ipſo denuò per reſurrectionem uiuificati, in ipſo Deo uniti & glorificati, fideles exiſtunt. Non eſt igitur iuſtificatio noſtra ex nobis, ſed ex Chriſto: qui cum ſit omnis plenitudo, in ipſo omnia conſequimur, ſi ipſum habuerimus, quem cum in hac uita per fidem formatam attingamus, non aliter quàm ipſa fide iuſtificari poterimus, ut infrà quodam loco extenſiùs dicemus. Hoc eſt illud ineffabile crucis myſterium noſtræ redemptionis: in quo ultrà ea quæ tacta ſunt,

http://www.obrascatolicas.com

Christus ostendit quomodo ueritas & iustitia, & uirtutes diuinæ, temporali uitæ ut æterna caducis præferri debeant, ac quòd in homine perfectissimo summa constantia atque fortitudo, charitas & humanitas esse debent: sicut mors Christi in cruce, in maximo Iesu illas ac omnes alias uirtutes, maximè fuisse ostendit. Quantò igitur homo plus in ipsis immortalibus uirtutibus ascenderit, tantò Christo similior fit, coincidunt enim minima maximis, ut maxima humiliatio cum exaltatione, turpissima mors supremè studiosi, cum gloriosa uita, & ita de cæteris: ut omnia ista, nobis Christi uita, passio, atq; crucifixio, manifestant.

Resurrectio.

De mysterio resurrectionis. Cap. VII.

CHristus homo passibilis & mortalis, non aliter ad gloriam patris, peruenire potuit, qui est ipsa immortalitas, quoniã absoluta uita, nisi mortale immortalitatem indueret. Quod fieri nequaquàm potuit, citrà mortem: quomodo enim mortale, aliter induere posset immortalitatem, nisi spoliaretur mortalitate? quomodo ab illa absolueretur, nisi soluto debito mortis? propter quod ait ipsa Veritas: stultos & tardi cordis eos esse, qui non intelligunt Christum oportere mori, & ita in gloriam intrare. Quoniam autem in prioribus ostendimus, Christum propter nos mortuum, morte quidem crudelissima, dicendum consequenter, quoniam aliter humanam naturam ad immortalitatis templum, quam per mortis uictoriam, traduci non conueniebat: hinc mortem subijt, ut secum resurgeret humana natura ad uitam perpetuam, & animale mortale corpus, fieret spirituale incorruptibile. Non potuit uerus homo esse, nisi mortalis, & nõ potuit ad immortalitatem, mortalem naturam uehere, nisi spoliata mortalitate per mortẽ. Audi quàm pulchrè nos instruit ipsa Veritas, de hoc loquens, cum ait: nisi granum frumenti in terram cadẽs, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si uerò mortuum fuerit, multum fructum affert. Christus igitur si semper mortalis remansisset, etiamsi nunquàm mortuus fuisset, quomodo naturæ humanę immortalitatem præstitisset mortalis homo? etsi ipse mortuus non fuisset, solus remansisset mortalis sine morte. Oportebat ergo ipsum à possibilitate moriendi per mortem liberari, si multum fructum afferre debuit, ut sic exaltatus, ad se omnia traheret, quando eius potestas non tantum esset in mundo ac terra corruptibili, sed & in cœlo incorruptibili. Hoc autem aliqualiter in nostra ignorantia attingere poterimus, si ea quæ sæpè dicta sunt, menti habuerimus. Ostendimus in antehabitis, hominẽ Iesum maximum, in se separatim à diuinitate personam subsistendi habere non posse, quia maximus. Et ob hoc communicatio Idiomatum admittitur, ut humana coincidant diuinis, quoniam humanitas illa inseparabilis à diuinitate propter supremam unionem, quasi per diuinitatem induta & assumpta, seorsum personaliter subsistere nequit: homo uero ex corpore & anima unitus est, quorum separatio mors est. Quia igitur ipsa maxima humanitas, in diuina suppositatur persona, non erat possibile aut animam aut corpus, etiam post diuisionem localem, mortis tempore seperari à persona diuina, sine qua homo ille nõ subsistebat. Non igitur mortuus fuit Christus, quasi persona eius defecisset, sed absq; etiam locali diuisione quo ad centrum in quo humanitas suppositabatur, remansit diuinitati hypostaticè unitus, & secundùm naturam inferiorem, quæ diuisionẽ animæ à corpore, secundum suæ naturæ ueritatem, pati potuit, temporaliter & localiter diuisio facta est, ut eodem loco & eodem tempore non essent simul, mortis hora, anima & corpus. Quare in corpore & anima non fuit corruptibilitas possibilis, cum unita essent æternitati: sed temporalis natiuitas, morti & separationi temporali subdita fuit, ita quòd completo circulo reditionis ad solutionẽ de compositione, temporali absoluto & amplius corpore ab his motibus temporalibus, ueritas humanitatis quæ suprà tempus est ut diuinitati unita incorrupta remanens, prout eius requirebat ueritas, ueritatem corporis ueritati animæ adunaret: ut sic dimissa umbrosa imagine ueritatis hominis, qui in tempore apparuit uerus homo, ab omni tẽporali passione absolutus resurgeret: ut idẽ Iesus, suprà omnes temporales motus, amplius nõ moriturus,

riturus, uerissimè resurgeret, per unionem animæ ad corpus, suprà omnem motum temporalem. Sine qua quidem unione, ueritas humanitatis incorruptibilis, uerissimè absque confusione naturæ diuinæ personæ, hypostaticè unita non fuisset. Adiua ingenij paruitatem ac ignorantiam tuam, exemplo Christi in frumenti grano ubi numerus grani corrumpitur, remanente essentia specifica sana, qua mediante natura multa grana resuscitat: quod si ipsum granum esset maximum atque perfectissimum, tale in terra optima atque fœcundissima moriens, non tantum centesimum aut millesimum fructum afferre posset, sed tantum, quantum natura speciei in sua possibilitate amplecteretur. Hoc est quidem quod ait Veritas: quomodo fructum multum afferret, multitudo enim finitas est sine numero. Intellige itaque acutè, humanitas enim Iesu, eo ipso quod ad hominem Christum contractè consideratur eò ipso etiam diuinitati unita simul intelligatur, cui ut unita est, plurimum absoluta est, ut consideratur Christus uerus homo, illa contracta est, ut per humanitatem homo sit, & ita humanitas Iesu est ut medium inter purè absolutum & purè contractum, secundum hoc itaq; non fuit corruptibilis nisi secundum quid, & simpliciter incorruptibilis. Fuit igitur secundum temporalitatem, ad quam contracta fuit corruptibilis: & secundum hoc quod fuit absoluta à tempore, & suprà tempus, & diuinitati unita, incorruptibilis. Veritas autem ut est temporaliter contracta, est quasi signum & imago ueritatis supertemporalis: ita ueritas corporis temporaliter contracta, est quasi umbra ueritatis corporis, supertemporalis. Sic & ueritas animæ contracta, est ut umbra animæ, à tempore absolutæ: uidetur enim potius sensus aut rapõ quam intellectus, dum est in tempore, ubi sine phantasmatibus non appræhendit, & suprà tempus eleuata, intellectus est ab his liber & absolutus. Et quoniam ipsa humanitas, sursum fuit in incorruptibilitate diuina, radicata inseparabiliter, tunc completo motu temporali corruptibili, non potuit resolutio fieri, nisi uersus radicem incorruptibilitatis. Quare post finem motus temporalis, qui mors fuit, sublatis his omnibus quæ temporaliter ueritati naturæ humanæ accesserunt, resurrexit idem Iesus, non in corpore graui, corruptibili, umbroso, passibili, & cæteris, quæ temporalem compositionem consequuntur, sed in corpore uero, glorioso impassibili, agili, & immortali, ut ueritas à conditionibus absoluta temporalibus, requirebat. Et hanc quidem unionem, necessariò exposcebat ipsa ueritas hypostaticæ unionis, humanæ naturę & diuinæ. Quapropter Iesum benedictũ à mortuis resurgere oportebat, ut ipsemet ait dicens: Oportebat Christum sic pati, & tertia die resurgere à mortuis.

Granum frumenti.

Christus primitiæ dormientium, cœlos ascendit. Cap. VIII.

OStensis his, facilè est uidere, Christum primogenitum ex mortuis esse: nemo enim antè ipsum resurgere potuit, quando humana natura nondum in tempore ad maximum perueniens, incorruptibilitati, & immortalitati (uti in Christo) unita fuit. Omnes enim impotentes erant, quousq; ueniret ille, qui ait: potestatem habeo ponere animam meam, & iterum sumere. Induit igitur in Christo humana natura immortalitatem, qui est primitiæ dormientium. Non est autem nisi una indiuisibilis humanitas, & omnium hominum specifica essentia per quam omnes particulares homines, sunt homines inter se numeraliter distincti, ita ut eadem etiam humanitas, sit Christi, & omnium hominum, distinctione numerali indiuiduorum, inconfusa remanente. Hinc manifestum est, omnium hominum qui temporaliter antè, aut post Christum fuerunt, aut erunt, humanitatem, in Christo immortalitatem induisse. Quapropter patet rationem hanc concludere, Christus homo resurrexit. Hinc omnes homines resurgent per ipsum, post omnem temporalis corruptibilitatis motum, ut sint perpetuò incorruptibiles. Et quamuis omnium hominum una sit humanitas, sunt tamen indiuiduantia principia, ipsam ad hoc uel illud suppositum contrahentia, uaria & diuersa: ita quod in Iesu Christo erant solum perfectissima & potentissima, & essentiæ humanitatis propinquissima, quæ

Ascensio.

http://www.obrascatolicas.com

diuinitati unita fuit, in cuius uirtute, potens erat Christus, propria uirtute resurgere, quæ quidem uirtus ipsi à diuinitate aduenit: propter quod Deus ipsum à mortuis dicitur resuscitasse, qui cum Deus & homo esset, propria uirtute resurrexit: & nullus hominum præter ipsum, nisi in Christi uirtute, qui & Deus est, poterit ut Christus resurgere. Est igitur Christus, per quem secundùm humanitatis naturam, immortalitatem nostra humana natura contraxit, & per quem etiam suprà tempus in suam similitudinem resurgemus, cessante motu, qui penitus sub motu nati sumus, hoc erit in fine seculorum Christus autem, qui solum ut à matre prodijt, temporaliter natus fuit, non totum temporis fluxum in resurrectione expectauit, quia eius natiuitatem, tempus penitus non appræhendit. Aduerte naturam, immortalitatem in Christo induisse: propter quod, omnes quidem siue boni siue mali, resurgemus, sed non omnes immutabimur, per gloriam transformantem nos in filios adoptionis, per Christum Dei filium. Resurgent igitur omnes per Christum, sed non omnes ut Christus, & in ipso per unionem, nisi illi qui sunt Christi, per fidem, spem, & charitatem. Vides (ni fallor) nullam perfectam religionem, homines ad ultimum desideratissimum pacis finem, ducentem esse: quæ Christum non amplectitur Mediatorem & saluatorem, Deum & hominem, uiam, uitam, & ueritatem. Age, quàm absona est Sarracenorum credulitas, qui Christum maximum atq; perfectissimum hominem, de uirgine natum, & ad cœlos uiuum translatum affirmant, Deum negant: obcæcati sunt profectò, quia asserunt impossibile. Verùm luce clarius intellectum habenti, apparere potest, etiam ex taliter præmissis, nec hominem posse esse per omnia perfectissimum atque maximum, suprà naturam ex uirgine natum, qui simul Deus non sit. Sunt illi sine ratione, crucis persecutores, eius mysteria ignorantes, cui Machumetes. ius etiam diuinum redemptionis fructum, non gustabunt: nec ex lege sui Machumetis, quæ non aliud quàm uoluptatis desideria implere promittit, quæ in Christi morte, extincta sunt in nobis, expectant ad quæ nos sperantes, appræhensione incorruptibilis gloriæ, anhelamus. Fatentur pariter Iudæi cum istis, Messiam maximum, perfectissimum, & immortalem hominem, quem Deum negant, eadem diabolica cæcitate detenti, qui etiam supremam beatitudinem fruitionis Dei, secus quàm nos Christi seruuli, uti futuram non sperant, sic nec consequentur. Et id quod mirabilius iudico, est, quòd tam ipsi Iudæi quàm Sarraceni, resurrectionem generalem credunt futuram, & possibilitatem per hominem, qui etiam Deus est, non admittunt. Nam & si diceretur, quòd cessante motu generationis & corruptionis, perfectio uniuersi absque resurrectione esse non posset: cum natura media humana, sit pars una essentialis uniuersi, sine qua uniuersum non solum perfectum, sed nec uniuersum esset, & quòd propter hoc necessarium sit, si aliquando cessat motus, totum uniuersum perire, aut homines ad incorruptibilitatem resurgere, in quibus, omnium media natura completa est, ita ut alia animalia non sit necesse resurgere, cum homo sit ipsorum perfectio, aut si resurrectio propterea futura diceretur, ut totus homo, retributionem condignam meritorum à Deo iusto recipiat: tamen ad hæc super omnia necessarium est, Christum, hominem & Deum credi, per quem solum, natura humana ad incorruptibilitatem potest peruenire. Obcæcati itaque sunt, omnes resurrectionem credentes, & Christum medium possibilitatis ipsius, desitentes: cum resurrectionis fides sit, diuinitatis & humanitatis Christi, & ipsius mortis ac resurrectionis affirmatio, qui primogenitus est ex mortuis, secundum præmissa. Resurrexit enim, ut ita intraret in gloriam, per ascensionem ad cœlos. Quem quidem ascensum, suprà omnem corruptibilitatis motum & influentiam cœlorum, arbitror intelligendum: nam cum secundùm diuinitatem sit ubique, ibi tamen propriùs eius locus dicitur, ubi non est ulla unquam mutatio, passio, tristitia, & cætera quæ temporalitati accidunt. Et hunc quidem locum æterni gaudij & pacis, suprà cœlos esse nominamus, licet loco nec appræhensibilis, nec descriptibilis, aut diffinibilis existat. Ipse, centrum atque circumferentia intellectualis naturæ est, & cum intellectus omnia ambiat, suprà omnia est. In sanctis tamẽ animabus rationalibus, & spiritibus

tibus intellectualibus, qui sunt cœli enarrantes gloriam eius, est requiescens, quasi in templo suo. Sic igitur suprà omnem locum, & omne tempus, ad incorruptibilem mansionem, suprà omne id quod dici potest, intelligimus Christum ascendisse, in hoc quòd suprà omnes cœlos ascendit, ut adimpleret omnia: qui cum sit Deus, est omnia in omnibus, & ipse regnat in cœlis illis intellectualibus, cum sit ipsa ueritas, & non secundum locum potius in circumferentia, quàm centro sedens, cum sit centrum omnium rationabilium spirituum, ut uita eorum. Et propter hoc intrà homines hoc regnum cœlorum etiam esse ipse affirmat, qui est fons uitæ animarum, finisq; earum.

Christus iudex est uiuorum & mortuorum. Cap. IX.

QVis iudex iustior, quàm qui & ipsa iustitia? Christus enim caput & principium omnis rationalis creaturæ, est ipsa ratio maxima, à qua est omnis ratio. Ratio autem est, iudicium discretiuum faciens. Vnde meritò uiuorum & mortuorum iudex est, qui cum omnibus rationalibus creaturis humanam naturam rationalem assumpsit, manens Deus, qui est remunerator omnium. Iudicat autem suprà omne tempus, per se, & in se omnia, quoniam complectitur omnes creaturas, cum sit maximus homo, in quo omnia: quia Deus ut Deus, est lux infinita, in quo non sunt tenebræ, quæ quidem lux omnia illuminat, ita ut omnia in ipsa luce, sint ipsi luci manifestissima. Hæc enim infinita lux intellectualis, suprà omne tempus, ita præsens sicut præteritum, ita uiuum sicut mortuum complicat, sicut lux corporalis hypostasis est omnium colorum. Christus autem est ut ignis purissimus, qui est inseparabilis à luce, & in se non subsistit, sed in luce, & est ignis ille, spiritualis uitæ & intellectus, qui ut omnia consumens intrà se receptans, omnia & probat & iudicat, quasi iudicium materialis ignis, cuncta examinans. Iudicantur autem in Christo, omnes rationales spiritus, quasi ignibile in igne, quorum aliud persistenter in ipso transformatur in similitudinem ignis: ut aurum optimum atque perfectissimum, ita est aurum, & adeò uehementer ignitum, ut appareat non plus aurum, quàm ignis: & aliud non intantum participat de intensitate ignis, uti argentum depuratum, aut æs, aut ferrum, Omnia tamen transformata in ignem uidentur, licet quodlibet in gradu suo. Et hoc iudicium est ignis tantum, non ignitorum, cum quodlibet ignitum in quolibet ignito, ignem illum ardentissimum tantum appræhendat, & non differentiam ignitorum: quasi uti nos, si fusum aurum & argentum atque cuprum, in maximo igne conspiceremus, differentias metallorum, postquàm in ignis formam transformata sunt, non appræhendimus. Ignis autem ipse si intellectualis esset, gradus perfectionis cuiusque sciret, & ad quantum secundum gradus ipsos, capacitas intensitatis ignis in quolibet differenter se haberet. Vnde uti quædam ignibilia, sunt in igne incorruptibiliter perseuerantia, capacia lucis & caloris, quæ in similitudinem ignis sunt transformabilia, propter sui puritatem, & hoc differenter secundùm plus & minus, quædam uerò sunt quæ propter impuritatem suam, etiam si sint calefactibilia, non tamen in lucem transformabilia: ita Christus Iudex, secundum unicum simplicissimum atque indistinctum iudicium, in uno momento, omnibus iustissimè & absque inuidia, quasi ordine naturæ non temporis, calorem creatæ rationis communicat: ut recepto calore, lumen intellectuale diuinum desuper infundat, ut sit Deus omnia in omnibus, & omnia per ipsum Mediatorem in Deo, & æquales ei, quantò hoc secundùm capacitatem cuiusque, possibiliùs fuerit. Sed quòd quædam propter hoc, quia magis unita & pura sint, non tantum caloris sed & lucis perceptibilia, & alia uix caloris, sed non lucis, accidit ex indispositione subiectorum. Vnde cum lux illa infinita, sit ipsa æternitas atque ueritas, necesse est ut rationalis creatura, quæ per ipsam illuminari desiderat, ad uera & æterna se conuertat, suprà ista mundana & corruptibilia. Contrario modo se habent corporalia & spiritualia. Virtus enim uegetatiua,

Iudicium. Ignis. Aurum. Argentum. Aes. Ferrum.

http://www.obrascatolicas.com

corporalis est, quæ conuertit alimentum ab extrinseco receptum, in naturam alisi, & non conuertitur animal in panem, sed econuersò. Spiritus autem intellectualis, cuius operatio est suprà tempus, quasi in horizonte æternitatis, quando se ad æterna conuertit, non potest ita in se conuertere, cum sint æterna & incorruptibilia, sed nec ipse cum sit incorruptibilis, ita se in ipsa conuertit, ut desinat esse intellectualis substantia: sed conuertitur in ipsa, ut absorbeatur in similitudinem æternorum, secundum gradus tamen, ut magis ad ipsa & feruentiû conuersus, magis & profundius ab æternis perficiatur, & abscondatur eius esse in ipso æterno esse. Christus autem cum sit immortalis amplius, & uiuat, & sit uita, & ueritas: qui se ad ipsum conuertit, ad uitam se conuertit, & ad ueritatem, & quantò hoc ardentiùs, tanto magis à mundanis & corruptibilibus, se ad æterna eleuat, ut uita sua sit abscondita in Christo. Virtutes enim sunt, æterna iustitia, permanens in seculum seculi, uita, & ueritas. Qui se ad uirtutes conuertit, ambulat in uijs Christi, quæ sunt uiæ puritatis & immortalitatis. Virtutes ueræ, diuinæ illuminationes sunt. Quare qui se in hac uita per Christum conuertit, qui est uirtus, dum de hac temporali uita absoluetur, in puritate spiritus reperietur, ut intrare possit ad gaudium æternæ apprehensionis. Conuersio uerò spiritus nostri est, quando secundum omnes suas potentias intellectuales, ad ipsam purissimam æternam ueritatem, se conuertit per fidem, cui omnia postponit, & ipsam talem ueritatem solam amandam eligit atque amat. Conuersio enim per fidem certissimam ad ueritatem, quæ Christus est, est mundum istum deserere, atque in uictoria calcare. Ipsum autem ardentissimè amare, est per spiritualem motum in ipsum pergere, quia ipse non tantum est amabilis, sed Charitas ipsa. Dum enim spiritus pergit per gradus amoris, ad ipsam charitatem, in ipsam charitatem non quidem temporaliter, sed suprà omne tempus & omnem mundanum motum, profundatur. Sicut igitur omnis amans, est in amore: ita omnes uirtutem amantes, in Christo. Et sicut omnis amans, est per amorem amans: ita omnes amantes ueritatem, per Christum sunt ipsam amantes. Hinc nemo nouit ueritatem, nisi spiritus Christi fuerit in illo. Et sicut impossibile est, amantem esse sine amore: ita impossibile est, quenquàm habere Deum sine spiritu Christi, in quo spiritu tantum Deum adorare ualemus, propter quod increduli, ad Christum non conuersi, incapaces luminis gloriæ transformationis, iam iudicati sunt ad tenebrositatem & umbram mortis, à uita auersi, quæ Christus est, de cuius tantum plenitudine, omnes in gloria satiantur per unionem. De qua infrà cum de ecclesia loquemur, ex eodem fundamento, pro consolatione nostra, nonnulla subijciemus.

Amor.

De sententia iudicis. Cap. X.

Sententia.

NEminem mortalium compræhendere iudicium illud, ac eius iudicis sententiam, manifestum est. Quoniam cum sit suprà omne tempus & motum, non discussione comparatiua uel præsumptiua, ac prolatione uocali, & signis talibus expeditur, quæ moram & protractionem capiunt: sed sicut in uerbo omnia creata sunt (quoniam dixit, & facta sunt) ita in eodem uerbo, quod & ratio dicitur, omnia iudicãtur. Nec inter sententiam & exsecutionem quicquam interest, sed hoc est quòd in momento fit, scilicet quòd & resurrectio & apprehensio finis differenter, glorificatio in translatione filiorum Dei, & damnatio in exclusione auersorum, nullo etiam indiuisibili temporis momento distinguntur. Intellectualis natura quæ suprà tempus est, & corruptioni temporali non subdita, ex sui natura intrà se formas incorruptibiles complectens, ut puta, Mathematicas suo modo abstractas, & etiam naturales, quæ in ipsa intellectuali absconduntur & transformantur de facili, quæ sunt nobis manuductiua signa, incorruptibilitatis eius, quia locus incorruptibilium incorruptibilis: naturali motu, ad ueritatem mouetur abstractissimam, quasi ad finem desideriorum suorum, ac ad ultimum obiectum delectabilissimum. Et quoniam hoc tale obiectum est omnia, quia Deus, intellectus,

tellectus, immortalis, & incorruptibilis, quousque attingat ipsum, insatiabilis est, cum non satietur nisi in obiecto æterno. Quòd si intellectus, absolutus ab hoc corpore, in quo opinionibus ex tempore subijcitur, ad optatum finem non pertingit, sed potius cum appetat ueritatem cadit in ignorantiam, & cum ultimo desiderio non aliud desideret quàm ipsam ueritatem, non in ænigmate aut signis, sed certitudinaliter facietenus appræhendere: tunc cum ob auersionem ipsius à ueritate, in hora separationis, & conuersionem ad corruptibile, cadat ad desideratum corruptibile, ad incertitudinem & confusionem in ipsum tenebrosum chaos, meræ possibilitatis, ubi nihil certi actu, rectè ad intellectualem mortem descendisse dicitur. Est enim animæ intellectuali intelligere, esse: & intelligere desideratum, est ipsi uiuere. Propter hoc, sicut ei est uita æterna, appræhendere ultimo desideratum, stabile, æternum: ita est ei mors æterna, separari ab illo stabili desiderato, & præcipitari in ipsum chaos confusionis, ubi igne perpetuo cruciatur modo suo, à nobis non intelligibili aliter, quàm ut cruciatur priuatus uitali alimento & sanitate, & non illis tantum, sed & spe aliquando assequendi, ut sine extinctione & fine, semper moriatur agonizando. Hæc est uita ærumnosa, suprà id quod cogitari potest, quæ ita est uita ut sit mors, quæ ita est esse, ut sit non esse, quæ ita est intelligere, ut sit ignorare. Et quoniam in antehabitis probatum est, quòd suprà omnem motum, & tempus, & quantitatem, & cætera tempori subdita, resurrectio hominum est, ita quòd corruptibile in incorruptibile, animale in spirituale resoluitur, ut totus homo sit suus intellectus qui est spiritus, & corpus uerum sit in spiritu absorptum, ut non sit corpus in se quasi in suis corporalibus quantificatiuis & temporalibus proportionibus, sed translatum in spiritum, quasi contrario modo ad hoc nostrum corpus, ubi non uidetur intellectus sed corpus, in quo ipse intellectus quasi incarceratus apparet, ibi uerò corpus est ita in spiritu, sicut hic spiritus in corpore, & propter hoc ut hic anima aggrauatur per corpus, ita ibi corpus alleuiatur per spiritum: hinc ut gaudia spiritualia uitæ intellectualis sunt maxima, quæ & ipsum corpus glorificatum in spiritu participat, ita infernales tristitiæ spiritualis mortis, sunt maximæ, quas & corpus in spiritu recipit. Et quoniam Deus noster, qui appræhensus, est uita æterna, est suprà omnem intellectum compræhensibilis: tunc æterna illa gaudia, omnem intellectum nostrum excedentia, maiora sunt, quàm ullo signo tradi possint. Pariformiter et & pœnæ damnatorum, suprà omnes cogitabiles atque descriptibiles pœnas existunt. Quare in omnibus illis Musicalibus harmonicis signis gaudij, lætitiæ, gloriæ, quæ ut signa cognita nobis, cogitandi iudicia uitæ æternæ à patribus tradita reperiuntur: sunt remotissima quædam signa sensibilia, per infinitum distanter, ad ipsa intellectualia, nulla imaginatione perceptibilia. Ita & pœnis infernalibus, quæ aut igni elementari sulfureo, ac piceo, & cæteris cruciatibus sensibilibus assimulantur: nullam comparationem habent, ad igniles illas intellectuales ærumnas, à quibus nos Iesus Christus, uita & saluatio nostra, præseruare dignetur: qui est in secula benedictus, Amen.

Mysteria fidei. Cap. XI.

Fides.

MAiores nostri omnes concordanter asserunt, Fidem initium esse intellectus. In omni enim facultate, quædam præsupponuntur ut principia prima, quæ sola fide appræhenduntur, ex quibus intelligentia tractandorum elicitur: omnem enim ascendere uolentem ad doctrinam, credere necesse est ijs, sine quibus ascendere nequit, ait enim Esaias: nisi *Esaias.* credideritis non intelligetis. Fides igitur, est in se complicans omne intelligibile. Intellectus autem, est fidei complicatio. Dirigitur igitur intellectus per fidem, & fides per intellectum extenditur. Vbi igitur non est sana fides, nullus est uerus intellectus. Error principiorum, & fundamenti debilitas, qualem conclusionem subinferant, manifestum est. Nulla autem perfectior fides, quàm ipsamet Veritas,

http://www.obrascatolicas.com

quæ Iesus est. Quis non intelligit excellentissimum Dei donum esse, rectam fidem? Ioannes. Ioannes Apostolus ait: fidem incarnationis uerbi Dei, nos in ueritatem ducere, ut Dei filij efficiamur, & hanc in primordio simpliciter aperit, deinde multa Christi opera enarrat, secundum ipsam fidem, ut intellectus illuminetur in fide. Quapropter hanc finaliter conclusionē subinfert, dicens: hæc quidem scripta sunt, ut credatis quoniam Iesus est filius Dei. Potest autem Christi suauissima fides, in simplicitate constanter firmata, gradibus ascensionum extendi & explicari secundum datam ignorantiæ doctrinam. Maxima enim & profundissima Dei mysteria in mundo ambulantibus, quanquam sapientibus abscondita, paruulis & humilibus in fide Iesu reuelantur, quoniam Iesus est in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiarum absconditi sunt, sine quo nemo quicquam facere potest, nam est uerbum & potentia, per quam Deus fecit & secula, super omnia quæ in cœlo & in terra sunt potestatem habens, solus altissimus. Qui cum in hoc mundo non sit cognoscibilis, ubi ratione & opinione aut doctrina, ducimur in symbolis per notiora ad incognitum ibi tantum apprænditur, ubi cessant persuasiones, & accedit fides, per quam in simplicitate rapimur, ut suprā omnem rationem & intelligentiam, in tertio cœlo simplicissimæ intellectualitatis, ipsum in corpore incorporaliter (quia in spiritu) & in mundo non mundialiter, sed cœlestialiter contemplemur incomprænsibiliter: ut & hoc uideatur, ipsum scilicet comprænhendi non posse, propter excellentiæ suæ immensitatem. Et hæc est illa docta ignorantia, per quam ipse beatissimus Paulus Paulus. ascendens, uidit se, Christum, quem aliquando solum sciuit, tunc ignorare, quando ad ipsum altiùs eleuabatur. Ducimur igitur nos Christi fideles, in docta ignorantia ad montem qui Christus est, quem tangere cum natura animalitatis nostræ, prohibiti sumus: & oculo intellectuali dum inspicere ipsum conamur, in caliginem incidimus, scientes intrà ipsam caliginem montem esse, in quo solum beneplacitum est habitare omnibus intellectu uigentibus. Quem si cum maiori fidei constantia accesserimus, rapiemur ab oculis sensualiter ambulantium, ut auditu interiori, uoces & tonitrua & terribilia signa maiestatis eius, percipiamus, de facili percipientes ipsum solum Dominum, cui obediunt uniuersa, peruenientes gradatim, ad quædam incorruptibilia uestigia pedum eius, quasi ad quosdam diuinissimos characteres ubi uocem non creaturarum mortalium, sed ipsius Dei, in sanctis organis, & signis Prophetarum & sanctorum audientes, clarius ipsum quasi per nubem rationem intuemur. Deinde ardentiori desiderio fideles continuò ascendentes, ad intellectualitatem simplicem rapiuntur, omnia sensibilia transilientes, quasi de somno ad uigiliam, de auditu ad uisum pergentes: ubi ea uidentur, quæ reuelari non possunt quoniam suprà omnem auditum sunt, & uocis doctrinam. Nam si dici deberent ibi reuelata, tunc non dicibilia dicerentur, non audibilia audirentur, sicut inuisibile ibi uidetur. Iesus enim in secula benedictus, finis omnis intellectionis quia ueritas, & omnis sensus quia uita, omnis denique esse finis, quia entitas, ac omnis creaturæ perfectio, quia Deus & homo: ibi ut terminus omnis uocis incomprænsibiliter auditur. De ipso enim omnis uox prodit, & ad ipsum terminatur: quidquid ueri in uoce est, ab ipso est. Omnis uox, ad doctrinam est. Ad ipsum est igitur, qui ipsa sapientia est. Omnia quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Voces, in scripturis figurantur: uerbo Domini, cœli firmata sunt. Omnia igitur creata, signa sunt uerbi Dei. Omnis uox corporalis, uerbi mentalis signum. Omnis mentalis uerbi corruptibilis, causa est uerbum incorruptibile, quod est ratio. Christus est ipsa incarnata ratio omnium rationum, quia uerbum caro factum est. Iesus igitur, finis est omnium. Talia quidem, ascendenti ad Christum per fidem, manifestātur gradatim: cuius fidei diuina efficacia, inexplicabilis est, nam unit credētem cum Iesu, si magna fuerit, ut suprà omnia sit, quæ in unitate cum ipso Iesu non sunt. Hic enim, si integra est fides, in uirtute Iesu cui unitur, suprà naturam & motū potestatem habens, etiam spiritibus malignis imperat, & mirabilia non ipse, sed in ipso & per ipsum Iesus operatur, ut sanctorum gesta exempla tradunt. Oportet autem perfectam Christi fidem esse

esse purissimam, maximam, formatam charitate, quantò hoc potest fieri efficaciùs. Non enim patitur quicquam sibi commisceri, quoniam est fides purissimæ ueritatis potentis ad omnia. Sæpissimè in antehabitis replicatum reperitur, minimum maximo coincidere: ita quidem & in fide, quæ simpliciter maxima in esse & posse, nō potest in uiatore esse, qui non sit & comprehensor simul, qualis Iesus fuit. Viatorem autem tantum etiam quo ad se, actu maximam Christi fidem habere uolentem, necesse est, ut fides ad ipsum ad tantum rectitudinis indubitabilis gradum, eleuata sit, ut etiam minimè sit fides, sed summa certitudo absq; hæsitatione in alio quocunq;. Hæc est potens fides, quæ ita est maxima & minima, ut omnia complectatur credibilia, in eo qui est ueritas. Et si fortè fides unius hominis, ad gradū alterius non attingit, propter impossibilitatem æqualitatis, sicut unum uisibile, in æquali gradu à pluribus uideri nequit: hoc tamen necesse est, ut quisq; quantum in se est, actu maximè credat. Et tunc is qui in comparatione aliorum, uix ut granum sinapis fidem sortiretur, ad hæc immensæ uirtutis illius fides est, ut etiam in montibus obedientiam reperiret, cum id se in uirtute uerbi Dei (cum quo quātum in se est, maximè per fidem unitur) imperet, cui nihil resistere potest. Vide quanta est potētia, cui intellectualis spiritus in uirtute Christi adest, si illi super omnia adhæreat, ita ut per ipsam uegetetur, quasi in ipso per unionem saluo numero suo, ut in uita sua suppositatus. Hoc autem cum non fiat, nisi per conuersionem intellectus (cui sensus obediant) ad ipsum per fidem maximam, tunc hanc necesse est esse formatam, per unientem charitatem: non enim maxima potest esse fides sine charitate. Nam si omnis uiuens diligit uiuere, & omnis intelligens intelligere, quomodo potest Iesus uita ipsa immortalis credi, ac ueritas infinita, si non summè amatur? per se enim, uita amabilis est: & si maximè creditur, Iesus esse uita æterna, non potest non amari, non est enim uiua fides sed mortua, & penitus non fides, absq; charitate. Charitas autem, forma est fidei, ei dans esse uerum: imò est signum constantissimæ fidei. Si igitur, propter Christum omnia postponuntur, & corpus & anima, eius comparatione pro nihilo habentur: signum, est maximæ fidei, nec potest fides magna esse, sine spe sancta, fruitionis ipsius Iesu. Quomodo enim quis fidem certam haberet, si promissa sibi à Christo non speraret? si non crederet, se habiturum æternam uitam à Christo fidelibus promissam, quomodo credit Christo, aut quomodo ipsum ueritatem esse credit? si in promissis spem indubiam non habet, quomodo eligeret pro Christo mortem, qui immortalitatem non speraret? & quia credit, quòd sperantes in eum non deserit, sed sempiternam eis beatitudinem præstat, hinc pro Christo omnia pati, ob tantam mercedem retributionis, pro modico fidelis habet. Magna est profectò fidei uis, quæ hominem Christiformem efficit, ut linquat sensibilia, expoliet se contagijs carnis, ambulet in uijs Dei cum timore, sequatur uestigia Christi cum lætitia, & crucem uoluntariè acceptet cum exultatione, ut sit in carne quasi spiritus, cui hic mūdus propter Christum mors est, & cui ab eo tolli (ut sit cum Christo) uita est. Qui sputas hic spiritus est, in quo habitat Christus per fidem? quale est hoc admirandum Dei donum, ut in hac peregrinatione constituti, in carne fragili, ad illam potestatem in uirtute fidei eleuari ualeamus suprà omnia quæ Christus per unionem non sunt? Age, ut successiuè mortificata carne, sensim per fidem, gradatim ad unitatem cum Christo quis ascendat, ut in ipsum profunda unione, quantum hoc in uita possibile est, absorbeatur, omnia hic uisibilia, & quæ in mundo sunt transiliens, perfectionem completam naturæ assequitur. Et hæc est ipsa natura completa, quam in Christo, mortificata carne & peccato, transformati in eius imagine, consequi poterimus: & non illa phantastica Magorum, qui hominem ad quandam naturam, spirituum influentialium sibi coniecturalium, quibusdam operationibus mediante fide ascendere dicunt, ut in uirtute spirituum taliū, quibus per fidem uniuntur, plura & singularia mirabilia, aut in igne, aut in aqua, aut scientijs harmonicis, apparentijs transmutationum, manifestatione occultorū, & similibus efficiant. Manifestū est enim, in his omnibus seductionē esse, & receſſum à uita & ueritate. Propter qđ tales ad fœdera & pacta unitatis, cū malignis spiritibus

Magi.

Nota.

http://www.obrascatolicas.com

ſpiritibus taliter aſtringuntur, ut id quod fide credunt, opere oſtendant in thuriſicationibus & adorationibus, Deo tantum debitis: quæ ſpiritibus quaſi potentibus imprimere petita, & de uocalibus, iſtis mediantibus, magna cum obſeruantia & uenerationē impendunt. Conſequuntur aliquando per fidem, ipſa caduca petita, uniti ſic ſpiritui, cui etiam à Chriſto æternaliter diuiſi, in ſupplicijs adhærebunt. Benedictus Deus qui per Filium ſuum, de tenebris tantæ ignorantiæ nos redemit: ut ſciamus omnia falſa & deceptoria, quæ alio Mediatore quàm Chriſto, qui ueritas eſt, & alia fide quàm Ieſu, qualitercunq; perficiuntur. Quoniam nō eſt niſi unus Dominus Ieſus, potens ſuper omnia, nos omni benedictione adimplens, omnes noſtros defectus ſolus abundare faciens, atq; ſupplens.

De eccleſia. Cap. XII.

Eccleſia. ETſi de Chriſti eccleſia intellectus ex iam dictis haberi poſsit, ſubiungam tamen uerbum breue, ut nihil operi deſit. Quoniam fidem in diuerſis hominibus, in gradu inæqualem eſſe, recipereq; ex hoc magis & minus neceſſarium eſt: hinc ad maximam fidem, qua nulla potētia maior eſſe poſsit, nemo deuenire poteſt: ſicut nec pariformiter ad charitatē maximam. Maxima enim fides, quæ nulla potentia maior eſſe poſſet, ſi illa in uiatore eſſet, illum & comprehēſorem eſſe ſimul, neceſſe eſſet. Maximum enim in aliquo genere, ſicut eſt ſupremus terminus illius, ita eſt initium altioris. Propter quod, fides maxima ſimpliciter, in nullo eſſe poteſt, qui non ſimul ſit & comprehenſor: ita & Charitas ſimpliciter maxima, non poteſt eſſe in amante, qui nō ſit & amatus ſimul. Propter quod nec Fides nec Charitas, maxima ſimpliciter alteri quàm Ieſu Chriſto, qui uiator & comprehenſor, amās homo, & amatus Deus fuit, competijt. Intrà maximum autem omnia includūtur, quoniam ipſum omnia ambit. Hinc in fide Chriſti Ieſu, omnis uera fides, & in charitate Chriſti, omnis charitas uera includitur, gradibus tamen diſtinctis ſemper remanentibus. Et quoniam illi gradus diſtincti ſunt intrà maximum, & ſuprà minimum, non poteſt quiſquam etiam ſi actu quantum in ſe, fidem maximam habeat Chriſti, attingere ad ipſam maximam Chriſti fidem, per quam comprehendat Chriſtū Deum & hominem: nec tantum poteſt quis amare Chriſtum, quòd Chriſtus non poſsit plus amari: cum Chriſtus ſit amor & charitas, & propterea in infinitū amabilis. Quapropter nemo in hac uita aut futura, ita Chriſtū amare poteſt, ut ipſe propterea ſit Chriſtus & homo: omnes enim qui Chriſto, aut per fidē in hac uita & charitatem, aut cōprehenſionem & fruitionē in alia, uniuntur, remanente graduali differentia, eo modo uniuntur, quo magis illa remanente differentia uniri non poſſent, ita ut in ſe nemo, abſq; ipſa unione ſubſiſtat, & per unionem à gradu ſuo non cadat. Quare hæc unio eſt Eccleſia, ſiue congregatio multorum in uno, quemadmodum multa membra in uno corpore, & quodlibet in gradu ſuo, ubi unum non eſt aliud, & quodlibet in corpore uno, mediante quo cum quolibet unitur, ubi nullum ſine corpore, uitam, & ſubſiſtentiam habere poteſt, licet in corpore unū non ſit omnia, niſi mediante corpore. Quapropter ueritas fidei noſtræ, dum hic peregrinamur, nō poteſt niſi in ſpiritu Chriſti ſubſiſtere, remanente ordine credentium, ut ſit diuerſitas in concordantia in uno Ieſu: & dum abſoluemur ex hac militanti eccleſia, quādo reſurgemus, non aliter in Chriſto reſurgere poterimus, ut ſic etiam ſit una triumphantium eccleſia, & quiſq; in ordine ſuo. Et tunc ueritas carnis noſtræ, nō erit in ſe, ſed in ueritate carnis Chriſti: & ueritas corporis noſtri, in ueritate corporis Chriſti: & ueritas ſpiritus noſtri, in ueritate ſpiritus Chriſti Ieſu, ut palmites in uite, ut ſit una Chriſti humanitas, in omnibus hominibus, & unus Chriſti ſpiritus, in omnibus ſpiritibus, ita ut quodlibet in eo ſit: ut qui ſit unus Chriſtus ex omnibus. Et tunc qui unum ex omnibus qui Chriſti ſunt, in hac uita recipit, Chriſtum recipit, & quod uni ex minimis fit, Chriſto fit: Sicut lædens manum Platonis, Platonem lædit, & qui minimam particulā offendit, totum hominem offendit, & qui in patria de minimo gaudet, de Chriſto gaudet & in quolibet uidet Ieſum, per quem, Deū benedictū. Sic erit Deus, noſter per filiū ſuum

ſuum omnia in omnibus, & quiſq; in filio, & per ipſum cum Deo & omnibus; ut ſit gaudium plenū abſq; omni inuidia & defectu. Et quoniam in nobis continuè fides augeri poteſt, dum hic peregrinamur, ſimiliter & charitas (quāuis actu quiſq; in gradu eſſe poſsit tali, quòd in maiori ſecundū ſe actu, ut tunc eſſe non poſsit) tamen dū eſt in uno gradu, eſt in potentia ad alium, licet in infinitum, progreſsio talis fieri nō poſsit, per commune fundamētum. Hinc noſtram poſsibilitatē, laborare debemus gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, ad actū deduci: ut ſic ſimus de uirtute in uirtutem ambulantes, & de gradu ad gradū, per ipſum qui eſt fides & charitas, ſine quo ex nobis quantum ex nobis, nihil poſſumus, ſed omnia quæ poſſumus, in ipſo poſſumus: qui ſolus potens eſt implere ea quę nobis deſunt, ut integrum & nobile membrum ipſius inueniamur, in die reſurrectionis. Et hanc gratiā augmenti fidei & charitatis, credendo & amādo ex omnibus uiribus, aſsidua oratione (non dubium) impetrare poſſumus, ad eius thronum cum fiducia accedētes, cum ipſe pijſsimus ſit, & ſancto deſiderio neminē ſinat defraudari. Si iſta ſicuti ſunt, profunda mente meditatus fueris, admiranda quadā dulcedine ſpiritus perfunderis: quoniam interno guſtu, inexpreſsibilem Dei bonitatem, quaſi in fumo aromaticiſsimo, odorabis, quam tibi transiens miniſtrabit, de quo ſatiaberis cū apparuerit gloria eius, ſatiaberis dico, abſq; faſtidio: quoniā ille cibus immortalis, eſt ipſa uita. Et ſicut ſemper creſcit deſiderū uiuendi, ita cibus uitæ ſemper comeditur, abſq; hoc quòd in naturam comedentis cōuertatur, tunc enim faſtidioſus eſſet cibus, qui grauaret, & uitam immortalem præſtare non poſſet, cum in ſe deficeret, & in alitum conuerteretur. Deſiderium aūt noſtrū intellectuale, eſt intellectualiter uiuere, hoc eſt continuè plus, in uitā & gaudiū intrare. Et quoniam illa infinita eſt, cōtinuè in ipſam, beati cū deſiderio feruntur. Satiantur itaq;, quaſi ſitientes de fonte uitæ potantes, & quia iſta potatio, nō tranſit in præteritum, cum ſit in æternitate, ſemper ſunt beati potantes, & ſemper ſatiantur, & nunq; biberunt aut ſaturati fuerunt. Benedictus Deus, qui nobis dedit intellectū, qui in tempore ſatiabilis non eſt: cuius deſiderium, cum finem nō capiat, ſeipſum ſuprà corruptibile tempus immortalē appræhendit, ex deſiderio temporaliter inſatiabili, cognoſcitq; ſe uita deſiderata intellectuali ſatiari nō poſſe, niſi in fruitione optimi magni boni, nunq; deficientis: ubi fruitio non tranſit in præteritum, quia appetitus in fruitione non decreſcit. Quaſi (ut corporali exēplo utamur) ſi quis eſuriens ad menſam magni regis ſederet, ubi ſibi ex deſiderio cibo miniſtraretur, ita quòd alium non appeteret, cuius cibi natura eſſet, quòd ſatiando acueret appetitum, ſi hic cibus nunq; deficeret, manifeſtū eſt comedentē ſemper continuè ſatiari, & appetere cōtinuè eundem cibum, & ſemper deſiderioſe ferri ad cibū, ſemper itaq; hic capax eſſet cibi, cuius uirtus eſſet, cibatū continuè in cibum inflammato deſiderio ferre. Hęc igitur capacitas naturæ intellectualis, ut recipiendo in ſe uitā, in ipſam conuertatur, ſecundum ſuam naturā conuertibilem: ſicut aër recipiendo in ſe radium Solis, in lumē conuertitur: propter hoc intellectus, cum ſit naturæ cōuertibilis ad intelligibile, nō intelligit niſi uniuerſalia & incorruptibilia & permanentia: quoniam ueritas incorruptibilis, eſt eius obiectum, in quod intellectualiter fertur, quam quidē ueritatem, in æternitate, quieta pace in Chriſto Ieſu appræhendit. Hæc eſt triumphantium eccleſia, in qua eſt Deus noſter in ſæcula benedictus, ubi ſuprema unione Chriſtus Ieſus uerus homo, Deo filio unitus eſt tanta unione, ut humanitas ipſa in ipſa diuinitate tantum ſubſiſtat: in qua ita eſt unione ineffabili hypoſtatica, quòd remanente ueritate naturæ humanitatis, non poſsit altiùs & ſimpliciùs uniri. Deinde omnis rationalis natura Chriſto Domino, remanente cuiuslibet perſonali ueritate, ſi ad ipſum in hac uita, ſumma fide & ſpe atque charitate conuerſa fuerit: adeò unita exiſtit, ut omnes tam Angeli quàm homines niſi in Chriſto ſubſiſtāt, per quem in Deo ueritate corporis cuiuſq; per ſpiritum abſorpta & attracta, ut quilibet beatorum ſeruata ueritate ſui proprij eſſe, ſit in Chriſto Ieſu, Chriſtus, & per ipſum in Deo Deus, & quòd Deus eo abſoluto maximo remanente, ſit in Chriſto Ieſu ipſe Ieſus, in omnibus omnia per ipſum. Nec poteſt eccleſia eſſe alio modo magis una,

Menſa regis. Cibus.

nam

http://www.obrascatolicas.com

nam ecclesia, unitatem plurium (salua cuiusq; personali ueritate) dicit, absq; confusione naturarum & graduum. Quãtò autem magis ecclesia est una, tantò maior. Ista igitur ecclesia est maxima, ecclesia æternaliter triumphantium, quoniam maior ecclesię unio posibilis non est. Hic igitur contemplare, quanta est hæc unio, ubi unio maxima absoluta diuina, & unio in Iesu deitatis & humanitatis, & unio ecclesiæ triumphantium deitatis Iesu, & beatorum reperitur. Nec unio absoluta est maior uel minor, unione naturarum in Iesu, uel beatorũ in patria: quoniam est unio maxima, quæ est unio omnium unionum, & id quod est omnis unio nõ recipiens magis nec minus, ex unitate & equalitate procedens, ut in primo libro ostenditur. Nec unio naturarum in Christo, est maior aut minor unitate ecclesiæ triumphantium: quoniam cum sit maxima unio naturarum, tunc in hoc non recipit magis & minus. Vnde omnia diuersa quæ uniuntur, ab ipsa maxima unione naturarum Christi, suã unitatem sortiuntur, per quam unio ecclesiæ est id quod est. Vnio autem ecclesiæ est maxima unio ecclesiastica. Quare ipsa cum sit maxima, coincidit sursum cum unione hypostatica naturarum in Christo. Et illa unio naturarum Iesu, cum sit maxima, coincidit cum unione absoluta, quæ est Deus. Et ita unio ecclesiæ, quæ est suppositorum cum illa, quæ licet non uideatur adeò una, sicut hypostatica quæ est naturarum tantũ, aut prima diuina simplicissima, in qua nihil alteratis aut diuersi existere potest: resoluitur tamen per Iesum in unionem diuinam, à qua etiã ipsa initium habet: & hoc profectò clarius uidetur, si aduertitur ad id, quod sæpè superiùs repetitur. Vnio enim absoluta, spiritussanctus est. Vnio autem maxima hypostatica, cum ipsa unione absoluta coincidit, propter quod necessariò unio naturarum in Christo, per absolutam quæ spiritussanctus est, & in ipsa existit. Vnio autem ecclesiastica, coincidit cum hypostatica ut præfertur, propter quod in spiritu Iesu, est unio triumphantium, quæ in spiritu sancto est. Ita ait ipsa Veritas in Ioanne: Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut nos unum sumus, ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unũ. Vt sit ecclesia in æterna quiete, adeò perfecta quòd perfectior esse non possit, in tam inexpressibili transformatione luminis gloriæ, ut in omnibus non appareat nisi Deus. Ad quam tanto affectu cum triumpho aspiramus, ipsum Deum patrem supplici corde orantes: ut per filium suum Dominum nostrum Iesum Christũ, & in ipso per spiritum sanctum, ipsam nobis sua immensa pietate largiri uelit, eo æternaliter fruituris, qui est in sæcula benedictus, Amen.

Ioannis.

Peroratio.

ACcipe nunc Pater metuende, quæ iamdudum attingere uarijs doctrinarum uijs, concupiui, sed priùs non potui, quousq; in mari ex Græcia rediens (credo superno dono, à patre luminum, à quo omne datum optimum) ad hoc ductus sum, ut incomprehensibilia incomprehensibiliter amplecterer, in docta ignorantia, per trãscensum ueritatum incorruptibilium humaniter scibilium. Quam nũc in eo qui ueritas est, absolui his libellis, qui ex eodem principio arctari possunt uel extẽdi. Debet autem in his profundus omnis nostri humani ingenij conatus esse, ut ad illam se eleuet simplicitatem, ubi contradictoria coincidunt, in quo laborat prioris libelli conceptus. Secundus, ex illo pauca de uniuerso suprà Philosophorũ communem uiam elicit, rara multis. Et nunc compleui finaliter tertium de Iesu superbenedicto libellum, ex eodem semper progrediens fundamento, & factus est mihi Iesus Dominus, continuè maior in intellectu & affectu, per fidei crementum. Negare enim nemo potest Christi fidem habens, quòd hac uia in desiderio altius nõ inflammetur, ita ut pòst longas meditationes & ascensiones, dulcissimũ Iesum solũ amandum uideat, & cum gaudio omnia linquens, amplexetur, ut uitam ueram & gaudiũ sempiternum. Taliter intranti in Iesum omnia cedunt, & nihil ingerere possunt difficultatis, quæcunq; scripturæ, neq; hic mũdus: quoniam in Iesum hic transformatur, propter inhabitantem Christi spiritum in eo, qui est finis intellectualium desideriorum: quẽ tu Pater deuotissimè, supplici corde pro me miserrimo peccatore, assiduè orare uelis, ut pariter eo fruí, æternaliter mereamur.

Doctæ ignorantiæ tertij libri finis.

Nicolai

Nicolai de Cusa Apologia doctæ

Ignorantiæ discipuli ad discipulum.

REtulit mihi nonnunquam communis præceptor noster, uir grauissima auctoritate, per raroq; ingenio, Nicolaus Cusanus, nunc sacro cœtui Cardinalium ascitus: quantum ualeas in coincidentijs, quas in libellis doctæ ignorantiæ, ad Reuerendiss. P. Iulianum Cardinalem Apostolicum legatum nuncupatis, ac in alijs plærisque suis opusculis, nobis patefecit: quantoq; studio ardeas, ut omnia colligas quæ passim de his rebus, ab eodem emanant, quodq; tu neminem peritorum pręterire sinas, qui cum de hac re non conferas, multosq; induxeris, qui hoc studium spreuerant: ut inueterata consuetudine, qua Aristotelicæ traditioni insudarunt, parum intercepta, in has se conferant considerationes (ea fide quasi in ipsis magni aliquid lateat) quousque interno gustu profundiùs allìciantur, & eò pertingant, quòd experiantur, hanc rem tãtum ab alijs uijs differre, quantum uisus ab auditu. Sicq; ex detractoribus plures attraxeris, ut tecum mentis oculo arcana quæq;, modo quo homini gradatim conceditur, speculentur. Vnde cum tantus sis, operæprætium facturus arbitratus sum ego condiscipulus tuus, ut aliqua tibi nota fiant, quæ non plenè instructos auertere possent, ac scias talibus insultationibus faciliùs obuiare. Peruenit ad me hodie libellus quidã, cuiusdam nomine Ioannis Vencchi, non tantum imprudentis, sed & impudentis & arrogantissimi hominis, qui se Magistrum in Theologia nominat, cui titulum ignotæ literaturæ inscripsit: in quo cum legerem graues inuectiuas, & iniurias contrà præceptorem nostrum, & eius doctæ ignorantiæ libellos, animo, multa displicentia turbato, præceptorem adij, causamq; & accessus, & inuectiuarum continentiam declaraui. Subrisit parumper præceptor, & me amoroso quodam oculo respectans, aiebat: Non turberis amice, sed gratias age Creatori, qui tãtum tibi luminis attribuit, quòd hũc hominem sapientia antecedis, quasi Socrates, sciolos sui temporis. Quærebam ego, in quo Atheniensis Socrates, præcelluerat. Respondit: quia se sciuit ignorantem, cæteri autem qui se aliquid egregij scire gloriabantur, cũ multa ignorarent, non se sciebant ignorantes. Ex Delphico autem oraculo, testimonium sapientiæ suæ, ob hoc adeptus est Socrates. Et ego: Dic quæso præceptor, quæ comparatio fuit scientiæ Socratis ad cæteros. Et ille: quasi scientia uidentis ad scientiam cæci, de solari claritate. Cęci quidem, qui cum multa audijt de Solis claritate, atq; quòd tanta sit, quòd comprehendi nequeat, credit se per ea quæ sic audiuit, scire aliqua de Solis claritate, cuius tamen habet ignorantiam. Videntis uerò, qui de Solis claritate quanta sit interrogatus, respondit se ignorare, & hic illius, ignorantiæ scientiam habet: quia cũ lux solo uisu attingatur, experitur Solis claritatem uisum excellere, ille uerò, neq; ignorantiæ scientiam, neq; experientiam ullam habet. Sic plærosque qui se scientiam Theologiæ habere iactant, cæcis comparauit. Versantur enim penè omnes, qui ad Theologiæ studium se conferunt, circa positiuas quasdam traditiones, & earum formas: & tunc se putant Theologos esse, quando sic sciunt loqui ut alij, quos sibi constituerũt auctores, & non habet scientiam ignorantię lucis illius inaccesibilis, in quo nõ sunt ullę tenebrę. Sed qui per doctã ignorãtiam, de auditu ad uisum mentis transferuntur: ij certiori experimẽto, scientiã ignorantię se gaudẽt attigisse. Simile quippiã apud Philonem illũ sapientissimũ, super quęstionib. in Genes. quęst. 51. dixit se reperisse, ubi loquitur de puteo Isaac, sic dicens: sicut puteũ fodiẽtes aquam requirunt, ita etiã disciplinam sectantes, finem explorãt, quod est impossibile hominibus reuelari. Et quidam superbi mentientes, solent affirmare se summos esse Musicos, summos Grãmaticos, trãsiuisse uerò & Philosophię gryphos, & sapientiã totis disciplinę, & uirtutis metas. Astutus uerò, & sui cultor uel sui laudator, cõfitetur ex aperto quantũ deest à fine, et iuratus, tali fœdere cõscientiam cõmendat, quo Inihil

Ioannes Vencibus.

perfectẽ

http://www.obrascatolicas.com

perfectè homo noſcere poterit: is aliena loquitur, qui tot conſumationibus, ſe æſtimat in tantum ſcire. Finis enim ſcientię in Deo reconditus eſt, quem etiam teſtem anima uocat: quoniam pura conſcientia, confitetur ſuam ignorantiam: ſola enim nouit anima, quoniam nihil nouit firmiter. Hæc ille. Placuit mihi hæc præceptoris comparatio: Sed obieci, ex hoc Theologiam ueram non poſſe literis commendari. Fatebatur planè, omne id quod aut ſcribitur aut auditur, longè inferius ea eſſe: quam tamen, in ſcripturis ſacris dixit occultari, eſt enim Theologia, de regno Dei, & hoc Magiſter noſter Chriſtus, occultatum in abſcondito Theſauro declarauit. Vnde cum ad hoc tendat omnis inquiſitio, & hoc ſit ſcrutari ſcripturas, ſcilicet id reperire quod inuentum abſconditur, & remanet occultum & inacceſsibile: ſatis patere dixit hoc aliud non eſſe quàm doctam ignorantiam. Iactant ſe enim (ut agebat) huius temporis plærique magiſtri, qui agrum habent ſcripturarum, ubi audierunt occultari theſaurum regni Dei, ex hoc ſe diuites, ut is homo qui ignotam ſcripſit literaturam: ſed qui uidet theſaurum manere abſconditum, ab oculis omnium ſapientum in hoc gloriatur quia ſcit ſe pauperem, quod alij ignorant. Vnde obſcientiam pauper tatis, hic ſe humiliat, & ob præſumptionē diuitiarum, alius ſuperbit: uti ille homo ignorans, inflatus uanitate uerbalis ſcientiæ, in ſuo exordio, non ueretur ſe promittere elucidationem æternæ ſapientiæ. Poſt quę, ego qui ad euacuanda ſcripta ignotæ literaturæ, feſtinaui, interrogare cœpi, quiſnàm hic olim Abbas Mulbrunnenſis per quem docta ignorantia ad aduerſarium perlata fuiſſet: Reſpondit, eum hominem acris ingenij, & ſanctæ conuerſationis fuiſſe, qui doctæ ignorantiæ libellos dilexit maximè, quia ab Apoſtolico legato, & pleriſque magnis uiris, magni aliquid continere laudabantur, cui quidem legato: Abbas ipſe ſingulariſsima affectione conſtringebatur. Sed adiecit ſe non putare, quod Abbas ipſe huic uiro libellos obtuliſſet, ſed potius alteri religioſo, à quo ad iſtum perueniſſet. Adiungens, Abbatem in ea differentia, quæ inter Apoſtolicam ſedem, & Baſilienſem congregationem per dietas agitabatur: partem ueritatis Apoſtolicæ ſedis ſollicitaſſe, cui aduerſabatur iſte Vencchus. Oſtendit autem mihi præceptor, uerba aduerſarij in fine compilationis eius, præceptorem pſeudoapoſtolum nominat, ut uiderem hominem ex paſsione locutum. Scis enim amice optime, quod nemo cum tanta feruentia reſtitit Baſilienſibus, ſicut præceptor noſter. Hinc ille Vencchus, qui ab uniuerſis doctoribus Heydelbergenſis ſtudij abierat, & partem damnatam Baſilienſium ſumpſit, in qua fortaſſis pertinaciter perſtitit: ueritatis defenſorem pſeudoapoſtolum nominare, non erubuit. Curauit enim, ut eum ipſi Abbati, & cunctis odioſum & parui momenti faceret, ſed non prævaluit fraudulentia, quia ueritas uicit. Vidi autem dum præceptori legerem aduerſario doctæ ignorantiæ libellos præſentatos, quo modo parumper ingemuit. Cuius cauſam, dum diligentius ſciſcitaret, reſpondit: ſi quis grauiores priſci temporis ſapientes attendit, comperit magno ſtudio præcauiſſe, ne myſtica ad indoctorum manus peruenirent. Sic Hermetem Triſmegiſtum Aeſculapio, atq; Ariopagitam Dionyſium Timotheo, præcepiſſe legimus, quod & Chriſtum docuiſſe ſcimus. Inhibuit enim margaritam qua regnum Dei figurat, ante porcos proijci, in quibus non eſt intellectus. Sic Paulus ea, quæ ab hoc mundo raptus in tertium intellectibile cœlum, uidit, dicit reuelari non licere. Vnde una huius cauſa exiſtit, nam ubi non capitur, ibi non ſolum non fert fructum uitæ, ſed uilipenditur, & mortem inducit. Maximè autem cauendum monuerunt, ne ſecretum communicaretur ligatis mentibus, per auctoritatem inueteratæ conſuetudinis: nam tanta eſt uis longæuæ obſeruationis, quòd citiùs uita multorum euellitur, quàm conſuetudo, uti experimur, in perſecutione ludæorum, Sarracenorum, & aliorum pertinacium hæreticorum: qui mortiferam opinionem, uſu temporis firmatam, legem aſſerunt, quam uitæ præponunt. Vnde cum nunc Ariſtotelica ſecta prævaleat, quæ hæreſim putat eſſe oppoſitorum coincidentiam, in cuius admiſsione, eſt initium aſcenſus in myſticam Theologiam: in ea ſecta enutritis, hæc uia ut penitus inſipida, quaſi propoſiti cōtraria, ab eis procul pellitur, ut ſit miraculo ſimile, ſicuti ſectæ mutatio

Abbas Mulbrunnenſis.

Hermes. Dionyſius. Chriſtus. Paulus.

tatio, reiecto Ariſtotele, eos altius tranſilire. Dixit hæc in ſententia præceptor, ſed eius uerba, nec tenui, nec ſcripſi. Ego autem continuè eum admonui, ut me legente ignotam literaturā, ad eius confutationem animum erigeret. Sed ſegnior atq; tardior mihi niſus eſt, quàm optabam. Nam non eſt ei uiſum, ſcriptum illud tanti eſſe, quòd aut legi aut repræhendi conueniat. Adduxit in teſtimonium, non decere grauem uirum attendere ad confutationem ignorantium, illud, quod magnus Dionyſius ſcribit, cap. xi de diuinis nominibus, ubi ait: Paulum quia dicebat Deum ſe negare non poſſe, per Elymam Magum, quaſi negaſſet Deum omnipotentē, repræhenſum, quē cum Dionyſius repræhendere proponeret, dicebat ſe uehemēter timere, ne ut amēs rideretur, qui puerorum ludentium ſtructuras, ſuprà arenam fundatas & infirmas, euertere moliretur. Quem dixit imitatorem athletarum imperitorum, qui ſæpè imbecillos ſibi aduerſarios ſuadentes, contrà quoq; abſentes ipſos, fortiter adūbrata pugna dimicantes, & aērem caſsis ictibus conſtanter ferientes, aduerſarios ipſos ſuper eſſe arbitrantur, ſeq; uictores buccinantur, cum neq; illorum nouerint uires. Hoc ipſe aiebat propinquum eſſe propoſito. Ego autem adieci (eo non obſtante) Dionyſium illius Magi, malam conſequentiam refelliſſe. Quod & fatebatur. Sic uici manſuetudinem eius, & ob noſtrum ſaltem profectum, paſſus eſt ut curſim legerem. Et ubi exordium ex uerbis Dauid, uacate & uidete quoniam ego ſum Deus, legerem, & continuarem hunc paſſum, quomodo Deus uelit à nobis ocium ſequeſtrare, & imperet noſtram uiſionem in ſeipſum reflecti, non ſtando in nuda uiſione ſcientiali, nos inflante, à qua ait dæmones græco uocabulo nuncupari, ſed potius uiſionis uacātia tendendo in id, quod uerè Deus eſt, ſit omnis noſtræ motionis ſatiās requietio, quoniam ait: Ego ſum Deus, ubi Ego ſingulariſans, omnem creaturam patenter à diuinitate excludit, Deum ab omni diſtinguens creatura, quia ipſe Deus creator non creatura. Poſt quæ in hæc uerba concludit: rectificatum eſt ex themate, totum noſtræ mentis negociandi exercitium, ignotæ literaturæ perneceſſarium reſpectum conflictus in eundi, contrà doctam ignorantiam. Indicto manu ſilentio, aiebat modeſta uoce præceptor: Non ſatis præmeditatè hæc præmiſit pro clypeo, cum totum ſano intellectu, doctæ ignorantiæ ſit conſentaneum: pauca uidetur hic homo legiſſe, & minus quæ legit intellexiſſe. Nam myſtica Theologia ducit ad uacationem & ſilentium, ubi uiſio, quæ nōbis conceditur inuiſibilis Dei. Scientia autem, quæ eſt in exercitio ad confligendum, illa eſt quæ uictoriam uerborum expectat, & inflatur, & longè abeſt ab illa, quæ ad Deum, qui eſt pax noſtra, properat. Vnde cum confligere ex ſua ſcientia proponat, qualis ſit illa, occultare nequiuit. Id enim quod inflat, & ad conflictum excitat, ſeipſum prodit eam ſcilicet non eſſe ſcientiam, quæ per uacationem in mentis uiſionem tendit, qualis eſt docta ignorantia. Putabat autem ſe noui aliquid apperuiſſe, quando δαίμονες ab inflante ſcientia, græcè dictos aſſerit: ſed non uidit fortaſsis Platonem, aut Apuleium de Deo Socratis, aut Philonem, qui ait Moyſen eos appellare Angelos, quos Græci δαίμονες: licet ibi, καλοδαίμονες & κακοδαίμονες diſtinguantur. Vbi autem adiicit Prophetam, per pronomen Ego, ſingulariſaſſe Deum, & excluſiſſe, & diſtinxiſſe ab omni creatura, in quo ait propoſitum ſuum ſolidari, puerili ter ſatis ſe fundare uidetur: nemo enim unquàm adeò deſipuit, ut Deum aliud affirmaret quàm id quo maius concipi nequit, qui eſt formans omnia. Vnde nec Deus eſt hoc aut illud, nec cœlum, nec terra, ſed dans eſſe omnibus: ut ipſe ſit propriè forma omnis formæ, & omnis forma quæ non Deus, non ſit propriè forma, quia formata ab ipſa incontracta & abſoluta forma. Quapropter abſolutiſsimæ & perfectiſsimæ atque ſimpliſsimæ formæ, nullum eſſe abeſſe poteſt, quoniam dat omne eſſe. Et cum omne eſſe, ab ipſa ſit forma, & extrà eam eſſe nequeat, omne eſſe in ipſa abſoluta forma, non poteſt aliud eſſe, quàm ipſa, cum ipſa ſit infinita eſſendi forma, ſimpliciſsima, & perfectiſsima. Hinc patet Deum, nequaquàm concipi debere, habere eſſe, modo quo ſingulare diuerſum & diſtinctum aliquod eſſe, concipitur, neque eo modo quo uniuerſale eſſe concipitur, aut genus, aut ſpecies, ſed abſolutiſsima forma eſt, in coincidentia ſingularis & uniuerſalis, ultrà conceptum, omnem omnium ge-

E nerali-

http://www.obrascatolicas.com

neralium,ſpecialium,& ſingularium,aut quarumcunq; formarum, quæ concipi aut dici poſſunt. Eſt enim principium,medium,& finis omnium talium: ipſa omnem cõceptum excedens ineffabilis forma. Siquis enim ſuprà omnem diſciplinam Mathematicam(quæ terminos & menſuras rebus ponit) & ſuprà omnem pluralitatem, & numerum,ac proportionem harmonicam omnia intuetur,ſine menſura,numero,& pondere:profectò ille in quadam ſimpliciſsima unitate, omnia uidet. Et ſic uidere Deum,eſt uidere omnia Deum,et Deum omnia,quo modo ſcimus per doctam ignorantiam,eum per nos uideri non poſſe.Sed ſi quis uidet omnia in numero, pondere, & menſura,in ſe experitur ſine differentia & concordantia,hoc eſſe non poſſe. Quoniam autẽ de regno Dei ubi eſt ſimplicitas & pax, quæ omnem ſenſum exuperat,nõ poteſt eſſe alteritas:itaq; neq; ſingularitas eo modo quo aduerſarius concipit, ſed benè eo modo,quo de Dei ſingularitate loquitur Auicenna,in Metaphyſica ſua,de ſtabiliendo propheta:ubi præcipit,populo de hac ſingularitate non eſſe dicendũ,quoniam eum potius auerteret,quàm inſtrueret. Eo enim modo ſingularitas quo eam occultare mandat,eſt ſingularitas ſingularitatum. Et ſic Deus dicitur ſingularis inſingulariter, ſicut finis infinitus,& interminus terminus,& indiſtincta diſtinctio.Qui enim in abſolutam omnium ſingularium ſingularitatem mentis oculum inijcit, hic ſatis uidet,uniuerſalitatem abſolutam, cum abſoluta ſingularitate coincidere,ſicut maximum abſolutum,cum minimo coincidit abſoluto, in quo omnia unum. Vnde quando Auicenna in Dei ſingularitatem conatur aſcendere, per Theologiam negatiuam:Deum ab omni ſingulari & uniuerſali abſoluit. Sed acutiùs antè ipſum,diuinus Plato in Parmenide,tali modo in Deum conatus eſt uiam pandere.Quem adeò diuinus Dionyſius imitatus eſt, ut ſæpiùs Platonis uerba ſeriatim poſuiſſe reperiatur.Fateor cum Auicenna,iſta aduerſariò non congruere,qui de uulgò eſt,& ad uulgares conceptus, Deo improportionabiles,propheticas,altiſsimas uiſiones,retorquet:contrà omnium ſapientum,& magni Dionyſij doctrinam,qui de diuinis nominibus in nouiſsima Ambroſij Camaldulẽſis translatione, quam à ſanctiſsimo domino noſtro,Papa Nicolao recepimus,ſic ait:Itaq; diuina oportet ut intelligamus, non humano more,ſed toti integrè à nobiſipſis excedentes,ac prorſus in Deum tranſeuntes. Vbi de hoc plura.Iam uides amice, quàm puerili atq; debili fulciatur firmamento,ignota literatura. Cum ſic iſta ſeriatim præceptor noſter ad iam dicta replicaſſet,lectionem continuabã,ubi ſequitur,qualiter præceptor noſter glorietur,ſe Dei dono inueniſſe, quomodo ad incomprehenſibilia per tranſcenſum corruptibilium, humanitùs ſcibilium, incomprehenſibiliter ductus fuit:poſt pleraq; iniurioſa, quæ animum præceptoris non mouebant,ait, Apoſtolum in prima ad Corinthios, huic opinioni contradicere, ubi hic in ſpeculo & ænigmate, comprehenſionem uerſari aſtruit.Iubebat me præceptor parum ſiſtere,& aiebat:Ecce quomodo uarietas ſenſuum oritur,quando reſpectus uariatur. Reſpexit hic uir ad ſpeculum & ænigma,quaſi Deus ſit(uti eſt)incomprehenſibilis. Veritas enim in imagine nequaquàm uti eſt, uideri poteſt:cadit enim omnis imago (eo ipſo quòd imago) à ueritate ſui exemplaris.Hinc uiſum eſt reprehenſori,incomprehenſibilem non capi per tranſcenſum incomprehenſibiliter.Sed qui uidet,quomodo imago eſt exemplaris imago illa tranſiliendo imaginem,ad incomprehenſibilem ueritatem,incomprehenſibiliter ſe conuertit. Nam ille qui omnem creaturam unius creatoris concipit, imaginem,in ſe uidet,quòd ſicut imaginis eſſe,penitùs nihil perfectionis ex ſe habet,ſic omnis ſua perfectio eſt ab eo,cuius eſt imago, exemplar enim,menſura & ratio eſt imaginis:ſic enim Deus relucet in creaturis,ſicut ueritas in imagine.Qui igitur tantam uidet rerum uarietatem,unius Dei eſſe imaginem, ille dum linquit omnem omnium imaginum uarietatem, incomprehenſibiliter ad incomprehenſibile pergit:in ſtuporem enim ducitur,dum hoc infinitum eſſe admiratur, quod in omnibus comprehenſibilibus, eſt ut in ſpeculo & ænigmate, & benè iudicat formam illam,nulla creatura comprehenſibilem,cuius omnis creatura imago exiſtit:nulla enim imago,eſſe poteſt ueritatis adequata menſura,cum in eo quòd imago,deficiat.Non igitur comprehenſibilis eſt

Auicenna.

Plato.
Parmenides.

eſt ueritas abſoluta. Si igitur quomodo ad ipſam accedi debet, oportet ut hoc quodã incomprehenſibili intuitu quaſi uia momentanei raptus fiat, uti carneo oculo,ſolis claritatem incomprehenſibiliter momentaneè intuemur; non quòd Sol non ſit maximè uiſibilis,cum lumen ſe oculis ingerat propria uirtute,ſed ob excellentiſsimam uiſibilitatem,eſt comprehẽſibiliter inuiſibilis.Sic Deus qui eſt ueritas, quia eſt obiectum intellectus,eſt maximè intelligibilis,& ob ſuam ſuperexcelſam intelligibilitatem,eſt inintelligibilis. Vnde ſola docta ignorantia, ſeu comprehenſibilis incomprehenſibilitas,uerior uia manet,ad ipſum tranſcendendi.Et ego:Præclare præceptor,quamuis nullo ſtudio tibi aduenerit conſideratio,quam in docta ignorantia apperuiſti,ſed Dei dono,tamen non dubium, multos ueterum ſapientum quæſiuiſti,ut uideres ſi in omnibus idem reluceret.Hinc oro: ſi qua eorum quæ legiſti occurrunt adijcito. Et ipſe: Fateor amice,non me Dionyſium, aut quenquàm Theologorum ueterum tunc uidiſſe,quando deſuper conceptum recepi,ſed auido curſu me ad doctorum ſcripta contuli,& nihil niſi reuelatum,uariè figuratum inueni. Nam Dionyſius ad Caium:ignorantiam,perfectiſsimam ſcientiam affirmat: & de ſcientia ignorationis,multis in locis loquitur.Et Auguſtinus ait: Deum potius ignorantia quàm ſcientia attingi.Ignorantia enim abijcit,intelligentia colligit,docta uero ignorantia omnes modos quibus accedi ad ueritatem poteſt,unit. Ita eleganter dixit Algazel in ſua Metaphyſica,de Deo: quòd quiſq; ſcit per probationem neceſſariam, impoſſibilitatem ſuam apprehendi eum.Ipſe ſui eſt cognitor,& apprehenſor, quoniam apprehendit,ſcire ipſum à nullo poſſe comprehendi. Quiſquis autem non poteſt apprehendere,& neſcit neceſſariò eſſe impoſsibile eum apprehendere, per probationem prædictam,eſt ignorans Deum:& tales ſunt omnes homines,exceptis dignis & Prophetis,& ſapientibus,qui ſunt profundi in ſapientia.Hæc ille. Quomodo autem in nobis ſit docta ignorantia,Aurelius Auguſtinus,ſuper octauum cap.ad Romanos,exponens uerbum Pauli, neſcimus quid oremus, ait poſt alia,eſſe quidem quod quærimus,ſcimus,ſed quale ſit non nouimus: quæ (ut ita dicatur)docta ignorantia,per ſpiritum qui adiuuat infirmitatem noſtram,in nobis eſt.Et pòſt pauca.Et cum Paulus dicat, quomodo ſpiritus poſtulat gemitibus inenarrabilibus, deſignat rem quæ poſtulatur & ignorari,& non omnino ignorari,cum gemitu enim non quæreretur,ſi omnino ignoraretur.Hæc ille. In nobis igitur eſt docta ignorantia, ſine qua non quæreretur Deus.Scripſi aliàs libellum,de quærendo Deum,quem lege:reperies enim ibi,quòd licet ubiq; ſit,& non abſit à nobis(ut ait Paulus Athenienſibus, quando Dionyſium conuertit) tamen & tunc propius ad ipſum acceditur, quando plus fugiſſe reperitur.Quantò enim ipſius inacceſsibilis maior elongatio,meliùs capitur:tantò propinquiùs inacceſsibilitas attingitur. Et cum hæc ſic præceptor dixiſſet,quamuis non ſatiarer talia audire,tamen plura dici oportere conſiderans, non ſinebam ipſum plæbeios doctores adducere:aiebam enim, propoſito noſtro egregios iſtos ſatisfacere,cum iſs qui in docta ignorantia allegantur.Et cum acquieſceret,et ego curſim continuarem ac legerem, quomodo aduerſarius fatetur, præceptorem cautelam adhibuiſſe,ut omnem impugnationem euadat,quando admonet intentum ſuum uerſari,in eleuatione mentis ad ſimplicitatem illam,ubi eſt contradictoriorum coincidentia,riſit præceptor dicens:Oſtendit ſe potiùs,quadam inuidia,contrà perſonam motum,quando fatetur cautelam additam,quæ omnem impugnationem ſcripti excludit. Sed quando ait,ſemen ſcientiæ quod in illo principio quodlibet eſt uel non eſt,complicatur,& omnem diſcurſum tolli,non ſanè concipit: non enim aduertit,doctam ignorantiam uerſari circa mentis oculum,& intellectibilitatem,& hic ceſſat ab omni ratiocinatione,ut quæ ducitur ad uiſionem,& teſtimonium eius eſt de uiſu.Quod enim uidit atteſtatur:uti Ioannes Baptiſta,de Chriſto ait,& ut Paulus de raptu ſuo loquitur. Opus autem habet diſcurſu, qui per teſtimonium de auditu ueritatem uenatur,ſicuti communiter ducimur per fidem quæ ex auditu eſt. Vnde ſi quis diceret: tu cum dicas teſtimonium de uiſu, eſſe certiùs quod ſine omni argumento & diſcurſu oſtendit, igitur negas aliud eſſe teſtimonium de auditu; & omnem ratiocinatio-

Dionyſius.
Auguſtinus.
Algazel.
Auguſtinus.
Paulus.
Liber de quærendo Deum.
Plæbei doctores.

http://www.obrascatolicas.com

nationem: nequaquàm benè diceret, Logica enim, atque philosophica inquisitio, nondum adusionem uenit. Hinc uti uenaticus canis, utitur in uestigijs per sensibile experimentum discursu sibi indito, ut demum ea uia ad quæsitum attingat: sic quodlibet animal suo modo. Et ea propter sapientissimus Philo, omnibus animalibus dixit

Philo. Hieronymus Algazel.

rationem inesse, uti beatissimus recitat Hieronymus in de illustribus uiris. Sic homo Logica. Nã (ut ait Algazel) Logica nobis naturaliter indita est, nam est uis rationis, rationalia uerò animalia ratiocinantur, ratiocinatio, quærit & discurrit, discursus, ex necessario terminatus inter terminos à quo & ad quem, & illa sibi inuicem aduersantia, dicimus contradictoria. Vnde rationi discurrenti, termini, oppositi & disiuncti sunt. Quare in regione rationis, extrema sunt disiuncta: ut in rationali ratione circuli, quæ est quòd lineæ à centro ad circumferentiam sint æquales, centrum non potest coincidere cum circumferentia. Sed in regione intellectus, qui uidet in unitate numerum complicari, & in puncto lineam, & in centro circulum: coincidentia unitatis & pluralitatis, puncti & lineæ, centri & circuli, attingitur usu mentis sine discursu, u-

Libri de coniecturis. Dionysius. Henricus de Mechlinea.

ti in libellis de coniecturis uidere potuisti: ubi etiam super coincidentiam contradictoriorum, Deum esse declaraui, cum sit oppositorum oppositio, secundum Dionysium. Fuit aliquando Henricus de Mechlinia (ut scribit) in speculo diuinorum, ad hoc ductus: ut in intellectualibus conspiceret, unitatis & pluralitatis coincidentiam, de qua plurimum admiratur. Sed ut sæpè audisti) qui uidet, quomodo intelligere est motus & quies pariter ipsius intellectus (uti de Deo Augustinus fatetur, in Confessionibus) de alijs contradictorijs se facilius expedit. Admonuit deinde præceptor,

Augustinus.

cum hæc dixisset, ut attenderem, doctam ignorantiam sic aliquem ad usum eleuare, quasi alta turris. Videt enim ibi constitutus, id quod discursu uario, uestigialiter quæritur per uagantem in agro, & quantum ipse quærens, accedit aut elongatur à quæsito, planè intuetur. Docta enim ignorantia de alia regione intellectus existens, sic iudicat de ratiocinatiuo discursu. His taliter recensitis per præceptorem, quæ & te puto aliquoties ab eo in summa audiuisse, aiebam ego. Non uidetur impugnator intellexisse, quid uolueris per coincidentiam contradictoriorum. Nam (ut audisti) tibi licet falsò ascribit, quòd asseras creaturam cum creatore coincidere, & hanc partem impugnat. Ad quæ ille dixit: Quoniam animalis homo, non percipit ea quæ sunt de regno Dei, & si passio eum non uicisset: non falsificasset scripta Statuit autem (ut uidetur) quomodo omnino impugnare uellet sensa illa, & pro suo desiderio, tam in sensu quàm in uerbis falsarius reperitur. Mos est enim pertinacissimorum hæreticorum, detruncare scripturas, ut aiunt sextæ Synodi patres. Nam tale quicquàm ex libellis doctæ ignorantiæ, ueritatis amator haberi negat, nihil eorum admittens quæ elicit eo modo quo elicit. Nam dicere, imaginem coincidere cum exemplari, & causatum cum sua causa: potius est insensati hominis, quàm errãtis. Per hoc enim quòd omnia sunt in Deo, ut causata in causa, non sequitur causatum esse causam, licet in causa non sint nisi causa, sicut de unitate & numero sæpè audisti: nam numerus non

Vnitas. Numerus.

est unitas, quamuis omnis numerus in unitate sit complicatus, sicut causatum in causa: sed id quod intelligimus numerum, est explicatio uirtutis unitatis, sic numerus, in unitate non est nisi unitas. Arbitror autem te satis concepisse, quid in ea re sentiam,

Liber de dato lumine.

ex ijs quæ in libello de dato lumine, impigrè lectitasti. Oportet enim, qui scribentis in re aliqua mentem inuestigat, ut omnia scripta legat attentè, & in unam concordantem sententiam resoluat. Facilè est enim, ex truncatis scripturis aliquid reperiri dissonum, sed collatum ad integritatem uoluminis, est concordans: uti uenenosa animalia, quando separatim ab uniuerso conspiciũtur, nihil pulchritudinis aut bonitatis habere uidentur, sed ad Vniuersum collata, cuius sunt membra, suam habere pulchritudinem & bonitatem reperiuntur, cum Vniuersum, quod est totaliter pulchrum, ex

Thomas. Dionysius.

partium pulchra componatur harmonia. Recitat in simili sanctus Thomas contra gentiles, quosdam ex dictis magni Dionysij, occasionem recepisse, ut dicerent omnia esse Deum, quia ait in cœlesti Hierarchia, Deum esse omnium esse: si illi omnia eiusdem Ariopagitæ opuscula legissent, utiq; in de diuinis nominibus, reperissent,

sic Deum esse omnium esse, quòd tãmen nullum omnium, cum causatum nunquàm possit in æqualitate suæ causæ eleuari, neq; puto, hoc aliter quàm in docta percipi posse ignorantia. Sicut enim Deus ita est ubiq; quòd nullibi, cum nulli loco desit qui in nullo loco est, ut sit in omni loco illocaliter, sicut magnus sine quantitate: ita est etiam Deus ipse omnis locus illocaliter, & omne tempus intemporaliter, & omne ens non entiter. Et ob hoc non est aliquod entium, sicut non est aliquis locus, uel aliquod tempus, quamuis omnia sit in omnibus, quasi monas, est omnia in oĩ

Monas.

bus numeris: quia ea sublata, nequit numerus eẽ, q̃ solũ p̃ ipsam eẽ potest. Et quia monas est oĩs numerus, non tamẽ numeraliter, sed cõplicite: ideò nõ est aliquis numerus, nam nec binarius, nec ternarius. Ad quæ cum ego subiungerem, ut missis superfluis citiùs euacuaret aduersarij phantasmata, quod facilè fieri posse adiunxi, cum in falso fundentur suppositio: præcepit ut ego saltem faciliora conuellerem, & illi quoad fieri posset in arduis uersari indulgerem. Tunc textum aduersarij ad manus habens, legi ubi ait, non rectè dici scire esse ignorare, cum habitus & priuatio distinguantur: statim interrupta lectura, aiebat præceptor: Miror hominem qui se magni aliquid esse putat: cur hoc sic scriptum in libellis doctæ ignorantiæ affirmet. Nã etsi rubrica primi capitis, inquisitorie dicat, quomodo scire sit ignorare, tamen ob hoc non affirmat scire esse ignorare, nisi modo quo declaratur ibidem, qui est scilicet quòd se sciat ignorare. De qua scientia ignorationis, in eo capite clarissima scribitur apertio, pro

Dionysius.

ut etiam suprà, de hoc ipso actum est sufficienter. Quam magnus Dionysius, in principio libi de diuinis nominibus, supremam diuinamq; esse ait: adiungens, eam scientiam esse qua ipsum supersubstantiale nescitur, sermonem omnem ac sensum uincere, & Deo ascribendam esse. Legi pòst hoc, quomodo hanc partem, qua linqui sensibilia mandantur in docta ignorantia, ut ad incompræhensibili perueniatur: ex eo reprehendit, quasi hoc sit contrà ea quæ Sapientiæ cap. xiij. leguntur, scilicet à magnitudine speciei creaturæ, cognoscibiliter posse creatorem uideri: quod nihil obesse proposito aiebam. Nam cum non sit proportio creaturæ ad creatorem, nihil eorum quæ creata sunt speciem gerit, per quam creator attingi possit, sed à magnitudine speciei & de coris creaturæ, ad infinitè, & incompræhensibiliter pulchrum erigimur sicut ab artificiato ad magisterium, licet artificiatum nihil proportionale habeat ad magisterium. Adieci etiam, quomodo aduersarius sua erubescentia meritò confundi debuit, quando subsumpsit: præceptorem doctæ ignorantiæ, repudiasse creaturas, quasi ad Dei cognitionem non proficiant, cum reperiat in ultimo capite primi libri doctæ ignorantiæ, sufficientissimè declaratum, omnem Dei culturam, in affirmatiuis positionibus, necessariò fundari, licet docta ignorantia sibi iudicium ueri retineat. Ex quo concluси, quòd hominis istius, quisq; peruersum animum facilè depræhendit, & ruditatem intelligentiæ, quando ait: Sic ergo Scriba doctæ ignorantiæ, intrans caliginem tenebrarum, linquens omnem speciem & decorem creaturarum, euanescit in cogitationibus, & non ualens Deum intueri sicuti est, quia adhuc uiator, ipsum nequaquàm glorificat: sed in tenebris suis errans, culmen diuinæ laudis, ad quod omnis Psalmodia perducitur, dereliquit. Quod esse nefandissimum, & incredulum, quis fidelium ignorat: addens, quomodo ad hunc errorem eum paucitas instructionis Logicæ induxit: quia putauit, in sua ignorantia adæquatam & præcisam ad Deum proportionem, tanquam medium Deum uenandi & noscendi, reperisse. Ad quæ ego: Ecce mendacis & arrogantis hominis uerba, qui omni Theologia caret. Præceptor approbans, quæ dixi, subiunxit: potius parcendum deliro, quàm contra ipsum insultandum. Nam id quod improperat, qualiter in docta ig-

Dionysius.

norantia, uti Dionisius noster, cuius hodie festa agimus (erat enim tunc dies Dionisio sacer) in mystica Theologia, sic cum Moyse in caliginem ascendendum instruit. Tunc enim reperitur Deus, quando omnia linquuntur, & hæ tenebræ, lux est in Domino, & in illa tam docta ignorantia, acceditur propiùs ad ipsum: uti omnes sapientes & antè & pòst Dionysium, intrare conati sunt. Vnde aiebat Græcus primus com-

Commentator Dionysij.

mentator Dionysij: uidetur potius ad nihil quàm ad aliquid ascendere, qui ad Deum

http://www.obrascatolicas.com

pertingere cupit, quia non reperitur Deus niſi per eum, qui omnia linquit. Et talis uiderur per aduerſarium euaneſcere, quando omnia linquit, qui ſecundum primos Theologos, tunc primum rapi poteſt cum Moyſe, ad locum ubi ſtat Deus inuiſibilis. Vocat autem Dionyſius caliginem, diuinum radium: dicens eos (de quorum numero eſt aduerſarius) qui uiſibilibus affixi, nihil ſuper ea quæ obtutibus & ſenſibus patent, ſuperſubſtantialiter eſſe arbitrantur, putare ſcientia ſua illum aſſequi, qui poſuit tenebras latibulum ſuum, præcipiens Timotheo ut caueat, ne talium rudium aliquis, audiat hæc myſtica. Et mihi tunc iniunxit, multa pietate præceptor noſter, ut ſi fieri poſsit charitatiuè, admoneam aduerſarium, cum ſit iſtarum altarum intellectionum incapax, ut ori ſuo ſilentium indicat, & id quo capere nequit, admiretur potius quàm mordeat: neque credat ſtudio aliquo quenquàm ad hæc myſtica aſcendere poſſe, cui Deus non dederit. Sed ſi ſe gratiam aſſequi ſperet, ut de cæcitate ad lumen transferatur, legat cum intellectu in myſticam Theologiam iam dictam, Maximum monachum, Hugonem de ſancto uictore, Robertum Linconienſem, Iohannem Scotigenam, Abbatem Vercellenſem, & cæteros etiam recentiores commentatores illius libelli, & ſe hactenus, indubiè cæcum fuiſſe, reperiet. Et ego patientiam præceptoris admirans, ſubintuli: Impatienter fero, quòd te comparat ignoranti Logicam, uti Auerrois Auicennam. Ad quæ ipſe: Non te offendat iſtud. Nam etſi omnium ſim ignorantiſsimus, ſufficit ſaltem mihi, quòd huius ignorantiæ ſcientiam habeam, quam aduerſarius non habet, licet deſipiat. Legitur, beatiſsimum Ambroſium, Letaniis addidiſſe, à Dialecticis libera nos Domine. Nam garrula Logica, ſacratiſsimæ Theologiæ potius obeſt, quàm confert. Et ego: Cum tu præceptor niſus ſis oſtendere Deũ ſciri non poſſe uti eſt, in quo eſt radix doctę ignorantiæ, cur tibi mendacium imponit adæquatæ præciſionis? Ad quæ, præceptor: Nunc ſic nunc aliter, dicit, quia non legit doctæ ignorantiæ libellos, niſi (ut ſi poſſet) benedicta confutaret, hinc nihil intellexit eorum quæ legit. Sic factum eſt, ut reprehendendo non ſcriptum, quaſi ſcriptum, ſeipſum potius confuderit, quàm doctam ſacram ignorantiam læſerit, quæ à nullo ſperni poteſt, qui eam apprehenderit. Nihil enim apertiùs in omnibus meis opuſculis reperitur, quàm eius contrarium in quod impingit. Vbicũq enim ſi uoluiſſet, me hoc tantum ſentire quòd præciſio uti eſt, omnibus inacceſsibilis manet, comperiſſet. Licet ſolam doctam ignorantiam fatear, omnem modum, Deum contemplandi, incomparabiliter præcellere, quemadmodum omnes ſancti idipſum fatentur. Continuaui ego lecturam ubi dicit aduerſarius: uenio nunc ſpecialibus ad eius dicta, per concluſiones & correlaria. Prima concluſio. Omnia cum Deo coincidunt, patet, quia eſt maximum abſolutum, nõ admittens excedens & exceſſum. Ergo nihil ei oppoſitum: & per conſequens, obiectum diſcretionis ipſe eſt uniuerſitas rerum, & nullum nomen poteſt ei propriè conuenire, cum impoſitio nominis ſit à determinata qualitate eius, cui nomen imponitur, cui alludit Magiſter Eccardus. Subiungit Epiſcopum Argis condemnaſſe eos, qui dicebant Deum eſſe omnia formaliter, & ſe eſſe Deum ſine diſtinctione per naturam. Deinde in oppoſitum dicit: abſurdiſsimum eſſe, quod ſequeretur ſi nulla eſſet diſtinctio, nec relationis oppoſitio in diuinis, ſublata enim tunc eſſet trinitas. Ad quæ præceptor. Nonné falſarius iſte: potius ridendus quàm confutandus eſt? Cur non dicit locum, ubi in libellis doctæ ignorantiæ hæc concluſio reperitur: Et ego: quia nuſquàm reperitur, dicere non potuit. Legi enim ego quàm diligentiſsimè, & non memini unquàm me repperiſſe, quòd omnia cum Deo coincidant, attamen probè repperi, in ſecundo doctæ ignorantiæ, creaturam non eſſe Deum, nec nihil. Neque capio quid uelit aduerſarius dicere, neque fortè ipſe ſe intelligit, nam omnia attributa diuina coincidere in Deo, & totam Theologiam eſſe in circulo poſitam, ſic quòd iuſtitia in Deo eſt bonitas, & econuerſò, & ita de reliquis: neceſſarium comperi, & ita legi. Et in hoc concordant omnes ſancti, qui ad infinitam Dei ſimplicitatem reſpexerunt, cum hoc tamen, ſtat ſuperbenedicta trinitas. Infinita enim ſimplicitas, admittit ita Deum unum eſſe, quòd ſit trinus, ita trinum quòd ſit unus, ſicut clariùs illud in libellis doctæ

Maximus monachus Hugo de ſancto uictore. Linconienſis Vercellenſis.

Ambroſius.

Eccardus.

Cœleſtinus.

lis doctæ ignorantiæ explicatur. Legitur conſimiliter, Cœleſtinum Papam, in profeſsione fidei ſuæ ſic dixiſſe: profitemur nos credere, indiuiſibilem ſanctam trinitatem, hoc eſt patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ita unum ut trinum, & ita trinum ut unum. Ecce quomodo penitùs nullum habet intellectum in Theologicis, qui ad coincidentiam unitatis & trinitatis non reſpicit, nec ex hoc ſequitur, patrem eſſe filium, uel ſpiritum ſanctum: Et non poteſt hoc peruenire ad hominem duræ ceruicis, quomodo ſcilicet in coincidentia ſummæ ſimplicitatis & indiuiſibilitatis, atq; unitatis & trinitatis, alia ſit perſona patris, alia filij, alia ſpiritus ſancti, & obſunt ei uocabula, quorum ſignificata Theologiæ non conueniunt. Cum enim dicitur, patrem unam eſſe perſonam, & filium alteram, & ſpiritum ſanctum tertiam: non poteſt alteritas ſignificatum ſuum tenere, cum ſit hæc dictio impoſita, ut ſignificet alteritatem ab unitate diuiſam & diſtinctam, & ita non eſt alteritas ſine numero. Talis autem alteritas nequaquam indiuiſibili trinitati conuenire poteſt. Vnde commentator Boëtij, de trinitate, uir facilè omnium quos legerim ingenio clariſsimus ait: ex quo in diuinis non eſt numerus, ubi trinitas eſt unitas: ubi (ut Auguſtinus ait) ſi incipis numerare, incipis errare, tunc propriè non eſt differentia in diuinis. Dicit propriè ſecundum impoſitionem uocabuli. Et hoc meliùs intelligitur, quàm dici poſsit: licet nunquàm adeò perfectè intelligatur, quin perfectius ſit intelligibile, neceſſe eſt ut ſe eleuet quis ſupra omnes modos imaginabiles, & intelligibiles, qui ad diuinum modum ſcãdere cupit. Nam ille modus qui eſt omnis modi modus, non attingitur, niſi ſupra omnem modum, cum nihil ſimile ei cadere poſsit in mentem noſtram: ut Paulus actuum xvij, elegantiſsimè dixit. Quis enim modum concipere poſsit diſcretum indiſcretè? ut ait Athanaſius, neque confundentes perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparantes. Sunt enim omnes ſimilitudines quas ſancti ponunt, etiam diuiniſsimus Dionyſius, penitus improportionales, & omnibus non habentibus doctam ignorantiam, huius ſcilicet ſcientiam quòd ſint penitus improportionales, potius inutiles quàm utiles. De his tamen modo quo Deus dedit, libro primo doctæ ignorantiæ, ſatis ſcriptum reperitur, licet improportionabiliter minùs quàm dici poſsit. Et ego non ſinens indiſcuſſum relinqui, id quod de Magiſtro Eccardo, aduerſarius allegauit, interrogabam an præceptor aliquid de eo audiſſet. Qui ait, ſe multa eius expoſitoria opera hincinde in librarijs, uidiſſe ſuper plærosq; libros Bibliæ, & ſermones multos, diſputata multa, atque etiam plures legiſſe articulos, ex ſcriptis eius ſuper Iohannem extractos, ab alijs notatos & refutatos. Vidiſſecq; Moguntiæ, breue ſcriptum eiuſdem, apud Magiſtrum Iohannem Guldẽſchaphum, ubi reſpondet illis qui eum niſi fuerunt reprehendere, declarando ſeipſum, atque quòd reprehenſores, eum non intellexerint, oſtendendo. Aiebat tamen præceptor nunquàm legiſſe, ipſum ſenſiſſe creaturam eſſe creatorem, laudans ingenium & ſtudium ipſius: ſed optauit, quòd libri eius amouerentur de locis publicis, quia uulgus non eſt aptum ad ea, quæ præter conſuetudinem aliorum doctorum ipſe intermiſcet, licet Intelligentes, multa ſubtilia & utilia in ipſis reperiant. Et cum conſequenter correlarium quod aduerſarius ponit legerem, quomodo in maximitate abſoluta omnia id ſunt quod ſunt, quia eſt entitas abſoluta ſine qua nihil eſt, addendo Eccardum ſimiliter dicere eſſe, eſſe Deum, inferendo, per hoc tolli ſubſiſtentias rerum, in proprio genere, aiebat præceptor: Poſſet dici aduerſario illud, quod beatiſsimus dixit Auguſtinus, dum laudaret Deum, tanquàm uenam omnis Eſſe, ſubiungendo, quid ad me ſi nõ intelligis? nam cum creatore nominamus Deum, & dicimus eum eſſe, ad coincidentiam nos eleuantes, dicimus Deum cum eſſe coincidere. Moyſes nominat eum formatorem, cum inquit: formauit igitur Deus hominem. Si igitur ipſe eſt formarum forma, ipſe dat eſſe, licet forma terræ det terræ eſſe, & forma ignis igni. Forma uero quæ dat eſſe, Deus eſt, qui format omnem formã. Vnde ſicut imago habet formã, quæ dat ei eſſe hoc per quod eſt imago, & forma imaginis eſt forma formata, & id quod eſt ueritatis non habet niſi ex forma, quæ eſt ueritas & exemplar: ſic omnis creatura, in Deo eſt, id quod eſt; nam ibi eſt omnis creatura quæ eſt imago Dei, in ſua ueritate. Per hoc tamen, non

Boetius. Commentatores Boetij. Auguſtinus.

Paulus.

Athanaſius. Dionyſius.

Eccardus.

Eccardus.

Auguſtinus.

http://www.obrascatolicas.com

tolluntur ſubſiſtentiæ rerum, in ſuis proprijs formis. Et ſi ille homo ueritatem amaret, addere debuiſſet correlarium contrarium, ex ijs quæ legere potuit multum diffusè, clarè & expreſſè, in docta ignorantia. Similiter etiam, quando allegat Magiſtrum Eccardum; nam Eccardus, circa principium Geneſis, ubi præmittit de Eſſe, poſtquàm probauit Deum eſſe ipſum eſſe, & qui dat eſſe, & formas particulares, hoc & hoc eſſe ſubiungit, per hoc non tolli ſubſiſtentias rerum in proprio eſſe, ſed potius fundari, probando hoc per tria ſimilia ſcilicet materiam, partes totius, & humanitatem Chriſti. Non enim tollitur materia, & penitus in nihil uertitur, per hoc quòd omne eſſe totius, eſt à forma: nec pars, per hoc quod partis eſſe eſt penitus ab eſſe totius. Nec per hoc, quòd dicimus Chriſto unicum eſſe perſonale hypoſtaticum ipſius uerbi, negamus Chriſtum fuiſſe uerum hominem, cum alijs hominibus, addendo ibidem rationes. Legi deinceps aliud correlarium, quomodo ſcilicet maximitas abſoluta, habet in ſe omnia, & eſt in omnibus, adijciendo, quomodo ipſe aduerſarius ait, uniuerſalizantes, omnia eſſentialiter deificare in huiuſmodi præciſa abſtractione. Ad quæ præceptor: Neſcio quid uelit per uniuerſalizantes. Hoc notum eſt ex Paulo Apoſtolo, & omnibus ſapientibus, Deum eſſe in omnibus, ac omnia in ipſo, per hoc tamen nemo ponit compoſitionem in Deo, omnia ſanè in Deo Deus, nam non eſt terra in Deo, terra, ſed Deus: ita de ſingulis. Vnde penitus nihil intelligit hic bonus homo, quando infert hoc repugnare ſimplicitati diuinæ: nam ſicut ſimplicitati unitatis, non repugnat omnem numerum in ea complicari: ſic ſimplicitati cauſæ, omnia in ea cauſata. Et cum dicat infinitam perfectionem non poſſe plus perfici, fateor aiebat præceptor: ob hoc enim, omnis perfectio omnium perfectorum eſt in Deo ipſe Deus, qui eſt omnium abſoluta perfectio, omnes in ſe complicans omnium perfectiones. Si enim eſſet dabilis aliqua perfectio, quæ non complicaretur in diuina, illa ſcilicet diuina poſſet eſſe maior, & non eſſet infinita. Videamice & diſcipule perchare, quomodo præceptor noſter, ex ratione aduerſarij, contrà ipſum concludit. Poſt hæc legi præceptori ſecundam concluſionem, quam traxit aduerſarius, ſcilicet præciſionem incomprehenſibilem, & admirationem eius, quomodo uidetur in docta ignoratia, ſi eſt incomprehenſibilis. Tunc præceptor adiunxit: Non mirum, ſi admiratur, quia nihil admirabilius homini, quàm docta ignorantia, uidere ſcilicet præciſionem uideri non poſſe, ut ſuprà etiam ſatis de hoc dictum eſt. Vbi uerò ipſe ait, hoc fundamentum adnullare ſcientiam diuinorum. Verum dicit, quia non eſt ſcientia, qua quis credit ſe ſcire, quod ſcire nequit, ibi ſcire, eſt ſcire ſe non poſſe ſcire. Dixit correlarium uerum, ſcilicet omnem ſimilitudinem claudicare. Sed cum admiratur, quomodo dato ſimili, ſemper in infinitum ſimilius dari poſsit, in habentibus terminos magnitudinis ſuæ: conſideret diuiſionem lineæ finitæ, ubi ad indiuiſibile punctum non pertingitur, licet per partium partes ad ipſum accedere uideamur. Correlarium aliud, ſimiliter uerum eſt, ſcilicet quod per ſimilitudinem non attingitur ueritas. Conſequenter legi tertiam concluſionem, quam ille ex docta ignorantia traxiſſe, ſe aſſerit; ſcilicet quòd quidditas eſt inattingibilis. Dixit præceptor: Licet etiam ſit intelligibilis, ut opponit, tamen actu nunquàm intelligitur, ſicut Deus eſt ſummè intelligibilis, & Sol ſummè uiſibilis. Nec ſequitur ex coincidentia etiam oppoſitorum in maximo, hoc uenenum erroris & perfidiæ, ſcilicet deſtructio ſeminis ſcientiarum primi principij, ut impugnator elicit: nam illud principium, eſt quò ad rationem diſcurrentem primum, ſed nequaquam quò ad intellectum uidentem, ut ſuprà de hoc dictum eſt. Neque uerum eſt, ſi Deus eſt omne quod eſt, quòd propterea non creauerit omnia de nihilo. Nam cum Deus ſolus, ſit complicatio omnis eſſe cuiuſcunq; exiſtentis, hinc creando explicauit cœlum & terram: imò quia Deus eſt omnia complicitè, modo intellectualiter diuino, hinc & omnium explicator, creator, factor, & quicquid ſimilium dici poteſt, ſicut magnus atteſtatur Dionyſius. Et ſi fuerunt Begardi, qui ſic dicebant, ut ſcribit, ſcilicet ſe eſſe Deum per naturam: meritò fuerunt condemnati, prout etiam Almericus fuit, per Innocentium tertium condemnatus, in Concilio generali (de quo in cap. condemnatus, de ſumm tri) qui

Eccardus.

Dionyſius. Begardi. Almericus.

qui non habuit ſanum intellectum, quomodo Deus eſt omnia complicitè, de cuius erroribus, Ioannes Andreas aliqua recitat in nouella. Accidit autem hoc uiris parui intellectus, ut in errores incidant, quando altiora, ſine docta ignorantia perquirunt & fiunt ab infinitate lucis ſummæ intelligibilis, oculo mentis cæci, & ſuæ cæcitatis ſcientiam non habentes, credunt ſe uidere, & quaſi uidentes, indurantur in aſſertionibus. Sicut ludæi per literam, non habentes Spiritum, ducuntur in mortem, ſicut & alij, qui cum uident ſapientes, putant ignorantes & errantes, quando in eis legunt ſibi inſolita, & maximè quando reperiunt eos credere, cum ſe cognoſcunt ignorantes. Vnde rectè admonent omnes ſancti, quòd illis debilibus mentis oculis, lux intellectualis ſubtrahatur. Sunt autem illis nequaquàm libri ſancti Dionyſij, Marij Victorini, ad Candidum Arrianum, clauis Philoſophiæ Theodori, Ioannis Scotigenæ περὶ φύσεως tomi, Dauid Dynanto, commentata Ioannis de Mosbach, in propoſitiones Proculi, & conſimiles libri oſtendendi. Et cum conſequenter iterum legerem quartam coucluſionem, & præceptor audiret, quomodo aduersarius in ea dicit, ex docta ignorantia haberi, unam eſſe naturam imaginis & exemplaris, exclamauit præceptor dicens abſit, abſit. Ecce deteſtandũ facinus inuerecundi falſarij, & arrepto codice doctę ignorantię libro primo cap. xi. legit. Hoc autẽ quòd ſpiritualia per ſe à nobis inattingibilia, ſymbolycè inueſtigentur: radicem habet ab ijs, quæ ſuperius dicta ſunt, quoniam omnia ad ſe inuicem quandam, nobis tamen occultam & incomprehenſibilem, habent proportionem, ut ex omnibus unum exurgat uniuerſum, & omnia in uno maximo ſint ipſum maximum. Et quamuis omnis imago accedere uideatur, ad ſimilitudinem exemplaris, tamen præter maximam imaginem, quæ eſt hoc ipſum quod exemplar in unitate naturæ, non eſt imago adeò ſimilis aut æqualis exemplari, quin per infinitum ſimilior & æqualior eſſe poſsit, uti iam illa ex ſuperioribus patefacta ſunt. Hæc ibi. Ecce aiebat præceptor, quomodo id quod ſecundum Paulum de unigenito filio, qui eſt imago conſubſtantialis patri, excipitur, ille falſarius aſſerit, de omni imagine diminuta, poſitum. Ad quæ ego concitatiſsimus adieci: Eat nunc in malas tenebras, mendax truncator librorum, & abſcondat ſe, non eſt enim dignus luce, qui in lucem offendit, quod cenſeo eſſe peccatum in Spiritum ſanctum. Et cum curſim ſequentia legerem, oſtendit mihi præceptor, quo modo aduerſarius uſus eſt falſitate, & truncatione, & mendacio, atque peruerſa interpretatione, in omnibus quæ ſequuntur. Et ubi de Socrate aliqua dicere nititur quæ ignorat, uideat (ait præceptor) libellum Platonis de Apologia Socratis, ubi in iudicio ſe excuſat, & reperiet phantaſias ſuas omni ueritate uacuas. Et ego: Mirandum eſt de prouectæ ætatis cano homine, qui ſe ſciolum putat, quòd ita pueriles ineptias ſcribit, maximè quando interpretatur doctam ignorantiam, abſtractam unitatem. Et cum interrogarem an dicendum occurreret, contra impugnationem, quam aduerſarius in quinta concluſione contra hoc facit, quòd maximum eſt actu omne poſsibile: aiebat quòd eum carente intellectu, ſuperuacuè contenditur. Nam cum Deus ſit puriſsimus infinitus actus, tunc eſt abſolutè omne abſolutè poſsibile. Et in coincidentia illa, latet omnis Theologia apprehenſibilis, neque intelligit aduerſarius, quid ſit Theologia, neque quid impugnet neque quid allegat. Nam cum habeatur in docta ignorantia, quomodo Deus non iſtud quidem eſt, & illud non eſt, ſed eſt omnia & nihil omnium, quæ ſunt uerba ſancti Dionyſij: dicit hoc contractionem in ſe habere, eſſe omnia & nihil omnium, & non intelligit, quomodo eſt complicatiuè omnia, & nihil omnium, explicatiuè. Et cum non habeat aliquid de intellectu, ridet quando legit ponderoſiſsima uerba, neſciens illa eſſe ſanctorum, & per eum qui doctam ignorantiam explanauit adducta, ut ſecundum doctrinam ſancti Dionyſij, non exiret terminos ſanctorum, uti etiam ſunt illa quæ in tertio correlario quintę concluſionis, & in ſequenti, de menſura ponuntur: nam capere nequit, quomodo infinitum, eſt adequatiſsima menſura finitorum licet finitum ſit ad ipſum infinitum, penitùs improportionale. Neque capere poteſt, exemplum de infinita linea, quod impugnat de falſitate (licet ſuperuacuè)

Dionyſius. Marius Victorinus. Theodorus, Ioannes Scotigena. Dauid Dynanto. Ioannes Mosbach.

Paulus.

Socrates.

Dionyſius.

E s cum

http://www.obrascatolicas.com

cum impoſsibilitas eſſendi lineam infinitam actu, ſit multipliciter in docta ignorantia oſtenſum. Iuuat tamen ſe intellectus, per poſitionem lineæ infinitæ, ut intret ad ſimpliciter infinitum, quod eſt ipſa abſoluta eſſendi neceſsitas. Vbi uerò in ſexta cõcluſione Parmenidem impugnat, non illum tantum, ſed omnes doctos & ſanctos Theologos impugnare nititur, quos nequaquàm intelligit, de quo ſuprà. Modo ſuo falſiſsimè dicit poſtea, ex docta ignorantia haberi (quia omnia quæ cõueniunt Deo ſunt Deus) ideo neq; pater eſt, neq; filius, licet probè in docta ignorantia habeatur, quomodo ſecundum conſiderationem infinitatis, Deus neq; pater eſt, neq; filius: quia per negationem eſt conſideratio de Deo ſecundum infinitatem. Et ideo omnia
Dionyſius. tunc negantur, prout etiam ſanctus Dionyſius, in fine myſticæ Theologiæ, per eadem uerba hoc idem determinat. Vbi aduerſarius prouidentiam impugnat, penitùs ſe ignorantem oſtendit: nam cap. illud licet clariſsimè ſit poſitum, eſt inattingibile per talem ſenſibilem conſiderationem, qualem ſe habere aduerſarius oſtendit. Et quia in concluſionibus ſequentibus, falſarius procedit, modo addendo quæ non reperit, modo affirmando non affirmatum, tedio affectus præceptor, uoluit ſe ad utiliora ſtudia conuertere, ſic arctabar uelociùs tranſcurrere aduerſarij inuectiuam. Poſtquàm autem raptim legi, ex ignota literatura concluſiones, quas ſe ex docta ignorantia extraxiſſe falſò ſcribit: præceptor arrepto codice doctæ ignorantiæ, legit ſecundum & tertium caput ſecundi libri, & ad oculum oſtendit, ſeptimam concluſionem cum correlarijs peruerſè extractam. Nam nihil aliud in illis cap. ex intentione tractatur, quàm quòd creaturæ eſſe, ſit ab eſſe abſoluto, modo quo dici aut intelligi nequit, & alia non eſt aſſertio, licet tangantur modi dicendi diuerſi. Vbi uerò aduerſarius impugnat Deum, abſolutam omnium quidditatem, aiebat præceptor, nihil penitus intelligit homo ille, nam eſt quidditas, omnium quidditatum, & abſoluta omnium quidditas, ſicut abſoluta entitas entium, & abſoluta uita uiuentium, quemadmodum & dicit Eccleſia in oratione, Deus uita uiuentium. Nec hoc dicere, eſt confundere aut deſtruere quidditates rerum, ſed conſtruere ut intelligunt ſapientes. Ad alias concluſiones nihil dicere curauit præceptor, & ſpreuit ruditatem aduerſarij. Rogaui tamen ut aliqua diceret ad hoc, quòd aduerſarius impolluto ore, ipſum miſerum, pauperem, cæcum, & nudum intellectu, iniurioſè deſpicit. Ad quæ præceptor: Omnia quæ de cæcitate intellectus dicit planè fateor, ſed aiebat ſe excellere aduerſarium in hoc, quòd ſe cæcum ſciebat. Et ubi impingit Ieſum de honorare, aiebat præceptor: non eſt hæc doctæ ignorantiæ intentio, ut Ieſus inhonoraretur, ſed ut maior fiat in intellectu & affectu. Sed aduerſarium loqui oſtendit, quaſi quis diceret, quod ſi quis exaltatur in maxima publica perſona, ut ſit rex regum, & dominus dominantium, uti Chriſtus exaltatur, quòd per hoc dehonoretur, & hoc dictum, quiſq; dementis eſſe non ambigit. Applicatis igitur aduerſarij ſcriptis, ad literam doctæ ignorantiæ, & oſtenſo quòd impugnator falſè elicuit aſſertas concluſiones, & nihil ex omnibus intellexit, aut ſaltem intelligere uoluit, omnia peruerſè interpretando, dixit præceptor: Quæ de Ieſu ſcripta ſunt, in docta ignorantia, ſecundum ſcripturas ſanctas modo conuenienti, ad finem, ut Chriſtus in nobis creſcat, ſcripta ſunt. Ad ea enim quæ Ioannes Euangeliſta, & Apoſtolus Paulus, & Hierotheus, & Dionyſius, & Leo Papa, & Ambroſius, in epiſtolis ad Herennium, & Fulgentius, atq; cæteri altiſsimi intellectus ſancti, nobis de Chriſto reliquerunt: niti-
Ioannes. *Paulus.* *Hierotheus.* *Dionyſius.* *Leo.* *Ambroſius.* *Fulgentius.* tur docta ignorantia ſuo modo nos ducere, licet ipſa, & omnes deficiant, qui ſe ad deſcribendum illud myſterium unquàm contulerunt: & ad me amoroſo uultu conuerſus, aiebat: Amice optime noſti quomodo ij qui tranſibilia tranſilientes, per altitudinem fidei, Chriſto & ueritati coniuncti, ab ignorantibus huius mundi, contemptui habiti ſunt: quia (teſtante maximo Dionyſio, de diuinis nominibus cap. x) is
Dionyſius. qui ueritati coniunctus eſt, nouit quàm benè habeat, etiam ſi plures illum corripiant quaſi amentem, & extrà ſe factum, & per mortem conteſtati ſunt, principales duces ueritatis, hanc ſolum eſſe unicam & ſimplicem diuinam notionem. Hinc maximo animi affectu me admonuit, ut non tepeſcerem in ſtudij feruentia, quouſq; ad ſimplicitatem intelligentiæ eleuarer, ad melius cognoſcendum incognoſcibilem Deum (qui in omnibus per ſcientiam & ignorantiam agnoſcitur, ut in eodem loco diuinus atteſtatur Dionyſius) & Ieſum benedictum, qui eſt ſolus altiſsimus, perfectio, & plenitudo omnium. Quodq; eo ſtudio, omnem conatum mentis ad hoc quanto acutiùs concederetur conferrem, ut me ſemper nihil dignum intelligere uiderem, promittens, nunquàm quemquàm Sophiſtarum me turbare poſſe, ſi tanti ſecreti ineffabilis gratiæ, diuinam dulcedinem qualitercunq; deguſtarem. Nam cum omni motu non quæratur niſi pax, & ea pax quæ exuperat omnem ſenſum, ſit pax noſtra, ſcilicet uita uitæ noſtræ, ex qua, & in qua uiuendo, indicibili delectatione, quieſcimus: cum Paulo omnis dicet apprehenſor, quis me ſeparabit ab hac ueritate uitæ: non mors, quia moriendo uiuo. Nihil igitur tunc te ſeparabit, quando omnium terribilium terribiliſsimum, te non terrebit, ridebis omnes cæcos: quando tibi eum oſtendere promittent, quem non uident, & inhærebis eius amplexibus, quem diliget anima tua ex omnibus uitibus ſuis, cui gloria in ſecula. Ecce condiſcipule peramate, quæ ex pectore præceptoris pro defenſione doctæ ignorantiæ recollegi, licet plura è memoria exciderint, ea tibi legenda, atq; (ubi opus uideris) communicanda, tranſmitto, ut in tua feruentia, creſcat admirabile ſemen, quo ad diuina uidenda eleuamur: uti iamdudum audiui, per Italiam ex hoc ſeminè, per tuam ſollicitam culturam, ſtudioſis ingenijs recepto, magnum fructum effluxiſſe. Vincet enim indubiè hæc ſpeculatio, omnes omnium Philoſophorum ratiocinandi modos, licet difficilè ſit conſueta relinquere, & quantum profeceris me, continuè participem facere ne pigriteris: nam hoc ſolo, quaſi diuino quodam pabulo, delectabiliſsimè reficior, quantum hic concedere dignatur Deus in docta ignorantia, aſpirans continuè ad fruitionem uitæ illius, quam nunc ſic à remotis conſpicio, & propiùs dietim accedere contendo. Et ut eam hinc abſoluti aſſequamur, concedat Deus, tanto pere deſideratus, in æternum Benedictus. AMEN.

Apologiæ doctæ ignorantiæ Finis.

DEO AMABILI REVERENDISSIMO patri, domino Iuliano, ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, digniſsimo Cardinali, præceptori ſuo metuendo. N. Cuſa.

Caput I.

DAta nunc qualicunq; opportunitate, de Coniecturis conceptum pandam. Quem quamuis communi humanarum adinuentionum uitio, atq; ſpecialioribus feculentijs, obtuſioris ingenij adumbratum ſciam, tibi tamen Patri optimo, atque omnium literarum eruditiſsimo, confidenter explicui, ut ille penè diuino lumine admirabilis reſplẽdentiæ, probatiſsimi tui intellectus, poſsibilem purgationem accipere queat. Scio enim hanc indagandarum artium formulam, in ruditate ſua occumbere non poſſe, ſi uir omnium clariſsimus eam acceptatione dignam, correctionis lima facere dignabitur. Præbe igitur tua ornatiſsima auctoritate, intrantibus animum, ad breuem planiſsimam uiam, altiſsima quæq; patendi.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. II.

QVoniam autem in prioribus doctæ ignorantiæ libellis, multo quidem altius, lympidiusq́, quàm egoipse nisu meo, præcisionem ueritatis inattingibilem intuitus es: consequens est, omnem humanam ueri positiuam assertionem, esse coniecturam. Non enim inexhauribilis est, adauctio appræhensionis ueri. Hinc ipsam maximam humanitùs inattingibilem scientiam, dum actualis nostra, nulla proportione respectet: infirmæ appræhensionis incertus casus, à ueritatis puritate, positiones nostras, ueri subinfert coniecturas. Cognoscitur igitur inattingibilis ueritatis unitas, alteritate coniecturali: atq́ posthac clarius, quàm ipsa alteritatis coniectura, in simplicissima ueritatis unitate, eius noticiam intuebimur. Quoniam autem creata intelligentia finitæ actualitatis, in alio, non nisi aliter existit, ita ut omnium coniecturantium differentia remaneat: non poterit nisi certissimum manere, diuersorum diuersas eiusdem inappræhensibilis ueri graduales, improportionabiles tamen adinuicem esse coniecturas, ita quidem ut unius sensum quãuis unus fortè alio propinquiùs, nullus unquàm indefectibiliter concipiat. Quapropter has ipsas quas hic subinfero adnuẽtiones, ex posibilitate ingenioli mei, non parua meditatione elicitas, meas accipito coniecturas, fortassis maioribus intellectualibus fulgoribus, longè impares, quas licet ego ob ineptitudinem traditionis, à multis spernandas formidem, tamen ipsas quasi cibum non penitùs incongruum, ad trassubstantiandum in clariores intellectualitates, altioribus mentibus administro: qui enim hic aliquid spiritualis alimoniæ, diligentiore masticatione, atq́ crebra ruminatione, elicere studuerit: acquiret consolatoriam refectionem, etiamsi primo ista cruda, atq́ nouitate sua offensiua potiùs uideantur. Oportet autem quadam manuali ductione, iuniores quosq́ experimentali luce carentes, ad latentium ostensionem allicere, ut gradatim ad ignotiora erigantur. Hinc ego coniecturarum mearum secretum commodiùs elucidando, primo, quadam rationali omnibus notissima progressione, conceptui apodigmatica exemplaria configurabo, quibus noster discursus pergere queat, ad generalem coniecturandi artẽ. Secundo loco, floridas quasdam annotationes eliciam, & fructuosam applicatoriam praxim, in gratissimis quibusdam resolutionibus adijciens, ueri famelicas animas, reficere curabo.

Vnde coniecturarum origo. Cap. III.

Coniectura. CConiecturas à mente nostra, uti realis mundus à diuina infinita ratione, prodire oportet. Deum enim humana mens, alta Dei similitudo, fœcunditatem creatricis naturæ ut potest participiat, ex seipsa ut imagine omnipotẽtis formæ, in realium entium similitudinem, rationalia exerit. Coniecturalis itaq́ mundi humana mens, forma existit, uti realis, diuina. Quapropter ut absoluta illa diuina entitas, est omne id quod est, in quolibet quod est, ita & mentis humanæ unitas, est coniecturarum suarum entitas. Deus autem omnia propter seipsum operatur, ut intellectuale sit principium pariter & finis omnium: ita quidem rationalis mũdi explicatio, à nostra complicante mente progrediens, propter ipsam est fabricatricem. Quantò enim ipsa se in explicato à se mundo, subtiliùs contemplatur, tantò intrà seipsam uberiùs fœcundatur: cum finis ipsius, ratio sit infinita, in qua tantum se uti est intuebitur, quæ sola est omnibus, rationis mensura, ad cuius assimilationem tãtò propinquiùs erigimur, quantò magis mentem nostram profundauerimus, cuius ipsa unicum uitale centrum existit. Ob hanc causam, naturali desiderio, ad perficientes scientias aspiramus. Vt autem ad appræhensionem intenti iudicaris, & mentem coniecturarum principium recipias, aduertas quomodo ut primum omnium rerum atq́ nostræ mentis principium, unitrinum ostensum est, ut multitudinis, inæqualitatis, atq́ diuisionis rerum unum sit principium, à cuius unitate absoluta multitudo, ab æqualitate inæqualitas, & à connexione diuisio effluat: ita mens nostra, quæ non nisi intellectualem naturam creatricem concipit, seunitrinum facit principium rationalis suæ fabricæ. Sola enim ratio, multitudinis, magnitudinis, ac compositionis mensura est, ita ut ipsa sublata, nihil horum subsistat: sicut entitate infinita negata, omnium rerum entitates, pariter constat esse negatas. Quapropter unitas mentis, omnem in se complicat multitudinem, eiusq́ æqualitas, omnem magnitudinem, sicut & connexio, compositionem. Mens igitur unitrinum principium, primò ex ui complicatiuæ unitatis, multitudinem explicat: multitudo uerò, inæqualitatis, atq́ magnitudinis generatiua est. Quapropter in ipsa primordiali multitudine, ut in primo exemplari, magnitudines & perfectiones integritatum, & uarias & inæquales, uenatur. Deinde ex utrisq́, ad compositionem progreditur. Est igitur mens nostra, distinctiuum, proportionatiuum, atq́ compositiuum principium.

Symbolicum exemplar rerum: numerum esse. Cap. IIII. Numerus.

RAtionalis fabricæ, naturale quoddam pullulans principium, numerus est. Mente enim carentes, uti bruta, non numerant. Nec est aliud numerus, quàm ratio explicatio explicata. Adeò enim numerus, principium eorum quę ratione attinguuntur, esse probatur: quòd eo sublato, nihil omnium remansisse, ratione conuincitur. Nec est aliud rationem numerum explicare, & illo in constituendis coniecturis uti, quàm rationem seipsa uti, ac in sui naturali suprema similitudine, cuncta figere: uti Deus mens infinita, in uerbo coæterno, rebus esse communicat. Nec quicquàm numero prius esse potest. Cuncta enim alia ab ipso, ipsum necessariò fuisse affirmant. Omnia enim simplicissimam unitatem exeuntia, composita, suo sunt modo. Nulla uerò compositio, absq́ numero intelligi potest: nam partium pluralitas atq́ earum diuersitas, simul & proportio cõponibilitas, ex ipso sunt. Nec alia res substantia, alia quantitas, alia albedo, alia nigredo, & ita de omnibus, absq́ alietate esset, quæ est numero est. Sed numerus, ex seipso compositus est, ternarius enim ex tribus combinatis, compositisq́ concipi debet: alioquin ternarius, non magis esset, quàm si seorsum parietem seorsum tectum, fundamentumq́ domus fingeres, & formam domus concipere uelles. Oportet igitur, non seorsum, sed compositè simul ipsum imaginari, nec tunc aliud erit trium combinatio, quàm ternarius. Ex seipso igitur, compositus est, Oportet etiam primam oppositionem contractam esse quod extrà numerum impossibile est. Omnis igitur numerus, compositus ex oppositis, differentibus, atq́ ad inuicem proportionabiliter se habentibus, taliter existit, quòd illa sunt ipse. Par numerus, impari opponitur. Atq́ omnis numerus siue par siue impar, ex pari & impari, hoc est ex seipso existit: quaternarius ex ternario impari, & quaternario pari compositus est. Quod autem ex duobus binarijs combinatus uidetur, non ad quaternarij essentiam, sed quantitatem referri debet. Quomodo autem concipi quicquàm posset menti similius; numero? Nonné unitas ternarij, ternaria est? æqualitas ternarij, ternaria est? Sic & ternarij connexio, ternaria existit. Numeri igitur essentia, primùm mentis exemplar est. In ipso enim trinitas, seu unitrinitas cõtracta in pluralitate, prioriter reperitur impressa: symbolicè etenim de rationalibus numeris, nostrę mentis, ad reales ineffabiles diuinę mentis coniecturantes, dicimus, in animo conditoris primum rerum exemplar ipsum fuisse numerum, uti similitudinarij mundi numerus, à nostra ratione exurgens.

Paradoxa.

De naturali progressione. Cap. V. Progressio.

TAntò te acutiùs numeri expedit contemplari naturam, quantò in eius similitudine, cætera profundiùs indagare conaris. Primùm autem progressionis eius incumbe, & quaternario eam expleri probabis: unum enim, duo, tria & quatuor simul iuncta, denarium efficient, qui unitatis simplicis naturam explicat uirtutem. De ipso quidem denario qui altera unitas est, pari quaternaria progressu, radicis quadratæ attingitur explicatio. 10 enim, 20, 30, 40 simul iuncta, centum sunt, qui numerus denariæ radicis extat quadratura. Centenaria itidem unitas, pari motu millenarium exerit, 100 siquidẽ, 200, 300, & 400 simul iuncta, mille sunt, nec amplius hac uia, quasi quid restet, proceditur. Quamuistã pòst denarium, ut in undenario,

http://www.obrascatolicas.com

denario, ubi post ipsum denarium ad unitatem fit regressio, quàm post millenarium: pariformiter repetitio non negetur. Non sunt igitur naturali influxu, plures quàm decem numeri, qui quaterna progressione arcentur. Nec ultrà solidum denariæ radicis millenarium, fit repetitionis uariatio, cum hic progressione quaternaria, triniter repetita, denario exurgat ordine. Habes itaq; quaternariũ, unitatis explicationẽ, uniuersi numeri cõtinere potentiam. Vnitas enim generalis, quatuor unitatibus distinguitur, quæ ordine congruo figurantur, prima, simplicissimè: secunda, habet ordinis tantum nihili figuram adiectam, ut alteræ congruit unitati: tertia, huius naturæ duas adijcit: quarta, tres: ut 1. 10. 100. 1000. quæ omnia, quamuis indubia cunctis, ad oculare redegi formulam, proposito nostro congruentem.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	
1										1000
1	2	3	4	20	30	40	200	300	400	

Quatuor unitates. 1. 10. 100. 1000.

De quatuor unitatibus. Cap. VI.

MEns ipsa, omnia se ambire, omniaq; lustrare compræhendereq; supponens, se in omnibus, atq; omnia in se esse taliter concludit: ut extrà ipsam, ac quod eius obtutum aufugiat, nihil esse posse affirmet. Contemplatur itaq; in numerabili similitudine sua, à se ipsa elicita, ut in imagine naturali, & propria sui ipsius unitatem, quæ est eius entitas. Hanc ex numero, quaternariam uenatur, nam est simplicissima, est alia radicabilis, est tertia quadrata, est quarta solida. Ita quidem in initio numeri, simplicissimam intuetur unitatem: posteà denariam, quæ radix est aliarum: deinde centenariam, denariæ quadratam: ultimò millenariam, cubicam. Inter enim diuersas atq; oppositas unitates, simplicem & solidam, uni cum præcisum medium cadere nequit, sed ad minimum duo necessaria esse constat, quorum alterum ad simplex, ut radicalis, alterum, ad solidum, ut quadrata unitas, inclinatur. Nam impossibile est, connexionem simplicem esse inæqualium, Sola etenim infinitæ unitatis & æqualitatis connexio, simplex esse potest. Contemplatur itaq; mens ipsa, uniuersam suam entitatem, in his quaternè distinctis unitatibus: ut aliam uideat simplicissimam mentem, prioriter ad cuncta ut creatorem se habentem, aliam egressam proximè ab illa, aliarum radicem, aliam ab hac radice egressam, ad quartam inclinari, quæ sua grossiori soliditate, ulteriùs proficisci non sinit. Has mentales unitates, uocalibus signis figurat. Primam quidem altissimam, simplicissimamq; uocat mentem, Deum nominat. Aliam radicalem nullam priorem se habens radicem, Intelligentiam appellat. Tertiam quadratam intelligentiæ contractionem, Animam uocat. Finalem autem soliditatem, grossam, explicatam, non amplius complicantem, Corpus esse coniectat. Omnia autem in Deo Deus, in intelligentia intellectus in anima anima, in corpore corpus: quod aliud non est, quàm mentem omnia complecti, uel diuinè, uel intellectualiter, uel animaliter, uel corporaliter. Diuinè quidem, hoc est, prout res est ueritas. Intellectualiter, hoc est, ut res non est ueritas ipsa, sed ueritatis imago. Animaliter, hoc est, ut res est ueri similiter. Corporaliter uerò, etiam ueri similitudinem exit, & confusionem subintrat. Prima unitas, penitùs existit absoluta, ultima uerò, quantum possibile est omnem absolutionem exiens, contracta est, secunda: multùm absoluta, parùm contracta, tertia, parum absoluta multum contracta. Quapropter, sicut intelligentia non est penitùs diuina seu absoluta, ita nec rationalis anima penitùs diuinitatis exit participationem: ut admiranda in inuicem progressione, diuina

diuina atq; absoluta unitate, gradatim in intelligentiam & rationem descendente, & contracta sensibili, per rationem in intelligentiam ascendente: mens omnia distinguat, pariterq; connectat.

De prima unitate. Cap. VII.

Prima unitas

AMplius te attentiorem faciat dicendorum utilitas, magna enim atq; occulta, in lucem ducere tentabo. Primò illa diuina unitas, si numerus rerum fingitur exemplar, omnia præuenire, complicareq; uidetur. Ipsa enim omnem præueniens multitudinem, omnem etiam anteuenit diuersitatem, alietatem, oppositionem, inæqualitatem, diuisionem, atq; omnia alia, quæ multitudinem concomitantur. Vnitas quidem, nec binarius, nec ternarius est, atq; ita deinceps: quamuis omnia ea sit, quæ sunt ternarius, quaternarius, & reliqui numeri. Si species rerum ut numeri, distinguuntur: ipsa absoluta unitas, nullius speciei est, nullius nominis, nulliusq; figuræ, quamuis omnia sit in omnibus. Ipsa est unitas omnis pluralitatis: unitas quidem pluralitatis generum, specierum, substantiarum, accidentium, uniuersarumq; creaturarum, mensura una omnium mensurarum, æqualitas una omnium æqualium & inæqualium, connexio omnium unitorum & segregatorum, quemadmodum unitas, omnem tàm parem quàm imparẽ numerum, simplicitate sua complicat, explicat, atq; connectit. Intuere mente profunda, unitatis infinitam potentiam, maior enim est per infinitum, omni dabili numero, nullus enim est numerus, quantumcunq; magnus, in quo unitas potentia quiescat. Cum itaq; omni dabili numero, per unitatis uirtutem, maior absq; statu haberi possit, per solius unius potẽtiam inexhauribilem: constat omnipotẽtem eam esse. Multa de hoc iam antedictis audisti, multaq; dici semper posse ex his uides. Ea etenim quæ dici possent, numeri quidem sunt inexplicabilis unitatis, numeralesue figuræ, inuariabilis ueritatis, quam tantò clarius intuebimur, quantò absolutiùs atque unitiùs concipitur. Qui enim absolutam & ipsam tantum concipit unitatem, ineffabilem eam uidet: cuius enim respectu, potius unum quàm aliud sortiretur nomen: Si cuncta alia separasti, & ipsam solam inspicis, si aliud nunquàm aut fuisse, aut esse, aut fieri, posse intelligis, si pluralitatem omnem abijcis, atq; respectum, & ipsam simplicissimam tantum unitatem subintras, ita ut eam non potius simplicem, quàm non simplicem, non potius unam quàm non unam comprobes, arcana omnia penetrasti, nulla ibi dubietas, nullum impedimentum. Contemplare igitur mentis unitatem, per hanc absolutionem ab omni pluralitate, & uidebis non esse eius uitam corruptibilem, in sua unitate absoluta, in qua est omnia. Huius autem absolutæ unitatis, præcisissima est certitudo, etiam ut mens omnia in ipsa atq; per ipsam agat. Omnis mens inquisitiua atque inuestigatiua, non nisi in eius lumine requirit, nullaq; esse potest quæstio, quæ eam non supponat: quæstio an sit, nonnè entitatem? quid sit, quidditatem? quare, causam? propter quid, finem præsupponit? Id igitur quod in omni dubio supponitur, certissimum, esse necesse est. Vnitas igitur absoluta quia est entitas omnium entium, quidditas omnium quidditatum: causa omnium causarum, finis omnium finium: in dubium trahi nequit, sed post ipsam, dubiorum est pluralitas. Aduerte igitur Iuliane pater, quàm clara atque breuis est Theologia, sermone inexplicabilis, quoniam ad omnem de Deo formabilem quæstionem, primum posse responderi uides, quæstionem omnem de ipso esse ineptam. Omnis enim quæstio, de quæsito, oppositorum alterum tantum uerificari posse, admittit, aut quid aliud de illo quæsito quàm de alijs, affirmandum neganduue existit. Hæc quidem de absoluta unitate, credere absurdissimum est, dequa, nec alterum oppositorum, aut potius unum quodcunque quàm aliud, affirmatur. Si uerò affirmatiuè quæsito satisfacere optas, absolutum præsuppositum repetas: ut cum dicitur an sit, respondeatur entitatem, quæ præsupponitur, ipsum esse. Ita quidem in quæstione quid sit, quidditatem respondeas, & ita deinceps. In quæstione an Deus sit homo, entitas atque humanitas præsupponuntur, quare dici poterit, ipsum entitatem eam esse, per quam est humanitas. Ita in quæstione

an

http://www.obrascatolicas.com

an Deus, angelus sit, eum entitatem absolutam angelitatis asseratur, & ita de singulis. Quoniam autem omnis affirmatio, negationi aduersari creditur: hæc iam dicta responsa præcisissima esse non posse, ex hoc aduertis, quòd primum per infinitum omnem præit oppositionem, cui nihil conuenire potest non ipsum. Non est igitur coniectura de ipso uerissima, quæ admittit affirmationem, cui opponitur negatio, aut quæ negationem, quasi affirmatione ueriorem præfert: quamuis ueriùs uideatur. Deum nihil omnium quæ aut concipi aut dici possunt existere, quàm aliquid eorum, non tamen præcisionem attingit negatio, cui obuiat affirmatio. Absolutior igitur ueritatis extitit conceptus, qui ambo abiicit opposita disiunctiuè simul, & copulatiuè, non poterit enim infinitus responderi, an Deus sit, quàm quòd ipse nec est, nec non est, atq; quòd ipse, nec est, & non est. Hæc est una ad omnem quæstionem altior, simplicior, absolutior, conformiorq; responsio, ad primã ipsam simplicissimam ineffabilem entitatem. Hæc quidem subtilissima coniecturalis responsio, est ad omnia quæsita æqua. Coniecturalis autem est, cum præcisissima, ineffabilis, inattingibilisq; tam ratione maneat, quàm intellectu.

De secunda unitate. Cap. VIII.

INtellectualis est, hæc unitas. Cum autem omne non primum ab ipso absolutissimo descendens, aliter quàm alteritatem uersus, pergere intelligi nequeat: non erit hæc unitas simplicissima ut prima, sed intellectualiter composita. Compositionem uerò, ab uno & altero, hoc est ex oppositis esse, ratio dicit, nec tamen hęc unitas, aliter ex oppositis est, quàm simplicem conuenit esse radicem. Non igitur ipsam opposita præueniunt, ut sit ex ipsis quæ præcesserunt, sed simul cum ipsa exoriuntur, sicut intellectualiter numerum componi necesse est. Copulantur igitur in eius simplicitate radicali, opposita ipsa, indiuisè atq; irresolubiliter. Denaria enim unitas, absq; radice est, nam eam præter primam nulla præcedit unitas, cuius multiplicatione exurgat, ex sola enim primo ortu capit, quam omnis sequitur oppositio, eius itaq; initium, nullis diuersitatibus est inuolutũ. Quapropter quicquid in subsequentibus in diuisione progreditur, in hac ipsa unitate radicali non disiungitur: uti differentiæ, diuisiuè oppositæ in speciebus diuisæ, in generali complicantur specierum radice, connexio autem, omni disiunctione simplicior est atq; prior. Quapropter quæstiones, alterum oppositorum de ipsa entitate negabile supponentes, atq; alterum tantum affirmabile, impropriè moueri uides: omne enim de intelligentia qualitercunq; affirmabile, incompatibile non habet oppositum. Altius enim atq; simplicius est intellectuale esse, eo essendi modo, qui cum non esse est incompatibilis. Vnde intellectualis illa unitas, radix quædam complicatiua, oppositorum in sua explicatione incompatibilium, existit. Ea enim opposita, quæ in explicata eius rationalis unitatis quadratura, incompatibilia sunt, in ipsa complicantur. Motus enim rationaliter, quieti incompatibiliter opponitur, sed sicut infinitus motus, coincidit cum quiete in primo, ita & in proxima eius similitudine, non se exterminant, sed compatiuntur: nam motui intelligentiæ non ita opponitur quies: quòd dum mouetur pariter non quiescat, simplicior enim est hic motus intellectualis, quàm ratio mensurare queat, similiter & de quiete, & cæteris omnibus. Acutè igitur quantum uales, hæc concipe. Nam in antè expositis de docta ignorantia, memor sum, de Deo me intellectualiter sæpè locutum, per contradictoriorum copulationem, in unitate simplici: iam autem in proximè præmissis, diuinaliter intentum explicaui. Improportionaliter simplicior est negatio oppositorum, disiunctiuè ac copulatiuè, quàm eorum copulatio. Aliter autem diuinè, secundum primæ absolutæ unitatis cõceptum, de Deo, aliter secundum hanc intellectualem unitatem, dicendum, multoq; adhuc submissius secundum rationem. Vnitas autem ista, ad primam improportionalis, oppositorum compositionem penitùs non euadit, sed in ea, opposita compatibilem concordantiam, nondum exierunt. Vnde cum quæstiones omnes à ratione inuestigatiua progredientes, ab intelligentia omne id sint, quod sunt: non potest quæstio de intelligentia

ligentia formari in qua ipsa præsuppositiuè non resplendeat. Ratio enim de intelligentia inuestigans, quam nullo sensibili signo compræhendit: quomodo hac inchoaret inquisitionem, sine incitatiuo lumine intelligentiæ, ipsam irridiantis. Habet se igitur intelligentia ad rationem, quasi Deus ipse ad intelligentiam. Si igitur coniecturaliter respondere ad motas de ipsa cupis quæstiones, ad præsuppositum aduerte, atque ad ipsum respondè. Dic igitur in quæstione an sit intelligentia, ipsam esse entitatem, per rationem inuestigantem præsuppositam, à qua ratio, ut à radice sua entitatem sumit. In quæstione quid sit, pariformiter dic: eam præsuppositam intellectualem quidditatem esse, à qua rationis quidditas dependet, ita de cæteris. Certa est igitur unitas radicalis, quamuis non sit ipsa certitudo uti prima est, atque in omni ratione, ut in quadrata, radix existit, & præsupponitur. Quod si ad intellectualem ueritatem, inquisitionem dirigere instituis, necesse est ut intellectualibus fruaris terminis, qui nullum incompatibile habent oppositum: cum incompatibilitas de natura illius intellectualis unitatis esse nequeat. Vnde usuales termini, qui rationis sunt entia, intelligentiam non attingunt. Intelligentia enim, neque stat, neque mouetur, neque quiescit, neque in loco est, imò neque forma est, neque substantia, aut accidens, eo modo, quo termini illi per rationem impositi, significant. Sicut enim intellectus radix est rationis: ita quidem termini intellectuales, radices sunt rationalium. Vnde uerbũ intellectuale ratio est, in quo ut in imagine intellectus relucet. Radix igitur uocalium terminorum, sermo est intellectualis. Constat autẽ tibi, unitatem rationis simplicis, complicare rationem motus & quietis, curui & recti, atque cæterorum oppositorum. Si igitur rationes oppositorum, se in simplicitate absolutioris unitatis rationis, compatiuntur, & si ratio sermo est intelligentiæ: manifestum tibi erit, non in usualibus rationis terminis, sed in ipsamet rationis unitate complicationem oppositorum intellectualis unitatis, relucere. Quapropter si quæritur an intelligentia sit quanta, propinquã coniectura poterit responderi per rationem, dicendo ipsam non aliter quantam, quàm ratio quanti ostendit, non enim hic terminus, Quantum, intellectualis est, sed quanti ratio. Ita quidem ad quæstionem an in loco intelligentia sit. Ratio loci, quam admodum quadratum radicis, intelligentiæ continentia existit, ita quidem ipsa ratio est substantia, hoc est quia de ipsa, ratio substantiæ effluit, & ita de reliquis. Intelligẽtia igitur nihil horum est, quæ dici aut nominari possunt, sed est principium rationis omnium, sicut Deus intelligentiæ. In istis meditare diligenti assiduitate, & dum profunda mente intraueris, difficilia apud plures tibi manifestabuntur, dulcore intellectualis dulcedinis, omnem sensibilem amœnitatem, incomparabiliter excellentis.

De tertia unitate. Cap. IX.

Tertia unitas 100.

ANima, numerus intelligentiæ, quam quadratè explicat, non incongruè concipitur: sicut ipsa intelligentia, numerus est unitatis supersimplicis, unitas enim intelligentiæ, numeratur in anima, dum multipliciter contrahitur. Quoniam autem in ipsa anima, unitas intelligentiæ explicatur: ipsa in anima, resplendet ut in propria imagine. Deus lumen est intelligentiæ, quia est unitas, ita quidem intelligentia animæ lumen, quia eius unitas. Hoc attentiùs animaduerte, quoniam & sic corporalis forma, unitatis animæ numerus existit: animæ uirtutem seu unitatem non in se, sed eius corporali exploratione sensibiliter intuemur. Sic & intelligentiam non in se, sed in anima, nec primam, simplicissimam, absolutissimamq; unitatem in se, uti est, sed in ipsa intuemur intelligentia, ut in numero & signaculo. Deus igitur forma intelligentiæ est, intelligentia animæ, anima corporis. Omnia igitur corpora, numerus cum sunt animæ, meritò unitatis potentia eius, tibi magna occurrit. Considera igitur rationem ipsam, non ut cubici corporis radicem, sed ut medium per quod intellectualis radix, in corpus descendit, nam est instrumentum intellectus, atque ita principium seu radix, instrumentalis corporalium. Centenaria unitas animam figurat, millenaria corpus. Exurgit autem mille, ex ductu denarij in centenarij

http://www.obrascatolicas.com

tenarium,hoc est ex multiplicatione intelligentiæ, per animam. In omnibus igitur corporalibus,cum anima ut radix reluceat instrumentalis,nō erit tibi difficile,ipsam in omnibus uenari sensibilibus signis eius,quoniam in ipsis est forma, ut sigilli in cæra,per intelligentiam impressa, omne igitur quod auditu percipitur,eius gestat characterem.Quæstiones igitur omnes, quæ de ipsa moueri audis,ab ipsa signatas concipias:unde omnes,animæ rationem supponunt,quæstio enim an sit,rationis est, ita & cæteræ omnes. Non potest igitur dubitari an sit, cum sine ea dubia moueri non possunt. Si quis quæsierit,an anima sit quanta, dices eam non quantam corporaliter, sed quantam ut numerus est intelligentiæ,nam cum sit unitas sensibilium,omne diuersum sensibiliter,in ipsa est unum. Sensibilis igitur seu corporalis quantitas seu qualitas,& ita de singulis sensibilibus: ita quidem se habent, quòd eorum omnium unitas ratio animæ existit, à cuius unitate progrediuntur. Diuersa igitur,alia, atque oppositа sensibiliter,unam habent rationem,quæ uariè contracta, uarietatem sensibilium efficit.Iudicia igitur animæ sunt, ut numeri, quorum alter par est,alter impar, & nunquàm simul idem par & impar. Quapropter non iudicat anima,in sua ratione oppositа compatibilia,cum eius iudicium numerus sit eius,& si acutius consideraueris,omnis unitatis numerus, ad suam se habet unitatem modo conformi. Nam unitatis omnis numerus,denario perficitur, simplicissimæ unitatis numerus, simplicissimo numero in denarium pergit: Quæ igitur sunt in prima unitate ipsa unitas simplicissima, in eius explicatione numerali, reperiuntur diuersa atque differenter alia. Ita quidem intelligentiæ, quæ sunt numerus simplicissimæ atque absolutæ uniatis, intellectualiter quidem numeri naturã in ordine ad primum participant. Reperitur igitur intellectualis differentia, oppositio, alietas, & si quid aliud, numero conuenit, sed hæc, unitas sunt in absoluta. Ita quidem quadratæ diuersitates, alietates, oppositiones, in ratione, sunt unitas intellectualis: atque cubicæ oppositiones, & alietates sensibiles, & corporales, sunt unitas in ratione. Hac igitur uia progredere in inquisitionibus, si ad ueriores uolueris pertingere coniecturas.

De ultima unitate. Cap. X.

Quarta unitas 1000.

SEnsibilis corporalisue unitas, est illa quæ millenario figuratur. Ipsa enim ea propter ultima existit, quoniam est unitatum explicatio. Neque ipsa intrà se complicãs est,ut in numerum pergat,sicut nec prima numerum sequitur,quæ tota complicans est. Solida atq; compositissima est hæc sensibilis unitas,uti ipse millenarius.Et ut harum unitatum conceptum subintres, eas concipe differentes,quia prima sit unitas simplicissimi puncti,secunda simplicis lineæ,tertia simplicis superficiei,quarta simplicis corporis. Scies post hæc clarius,unitatem puncti simplicissimi,omne id eẽ quod in lineali,superficiali,atq; corporali extat unitate, sed unitas lineæ,est id omne quod in superficiali & corporali est, atq; superficialis, pariformiter est id omne quod in corporali. Non sunt sensibiles & discretales tres priores unitates,nisi per mentem ipsam, quę sola punctum seorsum,lineam & superficiem concipit,sensus uerò corporeum tantum attingit. Planè nunc ineptitudinem nostram ualebis exanimare, quando per sensibilia mensurare nitimur mentalia, quando cum corporali grossitie,superficialẽ molimur effingere trinitatem. Ineptè quidem agimus,si lineæ simplicitatem,per corpus figurare nitimur. Ineptissimè autem,dum indiuisibile,absolutissimum pũctũ,corporea forma uestimus. Quapropter,per has corporales sensibiles formas qualescunq;, aut per has sensibiles literatorias traditiones:non nisi ineptè adumbramus, subtiles theologicas, atq; intelligentiales formas. Sensus animæ sentit sensibile,& non est sensibile, unitate sensus non existente, sed hæc sensatio est confusa,atq; grossa,ab omni semota discretione. Sensus enim sentit & non discernit,omnis enim discretio,à Ratione est,nã Ratio,est unitas numeri sensibilis.Si igitur per sensum discernitur albũ à nigro,calidum à frigido,acutum ab obtuso,hoc sensibile ab illo,ex rationali hoc ꝓprietate descendit.Quapropter sensus ut sic,

sic,non negat(negare enim discretionis est) tantum enim affirmat sensibile esse, sed non hoc aut illud. Ratio ergo,sensu ut instrumento,ad discernendum sensibilia utitur,sed ipsa est,quæ in sensu sensibile discernit. Aduerte itaq; Iuliane pater,quomodo ab hac ipsa sensibilium regione,omnis alienata est negatio,atq; non esse,à regione uerò supremæ unitatis,omnis affirmatio procul est eliminata. In regionibus unitatum mediarum,ambo permittuntur,complicatiuè, in ipsa secunda, explicatiuè,in tertia:In hac infima unitate,uerba tantum præsentis sunt temporis: in illa suprema, nullius sunt temporis,in secunda uerò,complicatiuè,præsentis & non præsentis, in tertia autem,explicatiuè,præsentis uel non præsentis. Si igitur terminos,uniratibus de quibus tibi inquirendi propositum est, adaptaueris:ueriores coniecturas efficies. Cum enim de Deo quæreretur,an heri fuerit,per hoc quòd uerba à tempore sunt absoluta in diuinis,facilè quid respondendum concipis: quando enim fuisse, ambit esse & fieri,& nullius est temporis, æternitati conuenit. Si autem de intelligentia hæc quæstio formaretur, si fuisse, præsens & non præsens complicat (æterno ab æternitate proximè cadente & progrediente)conuenire poterit,ita de reliquis.Sic etiamsi de unitate una quasi & alia,loqueris,adaptare ad hoc,dicendi modum:ut cum de Deo, nos homines rationales loquimur,regulis rationis Deum subijcimus,ut alia de Deo affirmemus,alia negemus, & oppositа contradictoria disiunctiuè applicemus. Et hæc est penè omnium theologorum recentiorum uia, qui de Deo rationaliter loquuntur,multa enim hac uia admittimus in schola rationis, quæ scimus secundum regionem simplicis unitatis,neganda. Ratio enim omnia in multitudinem magnitudinemq; resoluit, multitudinis autem principium est unitas, magnitudinis trinitas, ut in figuris polygonijs trigonus. Via igitur rationis principium omnium est unum & trinum,non ut unitas & trinitas sunt plura,cum pluralitatis principium sit unitas, sed ut sunt unitas,quæ trinitas. Intelligentia autem,uocabulorum rationalium ineptitudinem aduertens, hos abijcit terminos, Deum suprà eorum significata, tanquàm eorum,complicans concipit principium, & quia in ipso diuinitatis radio, uidet suum conceptum deficere: affirmat ipsam super omnem complicationem & explicationem intelligi debere, & ipsum uti est concipi non posse. Ita pariformiter de intelligentia agimus,dum de ipsa ratiocinando disputamus.Hac uia,dum sensibile ad rationem eleuamus,ut intelligentiam, siue ad primam absolutissimam unitatem:de eo,secundùm illius regionis regulas, loqui necesse est: dum enim unitatem ab omni sensibili, rationali aut intellectuali pluralitate absoluerimus, & in simplicitatem infinitam redegerimus,non est amplius aliquid de ea affirmabile, neque enim tunc potius est lapis,quàm non lapis, sed est omnia, ita de reliquis. Et hoc absque scrupulositate intelliges, si aduertis absolutam unitatem lapidis, non esse plus lapidis,quàm non lapidis,quod q; omnium una est absoluta unitas,quæ est Deus. Vnde sicut absoluta unitas lapidis istius sensibilis & rationalis, est Deus, sic eius intellectualis unitas est intelligentia. Quare patet,quibus regulis tunc de eo coniecturandum,existat. Ego te etiam unum notare rogo, quomodo ipsa sensibilis unitas,cui non patet progrediendi ulterior uia, in sursum regreditur: nam descendente ratione in sensum,sensus redit in rationem. Et in hoc, regressionis progressiones aduerti,to,redit enim sensus in rationem, ratio in intelligentiam, intelligentia in Deum, ubi est initium & consummatio,in perfecta circulatione. Numerus igitur sensibilis,redit in suum unitatis initium,ut per ipsum in intelligentia,& per intelligentiam,in Deum finem finium,pertingere queat,finis sensibilium anima,seu ratio. Deuiat igitur sensibilis uita à uia reditionis & finis, dum se ab unitate rationis alienat,ita ratio deuiat,ab unitate intelligentiæ,longiùs abiens,sic ipsa intelligentia,si ab unitate absoluta,quæ ueritas est,aliorsum declinauerit.Hæc sic dicta sint ad præsens.

http://www.obrascatolicas.com

De unitate & alteritate. Cap. XI.

Vnitas & alteritas.

QVantum ruditas dedit ingenioli, fundamenta quędam coniecturarum mearum explicaui ex numerorum ordine, nunc unum semper menti incorporandum eadem radice contentum, adijciam. Omnem constat numerum ex unitate & alteritate constitui, unitate in alteritatem progrediente, atq; alteritate in unitatem regrediente, ut ex mutuo in inuicem progressu finitetur, atq; actu uti est subsistat. Neque potest esse, ut unitas unius numeri, cum unitate alterius, omnem teneat æqualitatem, cum præcisio æqualitatis impossibilis sit in omni finito. Variabitur igitur in omni numero, unitas atque alteritas: plus enim impar numerus, de unitate quàm par, habere uidetur, propter indiuisibilitatē unius in paria, & possibilitatem alterius. Quapropter, cum quisque numerus sit unus ex unitate & alteritate, erunt numeri in quibus uincit unitas alteritatem, & in quibus alteritas unitatem absorbere uidetur. Radicales autem numeros, simpliciores nemo dubitat quadratis atque solidis. Radicales enim simplices, ex nulla præambulari radice alia quàm simplici unitate progredientes, multum unitatis, parumque alteritatis habere constat: in illis enim alteritas nulla apparet, aliorum omnium respectu, quorum radices existunt. Quòd si qua alteritas in ipsis ob egressionem eorum à prima simplicissima unitate existunt, illa in respectu infinitæ simplicitatis primi tantum esse, rectè concipitur. In ipsis uerò quadratis, plus alteritatis esse necesse est, cum ex multiplicatione radicis exurgant. Multiplicatio autem, ab unitatis simplicitate est excessio, sed adhuc illos multum unitatis tenere uides, propter complicationem cubici numeri, ex ipsis prodeuntis, cubus uerò: parum simplicitatis, atquè mulum alieta uersum, & cunctos mundos, & quæ ex ipsis sunt, ex unitate & alteritate in inuicem progredientibus constituí coniecta, uariè quidem atque diuersè. Nam unitatis atque alteritatis supremi cœli, simpliciores numeros, atque intellectuales & radicales esse audisti, medij uerò, mediocriter, infimi, sensibiliter atque solidè. Intellectuales enim numeri, simplices sunt, & sunt simplices essentiæ numerorum rationalium, atque sensibilium. Ex his rationales exoriuntur, qui proportionales existunt: sola enim ratio, proportionum naturam attingit, deinde sensibilis solidior numerus. Vnitas autem numeri intellectualis, uti est trinitas, indiuisibilis atque immultiplicabilis est. Non enim potest esse plus, quàm una trinitas, rationes autem tripli, plurificari & sensibili contractione multiplicari posse, manifestissimè constat. Trinitatem autem mul tò amplius complicatiuam, quàm tripli proportionem manifestum est. Complicat enim, omne trinum ac triniter intelligibile aut numerabile, sine quo tripla proportio, sed potio esse nequit. Cum igitur ad essentiam eius non concurrat tripla proportio, sed potius econuersò (ambit enim omne, trinum, siue triplum fuerit, siue non) eius complicatio maxima est. Triplum etiam complicat numeros multos triplos, & omne qualitercunq; triplicabile, sed tres nihil complicant. Cum enim a b c, numero, & tres dico, numerum explico. In hac quidem, aut alia tibi acceptiori similitudine, aptiores terminos atque figuras fingito, pro intrando hos diuersorum mundorum diuersos numeros: quos tamen in superiori mundo, cum scias intellectuales, sensibiliter inestabiles cognoscis. Cum ergo nunc ad hoc peruenieris, ut omnia ex unitate & alteritate coniectando, uideas, unitatem lucem quandam formalem, atque primæ unitatis similitudinem, alteritatem uerò umbram atque recessum à primo simplicissimo, atque grossitiem materialem concipito. Facq; pyramidem lucis in tenebras, & tenebrarum pyramidē in lucem progredi, & omne inquisibile in figuram redigito, ut sensibili manuductione ad arcana, coniecturam conuertere possis. Et ut in exemplo alleueris, uniuersum in eam figuram quæ subsequitur conspice redactum.

Par. Impar. Radix. Quadratus. Cubus.

FIGVRA

FIGVRA PARADIGMATICA TRIVM MVNDORUM, summi luciformis, infimi tenebriformis, & medij mediocris.

FIGVRA .P.



ADuerte quoniā Deus, qui est unitas, est quasi basis lucis, basis uerò tenebrarum, est ut nihil. Inter Deum autem & nihil, coniectamus omnem cadere creaturam. Vnde supremus mundus in luce abundat, uti ocularitèr conspicis, nō est tamen expers tenebrarum, quamuis ille ob sui simplicitatem in luce censeantur absorberi. In infimo uerò mundo, tenebræ regnant, quamuis non sit in eis nihil luminis, illud tamen in tenebris latitare potius quàm eminere, figura declarat. In medio uero mūdo, habitudo etiam existit media. Quod si ordinum atque chororum interstitia quæris, per diuisiones hoc age. Admonitum te semper esse uolo eorum sæpè dictorum, ne hoc figurali signo ad phantasmata falsa ducaris, quoniam nec lucem, nec tenebras, ut in mundo uides sensibili, in alijs coniectare, hoc retento, utere figura hac in omnibus inquirendis, quam P. (quia paradigmatica est) in sequentibus nominabo.

Explicatio. Cap. XII.

OMnis uis mentis nostræ, circà ipsius debet unitatis conceptum subtiliando uersari, quoniam omnis cognoscibilium multitudo, ab eius dependet notitia, quæ est in omni scientia omne in quod scitur. Omnem autem multitudinem nominum eius, numeros quosdam, unitatis nominis eius attende. Nam ratio unitatis est, indiuisibilitas in se atque ab alio quolibet segregatio, unde unitatem dicimus multis attributionibus uirtutis eius appellari. Nam omne id, quod quandam dicit indiuisilitatem, discretionem, atque connexionem, unitati conuenit. Omnia autem talia per unitatem, opposita per alteritatem, figura complicat. Indiuisibilitatem igitur, in diuisibilitatem, progredi, non est aliud, quàm unitatem in alteritatem descendere: ita de incorruptibilitate in corruptibilitatem, immortalitate in mortalitatem, immutabilitate in mutabilitatem, immobilitate in mobilitatem, & ita de cæteris similibus. Et ita pari ratione de forma in formabile, quoniam forma est discretiua, quare unitas, discretio in discretum seu continuum, speciale in confusum, lux in tenebras, subtile in grossum, spiritus in corpus, & similia horum concipito: sic actus in potentiam, totum in partem, uniuersale in particulare, species in individuum, amor in amabile, ars in artificiale: & quidem consequenter, de omnibus connectentibus aut complicantibus, ad complicata, nec est possibile opposita reperiri, quorum unum non sit ut unitas, alterius respectu. Si igitur ad P. figuram oculum direxeris, uidebis per descensum unitatis in alteritatem, & regressum alteritatis in unitatem, quomodo in supremo cœlo omnia quæ alteritatis existunt, in ipsam unitatem pergunt. Diuisibilitas enim in diuisibilitatem, tenebræ in lucem grossum in subtile,

http://www.obrascatolicas.com

groſſum in ſubtile, compoſitum in ſimplex, mortale in immortale, mutabile in immutabile, fœmineitas in maſculinitatem, potentia in actum, imperfectum aut pars in totum, & ita deinceps. Contrarium in infimo mundo, ubi indiuiſibilitas in diuiſibilitatem degenerat (unitas enim formæ indiuiſibilis, ſequitur naturam diuiſibilem, ut quælibet pars aquæ ſit aqua, terræ terra) ſtabilitas ibi eſt in inſtabilitate, immortalitas in mortalitate, actualitas in potentialitate, maſculinitas in fœmineitate, atq; ſic de ſingulis. In medio uerò mundo, media eſt habitudo. Quod ſi hæc diligenti diſquiſitioneris ingenio, maxima, atq; multis occultiſsima, clariſsima luce intueberis, uſq; ad ipſa naturæ abditiſsima. Duceris etiam in uariationes terminorum unius atq; alterius mundi, quomodo ſtabilitas in inferiori eſt in inſtabilitate, & generaliter unitas in alteritate: quoniam hæc eſt eius unitas, quæ in alteritatem tranſiuit, non eſſe unitatem ſed alteritatem, contrarium in ſupremo mundo, ubi hæc eſt eius alteritas, non eſſe alteritatem, ſed unitatem. Oſtendit autem ibi P. figura, omnia in mundo dabilia, in hoc differenter ſe habere, aliter quidem in uno abſorpta eſt unitas in alteritate, aut econuerſò, aliter in alio ſecundum plus atque minus, propter quod ad maximũ aut minimum ſimpliciter non deueniretur. Vnde quantò unitas formalis, minus in alteritatem tranſit, tantò nobilior, quia unior: forma animalis unior eſt, quàm uegetabilis, quare forma unius animalis, non ſequitur ſectionem animalis, ſicut aliquas ſectiones uegetabilis concomitatur, & plus mineralis, & maximè elementorum. Vides etiam cur in diuiſione lapidis, neceſſariò ad non lapidem deueniri poſsit, & hoc tanto citiùs, quantò lapis perfectior, ita de omnibus, quodq; neceſſarium ſit ſi in infinitum progreſsio fieri non debet, ut ad ea deueniatur, quæ elementa dicuntur, de quibus ſubiungemus. Oportet autem, ut cuiuslibet particularis inquirendi per P. figuram unitatem, in ſua perfectione concipias, & ſecundum eam lucis intenſitatem atque tenebrarum groſsitiem, paruam, aum magnam imagineris: ut cuiuſque aliorum omnium reſpectu, prout in uniuerſo cadit, ſingulariorem notitiam, habere queas. Vnitatum autem graduationes, ex his coniecta quæ audiſti, ut illam maiorem affirmes, quæ indiuiſibilior eſt, & plura unit. Maior quidem eſt unitas totius, omnes partes unientis, quàm partis unibilis. Quantò enim unitas minus in actu, & plus in potentia eſt, tantò alterabilior eſt. Vnitas enim uniens, unitate unibili perfectior eſt, & quantò in unitate alicui ut plures unitatis conditiones concurrere uides, tantò perfectior eſt. Vnitas enim, dicit rationem principij atque finis intrà ſe unientis. Vnitas igitur animæ, unitate corporis perfectior eſt, quia unitatis corporis finis, eſt animæ unitas, à qua corporalis, ut à quodam ſuo principio, dependet: ablata enim anima, perit & diſſoluitur eius unitas. Videmus autem aliquas unitates plus eſſe in potentia unibilitatis, alias plus in actu, ut propterea non perueniatur in recipientibus magis & minus ad maximum aut minimum ſimpliciter, neque ad determinatas oſtenſibiles unitates elementales infimas & minimas, actu pertingimus: quamuis eas eſſe, & adinuicem unibiles, non niſi in continua unibilitate ſubſiſtentes, ratio eſſe credat, in quibus unitas eſt in alteratione continua: ſic etiam nec in actu maximas rationabiliter deuenitur, ubi unibilitatis potentia eſt in actu perfecto, nullam aliam unionem expectando. Aduerte igitur, quoniam ſolo intellectu ſuprà rationem concipere te oportet, ut aſſeras progreſsionem in infinitum, ſimul & ad maximum minimumué actu deuenire non poſſe: non enim ſciri poteſt, quæ terra ſit elementalis tantum, cum nulla non elementum ab alia omni terra diſtincta, ſit dabilis, ita quidem de aqua, nulla enim eſt aqua, quæ ſpecialiter ab alia, in elementationis gradu, non differat. Non eſt igitur minimum actu, ſcibile, neque maximum, uide in quantitate. Nam ſi quocunque dato numero, dabilis eſt maior, ſimul ſcitur nullum numerum infinitum, atque nullum datum maximum. Sic etiam ſi omne, quantum eſt in ſemper diuiſibilia diuiſibile, ſcitur neque ad infinitas poſſe partes deuenire, neq; ad minimam. Vnde etſi ſenſus aliquam minimã putat, ratio tamen illam diuiſibilem & non minimã dicit: ita & intellectus attingit hoc diuiſibile eſſe, quod ratio minimum putat. Igitur omne dabile, maius eſt minimo, & minus maximo, abſq; eo quòd

eo quòd hic proceſſus currat in infinitum. Hic ſola illa negatiua ſcientia, præciſionem inattingibilem tibi ſubinfert: nam quamuis rationi appareat neceſſariò, ibi ad maximum deueniri, ubi infinitus gradualis prohibetur aſcenſus, tamen intelligentia ipſa uidet, uerius eſſe per abnegationem præciſionis, nullum dabile eſſe præciſè maximum, de genere quidem maius recipientium. Tanta eſt igitur uis ſimplicis intellectualis naturę, ut ambiat ea, quæ ratio ut oppoſita diſiungit: ratio enim, quę numerum abſq; proportione non attingit, atq; maximum actu admittit, ex noto ad ignota ſe uiam habere coniectat. Intellectus autem debilitatem rationis aduertens, has abijcit coniecturas, affirmans eos numeros proportionales, pariter & improportionales, ut omnium pariter & ſingulorum lateat præciſio, quæ eſt eſt Deus benedictus. Ratio uerò, præciſio quædam ſenſus exiſtit, unit enim ratio ſua præciſione ſenſibiles numeros, atq; ipſa ſenſibilia rationali præciſione menſurantur: ſed hæc non eſt uera ſimpliciter, ſed rationaliter uera menſura. Rationalium uerò præciſio, intellectus eſt, qui eſt uera menſura. Summa autem præciſio intellectus, eſt ueritas ipſa, quæ Deus eſt. Hæc attentiſsimè notato. Vnitatem autem in alteritatem progredi, eſt ſimul alteritatem progredi in unitatem. Et hoc diligentiſsimè aduerte, ſi intellectualiter unitatem in alteritate intueri uoluerис, nam animã eſſe in corpore, eſt ita ipſam in corpus progredi, quod corporalis unitas ingreditur in ipſam, ita de forma qualibet, quantò unior atque perfectior fuerit, tantò eam progredi eſt plus alteritatem regredi. Simplici enim intellectu, progreſsionem cum regreſsione copulatam concipito, ſi ad arcana illa curas peruenire, quæ ſuprà rationem, diſſiungentem proceſsionem à regreſsione, ſolo intellectu in unum oppoſita complicante, uerius attinguntur. Ad quæ philoſophantes atq; theologi ratiocinantes, hactenus ſibi ſua poſitione principij primi, ingrediendi uiam præcluſerunt.

Nullum intelligibile, uti eſt, intelligi. Cap. XIII.

QVoniam unitatem, unitatem eſſe, eſt ipſam præciſè atq; uti eſt eſſe, ſatis tibi clarè conſtat, unitatem eſſe ipſam identitatem incommunicabilem, inexplicabilem, atque uti eſt inattingibilem. Sicut enim omne ens in propria ſua entitate eſt uti eſt, ita in alia aliter. Hoc facilè, ſi aduertis, apprehendes. Circulus enim ut ens rationis eſt, in ſua propria rationali entitate, uti eſt attingitur. Dum enim conſpicis figuram, è cuius centro ad circumferentiam omnes lineæ ſunt æquales, in hac quidem ratione circulum, uti ens rationis, attingis, ſed extrà ipſam rationem propriam uti eſt, ſenſibilis eſt, & ſicut in alio eſt, ita & aliter eſt. Non eſt igitur poſsibile circulum uti eſt in ratione, extrà rationem eſſe. Senſibilis igitur circulus, in alteritate unitatem rationalis circuli participat. Quapropter præciſio illa, uti circulus eſt, incommunicabilis remanet: nam non niſi in alteritate multiplicatur, non eſt enim dabilis ſenſibilis circulus, ubi à centro lineæ ad circumferentiam ductæ, præciſè ſint æquales, imò nulla alteri per omnia uti eſt, æqualis dari poterit. Non eſt ergò circulus qui uidetur, adeò præciſus, quin præciſior eo ſemper eſſe poſsit. Et quamuis uti eſt, non ſe aliter quàm uti eſt communicet, in alio tamen non poteſt niſi aliter participari. Non eſt igitur uti eſt, imparticipabilis ſuo defectu, ſed quia in alio participatur, hinc & aliter. Adſis hic totus, ut ad coniecturarum uarietatem ſubintres. Nullum enim intelligibile uti eſt, te intelligere conſpicis, ſi intellectum tuum aliam quandam rem eſſe admittis, quàm intelligibile ipſum: ſolum enim intelligibile, ipſum in proprio ſuo intellectu, cuius ens exiſtit, uti eſt intelligitur, in alijs autem omnibus aliter. Non igitur attingitur aliquid uti eſt, niſi in propria ueritate, per quam eſt. In ſolo igitur diuino intellectu, per quem omne ens exiſtit, ueritas rerum omnium uti eſt attingitur, in alijs autem intellectibus aliter atque uariè. Neque intellectus rei uti eſt, in alio attingibilis eſt, ſicut circulus uti eſt, in hoc ſenſibili pauimento aut alibi, niſi aliter fieri nequit. Identitas igitur inexplicabilis, uariè differenter in alteritate explicatur, atque ipſa uarietas, concordanter in unitate identitatis complicatur. Viſio enim in uarijs uidentibus differenter par

http://www.obrascatolicas.com

differenter participatur, & uisibilium uarietas, in unitate uisus concordanter complicatur, sicut & uidentium diuersitas, in unitate uisionis absolutè concorditer continetur. Et quoniam diuina ipsa mens, omnium absolutissima est præcisio: ipsam omnes creatas mentes, in alteritate uariationis, differenter participare contingit, illa ipsa ineffabili mente imparticipabili perdurante, conditione participantium hoc agãte. Non sunt autem ipsæ mentes in se diuini luminis radium capientes, quasi participationem ipsam natura præuenerint: sed participatio intellectualis, incommunicabilis ipsius actualissimæ lucis earum quidditas existit. Auctualitas igitur intelligentiæ nostræ, in participatione diuini intellectus existit. Quoniam autem actualissima illa uirtus, non nisi in uarietate alteritatis accipi potest, quæ potius quadam concurrentia potentiæ concipitur: hinc participantes mentes, in ipsa alteritate actualissimi intellectus, quasi in actu illo qui ad diuinum intellectum relatus, alteritas siue potentia existit, participare contingit. Potius igitur omnis nostra intelligentia, ex participatione actualitatis diuinæ, in potentiali uarietate consistit. Posse enim intelligere actu ueritatem ipsam uti est, ita creatis conuenit mentibus, sicut Deo proprium est, actum illum esse uariè in creatis ipsis mentibus in potentia participatum. Quantò igitur intelligentia Dei formior, tantò eius potentia actui uti est, propinquior. Quantò uerò ipsa fuerit obscurior, tantò distantior. Quapropter, in propinqua, remota, atque remotissima potentia, uariè differenter participatur. Nec est inaccessibilis illa summitas ita aggredienda, quasi in ipsam accedi non possit, nec aggressa, credi debet actu apprehensa, sed potius ut accedi possit semper quidem propinquius, ipsa semper uti est inattingibili remanente. Tempus enim ad æuum ita pergit, cui nunquàm (quamuis accesserit continuè) poterit adæquari. Vides nunc assertiones positiuas sapientum, esse coniecturas. Nam dum tu pater, clarissimis tuis oculis, faciem Pontificis summi sanctissimi Domini nostri, Eugenij papæ quarti, coràm conspicis, de ipsa positiuam assertionem concipis, quam præcisam secundum oculum affirmas. Dum autem ad radicem illam, unde discretio sensus emanat te cõuertis (ad rationem dico) intelligis, sensum uisus participare uim discretiuam in alteritate, organicè contracta. Ob quam causam, defectum casus à præcisione intueris, quoniam faciẽ ipsam non uti est, sed in alteritate secundum angulum tui oculi, ab omnibus uiuentium oculis differentem, contemplaris. Coniectura igitur est positiua assertio, in alteritate ueritatem uti est participans. Quemadmodum uerò sensus, in unitate rationis, suam alteritatem experitur, & assertiones sensibiles ab unitate præcisionis absoluendo, coniecturas facit: ita ratio, in radicali unitate sua, in ipso scilicet intelligentiæ lumine, suam alteritatem, & casum à præcisione in coniectura inuenit: sic & intelligentia ipsa, ut propinqua potentia, in unitate diuina, se suo quidem clarissimo modo gaudet coniectare. Hæc quisquàm tenens, participationis coniecturam, hac uia efficiat: omne enim participabile, cum non nisi in alteritate participetur, in quaternitate participari necesse erit: pergit enim unitas à se in alteritatem, & quaternario subsistit, omne quod in alio participatur, nec maximè nec minimè nec æqualiter poterit recipi. Ipsa etiam unitatis simplicitas, cum non uti est simplex, sed aliter participetur: in quadam (ut ita dixerim) compositione aut casu, ab ea ipsa simplicitate, hoc est in simplicitatis alteritate participatur: non igitur participatur simplicitas, secundum partem, cum sit simplicitas, sed modo quo participabile est simplex secundum se totum. Quoniam autem incommunicabilis est maximè, minimè, atque æqualiter ipsa unitatis simplicitas (secus enim uti est, participaretur per coincidentiam, ut in docta ignorantia aperitur) hinc in quadam quaternitate, à maximitate, minimitate, atque æqualitate cadente, participari necesse est. Non igitur participatur unitas, ut est complicans simplicitas, nec ut est alterata explicatio, sed ut alterabilis eius participabilis explicatoria, quasi modus quidam uirtutis ipsius complicatiuè, imparticipabilis unitatis, per quandam coincidentiam intelligitur. Dico enim, secundum subiectam configurationem, a, unitas simplex complicans: imparticipabilis est uti est, est & imparticipabilis in modo b, aut c, scilicet maximè aut minimè, seu secundum gradum altiorem, aut

Eugenius quartus.

aut inferiorem uirtutis suæ. Est & imparticipabilis in modo d, e, f, hoc est maximè, minimè, aut æqualiter, seu secundum gradum altiorem, inferiorem, aut medium. Nec est participabilis, ut in g, h, i, k: quasi in quatuor quibusdam simplicibus distinctis essendi modis, superiori scilicet, inferiori, & duobus mediis, aut maximè, aut minimè, aut magis maximè, aut magis aut minimè. Si enim ita distinctè quidem, quasi secundum uirtutis suæ partes, participaretur: non eo perfectiori modo, quo ipsa totalitas simplicis unitatis eius participari posset, participaretur, sed defectuosè. Non est igitur participabilis, secundum aliquem sui ipsius distinctum gradum, cum simplicitas indistinctibilis sit, nec est participabilis: ut quatuor illa sunt tria regressiuè, puta ut g, h, i, k, censeantur à sua quaternaria alteritate retracta in ternariam d e f. Nec ut adhuc magis unita censeantur in binaria, b, c, sed ut in ipsa unitate, a, quasi quadrifaria uirtus, in unitate substantiæ subsistens, consideratur: ibi enim tantum unitas imparticipabilis, cum participabilitate coincidit: ita quidem, ut omnia quæcunq; differenter participantia, non nisi in alteritate quaternaria, unitatem aliter imparticipabilem attingere queant. Hæc in infrà dicendis, clariora fient. Magna uis coniecturalis artis, tibi hac uia panditur, si hunc denarium explicatorium, complicatoriè notaueris. Ars enim breuissima est, qua ueritas ipsa indagatur: quæ etsi tribus lineis scribi possit, in suæ unitatis simplicis complicatione, tamen sine alteritate modorum, nec communicari poterit, nec participari, hinc de eiusdem reiteratione, mihi ignoscere uelis.

FIGVRA PARTICIPATIONIS. A.



De tribus mundis. Cap. XIIII.

POst hæc, taliter quamuis ineptiùs tradita, mundum quendam supremum ex theophanico descensu, diuinæ primæ unitatis in denariam, atque ex denariæ unitatis regressione, in primam, constitui concipe, qui & tertium cœlum si libet uocitetur. Alium pari descensu, ex secundę unitatis in tertiam, & ipsius tertiæ ascensu in secundam constituas, qui & secundum cœlum dici poterit. Tertium uerò mundum, per descensum tertiæ unitatis in quartam, & quartæ reascensum in tertiam coniecta. Vniuersum igitur, sic erit ex centraliori spiritualissimo mundo, atque circumferentialiori grossissimo, & ex medio. Centrum primi, Deus, centrum secundi, intelligentia, centrum tertij, ratio. Sensibilitas, est quasi grossissima cortex tertij, atque circumferentialis tantùm. Primum centrum, indiuisibilis entitatis, omnia in omnibus tenentis, ubiq; centralis: sensibilitas, semper extremitatem tenet. Omnia sunt in primo mũdo, omnia in secũdo, omnia in tertio, in quolibet modo suo. Entitas omnis rei, est centrum seu unitas illa absolutissima. Cum igitur hæc sit ipsa ueritas omniũ & cuiuslibet, est omnis res uera in tertio cœlo, ut à ueritate sua immediatius impermixtiusq; fluit quasi pater in filijs. Est in secundo cœlo, ut in uerisimilitudine remotiori, quasi pater in nepotibus. Est in infimo cœlo, ut in remotissima adumbratione, ubi in ultimis tantum signis occultatur, ut pater in distantissimis consanguineis, ab eo descendentibus. Deus autem, pater atque principium nostrum est: cuius ueræ filiationis imaginem, in tertio tantum cœlo tenemus, cuius centralis unitas, est ipsa ueritas. ibi tantum ut filij ueri, ueritatis regnum possidere poterimus. Vnde illud est intellectuale cœlum, ubi lucet ueritas clarè uti est: cuius quidem ueritatis lumen, in secundo rationali cœlo adumbratum rationibus, uarietatem induit opinatiuam, in inferiori uerò densissima grossitie confunditur.

http://www.obrascatolicas.com

Ter trina distinctio.

De ter trinis distinctionibus. Cap. XV.

ARbitror nunc uaria coniectura, quemlibet ex iam dictis mũdis uniuersi, in se numeri seriem continere, ut quisq; suo modo sit perfectus. Quamuis uniuersi numeri, primi atque supremi cœli, in aliorum proportione, simplicissimi atque formalisissimi sint: ac si decem simplices digitales, in mille sint gradatim extensi. Numeri autem secundi cœli, hac moderatione seruata, magis grossi, minusque lucidi & formales: quasi articulares denarij, gradatim in millesimum usque festinent. Infimi uerò multis tenebris adumbrati: materialiores, ut proportio unitatis eius sit ad primam, ut centum ad unum, & ad secundam, ut centum ad decẽ. Qua habitudine ponderata, cuiuslibet iam antè ostensi mundi, uides, per trinas numerales progressiones, orbem triniter distingui: ut sic in uniuerso, sint granduales nouem unitates à prima simplicissima descendentes. Ad hoc autem, ut quaternaria perficiatur distinctio, quæ sola complementum inquisitionum existit, coniectare cogimur progressiones, quibus una pergit unitas in aliam, quaternè disiunctim numerandas: ut sic in quolibet mundo, ter trinas distinctiones, finaliter annotemus, & in uniuerso, ad solidum ternarij pertingamus: ut subsequens tibi pandet figura.

SEQVITVR FIGVRA VNIVERSI, TRIPLICIumq; mundorum, nouem ordinum, & xxvij Chororum, uniuersis dicendis pernecessaria.

MYsteria pluribus occulta, magna certè, si (ut res postulat) oculo mentis figuram perspexeris, tibi nota fient. Denario, omnis compræhenditur numerus. Quaternario, omnis progressio perficit: quater igitur 10, 40 sunt. Hinc 40 circulos, omnibus, tam magnis quàm paruis, in unum collectis, reperies. Vnde hæc progressio 1. 3. 9. 27. cum 40. efficiat, non incongruè laudatur. Nam ut 1. 2. 3. 4. uniuersi numeri, est ordinatissima progressio, qua nulla ordinatior dari potest (multiplicatio enim binarij quaternarium efficit: sicut additio unitatis ad ternarium. Quaternarius igitur ordinatissimè ex his procedit, & in quibuscunq; quatuor alijs numeris talis reperiri nequit) ita ad quaternarij denarium, scilicet 40, progressio nulla ordinatior illa quæ est 1. 3. 9. 27. Poteris hoc experiri in eo, quòd per subtractionem & additionem, horum quatuor numerorum ad inuicem, omnes numeri singulariter usq; in 40, attinguntur: sicut & primæ progressionis, quatuor numerorum combinationibus, omnes numeri usq; in denariũ, exurgunt, ut per teipsum probare poteris utrobiq;. Nec sunt alij ordinatæ progressionis quaternarij numeri dabiles, præter istos, qui numeros simul iuncti, & quemlibet contentu per eorum adinuicem additionem aut subtractionem, efficiant. Deinde aduerte unitatem simplicem, quæ hoc loco Deum figurat, quatuor circulos contingere: maximum scilicet uniuersi, supremi mundi, supremi ordinis, & supremi chori. Ita quidẽ gradatim, lumen atq; entitatem eius participant, primò uniuersum, post hoc supremus mundus, deinde supremus ordo, ultimo & quarto loco, supremus chorus. Vides consequenter, chorum choro, receptum lumen communicare, usq; dum ad ultimum deuenitur. Singulariùs etiam attendendum est, quomodo id quod in uniuerso reperitur, & in quolibet mundo, & ordine cuiusque, modo autem absolutiore, & contractiore diuerso. Nam denaria unitas, intelligentiam figurans, centenaria animam, millenaria corpus: aliter in supremo mundo est, secundum scilicet illius mundi naturam altam, simplicem & nobilem, aliter in medio, aliter in infimo umbroso, atque in eodem supremo mundo, differenter in supremo ordine & alijs subsequentibus: nam infimum superioris, cum supremo inferioris, in omnibus coincidere conspicis. Simplicior enim est sensus superioris mundi, quàm intelligentia medij, perfectiorq; est sensus superioris ordinis, quàm intellectus subsequentis. Age igitur, nouem denarias unitates, atque nouem centenarias, & alias millenarias nouem, quas in 27 minoribus circulis reperies

Figura uniuersi.



Hic supremus, compressus circulus, omnino rotundus intelligi debet: quod non per uisit fieri, impressoriæ chartæ angustia.

peries se ad inuicem secundum progressionales habere numeros, initium semper ab ipsa absoluta capiendo unitate: & tunc experieris, quomodo in quolibet mũdo, progressio perficitur. Nam si primus denarius, superioris mundi est, ut duo, secundus, ut tria, &

http://www.obrascatolicas.com

tria,& tertius,ut 4:perfecta est progressio.Si in secundo mundo,primus denarius est ut 20,secundus ut 30,tertius ut 40:perfecta est progressio. Sic in tertio infimo,primus denarius ut 200,secundus ut 300,tertius ut 400:perfecta est progressio. Vnde ita de alijs dum concipis unitatibus,uidebis quomodo unitas intelligentiæ inferioris mundi,de natura superioris aut medij non est , sed ab eius cadit simplicitate, secundum numerorum configuratam proportionem : sicut aliter iudicat Grammaticæ schola,quempiam intelligẽtem,aliter Mathematicæ,& adhuc aliter Theologorum. Ita quidem secundum diuersorum mundorum uaria iudicia , uariè de his necessariò iudicatur. Aliud quidem est iudicium inferioris mundi,dum se singulariter attendit, aliud dum eius habitu ad superiores,aduertitur. Qui igitur coniecturarum moderationem congruè distinguere cupit,hæc eum notare necesse est, ut sciat distinguere,& ipsa distincta iam singulariter,iam ad inuicem respectiuè considerare , ut secundum has habitudines nunc neget,nunc affirmet. Dum enim quæretur,an inferioris mundi natura , intelligentiam habeat; uides dicendum esse , intelligentiam contractam, secundum eum mundum ibi reperiri,& non reperiri intelligentiam, secundum habitudinem, altioris mundi,ita quidem de reliquis.Non enim unus mundus,aut numerat,aut loquitur , aut quicquam agit ut alius : intelligentiæ enim non numerantur, ut lapides , aut animalia , nec loquuntur, ut homines , sed suis modis utitur quisque mundus.

Primi libri de Coniecturis Nicolai Cusani finis.

Eiusdem de Coniecturis liber secundus.

Præcisio rationalis. Comparatio. Explicatio.

QVamuis nunc prolixiùs,quàm acutissimo ingenio tuo necesse sit, cuncta dixerim coniecturarum mearum fundamenta:opus tamen uideo, etiam ob tardiores, qui fortè aliquando hæc uisuri sunt,ut ipsam simplicitatem atq; identitatem conceptus, in uarietate multarum alteritatum captu peruiam faciam,& hinc ea quæ dixi,in praxi partim explicare curabo, ubi cum idem uariè resplendere uidebis,facilè coniecturali arte,ad cuncta deduceris. Cum autem omne nostrum studium in hoc feruentissimum sit , ut ueri notitiam in nobisipsis experiamur : hinc quasdam præmittam generalium notitiarum præambulares enodationes, ut demum ad artem peruenire quẽas , tuipsius uenandi peritia : coniecturaliter quidem, cum præcisio omnis,nobis absconditа remaneat. Omnia autem participatione unius id sunt,quod sunt. Ipsum uerò,cuius participatio, est omnium pariter & singulorum esse,in omnibus & in quolibet,suo quodam modo resplendet. Quapropter, non habes alia consideratione opus , nisi ut in diuersitate rerum à te indagandarum, identitatem inquiras , aut in alteritate unitatem : tunc enim quasi absolutæ unitatis modos,in alteritate cõtractorum entium intueberis. Omnes etiam figuræ,ad omnia inquirenda,modo adhibito subseruient. Varietas autem modi,ex entium diuersitate exurgens, ita concipiatur , quasi unitas absoluta:modus quidem absolutæ necessitatis existat,qui in alteritate rerum uariè recipiatur , ut omne ens , seu unitas omnis , sit modus quidam necessitatis:uti uisio sensibilis , est modus quidam necessitatis uisionis illius,quæ est absoluta necessitas,ita & uisio rationalis, est modus quidam,& uisio intellectualis,est modus quidam. Sed diuina ipsa uisio,est modus uariè participatus,qui est ipsa absoluta necessitas. Ad omnem autem uisionem, absoluta ipsa uisio, identificè se habet. Quapropter in ueritate cuiusque indaganda , idem est modus. Sed quando diuersitatem unius & alterius, quæ ex alteritate participationis modi existit , rationaliter seruare proponis : unitate modi te uariè uti debere, non ambigis, ut sensibilem ipsam uisionem sensibiliter,rationalem rationaliter, intellectualem intelle-

ctualiter,in figuris inquiras. Seruiet enim tibi P.figura ad omnes,& ad quamlibet:ad sensibilem , si unitatem sensibilem feceris lucem , & alteritatem sensibilem umbram:ad rationalem,si lucem,lucem dixeris discursiuam , aut rationalem , unitatem,ad intellectualem similiter seruiet:quando unitatem intellectualem,lucem feceris.Si etiam coniecturam participationis formare uoluerís,eodem agas modo,a,uisionem quam uoluerís supponendo. Ita quidem in figura uniuersi:si enim circulum uniuersi,uniuersorum uisionem absolutam participantium supponans, planè omnes uarietates intellectualis,rationalis,atq; sensibilis uisionis intueberis:si de intellectua li tantum tibi cura fuerit,circulum maiorem uniuersum intellectualium uisionum faciẽs,q̃renda cõspicis,ita qdẽ de rationali rationaliter,& de sensibili,sensibiliter. Hac arte,uti de uisione,ita generaliter de omnibus inquiras , sic ut identitate diuersitas,& diuersitate identitas,obseruetur. Semper ab hoc attentissimus esto,ne te ineptorum uocabulorum seducat deceptio,sed illis utere conuenientibus modis , ut paucis præmissis audisti,& fructum non paruum assequeris.Oportet etiam,ut fundamentum istud inattingibilis præcisionis, ad hoc indesinenter resoluas:ut dum, tibi aut sensibilis,aut rationalis,aut intellectualis occurrit præcisio , eam ut contractam,taliter præcisam admittas,cuius alteritatem tunc tantum intueberis, quando in unitatem absolutioris contractionis,ascenderis. Nam etsi ratio tibi dicit,duo & tria,quinquè esse præcisè,eò quòd hoc rationis iudicio negari nequeat: tamen cum ad rationis unitatem , intellectum scilicet aspexeris , ubi non maiorem esse numerum quinarium, quàm binarium aut ternarium,neque alium parem alium imparem,neque alium parium alium maguum numerum reperies; cum ibi omnem numerum rationis,in unitatem simplicissimam absolutum conspicias,non erit hæc uera,duo & tria esse quinq;, nisi in cœlo rationis. Præcisio igitur non nisi contractè in ratione reperitur, rationaliter scilicet , sicut in sensu , sensibiliter. Ita quidem , dum uni asseris incompatibiliter aliud maximè opponi,ueritatem præcisam rationis uia , affirmas, quæ intellectualiter præcisione caret. Sic etiam dum aliud asseris intelligere intelligentiæ,aliud uelle,atque ita de cæteris:uerum intellectualiter profers , non autem diuinè, ubi non est aliud intelligere , & aliud uelle. Non attingitur igitur præcisio nisi uti alia, quasi omnis præcisio in alteritate , absolutam ueritatem , quæ Deus est, ita participet, sicut omne esse entitatem absolutam. Aduerte quæso ad profundam omnium inquirendarum scientiarum radicem : quoniam omne id , quod rationis uia præcisum ostenditur,ex eo tale est,quia de rationis cœlo existit. Ita de sensu atq; etiam intellectu. Nam cum ratio , alteritas sit unitatis complicantis intelligentiæ , non est intelligentia in ratione,nisi in alteritata participatione. Negat igitur ratio complicationem oppositorum,& eorum inattingibilitatem coincidentiæ affirmat:sicut sensus negat , genericam multorum sensibilium unitatem rationalem. Visus enim nequit affirmare, de natura sensilium esse sonorum,aut dulce. Quapropter hæc est radix omnium rationalium assertionum,scilicet,non esse oppositorum coincidentiam attingibilem.Hinc omnis numerus,par aut impar , hinc ordo numeri, hinc progressio , hinc proportio. Hinc irrationalis est proportio diametri ad costam , quia paris & imparis coincidentiam esse oportet.Hinc etiam diameter circuli,ad circumferentiam improportionabilis,quia ita differentium coincidentiam ,ratio non attingit. Et ut breuissimè multa dicam, nihil in Mathematicis sciri poterit alia radice:omne quod demonstratur uerum esse,ex eo est,quia nisi ita esset, oppositorum coincidentia subinferretur,& hoc esset rationem exire. Sic omne id , quod ostenditur per rationem adipisci non posse,ex hoc est,quia ex eius scientia,esset ratio coincidentiæ oppositorum illatiua. Et quoniam in Mathematicis relucet istud principium,rationalissimæ,atq; secundum rationem uerissimæ sunt, eius ostensiones, in ipsisquoq; ratio delectatur,quasi in explicatione uirtutis propriæ, ubi seipsam intuetur, in alteritate intelligentiam participare. Hinc hę scientiæ , quibusdam absq; doctore faciles sunt qui habent rationem,nec nimium in intelligentia absorptam,nec in sensibilibus umbris contractam.Et quoniam ipsa rationis alteritas,est & sensus unitas,ipsam sen-

sibi

http://www.obrascatolicas.com

ſibiles alteritates complicare atq; explicare, manifeſtum eſt. Hinc diſcurrit à complicatione ad explicationem, logicè ſeu rationaliter inquirendo idem in diuerſitate. Idem enim eſt in concluſione ſyllogiſtica, quod in præmiſſis, ſed complicatiuè in maiori, explicatiuè in concluſione, medio quidem modo in minori. Hinc ubi concluſio eſt complicans, maior eſt explicans. In ratione igitur uis complicatiua eſt, quia unitas ſenſibilium alteritatum. Similiter & uis explicatiua, quia alteritas intellectualis unitatis, pariter & unitas ſenſibilium. Coincidentiam igitur complicationis & explicationis, rationale cœlum ambit. Quare illa rationalis complicatio explicatioq;, non ſunt de iis oppoſitis, quæ ſolum in intellectuali unitate, coincidunt. In diuina enim complicatione, omnia abſq; differentia coincidunt, in intellectuali, contradictoria ſe compatiuntur, in rationali, contraria ut oppoſitæ differẽtiæ in genere. Hinc aduerte, quomodo dum numeras, in coincidentiam complicationis & explicationis ratio pergit, numerando enim, unitatem explicas, & pluralitatem in numeri alicuius unitatem denariè explicaſti, & pluralitatem ignotam, in denariam unitatem complicaſti. In ratione igitur oppoſitorum, quædam coincidentia eſt, quæ in ſenſibilibus attingi nequit. Ad hanc autem contrariorum coincidẽtiam, & rationis præciſionem cum ſenſus attingere nequeat: omnia ſenſibiliter ùti ſunt ſubſiſtunt, quæ ſi aliter eſſent, coincidentiam ipſam ſubinferrent.

De eodem. Cap. II.

ATtentè incumbens præmiſſis, fœcundas habet coniecturas. Nam quando in explicatione rationalium adinuentionum, ſolum cauſam rationem inuenit, dilatabit uires multiplicitatis eius, in uaria alteritate unitatis eius. Cũ enim ratione apprehendis, omnem triangulum habere tres angulos, æquales duobus rectis, & cauſam apprehenſionis non aliam, quàm rationem ipſam conſpicis: ad profunditatem rationis uiam habes, hoc eſt enim, à te ita capiendum. Ratio, quia ratio, ita iudicat, quia in rationali cœlo ita eſſe neceſſe eſt, nam triangulum non habere tres angulos, duobus rectis præciſè æquales: ſi hoc uerum eſt, uel eſt per coincidentiam unitatis & pluralitatis, ſiue trinitatis & unitatis, aut recti & non recti, ſiue aliorum ualdè oppoſitorum, & tunc eſt locutio intellectualis mundi. Aut quia non eſt dabilis rectus angulus præciſè, neque duo præciſè æqualia, neque tria duobus æqualia: ſic eſt locutio ſenſibilis mundi, qui cadit ab æqualitate rationali, in alteritatem ſenſibilẽ. Vnde ex hoc clariſſimè uides, rationem in ſeipſa rationabiliter uera complicare, & non eſſe aliam apprehenſionis cauſam, niſi quia ratio, & non intelligentia uel ſenſus. Ita quidem dum dicitur, omne quantum in ſemper diuiſibilia per partes diuidi proportionabiles, ratio neceſſariò admittit. Si enim uerum non eſſet, coincidentiam contradictoriorum ratio admitteret, quod per rationem fieri poſſe, impoſsibile iudicatur. Quapropter conſidera, quòd omnium rationalium artium ratio ſola ſeipſa cauſa eſt, & omnium radicalem cauſam quæ per eam attinguntur, hanc ſolam eſſe conſpicis. Si igitur à te quæratur: cum omnium triangulorum, duo latera ſimul iuncta, tertio ſunt maiora, aut cur quadratum, diametri quadrati, eſt duplum ad quadratum coſtæ, aut cur quadratum lateris oppoſiti, angulo recto eſt æquale duobus quadratis aliorum laterum, & ita de omnibus. Reſpondebis, hoc propterea, rationis uia, eſſe neceſſarium, quia ſi non, ſequeretur coincidentia contradictionis. Pariter, ſi diceretur, cur portio circulo ex chorda minori diametro & arcu, eſt ad circulum improportionalis. Reſpondebis, quia aliter, contradictionis coincidentia ſequeretur. Scire igitur ad hoc principium, uitandæ coincidentiæ contradictionis, omnia reducere, eſt ſufficientia omnium artium ratione inueſtigabilium. Tentaui ego aliquando, affirmans diametri & circumferentiæ circuli proportionem, inattingibilem atque inadmiſsibilem, propter iamdictam coincidentiam uitandam: & ſtatim quid Geometricè affirmandum, quidue negandum uidi. Nam in ipſis animorum conceptionibus, atque in cunctis demonſtrationibus Euclidis, aut quorumcunque

que: unicam hanc cauſam reperi, in uarietate figurarum. Quis non uidet, ſi duo latera trianguli ſimul iuncta, poſſent eſſe tertio æqualia, quòd hæc proportio attingeretur; ſi enim omnis chorda minor eſt, quàm arcus cui ſubtenditur, & chorda minoris arcus, ſimilior eſt arcui ſuo, quàm chorda maioris: manifeſtum eſt, ſi admitteretur, duas chordas mediorum arcuum, æquales eſſe chordæ integri arcus, chordæ & arcus coincidentiam ſubinferri. Pariformiter, ſi non omnis dabilis arcus, per medium diuiſibilis eſſet, ad idem neceſſariò deueniri oporteret. Sicut igitur neceſſarium eſt, omnis trianguli duo latera ſimul iuncta, tertio maiora eſſe, & omne quantum, eſſe ſemper diuiſibile, per proportionales partes, ſi coincidentia ſæpe dicta, uitari debet: ita de omnibus Geometricis demonſtrationibus facilè comperies. Tentabo hanc Mathematicæ radicem, aliquando (uita comite) explicare, ut ipſam ſcientiam hac uia ad ſufficientiam quandam reducam. Sic ergo, ſi harmoniæ cauſas ſcrutaris, reperies alteritatem non aliter, quàm in unitate ſubſiſtere poſſe. Quoniam autem alteritas, caſus eſt ab unitate, harmonia, eſt unitatis & alteritatis conſtrictio. Neceſſe eſt autem ſimplum unitatis, per ſuiipſius multiplicationem, in duplum progredi. Simpli igitur & dupli conſtrictio, per deſcenſum ſimpli, & aſcenſum dupli, in unum: neceſſariò prima extat harmonica conſtrictio, ita dupli & tripli, ſecunda, & tripli & quadrupli, tertia. Et quoniam unitas quaternario explicatur, hinc & omnis harmonia. In his igitur numeris, 1, 2, 3, 4. atque eorum combinationibus, omnis extat harmonia. Cauſa igitur omnis harmoniæ, ex neceſsitate rationalis progreſsionis exurgit. Cur autem ſemitonij præciſio rationem lateat, cauſa eſt: quoniam eam attingere nequit, ſine paris & imparis coincidentia. Vides ſenſibilis combinationes quaſdam, eſſe rationalis unitatis, unde rationalis ipſa harmonica unitas, dum in ſenſibilium combinatione, propinquè contrahitur: in ipſa, ratio delectatur, quaſi in opificio proprio, ſeu propinqua ſimilitudine. Sed quia præciſio eius explicari nequit, unitas harmonica, in uarietate ſenſibilium, uariè explicatur, ut in uariis uariè explicetur, quæ in nulla, uti eſt, præciſè poteſt explicari. Ita quidem rationalis diſcurſus ſcientiæ, quæ Dialectica dicitur, ad quandam ducitur rationis neceſsitatem. Dum enim complicatiua unitas, quæ eſt & uniuerſalitas, in alteritate explicatur, rationaliter ex complicatiuè noto, explicatiuè ignotum attingitur: alioqui intelligentia, non eſſet in ratione rationaliter, & unitas non eſſet in numero numeraliter, ſeu in alteritate alterabiliter, & nihil omnium eſſet. Quapropter, plura eſſe in uno genere generaliter, & in una ſpecie ſpecialiter, & in inferiori ſpecie adhuc magis ſpecialiter, & ſpeciem eſſe in indiuiduis indiuidualiter, & indiuidua in ſpecie uniuerſaliter: neceſſe eſt, rationis uia. Ratio autem, hanc unicam artem diſcurſiuam, in quaternaria alteritate explicat. Quatuor enim dicit propoſitionum quantitates, quatuor modificationes, quatuor ſyllogiſticas figuras, & ita de reliquis: nec eſt aliud Logica, in qua rationis uis explicatur. Naturaliter igitur ratione uigentes: hac arte pollent. Rhetor autem conceptum imprimere uolens, ratione utitur, ut audientium mentes immutet. Scit enim conuenire receptioni, ut uerbum ornetur conuenienti proportione, atque ut ratione animetur, quaternarium cauſarum facit, atque in uniuerſorum circulum contrahit. Tres cœlos reſpicit, in cœlo ſupremo, de cauſa ſecundum neceſsitatem iuſtitiæ perorat: in ſecundo, utilitatem deſiderij ſui ad ita deliberandum oſtendit: in tertio infimo, honeſtatem concurrere demonſtrat, & ad hoc, locos congruos inuenit, ut clarè & ordinatim, à complicatione ad explicationem pergat. Si tibi per ea coniecturarum antedicta principia, libuerit explicatiores tractatus componere: ad uniuerſorum figuram recurrito, & ipſum maximum circulum, rationẽ facito, & artes rationales lucidiſsimas & clariores abſtractioresq;, atq; infimas magis adumbratas, atq; medias elicito. Si de Mathematica inquiris, idem facito, ut aliam quandam intellectualem, aliam quaſi ſenſibilem, & mediam quaſi rationalem conſtituas. Ita de Arithmetica, ita de Geometria, ita de Muſica. Si de Muſica ſeorſum doctior eſſe uolueris, fingito uniuerſorum circulum muſicæ rationis, & aliam quaſi intellectualem abſtractiorem muſicam, aliam quaſi ſenſibilẽ, aliam

quaſi

http://www.obrascatolicas.com

quasi rationalē intueberis, miranda in his omnibus efficere poteris, si in his sedula meditatione uersaris. Ita quidem de Logica, sensibili, rationali, & intellectuali, ita de Rhetorica, ita de Grammatica si libet, agas, mira quidem uidebis. Quoniam etsi rationalis uis, in omnibus artibus participetur, tamen si altiorem rationis partem applicaueris, arti rationali cuicunque, ipsa erit quasi intellectualis, respectu eiusdem artis, quando inferiori rationis uirtute animatur: Satis sit nunc ista sic tetigisse, adijciam amplius alia quædam generalia, ex uirtute artis nostræ, proposito nostro congruentia.

Differentia, & concordantia.

De differentia & concordantia. Cap. III.

MEns humana, rationis medio inuestigans, infinitum ab omni apprehensionis suę circulo eijciens, ait nullam rem dabilem, ab alia quacunq; per infinitum differre, omnemq; dabilem differentiam infinita minorem, atq; ipsam infinitam, non plus differentiam, quàm cōcordantiam esse, quodq; de ipsa concipit concordantia. Quodlibet igitur cum quolibet concordat, atq; differt, sed æqualiter præcisē hoc, est impossibile, absoluta est enim hæc præcisio ab uniuerso. Si igitur in sensibili mundo, iuxtà illius mundi naturam, hæc uera esse intelligis, patebit tibi omne sensibile cum quolibet, uniuersaliter quandam habere uniuersalem concordantiam, atq; cum uno maiorem quàm cum alio. Concordantiā autem, unitatem concipito, differentiam uerò, alteritatem, & in ipsa P. figura, mutuam unius in aliam progressionem notato. Quanto igitur maior concordantia, tantò minor differentia, & econuersò. Quaternaria autem concordantia, in differentiam pergit. Et si has uolueris progressiones, usq; ad cubum ternarij extendere: clariùs distinctiones attinges. Omne igitur sensibile, cum omni sensibili, quandam habet uniuersalissimam concordantiam, & specialissimam differentiam. Atq; inter hæc, duo quædam mediāt: quorum alterum, ob sui generalitatem, se trahit ad ipsum uniuersale, alterum specialius se contrahit, ad specialissimum. Quapropter, unio omnium sensibilium, uniuersaliter est in quadam natura uniuersali, omnibus communi. Vnio alia, non adeò uniuersalis, sed generalis multis est, alia uerò unio, specialior est, ultima autem, specialissima. Omne igitur sensibile, hoc aliquid singulariter existens, cum omni & nullo concordant, ab omni & nullo differt. Atque ut hæc coniectura tua, in uniuersorum intueatur figura, centrum circuli minimi cuiuscunq;, singulare aliquod fingito, tale quidem, ut centum est, ab omnibus differt: ut punctus intrà ambitum uniuersi, scilicet maioris circuli contenti, cum uniuersis intrà ipsum orbem inclusis, uniuersalem habet conuenientiam: generalem uerò, cum ijs quæ post, intrà subsequentem maiorem clauduntur circulum Post hæc specialiorem, cum ijs quos contractior includit, specialissimam uerò cum ijs, quos contractissimus constringit circulus. Singularitas igitur, omnia singularisat, specialitas specialisat, generalitas generalisat, uniuersalitas uniuersalisat. Omnia enim uniuersalia, generalia, atque specialia in te Iuliano Iulianisant, ut harmonia in Iutina Iutinisat, in cithara citharizat, & ita de reliquis. Neq; in alio hoc, ut in te possibile est. Hoc autem quod in te Iuliano est Iuliani sare, in cunctis hominibus est humanisare, in animalibus est animalisare, & ita deinceps. Quod si ad discretiores concordantias pergere instituis, circulum contractissimum in uniuersalem resoluito, atque ita intueberis, te uniuersaliter cum uniuersis conuenire hominibus: Generaliter uerò cum his quos quintum clima intercipit, specialibus uerò, cum ad occasum declinantibus, specialissimè autem cum Italicis. Ad hæc hunc contractissimum circulum, in uniuersalem resoluito, & conspicies, te uniuersaliter cum Italicis conuenire, generaliter cum latinis, specialiùs cum Romanis, specialissimæ uerò cum cæsarinis, unde ortum cepisti. Hæc quidem omnia in singulis quibuscunq; ex traditis principijs, ueriori coniectura, per differentiæ & concordantiæ gradus attinges: obseruato quòd de sensibilibus, in sensibili, rationabilibus in rationali, intellectualibus in intellectuali, datis regulis proportionabiliter utaris.

De

Elementa.

De elementis. Cap. IIII.

EX his & ante habitis, satis atque manifestè cōcipis, elemētorum coniecturā. Si enim uniuersorum uniuersalis quædam concordantia, communē quandā, omnibus primam uniuersalissimamq;, dicit inesse naturam: hāc uniuersaliter elementalem esse coniicimus. Si uerò in sensibili mundo, omnia sensibilia, in quadam communitate generalissima naturæ conuenire ostensum est, eam elementū generale coniectamus, atque ita de specialioribus atque specialissimis. Habito autē in omnibus de quibus agendum est, debito respectu: unitatem cuiuscūque regionis, in continua alteritate eiusdem absorptam, ut nō in se simpliciter subsistere queat, propter puritatem actus aut unitatis eius, elementum appello. Non est igitur elementum, in simplicia elementa resolubile, cum resolutio, ad simplex pertingere nequeat, careatque ipsum simplex elementum, uirtute actu subsistendi. Elementorum uerò distinctionem, ex ipsa generali discretiua figura elicito. Vniuersalitas enim elementorum, est trina, radicalis, quadrata, cubica. Alia enim sunt, elementa magis intellectualia, alia magis rationalia, alia uerò sensibilia. Ea enim quæ sensus primò iudicat elementa, ratio elementata conuincit, atque illa quæ rationi uidentur simplicia, intelligentia composita compræhendit. Refert igitur inter elementorum gradus, quasi inter puncta, lineas, atque superficies. Sensibilis hic mundus, nihil superficie simplicius attingit, rationalis uerò, simplicem lineam, superficiei anteponit, intellectualis autem, indiuisibile punctum, lineæ præfert. Ita quædam alia uidemus elementa, ut simplices literas, alia ut syllabas, alia ut dictiones, elementatum autem oratio est. Inter ipsas uerò literas, differentia intuemur, triniter distinctas, ita & in syllabis & dictionibus. Qua propter attendito, quomodo rationis iudicio, omne sensibile dabile, quàmuis unum alio, ad elemēti simplicitatem propinquiùs accedat, semper tamē elementatum permāeta. Ita quidem intellectuali assertione, ratio elementum purum non subintrat, neque ipse intellectus, simplicissimæ diuinitatis iudicio. Quatuor autem prima fingit ratio elementa, adinuicem circulariter resolubilia, unibiliaque: nam cum unitatis progressio in alteritatē, quaternario subsistat, erit quaternarius unitatis descensus, atque alteritatis reuersio. Si enim elementa, puncta quædam cōcipimus, ob ir resolubilitatem in anteriora: facilà ducemur, ut infallibili ascensione sciamus, nō posse ad solidi constitutionem, tria sufficere elementa, ac quod pòst quaternarium, combinatio cuiuslibet cum quolibet, possibilis non est, scimus ex eo quod quælibet siue lōga siue breuis fuerit linea, in semper diuisibilem lineam secatur, atque ad punctum diuisionem pertingere non posse: ac propterea, non plura in una, quàm alia linea pūcta potentia contineri. Impossibile igitur erit, punctum à linea disiungi, cum nec lineæ pars sit, nec subsistentiæ unitatem contineat. Nec eadem poterit ratione, linea simplex, à superficie seorsum cōstitui, neq; etiam superficies, à corpore euelli. Horū enim neutrum absque puncti segregatione à linea, contingere posset. Inter duo autē puncta, lineam cadere manifestum est. Duo igitur puncta, linea continuantur in inuicem, tria autem puncta, superficie simpliciori, quæ tribus claudit lineis, quatuor uerò puncta, corpore in inuicem mutua cōstrictiōe firmātur, nec potest in quinario, hec haberi cōnexio, ut quilibet pūctus in quolibet innectatur. Hoc in omnib. poteris figuris experiri. Cū igit prima supficies, trib. indigeat punctis, quæ in se tamē subsistere nequit, sufficiantq; quatuor pūcta, quatuor supficieb. ad primū corporis soliditatē necessarijs: coniicit, quatuor elementa ad perfecti cōpositionē necessaria. Omne em, quaternariū punctorū egredies, non primū corpus solidum, sed ex primis cōpositū esse cōstat: sicuti quadrangularis supficies, quatuor punctis indigēs in triangulares resolubilis est, ipsa autē triangularis prima, in aliam priorē irreducibilis, principium est multiangulariū figurarū. Ex quatuor igitur elemētis, nō plures sex lineis elicies, neq; ex his, plures quatuor supficieb. ut hæc omnia in pyramide trangulari oculariter (dum uoles) intueberis: quæ, quatuor puncta, sex lineas, quatuorq; triāgulares cōtinet superficies. Quatuor sunt igit prima elemēta, ex quibus sex, atq; his mediantib. quatuor. Et hæc omnia: ad perfecti aut solidi actualiter subsistentis compositionem,

G necessa-

http://www.obrascatolicas.com

neceſſariò concurrere conſpicis, quemadmodum pyramis ipſa, quæ prima eſt ſolidorum figura, patefecit. Quatuor primorum elementorum, in elementatum primũ, progreſsio, imperfectiſsimum tale eius regionis ens conſtituit: ut eius unitas, in fluxibili atq; continua mutabilitate, uerſetur. Quoniam autẽ elementa ipſa prima, cõbinabilia ad inuicem exiſtere neceſſe eſt, ut ea propter ipſa inæqualia atque diuerſa eſſe cõſtet. Hinc aliud exoritur, dum unũ cętera unit, aliud, cum alij alia uniũtur. Quodlibet igitur elementorum, tria in ſe alia, quaſi conus trigonæ pyramidis, poterit complicare: ut unitas unius elementorum aliorum ſit actualitas, atque ſic eius elementi proprium exurgat elementatum. Quatuor igitur prima ſunt elementata. In ſimpliciori enim lucidiori, atque unitiori elemento, tria cætera conſtricta, in ſenſibili regione, ignis nomen habent: in groſsiori uerò ac tenebroſiori elemento, cætera contracta: terræ uocabulum tenent: in medio ad luciditatem accedente, aeris: in inferiori denſiori, aquæ appellationem ſortiuntur. Sunt autem hæc quæ uulgò Elementa dicuntur, hæc quatuor primo elementata generaliſsima, ſpecialiores intrà ſe combinationes, complicantia.

Elementum in elementato.

Quomodo elementum in elementato. Cap. V.

AD hoc autem ut in coniectura iuueris, quomodo elementum in elementato exiſtat, ad primam cõſpice figuram. Nam ſi uniuerſum, ignem, aut aerem, aquam, aut terrã, maiorem circulum fingis: intueberis, quomodo in eo, aliorũ trium elementorum circuli, continentur, ac etiam, quomodo in aere ipſius ignis, alia tria inſunt elementa, atque ita deinceps, nec hic proceſſus quaternariũ exit. De uniuerſali igitur in ſpeciale, quaternario progreſſu deuenitur. Vnum igitur elementum, uniuerſaliter in ſe tria, tria uerò generaliter in ſe nouem, nouem autem ſpecialiter in ſe xxvij complicant. Ternarij igitur cubus, explicatio eſt, ſpecialis unitatis cuiuſq; elementi: Species uerò ſpecialia ſua ita complicat elementa, ſicut ſpecialis ipſa Latina lingua, ſua habet ſpecialia literarum elementa: unde uti oratio latina, eſt de uniuerſaliſsimis quibuſdam literis generalibus, ſpecialioribus, atque ultimis ſpecialiſsimis latinè contractis, quæ quamuis paucæ ſint, ineuacuabilis tamẽ potentiæ exiſtunt, ita quidam omne hoc ſenſibile quaſi oratio perfecta ſe habet. Ineuacuabilis igitur atque inexplicabilis eſt, omnis ſpeciei individualis explicatio. Ambit enim potentia uirtutis, unitatis eius numerum, nullo unquàm tempore finibilem: uti unitas Latinæ linguæ, numerum indicibilium ſermonum. Infinitatem enim cum unitate coincidere, audiſti. Quare ipſa individuorum infinitas, eſt ſpecifica unitas. Omne ergo quod infinto minus eſt, eius eſt unitate minus. Nullus igitur numerus tantus eſſe poteſt, quanta uirtus ſpecificæ unitatis. Aſcendit igitur elemẽtorum uniuerſalitas in ſpecialiſsima uti puncta in corpus, per medium lineæ & ſuperficiei, ſeu literæ in orationem, per medium ſyllabarum & dictionum, ſicut potentia in actum. Deſcenditq; ipſum ſpecialiſsimè elementatum, in uniuerſaliſsima elementa, ſine quibus ſubſiſtere non poteſt, ut actus in potentiam. Eſt enim individuum, quaſi finis fluxus elementorum, atque initium refluxus eorum: generaliſsimum uerò, quaſi initium fluxus, eorum finiſq; refluxus. Contrahit autem ipſa uirtus ſpecialiſsima, generalitatem elementorum, infrà ambitum ſuæ regionis, atque ſemel contracta effluere facit, ut in generalitatem redeant. Hac ſimilitudine, mare ipſum, uniuerſalis dicitur mater fluuiorum: per meatus enim generales, demum in fonte ſpecialiſsimè contrahitur, ubi riuus naſcitur, ac demum ad mare riuus ipſe reuertitur. Ita de uniuerſalibus elementis, quaſi de mari, & ſpecialiſsimis quaſi de fonte, quadam ſimilitudine imaginandum. Satis autem manifeſtum tibi eſt, nullam ſcientiam attingere, præciſam elementorum compoſitionem: cum impoſsibile ſit, duo æquè elementorum participare naturam. Nec eſt proportio, differentiæ unius & alterius, quouiſmodo ſcibilis. Quapropter cum ſcientia, punctum non attingat, ſcientia graduum elementorum cum ignorãtia currit,

currit, ut in confuſiori, atque generaliori ſcientia, minor ſit ignorantia: in ſingulari uerò præſumptione, maior defectus. Ita uides ſcientiam Medicinalem, coniecturam euadere non poſſe, ſicut nec omnem aliam menſuris incumbentem.

Explanatio. Cap. VI.

OPortet anteà ſæpiùs repetita, non negligere: ut intellectualiter uerum apprehendas. Nã unitatẽ imparticipabilẽ, pariter & participabilẽ intelligito, et dictorũ capacitatẽ ſubintrabis. Vnitas eẽ, in ſua præciſa ſimplicitate, imparticipabilis eſt. Quoniã uerò multitudo, ſine ipſius participatione non quidem uti eſt, ſed in alteritate participabilis eſt. Quapropter ipſa ratio unitatis, participabilitatẽ in alteritate intuetur. Dũ autẽ unitas in alteritatẽ progrediur, quaternario quieſcit. Quaternarius igiẽ, eſt participabilis unitas. Omnẽ itaq; unitatẽ participãs, ipſam in quaternario participare neceſſe eſt. Non eſt igitur unitas corporalis, aliter quàm in alteritate quaternaria, participabilis, nec unitas exemplaris, aliter quàm in alteritate exẽplari quaternaria, nec unitas coloris, aliter quã in alteritate quaternaria. Ita de unitate ueritatis, quæ in quaternaria alteritate eius, quæ ſimilitudo ſeu explicatio dici poteſt, eſt tantum participabilis. Actualitas eſt unitas, in alteritate tantũ participabilis: non igitur participatur actualitas, niſi in potentia, quoniam ipſa eius eſt alteritas. Diuinitas actualitas eſt abſoluta, quæ participatur in ſupremis creaturis, in ſuprema potentia quæ eſt intelligere, in mediis media, quæ eſt uiuere, in infimis infima quę eſt eſſe. Nec unitas ſoni, aut ſaporis, aut odoris, aut ſenſibilis cuiuſcũq;, eſt aliter quàm quaternè, modo in prima parte explicato. Participabilis igitur explicatio unitatis, in quaternariam reſoluitur. Et hinc quatuor omnium unitatum quæ participantur, elementa coniectamus, quæ in quolibet participante differenter reperiũtur. Omne enim dabile, colorem unitatis participans, ipſam in quaternaria alteritate participat, ita de ſapore, odore, atque alijs omnibus: non eſt igitur dabilis color, niſi in alteritate quaterna. Quoniam autem non eſt in ſimplici unitate, color dabilis, eſt omnis dabilis color, quaternè à ſimplici egrediens: ita quidem de elementis omnibus, quoniam nec cõplexio ſimplex, nec quicquàm omniũ in ſimplicitate ſua, participabile eſt. Vnitas autẽ præciſio quædã eſt, quæ nõ eſt niſi in alteritate participabilis, unde præciſio uiſus incõmunicabilis, eſt abſq; alteritate. Certitudo igiẽ, quę in uiſu eſt, nullo modo ſine alteritate, participabilis eſt. Neq; igitur per figurã, aut auditũ, aut ſẽſum alium, ipſa ſimplicitas certitudinis uti in uiſu eſt, participabilis eſt: cæco enim præciſio coloris per uiſum percepta, nullo ſermone communicari poteſt: ſic nec uiſio urbis Romanæ, aut formæ cuiuſcunque, ei qui non uidit, in ſua præciſione communicabilis eſt. Vides uerum, aliter quàm in alteritate imparticipabile. Vnum igitur uerum nomen cuiuſq;, imparticipabile atque uti eſt ineffabile eſſe neceſſe eſt. Effabilia igitur nomina, in alteritate uerum ipſum tantum intellectuale nomen, in ratione participãt, ceu cauſa, quia ratio ipſa intellectualis unitatis alteritas eſt. Secũdũ aliquã igitur cauſam rationemũe, homo hominem ſignificat, puta materialem, quia ab humo: ſed in hac ipſa cauſa, tres alias elementales cauſas pro conſtitutione quaternarij, ſuo quidem modo ineſſe neceſſe eſt, quàmuis iſta eminere uideatur. Satis enim ex teipſo cõſpicis, non ſufficere rationem eam, quia ab humo eſt, hinc homo eſt. In quaterna igitur alteritate, unitatis participatio ortum capit. Omnem autem unitatem ita participabilem, citrà infinitum & ſuprà dabilem numerũ, participari poſſe conſtat: unitas enim faciei tuæ Iuliane, in alteritate ſimilitudinis participabilis eſt, ſuprà omnem dabilem numerum, citrà quidem infinitum: non enim eſt dabilis oculorum numerus quin in alteritate ſimilitudinis, ipſam poſſent participare, licet ad infinitum prohibeatur progreſsio. Ita de unitate uocis, quam uides innumerabilibus auribus participari, ac ita quidem de omnib. Venamur igitur ex multitudine participantium, quãcunque unitatem, eiuſdem quaternariæ alteritatis generalem elementationem: quoniam multa, unum differenter participare ſcimus, ipſam differentiam, à quaternitate

http://www.obrascatolicas.com

proficiſci conſpicimus. Omnia igitur colorata, differre neceſſe eſt in colore: ſed differentiæ, ad quatuor elementales reſoluuntur colores, quos quiſque color uariè particípat. Ita de ſenſibilibus cunctis, atque omnibus naturalibus, artificialibuſque: unitatis enim Grammaticæ artis participatio, ſine elementalibus alteritatibus, fieri nequit. Omnis enim Grammaticalis oratio, unitatem artis in elementis participat. Habet igitur omnis ars ſua elementa. Veritas etiam multitudinis artium, nos admonet, omnium artium quaternariam elementalem participationem inueſtigare, ita quædã uarietas multitudinis ſenſibilium, rationabilium, atque intelligibilium: ſenſibilis naturæ, rationalis, atque intellectualis, elementa eſſe quatuor manifeſtat. Hæc quidem cum ijs quæ præmiſſa ſunt, generalitati artis coniecturalis, quò ad elementorum radicem ſufficiant. Dum autem ad particularitatem elementorum intrare propoſueris, regulis utaris proportionabilibus ad regiones. Nam uti in ſenſibili mundo, ſenſibilia elementa, ignem, aerem, aquam, terram eſſe coniectaris: ita in rationali natura, elemẽta concipito rationalia, ut ratio ſit quaſi ignea, aerea, aquea, et terrea, et qđ omnis ratio, unitatem rationis in his participet rationalibus elementis. Ita quidem de regione intellectuali, de elementis intellectualibus, ſymbolicè concipito. Atque ut tibi coniecturas efficere queas, elementa quaſi quatuor unitates fingito, ut. 1. 10. 100. 1000. unitates enim elementorum ipſius unius, differre neceſſe eſt. Quomodo autem ipſum unum, quaterna unitate participetur, in prioribus ſatis dictum eſt: participatur namque ipſum quaſi in ſimplicitate ſimplicis unitatis, & denariæ, & centenariæ, atque millenariæ, ab omnibus elementatis uariè differenter: ut ſic eorum quaſi medio, participabile ſimplex, participetur. Vides nunc ex ſimilitudine unitatum, ſubtile & groſſum, atque duo media elementa, in ſenſibili mundo ſenſibiliter, in rationali rationaliter, in intellectuali intellectualiter, coniectanda. Adſis huic totus Iuliane, nam unitas ipſa abſoluta, quæ eſt & Veritas ſuperineffabilis, uti eſt, imparticipabilis remanet. Intelligentiæ autem eſſe, eſt intelligere, hoc eſt quidem ueritatẽ participare. Non eſt autem ipſa uti eſt participabilis, ſed remanet æterna ipſa atque abſolutiſsima infinitas, nec eſt in alteritate noſtræ rationis participabilis, cum ratio noſtra ſit intelligentiæ alteritas. In alteritate igitur intellectuali, ipſam participamus ſuper omnem rationem. Spirituales igitur intelligentiæ, quodam ineffabili modo ueritatem ipſam abſolutam, in alteritate intellectuali, mediãtibus intellectualibus quaternis elementis, uariè differenter participant: ſicut intelligentiæ illius ita participantis unitas, in uarietate rationum, mediantibus rationalibus elementis, participatur: atque ipſa unitas rationis, in alteritate ſenſibilium, ſenſibilibus elementis mediantibus, uariè participatur, ut ratio trigoni in uarijs ſenſibilibus triangulis. Et quoniam participantia unitatem in alteritate, ipſam uariè participare neceſſe eſt, ita quidem, quòd alia ipſam unitatem perfectius atque propinquius, alia uerò alteratiùs atque remotius participant: illa erit pulchra participatio, in qua unitatis ipſius uirtus, in ipſa alteritate unitiùs atque concordantiùs relucet: ſicut color ipſe uiſibilis, uiſui gratior eſt, in quo uarietas colorum, in unitate relucet, & auditus gaudet audire uarietatem uocum in unitate, ſeu concordantia. Ita quidem de omni ſenſu, ratione, atque intelligentia. Ineffabile igitur eſt hoc gaudium, ubi quis in uarietate intelligibilium uerorum, ipſam unitatem ueritatis infinitæ attingit. Videt enim in alteritate intellectualiter uiſibilium, unitatem omnis pulchritudinis, audit intellectualiter, unitatem omnis harmoniæ, guſtet unitatem ſuauitatis omnis delectabilis, cauſarum & rationum omnium, unitatem apprehendit, & omnia in ueritate, quam ſolum amat, intellectuali gaudio amplectitur.

De ſenario, ſeptenario, & denario. Cap. VII.

Senarius. Septenarius. Denarius.

PRogreſsio ſuprà ſeipſam circulariter rediens, ſenario numeratur: ſed ea quæ non redit ſuprà ſe, ſed in aliud pergit ſimile, poſt ſenarium eſt, atq; ſeptenario numeratur. Duæ uerò ſint tunc progreſsiones neceſſariæ, quæ denario menſurantur, uide iſta ſeriatim. Vnitatem cum infinitate intellectualiter coincidere,

cidere, iamdudum uidiſti. Vnitas igitur abſoluta, cum abſoluta coincidit infinitate, intellectualis, cum intellectuali, rationalis, cum rationali: ſicut & unitas ſenſibilis, cũ ſenſibili infinitate, unitas omnis, imparticipabilis, atque indiuiſibilis, incorruptibilisq; exiſtit. Non eſt igitur abſoluta unitas, niſi in intellectuali alteritate participabilis, nec intellectualis, niſi in rationali alteritate, neq; ratiõalis, niſi in ipſa ſenſibili. Nõ attingitur igitur Deus, qui eſt abſoluta unitas, niſi intellectualiter, nec intelligẽtia attingitur, niſi rationaliter, nec ratio, niſi ſenſibiliter. Deſcendit itaq; unitas abſoluta in intellectualem infinitatẽ, intellectualis in rationalem, ac rationalis unitas in ſenſibilẽ infinitatem: unitas uerò ſenſibilis, aſcendit in rationalem infinitatem, unitas rationalis in intellectualẽ infinitatem, unitas intellectualis, in abſolutam ſuperdiuinã unitatẽ. Ratio in hoc, ſenarium numerat, principium enim ipſius fluxus, & finis refluxus, conicidunt in unitate abſoluta: quæ eſt infinitas abſoluta: coincidunt q; in unitate ſenſibili, finis effluxus, & principium refluxus, duplicanturq; media, quæ ſimul ſex ſunt. Hanc circulationem in figura conſpicito. Sit a, unitas abſoluta. b, intellectualis. c, ratiõalis. d, ſenſibilis. e, ratiõalis. f, intellectualis. Sicut em̃ ſex ſemidiametrales chordæ, circũferentiæ ſubtenſæ, ſuprà ſe completiuè reuertuntur: ita ſenario, deſcenſus aſcenſusq;, circulantur. Aduertendum autem tibi eſt, non eſſe aliud lucem deſcendere, quàm tenebras aſcendere: ſi ueritatem amplecti uelis. Non enim aliud eſt, Deũ eſſe in mundo, & mũdũ eſſe in Deo, nec aliud



eſt actum in potentiam progredi, quàm potentiam ad actum deuenire, nec aliud eſt punctum in corporalitatem aſcendere, quàm corporalitatem in punctum deſcendere, nec aliud eſt tenebras in lucem ſe erigere, quàm lucem in tenebras deſcendere. Sic nec aliud eſt, potentiam materiæ ad actum formę progredi, quàm formam actualem, in potentialẽ deſcendere materiam. Intellectuali igitur acumine, aſcenſum & deſcenſum copula, ut uerius cõiectes. Senarii igitur perfectionalem circulationem, hac intelligentia concipe: ut intueri ualeas, quomodo menſura perpetuitatis, ſenario aſcripta exiſtat, ac quomodo uniuerſaliſsimum in ſpecialiſsimum pergere, eſt ſpecialiſsimum in uniuerſaliſsimum redire. Septenarius uerò progreſsionum numerus, à ſenario exit: ut tempus atque ſucceſsio, à perpetuo, quam in naturis generabilium, corruptibiliumq; experiris. Nam dum ex ſemine arbor progreditur, ex arboreq; ſemen, ſeptenarius utrumque amplectitur: ſemen enim, primo in herbam, deinde in uirgultum, poſtea, aſcendit in arborem, arbor deſcendit, in ramum, in herbam, & fructum ſeu ſemen, hoc quidem ſemen ultimum, aliud numero eſt, quàm primum. Cum igitur finis in numero cum primo non coincidat, coincidat autem finis effluxus, cum principio refluxus: rectè ſeptenarius exoritur, ac exinde denarius.



Nam ſi a, eſt ut ſemen arbor. g, ut aliud ſemen. k, ut alia arbor: tunc a, per b, c: in d. progreditur. d, uerò in g, per e f progreditur, & claditur ſeptenarius. g, uerò in k, per h i aſcendit, ſic denarius extat adimpletus. Indiuidualis contractio ſpeciei in a, ſemine, in ſeipſa corruptibilis, in ſpecie uerò incorruptibilis, in uirtute ſpeciei contractæ, in ipſa exiſtente ſe conſeruare ſtudens, in ſpeciem ſe reſoluens indiuiduationem exuit ſeminis, ut per ſpeciei medium ex ſe ſimile elicere queat. Quaternaria igitur progreſſione, in arborem aſcendit: quoniam ſine eius medio, ſe in ſpecifica ſimilitudine multiplicare non poteſt. Intendit igitur a, g producere. Et quoniam ſine aſcenſu in d, hoc perficere nequit, aſcendit in d, ut ſic ad intentum pertingat. d, uero arbor exiſtens, non niſi in ſimili arbore, ſe conſeruare poſſe conſpiciens, k intendit. k autem, ſine g attingere nequit. Quare in g deſcẽdit, ut eius medio, k attingere queat. Copulatur itaq; in a, duplex appetitus: naturalis, qui in g, terminatur, accidentalis, qui in d, finitur. In d uerò, pariformiter duplex copulatur appetitus: naturalis, qui in k finem capit, accidentalis qui in g, terminatur. Sic itaq; in g,

http://www.obrascatolicas.com

naturalis est appetitus ab a, sibi communicatus, atq; accidentalis ab d, sibi impressus: ita conspicis, quomodo unus appetitus, stimulat atq; ducit alium, ut sit continuatio generationis & corruptionis, acq; quòd generatio unius, corruptio sit alterius. Notabis autem, non nisi ex duobus seminibus, atque duabus arboribus quæ sunt quatuor, te ad notitiam huius deuenire posse. Simul igitur te in tuo intellectu complicare necesse est, progressionem a d g, & d g k, ut coincidentias finis unius, & principij alterius in indefectibilem successionem adducas. Qua ex re aduertas, quomodo secundum præmissa, unitas seminis arboris impartibilis, in seminum alteritate participabilitatem induit. Vnitas igitur unitatis seminis huius, species est, in hoc semine indiuidualiter contracta, quam quidem unitatem specificam, in sua contractione indiuiduali, absolutam in arbore receptã, cum sit uirtus indeterminata, multa participare possunt semina. Specificatur itaque, secundum uirtutem seminis specificam, generale nutrimentum, atq; secundum arboris, loci, circumstantiarum naturam pluralitas seminum, eorumq; perfectio. Dixi autem de semine & arbore, tu uerò uniuersalitatem haurire stude, ut in mineralibus, uegetalibus, animalibus, atque omnibus sensibilibus, secundum ista, coniecturas facias, ac etiam in rationalibus, intellectualibusq;, symbolicè his utere. Nam de semine admirationis, exoritur arbor rationalis, quę fructus admirationi similes parit, atq; rationalis ipsa arbor, per elicitam admirationem, similem erigit rationis arborem. Ita quidem ex seminali demonstrationis principio, intellectualis procedit arbor, ex se principia seminalia exerens, per quæ intellectualis iterum arbor ascendit.

De indiuiduorũ differentia. Caput VIII.

Differẽtia indiuiduorum.

SAtis tibi in sensibilibus, semina indiuidua similiter & arbores constat esse, uides etiam in animalibus ipsis, quæ ut arbores sunt, esse alia masculina, alia fœminina, ita quidem, & alia esse semina masculina, alia fœminina necesse est. Species igitur, si P, figura fingitur, ubi lux descendens actualitas, & umbra potentialitas signatur, tibi pandet in specie, actualitatem absorbere potentialitatem, atque econuerso, secundumq; illa, indiuidua eius participare naturam. Ad hæc, cum ipsa actualitas (ut magis specificetur) in P figuram resoluitur, lux erit masculinitas actualitatis, tenebræ eius fœmininitas, ita quidem de potentialitate. Necesse est autem tam masculina quàm fœminina differre. Nullum enim reperibile est indiuiduum masculinum, in masculinitate, cum quocunq; præcisè conuenire, nec dabile est ipsum maximè masculinum. Absorpta est igitur, in omni masculinitate, fœmininitas differenter. Vnde etiam masculinis animalibus, signa fœminea puta mamillarum indicia apparere conspicimus, ita quidem semina, contrario se habẽt modo. Absorbet igitur omne indiuiduum, sua singulari indiuiduatione alia, ut indiuiduali tua masculinitate absorpta est fœmineitas, sicut semen à quo in actum prodijt, masculini existens seminis, fœmineitatem euicit, sic suo modo, fœmineitas masculinitatem absorbet. Masculum etiam semen, in se absorbet fœmineum, & sua potentia ambit actualem masculinitatem & fœmineitatem, contrarium de semine fœmineo. Participare etiam speciem hæc indiuidua uariè scimus, quædam enim speciem perfectiùs in semine participant, quædam in arbore. Quantò enim species ignobilior, atque potentialior, tantò perfectius eius participant naturam ipsa semina. Quantò uerò species ipsa nobilior, atq; perfectior, formalior, actualiorq; fuerit, tantò eius naturã plus arbores participant, & ubi arbores ipsæ participant, tanto illa perfectiùs, quæ masculinior: ac ubi semina perfectius participant, tanto illa perfectius, quæ magis fœminea. Vnde pyrus arbor, nobilior est quàm pyrum, & leo masculus, nobilior quàm leœna, & semen leoninum. Contrarium uerò in tritico, ubi semen melius quã palea, & sic de reliquis. Vbi enim arbor, plus participat incorruptibilis speciei conditionẽ, scilicet, quia ex se fructũ producit, remanẽs in uirtute aliũ producẽdi, plus participat arbor

arbor perfectionem speciei. Vbi uerò semen incorruptibilis speciei naturam plus contrahit, & cum eius productione arboris uirtus deficit, quia tota in semen pergit, ut in granis tritici, siliginis, auenæ, & similium: perfectius est granum seu semen, & illud tunc nobilius, quod fœmininius. Nullum autem est reperibile semen, adeò fœminium, atque taliter in potentia, quod magis in potentia esse non possit, ita nec arbor adeò in actu perfecto, quin magis esse possit. Quare omne dabile indiuiduum, has differentias uariè & differenter participat. Plus enim arbor seminis naturam participat in furculo, & minus in trunco, & plus infans seminis naturam in infantia, quàm adolescentia participat. Arbor autem perfecta, speciei naturam perfectiùs participans, ut ex potentia seminis in actum prodijt: ita & illius quandam seminis explicatam tenens naturam, fructum in similitudine seminis, producit. Et quoniam arbor, quasi expansum canale est, seminalis uirtutis: tunc intra se dirigit humidum, atque secundum expansam specificat naturam. Specificat quidem perfectè, si uirtus seminis perfecta fuerit, atque perfectè expansa, & si ipsum nutrimentum perfectum, atque perfectè specificabile fuerit. Quapropter, utrunque attendi debere necesse est. Vnde grana quædam in pingui solo, & propter nobile nutrimentum, perfectiora seipsis producere uidemus grana, licet hoc successiuè fiat, quia in anno primo, nõ adeò perfecta, sicut in sequentibus. Econuersò: optima grana in sterili agro, ignobilem fructum producere conspicimus, non tamen adeò ignobilẽ, sicut alia minus nobilia grana, unde successiuè uergit nobile granum, ad similitudinem ignobilis, propter nutrimentum disproportionatum nobilitati suæ. Ex diuersitate igitur nutrimenti, atque locorum, indiuidua uariari necesse est. Attende etiam, quòd quamuis nutrimentum specificetur, & in formali uirtute speciei, eius potentialitas absorbeatur, nõ potest tamen penitus atque omnino, eius natura per omnia absorberi, uti uides, dum pyrus inseritur pomo, humidum enim, in trunco arboris pomi pomificatum, in ramo pyri inserto, pyrificatur, atque in pyrum indiuiduatur, non tamen est hoc pyrum, ab omni natura pomi alienum: licet in pyro occultetur, tantoq; minor fit, quantò uirtus furculi fortior, atque in sequentibus temporibus, debilitata successiuè uirtute specifica pyri, plus de pomi natura manifestatur. Ita quidem de loco: magis enim Alemannus in Italia, in primo quàm in secundo anno Alemannizat, locus enim successiuè locum characterizat, secundum localis naturæ fortitudinem. Hæc quidem uti de sensibili mundo experimur sensibiliter, ita & in rationali rationaliter, ut in moribus & cõsuetudinibus rationalibusq; doctrinis, quę alimenta quędam sunt, quæ etiam in ipso intellectuali, intellectualiter attendere debes.

De differentijs modorum essendi. Cap. IX.

Differentia modorum.

SAtis ex ijs, quid intendam conijcies, atque si uelis, tam coniecturarum quàm coniecturantium differentiam concipies, arte quadam generali. Nam ut aliæ sunt confusæ sensibiles coniecturæ, aliæ uerisimiles rationales, aliæ uerò intellectuales, ita quidam sunt coniecturantes differentes, ut quidam in confusa sensibilitate, discurrant, quidam ex principijs ratiocinentur, quidam intellectualibus absolutionibus, uacent. Habet enim ipsa coniecturalis unitas, in coniecturabile pergens, elementa sua quatuor: scilicet subtilitatem, grossitiem, atque duo media. In subtilitate enim, acutissima pergit coniectura, quasi ignis sursum: & modum essendi rerum, in quadam absoluta unitate seu necessitate intuetur. Terrenè uerò atque grossè coniecturando, modum tenebrosum essendi, in possibilitate fingit, alios quidem duos efficit essendi modos, quorum unus, absolutæ necessitati accedit: & hic modus est, sine quo res uera intelligi nequit, & hic quidem modus est necessitatis secũdæ seu consequentiæ. Cum enim ponitur ueritas humanitatis, esse necessariò, ad hanc ea sequuntur necessariò, sine quibus esse nequit. Alius uerò modus essendi possibilitati proximior atque suprà ipsam, atque infrà iam dictum exoritur, habens necessitatis parum, possibilitatis multum, ut est actualis quidam essendi modus. Hoc in P, figura

http://www.obrascatolicas.com

conſpicies: ubi unitas ſit neceſſitas, alteritas paſſibilitas, omnia in idem redeunt, ſecundum ea quæ audiſti. Varietates igitur modorum eſſendi coniecturans, arte figurali facillimè uenatur: ita ut uideat, quomodo modus in modo capitur & abſorbetur. Et uarietatem, hos modos eſſendi participantium, diſtinguit & colligit, ut rem concipiat in poſſibilitate tenebroſa, ſecundum hunc eſſendi modum, & eandem in actu, ſecundum alium eſſendi modum, ita & modos coniecturandi, atque coniecturantium, hos modos participantium, uarietatem attingit. Modos etiam durationis: ut alius ſit modus durationis, modi eſſendi neceſſitatis abſolutæ, alius modus poſſibilitatis. Neceſſitatis enim abſolutæ, eſt duratio infinita: quod enim neceſſarium ſimpliciter exiſtit, aliter eſſe nequit. Non igitur pergit in alteritatem, hinc eſt abſoluta æternitas. Poſſibilis uerò eſſendi modus, in alteritate eſt tantum. Actualis uerò, aliquid habet ſtabilitatis, multum poſſibilitatis: neceſſitatis ſecundæ, multum ſtabilitatis, parum alteritatis. Ita quidem modos eſſendi ipſius motus diſtinguit, atque deinde hos & conſimiles eſſendi modos contrahit, ut in ſenſibili mundo eos ſenſibiliter coniecit, in rationali rationaliter, in intellectuali intellectualiter. Hos quoque eſſendi modos, trium regionum ad inuicem continuari, coniectat, ut unum ſit uniuerſum, hinc ſummam ſenſibilem neceſſitatem, rationalem admittit poſſibilitatem, ſummamque ac neceſſariam rationem, intellectualem affirmat poſſibilitatem. Sic enim quatuor eſſendi modos, in denarium reſolui uidet, qui uniuerſus eſt numerus.

De differentijs compoſitorum ex anima & corpore. Caput X.

Differentia animatorum.

SVſpice P figuram, atque unitatem animam, alteritatem uerò corpus facito: tranſit quidem corporalitas, in ſpiritualitatem ſurſum, ſpiritus, in corporalitatem deorſum, quoniam autem ſpiritum deſcendere, eſt corpus aſcendere, hinc utrunque te iungere neceſſe eſt: ut differentiam corporum, ita ex differentia animarum concipias, quòd pariter earum animarum differentiam, ex corpore conijcias. Quod enim humana anima, corpus ſuum à corporibus cæterorum differre facit animalium, eſt pariter ex eo, quòd tale corpus differentem ſpiritum expoſtulat. Platoniſare enim Platonis, ab omnibus differt hominibus, atque hæc differentia, pariter ex unitate animæ, & alteritate corporis exurgit. Quapropter illi, qui animarum diſpoſitionem per ſenſibilia inquirunt, uti Phyſiognomi, corpus intuętur, atque ex eiſdem, cum alijs hominibus atque animalibus differentijs & concordantijs, ſpiritus uenantur differentiam, hinc etiam eſt, quòd molles carne, aptos mente experimur. Motus etiam animalium progreſſiuus, ſecundū quem animalia à uegetabilibus differunt, non tantum ad corporis, ſed ad animæ etiam debet neceſſitatem referri. Nam non tantum animal locum mutat, ut neceſſarium nutrimentum colligat, ſed & ideò etiam, ut animæ operationes perficiat: nec animal unum, aliud uincit uolatu, curſu, induſtria ęq, eo tantum, quia his eget conſeruanda eius complexio: ſed & quia hæc & ſpiritus exquirit. Sic homo non eſt maiori datus rationi, ut ob corporis neceſſitatem ſeminare, plantare, mercari, ædificare, texere, coquere & huiuſmodi ſciat: ſed & opifex ſummus, inſtituit hanc rationalem naturam, in corpus deſcendere, ut corpus in rationalem aſcenderet, ſenſibile enim corpus, rationi ſubeſt, nec corpus ad iſta neceſſitatur, niſi propter ſpiritum. Sicut enim corpus, propter ſuam neceſsitatem, talem rationalem naturam expetere uidetur: ita hic ſpiritus ſubtilis, tale nobile corpus, quod his opus habet expoſtulat. Non eſt aliter ſpiritus propter corpus, niſi quia corpus eſt, propter ſpiritum, redit enim ſuprà ſe ſpiritus. Differt igitur quodlibet ſenſibile animal, à quolibet differentia connexa, ex ſpiritus corporisq; differentia procedente. Omnem autem ſpiritum ab omni ſpiritu, & omne corpus ab omni corpore, differre neceſſe eſt. Non eſt autem differentia ſine concordia. Quapropter, omnē ſpiritum, concordare pariter & differre à quolibet, neceſſe eſt: nec poteſt æqualiter hoc eſſe, cum alio enim plus concordat, cum alio uerò minus, cum nullo uerò maxime, aut

me, aut minimè ſimpliciter. Spiritus igitur, à ſpiritu quolibet cum ita differat, quòd ſemper minus per differentiam, quæ ſemper minor eſſe poſſet, abſque eo quòd in infinitum progrediatur, differat: improportionali ꝓportione ita differt, quòd ꝓportio ſpiritualis naturæ unius & alterius, proportionabilior ſemper eſſe poſſet, abſque eo quod in infinitum progreſſio fieret. Præciſio igitur differentiæ proportionis, inattingibilis eſt. Concordat igitur ſpiritus cum ſpiritu, concordanti differentia, unde ſpiritus tenebroſior cum ſpiritu lucidiori, ſecundum P figuram ſe habet: nam unitas ſpiritus, in alteritatem progreditur, atq; alteritas ſpiritualis, in unitatem regreditur. In ſupremis uerò nobiliſſimis ſpiritibus, alteritas tenebroſa ſenſibilis, in intellectuali claritate abſorbetur. In inferioribus uerò ſpiritibus, unitas ſpiritualis, quæ intellectualis dici poteſt, in alteritate ſpirituali abſorbetur. Vnde uegetatiuus ſpiritus, in ſua tenebroſitate, occultat intellectualem, & eius quædam ſigna apparent in ramis, ad ſuſtentandum, folijs & cortice, ad fructum tutandum, plura tamē ſigna intellectualia, in animalibus experimur, ubi clarior eſt ipſe ſpiritus: nam in ſenſu, deinde magis in imaginatione, adhuc amplius in ratione, clarius & propinquius ſigna experimur intellectualis uigoris. Adhuc inter ratiocinantia animalia, clariora ſigna prouidentię in hominibus, quā in alijs animalibus, exiſtunt, ex quibus ibi conijcimus lucidiorē intelligentiā. Sic quidem in intelligentijs, affirmamus ſenſibilē naturam, occultari atq; abſorberi, in luce intellectuali. Rationem autem animæ mediam concipimus, inter infimum & ſupremum eius: atq; eapropter, plus participare, naturam ſuperiorem unitatis intellectualis in certis, in alijs uerò plus inferiorem alteritatem. Vnde in inferiori mundo, ſecundum illius mundi naturam, omnia eſſe diximus. In medio uerò mediē, atq; in ſupremo ſupremè, illius ſcilicet naturæ modo. Nā ſenſus, qui eſt in uegetabilibus, per quem ſentiunt intenſiſſima frigora, & æſtus excellentes, uegetatiuæ eſt naturæ: ſenſus in animalibus, animalis naturæ eſt: ſenſus in intelligentijs, intellectualis. ita quidem de ratione & intellectu: ſubtilitas enim intellectualis in uegetabilibus, per quam ramos pro ſui appenſione, adueniente grauitate, præmittit: uegetabilis eſt naturæ. Intellectualis uerò ſubtilitas in animalibus, per quam uenantur, & profutura neceſſitate quæſita obſeruant, animalis eſt. In ſupremis uerò, intellectualis eſt ſapientia, quæ ad ueritatem ipſam confert. Suo igitur modo, quiſque ſpiritus, ſpiritualis naturæ elementa participat, ſicut corpus corporalis. Hæc quidem in ſæpè dictis tibi manifeſtiſſima ſunt, quoniam omnium una progreſſionum exiſtit uia. Omnium autem animalium, dum unitatem animam & corpus alteritatem feceris, ea quę in corpore corporaliter conſpicis & explicatè, in anima ut in complicante uirtute, animaliter eſſe conſpice, ut in eiuſdem corporalis naturæ explicatæ, unitatis uirtute. Vides in tuo corpore caput, manus & pedes, ſecundum gradus nobilitatis, in officijs differre: ita in anima uirtualiter intellectum caput, manus rationem, pedes ſenſus facito, ſicut enim corpus ambulat, & uehitur pedibus corporalibus: ita & anima ipſa, ſenſibus, animaliter in ſenſibilia ipſa pergit, & ratione quaſi manibus utitur, atque intellectu quaſi uirtute, ſenſus uiente, ut intellectus in anima caput ſit, atque pars ipſa nobilior. Intellectus in ambitu intellectualis uirtutis, ſe habet uti oculus in capite. Talibus quidem ſymbolicis uenationibus, de corporalis naturæ explicatione, ad animæ potentiam aſcende, atque cuiuſcunque animalis, uirtutem animæ, ita complicatam concipe contractè, uti explicatam corporis uarietatem coniectas. Animam enim leonis, caput intellectuale, pedes ſenſuales, rationalesqūe manus uirtualiter habere concipe, ſecundum contractionem unitatis eius, quæ eſt leoninitas: ſicut hoc in homine humaniter eſſe affirmamus, atque ita de ſingulis. Corporū autem uniuerſam diſtinctionem ex figuris noſtris ea ratione trahes, qua cuncta. Nā ſubtilitatem corporalem unitatem lucis, atque groſſitiem alteritatem ſi feceris, facilè quæſita intueberis. Ita quidem, ſi complexionum uarietatem uenari proponis, unitatem lucis benè harmonizatam, optimè compactam, atq; unitatem fingito, alteritatē uerò alterabilem, atq; incompactam, ac potius diſcordantiam quā concordantiā accipito. Sic etiam, ſi corpus ſpirituale, aut ſpiritum corporalē, inquirere cupis: aduertis,

http://www.obrascatolicas.com

inter lucidum ipſum ſpiritum, in tenebroſum corpus deſcendentem atque regredientem corporalem groſſitiem, duo intercidere media connexionis, unum quidem ſpiritualius, aliud autem corporalius. Illud uerò quod ſpiritui propinquius eſt, corporis non exit omnem latitudinem, unde corpus ſpirituale dici poterit, aliud uerò depreſſius groſſitiei corporali propinquius, non omnem ſpiritus latitudinem exiens, ſpiritus corporalis appelletur. Atque ita conſiderabis tres gradus, ſpiritus deſcendentis, & tres aſcendentis corporis, ex quibus ſuo modo, uniuerſum atque omnia quæ in ipſo ſunt, exiſtunt. Experimur enim in animalibus, animam ceu ſpiritualem quãdam naturam eſſe: experimur corporalem ſpiritum, arterijs incluſum, uehiculum connexionis animæ, experimur lucem quandam ſeu ſpiritum corporalem eſſe, per quem uis animæ, operatur in corpus, & in ſenſibile, ut & ſic uirtus animæ, his medijs corpori annectatur, pro exercendis ſuis operationibus. Et hic quidem animæ connexionis deſcenſus eſt, & corporis aſcenſus, quoniam ita ſubtiliatur, ut aptiùs ſpiritui uniatur. Omnia autem ſenſibilia, iſta participant ſuo modo, quæ in uno ſenſibili, reperiuntur clarius quidem atq; obſcurius, corruptibilius & incorruptibilius, ſecundum differentias & concordantias generales ſpecialesq;.

De uita. Caput XI.

Vita. VIta etiam, quaſi formæ aut ſpiritus, aut alterius cuiuſcunq;, ſi in ſuis uolueris diffe entijs intueri, primò ipſam ex unitate lucis, & alteritate tenebrarum, in P figuram reſoluito, atque ita inſpicies, nobilem illam uitam, in cuius unitatis claritate, omnis alteritas abſorbetur. Aliam autem intueberis, cuius unitas, in alteritate fluxibilium & inſtabilium tenebrarũ inuoluitur. Et ſi ipſam uitam, in uniuerſali figura uniuerſum feceris, tres uitas radicaliter, quadratè, cubiceq; diſtingues: unde incorruptibilem & alterabilem, atque plus incorruptibilem, plusq; alterabilem, & harum ſubdiſtinctiones, coniecturaliter hac uia attinges. Quoniam autem inter ipſam uitam, ubi alteritatis uictoria, corruptibilitatem aut reſolubilitatem unitatis inducit, & inter eam, ubi unitatis uictoria incorruptibilitatem operatur, æquale medium cadere nequit, ut ſit neque corruptibilis, neque incorruptibilis: eſt tamen de præfatarum differentiarum natura, ut ſæpiſſimè diximus. Hinc etiam ut inferior uita ſuperiori adunetur, in unitate uniuerſi, ſuperiorem inferiori coniungi neceſſe erit. Hoc igitur unum compoſitum exiſtens ex uita, unitate uincente, atque ex ea, ubi alteritas uincit ſecundum inferioris conditionem, in alteritatem pergit, atque corruptibilitate inuoluitur: ſecundum ſuperioris uerò naturam, ad unitatem incorruptibilitatis accedit. Ex corruptibili igitur atque incorruptibili uita, ipſum tale eſſe conſtat, atque hoc differenter, inter eam connexionem participantia. Non igitur eſt mors talium alia, quàm aliorum mortalium. Nam propter fluxum alteritatis, in diſpenſionem tendit. Stabilis igitur remaner, unitas incorruptibilis uitæ, unitate alterabili, à ſuæ unitatis harmonica cadente radice. Intellectualis autem uita, ad incorruptibilem ueritatem erecta ſurſum, ad corruptibilem alteritatem, moueri neſcit. Infimus igitur ſpecificus huius naturæ gradus, parum in actu, penè quaſi in potentia: quandam connexionis participabilitatem, cum fluxibili uita poſſidebit, non quidem, ut fluxibili uitæ, uigorem ſtabilitatis præſtet: ſed potius, ut eius etiam connexione, per admirationem ſenſibilium, rationabiliter moueatur, atque in dormitanti potentia, ad actum excitetur euigileteq;. Nec eſt poſſibile, hunc ſpecificum gradum connexionis utriuſque uitæ, multiplicari, ut huius connexionis plures ſint ſpecies, licet hanc ſpeciem indiuidua uariè participare neceſſe ſit. Vita igitur irreſolubilis, eſt ipſa intellectualis uita, reſolubilis uerò, eſt ipſa ſenſibilis, media uerò quæ intellectuali propinquior eſt, rationalis nobilis, atque intellectualis eſt: quæ & ſenſus intellectualis dici poteſt. Senſui uerò accedens, rationalis ignobilis, quæ imaginatiua, aut intellectus ſenſualis, poterit appellari. Ratio igitur ſuperior intellectum participans, cum ratione inferiori, ſenſualis naturæ, connectitur

connectitur in ſpecie ipſa humana. Tali quidem cõiectura, attingere ea poteris, quæ circa uitam, diſcurſus uenari poterit.

De natura & arte. Caput XII.

Natura. Ars. NAtura unitas eſt, ars alteritas, quia naturæ ſimilitudo. Deus quidem, ſecũdum intellectualem loquelam, natura pariter & ars exiſtit abſoluta, licet ueritas ſit, ipſum nec artem, nec naturam, neq; ambo eſſe: præciſio autem, cum inattingibilis ſit, nos credere admonet, nihil tantum, quod aut natura aut ars ſit, dabile eſſe: omne enim, utrumq; ſuo participat modo. Intelligentia enim, facilè ut à ratione emanat diuina, artem participare concipitur, ut autem à ſe artem exerit, naturam eſſe uidemus. Ars enim, imitatio quædam naturæ exiſtit: alia enim ſenſibilia, naturalia eſſe, alia artificialia, manifeſtum eſt. Sed non eſt poſſibile, ſenſibilia naturalia, eſſe artis expertia, ita nec ſenſibilia artificialia, natura carere poſsũt, loquela enim ab arte procedit, cui natura innixa eſt, ut una ſit naturalior loquela uni, alia uerò minus naturalis. Ratiocinari etiam, homini naturale eſt, ſed non abſque arte. Vnde unum plus in arte ualere ratiocinandi, quam aliũ, dubio caret. Sicut enim in loquela, quæ abſq; arte haberi nequit, unitas naturalis rationis relucet, ut ex loquela, quis, qualisue ſit, ratione & natura cognoſcatur, ſic & in ratione, ars ratiocinantis, manifeſtatur. Si igitur naturæ differentias inueſtigare uolueris, atque artis & cõnexionis utriuſque, ad ſæpè apertam figurarum manudictionem recurrito. Eſt enim natura, ex unitate maſculina, & alteritate fœminina. In maſculinitate uerò intellectuali, abſorpta eſt fœmineitas. Vnitiuè igitur intrà ſe fœcundatur, in uegetabili fœmineitate, ut alteritas, naturam in ſe maſculam determinet: quare explicatiuè fructificat. Natura uerò, animalium ſexum diſtinguit, uir in muliere generat, mulier ad extrà parit, natura uerò, in intelligentijs, intellectualem parit fructum, in animalibus animalem, in uegetabilibus uegetabilem. Obedit natura ſenſibilis rationali, rationalis intellectuali, intellectualis diuinæ. Obedit ſenſibiliter factibile, arti rationali, ars rationalis, intellectuali, intellectualis, diuinæ: ſicut omnis natura, in ſenſibili ſenſibiliter eſt contracta, ita & factibilitas, in ſenſibili eſt ſenſibiliter cõtracta, in rationali rationaliter. Vnitas uerò, naturæ & artis ſenſibilis, ratio eſt, per rationis unitatem, ſpecificatur ſenſibilis indiuiduorum multitudo, ſic & per rationis unitatem, quæ in arte una, puta ſutoria exiſtit, innumera parantur calceamenta. Vnitas igitur rationis, in ſe complicat, ſenſibilium omnium naturalium & artificialium, multitudinem, ex ſe igitur exerit, rationes naturalium & artificialium. Rationes uerò artificialium, ordinantur ad finem naturalium. Initium enim atque finis artificialium, natura exiſtit. Ars igitur rationalis, ut eſt loqui, texere, ſeminare, coquere, & ita de multis, ad finem ſenſibilis naturæ ordinatur, ſicut ars intelligentiæ, ad finem rationalis naturæ.

De natura intellectuali. Caput XIII.

Naturæ intellectualis. NAtura autem uniuerſalis, ut uniuerſi circulus, in ſe primo, tres regionum atque naturarum, intellectualium, rationalium, atque ſenſibilium, complicat orbes. Intellectualis uerò, in ſe tenebroſitates alterabiles abſorbens, natura maſcula, ſubtilis, uniſſima eſt, atque nobiliſſima eſt, nec eſt intelligentiæ natura quanta, nec motus intellectualis generis quantus, niſi intellectualiter ſeu uirtualiter, cui non obſiſtit ſimplicitas, indiuiſibilitas, & id genus, quæ intellectualis ſunt unitatis. Non enim eſt motus eius in alteritatem aliter, quàm ut alteritas in unitatem abſolutiùs pergat. Deſcendit enim unitas eius in rationale intelligibile, ut intelligibile ipſum in unitatem aſcendat intellectus. Eſt enim intellectus, principium atq; finis rationalis, intelligibilis, ſicut eius principium, finisq; eius, unitas eſt abſoluta, ad cuius unionem pergere, eſt ſecundũ naturam ſuam intellectualem, ſurſum agere, atq; in hoc motu quieſcere: uti ratio, in ipſa quieſcit intelligentia, ad

http://www.obrascatolicas.com

ad quam, non niſi per intelligentiæ deſcenſum, & luminis ſui participatam immiſſionem, aſcẽdere poteſt. Sic quidem, nec naturæ intellectus qualitatem rationalem, ſed potius rationalem alteratam concipito ſimilitudinem. Non enim habet accidens, rationi aut ſenſui ſuccumbens, nec eſt intelligibilis natura aliter, ꝙ intellectualiter locabilis: imò ita locabilis, quòd & locus. Et hoc quidem non eſt in loco eſſe, per rationem aut ſenſum, oſtenſibili: nec eſt propterea ubiq́, & nullibi abſolutè, ut Deus, ſed eſt ubiq́ & nullibi, contracte intellectualiter: ſicut humanitas ipſa ſpecifice contracta, eſt ubiq́ in ea regione ſpeciei, atq́ nullibi. Ita & anima noſtra, ubiq́ atq́ nullibi eſt, ſecundum contractionem corporis, nam eſt in qualibet parte illius ſuę regionis, & nullibi. In nulla enim parte corporis, ut in loco, potius ꝙ in alio. Sicut ẽ uniuerſalia ſunt in intellectu, atque eorum locus intellectus dicitur, ita quidem hoc intelligi neceſſe eſt, ſecundum ſępè reſumptas regulas, intellectũ ſcilicet, eſſe in uniuerſalibus, ita quòd ipſa in eo, quaſi ut præſidens in regno eſt, ita quod regnum in ipſo. Non igitur eſt mobilis natura intelligẽtia, de loco ad locum, niſi eo modo, quo in loco eſſe poteſt. intellectualiter igitur mouetur, ipſa natura intelligibilis, in ſuo determinato ſibi regno. Et hoc quidem mouere, eſt cũ quo quieſcere concurrit, cum ſit ueritati obtẽperare: quaſi ut motus imperij præſidentis, compatitur quietem, in cathedra imperantis. Intelligentiæ enim, ut in centro ſuæ contractionis aut regni quieſcentes, mouentur, & nos hunc motum, ut iudicantis concipimus. Iudex eſt enim, rationum intelligẽtia: & moueri dicitur, dum ob uerius unam eligit, aliam ꝙ abijcit, ac dum rationantes, illuminat aut inducit. Intelligentiæ igitur, ut uirtutes uniuerſales, rectrices ꝙ contractionum rationalium concipi debent, ac ſi in ipſis ſuis regionibus, Solis uices gerant, ut ſicut in hoc ſenſibili mũdo, ex Solis ſenſibilis uigore, oculi ſenſibiliter, ad pulchri aut turpis iudicium, pergunt: ita in rationali mundo, intelligentia, uigorem cognitionis ueri, apportat. Deus autem ipſe, infinitus Sol intelligentiarum eſt, intelligentię uerò ut uaria contractiora lumina rationum. Variè uerò rationem inſpicimus, contractam in uegetabilibus, & animalibus ſecundum diuerſa genera, atque ſpecies, & ex hoc coniectamus, diuerſas rectrices intelligentias. Non ſunt intelligentiæ numero rationis numerabiles, quaſi ſenſibilia iſta, ſed intellectualis numerus, indeſignabilis & infigurabilis per rationem, quaſi lumen eſt rationis, & numeri rationalis. Sicut enim nullo numero, unitas numerabilis eſt, ſed ipſa omnem numerum numerat: ita & intelligentia, nulla ratione diſcernibilis, ſed tantum ab ipſa abſolutiſsima, diuiniſſimaq́ unitate, ubi enim ad coincidentiam tendit, numerari cum numerare, diſcretio cum indiſcretione, rationi præcluſus eſt aditus. Varietatem autem intelligentiarum, uariè uniſſimam ueritatem theophanicè participantium, cum mediationis diuerſitate, ut quædam mediatius quaſi intellectuales, atque ab omni potentia, uerſus actum eleuatiſſimæ, aliæ uerò, quaſi intelligibiles, atque magiſterio proximiores, aliæ rationalibus potentijs magis accedentes, ut doctrinali eleuatione opus habeant: in ſimilitudine ſæpè dictorum ex figuris in coniecturis trahito. Et ſi coniecturam fabricare optas, etiam de iſs tenebroſioribus huius regionis ſpiritibus, quorum intelligentia, in alteritate tenebroſæ ignorantiæ ſopita, cruciatur, qui potius ſeruilibus occumbunt cuſtodijs, & ſenſibiliter ſubmerſæ rationi ſuæ, obuolutæ intelligentiæ, deceptoria ingerunt incitamenta, ut abſorbeatur perpetuum in corruptibili, lux in tenebris, atque de iſtorum dæmoniorum naturis differentibus, quomodo quidem in regione intellectuali, hi quaſi ſenſibiliores ſunt ſpiritus, in ſenſibilibus tentationibus degentes, atq́ ſe inferioribus immiſcẽtes, quomodoq́ ad hęc alij medio loco quaſi ratiõales ſint, intelligentię orbiũ, & mortuũ rectrices, at ſuperiorum, qui diuinis illuminationib. ꝓpinquius inflammãtur, non obtẽperanter imperio: per te, ex præmiſſis, moderatione ſymbolica, proficias. Volo aũt te ſemper attẽtiſſimum eſſe, ut has præſidentiales ſpirituales adminiſtrationes, quas ſpeciebus, nationib. linguis, cõgregationib. regnis, eccleſijsq́, quaſi à ſummo maximo uniuerſorum imperatore legati, ſolerter impendunt: non putes, eos quaſi noſtri tantũ cauſa aſſumpſiſſe, ſed noſtri quidem ac aliorũ quibus præſunt, ita hoc agunt cauſa, ut ſe finem conſtituant, ſicq́ angelici ſpiritus propter

propter nos ſunt, quod nos propter ipſos. Dum enim regni quibuſdam regalis cura, propter eos eſſe uidetur: rex non minus ipſam in ſe reflectendo, ſe ſuæ curæ & ſalutis populi, finem conſtituit. Nec eſſet uoluntaria populi obedientia, & principis diligentia, ſi & populus ſubiectionis, & rector ſe etiam laborum ſuorum, nõ conficerent præmia, hinc inde ſuſcepturos. Quapropter, rector naturalis, in ueritatis legibus incedens, cauſas ipſas quantum poteſt, in unum nectit, ut in populi ſalute, ſuam quoque arbitretur. Hæc ſummatim, quantum hoc loco datum eſt, de intellectualium ſpirituum natura, ſufficiant.

De homine. Cap. XIIII.

HOminem, ex unitate lucis humanalis naturæ, atque alteritate tenebrarũ corporearum, communi uia concipito, & in priorem figuram, ut diſtinctiùs ipſam explices reſoluito. Intueberis planè, tres ipſius regiones, infimam, mediam, atque ſupremam, atque ipſas ter triniter diſtinctas. Ignobiliores autem corporales partes alias, continuè fluxibiles, atque ſtabiliores & formaliores, nobiliſsimaſque gradatim coniectabis. Poſt hæc pari aſcenſu, ſpiritualiores corporis concipito naturas, quibus ſenſitiua uirtus immixta eſt, haſque per gradus partire: ut ab obtuſioribus, ad ſubtiliores, pertingere queas. Nouenas etiam, nobilis ipſius animæ diſtinctiones, adiicito. Nouem igitur, trium ordinum corporales uides hominis differentias, quæ in ſe ſenſitiuum abſorbent lumen, ut uegetatione contententur. Nouem etiam mixtas conſpicis, ubi uirtus uiget ſenſitiua, ſenſibili ac corporali permixta. Nouem denique nobiliores differentias, ubi corporalis umbra, in diſcretiuum abſorbetur ſpiritum. Corporalis autem natura, gradatim ſurſum in ſenſitiuam pergit, ita quidem, quod ultimus eius ordo, propinquè cum ipſa coincidat ſenſitiua, ita quidem ipſa ſenſitiua, indiſcretiuam nobilitatur. Omnis autem ſenſatio, obuiatione exoritur. Vnde ut quædam ſenſationes, obuiatione contigentium, cauſantur: ita gradatim quædam, ex diſtantioribus incitantur obiectis. Odoratus, qui in ſuo perficitur organo: ob ſuam nobiliorem naturam, etiam à remotis offenditur, ut ſenſatio exoriatur. Adhuc auditus, ex remotiori. Viſus autem omnes excellit ſenſus, ut ex diſtantioribus obiectis ad ſenſationem incitetur. Pergit autem imaginatio, abſolutiori libertate, ultrà ipſam contractionem ſenſuum, in quantitate molis, temporum, figuræ, & loci: & minus atque plus, quàm ſenſitiua appræhendit, propinquiùs & remotiùs, atque ab ſens ambit, genus ſenſibilium nõ exiens. Ratio autẽ imaginationem pergreditur: ut uideat, Antipodes cadere non poſſe, potiusquàm nos, cũ graue ad centrũ moueatur, ꝙ inter eos & nos mediat. Hęc autẽ imaginatio non attingit. Ita quidẽ patet, rationẽ ſuperuehi imaginationi, uerius irreſtrictiuſq́ ad cuncta pergere. Intellectus autem ad rationem ſe habet, ut uirtus unitatis, ad finitum numerum, ut nihil eius uirtutem penitus aufugere, poſſit. Mirabile eſt hoc Dei opificium, in quo gradatim diſcretiua ipſa uirtus, à centro ſenſuum, uſque in ſupremam intellectualem naturam, ſuperuehitur, per gradus quoſdam, organicoſque riuulos: ubi continuè ligamenta tenuiſsimi ſpiritus corporalis, lucidificantur atque ſimplicantur, propter uictoriam uirtutis animæ, quouſque in rationalis uirtutis cellam pertingantur. Poſt quam quidem, in ſupremum ipſum intellectualis uirtutis ordinem, quaſi per riuum in mare, in terminum peruenitur, ubi chori quidam eſſe coniectantur diſciplinæ, intelligentiæ, atque intellectualitatis ſimpliciſſimæ. Humanitatis igitur unitas, cũ humaniter contracta, exiſtat omnia ſecundũ hanc contractionis naturã complicare uidetur. Ambit enim uirtus unitatis eius, uniuerſa, atque ipſa intrà ſuæ regionis terminos adeò coercet, ut nihil omnium eius aufugiat potentiam: quoniam omnia ſenſu, aut ratione, aut intellectu, coniectat attingi. atq́ has uirtutes, in ſua unitate cõplicare dũ conſpicit ſe ad omnia humaniter progredi poſſe ſupponit. Homo enim Deus eſt, ſed non abſolutè, quoniam homo. Humanus eſt igitur Deus. Homo etiam mũdus eſt, ſed non contractè omnia, quoniam homo. Eſt igitur homo μικρόκοσμος, aut humanus quidam mundus. Regio igitur ipſa humanitatis, Deum atque uniuerſum mundum, humanali ſua potentia ambit. Poteſt igitur homo, eſſe humanus Deus, atque Deus humaniter,

http://www.obrascatolicas.com

niter, poteſt eſſe humanus angelus humana beſtia, humanus leo aut urſus, aut aliud quodcũq;. Intrà enim humanitatis potentiam, omnia ſuo exiſtunt modo. In humanitate igitur, omnia humaniter, uti in ipſo uniuerſo uniuerſaliter, explicata ſunt: quòniam humanus exiſtit mũdus. Omnia deniq; in ipſa cõplicata ſunt humaniter, quoniã humanus eſt Deus. Nã humanitas unitas eſt, quę eſt & infinitas, humaniter cõtracta. Quoniam autẽ unitatis cõditio eſt, explicare entia, cum ſit entitas, ſua ſimplicitate entia cõplicans: hinc humanitatis extat uirtus, omnia ex ſe explicare intrà regionis ſuę circulum, omnia de potentia centri exerere. Eſt autẽ unitatis conditio, ut ſe finem explicationũ conſtituat, cum ſit infinitas. Nõ ergo actiuæ creationis humanitatis, alius extat finis, quàm humanitas. Non enim pergit extrà ſe dum creat, ſed dum eius explicat uirtutem, ad ſeipſam pertingit, neq; quicquàm noui efficit, ſed cuncta quę explicando creat, in ipſa fuiſſe comperit: uniuerſa enim, in ipſa humaniter exiſtere diximus. Sicut enim humanitas potens eſt, humaniter ad cuncta progredi: ita uniuerſa in ipſam, nec eſt aliud, ipſam admirabili uirtute, ad cuncta luſtranda pergere, quàm uniuerſa in ſeipſa, humaniter complicare. Audiſti autem Iuliane pater, de unitrino abſoluto principio, creatore uniuerſorum: quomodo ipſe, quia unitas ſeu entitas eſt abſoluta, in qua infinita æqualitas atq; connexio, hinc omnipotens creator. At quia infinita eſt æqualitas, in qua unitas & connexio, hinc uniuerſorum rector, ordinator, & gubernator. Quia uerò infinita cõnexio, in qua unitas, et æqualitas hinc uniuerſorũ cõſeruator, ita qdẽ de ipſe humanitate, cõtractè coniectandũ affirma. Eſt em̃ principiũ cõtractũ, creatiõis ordinis ſui, gubernatiõis, & cõſeruatiõis: quoniã eſt unitas, in qua æqualitas & connexio. Eſt æqualitas, in qua unitas & connexio. Eſt connexio, in qua unitas & æqualitas, terminis in ſua ſignificatione, in humanitatis contractionem, redactis. Quapropter in uirtute humanitatis, homo in ſuperiori parte ſenſibili, puta phãtaſtica, creat ſimilitudines aut imagines ſenſibiliũ, in qua unitas, in qua æqualitas & connexio. Ipſas uerò creatas imagines, ordinat atq; locat, quia æqualitas, in qua unitas, & connexio. Poſthæc ipſas conſeruat in memoria, quia connexio, in qua unitas, & æqualitas Ita quidem in regione intellectualium intellectualiter agit, creando, ordinando, & cõſeruando: ac in ipſa rationali media, pariformiter, Hęc autem omnino ad ſeipſum reflectit, ut ſe intelligere, gubernare, et cõſeruare possit, et ſic homo ad Deiformitatem, appropinquet, ubi cuncta, æterna pace quieſcunt.

De eodem. Cap. XV.

QVando autẽ uniuerſorum hominũ concordantias & differentias, coniecturis tuis aggredi proponis: attẽdere habes, ad uniuerſorum figuram, faciendo humanã ſpeciem, ſub illo maiori contrahi circulo. Tunc enim in ipſa humanitatis ſpecie, quoſdã uides abſtractiores cõtemplatiuos homines, in quadã cõuerſatione intellectualiũ & æternorum, principaliter, quaſi in ſupremo humantatis cœlo, uerſari: & hi ſunt, ut ipſius ſpeciei intellectus, circa ueri ſpeculationem uacantes. Sunt & alij, ut ſpeciei illius ratio, qui inferioribus quaſi ſenſibilibus præſunt: primi, ſapientes ſunt, quaſi lumina clariſsima atque caſtiſsima, ſpiritualis incorruptibilis mundi, effigiem ferentes: ultimi, ſenſibiles, quaſi brutales, cõcupiſcentiam atq; uoluptatem ſequẽtes: medij: à ſuperioribus influentiã claritatis participant, & inferioribus preſunt. In unitate itaque ſpeciei, has tres partes, hominum multitudinẽ, generaliter ſub tota ſpecie participare, conuenit. Deinde uerò, in ipſa religionis aut contemplationis parte, ſpecialiores trinas intueris differentias: quoniam aliqua eſt hominum multitudo, quæ eam altè atque nobiliter participat, ſupra omnem rationem & ſenſum, alia uerò quæ ipſam in rationabilitatem quandã cõtrahit, ut infima in ſenſibilitatẽ. Et quoniã omnibus hominibus ineſt (uti hac uia cõſpicis) à natura ſpecificata, religio quædã, altiorẽ immortalem finẽ promittẽs uariè (ut habes in uniuerſo) à mũdi huius inhabitatorib. participata: hinc primi abſtractiores intellectualibus, ipſam religionem, ſupra omnem rationem & ſenſum participantes, uitam

uitam expectant ſua excellentia, omnem rationis & ſenſus capacitatem ſupergredientem. Alij uerò ipſam fœlicitatem, infrà rationis metam redigentes, in rerum cognitione & fruitione, finem ponunt. Tertij, abſurdiſsimè in ſenſibilibus delectationib. Adhuc primi, triniter diſtinguuntur, ita & ſecundi, & tertij. Hac uia, generaliſsimam omniũ hominũ concordantiã, & differentiam gradatim intuere: quò ad religionẽ in cœlo tertio, quo ad præſidentiã, in ſecundo, quò ad ſubiectionẽ, in infimo. Eę autẽ partes, quæ à ſpecie trahuntur, & ſi in generalitate ſua, ubiq; indefinenter perſiſtant: capiunt tamen in ſpecialitate ſua mutationem, cum ueritatis præciſio, in coniectura tantum à nobis, uenari poſsit. In uaria igitur alteritate, unitas intellectualis illius religionis, recipitur, & in fluxibili multitudine rectorum ſecundi cœli, fluxibiliter: ita & præſidentialis, quę & rationalis ſpeciei unitas dicitur, in fluxibili multitudine ſenſibilium ſubiectorum, in uaria alteritatè mundi, inſtabiliter perſiſtit. Aduerte etiam, quod etſi religio, aut regimen, aliquàmdiu ſtabile uideatur, in aliqua mundi huius natione, nõ tamen in ipſa ſua præciſione. Fluuius enim Rhenus, ſtabiliter diu fluere uiſus eſt, ſed nunquàm in eodem ſtatu permanens, iam turbulentior, iam clarior, iam in augmento, iam in diminutione: ita etiam ut quàmuis uerum ſit dicere, ipſum & maiorem & minorem fuiſſe, & de maioritate in minoritatem ſenſim deueniſſe, tamen uti nũc eſt præciſè, nunquàm eum fuiſſe conſtat. Ita & religio, inter ſpiritualitatem & temporalitatem inſtabiliter fluctuat. Ita & de regimine, inter maiorem enim minoremue obediẽtiam, pendulè perſeuerat. Potes etiam, omnium huius mundi incolarum uarietatem, in complexione, figuris, uitijs, & moribus, ſubtilitate & groſsitie, coniecturaliter uenari, conſtituendo uniuerſorum circulum horizontem, ſeptemtrionem, meridiem, orientem et occidentem, intercipientem. In ipſo, meridiem altiorem, & ſeptemtrionem inferiorem, in medio, medium mundi ſtatuendo. Eſt igitur à ſeptẽtrione ad meridiẽ, aſcenſus humanæ ſpeciei, & de meridie uerſus ſeptemtrionem deſcenſus. Sic omnes homines, in ſupmo cœlo horizontem participãtes, in intellectu magis ſunt uigẽtes, medij, in ratione, infimi, in ſenſu. Magis igitur in ſeptẽtrionalibus iſtis regionibus, intellectus poſsibilitati & ſenſibilitati immerſus eſt, quaſi ſint homines ſenſibiles. In media, intellectus ratione uiget. In tertia, magis abſtractè. Hinc etiam in Indianis atq; Agypti regionibus, religio intellectualis, atq; abſtractæ Mathematicæ artes, præuaſuere. In Græcia, & apud Afros & Romanos, Dialectica, Rhetorica, atque Legales ſcientiæ, uiguerũt. In alijs ſeptemtrionalioribus, ſenſibiles mœchanicæ artes. Omnes tamen regiones, in his omnibus, ſuo quodammodo peritos habere neceſſe eſt, ut ſit una unius ſpeciei natura, in omnibus uariè participata. Sic quidem, cum ad corporales hominum diſpoſitiones, inueſtigationem conuertis, ad P. figuram attendis. Si hominũ colorem inquiris, ſeptemtrionale punctum, unitatem lucis efficias, meridionale uerò tenebrarum, & albos regionis ſeptẽtrionalis eſſe proſpicis, meridionales nigros, medios autem, uides medio modo ſe habere. Si complexiones inquiris, hac uia conſpicis, medios melius complexionatos, cum ibi extrema, ſint ad quandam unitatis combinationem, magis harmonicè atque concordanter redacta. In ſeptẽtrionalibus uerò, exceſſum conſpicis, frigoris atque humorum indigeſtorum. In meridionalibus, defectum in his uides, & in ſiccitate abundantiam, caloremq; in interioribus, magis uigere per contractionem eius ad centrum, in frigidioribus regionibus conſpicis, & plus in extremitatibus in calidioribus. Nutrimenta & operimenta, habitationes & conſuetudines, fortitudines corporales, infirmitates & defectus, uarietates formarũ & ſtaturæ, ſecũdũ locorũ differentiã ex his conijcere poteris. Sic ſi gentiũ uitia & uirtutes cõiecturaliter inquiris, ad idẽ reſpicis. Nã humanitas ipſa, ſub arctico polo aſcendendi initiũ facies, uerſus antarcticũ, ſub æquinoctiali ad altitudinem peruenit, atq; ad aſcẽſus finẽ. Aſcẽdit autẽ de hoc mundo ad alium. Pergit igitur quaſi homo, primo in ipſa creſcẽte ętate, deinde in ſtãte, deinde in decreſcẽte. Quapropter habitudo hominũ inferiorẽ gradũ tenẽtiũ, tertiã mũdi partẽ, & primã aſcẽſus mũdi partẽ inhabitãtiũ ad alios eſt, ut eſt hominis habitudo, in ętate ea qua adhuc uires corporis de potẽtia ad actũ exerit, intrà ſcilicet infantilẽ & uirilẽ ętatem. Variè igitur, uitia

http://www.obrascatolicas.com

tia quę huic tempori propria ſunt,& ſimiliter differenter huius ætatis uirtutes,hę ſeptentrinales regiones,participant. Aliæ enim ad uirilitatem ſunt propinquiores, aliæ ad infantilem,aliæ in his magis auſteræ gentes, magis maſculæ & dextrales, ut ſunt orientaliores. Aliæ magis fœmininæ, loquaces, leues, piæ,inconſtantes,ut occidentaliores. Ita quidem mediæ gentes inter uirilitatem & ſenectam, uitia illius ætatis atque uirtutes, uariè differenter, orientaliter & occidentaliter participant. Meridionaliores uerò, inter ſenectam & decrepitiam, uitia, uirtuteſque tenent. Tantum de his comparationibus, dixiſſe ſufficit, particularia diſtinctiùs ex his (ſi placet) inquirito.

Anima humana.

De humana anima. Caq. XVI.

PRimò ex ſæpé dictis,uniuerſum ex unitate alteritateque concipito, ipſumq; unum,in tres reſoluito regiones,ut magna tibi pandit figura.Dic itaque primæ regionis, ſimplices ipſas eſſe intelligentia, ubi abſorpta eſt tenebroſitatis alteritas, in lucis fulgore, infimæq; regiõis eas concipito naturas noſtras eſſe,quæ corporalitate ſua, lucem alterãt: medias uerò naturas (ſi placet) appellato, quæ medio modo,animæ enim medium tenent, ut ſit deſcenſus intelligentiæ, in inferiora per ipſas,inferiorumq; inſuperiora reflexus.Oſtendit autem tibi prior,paradigmatica figura, extrema uniri: ſupremam animæ ſcilicet naturam, cum infima intellectualis, atque eius infimam, cum ſuprema corporalis coincidere. Age igitur,ſi animarum differentias diſtinctiùs inquirere cupis, magnum circulum nunc uniuerſarum fingito animarũ,atque in huius uniuerſo,trinas radicales quadratas cubicaſque, inſpice, partitiones. Intelligentiam autem huius uniuerſi, unitatem ſimplicem concipe,ut Deum uniuerſaliter omnium:intueberis permanifeſtè,intelligentiam quadã uniuerſali coniunctione,quæ per maximum circulum figuratur,omnibus coniungi animabus:deinde generaliter,primæ regioni animarum,ſpecialiùs uerò ſupremo ordini,ſpecialiſsimè uerò, ſupremo choro quæ humana uocetur ſpecies. Omnes igitur animæ,unitatem intelligentiæ in alteritate participant, aliæ clariùs, aliæ uerò obſcuriùs: ſolum autem animæ ſupremæ, cum ipſa ſpecialiſsima unione, uniuntur.Et hæc quidem eſt participatio ipſa, qua ſupremum inferioris,in coincidentiam pergit, cum ipſo ſuperioris infimo.Animalia uerò,clarius participare intelligentias, quam uegetabilia,per medium animæ euenit. Habet autem animal ut genus, ſpecies plures,ſub ipſa unitate generis,ordinatim ut numeros progredientes,quorum hæc nobilior altiorq; exiſtit,quæ unitati propinquior. Anima igitur perfectioris ſpeciei animalis,in unitatem cum intellectuali pergens natura, ipſa eſt in ſe uirtualiter alias cõplicans,omnium animarum uigores,quaſi generis metallorum auri ſpecies perfectior,ſuo ualore,alias omnes metallicas ambit ſpecies,ut & in genere regnantium, regalis auctoritas, cæterorum ducum, comitum inferiorũq; rectorum, in ſe unit imperia.Sunt igitur omnium animalium ſpecies, humanæ animæ uirtutem unitam numeratim explicantes,eiuſq; naturam,uaria differentia contrahentes,alia clariori ratione alia tenebroſiori.Nullã tantum ſpecies, ad eius æqualitatẽ preciſam,attingere ualet. Ipſa autem humana anima, cum ſit infima, intellectualis natura, intellectualiter in potentia eſt,intellectualis autem potentia,lumen eſt rationis. Concipito itaque animam humanam,ut P figuram,ex intellectuali unitate, & ſenſuali alteritate. Deſcendente igitur lumine intelligentiæ in umbram ſenſualem, atque aſcendente ſenſu, in intellectum,per gradus trinos:medio loco duo exoriuntur, quæ rationis nomen habere ſuppono.Superior autem huius rationis portio,quæ intellectui propior reperitur,appræhenſiua,inferior uerò, phantaſtica ſeu imaginatiua (ſi placet) his aut aliis uocentur nominibus.Hæc ſunt animæ humanæ,quaſi quatuor elementa.Intellectus autem iſte in noſtra anima,eapropter in ſenſum deſcendit,ut ſenſibile aſcendat in ipſum. Aſcendit ad intellectum ſenſibile, ut intelligentia ad ipſam deſcendat. Hoc eſt enim intellectum deſcendere ad ſenſibile, quod ſenſibile aſcendere ad intellectum: uiſibile

uiſibile enim,non attingitur per ſenſum uiſus,abſente intentione,intellectualis uigoris.Hoc quidem experimur,dum ad alia intenti,prętereuntem non diſcernimus: ſenſus enim confuſè capit ſenſibile,in ipſum aſcendens,ſed non eſt ſenſatio formata atq; diſcreta, abſq; intellectu,in nos per medium rationis deſcendente,nec nos attingimus ſenſibile,ut tale,abſq; ſenſu:cæcus enim ſenſibilem colorem non attingit.Intellectus autem,qui ſecundum regionem intellectualem,in potentia eſt, ſecundum inferiores regiones,plus eſt in actu.Vnde in ſenſibili mundo,in actu eſt, nam in uiſu uiſibile,& in auditu audibile,actualiter appræhendit,in ſenſu autem ſenſus eſt,in imaginatione,imaginatio,in ratione,ratio. Non eſt enim anima aliud quàm nobilis quædam,atq; ſimplex unita uirtus.Quælibet autem pars uirtualis,de toto uerificantur.Virtus enim ſenſitiua,aut imaginatiua animæ noſtræ,cum ſit in anima, anima eſt: ut uirtus ducalis,aut commitalis in rege,regia eſt,ſicut regalis in duce,ducalis eſt.Anima etiam,cum ſit uiuificatio corporis,ipſa in pede,uiuificatio pedis eſt,in manu,uiuificatio manus eſt.Et cũ uiuificatio animę ſit anima, ipſa eſt unitas corporalis unientis alteritatis.Ex hoc eſt in qualibet parte,ut unitas in numero.Sicut enim uirtus, lapidem ſurſum projcientis,lapidem grauem eleuat & ea ceſſante,deorſum feſtinat:ita animæ uirtus,corpus mouet,& non eſt aliud mori quam uirtutem uiuificantem deficere.Eſt igitur anima in uiſu uiſus,in auditu auditus.Per hoc igitur quòd intellectus in ſenſu, in actu eſt,excitat admiratione, dormitans ratio,ut ad ueriſimile diſcurrat.Deinde intelligentia pulſatur,ut abſolutius à dormitante potentia,in cognitionem ueri, uigilantiùs erigatur,ſenſata enim in phantaſia dępingit,atq; dum eorum rationẽ inquirit,in actũ intelligendi,ueriq; notitiam pergit.Vnit enim alteritates ſenſatorum,in phãtaſia,uarietatem alteritatũ phantaſmatum,unit in ratione,uariam alteritatem rationum,in ſua unit intellectuali ſimplici unitate.Deſcendit unitas intellectus in alteritatem rationis,unitas rationis,in alteritatem imaginationis, unitas imaginationis,in alteritatem ſenſus.Complica igitur aſcenſum cum deſcenſu intellectualiter,ut appræhendas.Non enim eſt intentio intellectus,ut fiat ſenſus,ſed ut fiat intellectus perfectus,& in actu:ſed quoniam in actu aliter conſtitui nequit,fit ſenſus,ut ſic hoc medio,de potentia in actu pergere queat.Ita quidem ſuprà ſeipſum intellectus redit,circulari completa reditione,quaſi nobilis,qui in potentia militiæ exiſtens,quam ob paupertatem ad actũ deducere nequit,ſe ad tempus ſubjicit,ut ſic ea acquirat, per quam ſe in actu militiæ conſtituat.Non indigent diuites ipſæ nobiliores intelligentiæ ſenſibus,cum ſint ut ardentes,inconſumptibiles,& ſemper creſcentes ignes,quam extrinſeco excitatiuo uento,per ſenſibile flabellum,in ſufflando non egent,ut ardeant.In actu enim (quamuis differenter)exiſtunt.Sed cum noſtra intellectualis portio,ſit quaſi ſcintillaris ignis,inter uiridia ligna abſconſus,his indiget. Nec puta,nos homines qui ſenſu uigemus,aliquid attingere,intelligentias latitans.Intellectualiter quidem hoc attingunt,quod nos per ſenſum ſenſibiliter.Dum enim quis Romanã loquitur linguã,ego auditu uocem,tu uerò etiam in uoce,mentẽ attingis, Intelligentia uerò,ſine ſermone,mentẽ intuetur,ego enim irrationaliter,tu uero rationaliter,angelus intellectualiter.Verius igitur ſic,atq; perfectius,intuitione intellectuali,quam per ſenſibilem auditum, attingitur quæſitum.Aduerte etiam,ut intellectum ob ſua perfectione deſcendere,& reditione completa ad ſe reuerti,audiſti, ita de ſenſu cõcipe. Nam ob perfectionẽ uitę ſenſitiuæ,ſurſum ad intellectum pergit.Connectuntur igitur duo appetitus, naturalis & accidentalis,qui mutua circulatione adimplentur. Quoniam autem perfectio intellectus,eſt actu intelligere(poſſe enim intelligere dum ad actum pergit,perficitur)hinc intellectus,ex ſe intelgibile faciens,quod in intellectum progreditur,eſt ſuiipſius fœcunditas.Nam intellectum in ſpecies ſenſibiles deſcendere,eſt aſcendere eas, de conditionibus cõtrahentibus ad abſolutiores ſimplicitates:quantò igitur profundiùs in ipſis ſe immittit,tantò ipſæ ſpecies magis abſorbentur in eius luce,ut finaliter ipſa alteritas intelligibilis,reſoluta in unitatẽ intellectus,in fine quieſcat.Vnitas igitur intellectus,tãtò plus perficitur, quãtò plus

http://www.obrascatolicas.com

de potentia in actum progreditur: & quantò ignis potentior est in actu, tantò citiùs ignibile, de potentia in actum pergere facit, nec est aliud ignibile in ignẽ perducere, q̃ ignem se in ignibili profundare. Intellectus est in nobis, quasi semen ignis intellectualis, in rationi ignibili, ut materia collocatus. Vnde uti color non est uisibilis, nisi in unitate lucis, quia color lucis, est alteritas, alteritas aũt, nõ nisi in unitate attingibilis est, ita phantasmata, non nisi in luce rationis, intelligibilia sunt, phãtasmata enim alteritates sunt, unitatis rationis. Quãtò igitur phantasmata, sunt unitati rationis propinquiora: tantò magis intelligibilia, ut color magis uisibilis, qui lucí propinquior. Vnde uti flãma, quia in lumine absorpta, per se uisibilis est, et in eius lumine, alterationes lucis, puta colores, intuemur: ita quidem sunt conceptus, in rationis lumine absorpti, ut per se intelligantur, & alia obscuriora intelligibilia faciant, ut in per se notis constat principijs. Ratio igitur per se intellectui ingerit, ut lux uisui, et intellectus per se in rationem descendit, uti uisus in lucẽ pergit: hoc est enim rationẽ per se intelligibilem esse, intellectum in ipsam descendere. Sicut aũt unitas, per se in numerum pergit: ita ratio, in phãtasmata. Et uti numerus, non nisi unitate attingitur: ita intellectus, non nisi ratione mediante, phantasmata apprehẽdit. Aduerte igitur, qm̃ unitas per se est inattingibilis, alioquí præcisio, infinitũ, atq; inattingibile attingeret ratione, qd̃ est impossibile. Nõ igit̃ attingitur unitas, nisi mediante alteritate, sicuti unitas speciei, mediante alteritate indiuiduorum, atq; generũ unitas, mediante specierũ diuersitate. Neq; alteritas attingitur per se, ex eadẽ radice: unde nõ attingitur alteritas, nisi mediante unitate. Non enim attingitur indiuiduũ, nisi mediante specie, nec species, nisi mediãte genere, nec color, nisi mediante luce, nec sonus, nisi mediãte aëre, cum sonus sit alteritas, quieti aëris, nec sentitur dolor qui alteritas est, nisi in unitate continui aut cõplexionis. Dum enim unitas ipsa cõtinui dissoluitur & alteratur, aut unitas harmonica, cõplexionis alteritate quacũq; offenditur: discõuenientia in unitate sequitur. Et quoniã intellectũ constat unitatẽ esse rationis, quę ipsum in alteritate participat: hinc intellectus, ante alteritatem existens, nec tẽpori, quod ex ratione prodit, nec corruptibilitati subijcitur, cum sit rationalis alteritatis absolutior unitas. Non est igitur eius natura corruptibilis, cum rationẽ præueniat. Vbi uerò unitas absorbet alteritatem, ibi immortalitas. Quare & altior illa rationalis natura, quæ phantasmatũ alteritatẽ, in luce suæ unitatis absorbet, & in lumine immortalis intellectus occultatur: ita est immortalis, sicut lumen inumbratile. Sicut enim lumen ipsum, inquantum in se est, non potest non esse uisibile: ita ratio pura, non potest nõ intelligi. Et hæc est uita eius, atq; perfectio. Et in hoc differentiã rationis humanæ, atq; bestiarũ, uenari poteris, cur ipsa humana, in immortalitate uitæ intellectualis, quæ est semper intelligere, absorbetur, quia semper per se est intelligibilis, uti lumẽ per se uisibile. Non aũt alteritates lucis, puta colores, per se uisibiles sunt: sic nec alteritates rationis, quæ in alijs animalis speciebus, existunt, quare alterabiles & corruptibiles. Quoniam aũt homo diu cæcus, dum uidere incipit, primo hoc in luce experitur: hinc lux est alteritas spiritus uisiui, & non appræhendit uisus unitatem suã, nisi mediante alteritate. Lux igitur illa, quæ se ingerit in oculum, mediante qua se uidere apprẽhendit, est altera lux, à luce uisiui spiritus. Quando igitur fortitudo lucis uisiui spiritus, intrã se absorbet, lumen uisibile, transit uisibile in uisum. Quando aũt alteritas lucis uisibilis, sua fortitudine, absorbet debilitatẽ uisiui spiritus, transit unitas uirtutis uisiuæ, in alteritatem, & diuisionem. Ita quidem de uirtute intellectuali, & lumine rationis, cõiectandũ existimo. Nam ratio, alteritas intellectualis unitatis est, & nisi fortis fuerit, uirtus eius, sæpè in alteratione rationis, absorbetur, ut opinionem, uerum existimet intellectum. Sic & phantasmatum alteritas, sæpè rationem absorbet, ut id quod imaginatur homo, iudicet ratione ostensum. Ita & alteritas, sensus unitatẽ uirtutis phantasticę, aliquãdo absorbet, ut id quod sensu attingit, hoc esse iudicet, quod imaginatur: uti infans, informem adhuc phantasticæ habens uirtutem, mulierem quã uidet, matrem iudicat, quam imaginatur. Ita quidem & alijs debilibus, in hac uirtute, accidere solet. Intellectus igitur, qui est rationis unitas, ea ipsa ratione mediante, corpori

iungitur:

iungitur: corporalis enim natura, intellectualem, nõ nisi in alteritate, participare potest, à qua cum maximè distet, scalaribus medijs opus habet. Participat igitur corporalis natura, intellectualẽ ipsam, in alteritate lucis rationis, per medium uegetatiuũ, atq; sensuale. Ascendit aũt sensibile per organa corporalia, usq; ad ipsam rationem, quę tenuissimo atq; spiritualissimo spiritu, cerebro adhęret. Alteritas autem, quę in ratione recipitur, unitate ipsius rationis, quę alteritas est intellectus, mediante, in intellectũ ab omni organo liberum absumitur. Et quoniam huius rationis ascensus, descensus est intellectus: ob hoc, absolutus intellectus, dũ in alteritate rationali, uenatur ueritates ipsas, ut à phantasmatibus eleuatas sursum amplectitur. Quare cum sic à sensibilibus ortum capiat, absolutus uerus esse nequit, sed secundum quid: nam in ratione uerus est, secundum rationem, in imaginatione secundũ imaginationem, in sensu secundũ sensum. Dum autem res abstractiùs, extrà omnem rationis alteritatem, in sua simplici intellectuali natura, intuetur: eas extrà ipsa phantasmata, in claritate ueritatis, amplectitur. Intellectus enim, alteritas est infinitę unitatis. Quantò igitur ipse intellectus, à sua alteritate se altius abstrahit, ut in unitatẽ simplicissimã, plus ascendere queat: tantò perfectior, altiorq; existit. Nam cum omnis alteritas, non nisi in unitate attingibilis sit, non potest intellectus seipsum, qui alteritas est, cum nõ sit diuinus absolutissimus intellectus, sed humanus, nisi in ipsa diuinissima unitate, uti est intueri. Non enim intellectus seipsum, aut aliquod intelligibile uti est, attingere poterit, nisi in ueritate illa, quæ est omnium unitas infinita, nec potest ipsam unitatẽ infinitã intueri, nisi in intellectuali alteritate. In seipso igitur, intellectus intuetur unitatem illam, nõ uti est, sed uti humaniter intelligitur: & per ipsam quam sic intelligit in alteritate, se eleuat, ut absolutius in eam, uti est pergat, de uero, ad ueritatem, æternitatem, & infinitatem. Et hæc est ultima perfectio intellectus, quoniã per theophaniam, in ipsum descendentẽ, continuè ascendit, ad approximationem assimilationis diuinæ, atq; infinitæ unitatis, quæ est uita infinita, atq; ueritas & quies intellectus. Est aũt ipse adeò subtilis naturæ, ut quasi in puncto centrali, indiuisibilem sphæram intueatur. Dum est cõtractus in ratione, ipsam sphæram intuetur in ratione illa, quæ habet, omnes lineas à centro ad circumferentiam esse æquales. Dum in phantasia ipsum intuetur, ipsam rotundam atq; corpoream imaginatur. Sensus autem uisus non sphæram, sed partem eius tantum potest intueri, sed per rationem, partem cum parte componentem, attingit. Vnde sicut ueritas intellectualis, per rationem in sua præcisione, est inattingibilis: ita ueritas rationis, est sensibiliter incontrahibilis, semper enim defectũ, in alteritate esse necesse est. Vnitas enim, non aliter in alteritate, q̃ cum casu à præcisione & ęqualitate reperibilis est, aliter enim nõ esset alteritas, si esset prę cisa æqualitas. Quapropter, nec ratio circuli, est uerus circulus intellectualis, non enim ab eo, circulus intellectualiter uerus iudicatur: quia à cẽtro eius ad circumferentiã, lineæ sunt æquales. Sed hæc rationalis definitio, intellectualis circuli est, ad uerũ se habens circulum, ut signum ad signatum, & alteritas ad suam unitatem, aut cõpositum ad simplex, seu explicatio ad complicationem, aut cõtractum ad absolutum. Circulus enim in contracto esse, uia rationis aliter esse nequit, in unitate autẽ sua absolutiori, absq; alteritate linearum & circumferentię, intelligibiliter existit. Sicut aũt ratio in unitate intellectus, à priori demonstratiuè discurrit: sic intellectualis nostra cognitio, uerior esse non posset, si in unitate absoluta quæ ueritas est, alteritas omnis conspiceretur, non ut alteritas, sed ut unitas, quantò hoc absolutius, præcisiusq; à diuino munere concederetur: præcisissimè enim hoc solum, per diuinũ ipsum intellectũ, qui est ipsa præcisio absoluta, fieri potest, ipse est solus, omne quod in omni intellectu intelligit, & in omni intelligibili intelligitur. Habet igitur hæc intellectualis cognitio, se in perfectione actuali ad alias, ut corpus ad superficiem, lineam & punctum: sed in subtilitate, ut punctum ad lineam, superficiem & corpus, punctualiter quidem atq; subtiliter, & perfectè simul amplectitur uerũ, rationalis uerò cognitio contractior, atq; perfectior, ut superficies, subtilis: ut linea. Imaginatiua uerò cognitio contracta magis, perfecta, ut linea, grossa, ut superficies. Sensitiua uerò cognitio,

http://www.obrascatolicas.com

indiuidualiter contractissima est, imperfectissima, ut punctum, grossissima, ut corpus. Hæ autem cognitiones, uariantur diuersimodè, secundum uarietatem organorum & spirituum, uirtutem deferentium, & uarietatem unitatis, per quam in alteritatem deuenitur. Si enim medium diaphanum, per quod alteritas lucis, in uisum ascendit, est alteratum colore rubro uel alio: huius coloris res uisa, apparet, quoniam ipsa nõ attingitur, in unitate simplici, puta luce pura, sed in luce alterata in diaphano, puta beryllo, aut uitro, aut flamma, uel radio colorato uel alterato. Ita intellectus, phantasmata pura non attingit, nisi pura & libera fuerit ratio. Si unita sit alteritati phantasmatum, in corrupta & alterata ratione, iudicium eius corruptũ est, ut uidemus, quando auctoritati ratio alligata est, tunc enim alterata est, & contracta, à sua puritate, & secundum eam corruptum fit iudicium. Quare perturbati recto carent iudicio, cum lumen rationis, in ipsis sit contractum & alteratum: sicut gustus, per humidum salituale corruptum, iudicat corruptè, dulce scilicet amarum, & sic de reliquis.

De sui cognitione. Cap. XVII.

Cognitio sui.

SVmmariam tuiipsius coniecturalem cognitionem, ex his facilè elicies, ut nũc tibi ex superfluis pandam. Primò quidem Iuliane pater, te hominem unũ esse, non dubitas, hominem uerò ab humanitate dici, ut ab albedine album, nõ ambigis: humanitatem autem, unitatem quandã in alteritate participabilẽ, clarè conspicis: cum me quidem hominem, atq; alium à te, atq; singulis conspicis indiuiduis. Humanitatem uerò, indiuidualiter in alteritate contrahibilem, alteritatem absolutioris esse unitatis, in ipsius & leoninitatis & equinitatis alteritate, aduertis. Absolutissimam igitur, atq; penitus incontrahibilem, primam conspicis unitatẽ seu entitatẽ, quæ in alteritate uaria incontrahibiliter participatur. Atq; ut exemplo uisibilia iuueris, imagineris huius uisibilis mũdi simplicissimam unitatem, incontrahibilem lucẽ esse, in cuius alteritate participationis, uisibilia omnia id sunt quod sunt. Color igitur, huius lucis alterata extat participatio. Sit igitur circulus uniuersi, coloris ambitus: color autem, non nisi contractè existere potest, quoniam eius unitas absoluta, ipsa cadens in alteritate contrahitur. Tres igitur regiones cõtractionis coloris, cum eorũ finalibus nouenarijs notato differentijs, supremæ regionis coloris contractio talis resultabit, in qua absolutioris lucis participatio, in clara resplendẽtia, umbrales alteritates, occultat. In fine uerò regionis, conditio huic contrariabitur: in tenebras enim ingrediẽs, lucis participatio absorbetur, media uerò regio, medio se habet modo. Intuere has regiones distinctius inter trinis distinctionibus. Ita quidem Iuliane, pari passu, si lucem diuinitatem, colorem humanitatem, uisibilem mundum uniuersum ipsum feceris, teipsum in figura inquire, & an de suprema, media an infima regione existas, inspicito. Ego enim teipsum arbitror humanitatem in suprema ipsa, atq; in ipsius supremæ regionis nobili specie, in participatione clariori diuinæ lucis, contrahere. Hac enim patula quadam uia, aliorum hominũ comparatione, de seipso coniecturam, quisq; facere poterit. Dum autem te in ordine humanitatẽ contrahentium, participatione absolutissimæ unitatis, inueneris: aduerte humanitatem tuã, uniuersum esse tuum, ambire, teq; diuinitatem in eius contractione participare. Diuinitas autem, est unitas infinita, æqualitas, atq; connexio. Ita quidẽ, quòd in unitate sit æqualitas & connexio, in æqualitate unitas & connexio, in connexione unitas & æqualitas. Finge igitur, contractam tuam humanitatem, in qua diuinitatẽ ipsam participas, circulum uniuersorum, atq; ad regiones, regionũq; partitiones ordinatim, inspicito, quomodo quidẽ in ipsa suprema humanitatis tuæ natura, diuinitatẽ ipsam supremè participas, in infima uerò infimè, in media medio quodam modo. In nobiliori quidem natura, ipsam secundum eius regionis cõditionem participas, nam intellectualiter: in media, rationaliter: in infima, sensualiter, prout hę regiones, in circulo contractæ humanitatis tuæ, cadunt. Quoniam autẽ lumen diuinitatis participare intellectualiter, est unitatem participare, in qua æqualitas & cõnexio, hoc est autem esse intellectuale, quod est intelligere: participas igitur diuinitatem in lumine intelligentiæ, ut te scias superno dono intelligentiam habere, eamq; esse tantò intellectualiter

maiorem: quantò magis una fuerit, tali quidem unitate, in qua æqualitas & cõnexio. In unitate igitur, est intelligentia magna, ita in æqualitate unitatis, ita & in connexione amborum, sed in ipsa unitate, in qua æqualitas & connexio, ibi quidẽ maxima. Participas siquidem diuinitatẽ intellectualiter, in æqualitate, in qua unitas & connexio, & hoc quidem lumen est iustitiæ. Quantò igitur æqualitatem absolutam, in qua unitas & connexio, intellectualiter plus participas, tantò Deiformior. Participas etiam ipsam diuinitatem in connexione, in qua unitas & æqualitas, hoc est autem amoris lumen. Quanto igitur amorem ipsum, in quo unitas & æqualitas plus participas intellectualiter; tanto secundum intellectualẽ atq; altiorẽ tuæ humanitatis naturam, diuinior eris. Sis autem attentus in his omnibus, ut terminis secundum traditas regulas utaris. Dum enim de diuinitate per terminos locutus sum, eos ad eius naturam transsumas. Ita quidem dum de intellectuali regione tibi conceptum aperui, terminos eius regionis legibus constringas. Post hoc, ad alias te pari forma regiones conferas, ut in rationali parte tua inspicere queas, quando ipsa ratio tua, diuinitatem ipsam suo participas modo: ea enim quæ intellectus intellectualiter participat, illa quidem & ratio suo modo, sic etiam sensus secundum suæ conditiones naturæ. Vides nunc Iuliane, quando unitas tua, in contracta humanitate unitrinum lumen, in tribus ipsis regionibus, uariè participat, atq; quando in ipsa suprema tuæ naturæ nobilitate, unitatem seu entitatem supremam, quæ est uirtus æqualificandi, atq; etiam connexionem supremam, quæ uirtus est connectendi seu amandi, supremę participas, hoc est intellectualiter: ita quidem hanc unitrinam uirtutem, mediocriter etiam in regione media, participas. Quapropter, uirtutem rationaliter essendi seu discernendi, rationaliterq; æqualificandi seu iustificãdi, atq; connectendi seu amandi, te participare contractè conspicis: sicut etiam secundum infimam ipsam regionem, sensibiliter essendi seu sentiendi, sensibiliter æqualificandi seu iustificandi, sensibiliter connectendi seu amandi. Hæ quidem participatæ uirtutes, in tuæ humanitatis uirtute complicantur. Quoniam autem in participatione unitatis aut entitatis, simul & æqualitas, connexioq; participatur, quæ in ipsa unitate existunt: hinc in participata intellectus tui unitate, existit uirtus æqualitatis & connexionis intellectus: hoc est, intelligendi uirtus, atq; uirtus connectendi, amandiue, quam ex intellectu eiusq; intellectione procedit: amat enim intellectus intelligere suum, intellectus enim amor, intellectum & ipsum intelligentem supponit, quo quidem modo, de ratione sensuq; dicendum. Habes ergo Iuliane pater, te uirtutem eam participare, quam in se gestat æqualitatis, atque connexionis naturam; ut sic intellectus tuus, diuinum esse, suo modo participans, in eius æqualitate intelligere, amplectiq; possit intellectum, ut non aliud sit tuum intelligere, quàm æqualitas, participatæ unitatis tui intellectus. In æqualitate igitur, seu similitudine diuini luminis intellectualiter participati: te noscas intelligendi uirtutem affecutum, ita quidem ut ratiocinandi, sciendiq;. Quoniam autem tantò perfectiùs unitas ipsa participatur, quantò æqualitas connexioq; in ipsa maior fuerit hinc intelligere atq; connectere, sine perfectione unitatis intellectus, nequeunt adaugeri. Inclinatur igitur intellectus, ad intelligere & amare, ut perficiatur natura eius, ita ratio, ad ratiocinari, sensus, ad sentire. Et quo euenit, quod intellectus, sibi intellectuales artes; quæ speculationes sunt, studet adinuenire, pro nutritione, conseruatione, perfectione, ornatuue suo, quibus se iuuare possit, ac uti. Has speculatiuas scientias, exerit ex lumine participato intellectualiter: ita ratio, ratiocinandi artes, ex lumine rationaliter participato, elicit: & sensus, sensibiles artes pro nutritione, conseruatione, perfectione, ornatuq; sensibilis naturæ, ex sensibiliter participato trahit lumine, nec ita quæ sæpè audisti negligas, ut participatione diuini luminis in ratione post intellectum, atq; eius medio, sic & in sensu per rationem concipias. Vides aũt Iuliane pater, quomodo Dei similitudo existis. Humanitas enim in te contracta, unitrina est, nam est unitas seu entitas, indiuidualiter quidem contracta, in qua æqualitas & connexio: per entitatem enim humanitatis, homo exi-

http://www.obrascatolicas.com

ſtis, ita quidem quod in ea ipſa entitate, ſit entitatis æqualitas, iuſtitia ſeu ordo, connexio ſeu amor. Nam ſecundum æqualitatem unitatis, omnia quæ in te ſunt, iuſtiſsimè ordinata ſunt, in ipſa unitate: membra enim omnia, iuſtitiam, ordinem æqualitatis, unius tuæ entitatis, habere manifeſtum eſt; membra quidem corporalia: ad corpus ipſum, corpus ad animam uitalem, uitalis ad ſenſibilem, ſenſibilis ad rationalẽ, rationalis ad intellectualem, atq; omnia, ad unitatem humanitatis tuæ. Et quomodo in ipſa unitate, eſt iuſtitialis ille ordo, ita quidẽ & connexio amoroſa, in unitate. Connexio enim in ipſa entitate, eſt ut omnia ſint unus homo, poſtquàm enim connexio ipſa, in unitate eſſe deſinit, unum tuum humanum eſſe, ſimiliter deficere neceſſe erit. Nunc tibi hæc in teipſo notiſsima ſunt, quòd nec contractum quodcunq; eſſe, aliter eſſe poteſt, quàm per unitatem, in qua æqualitas & connexio: in teipſo igitur, ad omnium notitiam pergis, ut cuncta ſcias unitrinitatem abſolutiſsimã, uariè participare. Ordinem etiam uniuerſorum in unitate, ex te elicis, ut non aliter iuſtitiam uideas, niſi in eo ordine, qui eſt in unitate. Non eſt enim iniuſtum, imò æquiſsimum eſt, caput tuum ſurſum, atq; in eo cerebrum, oculos, aures, cæteraq; gradatim atque pedes deorſum eſſe: quoniam ſurſum & deorſum, totusq; hic membrorum ordo, ad unitatem reſolutus, non niſi æquiſsimus eſſe poteſt. Aequiſsimus igitur atq; iuſtiſsimus eſt hic ordo, qui in unitate exiſtit. Ille uerò ordo, qui ad diuiſionẽ, alteritatemq; tendit, iniuſtiſsimus eſt, diuinitatiq; contrarius. Elicis ex teipſo, hanc quidẽ amoris connexionem firmiſsimam eſſe, quæ eſt in unitate: nam amorem, connexionemue, unitatem dicere uides. Vnit enim amor, amantem cum amabili. Non eſt autem amor ſeu naturalis connexio, qua caput corpori tuo unitur, alius amor, quàm ille qui ex unitate atq; æqualitate procedit. Connectuntur igitur à radice entitatis tuæ, & æqualitate ordinis ad ipſam unitatem. Vides igitur, non eſſe amorem diuinam connexionem participantem, qui eſt extrà unum & ordinem ad unum. Nihil igitur uniuerſi diligendum eſt, niſi in unitate atq; ordine uniuerſi. Nullus homo amandus eſt, niſi in unitate atq; ordine humanitatis. Nec eſt homo generaliter diligendus, niſi in unitate atq; ordine animalitatis, ita de ſingulis. Ex teipſo igitur, dilectiones Deiformes intueri ualebis. Nam conſpicis Deum, qui eſt infinita connexio, nõ ut contractum amabile aliquod, diligẽdum, ſed ut abſolutiſsimum infinitum amorem. In eo igitur amore, quo Deus diligitur, eſſe debet ſimpliciſsima unitas, infinitaq; iuſtitia. Neceſſe eſt igitur, omnem amorem, quo Deus amatur, minorem eſſe eo, quo amari poteſt. Cognoſcis etiam hoc eſſe Deũ amare, quod eſt amari à Deo: cum Deus ſit Charitas. Quantò igitur quis Deum plus amauerit, tantò plus diuinitatem participat. Ita etiam diuini luminis participatione, hoc iuſtum atq; æquum eſſe conſpicis, quod in ſe unitatem connexionemq; continet, dum lex ab unitate atq; connexione recedit, iuſta eſſe nequit. Hæc lex, quod tibi uis fieri alteri fac, æqualitatem unitatis figurat. Si iuſtus eſſe uelis, non aliud te agere neceſſe eſt, quàm quòd ab ea æqualitate non recedas, in qua unitas eſt, & connexio. Tunc quidem æqualiter in unitate amoreq;, feres aduerſa, paupertates & diuitias, honores aut uituperia, nec ad dextram aut ſiniſtram, euagaberis, ſed æqualitatis medio tutiſsimus eris. Nihil tibi graue, aduerſumue euenire poterit, ſi id omne quod ſenſibus aduerſum uidetur, intelligis, atq; ita amplecteris, in æqualitate unitatis eſſendi atq; amandi, ferendum, cum hoc ſit diuinitatem nobiliter fœliciterq; participare. Vides autẽ in ea ipſa æqualitate iam dicta, omnem moralem complicari uirtutem, nec uirtutem eſſe poſſe, niſi in huius æqualitatis participatione exiſtat. Poteris multo me amplius, participatum unitrinum diuinitatis lumen, in te contemplari, qui dudum uita æquali, te à diſtrahentibus mundanis, ad iuſtitiam colendam tranſtuliſti, nec meas coniecturales has ineptias tibi pandere præſumpſiſſem, ſi eas te non ſciuiſſem, per ipſam ſæpedictam æqualitatis legem, in unitate amoris ſuſcepturum.

Secundi libri de Coniecturis finis.

Confratri

CONFRATRI CONrado Vuartobergenſi, Canonico monaſterij Memphelti, deuoto ſacerdoti, Nicolaus de Cuſa, præpoſitus eiuſdem loci: De Filiatione Dei.

TAndem me compulit ſtudij tui feruentia, ut crebris monitis tuis, aliquando reſpondeam. Sanè à me flagitare uideris, quid ego de Filiatione Dei conijciam, quæ per ipſum altiſsimum Ioannem Theologum, à radio æterno nobis dari publicatur, cum dicit: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ijs qui credũt in nomine eius. Confrater meritò colende, recipe eo pacto id quod occurrit, ut non putes me quicquàm ijs adijcere, quæ in præteritis meis legiſti cõceptibus. Nihil enim in intimis etiam remanſit præcordijs, quod non illiſipſis mandauerim literis, meas generales qualeſcunq; exprimentibus coniecturas, fortè tu ipſum, in dicendis experieris. Ego autem ut in ſumma dicam, nõ aliud filiationem Dei quàm Deificationem, quæ & θεωσις Græcè dicitur, æſtimandum iudico. Theoſin uerò tu ipſe noſti, ultimitatem perfectionis exiſtere, quæ & notitia Dei & uerbi, ſeu uiſio intuitiua uocitatur. Hanc enim ego, Theologi Ioannis ſententiã eſſe arbitror, quomodo λόγος ſeu ratio eterna, quæ fuit in principio Deus apud Deum, lumen homini dedit rationale, cum ei ſpiritum tradidit, ad ſui ſimilitudinem. Deinde declarauit, uarijs admonitionibus uidentium Prophetarũ, atq; ultimo per Verbum, quod in mundo apparuit: lumen ipſum rationis, eſſe uitam ſpiritus, atq; quòd in ipſo noſtro ſpiritu rationali, ſi receperimus Verbum ipſum diuinum, oritur filiationis poteſtas, in credentibus. Hæc eſt ſuperadmiranda diuinæ uirtutis participatio, ut rationalis noſter ſpiritus, in ſua ui intellectuali, hanc habeat poteſtatem: quaſi ſemen diuinum ſit intellectus ipſe, cuius uirtus, in credente in tantum aſcẽdere poſsit, ut pertingat ad theoſin ipſam, ad ultimam ſcilicet intellectus perfectionem, hoc eſt ad ipſam appræhenſionem ueritatis, non uti ipſa ueritas eſt obumbrata, in figura & ænigmate, & uaria alteritate, in hoc ſenſibili mundo, ſed ut in ſeipſa intellectualiter uiſibilis. Et hęc eſt ſufficientia ipſa, quam ex Deo habet uirtus noſtra intellectualis, quæ ponitur per excitationem diuini uerbi in actu apud credentes. Qui enim nõ credit, nequaquàm aſcendet, ſed ſeipſum iudicauit aſcendere nõ poſſe, ſibijpſi uiã præcludendo. Nihil enim ſine fide attingitur, quæ primo, in itinere uiatorem collocat. In tantum igitur noſtra uis animæ, poteſt ſurſum, ad perfectionem intellectus ſcandere, quantũ ipſa credit. Non eſt igitur uſq; ad Dei filiationem, aſcenſus prohibitus, ſi fides adeſt. Et cum filiatio ipſa, ſit ultimum omnis potentiæ, non eſt uis noſtra intellectualis, citrà ipſam theoſim, exhauribilis, neq; id ullo gradu attingit. quod eſt ultima perfectio eius, citrà quietem illam filiationis lucis perpetuæ, ac uitæ gaudij ſempiterni. Arbitror autem hanc Dei filiationem, omnem exire modum intuitionis. Nam cum nihil in hoc mundo, in cor hominis, mentem, aut intellectum, quantumcunq; altũ & eleuatum, intrare queat, quin intrà modum contractum maneat, ut nec conceptus quiſquàm gaudij, lætitiæ, ueritatis, eſſentiæ, uirtutis, ſuijpſius intuitionis, aut alius quicunque, modo reſtrictiuo carere poſsit, qui quidem modus, in unoquoq; uarius, ſecundum huius mundi conditionem, ad phantaſmata retractus erit, cum de hoc mundo abſoluti fuerimus, ab his etiam obumbrantibus modis releuatus, ſic ſcilicet, ut fœlicitatem ſuam intellectus noſter, ab his modis ſubtrahentibus liberatus, ſua intellectuali luce, diuinam uitam nanciſcatur, in qua licet abſq; ſenſibilis mundi contractis ænigmatibus, ad intuitionem ueritatis eleuetur, non erit tamen hæc ipſa intuitio, ſine

Fili. ad Deũ.

http://www.obrascatolicas.com

modo illius mundi. Nam ait theologus, quomodo rationis lumen, in omnibus recipientibus Verbum, & credentibus, potestatem ipsam habet, ad filiationem Dei pertingendum. Igitur filiatio ipsa, in multis filijs erit, à quibus uarijs participabitur modis: multitudo enim, unitatem uariè participat, in uaria alteritate, cum omne existens in alio, aliter esse necesse sit. Non igitur erit filiatio multorum sine modo, qui quidem modus, adoptionis participatio fortè dici poterit. Sed ipsa Vnigeniti filiatio, sine modo in identitate naturæ patris existens, est ipsa superabsoluta filiatio, in qua & per quam omnes adoptionis filij filiationem adipiscentur. Nunc id optarè uideris, ut te qualicunq; modo eò ducam, ubi uidere queas, quid sit illud ineffabile gaudium, filiationis. Quãuis non expectes, ipsum posse sufficienter exprimi, quod omnem mentem exuperat, maximè cum coniecturis incumbentes, ænigmatum modos transilire non ualeamus, uereor præsumptuosa audacia notari peccator homo, officium purgantissimarum mentium subeundo, non tamen me sinit silere, magnus tibi complacendi affectus. Accipe igitur breuissimè, quod nũc conijcio. Non arbitror nos fieri sic filios Dei, quòd aliquid aliud tunc simus quàm modò, sed modo alio id tunc erimus, quod nunc suo modo sumus. Vis enim intellectualis, quę recepit lumen actuale diuinum, per quod uiuificata est per fidem, attrahit continuam influentiam eius, ut crescat in uirum perfectum. Virilitas autem non est de mundo puritiæ, ubi adhuc homo crescit, sed de mundo perfectionis. Idem est puer qui & uir, sed non apparet in puero, qui seruis connumeratur ipsa filiatio, sed in adulta ætate ubi conregnat patri. Idem est ille qui nũc in scholis est, ut proficiat, & ille qui post hoc, Magisterium adipiscitur. Hic quidem studemus, ibi magistramur. Studemus autem eo modo (ut ait Theologus) quia recipimus uerbum rationis, à magistro cui credimus, quia uerax est magister, & rectè nos docet, confidimusq; posse proficere, & quia recipimus uerbum eius & credimus, docibiles Deo erimus. Per hoc in nobis potestas exoritur, posse ad magisterium pertingere, quod est filiatio. Docet pictor discipulum, particulares plures formas, stilo exarare, & cum uniuersas norit, tunc demum, transfertur de schola ad magisterium. Est autem magisterium, transsumptio scientiæ particularium, in uniuersalem artem, inter quæ nulla cadit proportio. In hoc mundo studemus per medium sensuum, qui particularia tantum attingunt, transferimur de mundo sensibili particularium, ad uniuersalem artem, quæ est in mundo intellectuali. Vniuersale enim est in intellectu, & de regione intellectuali. In hoc mundo in uarijs particularibus obiectis, ut in uarijs libris, uersatur studium nostrum. In mundo intellectuali, non est nisi obiectum unum intellectus, scilicet ueritas ipsa, in quo habet magisterium uniuersale. Nam nihil in uarijs obiectis particularibus quærit medio sensuum, intellectus in hoc mundo, nisi uitam suã & cibum uitæ, scilicet ueritatem, quæ est uita intellectus. Et hoc est magisterium quod in studio huius mundi querit, scilicet intelligere ueritatem, imò habere magisterium ueritatis, imò esse magister ueritatis, imò esse ars ipsa ueritatis, sed non reperit artem ipsam, sed ea particularia, quæ artis opera existunt. Transfertur autem de schola huius mundi, ad regionem magisterij, & efficitur magister seu ars, operum huius mundi. Quietatur igitur studium uitæ & perfectionis, atque omnis motus intellectus, quando se comperit in ea regione esse, ubi est magister omnium operum operabilium, scilicet filius Dei, Verbum illud, per quod cœli formati sunt, & omnis creatura, & se similem illi. Est enim tunc in ipso, ipsa Dei filiatio, quando in eo est ars illa. Imò ipse est ars illa diuina, in qua, & per quam sunt omnia: imò ipse est Deus, & omnia modo illo quo magisterium adeptus est, quod attenta meditatione aduertas. Scientia namq;, uniuersali sua acceptione, omnia scibilia, Deum scilicet, et quicquid est, ambit. Doctus autem scriba, qui est magisterium uniuersalis scientiæ adeptus, habet thesaurum, de quo proferre potest, noua & uetera. Intellectus igitur illius, secundum modum magisterij, ambit Deum & omnia: ita ut nihil eum aufugiat, aut extrà ipsum sit, ut in ipso omnia sint ipse intellectus, ita quidem de alio docto scriba, est hoc ipsum suo modo, atq; ita in cunctis. Quapropter, quantò in hac schola, huius

Vir.
Puer.
Discipulus.
Magister.

ius sensibilis mundi, diligentior quis fuerit, in exercitatione intellectualis studij, in lumine uerbi magistri diuini: tantò perfectius magisterium assequetur. Vnde cum magisterium quod quærimus, & in quo est uitæ intellectualis fœlicitas, sit uerorum & æternorum, si spiritus noster intellectualis euadere debet, in perfectum magistrũ, ut in seipso æternaliter possideat, delectabilissimam uitam intellectualem: oportet ut studium eius, non adhæreat umbris temporalibus sensibilis mundi, sed illis perfunctorie pro studio intellectuali utatur, prout pueri in scholis, utuntur materialibus, & sensibilibus scripturis. Nam in ipsis materialibus literarum figuris, non est studium eorum, sed in ipso rationali eorum significato. Ita quidem uocalibus sermonibus, quibus instruuntur, ipsi intellectualiter, non sensibiliter utuntur: ut per signa uocalia, ad mentem magistri pertingant. Sed si qui in signis potius delectantur, ad magisterium Philosophiæ non pertingent, sed ut ignorantes, in scriptores, pictores, prolocutores, cantores, uel citharœdos, degenerabunt. Tali quadam similitudine admonemur nos, qui ad filiationem Dei aspiramus, non inhærere sensibilibus, quæ sunt ænigmatica signa ueri: sed ipsis ob infirmitatem nostram, absq; adhæsione coinquinationis ita uti, quasi per ipsa nobis loquatur magister ueritatis, & libri sint, mentis eius expressionem continentes. Et tunc in sensibilibus, contemplabimur intellectualia, & ascendemus quadam improportionali comparatione, de transitorijs & fluidis temporalibus, quorum esse, est in instabili fluxu, ad æterna, ubi rapta est omnis successio, in fixam quietis permanentiam, & uacabimus circa speculationem ueræ, iustæ, & gaudiosæ uitæ, sperantes nos procul ab omni inquinamento deorsum trahente, quantum possimus, cum ardenti desiderio studij circa ipsum, eam ipsam uitam magistrali adeptione hinc absolutos, introire: hoc est gaudium Domini, quod nemo tollere poterit, quando intellectuali gustu, uitam incorruptibilem nos attigisse, compræhendimus. Et hæc est quidem ipsa summa delectatio, quasi dum gustamus suauissimo sensu, cibum uitæ, quem famelicè appetimus: comedit enim infecto palato infirmus, saporosissimos cibos, sed quia uiuacitas sensus, non sentit suauitatem saporis, uiuit in ærumna, cum fatigatione, tristitia, & labore, & est illi pœna cibum masticare. Qui uerò purgato & sano palato esurit, delectabiliter, & cum uoluptate cibatur. Tali quadam licet remotissima similitudine, gaudium est filijs Dei, absque intermissione: quando non solum intellectualis uita, non corrumpitur adnihilatione, ob suam incorruptibilem naturam: sed & uiuit intellectuali gustu, quo se is uiuere sentit, uita uera intellectuali, quem pura ueritas sempiternè reficit. Fortè te pulsat sæpè auditum, Deum incompræhensibilem, ac quòd filiatio, quæ est appræhensio ueritatis, quæ Deus est, attingi nequeat. Arbitror te satis intellexisse ueritatem, in alio non nisi aliter posse compræhendi. Sed cum illi modi theophanici, sint intellectuales, tunc Deus (etsi non uti ipse est attingitur) uidebitur tamen sine omni ænigmatico phantasmate, in puritate spiritus intellectualis, & hæc ipsi intellectui clara est atque facilis uisio. Hic quidem absolutæ ueritatis apparitionis modus, cum sit ultima uitalis fœlicitas intellectus, sic ueritate fruentis, Deus est, sine quo intellectus fœlix esse nequit. Volo quidem ut attendas, quomodo quietatio, omnis intellectualis motus, ei. ueritas obiectalis, extrà quam quidem regionem ueritatis, nullum intellectuale uestigium reperitur. Neque iudicio ipsius intellectus, quicquàm esse potest extrà cœlum ueritatis, sed si uti in alijs nostris libellis enodauimus, subtilissimè aduertes, tunc ueritas ipsa non est Deus, ut in se triumphat, sed est modus quidam Dei, quo intellectui in æterna uita communicabilis existit. Nam Deus in se triumphans, nec est intelligibilis aut scibilis, nec est ueritas, nec uita, nec est, sed omne intelligibile antecedit, ut unum simplicissimum principium. Vnde cum omnem intellectum sic exuperet, non reperitur sic in regione seu cœlo intellectus, nec potest per intellectum attingi extrà ipsum cœlum, esse. Hinc Deus, cum non possit nisi negatiuè, extrà intellectualem regionem attingi: tunc uia fruitionis, in ueritate esse, & uiuere in cœlo

http://www.obrascatolicas.com

ipſo empyreo, ſcilicet altiſsimi raptus noſtri ſpiritus, attingitur cum pace & quiete, quando ſatiatur ſpiritus in hac apparitione gloriæ Dei. Et in hoc eſt gaudium altiſsimum intellectuale, quando ſuum principium, medium, & finem, omnem altitudinem apprehenſionis excellere cognoſcens, in proprio obiecto ſcilicet, in pura ueritate intuetur, & hoc quidem, eſt ſeipſum in ueritate apprehendere, in tali quidem excellentia gloriæ, ut nihil extrà ſe eſſe poſſe intelligat, ſed omnia in ipſo ipſum. Vt autem ſimilitudine ducaris: te nequaquam ignorare ſcio, formas æquales in rectis ſpeculis, minores in curuis apparere. Sit igitur altiſsima reſplendentia, principij noſtri, Dei glorioſi, in qua appareat Deus ipſe, quæ ſit ueritatis ſpeculũ, ſine macula rectiſsimum atq; interminum perfectiſsimumq; ſintq; omnes creaturę ſpecula contractiora & differenter curua, inter quę intellectuales naturæ ſint uiua, clariora, atq; rectiora ſpecula, ac talia cum ſint uiua, & intellectualia atq; libera, concipito, quod poſſint ſeipſa incuruare, rectificare, & mundare. Dico igitur, claritas una ſpecularis, uariè in iſtis uniuerſis reſplendet, ſpecularibus reflexionibus, & in prima rectiſsima ſpeculari claritate, omnia ſpecula uti ſunt reſplendet, uti in materialibus ſpeculis, in circulo anteriori ad ſe uerſus, uideri poteſt. In omnibus autem alijs contractis & curuis, omnia non uti ipſa ſunt apparent, ſed ſecundum recipientis ſpeculi conditionẽ, ſcilicet: cum diminutione, ob receſſum, recipientis ſpeculi, à rectitudine. Quando igitur aliquod intellectuale uiuum ſpeculum, translatum fuerit, ad ſpeculum primum ueritatis rectum, in quo ueraciter omnia uti ſunt, abſq; defectu reſplendent: tunc ſpeculum ipſum ueritatis, cum omni receptione omnium ſpeculorum, ſe tranſfundit in intellectuale uiuum ſpeculum, & ipſum tale intellectuale, in ſe recipit ſpecularem illum radium ſpeculi ueritatis, in ſe habentis omnium ſpeculorum ueritatem. Recipit autem ſuo modo, in eodem uero momento æternitatis uiuum illud ſpeculum, quaſi oculus uiuus cum receptione luminis reſplendentiæ primi ſpeculi, in eodem ueritatis ſpeculo, ſe uti eſt intuetur, & in ſe omnia ſuo quidem modo. Quantò enim ſimplicius, abſolutius, clarius, mundius, rectius, iuſtius & uerius fuerit: tantò in ſe gloriam Dei, atq; omnia limpidus, iucundius, ueriusq; intuebitur. In ſpeculo igitur illo primo ueritatis, quod & uerbum, λόγος, ſeu filius Dei dici poteſt: adipiſcitur intellectuale ſpeculum, filiationẽ, ut ſit omnia in omnibus, & omnia in ipſo, & regnum eius poſſeſſio Dei & omnium, in uita glorioſa. Tolle itaq; frater, contractiones quantificatiuas ſenſibilium ſpeculorum, & á loco & tempore, & cunctis ſenſibilibus, conceptum abſoluas, eleuando teipſum ad rationales ſpeculares claritates, ubi in ratione clara, mens noſtra ueritatẽ ſpeculatur: (inquirimus enim dubiorum latebras, in claritate rationalis ſpeculi, & id uerum ſcimus, quod ratio nobis oſtendit) transfer igitur præmiſſum paradigma in regionem intellectualem: ut propinquius te, qualicunq; manuductione, ad ſpeculationem filiationis Dei, queas eleuare. Poteris enim quadam intuitione occulta, præguſtare, nihil aliud filiationem eſſe, quàm translationem illam, de umbroſis ueſtigijs ſimulachrorum, ad unionem cum ipſa infinita ratione, in qua & per quam, ſpiritus uiuit, & ſe uiuere intelligit, ita quidem, ut nihil extrà ſeipſum uiuere cõſpiciat: ac ſi ſolum ea omnia uiuant, quæ in ipſo ſunt ipſe, tantaq; exuberatione ſe uitam habere ſciat, ut omnia in ipſo æternaliter uiuant, ita quidem, ut non ſint ei uitam præſtantia, alia quæcunque, ſed ipſa uita uiuentium. Non enim erit Deus alius ei, ab ipſomet ſpiritu, neque diuerſus, neque diſtinctus, neque alia diuina ratio, ſeu aliud Dei uerbum, neque alius Dei ſpiritus. Omnis enim alteritas & diuerſitas, longè inferior eſt, ipſa filiatione. Puriſsimus enim intellectus, omne intelligibile intellectum eſſe facit: cum omne intelligibile, in ipſo intellectu, ſit intellectus ipſe. Omne igitur uerum, per ueritatem ipſam uerum, & intelligibile eſt. Veritas igitur ſola, eſt intelligibilitas omnis intelligibilis. Abſtractus igitur atque mundiſsimus intellectus, ueritatem omnis intelligibilis intellectum eſſe facit, ut uita uiuat intellectuali, quæ eſt intelligere. Erit igitur intellectus, quando in eo ueritas ipſa, eſt intellectus, ſemper intelligens & uiuens, neque aliud intelligit tunc à ſe, quando ueritatem

Speculum rectum.
Speculum curuum.

ueritatem intelligit, quæ in ipſo eſt ipſe. Extrà enim intelligibile, nihil intelligitur, omne autem intelligibile, in ipſo intellectu intellectus eſt. Nihil igitur remanebit, niſi ipſe intellectus purus ſecundum ſe, qui extrà intelligibile, nihil poteſt intelligere eſſe poſſe. Cum igitur hoc ita ſit, non intelligit intellectus ille aliud intelligibile, neq; erit eius intelligere aliquid aliud, ſed in unitate eſſentiæ, eſt ipſe intelligens, & id quod intelligitur, atq; actus ipſe qui eſt intelligere. Nõ erit igitur ueritas aliud aliquod, ab intellectu, neq; uita qua uiuit, alia erit ab ipſo uiuente intellectu, ſecũdum omnem uim & naturam intellectualis uigoris, quæ omnia ſecũdum ſe ambit, & omnia ſe facit, quando omnia in ipſo ipſe. Filiatio igitur, eſt ablatio omnis alteritatis & diuerſitatis, & reſolutio omnium in unum, quæ eſt & transfuſio unius in omnia. Et hæc θεοσις ipſa. Nam cum Deus ſit unum, in quo omnia uniter, quæ eſt & transfuſio unius in omnia, ut omnia id ſint quod ſunt, & in intellectuali fruitione, coincidit eſſe unum in quo omnia, & eſſe omnia in quo unum: tunc rectè Deificamur, quando ad hoc exaltamur, ut in uno ſimus ipſum, in quo omnia, & in omnibus unum. Neq; putes has locutiones præciſas, quoniam ineffabilia, locutionibus non attinguntur. Hinc autem profunda meditatione, ſuper omnes contrarietates, figuras, loca, tempora, imagines, & cõtractiones, ſuper alteritates, diſiunctiones, coniunctiones, affirmationes & negationes, opus eſt ut eleueris: quando per tranſcenſum omniũ proportionum, comparationum, & ratiocinationum, ad puram intellectualem uitam, tu filius uitæ in uitam transformaberis. Et hæc ſit huius temporis, de theoſi, qualicunq; licet remota ualdè coniectura, in qua, quæ eſſe poſsit altiſsimæ profunditatis eius deſcriptio, ſuper rationem omnem aſcendendum eſſe, ad ulterius aliquid ſuprà id, quod ſignis quibuſcunq; explicabile, eſt in puritate ſimplici (quantum potes) cõ ijcias. Hæc ſic de hoc dicta ſint. Quoniam autem te maximè optare nõ hæſito, ut tibi conceptum uiæ pandam, qua in huius temporis fluxu, ad ſtudium ipſum filiationis pergendum eſſe conſijcio; hinc adhuc, prout occurrit, idipſum explicare conabor. Dico autem reſolutorias ſcholas, de uaria inuolutione nos reuelare, ſi ad unum & modos unius reſpexerimus. Non quidem, quòd unum ab omnibus conſiderationibus abſolutum, quod eſt omnium principium, medium, & finis, imò in omnibus omnia, in nihilo nihil: ſit entibus intelligibilibus, rationalibus, ſeu ſenſibilibus, quouiſmodo coordinatum, ut aliâs in docta ignorãtia explicaui, cum in aſcenſu uel deſcenſu rerum, ad maximum ſimpliciter, deueniri nequeat, ſed remanet ſuper omnẽ ordinem & gradum ſuperexaltatum. Nihilominus illud ipſum unum, etſi inattingibile remaneat, eſt tamen idipſum unum, quod in omnibus attingibilibus attingitur. Vnum igitur erit, quod & omnia, ſimul idipſum inattingibile unum, in omnibus attingitur. Quaſi ſi quis diceret, monadem innumerabilem, quæ tamen eſt omnis numerus, & in omni numero numeratur innumerabilis ipſa monas. Non enim aliud eſſe poteſt, omnis numerus q̃ monas, habet enim denarius, omne id quod eſt, à monade, ſine qua nec denarius unus quidem numerus, nec denarius eſſet. Quòd enim eſt denarius, penitus ex monade habet, neq; eſt quid aliud à monade, neq; eſt quicquàm recipiens à monade, quaſi ſibi præter monadem eſſe aliquod conuenire poſsit: ſed omne id quod eſt, monas eſt. Nec tamen denarius numerus, monadẽ numerat, ſed remanet denario innumerabilis, ſicut & cuilibet numero, cum ſuper omnem numerum exaltetur innumerabilis, ipſa monas. Et quia ſenarius non eſt ſeptenarius, erunt hi duo numeri diuerſi, licet non ſit alia monas ſenarij, & alia monas ſeptenarij. Non enim in ipſis, niſi monas una in uarietate reperitur. Monas igitur, quę eſt numeri principium, non eſt in numero reperibilis, ſed in numero numerabiliter eſt ipſa unitas, & in monade innumerabiliter. Nulla eſt coordinatio, ſeu proportio, numeralis ad innumerabile abſolutè, neq; abſtracti abſolutè, ad modaliter contractum. Sic cõijcere te conuenit, unum illud, quod eſt omnium principium, ineffabile eſſe, cum ſit omnium effabilium principium. Omnia igitur quæ effari quicunq; poſſunt, ineffabile non exprimunt, ſed omnis elocutio ineffabile fatur. Eſt enim ipſum unũ pater ſeu genitor Verbi, id omne, quod in omni uerbo (ut ſic dicã) uerbatur, ſic in omni

Monas.

http://www.obrascatolicas.com

Intellectus magistri.

ſin omni ſigno ſignatur,& ſic de reliquis. Atque ut alio quodam te ducam exemplo: intellectus magiſtri,per omnia inattingibilis eſt,in regione rationali & ſenſibili.Hic intellectus ex plenitudine magiſterij,& uirtutis ſeu bonitatis mouetur,ut ad ſimilitudinem ſui uniat alios,uerbum mentale de ſe generans, quod quidem eſt ſimplex et perfectum magiſterij uerbum,ſeu ars ipſa perfecta magiſtri.Hanc artem,inſpirare uult mentibus diſcipulorum:quoniam autem non poteſt,niſi per ſenſibilia ſigna,intrare in eorum mentem,attrahit aërem,et ex eo uocem format,quam uariè informat & exprimit,ut ſic mentes diſcipulorum eleuet,ad magiſterij æqualitatem. Omnia autem uerba magiſtri auctorem uerbi, intellectum ſcilicet, nequaquàm oſtendere queunt,niſi per mentalẽ conceptum,ſeu uerbum ipſum intellectuale,quod eſt imago intellectus.In tali quidem expreſsione doctrinę magiſtri,reſplendet affectus magiſtri,qui relucet in pronunciatione,& uariè quidem,ſecundum uarios exprimendi modos,ut uerbum fructificet.Reſplendet affectus magiſtri cõceptus, in uerborum ſignificatione,reſplendet & ipſum magiſterium,unde emanat, tam fœcundus atq; tam magiſtralis.Neq; omnes modi pronunciationis,attingunt affectum, cum tantus ſit,quòd pronunciari non poſsit.Neq; omnes modi orationum, attingunt conceptum,qui eſt inexpreſsibilis fœcunditatis,cum ſit ars magiſterij. Neque oratio & pronunciatio,cum omnibus modis poſsibilibus, exprimere poſſunt magiſterium ipſum intellectuale:quanquàm non aliud in omni oratione exiſtat,aut ſignificetur, quàm eius ipſius manifeſtatio,ad finẽ transformationis,in ſimile magiſterium.Tali quadam ſimilitudine,principium noſtrum unitrinum,bonitate ſua creauit ſenſibilẽ mundum iſtum,ad finem intellectualium ſpirituum,materiam eius quaſi uocem,in qua mentale uerbum uariè fecit reſplendere,ut omnia ſenſibilia,ſint elocutionũ uariarum orationes,à Deo patre,per filium uerbum,in ſpiritu uniuerſorum explicatę, in finem ut per ſenſibilia ſigna, doctrina ſummi magiſterij, in humanas mentes ſe transfundat,& ad ſimile magiſterium,perficienter transformet:ut ſit totus iſte ſenſibilis mundus,ſic ob intellectualem,& homo finis ſenſibilium creaturarum,& Deus glorioſus,principium,medium,& finis omnis operationis ſuæ.Eſt igitur hoc ſtudiũ ad filiationẽ Dei tendentium,ut omne effabile,ab ineffabili incoordinato & ſuperexaltato,cognoſcat,atq; idipſum ineffabile,ſuper omne intellectuale eſſe collocatum,eſſeq; ipſum principiũ,medium,& finem,omnis intelligibilis, atq; ipſum unũ, imparticipabiliter eſſe entitatis intelligibilis fontem,et omne id quod eſt.Sicut mentale uerbum eſt fons uocalis,& id omne,quod eſt & ſignificatur uerbo uocali,abſq; immixtione & partitione ſui,cum mens,per uocale uerbum,participari aut quouiſmodo attingi nequeat. Verbum autem intellectuale noſtrum, eſt ineffabilis uerbi intellectualis,receptio.Omne igitur uerbum,abſolutum ab omni contractione ſenſibili,intellectuale remanet. Intellectuale autem, intellectualiter de ineffabili id habet,quod eſt.Ineffabile autem per intellectum,ſi nominatur, abſoluto modo id fit, cum intellectualis modus,abſolutus ſit in ordine,ad ſenſibiles contractiones.Ineffabile igitur,nec nominari nec attingi quouiſmodo poteſt.Nomen igitur abſolutũ ſiue entitas,ſiue Deitas,ſiue bonitas,ſiue ueritas,ſiue etiã uirtus,aut aliud quodcũq; : nequaq; Deum nominat innominabilem,ſed innominabilẽ ipſum Deũ, uariſs intellectualibus modis exprimit.Hoc autẽ modo,ineffabilis,eſt effabilis,imparticipabilis,participabilis,ſuprà omnẽ modũ,modificabilis. Deus igitur, eſt principiũ ſuprà unũ & modũ,qui in uno & modo unius,ſe participabilẽ exhibet.Quapropter conſi cio,ſtudium quo in hoc mundo aſcendere conamur,ad filiationis adeptionẽ, in alio fortaſsis eſſe poſſe:ut in uno & modo unius,noſtra uerſetur ſpeculatio,atq; ut præciſiùs loquendo,in exemplo quid uelim deguſtes. Applica unũ & modũ ad aliquid, quod in omnibus eſſe & uigere experieris,experimur autem uim quandã omnibus ineſſe,uirtus igitur abſoluatur per intellectum,ut uim cõſideres modo abſoluto. Sit igitur uis abſoluta,coordinata quædam maximitas,in ſe habens omnes uirtutis gradus,& modos,in altitudine uniuerſali,& intellectualis ſimplicitatis unitate: & modus quidẽ altiſsimus,quo ſuperexcellens ipſa,ineffabilis atq; penitùs inattingibilis cauſa,

cauſa,omnis uirtutis,intellectualiter attingitur. Non eſt enim Deus uirtus,ſed dominus uirtutum. Deinde attendendum, Deum ſuprà omne abſolutum & contractum exiſtentem,per quamcunq; altiſsimam abſolutionem non attingi uti eſt, ſed cum ipſo modo abſoluto.Eo quidem modo abſoluto,intellectuales naturæ,imparticipabilem intellectualiter participant,ut ſint uirtutes, eleuatæ ſuper omnem contractionem uirtutis,prout ipſa uirtus in ſenſibili mũdo,obumbratur.Abſolutio autẽ uirtutis,modos habet:ſine modo enim,non eſt abſolutio ipſa participabilis.Abſolutio itaq; uirtutis,in modorum uarietate,uarias participantes oſtendit uirtutes.Varij igitur ſunt ſpiritus intellectuales,in abſolutionum uarijs modis,uirtutem participantes,ut omnes abſoluti ſpiritus,uirtutem unam uariè participantes,non aliud eſt, quàm uirtus abſoluta,uarijs modis participata.Iam conſpicis,quãta eſt potentia ſpiritus,quoniam eſt uirtus,ſuprà omnem uim ſenſibilis mundi exaltata.In potẽtia igitur uirtutis eius,complicatur omnis uirtus cœlorum,atq; eorum quæ ſub ipſis ſunt, ut omnis uis quæ in ipſis eſt,ſit quædã explicatio uirtutis intellectualis ſpiritus.Participat autem ſenſibilis hic mundus,ipſam unam uirtutem ſenſibiliter, quam intellectualis intectualiter,in uarietate modorum. Contrahitur itaq; ipſa abſoluta uirtus, intellectualis mundi,in ſenſibili,in uarijs participandi modis, cœleſtialiter,in cœlo, animaliter,in animalibus,uitaliter,in uiuentibus,uegetabiliter,in uegetabilibus,mineraliter,in mineralibus,& ita quidem de reliquis.In omnibus igitur ſi attẽdis, uim, & eius reperis modum.Vnum eſt igitur, quod in omnibus eſt omnia,quæ idipſum modo ſuo participant.Ita quidẽ de entitate,bonitate,& ueritate,uti de uirtute conijcias.Nam entitas eſt hoc ipſum unum,quod omnia participant,quę ſunt,ſic & boniras,& ueritas.Vnde legiſlator prudentiſsimus Moyſes ait,Deum creaſſe uniuerſa, & formaſſe hominem:quaſi Deus ſit uirtus creatiua ſeu formatiua,licet ſuper iſta ſit omnia, ſed inſinuare nititur,quomodo participatione uirtutis eius, modo quo participabilis eſt,uariè cuncta in eſſe prodiere.Ita quidem ait,Deum uidiſſe,omnia fuiſſe bona,oſtendens Deum fontem bonitatis,à quo,modo quo participabilis eſt,uariè uaria bona exoriuntur.Non eſt igitur niſi unũ,quod ſine modo participari nequit. Atq; ut ſufficientius idipſum quod conijcio,tibi pandam,unũ eſt,quod omnes theologiſantes,& philoſophantes,in uarietate modorum,exprimere conantur. Vnũ eſt regnum cœlorum,cuius & una eſt ſimilitudo,quæ non niſi in uarietate modorũ explicari poteſt,ut magiſter ueritatis oſtendit.Neq; eſt aliud quod Zenon,aliud quod Parmenides,aut Plato,aut alij quicunq; de ueritate tradiderũt:ſed unũ omnes reſpicientes,uarijs modis,idipſum expreſſerunt. Quãuis enim modi dicendi ſint aduerſi, & incompatibiles uideantur,non tamen niſi idipſum unum,ſuper omnem contrarietatem inattingibiliter collocatum,modo quiſq; ſuo,hic affirmatiue,hic negatiue, hic dubiè,niſi ſunt explicare.Vna eſt enim Theologia,affirmatiua,omnia de uno affirmans,& negatiua,omnia de eodem negans,& dubia,neq; negans,neq; affirmãs, & diſiunctiua,alterũ affirmans,alterum negans,& copulatiua,oppoſita affirmatiue connectens,aut negatiue ipſa oppoſita copulatiue penitus abijciens.Ita quidẽ omnes poſsibiles dicẽdi modi,ſub ipſa ſunt Theologia,idipſum ineffabile,qualitercũq; exprimere conantes.Hæc eſt igitur uia ſtudij eorum,qui ad theoſim tendunt,in modorum quorumcunq; diuerſitate,ad unum ipſum aduertere.Quãdo enim quicunq; ſtudioſus ſubtiliter conſiderando attendit,quomodo ipſum unum, omnium cauſa, non poteſt non exprimi in omni expreſsione,ſicut uerbum, non poteſt non dici in omni loquente,ſiue ſe dicat loqui,ſiue ſe dicat nõ loqui:tũc ſibi manifeſtũ eſt,uirtutem ineffabilis,omne dicibile ambire,& nihil dici poſſe:in quo,modo ſuo,cauſa omnis dicentis & dicti non reſplendeat.Nihil itaq; reperiet uere theologiſans ſcholaſticus,quod ipſum perturbet,in omni uarietate coniecturarũ,nec minus apud ipſum hic dicit,qui ait,nihil penitus eſſe:q̃ ille q̃ ait,omnia eſſe quę uidẽtur.Nec uerius hic dicit qui ait,Deum omnia eſſe:quàm ille,qui ipſum ait nihil eſſe, aut non eſſe,cum ſciat,Deum ſuper omnem affirmationem et negationẽ ineffabilem,quicquid quiſq; dicat,& hoc ipſum quod quiſq; de ipſo dicit,non aliud eſſe,q̃ modum quendã,quo de in-

http://www.obrascatolicas.com

de ineffabili loquens, loquitur. Sicut hæ duę ſpecies, homo & aſinus, genus animalitatis uario modo exprimunt. Humana etenim ſpecies, rationaliter: aſinina, irrationaliter. Secundum expreſſionem humanæ ſpeciei, tunc rationalitas conuenire uidetur animalitati: ſecundum expreſſionem aſininæ, rationalitas. Qui autem ad genus ipſum intuetur, quomodo eſt ita ſuprà iſtas differentias exaltatum, & quod ei propterea nulla conuenit differentiarum: aduertit expreſſionem ſpeciei, eſſe modū quendam differentialem generis, ſuprà differentias exaltati. Ita quidem de aſina. Vnde contrariæ illæ expreſſiones, contrariorum modorum differentialium, non impediunt intuentem, ad unum genus ſuperexaltatum. Oportet deinde ſtudentem non negligere, quomodo in hac ſchola ſenſibilis mundi, in modorum uarietate, quæritur unum, quod omnia, ſed parto iam magiſterio, in cœlo intelligentiæ puré in uno omnia ſciuntur. Quomodo autem idipſum fiat, ex præhabitis cõijcias. Nam nullo tunc ratiocinatiuo diſcurſu, ex ſenſibiliter receptis, mens ipſa ad compræhenſionem mouetur: ſed cum mens ipſa, uirtutem abſolutam intellectualiter participet, ita quidem, ut ſecundum naturæ ſuæ exuberantem uirtutem, notio quædam ſit omnium intelligibilium, quam quidem uirtus potentiã in actum, per ſenſibilia incitamenta, in hoc mundo ſtuduit eleuare, dum poſt hæc uis ipſa ſit, actuata ratiocinatione, & à uiuificatione corporis, cui ſeipſum participabilem fecit liberata in ſe uiuaci intellectu unitiuè redit: ſe comperit uirtutem, quæ & actualis rerum notio exiſtit. Sicut enim Deus ipſe, eſt actualis rerum omnium eſſentia: ita & intellectus ſeparatus, & in ſe uiuaciter & conuerſiue unitus, uiua eſt Dei ſimilitudo. Vnde uti Deus eſt ipſa rerum omnium eſſentia: ita & intellectus Dei ſimilitudo rerum omnium ſimilitudo. Cognitio autem, per ſimilitudinem eſt: Intellectus autem, cum ſit intellectualis uiua Dei ſimilitudo, omnia in ſe uno cognoſcit, tunc autem ſe cognoſcit, quando ſe in ipſo Deo, uti eſt, intuetur, hoc autem tunc eſt, quando Deus in ipſo eſt ipſe. Nihil igitur aliud eſt omnia cognoſcere, quam ſe ſimilitudinem Dei uidere, quæ eſt filiatio. Vna igitur ſimplici intuitione cognitiua, omnia intuetur, hic autem, in uarietate modorum, unum ipſum inquirit. Quapropter, uis ipſa intellectualis, quæ ſe pro ſua uenatione, in hoc mundo rationaliter atque ſenſibiliter expandit, dum ſe transfert de hoc mundo, recolligit. Redibunt enim uires intellectuales, participatæ in organis ſenſuum & ratiocinationum, ad centrum intellectuale: ut uiuant uita intellectuali, in unitate ſui effluxus. Iam tibi ſatis patere poteſt, quomodo quædam ſecundum meam qualẽcunq; coniecturam, intellectualis natura, eſt rerum uniuerſitas, intellectuali modo: & dum in ſcolis huius mundi uerſatur, quærit potentiam ipſam in actu ponere, & ſe particularibus formis aſſimulat. Tunc enim de uirtute ſua, qua rerum uniuerſitatem, intellectualiter in potentia gerit, exerit huius & huius rei intellectũ, quãdo ſe actu rei intellectæ aſſimilat. Transfertur deinde hæc potentia aſſimilatiua, ſic particularius in actu poſita, penitus in actũ, & artem perfectãmagiſterij: quando in intelligibili cœlo, ſe ſcit omnium ſimilitudinem, ut tunc ſit actu ipſe intellectus intellectualis rerum omnium uniuerſitas, quando eſt diſcretiua omnium notio, nec tamen intuerur tunc ipſe intellectus quicquam, extrà intelligibile cœlũ, quietis & uitæ eius. Non enim temporalia temporaliter in inſtabili ſucceſſione, ſed in indiuiſibile intuetur præſentia. Nam præſentia, ſeu Nunc ipſum, omnis temporis compli catiuum, non eſt de hoc ſenſibili mundo, cum per ſenſum attingi nequeat, ſed de intellectuali. Sic quidem quanta, nequaquam in extenſa diuiſibili corporalitate intuetur, ſed in indiuiſibili puncto, in quo eſt intellectualis omnis quantitatis continuæ complicatio, nec rerum alteritatem, in uarietate numerorũ, ſed in ipſa monade ſimplici, intellectualiter omnẽ numerũ complicanti. Percipit igitur intellectus, intel lectualiter omnia, ſuprà omnẽ ſenſibilẽ, diſtrahentẽ, & obumbrantẽ modũ. Mundũ quidẽ totũ ſenſibilẽ, non modo ſenſibili, ſed ueriori, intellectuali ſcilicet, intuetur mo do. Dicit enim hæc cognitio perfecta, ea propter intuitio, quia ea penè eſt differẽtia, inter eã ipſam illius mundi cognitionẽ, & iſtius ſenſibilis, quæ eſt inter notitiam quę per

per uiſum, & eam quæ per auditum reperitur. Quantò igitur illa, quæ per uiſum generatur, certior & clarior eſt illa, quæ de eadem re per auditum efficitur, tantò & amplius multò, intuitiua cognitio alterius mundi, eam excellit quæ eſt huius: ſicut ſcire propter quid, poteſt intuitiua cognitio dici, cum in rationem rei ſciens reſpiciat, & quia eſt, ex auditu. Hæc ſi curſim de quæſito, ut tempus conceſsit, defectibiliter dicta, gratè queſo recipias, alio uerò tempore, ſi quid excellentiùs Deus miniſtrauerit, non te latebit. Vale nunc confrater peramande, & tuis me fac orationibus participem, ut hinc translati, Filiationẽ Dei adipiſcamur, in filio Dei Ieſu Chriſto, ſemper benedicto, Amen.

Libelli de Filiatione Dei finis.

DIALOGVS DE GEneſi, Nicolai de Cuſa. 1447. Leodij. Interlocutores CONRADVS. NICOLAVS.

SAepè delectabili ûs reficimur uariatis, minus licet præcioſis, ferculis. Hinc quamuis Nicolae, ea miniſtraſti liberali traditione, quæ ad indeficientem uictum animę, uiam præſtant: non ſit propterea quæſo tibi moleſtum, ſi adhuc ſapidiùs exigam nutrimentum. NICOLAVS. Iamdudum me noſti Conrade, quoniam infatigabili conatu, ad incompræhenſibile pergo, & gaudeo aut quæſtionibus ſtimulari, aut obiectionibus impelli: dicito igitur. CONRADVS. Multa ſunt atq; magna, quæ ſimul ſe offerunt, ignoſces ſi præter ordinem dixero. NIC. Tui arbitrij eſt, fac ut libet. CON. Primo neſcio, ſi benè omnium ſapientum cõijcio inquiſitionem, in uno terminari principio. Poſtquàm enim ad fontem, per lacus et fluminis aſcenſum deuenitur, ſiſtitur: termini enim, nõ eſt terminus, neq; principij, eſt principium. Vbi autem eſt principij & termini coincidentia, ibi & medium coincidere neceſſe eſt. Hoc autem uidetur eſſe ipſum Idem, in quo omnia eadem, Idem ipſum. De quo Propheta Dauid ait: Initio tu terrã fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem Idem ipſe es, ſi rectè conijcio, dicito. NIC. Imò rectiſsiſsimè, ſed quid uelis, expecto. CON. Admiror quomodo Idem ipſe, eſt omnium cauſa, quæ adeò ſunt diuerſa & aduerſa. Tendit enim conatus inquiſitionis, ad geneſim uniuerſorum, quam breuiter atque facilè, quantum fieri concedi tur, à te audire ſummopere deſidero. NIC. Rem quam omnes priſci grauiſsimam atq; inexplicabilem, deſeruerunt: facili compendio, quomodo ego ſtolidiſsimus omnium, patefaciam? CON. Quamuis ſciam ex tua doctrina, nihil uti eſt attingibile aut expreſsibile (nam de geneſi diuinus Moyſes, atq; alij plærique, uariè locuti, difficultatem per uarietatem coniecturarum reliquerunt) ſpero tamen aliquid tale poſſe audire, de quo reficiar. NIC. Qui de geneſi locuti ſunt, Idem dixerunt in uarijs modis, ut ais. Cur igitur admiraris, quòd Idem eſt diuerſorum cauſa? CON. Quia Idem, uidetur aptum natum eſſe facere Idem. NICOLAVS. Rectè ais, & hinc eſt, quòd omnia ſunt ab ipſo Eodem abſoluto, id quod ſunt, & modo quo ſunt. CONRADVS. Niſi planiùs exponas, non capio. NICOLAVS. Primo noſti Conrade, attenta conſideratione quempiam ſcientem fieri. CONRADVS. Fateor, nihil inter ignorantem & ſcientem differentiam feciſſe, quàm attentam conſiderationem. NICOLAVS. Attende igitur ad Idem abſolutum, & ſtatim uidebis, quoniam ipſum Idem abſolutum, quoniam Idem, hinc æternum. Non poteſt enim eſſe Idem abſolutum ab alio. Nam cum (ut ais) Idem aptum natum ſit facere idem, hinc & aliud, aliud: abſolutum igitur Idem, ab alio quo eſſet? CONRADVS. Capio. NICOLAVS. Hinc æternum, ſimplex, interminum, infinitum, inalterabile, immultiplicabile, & ita de cæteris.

Geneſis. Idem.

Moyſes.

CONRA.

http://www.obrascatolicas.com

CONRA. Quãdo attenta meditatione aduerto, negare nequeo iſta. Neceſſe eſt enim Idem eſſe æternum, quia à nullo alio eſſe poteſt Idem. Interminũ eſt igitur, quia æternum ſit infinitum, inalterabile, nam alteritas ab altero eſt. Idem autem, per ſe dicit inalteritatem, ſic & immultiplicabilitatem, quæ ſine alteratione eſſe nõ poſſit. Admitto planè iſtam aſſertionem, quæ ſeipſam ueram oſtendit. NICOL. Volo etiam ut attendas, quomodo Deus alibi uocatur unus, & Idem. Nam qui uirtutibus uocabulorum, diligentiùs operam impertiti ſunt, adhuc ipſi Idem unũ prætulerunt, quaſi identitas ſit minus uno. Omne enim Idem, unum eſt, & non econuerſò. Illi etiam, & ens, & æternum, & quicquid non unum, poſt unum ſimplex conſiderarunt, ita Platonici maximè, tu uerò concipito Idem abſolutè, ſuprà idem in uocabulo conſiderabile. Platonici. Tale eſt de quo Propheta loquitur, quoniam eſt ipſum Idem abſolutum, omni diuerſitati & oppoſitioni ſuprapoſitum, quoniam Idem. Nulli igitur alteri eſt idẽ aut diuerſum ineffabile Idem, in quo omnia Idem. Vniuerſale & particulare, in Eodem ipſum Idem, unitas & infinitas in eodem, Idem. Sic actus & potentia, ſic eſſentia & eſſe, imò eſſe & non eſſe, in Eodem abſoluto, Idẽipſum eſſe neceſſe eſt. CONRA. Iſta mihi quando attentè conſidero, pateſcunt. Idem enim dicunt plures, qui rem dicunt eſſe, ſimiliter & idem, ſi dicant eam non eſſe. Vnde abſolutum Idem tale intelligo, in quo oppoſitio, quæ idem non patitur, inueniri nequit, ut omnia alia diuerſa, oppoſita, compoſita, contracta, generalia, ſpecialia, & cætera id genus: Idem abſolutum, longiùs ſequantur. NICOL. Bene capis Conrade. Nam cum dicimus diuerſum eſſe diuerſum, affirmamus diuerſum eſſe ſibiipſi idem: non enim poteſt diuerſum eſſe diuerſum, niſi per Idem abſolutum, per quod omne quod eſt, eſt idem ſibiipſi, & alteri aliud. Sed omne quod eſt ſibi idem, & alteri aliud, non eſt Idem abſolutum, quod alteri nec idem nec diuerſum. Nam idem alteri, abſolutè Eidem quomodo conueniret: nec diuerſum, quomodo enim diuerſitas, poſſet conuenire Eidẽ abſoluto, quod eſt omnem diuerſitatem & alteritatem anteueniens. CONRA. Intelligo te uelle, nihil omnium entium eſſe, quod nõ ſit idem ſibiipſi, & alteri aliud, & hinc nullum tale eſſe Idem abſolutum, licet cum nullo ſibiipſi eodem, & alteri diuerſo, Idem abſolutũ ſit diuerſum. NICOL. Rectè concipis, nam Idem abſolutum, quod & Deũ dicimus, non cadit in numero cum omni alio, ut quòd Deus et cœlum, ſint plura aut duo, aut alia, & diuerſa, ſicut nec cœlum eſt Idem abſolutũ, ut cœlum quod eſt aliud à terra. Et quia Idem abſolutum, eſt actu omnis formæ formabilis forma, non poteſt forma eſſe extrà Idem. Quo enim res eſt eadem ſibiipſi, forma agit, quòd autẽ eſt alteri, alia: eſt quia non eſt Idem abſolutum, hoc eſt omnis formæ forma. Eſt igitur Idem abſolutum, principium, mediũ, & finis, omnis formæ, & actus abſolutus omnis potentiæ, Idem incontractum, inalteratum, in ipſo, uniuerſale non opponitur particulari, quia poſt ipſum ſunt: uniuerſale enim, eſt ſibiipſi idem, & particulari aliud, ſic & particulare. Superexaltatum igitur eſt Idem abſolutum, omnibus intellectualibus uniuerſalibus, & realibus particularibus exiſtentijs. CONRA. Quando aduerto negari non poſſe, quodlibet eſſe idem ſibiipſi, uideo Idem abſolutum, ab omnibus participari. Nam ſi Idem abſolutũ, eſſet ab omnibus aliud & diuerſum, non eſſent id quod ſunt, quomodo enim quodlibet, eſſet idem ſibiipſi abſolutũ Idem, ab ipſis eſſet diuerſum & diſtinctum aut aliud? ſic ſi participans Idem, eſſet ipſum Idem, quod participat, quomodo eſſet alteri, quod etiã ſibiipſi idem, diuerſum? NICOL. Acutè capis: Nec te moueat Platonicorum, quamuis ſubtilis, conſideratio, primum imparticipabiliter ſuperexaltatum. Intellige enim abſolutum unũ, in identitate (quam poſt ipſum primum abſolutum, unum eſſe aiunt) identicè participari. Sufficiat enim tibi qualicunq; modo participetur, non eſſe omnia ſibi idem, niſi ab ipſo, à quo omnia, qui eſt Idem abſolutum. Et quia iam antè, plæraq; talia ſæpè à me audiſti: pro compendioſa facilitate, hæc ſic nũc de abſoluto Eodem, dicta ſint. Amplius tentabo præmiſſa explanare. Aiebas tu: Idem aptum natum facere idem, ego hoc admittens, elicui hinc, omnia quanquàm uaria & diuerſa, id eſſe quod ſunt, etiam modo quo ſunt. Admiraberis tu, properabo te de ipſa admiratione, facili compendio abſoluere. CONRA. O quantum

quantum placebis, ſi effeceris, modo per me apprehenſibili, ut ſpondere uideris. NICOLAVS. Iudicabis tuipſe me promiſſa adimpleſſe, & primum non hæſitas, Idem identificare. Nam quomodo poſſet Idem, ex eo quia Idem, diuerſificare cum diuerſitas, in Eodem abſoluto ſit Idem, poſt quod lõgè poſterius eſt omnis diuerſitas. Non eſt igitur Idem, aptum natum niſi identificare, & hoc eſt idem facere. Hinc omnis res, quia idem ſibiipſi, identificat: ut intellectus intelligit, uiſus uidet, calor calefacit, & ita de omnibus. Et quia Idem eſt immultiplicabile, hinc omnis identificatio, reperitur in aſſimilatione. Euocat igitur Idem, non idem in idem. Et quia Idem immultiplicabile, & per non idem inattingibile, non idem ſurgit in conuerſione ad idem, & ſic reperitur in aſſimulatione, ut cum abſoluta entitas, quæ eſt idem abſolutum, euocat non ens ad idem: tunc quia non ens, non poteſt attingere multiplicabilem abſolutam entitatem, reperitur non ens ſurrexiſſe in conuerſione, ad abſolutam entitatem, hoc eſt, in aſſimulatione ad ipſum Idem. Aſſimulatio autem, dicit quandam coincidentiam deſcenſus ipſius Eiuſdem, ad non idem, & aſcenſus non idem ad Idem. Poteſt igitur creatio, ſeu geneſis dici, ipſa aſſimulatio entitatis abſolutæ, quia ipſum Idem identificando, euocat nihil, aut non ens, ad ſe. Hinc ſancti, Creaturam Dei dixerunt ſimilitudinem ac imaginem. Cum autem unitas, quæ coincidit cum Eodem abſoluto, ſit immultiplicabilis, quia Idem, quæ & unitas: ideò non unum, cum abſolutam immultiplicabilem identitatem, attingere nequeat, non poteſt niſi in pluralitate reperiri. Dum igitur ipſum Idem abſolutum, quod eſt & ens, & unum & infinitum ad ſe euocat non idem: ſurgit aſſimulatio in multis, ipſum Idem uariè participantibus. Pluralitas igitur, alteritas, uarietas & diuerſitas, & cætera talia, ſurgunt ex eo, quia Idem identificat. Hinc & ordo, qui eſt participatio ipſius Eiuſdem, in uarietate, hinc harmonia, quæ Idem uariè repræſentat, conſonant & conclamant omnia, quamquã uaria, Idem ipſum, & hic conſonans clamor, eſt aſſimilatio. Sic igitur eſt κοσμος, ſeu ornatus, qui & mundus dicitur, exortus, in clariori repræſentatione inattingibilis Eiuſdem. Varietas enim eorum, quæ ſunt ſibiipſi idem, & alteri aliud, inattingibile Idem, inattingibiliter oſtendunt, cum tantò plus Idem in ipſis reſplendeat, quantò magis inattingibilitas, in uarietate imaginum explicatur. Coincidit enim inattingibilitas, cum eodem abſoluto. Hinc paret, rectè me dixiſſe, ex hoc omnia id eſſe quod ſunt, modo quo ſunt, quia Idem identificat. Hæc igitur, perfecta conſequentia, Idem abſolutum eſt. Igitur omnia ſunt id quod ſunt, & modo quo ſunt, ut omnium rerum, nulla ſit ratio aut cauſa, niſi quia Idem identificat. Tu uerò, cum uideas innumeras res, hanc rationem abſolutam participare, cum quælibet res ſit eadem ſibiipſi, & aptitudinem habeat ad faciendum idem, tantò perfectius, quantò magis idem, & cum hoc etiam ſimul conſpicias, quamlibet rem alteri aliam: intelligis facilè, omnia eſſe id quod ſunt, quia per Idem abſolutum, ad inattingibile ipſum Idem euocata, talia in aſſimilatione, ut ſunt, reperiuntur. Poteris nunc perfectionem graduum, entium, ſuarum uirium & operationum, numerum, pondus, & menſuram: ad cauſam eandem, ſiue Idem ipſum, modo qui uiribus ingenij dabitur, reducere, atque ſcire, quomodo generationes, corruptiones, alterationes, & cætera huius generis, ex eo ſunt, quia Idem identificat. Nam cum ad clariorem inattingibilitatem, quæ cum Eodem abſoluto coincidit, melius repręſentandam, entia in aſſimilatione ipſius Eiuſdem, quorum quodlibet eſt idem ſibiipſi, & alteri ualdè oppoſitum conueniat, ut ſic infinitas ſeu inattingibilitas, in maxima oppoſitione participantium, quantò clarius patitur conditio participantium explicetur: hinc ſunt oppoſitarum uirium, entitatem ipſam participantia. Illa autem, cum quodlibet ſit idem ſibiipſi, nituntur identificare: ſicut calidum calefacere, frigidum frigefacere. Sic cum calidum non calidum, ad ſui identitatem uocat, & frigidum non frigidũ, ad ſuam identitatem uocat: oritur pugna, & ex hoc, generatio, & corruptio: & quęcq; talia remporalia, fluida, inſtabilia, & uarietas motuum. Iam uides unam omnium cauſam. Quod ſi tibi aliud uidetur, planè quę dixi, ratione refellito, gaudebo inſtrui: ego enim curſim, facili compendio, ſic iſta, ut promiſſa explerem, perſtrinxi, fortè ad pauciora reſpiciens, quæ erroris cauſa ſæpè

http://www.obrascatolicas.com

exiſtit. CONRADVS. Satisfeciſti perabundè, nec occurrit quicquam obijciendum: imò dum ſic te diſcurrentem obſeruarem, experimento didici, unam & eandem, inattingibilem doctæ ignorantiæ illuminationem, in omnibus, quæ & nunc, & ſæpè antè locutus es, mihi in ueritate modorum explicatoriorum, clarius reſplendere, ut traditiones tuæ, undique eandem redoleant artem, cuius ſunt aſſimilationes, quando nihil nunc niſi Idem ipſum, quod ſæpè alio modo audiui, apprehendi. Idem enim abſolutum eſt, & maximum abſolutum, quod eſt ineffabile & inattingibile: & ſic ineffabile, omnium dicibilium cauſa eſt, & inattingibile, omnium attingibilium. Et iam mihi notam feciſti infinitatem, quæ cum Eodem abſoluto inattingibili coincidit, in innumerabili multitudine, particularium entium, clarius reſplendere. Quando enim omnem numerabilem numerum, excedunt particularia entia, quorum quodlibet eſt idem ſibijpſi, & alteri aliud, quę tamen inattingibilem infinitatem non attingunt: clarior facta eſt, inattingibilitas abſoluti infiniti. Et quia Idem abſolutum eſt in omnibus, quoniam quodlibet idem ſibijpſi, uaria eſt omnium concordantia uniuerſalis, generica, uel ſpecifica, ſic & differentia, ſine qua concordantia præter inattingibile eſſe nequit. Sic uideo æternum, quod eſt idem abſoluto, eſſe Idem inattingibile, & hinc eſſe innumerabiles uarietates durationum, quæ omnem rationalem menſuram excedunt, ut ſic inattingibilitas, æterni Eiuſdem, perfectius reſplendeat. Video ſatis apertè potuiſſe inquiſitores geneſis rerum defeciſſe, qui iſta non cõſiderarunt. Nam quidam ex eo, quia ſenſerunt durationem mundi immenſurabilem: iudicarũt ipſum æternum, cum æternum, ſit Idem abſolutum, inattingibile omni duratione, cuius inattingibilitas, in immenſurabili duratione, plus patefcit. Hi mihi decepti uidẽtur: quaſi ſi oculus iudicaret, aliquod corpus participans ſphęricam figuram in parte, qua uidetur, ideò eſſe perfectam ſphęram, quia uidere nequit, quòd non ſit ſphęra (oculus enim, unico contuitu, ſphæram nequit intueri) ſed ſicut componente ratione, iuuamur in apprehenſibilitate ſphęrę per uiſum: ita neceſſe eſt, ut alto intellectu iuuemur, qui nobis oſtendit, menſuram rationalem, improportionabiliter infrà æternum deficere: ut non ſequatur, hoc eſſe æternum, cuius duratio eſt ratione inapprehenſibilis: menſurę enim rationales, quæ temporalia attingunt, non attingunt res, à tempore abſolutas, ſicut auditus, non attingit quicquã non audibile, licet illa ſint rationi attingibilia. NICOLAVS. Optimè infers, & de hac re aliàs quid ſenſerim audiſti. Satis nunc ſit, quòd cognoſcimus, Idem abſolutum omnium cauſam, quodq; æternitas abſoluta, ſit inattingibilis, per omnem uarietatem immẽſurabilium durationum, ac ꝺ hac inattingibilitatem æterni, cognoſcimus luceſcere, in immenſurabilitate durationum: quodq; Peripateticorum dictum, mũdum fuiſſe ab æterno, prout ipſi æternum, per rationem menſurantem inattingibile aſſerunt, uerũm eſt. Sed uerius Platonicorum, qui ipſum genitum dicunt, quiq; æternum Idem ipſum abſolutum uiderũt principium. Nec tamen negant Platonici, immenſurabilitatem durationis, concurrere cum genitura: quod & noſtri Sancti, clariori quo fieri potuit modo expreſſerunt, mundum in principio ſeu initio factum. Manifeſtum eſt, quòd principium ſeu initiũ mundi, non eſt in alio, ſed Idem ipſum abſolutum eſt principium, medium, & finis mundi, & non fecit Deus durationem potius extrà Idem abſolutum initium habere, quàm mundum. Per mundum igitur, & omnia quę in mundo ſunt, ſicut non attingitur quicquã mundi uti eſt, niſi ſolum in Eodem abſoluto: ita nec duratio, poteſt uti eſt aliqua menſura, attingi. Quomodo enim attingeretur Idem per aliud, niſi aliter: per menſuram durationis unius, duratio alterius, quomodo mẽſura fieri poſſet, cum incommenſurabiles ſint & ignotę: ſolum enim idem abſolutum, eſt adequatiſſima menſura, omnium qualitercunq; menſurabilium. CONRADVS. Acquieſcerem facilè omnibus, niſi me liber Moyſi, de geneſi retraheret. Nam poſſumus ratione, ſecundũ ibi narrata, benè habita, temporalem menſuram initij mundi, quod nondum ad ſeptẽ millia annorum peruenit, elicere, licet in Plinij hiſtoria naturali & alijs multis, aliter ſcriptum legatur. NICOLAVS. Ego Moyſi ſcripturas admodum magnifacio, & eas ueriſſimas ſcio, quando ad ſcribentis intentionem aduerto. Nam Deum, mundum

Sphæra.

Peripatetici.
Platonici.

Moſes.
Plinius.

dum, atque hominem, ad ſui imaginem, & ipſum bonum ualde creaſſe, & peccatum, per hominem in genus humanum, non per creantem intraſſe: atque Deum multis medijs, hominem à uia mala, quam à parentibus primis, non à Deo contraxit, reuocaſſe prophetijs, promiſſis, & donis, atque quòd ipſum reuocatum legibus armauit, ad reſiſtendum corruptæ inclinationi, quodq; ſuper hæc omnia addiderit eidem promiſſionẽ filiationis Dei, in filio ſuo, ſi crediderit, & fecerit mandata: quando ad ipſum Deum, cuius eſt Deificare, aduerto, nec ex eo quia Chriſtianus, aut legi aſtrictus, ſed quia aliud ſentire ratio uetat, penitus & conſtantiſſimè admitto & aſtruo. Vbi uerò Moyſes modum, quo hæc acta ſunt, omnia humaniter exprimit, credo ipſum ad finem, ut uerum, modo quo uerum per hominem capi poſſit, eleganter expreſſiſſe. Sed uſum ſcis modo humano, ad finem, ut homines humaniter inſtruat, quibus poſt humanum modum, adijcit ſuo loco talia, ut intelligentes intelligant, illa quæ modũ exprimunt inattingibilis diuini modi, eſſe humanam aſſimilationem. Nam quando aperuit, Deum nihil omnium eſſe, quæ uideri, aut figurari, aut inſculpi poſſunt, atque quòd ipſe ſolum in ueſtigijs, quæ ſunt poſteriora eius, uiſibilis ſit per hominem, quodq; ipſe infinitæ potentiæ, nihil agat per temporales moras: ſatis oſtendit, ſe creationis inexpreſſibilis modum, humaniter figuraſſe. Vnde ſapientes, qui inuiſibilem Deum, omnia ut uoluit, ſimul aiunt creaſſe, non contradicunt intentioni legislatoris Moyſi, ſicut nec alij plærique, qui alios confinxerunt modos, & ad hoc maximè facit, quia cum de homine loqueretur, ipſum Adam appellat, quod eſt appellatiuum, in ſuo ſignificato, hominem ſue maſculum ſiue fœminam complicans. Et ob premiſſa atque alia multa, quæ conuenientius alibi tractari poſſunt, principium Geneſeos, prudentibus mandatur ſeruari per Iudæos, ne literalis ſuperficies, nouitios offendat. Prudentes autem, atque in Theologicis peritiores, ſcientes diuinos modos, ſine apprehenſibili modo eſſe, non offenduntur, ſi configuralis aſſimilatorius ad conſuetudinem audientium contractus, reperitur. Ipſi enim abſoluunt eum à contractione illa, quantum eis poſſibile fuerit, ut intueantur tantum Idem abſolutum, identificare. Hinc eoſdem nec diuerſitas hiſtoriarum, rationum, temporis, nominatio hominum, aduerſatio fluxus fluuiorum, qui ex medio Paradiſi narrantur effluere, & quæcq; alia etiam, ſi forent abſurdiora, minimè offendunt, ſed myſteria ſecretiora ex abſurdioribus uenantur. Sicut in exercitatis maximis ingenijs ſanctorum, circa eam Geneſeos partem, reperire poteris, ſi Ambroſium de Paradiſo, & eundem in Hexameron, Baſilium, Auguſtinum, Hieronymum, & tales lectitaueris. Quales omnes, licet diſcrepare in pleriſq; uideantur, aduerti uti prudentes, in principali concurrere, licet modum non omnes ad litteram admittant, ibidem narratum. Quorum omnium conſiderationem, circa modum ſic accepto, quaſi ſint ſapientum uarij conceptus inexpreſſibilis modi, non niſi me ad Idem ipſum, quod quiſquẽ niſus eſt aſſimilatorię configurare conuertens, & in eo quieſcens. CONRADVS. Placet ualdè ea à te audiſſe, maximè de principio Geneſeos. Nam ut intelligo, erat intentio legislatoris una, quam affirmas ueriſſimam, prout omnes ſapientes, ſed hiſtoriam modi non negas: quia dicis, modum humaniter propter audientes, ut fructum faceret, ſic hiſtoricè redactum: quamuis homo, diuinum modum, nec concipere nec exprimere poſſit, niſi uaria aſſimilatione. Sed quia Propheta noſter Dauid, cuius uerba, qui de Eodem abſoluto locutus eſt, abunde explanaſti, alibi dicit, Verbo Domini cœlos firmatos, & ſpiritu oris eius, omnem eorum uirtutem: edoceri ſupplico, ſi hæc aſſimilatio conuenienter ſe habeat, maximè cum in radice uideatur à configuratione Moyſi, non multum diuerſa. NICOLAVS. Modum quo cuncta ſunt à primo, quiſq; conijcere niſus eſt, ſed ex prudentioribus Philoſophis habetur, ita à Deo puriſſimo intellectu, penitus atque perfectiſſimè in actu exiſtente, formas naturales rerum, imperio uoluntatis oriri, ſicut imperio architectonici, cui inſtrumenta obediunt, forma domus. Vnde ut compẽdioſiùs dicam, per præmiſſa oſtenditur, omne agens (quia idem ſibijpſi) identificare. Igitur omne agens, in agendo, quadã ſimilitudine creationem repræſentat. CONRADVS. Non dubium, ſed clariori modo, una quàm alia actio. Hinc oro, propin-

Ambroſius.
Baſilius.
Auguſtinus.
Hieronymus.

http://www.obrascatolicas.com

Vitrarius. Vitrum. quiori aſſimilatione per te duci. NICOLAVS. Perlibenter, quantum nunc occurrit. Vidiſti puta uaſa, uitrificatoria arte fieri. CONRADVS. Vidi. NICOLAVS. Satis illa te ducere poterit. Nam uitrifex, materiam colligit, deinde ipſam in fornace, mini ſterio ignis adaptat, poſt mediãte canna ferrea, cui colligatur materia, ut recipiat per influxum artificis formam uaſis, concepti in mente magiſtri, uitrificator ſpiritum inſufflat, qui ſubintrat ipſam materiam, & mediante ſpiritu, mouente materiam, ad intentionem magiſtri, fit uas uitreum per magiſtrum, de materia quę caruit omni forma uaſis. Quæ adeò eſt formans materiam, ut ſit uas tale talis ſpeciei, quòd materia ipſa tunc ſtans ſub forma, caret poſſibilitate uniuerſali, ad omnem formam uaſis, quia uniuerſalis poſſibilitas eſt actu ſpecificata. Sed quãdo magiſter, de hoc uaſe huius ſpeciei, aliud alterius ſpeciei, efficere proponit, uidens neque uas iſtud, aut eius partes, cum ſint partes eius, ſe habere poſſibiliter ad id quod intendit, cum quodlibet ſit totum & perfectum, & eius partes ſint illius totius partes: facit uas aut eius fragmenta reuerti, ad primam materiam, tollendo actualitatem formæ, qua ſtringebatur, & cum tunc ſit materia, per reſolutionem ad fluxibilitatem & uniuerſalem poſſibilitatem, reducta: iterum de ipſa, uas aliud efficit. Tali licet remota ſimilitudine, Deus (licet non colligat ex aliquo, quod non creauit poſſibilitatem rerum) omnia in eſſe producit, ſi attendis, & calore Solis, ita utitur natura in ſenſibilib. formis, ſicut uitrificator igne, & agit natura, uti ſpiritus uitrificatoris, & dirigitur natura, à mente ſummi Opificis, ſicut ſpiritus magiſtri, à mente eius. Talia quædam & alia multa elicere poteris. CONRADVS. Optimè aſſimilaſti geneſin ſenſibilium, & quaſi in exemplato paradigmate intueor, quomodo natura eſt principium motus, quomodo calor eſt inſtrumentũ naturæ, quomodo locus eſt ut fornax, quaſi calor ſit cultellus, & locus uagina. Multa de natura, quæ ineſt ut in centro, ex hoc capio. Vniuerſaliorem ſi potes, applica quæſo ſimilitudinem. NICOLAVS. Multa conſideranti occurrere poſſunt, ſatis apta paradigmata. Sed puto quòd docere, ſit inter nobis notas operationes, ſatis propinqua

Docere. aſſimilatio uniuerſalis modi creationis. Hinc ipſam Moyſes, Dauid, & cæteri Prophetæ, tanquam propinquè modum creationis figurantem, aſſumpſerunt. Doctor enim ad finem, ut ad identitatem magiſterij, non doctum diſcipulum uocet: ſilentium, ad uocem in ſimilitudinem ſui conceptus uocat, & ſurgit ſilentium, in aſſimilatione cõceptus magiſtri. Quæ quidem aſſimilatio, eſt uerbi intellectualis, quod in rationali, & illud in ſenſibili figuratur. Vnde ſenſibile, quò ad eius uocalitatem, ſurgit de ſilentio per gradus, de confuſo ſono, in diſcretam articularem uocem: docente enim magiſtro, remotius diſtantes, ſonum quendam confuſum audiunt. Sonus igitur poſſibilitas, ceu uocis propinqua materia exit. Quapropter, dum de ſilentio uocatur, primo oritur ſonus, quaſi uocis poſſibilitas, ut ſic poſſibilitas, quæ ſonus, nec ſit ſilentium, nec uox formata, ſed formabilis. Deinde oriuntur elementa, de confuſo ſono, poſt, combinatio elementorum in ſyllabas, ſyllabarum in dictiones, dictionum in oratio nem: & hæc quidem eo ordine, gradatim in uocatione ſilentij, in uerbum uocale exoriri conſtat, licet differentia prioritatis & poſteritatis, non ſanè per auditum attingatur. Eſt deinde uerbum magiſtri ſic prolatum, in ſe tenens triplicem ordinem. Nam

Verbum uocale, rationale, mẽtale. eſt ipſum tale uerbum, ſenſibile, & ſenſibilibus tantum auribus attingitur, per penitus uocabula ignorantes, & hic modus eſt beſtialitatis. Omnes enim beſtiæ, cum homine ignorante uocabula, non aliud quàm uocem articulatam, attingunt, eſt deinde uerbum ipſum rationale, quia per ſciẽtes uocabula attingitur. Vnde cum ſola ratio, uocabula capiat, ſic attingitur per hominem tantũ ſermo magiſtri, & non per beſtias. Sed quia poteſt grammaticus, tantùm attingere ſermonem, & non mentem magiſtri, qui in ſermone, conceptum Mathematicum, uel Theologicum, nititur explicare: habes uerbum magiſtri, in ſuperiore ordine rationale exiſtere. Deinde quoniam Mathematicus, aut Theologus, mentem magiſtri in uerbo eius intuetur: uerbum intellectuale ex hoc elicis tertij ordinis, quod gerit proximam ſimilitudinem mentis magiſtri. Vides etiam, quò ad uocalitatem ipſius uerbi, quandam uirtutem in magiſtro ſpiratiuam, ex qua uarij motus linguæ labiorum, & aliorum inſtrumẽtorum, prodire neceſſe

neceſſe eſt, ut ſit uocale uerbum. Participant igitur motores (qui & Muſæ à Poetis uocantur) uariè, ſpiritum arteriarum, linguæ, labiorum, mandibulæ, proferentis: ut ſint ſpiritus, uariè mouentes inſtrumenta, ad eandem intentionem proferentis. Sic Propheta, aſſimilat conuenientiſſimè, creationem uerbo & ſpiritui oris. Fortè hæc eſt ipſius ſancti Moyſi intentio, qui configurat ſimiliter creationis modum, uerbali expreſſioni. Ait enim: Dixit Deus, fiat lux: & facta eſt lux, ut facilitatem in creando, compararet uerbo dicto. Et hinc maximi myſterij ineffabile Dei nomen, quod Græci (quia quatuor Hebraicis characteribus ſcribitur) τετραγράμματον appellant, יהוה .ה.ו.ה. & profertur, fortè quoniam eſt complicatio omnis uocalitatis: ineffabile dicitur, tanquàm fons omnis effabilis uerbi, quaſi ineffabilis in omni uerbo effabili, ut cauſa reſplendeat. Videtur enim maximi profectus ſtudium, poſſe uenari in hac configuratione, ad effluxum entium à primo: circà omnia, quæ paſſim ſe conſideranda in diſtinctione, ordine, motibus & alijs cunctis offerunt, ocioſè & diligenter attendenti, niſi tibi aliud occurrat. CONRADVS. Neſcio cui aliud uideri poſſit, quàm quòd maximè refert attendere, ſanctorum prophetarum ſimplices fœcundiſſimas traditiones, & philoſophorum argutias. Nam magna facilitate, hoc compendio ſimilitudinis, eo ductus ſum: ut rerum ordinem pulcherrimum intuear, ſcilicet, quomodo corporalia, ſint ob ſenſibilem diſcretionem, & ſenſibilis diſcretio, ob rationalem, rationalis ob intellectualem, intellectualis ob ueram cauſam, quæ eſt uniuerſorum creatrix. Video enim apertiſſimè, in præmiſſo paradigmate, omnem naturam ſeruire intellectuali, ſicut eius aſſimilationes, ut ipſa ſit ſignaculum ueræ & abſolutæ cauſæ, atque ut ſic omne ens, eius medio attingat fontem ſui eſſe. Nam quid quærit, omnis ſenſibilis inquietatio, niſi diſcretionem ſeu rationem, Quid quærit omnis ratiocinatio, niſi intellectum, quid quærit omnis intellectus, niſi ueram abſolutam cauſam: idem omnia quærunt, quod eſt quid abſolutum, cuius ſignaculum extrà intellectualem regionem, non reperitur. Non enim reperitur quidditas, ab ore docentis, niſi in regione intellectuali, in qua cauſa uera reſplendet. Si dicit Mathematicus, omnem triangulum, habere tres angulos, æquales duobus rectis, etiamſi quia eſt diſcipulus capiat, quouſque cauſam ueram non concipit, non intelligit, patefacta cauſa, quidditatem intellectus intuetur. Ita uideo in intellectu reſplendere cauſam. Solus igitur intellectus, habet oculum, ad intuendam quidditatem, quam intueri nequit, niſi in cauſa uera, quæ eſt fons omnis deſiderij. Et cum omnia appetant eſſe, in omnibus eſt deſiderium, ab ipſo fonte deſiderij, in quo in idem coincidit, eſſe & deſiderare. Igitur omnium deſiderium eſt ſecundum eſſe, ut rationalia rationaliter, ſenſibilia ſenſibiliter, & ſic de alijs, eſſe appetant, & hoc quidem optimè. Omnia igitur optimum, ſed ſuo modo deſiderant, quod unum & idem abſolutum bonum, ad quod omnia uocata, eſſe omnium deſiderium, oſtendit. Talia quidem, lætanter te dicente hauſi, gaudens me hac aperta ſimilitudine, multa atque magna de geneſi & natura, elicere poſſe, ſed quia non deſunt ſancti, qui mundum libro ſcripto configurant, oro quid *Liber.* tibi uideatur exponas. NICOLAVS. Nullum pictorem ſperno, in quolibet idem intelligo. Mihi apta ſatis configuratio ad mundum, ſcriptus liber uidetur, cuius & ſigna & characteres ignorantur, quaſi Alemanno, Græcus quidã Platonis liber præſentaretur, in quo Plato intellectus ſui uires deſcripſerit. Poſſet enim attentè figuris incumbens Alemannus, ex differentia & concordantia characterum, conijcere aliqua elementa, ex combinationibus uarijs, uocales: ſed quidditatem ipſam, in toto uel in parte, nequaquam niſi reueletur eidem. Vnde tale quid conijcio mundum, ubi uis diuina configurata latet. Cuius etſi diligenti inueſtigatione per propoſitiones, differentias, & concordantias, & ſtudioſum diſcurſum ad quia eſt elementorum & combinationum deueniri poſſit: nullum tamen nomen nec elementi, nec uocalis, nec combinationis proprium, ex ſe inquiſitor inuenit, ſed inuentis ratio diſcernens, nomen appropriat. Quod Moyſes pulchrè exprimit, ubi Adam ſeu hominem, nomina re- *Moyſes.* bus impoſuiſſe deſcribit, & in proceſſu hiſtoriæ, cauſam nominum, certam ſemper rationem inſinuat. Hinc etiam uaria reperiuntur nomina rerum, ſecundum uariam

http://www.obrascatolicas.com

rationem,& uaria nomina unius,ex uaria rationis coniectura. Solum hoc nobis reuelat liber ille,quòd magnus & excelſus, ſuprà omne id quod dici poteſt, ille qui digito ſuo ſcripſit, atque quòd magnitudinis prudentiæ & potentiæ eius, non eſt finis, quodq; niſi ipſe reuelet, nihil penitus ſciri poſſit, atque quòd niſi intellectus conformetur ei, non intelligit: quia niſi Idem abſolutum uideatur, non intelligentur configurationes ſimilitudinis eius, nemo poteſt imaginem Socratis cognoſcere, ex ea cauſam ſcientiæ uenando, Socrate ignorato. Dic quæſo, ſi quis artis inuentor alicuius puta pictoriæ, poſt quem nullis talis, & cũ non adſit cui tradat, relinquere artem uelit, & inconfigurabilem pingendi artem (quia melius relinqui nequit) in libro depingat: nónne uidebis uarias figuras in libro, ex quibus mirabilem & incognitam artificis artem, conijcere poteris: ſed artem quæ eſt forma ſimplex omnium figurarum, quæ ibi expreſſa eſt, in omnibus & ſingulis, abſoluta quidditas figurarum exiſtens, quomodo attingere uiſu poteris, cum non ſit uiſibilis, ſed ſolum intelligibilis, quo quidem artis cares intellectu? Nónne Deus pater, eſt fons artis identificandi, quæ eſt ars omnis artis complicatiua, & abſoluta formalis quidditas, omnium formabilium, qui eſt filius, uerbum, potentia aut ſapientia patris, & alijs multis nominibus dicitur, quomodo igitur ars ipſa eſſendi, in omnibus quæ ſunt, explicata, poteſt concipi per non habentem intellectum artis, cum ſolus intellectus Dei patris, hanc habeat artem, qui eſt ars ipſa. Manifeſtum eſt igitur, neque in parte, neque in toto, poſſe aliquid quidditatis per hominem attingi. Dum hæc, humana meditatio rimatur, ſuas deſpicit uenationes ſyllogiſticas, & ad reuelatas propheticas illuminationes, obedienter ſe conuertit, & ita in cognitionem (ſe deſpiciendo, quaſi penitus impotentem) ad ea quæ quærit pergit, ſic cognitio ignorantiæ, humiliat, & humiliando exaltat, & doctum facit. Quod optimè Moyſes exprimit, ubi caſum hominis in ignorantiam, quę eſt mors intellectus, deſcripſit euenisſe: quia ſua ui niſus fuit, in ſcientia Deo coæquari. Hæc fortè te attendere, utile erit. CONRADVS. Imò maximè, quia omnium ſummam hanc uideo. Et quia tot nunc tacta ſunt, quæ in Prophetæ uerbis complicita, me latebant: ne quæſo graueris his adijcere, cur Propheta dicat, cœlos uerbo, & uirtutes eorum ſpiritu formatas, cum ſit Idem abſolutum, quod omnia identificè agit. NICOLAVS. Experientia didici, authoritatem maximè ſtudio conferre, qui enim recipit dictum aliquod, quaſi diuina reuelatione propalatum, & id quærit omni conatu intellectualiter uidere, quod credit: qualecunq; dictum illud fuerit, theſaurus ubique latens, ſe inapprehenſibiliter ibi reperibilem oſtendit. Hinc altiſſima fide, ad altiſſima ducimur, ut aliàs in libello, de Dei filiatione audiſti. Ita quidem propheticam hanc expreſſionem, quaſi propinquè figurantem geneſin rerum, recipio per fidem: pergo ipſam per intellectum in ſimilitudine uidere, quæ tamen inuiſibilis exiſtit. Ait Prophera: Verbo Domini, cœli formati ſunt, & ſpiritu oris eius, omnis uirtus eorum. Et ubi nos, Domini habemus, habet lingua originalis Hebraica, nomen Dei ineffabile, de quo pauca præmiſi, quod יהוה pronunciatur. Dicit igitur ex יהוה, quaſi ex patre uerbi, cum ſit omnis uocalitatis complicatio, ſine qua quidẽ uocalitate, nullum uerbum poteſt eſſe uocale, non poteſt eſſe uerbum, & ipſius & uerbi eſſe ſpiritum, quia ſpiritus oris eius, quaſi os ſit coincidentia, principij proferẽtis & uerbi, ab utroque procedentis ſpiritus. Et hęc ipſa trinitas, in ipſo Eodem eſt abſoluto, ſine qua Idem non haberet identificare. Idem igitur abſolutum, eſt trinum & unum, quod experimur in eo, quòd identificat. Ita omne agens, naturam ipſam trinam & unam participat, ſine qua non eſſet agens. De quo late, in primo docte ignorantię libello, uidere potuiſti, ubi noſtrum paruulum intellectum, Dei tamen donum optimum, explicuimus, circa trinitatem, quam plerique alij aſſimilanter tractauerunt, & quiſque modo ſuo excellenter. Ad geneſin autem redeuntes, dicimus, Prophetam nobis inſinuaſſe cœlos, & quicquid cœli nomine, ſimilitudine uel ratione uenit in eſſe: prodijſſe uti uerbum Domini & imperantis, quod in executione non retardatur, cuius ratio eſt uoluntas, & uoluntas ratio: qui dicit & facta ſunt, mandat & creata ſunt, abſque morę interuentione. Deinde uocato cœlo ut ſit, ei inſpirat uirtutem

Ars pictoria.

Liber de filiatione.

Liber de dato ignorantiæ.

tutem, ut extrinſecum omnis rei, ſit uocatio eius de nihilo, quaſi cœlum cælans & & claudens, & intrinſecum eius, ſit uerſio eius ad creatorem, quaſi ſit expreſſa creatura à Deo. Vnde in uirtute rei, relucet diuina uirtus, quaſi rei inſpirata. Et ſecundum illam, eſt expreſſio ſimilitudinis creatoris uigoroſior, quàm ſecundum eam extrinſecam habitudinem, qua de nihilo uocata extitit. Vt in animali, uirtutem uiuificãtem & ſententem, à Deo ſpiratam, plus eſſe eſt affirmandum: quàm cœlum animæ, hoc eſt, corpus de nihilo uocatum, ut ſic in omni creato cõſideremus, cum ſit aſſimilatio, eſſe extrinſecum ſcilicet uocationem de nihilo, & intrinſecum ſcilicet participationẽ ueri eſſe, quaſi in eſſentia omnis creaturæ ſint hæc tria, poſsibilitas per uocationem de nihilo, actualitas per participationem diuinę uirturis, & nexus horum. Quod & Moyſes eleganter exprimens, dicit: Formauit igitur Deus hominem, de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ, & factus eſt in animam uiuentem. Vt hominem terrenum (qui & Adam, quaſi terrenus dicitur) exprimeret his modis, ſecundum extrinſecum corpus, de limo terræ, ſeu elementorum natura uocatum, & ſecundum intrinſecam uitalem uirtutem, ex inſpiratione diuini ſpiritus, ſeu participatione diuinę uirtutis eſſe: ut ſic ex illis homo unus, ſit unus uerus homo. Poſſet non abſurdè nomine cœli intelligi, modus quidam ſpecificus, claudens participatę uirtutis motum: ſicut uirtus ſyllogiſtica rationis, quę inter cęteros modos reperitur, ſpecificè diſcurrendo contracta, ut prima figura ſit quaſi regio, ſphęra uel cœlum illius modi: & in illo cœlo, quaſi uniuerſali modo primę figurę ſunt, orbes ſpecificè differentes, qui ſunt modi contractiores: ita de alijs figuris. Vt ſic omnis ſpecies ſit cœlum, intrà ambitum ſuum continens, inuiſibilem ſibi inſpiratam uirtutem: quam cœlum illud inhabitantes, uariè participant. Quę quidem participatio, extrà cœlum ſuum eſſe nequit: ſicut combinatio ſyllogiſmi, ex tribus uniuerſalibus affirmatiuis, non poteſt extra primam figuram eſſe. Hinc omnis creatura, in cœlo ſuo mouetur & quieſcit, ut de hoc aliàs audiſti. CONRADVS. Audiui prius, & modo id quod expreſſiſti, ſed non planè capio hoc ultimum. Nam quòd nos homines, ratiocinando modis neceſſariò utimur (ut ais) euenit, quia hoc exigit ſyllogiſtica ratio. Hinc ſpecificì modi, ſic eueniunt ex combinationibus, & ex nobiſipſis, in lumine rationis uidemus, non poſſe ſyllogiſticas combinationes, alio pacto utiliter fieri. Secus in Deo, ubi uoluntas eſt coincidens cum ratione, ut uolitum ſit rationale: NICOLAVS. Volui tibi dixiſſe, hoc unum ſcilicet cœlum, intelligi poſſe ſpecificum, finitum, clauſum, aut cælatum modum aſſimilationis ipſius Eiuſdem: adduxi non ineptum exẽplum, de ſyllogiſmi figuris. Replicas, ſecus in ſyllogiſmi modis, qui in combinationibus certis ſunt rationales, in alijs non ſecus in Deo, cuius uoluntas ratio. Reſpondeo, idipſum me uoluiſſe, ſcilicet eo ipſo, quia ſpecialis eſt modus aſſimilationis ex Deo, eo ipſo rationalis, nam cum Idem identificat, modi reperibiles, qui certis cęlari poſſunt habitudinibus, in ſua aſſimilatione, Idem repręſentando differenter ſpeciales, quaſi ad ſpecificum repręſentationis modum ſunt perducti. Non enim poteſt Idem, extrà aſſimilationem dum identificat, reperiri. Et hinc, ſicut harmonia habet ſpeciales proportionales modos, in quibus poteſt reperiri, qui poſſunt uariè participari, extrà quos modos conſonantię ſeu harmonię, ſentimus diſſonantiam: ſic de Eodem, uti conſonantia ſeu harmonia eſt opinandum, cum Idem non ſit ab illis abſonum ſeu alienum. Et ſicut harmonia, ſpeciales proportiones requirit, extrà quas nequit reperiri: ita uniuerſaliter de Eodem abſoluto, ut ſic uoluntas ipſius Eiuſdem, qui non uult aliud, coincidat cum ratione ipſius, cum ratio ipſius Eiuſdem, aliud admittere nequeat. Sic igitur coincidit ratio cum uoluntate, in Eodem abſoluto, ſicut in natura, & ratione harmonię figuratur, ut ſpecies rerum, ſint ſpecies tales ut ſunt, quæ aliter eſſe nequeunt, à quibus ſi receditur, monſtrum ſeu diſſonantiam, ſeipſam prodit, & ſpeciem propriam efficere nequit. Exire enim ſpeciem, quę eſt aſſimilatio ipſius Eiuſdem modo tali, eſt formam relucentię pulchram, ipſius Eiuſdem, quod eſt abſolutè omnis pulchritudinis & boni fons, declinare. CONRADVS. Neſcio

Harmonia.

http://www.obrascatolicas.com

Dauid. his in aliquo diſſentire, quæ me iudice, rationabiliter ſunt ſtabilita. Sed quia Prophe-
ta noſter Dauid, attribuit cœlis uirtutes, & angelos, ait enim: Laudate Dominum de
cœlis, laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum om-
nes uirtutes eius. Verbum unum dicito, an his cœlis nunc dictis, præſunt angeli:
tunc enim cum profundior nox nos uocet ad requiem, ab inquietando ceſſabo. NI-
COLAVS. Præter inſtitutum multa, atque nunc iſta introducis, quæ altioris indagi-
nis locum petunt. Vt autem abſoluar, uerbum unum dico, omnem ſcilicet rationa-
bilium ſpecierum motum, ad Idem abſolutum tendere. Spiritualem & rationalem
quidem motum eſſe dicimus, quaſi ſpiritus ſit uirtus ſpirata, ex ore Dei, per quam i-
dentificabilis ille motus, miniſtratur indeficienter, qui eſt ipſa uis Dei, ſic participā-
tia dirigens & mouens ad idem. Quando enim omnes leones, qui fuerunt & nunc
ſunt, leoniſare uidemus, ſphæram aut cœlum ſeu regionem, hanc ſpecificam uim cō
tinenter ambientem, & eam ab aliis ſpecificantem & diſtinguentem, concipimus, at-
que cœleſtiali illi motui, adminiſtratorium ſpiritum præficimus, qui eſt quaſi uis diui-
na, complicans omnem uim talem, quam explicat motus ille ſpecificus. Vt ſic admi-
niſtratorius ſpiritus, ſit Dei creatoris miniſter, & in regno huius motus, ſuperinten-
dens, tali legationis fungens rectoratu. Quemadmodum doctor, qui & ſcholarum
rector, per alium præeſt ſubmonitorem Grammaticæ ſcholæ, per alium Rhetoricæ,
per alium Logicæ, per alium Mathematicæ: ut ſic Grammatica, ſit ſpecifici cuiuſdā
modi, Rhetoricæ doctoris (qui & rector omnium) doctrina participandi cœlum, at-
que diſcipuli Grammatici, ſint ipſius cœli incolæ, rectoris omnium, doctrinam, ſe-
cundum illum ſpecificum modum incolatus ſui, ſcilicet Grammaticę participantes,
& ſubmonitoris intellectus, rector & motor illius cœli, & cœleſtialium in cœlo. Aut
forte, propinquiorem comparationem in teipſo reperies. Tunc enim intellectus ma
xime eſt idem ſibiipſi, quia ipſius Eiuſdem abſoluti ſignaculum, hic, non niſi in ratio
ne relucet. Varię enim rationes, intellectum uarie aſſimilant, Alię lucidè, & clarè,
quę ideò oſtenſiuæ ſeu demonſtratiuæ dicuntur, alię perſuaſiuè debiliter, & umbro-
ſè, quæ Rhetoricæ ſunt, aliæ, mediocriter. Dum igitur intellectus identificando, ad ſe
mundum ſenſibilem uocare contendit, ut in ſui aſſimilatione ſurgat: per rationem
ipſum attrahere nititur. Et quia uariæ poſſunt eſſe ſpecificè differentes diſcretiones,
ſeu rationes ſenſibilium, in quibus ſenſibilia, ad aſſimilationem intellectus, eleuari
poſſunt, ut aut uiſibili modo, uel audibili, ſeu guſtabili, odorabili, uel tangibili: hinc
cœlum uiſus exurgit, & cœlum auditus, & idem de aliis. Vt ſenſibilis mundus, uiſi-
bili modo diſcernatur, hoc eſt ad ſimilationē intellectus aſſurgat, quod fit per diſcre-
tionem, in uiſo uiſitiuè exiſtentem. Igitur cœlum uiſus uirtute uiſiua refertum, ſpiritu
propitio rationali & diſcretiuo, regitur & mouetur, ut per hoc, quòd ſpiritus oculo in-
tentè adeſt, uiſiua diſcretione fruatur, in qua, intellectum participando delectabi-
liter uiuat. Idem, de cæteris ſenſibus concipito. Et quia hæc materia, &
ſufficientius explanari, & aliud conuenientius tempus exi-
git, hinc nunc ſatis ſit de geneſi, ſic interlocu-
tum. Ad quietem nos dudum gallus
uocauit. Vale.

Dialogi de Geneſi, finis.

NICOLAI

NICOLAI DE CV-
ſa Cardinalis, Idiotæ de Sapientia, Liber primus. Interlocutores: Auctor. Idio-ta. Orator.

AVCTOR.

Onuenit pauper quidam Idiota, ditiſſimum oratorem, in foro Ro
mano, quem facetè, ſubridens, ſic allocutus eſt. IDIOTA. Miror
de faſtu tuo, quòd cum continua lectione defatigeris, innumera-
biles libros lectitando, nondum ad humilitatē ductus ſis, hoc cer
tè ex eo, qa ſciētia huius mūdi, in qua te cæteros præcellere putas,
ſtultitia quædam eſt apud Deum, & hinc inflatuera autem ſcien-
tia, humiliat: optarem, ut ad illam te conferres, quoniā ibi eſt the-
ſaurus lætitiæ. ORATOR. Quæ eſt preſumptio tua pauper Idiota, & penitus igno-
rans, ut ſic paruifacias ſtudium literarum, ſine quo nemo proficit. IDIOTA. Non
eſt magne orator præſumptio, quæ me ſilere non ſinit, ſed charitas. Nam uideo te
deditum, ad quærendam ſapientiam, multo caſſo labore, à quo te reuocare ſi poſſem,
ita ut & tu errorem perpenderes, puto, contrito laqueo, te euaſiſſe gauderes. Traxit
te opinio auctoritatis, ut ſis quaſi equus, natura liber, ſed arte capiſtro alligatus præ-
ſepi, ubi non aliud comedit, niſi quod illi miniſtratur. Paſcitur enim intellectus tu-
us, auctoritati ſcribentium aſtrictus, pabulo alieno & non naturali. ORATOR. Si
non in libris ſapientum, eſt ſapientiæ pabulum, ubi tunc eſt. IDIOTA. Non dico
ibi non eſſe, ſed dico, naturale ibi non reperiri. Qui enim primo ſe ad ſcribendum de
ſapientia contulerunt, non de librorum pabulo, qui nondum erant, incrementa rece-
perunt: ſed naturali alimento, in uirum perfectum perducebantur, & ij, cæteros qui ex
libris ſe putant profeciſſe, longè ſapientia antecedunt. ORAT. Quamuis fortè ſi-
ne literarum ſtudio, aliqua ſciri poſſint, tamen res difficiles & grandes nequaquam
cum ſcientiæ creuerint per additamenta. IDIOTA. Hoc eſt quod aiebam, ſcilicet
te duci auctoritate & decipi. Scribit aliquis uerbum illud, cui credis. Ego autem di-
co tibi, quòd ſapientia foris clamat in plateis, & eſt clamor eius quomodo ipſa habi-
tat in altiſſimis. ORATOR. Vt audio, cum ſis Idiota, ſapere te putas? IDIOTA.
Hæc eſt fortaſſis inter te & me differentia, tu te ſcientem putas, cum non ſis, hinc ſu-
perbis: ego uerò Idiotam me eſſe cognoſco, hinc humilior, in hoc fortè doctior exi-
ſto. ORAT. Quomodo ductus eſſe potes ad ſcientiam ignorantiæ tuæ, cum ſis I-
diota. IDIOTA. Non ex tuis, ſed Dei libris. ORATOR. Qui ſunt illi. IDIOTA.
Quos ſuo digito ſcripſit. ORAT. Vbi reperiuntur. IDIOTA. Vbique. ORAT.
Igitur & in hoc foro. IDIOTA. Imò etiam dixi, quòd ſapientia clamat in plateis.
ORAT. Optarem audire, quomodo. IDIOTA. Si te abſque curioſa inquiſitione
affectum conſpicerem, magna tibi panderem. ORAT. Potesne hoc breui tempore
efficere, ut quid uelis deguſtem. IDIOTA. Poſſum. ORAT. Contrahamus igitur
nos, in hanc tonſoris proximam quæſo officinam, ut ſedentes quietiùs loquamur.
AVCTOR. Placuit Idiotæ, & ipſis intrantibus in locum, & aſpectum in forum
uertentibus ſic exorſus eſt Idiota ſermonem. IDIOTA. Quoniam tibi dixi ſapien-
tiam clamare in plateis, & clamor eius eſt, ipſam in altiſſimis habitare, hoc tibi oſten
dere conabor. Et primùm uelim dicas, quid hic fieri conſpicis in foro. ORAT. Vi-
deo ibi numerari pecunias, in alio angulo pondere merces, ex oppoſito menſurari o-
leum, & alia. IDIOTA. Hæc ſunt opera rationis illius, per quam homines, beſtias

http://www.obrascatolicas.com

Numerus. antecedunt: nam numerare, ponderare, & mensurare, bruta nequeunt. Attende nunc
Pondus. orator, per quæ, in quo hæc fiant, & dicito mihi. ORAT. Per discretionem. IDIO-
Mensura. TA. Rectè dicis. Per quæ autem discretio, nónne per unum numerat. ORAT. Quo modo. IDIOTA. Nónne unum, est unum semel: & duo, est unum bis: & tria, unum ter, & sic deinceps. ORAT. Ita est. IDIOTA. Per unum igitur, fit omnis numeratio. ORAT. Ita uidetur. IDIOTA. Sicut igitur unum est principium numeri, ita est pondus minimum, principium ponderandi, & mensura minima, principium mensurandi. Vocetur igitur pondus illud uncia, & mensura petitum. Nónne sicut per unum numeratur, ita per unciam ponderatur, & petitum mensuratur. Sic etiam ex uno est numeratio, ex uncia ponderatio, in petito mensuratio. Ita similiter & in uno est numeratio, in uncia ponderatio, in petito mensuratio. Nónne hæc sic se habent. ORATOR. Imò. IDIOTA. Per quid autem attingitur unitas, per quid uncia, per quid petitum. ORATOR. Nescio. Scio tamen, quòd unitas non attingitur numero, quia numerus est post unum, sic nec uncia pondere, nec petitum mensura. IDIOTA. Optimè ais orator. Sicut enim simplex, prius est natura composito: ita compositum simplici, natura posterius. Vnde compositum non potest mensurare simplex, sed econuersò. Ex quo habes, quomodo illud per quod, ex quo, & in quo, omne numerabile numeratur, non est numero attingibile, & id per quod, ex quo, & in quo, omne ponderabile ponderatur, non est pōdere attingibile. Similiter & id, per quod, ex quo, & in quo omne mensurabile mensuratur, non est mensura attingibile. ORATOR. Hoc clarè conspicio. IDIOTA. Hunc clamorem sapientiæ in plateis, transfer in altissima, ubi sapientia habitat: & multò delectabiliora reperies, quàm in omnibus ornatissimis uoluminibus tuis. ORATOR. Nisi quid per hoc uelis exponas, non intelligo. IDIOTA. Nisi ex affectu oraueris, prohibitus sum ne faciam: nam secreta sapientiæ, non sunt omnibus passim aperienda. ORAT. Multum desidero te audire, & ex paucis inflammor. Ea enim quæ iam præmisisti, aliquid magni futurum annunciant. Rogo igitur ut incepta prosequaris. IDIOTA. Nescio, si liceat tanta secreta detegere, & tam altam profunditatem facilè ostendere: tamen nequeo me continere, quin tibi complaceam. Ecce frater, summa sapientia est hæc, ut scias, quomodo in similitudine iam dicta, attingitur inattingibile, inattingibiliter. ORAT. Mira dicis & absona. IDIOTA. Hæc est causa, cur occulta non debent communicari omnibus: quia eis absona uidentur, quando panduntur. Admiraris, me dixisse sibi inuicem contradicentia, audies & gustabis ueritatem. Dico autem, quòd sicut iam antè de unitate, uncia & petito dixi: ita de omnibus, quo ad omnium principium, dicendum. Nam omnium principium est, per quod, in quo, & ex quo, omne principiabile principiatur, & tamen per nullum principiatum attingibile. Ipsum est, per quod, in quo, & ex quo, omne intelligibile intelligitur, & tamen intellectu inattingibile. Est similiter, per quod, in quo, & ex quo, omne dicibile dicitur, & tamen fatu ineffabile. Sic est, per quod, in quo, & ex quo, omne terminabile terminatur, & omne finibile finitur, & tamen termino interminabile, & fine infinibile. Tales etenim facere poteris innumerabiles similes uerissimas propositiones, & omnia oratoria uolumina illis implere, & alia sine numero illis addere, ut uideas, quomodo sapientia in altissimis habitat. Altissimum enim est, quod altius esse non potest. Sola autem infinitas, est illa altitudo. Vnde sapientia (quā cum oēs homines natura scire desiderent, tanto cum affectu mentis quærunt) non aliter scitur, cꝫ quòd ipsa est omni scientia altior, & inscibilis, & omni loquela ineffabilis, & omni intellectu inintelligibilis, & omni mēsura immēsurabilis, & omni fine infinibilis, & omni termino interminabilis. & omni proportione improportionabilis, & omni comparatione incōparabilis, & omni figuratione infigurabilis, & omni formatiōe informabilis, & omni motione immobilis, & in omni imaginatione inimaginabilis, & omni sensatione insensibilis, & in omni attractione inattrahibilis, & in omni gustu ingustabilis, & in omni auditu inaudibilis, & in omni uisu inuisibilis, & in omni appræhensione inappræhensibilis, & in omni affirmatione inaffirmabilis, & in omni negatione innegabilis, & in

& in omni dubitatiōe indubitabilis, & in omni opinione inopinabilis. Et quia in omni eloquio est inexpressibilis, harum locutionum non potest finis cogitari, cum in omni cogitatione sit incogitabilis, per quam, in qua, & ex qua, omnia. ORAT. Hęc indubiè altiora sunt, quàm à te audire sperabam. Non cesses quæso, me illò ducere, ubi aliquid talium altissimarum Theoriarum, tecum quàm suauissimè degustem: nam uideo te non satiari, semper de illa sapientia loqui, maxima autem ut puto dulcedo, hoc agit, quam nisi interno gustu saperes, non te tantum alliceret. IDIOTA. Sapientia est quæ sapit, qua nihil dulcius intellectui. Nec censendi sunt quouismodo sapientes, qui uerbo tantum, & non gustu loquuntur. Illi autem cum gustu de sapientia loquuntur, qui per eam ita sciunt omnia, quòd nihil omnium: per sapientiam enim, & in ipsa, & ex ipsa, est omne internum sapere, ipsa autem, quia in altissimis habitat, non est ullo sapore gustabilis. Ingustabiliter ergo gustatur, cum sit altior omni gustabili, sensibili, rationali, & intellectuali. Hoc est autem ingustabiliter & à remotis gustare, quasi si odor quidam dici potest, prægustatio ingustabilis. Sicut enim odor ab odorabili multiplicatus, in alio receptus, nos allicit ad cursum, ut in odore unguētorum, ad unguentum curramus: ita æterna & infinita sapientia, cum in omnibus reluceat, nos allicit, ex quadam prægustatione effectuum, ut mirabili desiderio, ad ipsam feramur. Cum enim ipsa sit uita, spiritus intellectualis, qui in se habet quandam cognatam prægustationem, per quam tanto studio, inquirit fontem uitæ suæ, quem sine prægustione non quæreret, nec se recepisse sciret, si reperiret: hinc ad eam, ut ad propriam suam uitam, mouetur, & dulce est omni spiritui, ad uitæ principium, quamuis inaccessibile, continuè ascendere. Nam hoc est continue felicius uiuere, ad uitam ascendere. Et quando eò ducitur, uitam suam quærens, ut eam infinitam uitam uideat: tunc tantò plus gaudet, quantò suam uitam immortalem, plus conspicit. Vt sic euenit, ut inaccessibilitas siue incompræhensibilitas infinitatis uitæ suæ, sit sua desideratissima compræhensio. Quasi si quis haberet magnum thesaurum uitæ suæ, & ad hoc pertingeret, quòd illum suum thesaurum sciret innumerabilem, imponderabilem, & immensurabilem: hæc scientia incompræhensibilitatis, est iocundissima, & optatissima compræhensio, non quidem, ut ad compræhendentem refertur, sed ad ipsam amorosissimū uitæ thesaurum. Quasi si quis amet aliquid, quia amabile, hic gaudet inamabili, infinitas & inexpressibiles amoris causas reperiri. Et hæc est gaudio plenissima, compræhensio amantis, quando incompræhensibilem amabilitatem, amati compræhendit, nequaquam enim tantùm gauderet se amare, secundum aliquod compræhensibile amatum: sicut, quando sibi constat, amati amabilitatem, esse penitus immensurabilem, infinibilem, atque etiam penitus incompræhensibilem. Hæc est (ut sic dicam) gaudiosissima incompræhensibilitatis compræhensibilitas. ORAT. Intelligo fortè, tu iudicabis. Nam hæc uidetur tua intentio, quòd principium nostrum, per quod, in quo, & ex quo sumus & mouemur, tunc gustatur à nobis, ut principium, medium, & finis: quando eius uitalis suauitas, ingustabiliter gustatur per affectum, & incompræhensibiliter compræhenditur, per intellectum, ac quòd qui ipsum gustabiliter gustare, & comprehensibiliter compræhendere, nititur: ille penitus est sine gustu, & intellectu. IDIOTA. Optimè cœpisti orator. Ob hoc enim qui non aliud sapientiam putant, quā id quod est intellectu cōpræhensibile, & non aliud fœlicitatem, quā eam quę attingibilis est per eos: hi longè sunt à uera sapientia, æterna, & infinita, sed conuersi sunt ad finitum, finibilem quandam cōperientes quietē, ubi putant lætitiā uitæ esse, sed non est. Hinc se deceptos sentiētes, in cruciatu sunt, quia ubi felicitatē esse putabant, ad quā se omni conatu cōuertebāt, ibi ærumnam reperiunt, & mortem. Sapientia enim infinita, est indeficiens uitæ pabulum, de quo æternaliter uiuit spiritus noster, qui non nisi sapientiam & ueritatem amare potest. Omnis enim intellectus, appetit esse, suum esse, est uiuere, suum uiuere, est intelligere, suum intelligere, est pasci sapiētia & ueritate. Vnde intellectus, qui non est degustans claram sapientiam, hic est ut oculus in tenebris. Est enim oculus, sed non uidet, quia non est in luce. Et quia caret uita delectabili, quæ consistit in uidere,

Thesaurus infinitus. *Amans.* *Amabile.*

http://www.obrascatolicas.com

dere, tunc eſt in ærumna & cruciatu, & hæc eſt mors potius, quã uita. Sic intellectus, ad omne aliud, quàm ad æternæ ſapientiæ pabulum conuerſus: ſe extrà uitam, quaſi in tenebris ignorantiæ inuolutum, potius mortuum quàm uiuum, reperiet. Et hic eſt cruciatus interminabilis, intellectuale eſſe habere, & nunquam intelligere. Sola enim æterna ſapientia eſt, in qua omnis intellectus intelligere poteſt. ORATOR. Pulchra atque rara narras. Nunc age quæſo, quomodo eleuari queam, ad aliqualem guſtum, æternæ ſapientiæ. IDIOTA. Aeterna ſapientia, in omni guſtabili guſtatur, ipſa eſt delectatio, in omni delectabili, ipſa eſt pulchritudo, in omni pulchro, ipſa eſt appetitio, in omni appetibili. Sic de cunctis deſiderabilibus dicito. Quomodo tunc poteſt non guſtari: Nónne uita eſt tibi iocunda, quando eſt ſecundum deſiderium tuum? ORATOR. Imò nihil plus. IDIOTA. Cum ergo hoc deſiderium tuum non ſit, niſi per æternam ſapientiam ex qua, & in qua eſt, & hæc uita fœlix quam deſideras, ſimiliter non ſit, niſi ab eadem æterna ſapientia, in qua eſt, & extrà quam eſſe nequit: hinc non aliud, in omni deſiderio intellectualis uitæ, deſideras, quàm ſapientiam æternam, quæ eſt deſiderij tui complementum, principium, medium, & finis. Si igitur eſt tibi dulce hoc deſiderium immortalis uitæ, ut æternaliter fœliciter uiuas, quandam in te præguſtationem experiris æternæ ſapientiæ. Nihil enim, penitus incognitum appetitur. Sunt etenim poma apud Indos, quorum præguſtationem cum non habeamus, ea non appetimus, ſed cum ſine nutrimẽto uiuere non poſſimus, appetimus nutrimentum. Habemus autem nutrimenti quandam præguſtationem, ut uiuamus ſenſibiliter, & hinc puer, quandam habet lactis præguſtationem, in ſua natura, quare dum eſurit, ad lac mouetur. Ex quibus enim ſumus, ex illis nutrimur. Sic intellectus habet uitam ſuam, ab æterna ſapientia, & huius habet qualemcunq; præguſtationem. Vnde in omni paſcentia, quæ ei ut uiuat neceſſaria eſt, non mouetur, niſi ut inde paſcatur, à quo habet hoc intellectuale eſſe. Si igitur in omni deſiderio uitæ intellectualis, attenderes, à quo eſt intellectus, per quod mouetur, & ad quod: in te comperires, dulcedinem ſapientiæ æternæ illam eſſe, quæ tibi facit, deſiderium tuum ita dulce & delectabile, ut inenarrabili affectu feraris, ad eius comprehenſionem, tanquàm ad immortalitatem uitæ tuæ, quaſi ad ferrum & magnetem attendas. Habetenim ferrum in magnete, quoddam ſui effluxus principium, & dum magnes, per ſui præſentiam, excitat ferrum graue & ponderoſum, ferrum mirabili deſiderio, fertur etiam ſuprà motum naturæ, quo ſecundum grauitatem deorſum tendere debet, & ſurſum mouetur, ſe in ſuo principio uniendo. Niſi enim in ferro, eſſet quędam prægustatio naturalis, ipſius magnetis: non moueretur plus ad magnetem, quàm ad aliũ lapidem, & niſi in lapide, eſſet maior inclinatio ad ferrum, quàm cuprum: non eſſet illa attractio. Habet igitur ſpiritus noſter intellectualis, ab æterna ſapientia, principiũ ſic intellectualiter eſſendi, quod eſſe, eſt conformius ſapientiæ, quàm aliud non intellectuale. Hinc irradiatio ſeu immiſſio, in ſanctam animam, eſt motus deſideriоſus in excitatione: qui enim quærit, motu intellectuali ſapientiam, hic interne tactus ad prægustatam dulcedinem, ſui oblitus, recipitur in corpore, quaſi extrà corpus, omniũ ſenſibilium pondus eum tenere nequeat, quousq; ſe uniat attrahenti ſapientiæ. Hęc, ſtupida admiratione ſenſum linquentem, inſanire facit animam, ut cuncta præter eã penitus nihilifaciat, & illis dulce eſt, hunc mundum, & hanc uitam poſſe linquere, ut expeditius ferri poſſint, in immortalitatis ſapientiam. Hæc prægustatio, facit ſanctis omne apparens delectabile, abominabile, & omnia corporalia tormenta, propter ipſam citius adipiſcendam, æquiſſimo animo ferre. Hęc nos inſtruit, hunc noſtrum ſpiritum, ad ipſam conuerſum, nunquam deficere poſſe. Si enim hoc corpus noſtrũ, ſpiritum omni ſenſibili ligamẽto tenere nequit, quin auidiſſimé ad ipſam, corporeo dimiſſo officio, feratur: nequaquã deficiente corpore, deficere poteſt, hæc enim eius aſſimilatio, quæ ſpiritui noſtro naturaliter ineſt, per quam non quietatur, niſi in ipſa ſapientia, eſt quaſi uiua imago eius. Non em̃ quietatur imago, niſi in eo, cuius eſt imago, à quo habet principium, medium, & finem. Viua autem imago, per uitam ex ſe motum exerit ad exemplar, in quo ſolum quieſcit: uita enim imaginis, non poteſt in ſe quieſcere,

Poma Indiæ. Nutrimentum.

Puer. Lac.

Ferrum. Magnes.

quieſcere; cum ſit uita uitæ ueritatis, & non ſua. Hinc mouetur ad exemplar, ut ad ueritatem ſui eſſe. Si igitur exemplar eſt æternum, & imago habet uitam, in qua prægustat ſuum exemplar, & ſic deſideriоſe ad ipſum mouetur, & cum motus ille uitalis, non poſſit quieſcere, niſi in infinita uita, quæ eſt æterna ſapientia, hinc non poteſt ceſſare, ſpiritualis ille motus, qui nunquam infinitam uitam, infinite attingit, ſemper enim iocundiſſimo deſiderio mouetur, ut attingat, quod nunquam de delectabilitate attactus, faſtiditur. Eſt enim ſapientia, cibus ſaporoſiſſimus, qui ſatiando, deſiderium ſumendi non minuit, ut in æterna cibatione nunquàm ceſſet delectari. ORATOR. Indubiè te optimè dixiſſe teneo, ſed ualde intereſſe uideo, inter guſtum ſapientiæ, & ea quæ de guſtu proferri poſſunt. IDIOTA. Benè dicis, & placet, à te hoc uerbum audiſſe. Sicut enim omnis ſcientia de guſtu, rei nunquam guſtatæ uacua & ſterilis eſt, quouſq; ſenſus guſtus attingat: ita de hac ſapientia, quàm nemo guſtat per auditum, ſed ſolum ille, qui eam accipit in interno guſtu, ille perhibet teſtimonium, non de ijs quæ audiuit, ſed quæ in ſeipſo experimentaliter guſtauit. Scire multas amoris deſcriptiones, quas ſancti nobis reliquerunt, ſine amoris guſtu, uacuitas quædam eſt. Quapropter, ad quærentem æternam ſapientiam, non ſufficit ſcire ea, quæ de ipſa leguntur, ſed ualde neceſſe eſt, quòd poſtquàm intellectu repperit ubi eſt, quòd eam tunc ſuam faciat: quaſi ille, qui inuenit agrum, in quo eſt magnus theſaurus, non poteſt gaudere de theſauro, in alieno agro non ſuo exiſtente. Quare uendit omnia, & emit agrum illum, ut in ſuo agro habeat theſaurum, unde oportet omnia ſua uendere; & dare. Non uult enim æterna ſapientia haberi, niſi ubi habens, nihil de ſuo tenuit; ut eam haberet, id autem quod de noſtro habemus, uitia ſunt, de æterna uerò ſapientia, non niſi bona. Quapropter, ſpiritus ſapientiæ, non habitat in corpore ſubdito peccatis, neque in maleuola anima, ſed in agro ſuo puro, & ſapientiali munda imagine, quaſi in templo ſancto ſuo. Vbi enim æterna habitat ſapientia, ibi eſt ager Dominicus, fructum ferens immortalem: eſt enim ager uirtutum, quem ſapientia colit, ex quo naſcuntur fructus ſpiritus, qui ſunt iuſtitia, pax, fortitudo, temperantia, caſtitas, patientia, & cæteri tales. ORAT. Abundè hæc explanaſti, ſed nunc te oro, nónne Deus eſt omnium principium. IDIOTA. Quis hæſitat. ORAT. Eſtne aliud ſapientia æterna quàm Deus. IDIOTA. Abſit quòd aliud, ſed eſt Deus. ORAT. Nónne Deus uerbo cuncta formauit. IDIOTA. Formauit. ORAT. Eſt uerbum Deus. IDIOTA. Eſt. ORAT. Sic eſt & ſapientia. IDIOTA. Non eſt aliud dicere, Deum omnia in ſapientia feciſſe, quàm Deum omnia uerbo creaſſe. Conſidera autem, quomodo omne quod eſt potuit eſſe, & potuit ſic eſſe, & eſt. Deus autem, qui tradit ei actualitatem eſſendi, eſt apud quem eſt potentia, per quam res de non eſſe, ad eſſe potuit produci, & eſt Deus pater, qui dici poteſt entitas ſeu unitas: quia neceſſitat eſſe, quod erat nihil, ex omni potẽtia ſua. Deus etiam tradit illi tale eſſe, ut ſit hoc, puta cœlum, & non aliud, neq; plus neq; minus. Et hic Deus, eſt uerbũ, ſapientia, ſeu filius patris, & poteſt dici, unitatis ſeu entitatis æqualitas. Eſt deinde eſſe, & ſic eſſe unitum, ut ſit, & hoc habet à Deo, qui eſt connexio omnia connectens. Et eſt Deus ſpirituſſanctus: ſpiritus enim, eſt uniens & nectens in nobis & uniuerſo, omnia. Vnde, ſicut unitatem nihil gignit, ſed eſt primum principium, nequaquã principiatũ, ſic patrem nihil gignit, qui eſt æternus. Aequalitas autem, ab unitate procedit, ſic filius à patre, & nexus procedit ab unitate, & ſua æqualitate: ſic ſpirituſſanctus, à patre & filio. Vnde omnis res ut habeat eſſe, & tale eſſe, in quo eſt: opus habet unitrino principio, Deo ſcilicet, trino & uno, de quo longior ſermo fieri poſſet, ſi tempus concederet. Sapientia igitur, quæ eſt ipſa eſſendi æqualitas, uerbum ſeu ratio rerum eſt: eſt em̃, ut infinita intellectualis forma, forma enim dat formatum eſſe rei. Vnde infinita forma, eſt actualitas, omnium formabilium formarum, & omnium talium, præciſiſſima æqualitas. Sicut enim infinitus circulus ſi eſſet, omnium figurarum figurabilium, uerùm exemplar eſſet, & cuiuslibet figuræ eſſendi æqualitas (eſſet enim triangulus, hexagonus, decagonus, & ita deinceps, & omnium menſura adæquatiſſima, liceet ſimpliciſſima figura) ſic infinita ſapientia, eſt ſimplicitas, omnes formas complicans,

Agri. Theſaurus.

Vnitas. Aequalitas. Connexio.

Circulus infinitus.

http://www.obrascatolicas.com

cans, & omnium adæquatiſſima menſura, quaſi imperfectiſſima omnipotentis artis idea, omne per artē formabile, ſimpliciſſima forma, ars ipſa exiſtat. Ita quòd ſi reſpicis ad humanam formā, reperies formam artis diuinæ, eius præciſiſſimum exemplar, quaſi aliud penitus nihil eſſet, quàm humanæ formæ exemplar. Sic ad formam cœli ſi reſpicis, & te ad formam artis diuinæ conuertis, penitus ipſam non aliud cōcipere poteris, quàm huius formæ cœli exemplar. Et ita de omnibus formis formatis, uel formabilibus: ut ars ſeu ſapientia Dei patris ſit ſimpliciſſima forma, & tamen infinitarum formabilium formarum, quanquā uariabilium, unicum æqualiſſimum exēplar. O quā admiranda eſt illa forma, cuius infinitatem ſimpliciſſimam, omnes formabiles formæ, nequeunt explicare. Et qui ſe eleuat altiſſimo intellectu, ſuper omnem oppoſitionem, ille ſolùm hoc ueriſſimum intuetur, ac ſi quis attēderet, uim naturalem, quæ eſt in unitate, illam uim uideret, ſi actu eam eſſe conciperet, quaſi eſſe quoddam formale, ſolo intellectu de longè uiſibile. Et quia eſſet uis unitatis ſimpliciſſima, ipſa eſſet quædam ſimpliciſſima infinitas. Deinde, ſi hic ad formam numerorum ſe conuer
Denaritas. Dunaritatis. teret, dualitatem, aut decemnalitatem conſiderando, & reuerteretur tunc ad uim actualem unitatis: ipſe uideret formam illā, quæ ponitur eſſe uis actualis unitatis, præciſiſſimum exemplar dualitatis, ſic etiam decemnalitatis, & alterius cuiuſcunq; numeri numerabilis. Hoc enim ageret infinitas formæ illius (quæ uis dicitur unitatis) quòd dum ad dualitatem reſpicis, forma illa, nō poteſt eſſe nec maior, nec minor, forma dualitatis, cuius eſt præciſiſſimum exemplar. Sic uides, unicam & ſimpliciſſimā Dei ſapientiam, quia eſt infinita, eſſe omnium formarum formabilium, ueriſſimum exemplar. Et hoc eſt ſuum attingere, quo omnia attingit, omnia finit, omnia diſponit: eſt enim in omnibus formis, ut ueritas in imagine, & exemplar in exemplato, & forma in figura, præciſio in aſſimilatione. Et licet ſe omnibus communicet liberaliſſimè, cum ſit infinitè bona: tamen à nullo capi poteſt, uti eſt, cum in alio aliter recipiatur. Et cum non poſſit in aliquo, niſi aliter recipi: tunc recipitur meliori modo, quo poteſt, ſed immultiplicabilis infinitas, in uaria receptione melius explicatur, magna enim diuerſitas, immultiplicabilitatem melius exprimit. Ex quo euenit, ut ſapiētia in uariis formis uariè recepta, hoc efficiat, ut quælibet ad identitatem uocata, modo quo poteſt, ſapientiam participet: ut quædam eandem participent, in quodā ſpiritu ualde diſtanti à prima forma, qui uix eſſe elementale tribuit, alia in magis formato, qui eſſe minerale tribuit, alia adhuc in nobiliori gradu, qui uitam præbet uegetabilem, adhuc alia in altiori, qui ſenſibilem. Poſt hoc, qui imaginabilem, deinde, qui rationalem, poſt, qui intellectualem. Et hic gradus eſt altiſſimus, proxima ſcilicet ſapientiæ imago. Et hic ſolus, eſt gradus, habens aptitudinem, ſe ad ſapientiæ guſtum eleuandi: quia in illis intellectualibus naturis, imago ſapientiæ, eſt uiua uita intellectualis, cuius uitæ uis eſt, ex ſe uitalem motum exerere, qui motus eſt per intelligere ad proprium ſuum obiectum (quod eſt ueritas abſoluta, quæ eſt æterna ſapientia) pergere. Pergere autem illud, cum ſit intelligere, tunc eſt & guſtare intellectualiter: appræhēdere enim per intellectum, eſt quidditatem, quadam deguſtatione gratiſſima, modo quo poteſt, attingere. Sicut enim ſenſibili guſtu, qui non pertingit ad rei quiddditatem, in extrinſecis, à quidditate quædam grata ſuauitas, per ſenſum percipitur: ſic per intellectū, intellectualis ſuauitas, in quidditate deguſtatur, quæ eſt imago ſuauitatis ſapiētiæ & æternę, quæ eſt quidditatū quidditas, & eſt cōparatio, ſuauitatis unius ad aliā improportionabilis. Sic nūc pro hoc breui tēpore, hæc ſic dicta ſufficiāt, ut ſcias, ſapientiam eſſe nō in arte oratoria, aut uoluminibus magnis, ſed in ſeparatione ab iſtis ſenſibilibus, ac in conuerſione, ad ſimpliciſſimam & infinitam formam. Et illam ſ ias recipere, in templo purgato ab omni uitio, & feruido amore ei inhærere, quouſq; guſtare eam queas, & uidere, quā ſuauis ſit illa, quæ eſt omnis ſuauitas. Qua deguſtata, uileſcent tibi omnia, quæ nunc tibi magna uidentur, & humiliaberis, ut nihil arrogātiæ in te remaneat, neq; aliud quod cunq; uitiū. Quoniā caſtiſſimo & puriſſimo corde, ſemel deguſtatæ ſapientiæ, indiſſolubiliter adhærebis, etiam potius hunc mundum, & cuncta quæ non ſunt ipſa, quā ipſam deſerēdo, & cum indicibili lætitia uiuens,

uiuens, morieris, & poſt mortem in ipſa amoroſiſſimo amplexu, æternaliter requieſces: quod tibi & mihi concedat, ipſa Dei ſapientia, ſemper benedicta. Amen.

Primi Dialogi Idiotæ, finis.

Nicolaus de Cuſa Cardinalis Idiotæ de ſapientia liber ſecundus. Interlocutores. Auctor. Orator. Idiota.

AVCTOR.

Acciditoratorem Romanum, poſt uerba quæ audiuit ab idiota, de ſapientia, ſumma admiratione ſuſpēſum, adiſſe ipſum idiotā: quē circa tēplū æternitatis latitantē inueniens, ſic allocutus eſt. ORATOR. O uir deſideratiſſime, adiuua impotentiā meā, ut in difficilibus, quæ mentē tranſcendunt, quadā facilitate depaſcar, alioqui parū proderit, tot altas à te audiſſe Theorias. IDIOTA. Nulla eſt facilior difficultas, cū diuina ſpeculari, ubi delectatio, coincidit cū difficultate. Sed quid optas, dicito. ORAT. Vt mihi dicas, ex quo Deus eſt maior, cp concipi poſſit, quomodo de ipſo facere debeam conceptum. IDIOTA. Sicut de conceptu. ORAT. Explana. IDIOTA. Audiſti, quomodo in omni conceptu, concipitur inconceptibilis. Accedit igitur conceptus de conceptu, ad inconceptibilem. ORAT. Quomodo tunc faciam præciſioſiorem conceptum? IDIOTA. Concipe præciſionē, nam Deus eſt ipſa abſoluta præciſio. ORAT. Quid, tunc per me agendum eſt, quando de Deo rectum conceptum facere propono. IDIOTA. Tunc te ad rectitudinem ipſam conuertas. ORAT. Et quando uerum de Deo conceptum facere nitor, quid tūc agendum. IDIOTA. Ad ueritatē ipſam inſpicias. ORAT. Quid ſi iuſtum conceptū facere propoſuero. IDIOTA. Ad iuſticiam te cōuertas. ORAT. Et quando quæſiuero, quomodo bonum attingam de Deo conceptum, quid tunc agam. IDIOTA. Ad bonitatem, mentis oculos attolle. ORATOR. Miror, quo me in omnibus remittas. IDIOTA. Vide, cp facilis eſt difficultas in diuinis, ut inquiſitori ſemper ſeipſam offerat, modo quo inquiritur. ORAT. Nihil indubie mirabilius. IDIOTA. Omnis quæſtio de Deo, præſupponit quæſitum, & id eſt reſpondendū, quod in omni quæſtione de Deo quæſtio preſupponit: nā Deus in omni terminorū ſignificatione ſignificat, licet ſit inſignificabilis. ORAT. Declara quæſo, quia nimis admiror, ut uix quæ dicis aure percipiam. IDIOTA. Nónne quæſtio an ſit, præſupponit entitatem. ORAT. Imò. IDIOTA. Cum ergo à te quæſitum fuerit, an ſit Deus, hoc quod præſupponitur dicto, ſcilicet eum eſſe, quia eſt entitas, in quæſtione præſuppoſita. Sic ſi quis quæſierit, quid eſt Deus? cum hæc quæſtio præſupponat quidditatem eſſe, reſpōdebis, Deum eſſe ipſam quidditarem abſolutam. Ita quidem de omnibus. Nec; in hoc cadit hæſitatio, nam Deus eſt ipſa abſoluta præſuppoſitio, omniū quæ qualitercunq; præſupponuntur, ſicut in omni effectu, præſupponiť cauſa. Vide igitur orator, cp facilis eſt theologica difficultas. ORAT. Certè iſta facilitas eſt maxima & ſtupenda. IDIOTA. Imò dico tibi, quòd Deus eſt ipſa infinita facilitas, & nequaq; conuenit Deo, q; ſit ipſa infinita difficultas. Oportet enim (uti paulò poſt audies, de curuo & recto) quòd difficultas, tranſeat in facilitatem, ſi Deo infinito debeat conuenire. ORAT. Si id, quod in omni quæſtione præſupponitur, eſt in theologicis, ad queſtionē reſponſio: tunc de Deo nulla eſt propria quæſtio, quando in ea coincidit reſponſio. IDIOTA. Optime infers. Et adijce, quòd cum Deus ſit infinita rectitudo, & neceſſitas abſoluta, hinc dubia quæſtio, eum non attingit, ſed omnis dubitatio, in Deo eſt certitudo. Vnde ſic, & omnis de Deo ad quæſtionem reſponſio, non eſt propria & præciſa reſponſio, cum præciſio non ſit, niſi una & infinita, quæ eſt Deus: omnis enim reſponſio, participat de abſoluta reſponſione, quæ eſt infinitæ preciſa. Sed id quod dixi tibi,

quomodo

http://www.obrascatolicas.com

quomodo in quæſtionibus theologicis, præſuppoſitum eſt reſponſio: intelligendũ eſt, modo quo eſt quæſtio, & ſic capias, hanc eſſe ſufficiẽtiam, quoniam cum Deo nec quæſtio, nec ad quæſtionem reſponſio, præciſionem attingere poſſit, tunc modo quo ad preciſionem accedit quæſtio, eo modo præſupponit reſponſio. Et hæc eſt ſufficientia noſtra, quã ex Deo habemus, ſc: entes inattingibilem præciſionem, non poſſe per nos attingi, niſi modo aliquo, abſolutæ præciſionis modum participante. Inter quos modos, uarios & multiplices, unicum præciſionis modum participantes, iam dictus modus, plus accedit ad facilitatem abſolutam, & eſt ſufficiẽtia noſtra, quia alium qui ſit ſimul facilior & uerior, attingere nequimus. ORATOR. Quis non ſtuperet hæc audiens, nam cum Deus ſit ipſa incomprehenſibilitas abſoluta, tu dicis, tantò comprehenſionem ad ipſum plus accedere, quãtò modus illius amplius participat facilitate. IDIOTA. Qui mecum intuetur, abſolutam facilitatem, coincidere cum abſoluta incomprehenſibilitate, non poteſt niſi idipſum mecum affirmare. Vnde conſtanter aſſero, quòd quantò modus uniuerſalis, ad omnes quæſtiones de Deo formabiles, fuerit facilior: tantò uerior & conuenientior, prout Deo conuenit poſito. ORAT. Explana iſtud. IDIOTA. Hoc eſt, prout de Deo admittimus, aliqua affirmatiuè dici poſſe. Nã in Theologia, quæ omnia negat de Deo, aliter dicendũ: quia ibi uerior reſponſio, eſt ad omnem quæſtionem negatio, ſed eo modo, non ducimur ad cognitionem, quid Deus ſit, ſed quid non ſit. Eſt deinde conſideratio de Deo, uti ipſi nec poſitio nec ablatio conuenit, ſed prout eſt ſuprà omnem poſitionem & ablationem, & tunc reſponſio eſt negans affirmationem, & negationem, & copulationem. Vt cum quæreretur, an Deus ſit: ſecundum poſitionem reſpondendum ex præſuppoſito, ſcilicet eũ eſſe, & hoc, ipſam abſolutam præſuppoſitam entitatem: ſecundum ablationem uerò, reſpondendum, eum non eſſe, cum illa uia, ineffabili nihil conueniat, omnium quæ dici poſſunt: ſed ſecundum quòd eſt ſuprà omnem poſitionem & ablationem, reſpondendum, eum nec eſſe abſolutam ſcilicet entitatem, nec non eſſe, nec utrunq; ſimul, ſed ſuprà, nunc puto intelligis, id quod uolo. ORAT. Intelligo nunc te dicere uelle, quòd in Theologia ſermocinali ſcilicet, ubi de Deo locutiões admittimus, & uis uocabuli penitus non excluditur: ibi ſufficientiam difficilium, in facilitatem modi de Deo propoſitiones ueriores formandi, redegiſti. IDIOTA. Benè cepiſti, nam ſi tibi de Deo cõceptũ quẽ habeo pandere debeo, neceſſe eſt, quòd locutio mea, ſi tibi ſerui redebet, talis ſit, cuius uocabula ſint ſignificatiua, ut ſic in ui uocabuli, quę eſt nobis communiter nota, te ducere queam ad quæſitum, Deus autem, qui quæritur. Vnde hæc eſt ſermocinalis Theologia, qua nitor te ad Deum, per uim uocabuli, ducere, modo quo poſſum faciliori & ueriori. ORAT. Reuertamur nunc quæſo ad ea, quæ ſuperiori loco, à te præmiſſa ſunt, & ex ordine explana. Primo loco aiebas, conceptum de conceptu (cum Deus conceptuum ſit cõceptus) eſſe de Deo conceptũ, nõnne mens eſt quæ concipit? IDIOTA. Sine mente, non ſit conceptus. ORAT. Concipere igitur cum ſit mentis, tunc concipere abſolutum conceptum, nõ eſt niſi artem abſolutæ mẽtis concipere. IDIOTA. Proſequere, quia in uia es. ORAT. Sed ars abſolutæ mentis, non eſt niſi forma omnium formabilium. Sic uideo, quomodo cõceptus de cõceptu, non eſt niſi conceptus ideæ diuinæ artis. Si uerum dico, reſponde. IDIOTA. Imò optimè. Nam abſolutus conceptus, aliud eſſe nequit, quã idealis forma, omnium quæ cõcipi poſſunt, quæ eſt omnium formabilium æqualitas. ORAT. Hic conceptus, ut puto, Dei uerbum, ſeu ratio dicitur. IDIOTA. Qualitercunq; à doctis dicatur, in eo conceptu ſunt omnia. Sicut illa, quę ſine ratione præuia, non prodeunt in eſſe, dicimus in ratione prioriter exiſtere. Omnia autem quæ eſſe concipimus, rationẽ ſui eſſe habent, ut ſint modo quo ſunt, & non aliter. Qui igitur in ſimplicitate abſolutæ rationis, in ſe omnia prioriter complicantis, intuetur profunda mente, hic facit conceptum, de per ſe, ſeu abſoluto conceptu, & hoc erat primum quod præmiſi. ORAT. Satis de hoc, nunc adijce, quomodo conceptus abſolutæ pręciſionis, ſit præciſior de Deo conceptus. IDIOTA. Non uacat mihi nunc tempus, ut per ſingula idem repetere queam, neque tibi uideo ſic eſſe opportunũ, cum ex uno ad omnia tibi aditus pateat, ſed ſuſcipe quàm

quàm breuiſſimè. Præciſio, rectitudo, ueritas, iuſtitia & bonitas, de quibus audiſti, idem ſunt. Nec credas me dicere uelle, modo quo tota Theologia, eſt in circulo poſita, ut unum de attributis de alio uerificetur, ſicut dicimus ex neceſsitate ſimplicitatis Dei infinitæ, Dei magnitudinem, eſſe Dei potentiam, & econuerſõ, & Dei potentiam, eſſe Dei uirtutem, & ita de cunctis eſſentiæ Dei per nos attributis, ſed hæc de quibus nunc ſermo, experimur in noſtro communi ſermone coincidere. Quando enim audimus aliquem, rem uti eſt exprimere, unus dicit exprimentem præciſè expreſſiſſe, alius rectè, alius uerè, alius iuſtè, & alius benè, ita quidem in quotidiano experimur ſermone. Neq; ille qui ait, aliquẽ præciſè ac rectè dixiſſe, uult aliud dicere quàm alter, qui eum ait uerè, ac iuſtè, aut benè dixiſſe. Et hoc in teipſo ſic eſſe cõperis, quando attendis, quomodo ille qui nec plus nec minus dixit, quàm dicere debuit, omnia illa attigit. Nam præciſum non eſt aliud, niſi quod nec eſt plus nec minus. Sic nec rectum, nec uerum, nec iuſtum, nec bonum, plus aut minus admittũt. Quomodo enim eſſet præciſum, aut rectum, aut uerum, aut iuſtum, aut etiam bonum: quod minus præciſo, recto, uero, iuſto, & bono eſſet. Et ſi minus præciſo non eſt præciſum, & minus recto non eſt rectum, & minus uero non eſt uerum, & minus iuſto non eſt iuſtum, & minus bono non eſt bonum: manifeſtum eſt, quomodo id quod plus recipit, non eſt de illis. Præciſio enim, quæ plus recipit, puta quæ præciſior eſſe poteſt, non eſt præciſio abſoluta. Ita de recto, uero, iuſto, & bono. ORATOR. In ijs igitur quæ recipiunt magis & minus, non eſt de Deo conceptus formandus. IDIOTA. Optimè infers. Nam cum Deus ſit infinitus, recipientia magis & minus, ei minus aſsimilantur. Qua propter, in illis non aſcenditur aut deſcenditur in infinitum, ut in numero, & diuiſione continui, experimur. ORATOR. Igitur in hoc mundo non eſt præciſio, nec rectitudo, nec ueritas, nec iuſtitia, nec bonitas: cum experiamur, unũ eſſe alio præciſius, ut una pictura præciſior eſt alia. Sic de rectitudine, nã unũ eſt rectius alio, & unum uerius alio, & unum iuſtius alio, & unum melius alio. IDIOTA. Bene concipis, nam illa ut ſunt abſoluta, à magis & minus, non ſunt de hoc mundo. Nihil enim reperibile eſt, adeò præciſum, quod non poſsit eſſe præciſius: & nihil ita rectum, quod non poſsit eſſe rectius, aut ita uerum, quod non poſsit eſſe uerius, aut ita iuſtum, quod non poſsit eſſe iuſtius, aut ita bonum, quod non poſsit eſſe melius. Præciſio igitur, aut rectitudo, aut ueritas, aut iuſtitia, aut bonitas, in hoc mundo reperibiles: ſunt quædam participationes talium abſolutorum, & imagines, quorum illa ſunt exemplaria. Plura dico exemplaria, dum ad uariarum rerum uarias rationes referimus, unum uerò ſunt exemplar: quia in abſoluto coincidunt. ORATOR. Audire te in hoc ualde deſidero, quomodo unum eſt abſolutum exemplar, tantarum uarietatum, rerum uniuerſarum. IDIOTA. Qui parum in his theologicis ſpeculationibus uerſatus eſt, difficillimum iſtud opinatur, ſed mihi nihil facilius, delectabiliusq; eſſe uidetur. Complicat enim abſolutum exemplar, quod non eſt, niſi abſoluta præciſio, rectitudo, ueritas, iuſtitia, ſeu bonitas: omnia exemplabilia, quorum omnium eſt præciſio rectitudo, ueritas, iuſtitia, & bonitas: multò quidem perfectius, quàm facies tua omnes imagines ſuas formabiles, quarum omniũ eſt præciſio, & rectitudo, atq; ueritas. Omnes enim depingibiles figuræ, faciei tuæ, in tantum ſunt præciſæ, rectæ, & ueræ, in quantum ſunt figuram, ui uæ faciei tuæ, participantes & imitantes. Et licet non ſit poſsibile, unam uti aliam depingi ſine differentia, cum præciſio non ſit de hoc mundo, & aliud aliter exiſtere neceſſe ſit: omnium tamen illarum ueritatum, non eſt niſi unum exemplar. ORATOR. Verum dicis, quo ad unitatem exemplaris, non tamen quo ad æqualitatem. Nam facies, licet ſit menſura ueritatis picturarum, quia ex intuitione faciei iudicatur imago, an parum an multum deficiat in figura, tamen non eſt uerum, quòd facies mea, ſit omnium adæquatiſsima menſura, omni modo menſuræ: quia ſemper eſt uel maior, uel minor. IDIOTA. Verum dicis de facie tua, quæ cũ ſit quanta, & naturę eius quod recipit magis & minus, non poteſt eſſe præciſio, ſic nec adæquata alterius menſura: in mundo enim, præciſione carente, adæquata menſura, ac ſimilitudo eſt impoſsibilis. Secus igitur ſi concipis exemplar abſolutum: illud enim, nec eſt magnum nec parPræciſum. Rectum. Iuſtum. Verum. Bonum.

http://www.obrascatolicas.com

uum,nam de ratione exemplaris,ista esse nequeunt.Formica enim quando depingitur,non minus est exemplar,quàm mons depingendus,& econuerso. Quapropter, absolutum exemplar,quod nec magis aut minus recipit, cum sit præcisio & ueritas, non potest esse nec magis nec minus,exemplato:id enim quod non potest esse minus minimum dicimus,& hoc est maximè paruum, id quod non potest esse maius, maximum dicimus,& hoc est maximè magnum. Absolue igitur maximitatem, à maximè paruo & maximè magno,ut ipsam maximitatem intuearis in se,non in paruo aut magno contractam;& uidebis absolutam maximitatem sic, antè magnum & paruum,ita quòd non potest esse maior aut minor,sed est maximum,in quo coincidit minimum. Quare hoc tale maximum, ut est absolutum exemplar, non potest esse quocunque dabili exemplato,maius aut minus:id autem quod non est nec maius nec minus,uocamus æquale.Est igitur absolutum exemplar, æqualitas, præcisio,mensura, seu iustitia quod idem est,ueritas & bonitas,quæ est perfectio, omnium exemplabiliũ.ORAT.Adhuc me ꝙso instrue,quomodo rectitudini absolutæ, cõueniat infinitas.

Circulus. Diameter.

IDIOTA.Libenter.Tu nosti, quòd quantò circulus aliquis fuerit maior, tãtò & eius diameter maior.ORAT.Fateor.IDIOTA.Et ꝙuis circulus, q recipit magis & minus, nõ possit esse maximus simpliciter,aut infinitus,cõcipiamus tũ circulũ esse infinitũ: nonnè tunc eius diameter,erit linea infinita?.ORAT.Necesse est.IDIOTA.Et circũferentia,cũ sit infinita erit diameter.Duo eñ infinita eẽ nequeũt,cũ unum quod ꝙper additamentum alterius,posset esse maius.Et non posset esse curua ipsa circũferentia, nam impossibile esset, eam nec maiorem nec minorem esse diametro, si esset curua, cum una sit omnium circulorum curuarum circumferentiarum habitudo, circumferentiæ ad diametrum,quæ est habitudo plus quàm tripla. Si igitur circumferentia, est æqualis diametro,erit ipsa diameter & linea recta.Ob hoc etiam uides quomodo arcus circuli magni similior est rectæ lineæ,quàm arcus circuli parui. Vnde infiniti circuli circumferentia,ex hoc esset recta. Ex quo tibi constat,curuitatem,quæ recipit magis & minus, non reperiri in infinito, sed solam rectitudinem. ORATOR. Valdè placent quæ dicis,quoniam perfacilè me ad quæsitum eleuant.Prosequere quæso, quomodo rectitudo infinita,sit exemplar. IDIOTA.Per teipsum hoc clarissimè conspicis,quòd infinita rectitudo,se habeat ad omnia,sicut infinita linea si esset,ad figuras. Nam si infinita rectitudo,quæ est necessariò absoluta, contraheretur ad lineam, contracta,reperitur necessariò, omnium figurabilium figurarum complicatio, præcisio,rectitudo,ueritas,mensura & perfectio:tunc absoluta rectitudo, absolutè penitus & incontractè,ad lineam aut aliud quodcunq; considerata, est similiter absolutè omnium exemplar,præcisio, ueritas,mensura,& perfectio. ORATOR. Nihil dubij hæc omnia habent,solum ostende,quomodo infinita linea, est omnium figurum præcisio.Dixisti mihi pridie,circulum infinitum, esse omnium figurarum exemplar,& non cepi:hic nunc de hoc uolens clariùs informari,ad te accessi:modo ais,lineam infinitam esse præcisionem, quod minus capio. IDIOTA. Audisti, quomodo linea infinita est circulus, sic & triangulus, quadrangulus, pentagonus,sic omnes figuræ infinitæ, cum linea infinita coincidunt. Hinc linea infinita,est omnium figurarum exemplar,quæ de lineis fieri possunt: quoniam infinita linea,est actus infinitus,seu forma omnium formabilium figurarum. Et quando ad triangulum respexeris,& te ad infinitam lineam eleuaueris, reperies ipsam,huius trianguli adæquatissimum exemplar,hoc modo:Considera triangulum infinitum: hic triangulus infinitus,non est nec maior nec minor,designato. Nam latera infiniti trianguli,sunt infinita:latus autem infinitum,cum sit maximum, in quo coincidit minimum, non est nec maius nec minus,lateri signato.Sic infiniti trianguli latera,non sunt nec maiora nec minora,lateribus dati trianguli, sic nec totus triangulus, nec maior nec minor signato.Quare infinitus triangulus est præcisio, & forma absoluta finiti.Sed tria latera infiniti trianguli, necessariò essent linea una infinita, cum non possint esse plures lineæ infinitæ. Sic eueniret, lineam infinitam, esse præcisissimum exemplar, dati trigoni. Et sicut de trigono dixi, ita pariformiter de omnibus figuris. ORATOR.

Rectitudo. Curuitas.

Linea infinita.

TOR.O miranda facilitas difficilium,uideo nũc positionem infinitatis lineæ, omnia ista clarissimè sequi:scilicet ipsam esse exemplar,præcisionem,rectitudinem,ueritatem,mensuram,seu iustitiam,bonitatem, seu perfectionem, omnium figurabilium figurarum per lineam,& conspicio,in simplicitate rectitudinis eius,omnia figurabilia esse complicitè, uerissimè,& formalissimè, atque præcisissimè, sine omni confusione,sine omni defectu,in infinitum perfectius,quàm figurari possint. IDIOTA. Benedictus Deus,qui me imperitissimo homine, tanquam qualicunq; instrumento usus est,ut tibi oculos mentis aperiret,ad intuẽdum ipsum,mira facilitate,modo quo ipse se tibi uisibilem præstitit. Nam quando te de rectitudine,ad lineam contracta, transfers ad absolutam infinitam rectitudinem: tunc in ipsa rectitudine intueberis, omne formabile complicari,& omnium rerum species, sicut de figuris præmisi. Et quomodo ipsa rectitudo est exemplar,præcisio, ueritas, mensura seu iustitia,bonitas seu perfectio omnium,quæ sunt aut esse possunt,& actualitas præcisa,& inconfusa omnium existentium,& fieri possibilium,ita quòd ad quamcunq; speciem,seu existens,oculos conuertis,si mentem, ad infinitam rectitudinem eleuaueris,reperies,ipsam præcisissimam eius ueritatem exemplarem, neque deficientem:ut cum uideris hominem,qui est rectus & uerus homo,quod non est aliud nisi quòd rectitudo,ueritas,mensura & perfectio sic contracta & terminata,est homo.Et si rectitudinem eius quæ est finita cõsideraueris,& eleuaueris te ad infinitam rectitudinẽ, statim intuebereris, quomodo rectitudo absoluta & infinita,non potest esse nec maior nec minor, rectitudine illa ad hominem contracta, qua homo est rectus, & uerus homo, sed est præcisio eius uerissima,iustissima, & optima. Ita ueritas infinita,finitæ ueritatis est præcisio,& absolutè infinitum, omnis finiti præcisio, mensura,ueritas & perfectio. Quare sicut de homine dictum est,ita de omnibus concipe. Sic nunc habes id,quod in æterna sapientia contemplari conceditur, ut intuearis omnia in simplicissima rectitudine uerissimè,præcisissimè,inconfusè,& perfectè,licet medio ænigmatico,sine quo in hoc mundo, Dei uisio esse nequit, quousque concesserit Deus, ut absque ænigmate,nobis uisibilis reddatur. Et hæc est facilitas difficilium sapientiæ, quam pro tua feruentia & deuotione, Deus indies, tibi & mihi, clariorem quæsò faciat, quousque nos in gloriosam fruitionem ueritatis, transferat æternaliter permansuros. AMEN.

Secundi Dialogi Idiotæ R.P.Nicolai de Cusa Card.quem absoluit Fabriani,altera die quam cœpit.M.CCCC.L.Octaua Augusti,finis.

Nicolai de Cusa Cardinalis,Idiotæ de Mente, Liber tertius. Interlocutores:

AVCTOR, PHILOSOPHVS, ORATOR,IDIOTA.

Quomodo philosophus ad idiotam,ut proficeret de mentis natura,accessit.Quomodo mens sit per se mens,ex officio anima,&dicta sit à mensurando.

Mens. Anima.

AVCTOR.

VItis ob Iubileum, Romam mira deuotione accurrentibus, auditum est Philosophum, omnium qui nunc uitam agunt præcipuum, in ponte reperiri,transeuntes admirari. Quem orator quidam, scindi auidissimus, solicitè quærens, ac ex faciei pallore, toga talari, & cæteris,cogitabundi uiri grauitatem præsignantibus cognoscens blandè salutans,inquirit, quæ eum causa eo loci fixum teneat. PHILOSOPHVS.Admiratio inquit.ORATOR. Admiratio stimulus uidetur

http://www.obrascatolicas.com

detur esse omnium, quamcunq; rem scire quærentium. Hinc opinor, cum præcipuus habearis inter doctos, maximam eam esse admirationem, quæ te adeò solicitum tenet. PHILOSOPHVS. Benè ais amice. Nam cum ex uniuersis penè climatibus, magna cum gressura, innumerabiles populos transire conspiciam: admiror omnium fidem unam, in tanta corporum diuersitate. Cum enim nullus alteri similis esse possit, una tamen omnium fides, quæ eos tanta deuotione, de finibus orbis aduexit. ORATOR. Certè Dei donum esse necesse est, idiotas clariùs fide attingere, quàm philosophos ratione. Nam tu nosti, quãta inquisitione opus habet, mentis immortalitatem ratione pertractans, quam tamen nemo ex his omnibus, sola fide pro indubitata non habet: cum omnium cura & labor ad hoc tendat, ut animæ post mortem, nullo peccato obtenebratæ, in lucidam atque desideratissimam uitam rapiantur. PHILOSOPHVS. Magnam rem & ueram narras amice. Ego enim, omni tempore mundum peragrando, sapientes adij, ut de mentis immortalitate certior fierem. Cum apud Delphos, præcepta olim fuerit sui cognitio, ut ipsa se mens cognoscat, coniunctamq; uocum diuina mente se sentiat: sed hactenus nondum quæsitum, adeò perfectè ac lucida ratione attigi, quemadmodum hic ignorans populus, fide. ORATOR. Si fas est dicito, quid te impulit Romam aduenire, qui Peripateticus uideris, an putas aliquem à quo proficias, reperire. PHILOSOPHVS. Audiueram ex templo, Menti per T. Attilium Crassum, in Capitolio dedicato, multas sapientum de mente scripturas, hoc loco reperiri: aduenì fortassis frustrà, nisi tu, qui mihi bonus ciuis & sciens uideris, auxilium præstes. ORATOR. Templum Menti dedicasse Crassum illum, certum est, sed an de mente fuerint in eo templo libri, & qui fuerint, nemo post tot Romanas clades scire poterit. Verum ne doleas frustra aduenisse, hominem idiotam meo iudicio admirandum, de qua re uolueris, audies. PHILOSOPHVS. Oro, quàm ocyssimè hoc fieri. ORATOR. Sequere AVCTOR. Et cum propè templum æternitatis, in subterraneum quendam locellum descenderent, idiotam, ex ligno cochlear exprimentem, alloquitur. ORATOR. Erubeo idiota, te per hunc maximum Philosophum, his rusticis operibus implicatum reperiri, non putabit à te se Theorias aliquas auditurum. IDIOTA. Ego in ijs exercitijs libenter uersor, quæ & mentem & corpus indesinenter pascunt. Credo si hic (quem adducis) Philosophus est, non me spernet, quòd arti cochleariæ operam dem. PHILOSOPHVS. Optimè ais, nam & Plato, interciſé pinxisse legitur, quod nequaquam feciſſe creditur, nisi quia speculationi non aduersabatur. ORATOR. Ob hoc fortassis erãt Platoni, de arte pingendi, familiaria exempla, per quæ res grandes, faciles reddidit. IDIOTA. Imò in hac mea arte quod uolo symbolicè inquiro, & mentem depasco, commuto cochlearia, & corpus reficio. Ita quidem omnia mihi necessaria, quantum sufficit, attingo. PHILOSOPHVS. Est mea consuetudo, cum hominem fama sapientem accedo, de ijs quæ me angunt, in primis sollicitum esse, & scripturas in medium conferre, & inquirere earundem intellectum: sed cum tu sis idiota, ignoro quomodo te ad dicendum excitem, ut quam habeas de Mente intelligentiam, experiar. IDIOTA. Arbitror neminem facilius me cogi posse, ut dicat quæ sentit. Nam cum me ignorantem fatear idiotam, nihil respondere pertimesco. Litterati philosophi, ac famam scientiæ habentes, meritò cadere formidantes: anxiè deliberant. Tu igitur quid à me uelis planè si dixeris, nudè recipies. PHILOSOPHVS. Paucis exprimere nequeo: si placet, considentes uicissim loquamur. IDIOTA. Placet inquam. AVCTOR. Et positis in trigono scabellis, ipsisq; tribus ex ordine locatis, Orator aiebat. ORATOR. Vides Philosophe, uiri huius simplicitatem, qui nihil horum in usu habet, quæ ad recipiendum tanti ponderis uitum, decentia sunt, petit: fac in ijs experimentũ, quę magis (ut aiebas) te angunt: nihil enim de ijs quæ sciuerit, te latebit, experieris puto, te non superuacuè adductum. PHILOSOPHVS. At hæc omnia placent, ad rem descendam. Tu interim taciturnus sis quæso, nec te prolixior perturbet collocutio. ORATOR. Experieris, me continuationis solicitatorem potius quàm fastidientem. PHILOSOPHVS. Dic igitur idiota (ita tu tibi nomen esse ais) si quam de Mente habes coniecturam. IDIOTA

Cochlear. Plato.

TA. Puto neminem esse aut fuisse hominem perfectum, qui de Mente qualemcunq; saltem non fecerit conceptum. Habeo quidem & ego, mentem esse, qua omnium rerum terminus, & mensura. Mentem quidem, à meniurando dici coniicio. PHILOSOPHVS. Putasne aliud mentem, aliud animam. IDIOTA. Puto certè. Nam alia, est mẽs in se subsistens, alia, in corpore. Mens in se subsistens, aut infinita est, aut infiniti imago. Harum autem quæ sunt infiniti imago, cum non sint maximæ & absolutæ seu infinitę, in se subsistens: posse aliquas animare humanum corpus, admitto, atq; tunc ex officio easdem animas esse concedo. PHILOSOPHVS, Concedis igitur, eandem esse mentem, & hominis animam: mentem per se, animam ex officio. IDIOTA. Concedo, uti una est uis sensitiua & uisiua oculi, in animali.

Quomodo est uocabulum naturale, & aliud impositum secundum illud, citra præcisionem. Et quomodo est principium simplex, quod est ars artium. Et quomodo cõplicatur ars æterna Philosophorum. Cap. II.

PHILOSOPHVS.

Vocabulum naturale impositum. Ars.

AIebas mentem à mensurando dici. Hanc partem neminem legi tenuisse, inter uarias uocabuli deriuationes: primum oro, ut causam dicti aperias. IDIOTA. Si de ui uocabuli diligentius scrutandum est, arbitror uim illam (quæ in nobis est) omnia rerum exemplaria notionaliter complicantem, quam mẽtem appello, nequaq; propriè nominari. Quẽadmodũ enim ratio humana, quidditatẽ operum Dei, non attingit: sic nec uocabulum. Sunt enim uocabula, motu rationis imposita: nominamus enim unam rem, uocabulo uno, & per certam rationem, & eandem alio per aliam, & una lingua habet propria, alia magis barbara, & remotiora uocabula. Idcircò uideo, quòd cum proprietas uocabulorum recipiat magis & minus, uocabulum præcisum ignorari. PHILOSOPHVS. Ad alta properas idiota, nam secundum illa quæ dicere uideris, ob hoc uocabula sunt minus propria, quia ad placitum opinaris institua, prout cuiq; imponenti, ex rationis motu, occurrebat. IDIOTA. Volo ut me profundius intelligas. Nam etsi fatear, omne uocabulum, eoipso unitum, quo forma materiæ aduenit, & uerum sit, formam adducere uocabulum, ut sic uocabula sint non ab impositore, sed ab æterno, & impositio sit libera: tamen non arbitror, aliud quàm congruum nomen imponi, licet illud non sit præcisum. PHILOSOPHVS Facte quæso planiorem, ut quid uelis capiam. IDIOTA. Perlibenter. Et nunc me ad hanc artem cochleariam conuerto. Et primò uolo scias, me absque hæsitatione asserere, omnes humanas artes, imagines quasdam esse, infinitæ & diuinæ artis: nescio si tibi idipsum uideatur. PHILOSOPHVS. Tu alta exigis, nec; fas est ad illa passim respondere. IDIOTA. Miror si unquàm philosophum legeris, qui hoc ignorauerit, cum de se pateant. Manifestum est enim, nullam humanam artem, perfectionis præcisionem attigisse, omnemq; finitam esse & terminatam, terminatur enim ars una, in suis terminis, alia in alijs, & quælibet est alia ab alijs, & nulla omnes complicat. PHILOSOPHVS. Quid ex hoc inferes. IDIOTA. Artem omnem humanam, finitam. PHILOSOPHVS. Quis hæsitat. IDIOTA. Impossibile est autem, plura esse infinita realiter distincta. PHILOSOPHVS. Et hoc ipsum fateor, quoniam alterum esset in altero finitum. IDIOTA. Si igitur hoc sic est, nonnnè solum absolutum principium, est infinitum, quia ante principium non est principium, ut de se patet, ne principium sit principiatum. Hinc æternitas, est ipsa solo infinitas, seu principium absolutum. PHILOSOPHVS. Admitto. IDIOTA. Est igitur sola & unica absoluta æternitas, ipsa infinitas: quæ est sine principio. Quare omne finitum, principiatum, ab infinito principio. PHILOSOPHVS. Negare nequeo. IDIOTA. Omnis ergo ars finita, ab arte infinita: sicq; necesse erit, infinitam artem, omnium artium exemplar esse, principium, medium finem, metrum, mensuram, ueritatem, præcisionem, & perfectionem. PHILOSOPHVS. Prosequere ad quæ properas, quia nemo his dissentire potest. IDIOTA. Applicabo igitur ex hac cochlearia arte, symbolica paradigmata:

Ars cochlearia

http://www.obrascatolicas.com

ut ſenſibiliora fiant, quæ dixero. PHILOSOPHVS. Rogo ſic agas. Video enim te uiam tenere ad ea, ad quæ anhelo. AVCTOR. Idiota (ſumpto cocleari ad manum) aiebat. IDIOTA. Coclear extrà mentis noſtræ ideam, aliud non habet exẽplar. Nã etſi ſtatuarius, ut pictor, trahat exemplaria, à rebus quas figurare ſatagit: non tamen ego, qui ex lignis cochlearia, & ſcutellas, & ollas ex luto educo. Non enim in hoc imitor figuram, cuiuſcunq; rei naturalis. Tales enim formæ cocleares, ſcutellares, & ollares, ſola humana arte perficiuntur. Vnde ars mea, eſt magis perfectoria, quàm imitatoria figurarum creatarum, & in hoc infinitæ arti ſimilior. PHILOSOPHVS. Placet id ipſum. IDIOTA. Eſto igitur, quòd artem explicare, & formam cochlearitatis, per quam coclear conſtituitur, ſenſibilem facere uelim: quæ cum in ſua natura, nullo ſenſu ſit attingibilis, quia nec alba, nec nigra, aut alterius coloris, uel uocis, uel odoris, uel guſtus uel tactus: conabor tamen eam modo quo fieri poteſt, ſenſibilem facere. Vnde materiam, puta lignum, per inſtrumentorum meorum quæ applico, uarium motum, dolo & cauo, quouſq; in eo proportio debita oriatur, in quo forma cochlearitatis conuenienter reſplendeat. Sic uides, formam cochlearitatis ſimplicem & inſenſibilẽ, in figurali proportione huius ligni, quaſi in imagine eius reſplendere. Vnde ueritas & præciſio cochlearitatis, quæ eſt immultiplicabilis & incommunicabilis nequaquam poteſt per quæcunq; etiam inſtrumenta, & quemcunq; hominem, perfectè ſenſibilis fieri. Et in omnibus cochlearibus, non niſi ipſa ſimpliciſsima forma, uario modo relucet, magis in uno, & minus in alio, & in nullo præciſè. Et quamuis ipſum lignum, recipiat nomen, ab aduentu formæ, ut orta proportione, in qua cochlearitas reſplendet, coclear nominetur, ut ſic nomen ſit formæ unitum: tamen impoſitio nominis, fit ad beneplacitum, cum aliud imponi poſſet. Sic etſi ad beneplacitum, tamen non aliud, & penitus diuerſum, à naturali nomine formæ unito, ſed uocabulum naturale, poſt formæ aduentum, in omnibus uarijs nominibus, per quaſcunq; nationes uariè impoſitis, relucet. Impoſitio igitur uocabuli, fit motu rationis: nam motus rationis, eſt circa res, quæ ſub ſenſum cadunt, quarum diſcretionem, concordantiam, & differentiam, ratio facit, ut nihil ſit in ratione, quod prius non fuerit in ſenſu. Sic igitur uocabula imponit, & mouetur ratio, ad dandum hoc nomen uni, & aliud alteri rei. Verum cum non reperiatur forma, in ſua ueritate in ijs, circa quæ ratio uerſatur: hinc ratio, in coniectura & opinione occumbit. Vnde genera & ſpecies, ut ſub uocabulum cadunt, ſunt entia rationis, quæ ſibi ratio fecit, ex concordantia & differentia ſenſibilium. Quare, cum ſint poſterius natura rebus ſenſibilibus, quarum ſunt ſimilitudines, tunc ſenſibilibus deſtructis, remanere nequeunt. Quicunq; igitur putat, nihil in intellectum cadere poſſe, quod non cadat in rationem: ille etiam putat, nihil poſſe eſſe in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu, & hic neceſſariò dicere habet, rem nihil eſſe, niſi ut ſub uocabulũ cadit, & huius ſtudium eſt, in omni inquiſitione quid nominis, profundare. Et hæc inquiſitio, grata eſt homini, quia motu rationis diſcurrit. Hic negaret, formas in ſe, & in ſua ueritate ſeparatas eſſe aliter, quàm ut ſũt entia rationis, et exemplaria ac ideas nihilifaceret. Qui uerò in mentis intelligentia aliquid eſſe admittunt, quod non fuit in ſenſu nec in ratione, puta, exemplarem & incommunicabilem ueritatem formarum, quæ in ſenſibilibus relucent, ij dicunt, exemplaria natura præcedere ſenſibilia, ſicut ueritas præcedit imaginem. Et ordinem dant talem, ut primò ordine naturæ, ſit humanitas in ſe, & ex ſe, ſcilicet abſque præiacenti materia, deinde homo, per humanitatem, et quòd hic cadat ſub uocabulo, deinde ſpecies in ratione. Vnde deſtructis omnibus hominibus, humanitas ut eſt ſpecies, quæ ſub uocabulum cadit, & eſt ens rationis, quod ratio uenata eſt, ex ſimilitudine hominum: ſubſiſtere nequit, nam ab hominibus dependebat, qui non ſunt. Sed propter hoc, non deſinit eſſe humanitas, per quam fuerunt homines, quæ quidem humanitas, non cadit ſub uocabulum ſpeciei, prout uocabula motu rationis ſunt impoſita: ſed eſt ueritas ſpeciei illius, ſub uocabulum cadentis. Vnde imagine deſtructa, manet in ſe ueritas. Et hi omnes negant, rem non aliud eſſe, quàm ut cadit ſub uocabulum: eo enim modo, ut ſub uocaculum cadit, de rebus fit Logica & rationalis conſideratio.

Quare

Quare illam Logicè inquirunt, profundant, & laudant, ſed ibi non quieſcunt: quia ratio ſeu logica, circa imagines formarum, tantum uerſatur. Sed qui res ultrà uim uocabuli, theologicè intueri conantur, ad exemplaria & ideas ſe conuertunt. Arbitror non poſſe plures inquiſitionũ modos dari, ſi tu qui es philoſophus, aliàs legiſti, ſcire potes, ego ſic conijcio. PHILOSOPHVS. Mirabiliter omnes omnium tãgis Philoſophorum ſectas, Peripateticorum, & Academicorum. IDIOTA. Hæ omnes, & quot quot cogitari poſſent modorum differentiæ, facillimè reſoluuntur & concordantur, quando mens ſe ad infinitatem eleuat. Nã ſicut orator hic præſens, tibi latiùs ex ijs, quæ à me audiuit explanabit: tunc infinita forma, eſt ſolum una & ſimpliciſsima, quæ in omnibus rebus reſplendet, tanquàm omnium & ſingulorum formabilium, adæquatiſsimum exemplar. Vnde etiam ueriſsimum erit, non eſſe multa ſeparata exemplaria, ac multas omnium rerum ideas. Quam quidem infinitam formam, nulla ratio attingere poteſt. Hinc per omnia uocabula, rationis motu impoſita, ineffabilis, non compræhenditur. Vnde res, ut ſub uocabulum cadit, imago eſt, ineffabilis exemplaris ſui, proprij & adæquati. Vnum eſt igitur uerbum ineffabile, quod eſt præciſum nomen omnium rerum, ut motu rationis ſub uocabulum cadunt. Quod quidem ineffabile nomen in omnibus nominibus, ſuo modo relucet: quia infinita nominabilitas, omnium nominum, & infinita uocabilitas, omnium uoce expreſsibilium, ut ſic omne nomen, ſit imago præciſi nnminis. Et nihil aliud omnes conati ſunt dicere, licet fortè id quod dixerunt, meliùs & clarius dici poſſet. Omnes enim neceſſariò concordarunt, unam eſſe infinitam uirtutem, quam Deum dicimus, in qua neceſſariò omnia complicantur. Neq; ille aliud dicere uoluit, qui aiebat, humanitatem ut non cadit ſub uocabulo, eſſe præciſionem ueritatis, quàm ineffabilem illam infinitam formã. Quam, dum ad humanam formã reſpicimus, eius præciſum exemplar nominamus, ut ſic ineffabilis, dum ad eius imagines intuemur, omnium nominibus nominetur, & unum ſimpliciſsimum exemplar, ſecundùm exemplatorum ſpecificas differentias, per rationem noſtram formatas, plura eſſe exemplaria uideatur.

Quomodo intelligantur & concordentur Philoſophi. Et de nomine Dei, & præciſione. Ac quomodo uno præciſo nomine cognito, omnia cognoſcuntur. Et de ſufficientia ſcibilium. Et quomodo differunt, conceptus Dei, & noſter. Cap. III.

PHILOSOPHVS.

Triſmegiſtus.

Mirabiliter Triſmegiſti dictum dilucidaſti, qui aiebat, Deum omnium rerũ nominibus, ac omnes res, Dei nomine nominari. IDIOTA. Complica nominare, in coincidentiam altiſsimi intellectu, & omnia patebunt. Nam Deus eſt cuiuſcunq; rei præciſio. Vnde ſi de una re præciſa ſcientia haberetur, omnium rerum ſcientia, neceſſariò haberetur. Sic ſi præciſum nomen unius rei ſciretur, tunc & omnium rerum nomina ſcirentur: quia præciſio citrà Deum non eſt. Hinc qui præciſionem unam attingeret, Deum attingeret, qui eſt ueritas omnium ſcibilium. ORATOR. Declara quæſo de præciſione nominis. IDIOTA. Tu noſti orator, quomodo nos exercimus exui mentis, mathematicales figuras. Vnde dum triangularitatem, uiſibilem facere uoluero, figuram facio, in qua tres angulos conſtituo, ut tunc in figura ſic habituata & proportionata, triangularitas reluceat, cum qua unitum eſt uocabulum, quod ponatur eſſe trigonus. Dico igitur, ſi trigonus, eſt præciſum uocabulum, figurę triangularis: tunc ſcio præciſa uocabula, omnium polygoniarum; ſcio enim tunc, quòd figuræ quadrangularis uocabulum eſſe debet, tetragonus, & quinquangularis pentagonus, & ita deinceps. Et ex notitia nominis unius, agnoſco figuram nominatam, & omnes nominabiles polygonias, & differentias, & concordantias earundem, quicquid circa hoc ſciri poteſt. Pariformiter aio, quòd ſi ſcirẽ præciſum nomen unius operis Dei, omnia nomina omnium Dei operum, & quicquid ſciri poſſet, non ignorarem. Et cum uerbum Dei ſit præciſio, omnis nominis nominabilis, ſolum in uerbo, omnia & quodlibet ſciri poſſe conſtat. ORATOR. Pal-

http://www.obrascatolicas.com

pabiliter more tuo explanasti. PHILO. Miram doctrinã tradidisti idiota, omnes philosophos concordandi. Nam dum aduerto, non possum nisi tecum consentire, non uoluisse omnes philosophos aliud dicere, quàm idipsum quod dixisti: per hoc quòd nemo omnium negare potuit, Deum infinitum, in quo solo dicto, omnia quę dixisti complicantur. Mirabilis est hæc sufficientia omnium scibilium, & quomodocunq; tradi possibilium. Amplius ad mentis tractatum descende, & dicito. Esto quòd mẽsura dicatur, ut ratio mensurationis, sit causa nominis, quid mentem esse uelis? IDIOTA. Scis, quomodo simplicitas diuina, omnium rerum est complicatiua, mens est huius complicantis simplicitatis imago. Vnde si hanc diuinam simplicitatem infinitam, mentem uocitaueris, erit ipsa nostræ mentis exemplar. Si mentem diuinam, uniuersalitatem ueritatis rerum, dixeris: nostram dices uniuersalitatem assimilationis rerum, ut sit notionum uniuersitas. Conceptio diuinæ mentis, est rerum productio, conceptio nostræ mentis, est rerum notio. Si mens diuina, est absoluta entitas, tunc eius conceptio, est entium creatio, & nostræ mentis conceptio, est entium assimilatio: quæ enim diuinæ menti, ut infinitæ conueniunt ueritati, nostræ conueniunt menti, ut propinquæ eius imagini. Si omnia sunt in mente diuina, ut in sua præcisa & propria ueritate, omnia sunt in mente nostra, ut in imagine seu similitudine, propriæ ueritatis, hoc est notionaliter; similitudine enim fit cognitio. Omnia in Deo sunt, sed ibi rerum exemplaria. Omnia in nostra mente, sed hic rerum similitudines. Sicut Deus est entitas absoluta, quæ est omnium entium complicatio: sic mens nostra, est illius entitatis infinitæ imago, quæ est omnium imaginum complicatio, quasi ignoti regis prima imago, est omnium aliarum, secundùm ipsam depingibilium, exemplar. Nã Dei notitia seu facies, non nisi in natura mentali, cuius ueritas est obiectum, descendit, & non ulterius, nisi per mentem, ut mens sit imago Dei, & omnium Dei imaginum post ipsum, exemplar. Vnde quantum omnes res, post simplicem mentem, de mente participant: tantum & de Dei imagine, ut mẽs, sit per se Dei imago, & omnia post mentem, non nisi per mentem.

Quomodo mens nostra non est explicatio, sed quædam imago complicationis æterni, sed quæ post mentem sunt non imago. Et quomodo est sine notionibus, habens tamen iudicium concretum, & cur corpus est ei necessarium. Cap. IIII.

PHILOSOPHVS.

Mens humana.

VIderis ex multa mentis tuæ plenitudine, dicere uelle, mentem infinitam, esse uim formatiuam absolutam, sic mentem finitam, uim conformatiuam seu configuratiuam. IDIOTA. Volo quidem hoc modo. Nam quod dicendum est, conuenienter exprimi nequit, hinc multiplicatio sermonum, perutilis est. Attende aliam esse imaginem, aliam explicationem, nam æqualitas, est unitatis imago: ex unitate enim semel, oritur æqualitas. Vnde unitatis imago, est æqualitas, & non est æqualitas unitatis explicatio, sed pluralitas. Complicationis igitur unitatis æqualitas, est imago, non explicatio. Sic uolo, mentem esse imaginem, diuinæ mentis simplicissimam, inter omnes imagines diuinæ complicationis. Et ita mens est imago complicationis diuinæ prima, omnes imagines complicationis, sua simplicitate & uirtute complicantis. Sicut enim Deus est complicationum complicatio: sic mẽs, quæ est Dei imago, est imago complicationis complicationum, post imagines sunt pluralitates rerum, diuinam complicationem explicantes. Sicut numerus, est explicatiuus unitatis, & motus quietis, & tempus æternitatis, & compositio simplicitatis, & tempus præsentiæ, & magnitudo puncti, & motus momenti, & inæqualitas, æqualitatis, & diuersitas identitatis, & ita de singulis. Ex hoc elice, admirandam mentis nostræ uirtutem: nam in ui eius, complicatur uis assimilatiua complicationis puncti, per quam in se reperit potentiam, in qua se omni magnitudini assimilat. Sic etiam, obuim assimilatiuam complicationis unitatis, habet potẽtiam, qua se potest omni multitudini assimilare. Et ita per uim assimilatiuam complicationis. Nunc, seu præsentiæ,

tiæ, omni tempori, & quietis, omni motui, & simplicitatis, omni compositioni, & identitatis, omni diuersitat, & æqualitatis, omni inæqualitati, & nexus, omni disiunctioni. Et per imaginem absolutæ complicationis, quæ est mens infinita, uim habet, qua se potest assimilare omni explicationi, & talia multa per te uides dici posse, quę mens nostra habet, quia est quædam imago, infinitæ simplicitatis, omnia complicantis. PHILOSOPHVS. Videtur quòd sola mens, sit Dei imago. IDIOTA. Propriè ita est, quoniam omnia quæ post mentem sunt, non sunt Dei imago, nisi in quantum in ipsis, mens ipsa relucet: sicut plus relucet, in perfectis animalibus quàm in imperfectis, & plus in sensibilibus, quàm in uegetabilibus, & plus in uegetabilibus, quàm in mineralibus. Vnde creaturæ mente carentes, sunt potius diuinæ simplicitatis explicationes, quàm imagines, licet secundùm relucentiam mentalis imaginis, in explicando, de imagine uariè participent. PHILOSOPHVS. Aiebat Aristoteles, menti seu animæ nostræ, nullam notionem esse concreatam, quia eam tabulæ rasæ assimilauit. *Aristoteles.* Plato uerò aiebat, notiones illi cõcreatas, sed ob corporis molem, animam obliuiscitur. *Plato.* Quid tu in hoc uerum censes? IDIOTA. Indubiè mens nostra, in hoc corpus à Deo posita est, ad suũ profectum. Oportet igitur ipsam à Deo habere omne id, sine quo profectum acquirere nequit. Non est igitur credendum, animæ fuisse notiones concreatas, quas in corpore perdidit: sed quia opus habet corpore, ut uis concreata, ad actum pergat. Sicuti uis uisiua animæ, non potest in operationem suam ut actu uideat, nisi excitetur ab obiecto, & non potest excitari, nisi per obiectaculũ specierum multiplicatarum per medium organi, & sic opus habet oculo: sis uis mentis, quæ est uis compræhensiua rerum, & notionalis, non potest in suas operationes, nisi excitetur à sensibilibus, & non potest excitari, nisi mediantibus phantasmatibus sensibilibus. Opus ergo habet corpore organico, tali scilicet, sine quo excitatio fieri non posset. In hoc igitur Aristoteles uidetur benè opinatus, animæ non esse notiones ab initio concreatas, quas incorporando perdiderit. *Aristoteles.* Verum quoniam non potest proficere, si omni caret iudicio, sicut surdus nunquàm proficeret ut fieret citharœdus, postquàm nullum de harmonia, apud se iudicium haberet, per quod iudicare posset an profecerit: ea propter mens nostra, habet sibi concreatum iudicium, sine quo proficere nequiret. Hęc uis iudiciaria, est menti naturaliter concreata, per quam iudicat per se, de ratiocinationibus an sint debiles, fortes, aut concludentes: quam uim, si Plato notionem nominauit concreatam, non penitus errauit. PHILOSOPHVS. O quàm clara est tua traditio, cui quisq; audiens, cogitur assentire. Indubiè hæc sunt diligenter attendẽda: nam clarè experimur, spiritum in mente nostra loquentem & iudicantem hoc bonum, hoc iustum, hoc uerum, & nos repræhendentem, si declinamus à iusto, quam loquelam, & quod iudicium nequaquam didicit, sed ipsi cognatum est. IDIOTA. Experimur ex hoc, mentem esse uim illam, quæ licet careat omni notionali forma, potest tamen excitata, seipsam omni formæ assimilare, & omnium rerum notiones facere: similis quodammodo, sano uisui in tenebris, qui nunquàm fuit in luce, hic careat omni notione actuali uisibilium, sed dum in lucem uenit & excitatur, se assimilat uisibili, ut notionem faciat. ORATOR. Aiebat Plato, tunc ab intellectu iudicium requiri, quando sensus contraria simul ministrat. *Plato.* IDIOTA. Subtiliter dixit: nam cum tactus simul durum & molle, seu graue & leue, confusè offendat contrarium in contrario: recurritur ad intellectum, ut de quidditate utriusque, sic confusè sentitum, quòd plura discreta sint iudicet. Sic cum uisus, magnum & paruum confusè putet, nonne opus est iudicio discretiuo intellectus, quid magnum quidue paruum? Vbi uerò sensus per se sufficeret, ad iudicium intellectus, minimè recurreretur, ut in uisione lucidi, contrarium non habentis, quod simul accedat.

http://www.obrascatolicas.com

Mens in corpore. Ratio.

Quomodo mens est uiua substantia, & in corpore creata. Et de modo quomodo. Et an ratio sit in brutis. Et quomodo mens uiua, sit descriptio æternæ sapientiæ. Cap. V.

PHILOSOPHVS.

Peripatetici.

OMnes penè Peripatetici aiunt, intellectum quem tumentem dicere uideris, esse potentiam quandam animæ, & intelligere accidens: tu uerò qualiter? IDIOTA. Mens est uiua substantia, quam in nobis interne loqui & iudicare experimur, & quæ omni ui alia, ex omnib. utribus spiritualibus (quas in nobis experimur) infinitæ substantiæ, & absolutæ formæ, plus assimilatur: cuius officium in hoc corpore est, corpus uiuificare, & ex hoc Anima dicitur. Vnde mens, est forma substantialis, siue uis in se omnia suo modo complicans, & uim animatiuam per quam corpus animat uiuificando, uitam uegetatiuam & sensitiuam, & uim ratiocinatiuam & intellectualem, & intellectibilem complicans. PHILOSOPHVS. Visne mentem quam & animam fateris intellectiuam, antè corpus fuisse, prout Pythagoras, & Platonici: & postea incorporatam? IDIOTA. Natura, non tempore. Nam ut audisti, eam uisui in tenebris comparaui: uisus autem, nequaquam actu fuit, ante oculum, nisi natura tantum. Vnde quia mens, est quoddam diuinum semen sua ui complicans omnium rerum exemplaria notionaliter: tunc à Deo, à quo hanc uim habet, eo ipso quòd esse recepit, est simul & in conuenienti terra locatum, ubi fructum facere possit, & ex se rerum uniuersitatem notionaliter explicare, alioqui hæc uis seminalis, frustrà data ipsi esset, si non fuisset addita opportunitas in actum prorumpendi. PHILOSOPHVS. Ponderosè loqueris, sed quomodo hoc in nobis factum sit, audire summopere cupio. IDIOTA. Diuini modi, sunt præcisione inattingibiles, coniecturas tamen de ipsis facimus, alius obscuriores, alius clariores. Ego autem arbitror, hanc similitudinem, quam dicam tibi, sufficere. Nosti enim, uisum de sua propria natura non discernere, sed in globo quodam, & confusè sentire obiectaculum, quod sibi obuiat intrà sphæram motus sui, scilicet oculi: quod quidem obiectaculum generatur ex multiplicatione specierum obiecti, in oculum. Vnde si adest uisio in oculo sine discretione, ut in infantibus, ubi deest usus discretionis: tunc ita aduenit mens animæ sensibili, sicut discretio uisui, per quam discernit inter colores. Et sicut hæc discretio uisiua, in brutis perfectis animalibus, ut canibus, suum dominum uisu discernentibus, reperitur, & à Deo data est uisui, tanquàm perfectio & forma uisus: sic naturæ humanæ, ultrà discretionem illam, quæ in brutis reperitur, data est altior uis, se habens ad discretionem animalem, sicut illa ad uim sensibilem, ut mens sit forma discretionis animalis, & eius perfectio. PHILOSOPHVS. Optimè & pulchrè. Sed uideris ad opinionem sapientis Philonis accedere, qui animalibus rationem inesse dicebat. IDIOTA. Experimur discretiuum discursum in brutis, sine quo eorum natura, benè subsistere non posset. Vnde discursus eorum, quia caret forma scilicet intellectu seu mente, est confusus: caret enim iudicio & scientia, & quia omnis discretio ex ratione est, hinc Philo non absurdè sic dixisse uidetur. PHILOSOPHVS. Declara quæso, quomodo mens, est forma rationis discurrentis. IDIOTA. Iam dixi, quòd sicut uisus uidet, & nescit quid uideat sine discretione quæ ipsum informat, & diluciat, & perficit: sic ratio syllogizat, & nescit quid syllogizet sine mente, sed mens informat, & dilucidat, & perficit ratiocinationem, ut sciat quid syllogizet, acsi Idiota uim uocabulorum ignorans, librum aliquem legat, lectio ex ui rationis procedit: legit enim, discurrendo per differentias litterarum, quas componit & diuidit, & hoc est opus rationis, sed ignorat quid legat. Et sit alius, qui legat, & sciat & intelligat, id quod legit. Hæc est quædam similitudo rationis confusæ, & rationis formatæ per mentem. Mens enim, de rationibus iudicium habet discretiuum, quæ ratio bona, quæ sophistica: ita mens est forma discretiua rationum, sicut ratio, forma discretiua sensuum, & imaginationum. PHILOSOPHVS. Vnde habet mens iudicium illud, quoniam de omnibus iudicium facere uidetur. IDIOTA. Habet ex eo, quia est imago exemplaris omnium: Deus enim est omnium exemplar. Vnde cum omnium exemplar

Pythagoras. Platonici.

Philo.

emplar in mente, ut ueritas in imagine reluceat, in se habet ad quod respicit, secundum quod, iudicium de exterioribus facit, acsi lex scripta esset uiua, illa (quia uiua) in se iudicanda legeret. Vnde mens, est uiua descriptio, æternæ & infinitæ sapientiæ. Sed in nostris mentibus, ab initio, uita illa similis est dormienti, quousq; admiratione, quæ ex sensibilibus oritur excitetur, ut moueatur, tunc motu uitæ suę intellectiuę, in se descriptum reperit, quod quærit. Intelligas autem descriptionem hanc resplendentiam esse, exemplaris omnium, modo quo in sua imagine ueritas resplendet. Ac si acuties simplicissima & indiuisibilis, anguli lapidis Diamantis politissimi, in qua omnium rerum formæ resplenderent, uiua esset: illa se intuendo, omnium rerum similitudines reperiret, per quas de omnibus notiones facere posset. PHILOSOPHVS. Mirabiliter loqueris, & delectabilissima profers. Multùm exemplum acutiei Diamantis placet: nam quantò angulus ille fuerit acutior & simplicior, tantò clariùs omnia in eo resplendent. IDIOTA. Qui uim speculares in se considerat, uidet quomodo est antè omnem quantitatem, quòd si illam uiuam concipit uita intellectuali, in qua reluceat omnium exemplar, de mente admissibilem facit coniecturam. PHILOSOPHVS. Vellem audire, an hanc artem tuam, in mentis creatione, paradigmaticè posles applicare. IDIOTA. Possem etenim. Et pulchro quodam cocleari ad manum recepto, aiebat: Volui facere coclear speculare, quæsiui lignũ ualdè unitum & nobile super omnia: applicui instrumenta, quorum motu, elicui conuenientem proportionem, in qua, forma cochlearis perfectè resplenderet. Post hæc, perpoliui cochlearis superficiem adeò, quòd induxi in resplendentia formæ cochlearis, formam speculatem, ut uides, nam cum sit perpulchrum coclear, est tamen cum hoc coclear speculare. Habes enim in eo omnia genera speculorum, scilicet concauum, conuexum, rectum, & columnare: in base manubrij, rectum: in manubrio, columnare: in concauitate cochlearis, concauum: in conuexitate, conuexum. Vnde forma specularis, non habuit temporale esse, ante coclear, sed ad perfectionem cochlearis, addita est per me, formæ primæ cochlearis, ut eam perficeret: ut nunc forma specularis, in se contineat, formam cochlearis, & forma specularis, est independens à cochleari: non est enim de essentia speculi, quòd sit coclear. Quare si rumperentur proportiones, sine quibus forma cochlearis esse nequit, puta si manubrium separaretur, desineret esse colear, sed ob hoc forma specularis non desineret esse. Ita quidem Deus per motum cœli, de apta materia, proportionem eduxit, in qua resplenderet animalitas perfectiori modo. Cui deinde addit mentem, quasi uiuum speculum, modo quo dixi.

Diamas.

Cochlear.

Quomodo symbolicè loquendo, sapientes numerum rerum exemplar dixerunt. Et de mirabili natura eius. Et quomodo est à mente, & essentiarum incorruptibilitate. Et quomodo mens est harmonia, numerus se mouens, compositio, ex eodem & diuerso. Cap. VI.

Numerus.

PHILOSOPHVS.

APtè applicasti. Et quando unum dicis, intellectum aperis quomodo sit rerum ductio, ac quomodo proportio est locus, orbis, seu regio formę, & locus proportionis, materia. Et uideris multùm Pythagoricus, qui ex numero omnia esse asseruit. IDIOTA. Nescio an Pythagoricus, an alius sim, hoc scio quòd nullius authoritas me ducit, etiam si me mouere tentet. Arbitror autem uiros Pythagoricos, qui (ut ais) per numerum de omnibus philosophantur, graues & acutos: non quòd credam, eos uoluisse de numero loqui, prout est Mathematicus, & ex nostra mente procedit (nam illum non esse alicuius rei principium, de se constat) sed symbolicè ac rationaliter locuti sunt de numero, qui ex diuina mente procedit, cuius Mathematicus est imago. Sicut enim mens nostra, se habet ad infinitam æternam mentem, ita numerus nostræ mentis, ad numerum illum, & damus illi numero, nomen nostrum, sicut menti illi, nomen mentis nostræ, & delectabiliter multùm uersamur in numero, quasi in nostro proprio opere. PHILOSOPHVS. Explana quæso motiua, quæ aliquem mouere possunt ad dicendum, rerum principia numeros:

http://www.obrascatolicas.com

meros. IDIOTA. Non potest esse, nisi unum infinitum principium, & hoc solum est infinitè simplex. Primum autem principiatum, non potest esse infinitè simplex, ut de se patet, neque potest esse compositum, ex alijs ipsum componentibus: tunc enim nō esset primum principiatum, sed componentia ipsum, natura præcederent. Oportet igitur admittere, quòd primum principiatum, sic sit compositum, quòd tamen non sit ex alijs, sed ex seipso compositū: & non capit mens nostra, aliquod tale esse posse, nisi sit numerus, uel ut numerus nostræ mentis. Nā numerus est compositus, & ex seipso compositus (ex numero enim pari & impari est omnis numerus compositus) sic numerus, est ex numero compositus. Si dixeris, ternarium ex tribus unitatibus cō positum, loqueris quasi si quis diceret, parietes & tectum separatim facere domum: si enim parietes sunt separatim, & similiter & tectū, nō componitur ex ipsis domus. sic nec tres unitates, separatim constituunt ternarium. Quare si unitates consideras, prout constituunt ternarium, eas unitas consideras, & quòd tunc non aliud est, tres unitates unitæ quàm ternarius, ita ex seipso est compositus. Sic de omnibus numeris. Imò dum in numero non nisi unitatem conspicis, uideo numeri incompositam cō positionem, & simplicitatis & compositionis, siue unitatis & multitudinis coincidentiā. Imò si adhuc acutius intueor, uideo numeri cōpositam unitatem. ut in unitatibus harmonicis Διὰ πασῶν, Διὰ πέντε, Διὰ τεσσάρων: harmōica enim habitudo unitas est quæ sine numero intelligi nequit. Ad hæc, ex habitudine semitonij, & medietatis duplæ, quæ est costæ quadrati ad diametrum: numerum simpliciorem intueor, quàm nostræ mentis ratio attingere queat. Nam habitudo sine numero, non intelligitur, & tamen numerum illum oportet esse simul parē & imparem, de quo longus sermo, & delectabilis ualde haberi posset, si ad alia non festinaremus. Habemus igitur, quomodo primū principatum, est cuius typum gerit numerus. Neq; ad quidditatem eius, aliter propiùs accedere possumus, cum præcisio quidditatis cuiuscunq; rei per nos in attingibilis aliter quàm in ænigmate, uel figura. Primū enim principiatū, uocamus symbolicè numerum, quia numerus est subiectum proportionis: non enim potest esse proportio sine numero. Et proportio est locus formæ: sine enim proportione apta & congrua formæ, forma resplendere nequit, uti dixi: proportione apta cocleari, rupta, non posse formā manere, quia non habet locum. Est enim proportio, quasi aptitudo superficiei specularis, ad resplendentiam imaginis, qua non stante, desinit repræsentatio. Ecce quomodo unitas exemplaris infinita, non potest resplendere, nisi in proportione apta, quæ proportio est in numero. Agit enim mens æterna, quasi ut Musicus, qui suum conceptum uult sensibilem facere: recipit enim pluralitatem uocum, & illas redigit in proportionem, congruentem harmoniæ, ut in illa proportione, harmonia dulciter & perfectè resplendeat, quando ibi est ut in loco suo, & uariatur harmoniæ resplendentia, ex uarietate proportionis, harmoniæ congruentis, & desinit harmonia, aptitudine proportionis desinente. Ex mente igitur numerus, & omnia. PHILOSOPHVS. Nonné sine nostræ mentis consideratione, est rerum pluralitas. IDIOTA. Est, sed à mente æterna. Vnde sicut quò ad Deum, rerum pluralitas est à mente diuina: ita quò ad nos, rerum pluralitas, est à nostra mente: nam sola mens numerat, sublata mente, numerus discretus non est. Mens enim ex eo, quia unum & idem singulariter intelligit, & singillatim, & hoc ipsum consideramus, dicimus esse unum. Ex hoc quòd unum singulariter, ex hoc semel intelligit, ueraciter est unitatis æqualitas. Sed quando unum singulariter, & multiplicando intelligit, res plures esse dijudicamus, binarium dicendo: quia mens, unum & idem singulariter, bis, siue geminando, intelligit. Ita de reliquis. PHILOSOPHVS. Nonné ternarius, ex binario & unitate constituitur: & numerum dicimus collectionem singularium: quomodo tunc ex mente tu dicis eum esse. IDIOTA. Illi modi dicendi, debent ad intelligendi modum referri, quia nō est aliud colligere, quàm unum & idem commune, circà eadem multiplicare. Vnde cum uideas, sine mentis multitudine, binarium uel ternarium nihil esse, satis attendis numerum ex mente esse. PHILOSOPHVS. Quomodo pluralitas rerum, est numerus diuinæ mentis. IDIOTA.

Diameter. Costa.

Musicus.

Exeo

Ex eo enim, quòd mens diuina, unum sic intelligit, & aliud aliter, orta est rerum pluralitas. Vnde si acutè respicis, reperies pluralitatem rerum non esse, nisi modum intelligendi diuinæ mentis. Sic irrepræhensibiliter posse dici conijcio, primum rerum exemplar, in animo conditoris, numerum esse. Hoc ostendit delectatio & pulchritudo, quæ omnibus rebus inest, quæ in proportione consistit, proportio uerò in numero. Hinc numerus, præcipuum uestigium, ducens in sapientiam. PHILOSOPHVS. Illud primò Pythagorici, deinde Platonici dixerunt, quos & Seuerinus Boetius imitatur. IDIOTA. Pariformiter dico, exemplar, conceptionum nostræ mentis, numerum esse. Sine numero enim, nihil facere potest, neq; assimilatio, neq; notio, neq; discretio, neq; mensuratio fieret numero non existente: res enim non possunt aliæ & aliæ, & discretæ sine numero intelligi, nam quòd alia res est substantia, & aliâ quantitas, & ita de alijs, sine numero non intelligitur. Vnde cum numerus sit modus intelligendi, nihil sine eo intelligi potest. Numerus enim nostræ mentis, cum sit imago numeri diuini, qui est rerum exemplar: est exemplar notionum. Et sicut ante omnem pluralitatem est unitas, & hæc unitas uniens, est mens increata, in qua omnia unum, post unum pluralitas, explicatio uirtutis illius unitatis, quæ uirtus est rerum entitas, essendi æqualitas, & entitatis æqualitatisq; connexio, & hæc Trinitas benedicta: sic in nostra mente, est illius trinitatis diuinæ, imago. Nam mens nostra, similiter est unitas uniens, ante omnem pluralitatem, per mentem conceptibilem, & post illam unitatem, unientem omnem pluralitatem, est pluralitas, quæ est pluralitatis rerum imago, sicut mens nostra, diuinæ mentis imago, & explicat pluralitas, uirtutem unitatis mentis, quæ uirtus est imago entitatis, æqualitatis, & connexionis. PHILOSOPHVS. Video, te ex numero mira attingere. Age igitur, quoniam diuinus Dionysius ait, essentias rerum incorruptibiles, an hoc numero ostendere possis. IDIOTA. Quando attendis, ex multitudine unitatis numerum constitui, ac quòd alteritas sequitur multiplicationem contingenter, & aduertis compositionem numeri, ex unitate & alteritate, ex eodem & diuerso, ex pari, & impari, ex diuiduo & indiuiduo, ac quòd quidditas rerum omnium exorta est, ut sit numerus diuinæ mentis: tunc aliquo pacto attingis, quomodo essentiæ rerum, sunt incorruptibiles, uti unitas ex qua numerus, quæ est entitas. Et quomodo res sunt sic uel sic, ex alteritate, quæ non est de essentia numeri, sed contingenter unitatis multiplicationem sequens. Ita quidem alteritas, de nullius rei essentia est. Pertinet enim ad interitū, alteritas: quia diuisio est, ex qua corruptio, hinc de essentia rei non est. Conspicis etiam, quomodo non est aliud numerus, quàm res numeratæ. Ex quo habes, inter mentem diuinam, & res non mediare numerum, qui habeat actuale esse, sed numerus rerum res sunt.

Pythagorici. Platonici. Boetius.

Dionysius.

Quomodo mens à se exerit rerum formas, uia assimilationis, & possibilitatem absolutam seu materiam attingit. Cap. VII.

Formæ à mente.

PHILOSOPHVS.

Dic oro, putas nè mentem nostram esse harmoniam, aut numerum se mouentem, aut compositionem ex eodem & diuerso, uel ex diuidua & indiuidua essentia, uel ἕνωσιν ἀλλοίωσιν, nam talibus dicendi modis, Platonici & Peripatetici utuntur. IDIOTA. Credo omnes qui de mente locuti sunt, talia uel alia dixisse potuisse, moti ex ijs, quæ in ui mentis experiebantur. De omni enim harmonia iudicium in mente reperiebant, mentemq; ex se notiones fabricare, & sic se mouere, quasi uiuus numerus discretiuus, per se ad faciendas discretiones procederet. Et iterum in hoc collectiuè aut distributiuè procedere, aut secundum modum simplicitatis, ac necessitatis absolutæ, uel possibilitatis absolutæ, uel necessitatis complexionis, uel determinatæ, uel possibilitatis determinatæ, aut ob aptitudinē perennis motus. Ob has aut similes uarias experientias, talia ac alia de mente aut anima dixisse, rationabiliter credendum. Nam mentem esse ex eodem & diuerso, est eam esse ex unitate & alteritate, eo modo, quo numerus compositus est, ex eodem, quantum ad commune,

Ex alienis.

http://www.obrascatolicas.com

mune,& diuerſo,quantum ad ſingularia,qui ſunt modi intelligendi mentis. PHILOSOPHVS. Continua,exponendo animam numerum ſe mouentem. IDIOTA. Faciam ut potero. Arbitror omnes non poſſe diſſentire, mentem eſſe uiuum quendam diuinum numerum, optimè ad aptitudinem reſplendentiæ diuinæ harmoniæ, proportionatum, ac omnem ſenſibilem,rationalem,& intellectualem harmoniam complicantem,& quicquid circa hoc pulchrius dici poteſt:adeò quòd omnis numerus,& omnis proportio,& omnis harmonia,quæ à noſtra mente procedunt, ita parum ad mentem noſtram accedunt, ſicut mens noſtra ad mentem infinitam. Nam mens etſi ſit numerus diuinus,eſt tamen ita numerus,quòd eſt unitas ſimplex,ex ſua ui numerum ſuum exerens: unde quæ eſt proportio operum Dei ad Deum, illa eſt operum mentis noſtræ, ad mentem ipſam. PHILOSOPHVS. Voluerunt plærique,mentem noſtram eſſe naturæ diuinæ, & menti diuinæ propinquiſsimè coniunctam. IDIOTA. Non puto aliud illos uoluiſſe,quàm dixi,licet alium dicendi modum haberent.Inter enim diuinam mentem, & noſtram, id intereſt, quod inter facere & uidere:diuina mens concipiendo creat, noſtra concipiendo aſsimilat, notiones ſeu intellectuales faciendo uiſiones:diuina mens,eſt uis entificatiua,noſtra mens, eſt uis aſsimilatiua. ORATOR. Video Philoſopho tempus non ſufficere,ideò longo ſilentio me repreſſi,audiui plura & ſemper gratiſsima,ſed audire uellem, quomodo mens ex ſe exerit rerum formas, uia aſsimilationis. IDIOTA. Mens eſt adeò aſsimilatiua, quòd in uiſu ſe aſsimulat uiſibilibus,& in auditu audibilibus, in guſtu guſtabilibus,in odoratu odorabilibus,in tactu tangibilibus, & in ſenſu ſenſibilibus, in imaginatione imaginabilibus,& in ratione rationabilibus. Habet enim ſe imago in abſentia ſenſibilium,ut ſenſus aliquis,abſque diſcretione ſenſibilium:nam conformat ſe abſentibus ſenſibilibus confuſè, abſque hoc etiam, quòd ſtatum à ſtatu diſcernat. Sed in ratione, cum diſcretione ſtatus à ſtatu, ſe rebus conformat. In illis omnibus locis, uehitur in ſpiritu arteriarum,mens noſtra,quæ excitata, per obuiationem ſpecierum, ab obiectis ad ſpiritum multiplicatarum, ſe aſsimilat rebus per ſpecies,ut per aſsimilationem,iudicium faciat de obiecto. Vnde ſpiritus ille ſubtilis arteriarum,qui eſt mente animatus,per mentem,ad ſimilitudinem ſpeciei,quæ obiectionem præſtitit motui ſpiritus,ſic conformatur:ſicut cera flexibili, per hominem mentis uſum ac artem habentem,configuratur,rei præſenti aliter artifici præſentatæ:nam omnes configurationes,ſiue in arte ſtatuaria,ſiue pictoria, ſiue fabrili, abſque mente fieri nequeunt,ſed mẽs eſt quæ omnia terminat. Vnde ſi conciperetur, cera mente informata, tunc mẽs intùs exiſtens,configuraret ceram,omni figuræ ſibi præſentatæ, ſicut nunc mens artificis,ab extrinſeco applicata,facere nititur.Sic de luto & omnibus flexibilibus. Sic in noſtro corpore, mens facit ſecundum uariam flexibilitatem ſpirituum arteriarum,in organis,uarias configurationes ſubtiles & groſſas, & unus ſpiritus, non eſt configurabilis ad id, ad quod alius: quia ſpiritus in neruo optico, non eſt obuiabilis per ſpecies ſonorum,ſed ſolum per ſpecies colorum, ideò configurabilis eſt, ſpeciebus colorum,& non ſonorum,ita de alijs. Et eſt alius ſpiritus,ad omnes ſenſibiles ſpecies configurabilis, qui eſt in organo imaginatiuæ, ſed groſſo & indiſcreto modo. Et alius in organo ratiocinatiuæ, eſt ad omnia ſenſibilia, diſcretè & lucidè configurabilis. Et hæ omnes configurationes, ſunt aſsimlationes ſenſibilium, cum fiant medio corporalium ſpirituum,licet ſubtilium. Vnde cum mens has facit aſsimilationes,ut notiones habeat ſenſibilium,& ſic eſt immerſa ſpiritui corporali,tũc agit ut anima animãs corpus,per quam animationem, conſtituitur uis animalis.Hinc anima brutorum,conſimiles licet confuſiores, ſuo modo facit aſsimilationes, ut ſuo modo notiones aſſequatur. Sed noſtra uis mentis,ex illis talibus notionibus,ſic per aſsimilationem elicitis,facit mœchanicas artes,& Phyſicas,ac Logicas coniecturas, & res attingit, modo quo in poſsibilitate eſſendi ſeu materia concipiuntur, & modo quo poſsibilitas eſſendi, eſt per formam determinata. Vnde cum per has aſsimilationes,non attingat niſi ſenſibilium notiones,ubi formæ rerum non ſunt ueræ, ſed obumbratæ uariabilitate materiæ: tunc omnes notiones tales, ſunt potius coniecturæ, quàm

quàm ueritates.Sic itaque dico,quòd notiones,quæ per rationales aſsimilationes attinguntur,ſunt incertæ,quia ſunt ſecundum imagines potius formarum, quàm ueritates. Poſt hæc mens noſtra,non ut immerſa corpori,quod animat,ſed ut eſt mens per ſe,unibilis tamen corpori,dum reſpicit ad ſuam immutabilitatem,facit aſsimilationes formarum,non ut ſunt immerſæ materiæ, ſed ut ſunt in ſe & per ſe, & immutabiles concipit rerum quidditates, utens ſeipſa pro inſtrumento, ſine ſpiritu aliquo organico. Sicut dum concipit, circulum eſſe figuram, à cuius centro, omnes lineæ ad circumferentiam ductæ,ſunt æquales:quo modo eſſendi, circulus extrà mentem, in materia eſſe nequit. Impoſsibile eſt enim, duas dari lineas in materia æquales,& minus eſt poſsibile,talem circulum poſſe figurari. Vnde circulus in mente,eſt exemplar & menſura ueritatis circuli,in pauimento. Sic dicimus ueritatem rerum,in mente eſſe in neceſsitate complexionis,ſcilicet modo quo exigit ueritas rei, ut de circulo dictum eſt. Et quia mens,ut in ſe & à materia abſtracta,has facit aſsimilationes,tunc ſe aſsimilat formis abſtractis. Et ſecundum hanc uim, exerit ſcientias certas Mathematicales, & comperit uirtutem ſuam eſſe,ſe rebus prout in neceſsitate complexionis ſunt,aſsimilandi & notiones faciendi. Et incitatur ad has aſsimilationes abſtractiuas,per phantaſmata,ſeu imagines formarum, quas per aſsimilationes factas in organis depræhendit. Sicut excitatur quis ex pulchritudine imaginis, ut inquirat pulchritudinem exemplaris. Et in hac aſsimilatione, ſe habet mens,ac ſi flexibilitas abſoluta,à cera,luto,metallo, & omnibus flexibilibus eſſet uiua, uita mentali,ut ipſa per ſeipſam,ſe omnibus figuris(ut ſcilicet in ſe & non in materia ipſa ſubſiſtunt)aſsimilare poſſet. Talis etenim,in ui ſuæ flexibilitatis uiuæ,hoc eſt in ſe,notiones omnium (quoniam omnibus ſe conformare poſſet)eſſe conſpiceret. Et quia adhuc hoc modo mens non ſatiatur, quia non intuetur præciſam omnium ueritatem,ſed intuetur ueritatem,in neceſsitate quadam determinata cuilibet, prout una eſt ſic, alia ſic, & quælibet ex ſuis partibus compoſita, & uidet quòd hic modus eſſendi non eſt ipſa ueritas,ſed participatio ueritatis,ut unum ſic ſit uerè, & aliud aliter ſit uerè, quæ quidem alteritas,nequaquàm conuenire poteſt ueritati in ſe in ſua infinita & abſoluta præciſione conſiderata:unde mens, reſpiciendo ad ſuam ſimplicitatem,ut ſcilicet eſt non ſolum abſtracta à materia, ſed ut eſt materiæ incommunicabilis, ſeu modo formæ inunibilis:tunc hac ſimplicitate utitur, ut inſtrumento, ut non ſolum abſtractè extrà materiam, ſed in ſimplicitate, materiæ incommunicabili ſe omnibus aſsimilet. Et hoc modo in ſimplicitate ſua,omnia intuetur, ſicut ſi in puncto omnem magnitudinem,& in centro circulum:& ibi omnia intuetur abſque omni compoſitione partium,& non ut unum eſt hoc,& aliud illud,ſed ut omnia unum, & unum omnia. Et hæc eſt intuitio ueritatis abſolutæ, quaſi ſi quis in proximè dicto modo uideret, quomodo in oĩbus entibus,eſt entitas uariè participata. Et ſi poſt hoc,modo (de quo nunc agitur) ſuprà participationem & ueritatem omnem, ipſam entitatem abſolutam,ſimpliciter intueretur:talis profectò, ſuprà determinatam complexionis neceſsitatem, uideret omnia, quæ uidit in uarietate, abſque illa, in abſoluta neceſsitate ſimpliciſsimè,ſine numero & magnitudine,& omni alteritate. Vtitur autem hoc altiſsimo modo,mens ſeipſa,ut eſt Dei imago, & ut Deus,qui eſt omnia in ea relucet, ſcilicet quando ut uiua imago Dei, ad exemplar ſuum, ſe omni conatu aſsimilando conuertit. Et hoc modo, intuetur omnia unum, & ſe illius unius aſsimilationem, per quàm notiones facit, de uno quod omnia, & ſic facit Theologicas ſpeculationes:ubi tanquàm in fine omnium notionum, quàm ſuauiſsimè, ut in delectabiliſsima ueritate uitæ ſuæ, quieſcit, de quo modo, nunquàm ſatis dici poſſet. Hæc autem nunc ſic dixerim curioſè & ruſticè. Tu uerò decora limatione,pulchrius ea poteris adaptare, ut reddantur legentibus gratiora. ORATOR. Non niſi hoc audire, per quàm auidè expectaui, quod ſic luculentiſsimè explanaſti, & ueritatem quærentibus ornatiſsimùm uidebitur. PHILOSOPHVS. Exponè quæſo quo-

Circulus.

http://www.obrascatolicas.com

quomodo mens posſibilitatem indeterminatam (quam materiam uocamus) attingit. IDIOTA. Per adulterinam quandam rationem, contrario quodam modo, quo de neceſsitate complexionis, ad neceſsitatem tranſilit abſolutum. Nam dum uidet, quomodo omnia corpora per corporeitatem, habent formatum eſſe: ſublata corporeitate, in quadam indeterminata posſibilitate, omnia quæ prius uidit, uidet. Et quæ prius uidit, in corporeitate diſtincta & determinata, actu exiſtentia: nunc uidet confuſa, & indeterminata posſibiliter. Et hic eſt modus uniuerſalitatis, quo modo in posſibilitate omnia uidentur, non tamen eſt modus eſſendi, quia poſſe eſſe, non eſt.

Quomodo idem ſit menti concipere, intelligere notiones, & aſsimilationes facere. Et quomodo fiant ſenſationes, ſecundum Phyſicos. Cap. VIII.

PHILOSOPHVS.

Notio mētis. Aſſimilatio. Senſatio.

SAtis de hoc, ne propoſitum egrediamur: expone ſi concipere mentis, eſt intelligere. IDIOTA. Dixi mentem, concipiendi uirtutem. Vnde excitata ſe mouet, concipiendo, quouſq; intelligat. Quare intellectus, eſt mentis motus perfectus. PHILOSOPHVS. Quando dicitur concipere. IDIOTA. Quando rerum facit ſimilitudines, ſiue mauis dicere notiones, ſeu genera, differentias, ſpecies, proprium & accidens. Vnde Deus, uim concipiendi creauit in anima, mens autem ea iam dicta facit, unum tamen & idem eſt uis mentis, & conceptio & ſimilitudo, & notio, & genus, & ſpecies. Et quamuis non dicamus idem intelligere & concipere, tamen quicquid intelligitur concipitur, & econuerſò, ſed actuale intelligitur & non concipitur. PHILOSOPHVS. Quomodo ais. IDIOTA. Concipere non eſt, niſi modo materiæ uel formæ, uel alio modo comprehendere. Actuale uerò dicitur intelligi: id eſt, proprietas eius mente comprehenditur. Dicitur etiam mens intelligere, ex quo mouetur, & initium motus potius paſsio dicitur, perfectio motus intellectus. Sed ut idem eſt diſpoſitio & habitus, diſpoſitio dum tendit ad perfectionem, & poſt perfectionem habitus: ita unum & idem, paſsio mentis & intellectus. PHILOSOPHVS. Tamen intellectus, non uidetur dicere perfectionem. IDIOTA. Benè ais, propriè mens dicitur intelligere, quando mouetur, licet non dicatur intellectus, niſi poſt perfectionem. PHILOSOPHVS. Sunt igitur illa omnia unum & idem, uis concipiendi, conceptio, ſimilitudo, notio, paſsio, & intellectus. IDIOTA. Sunt ſic idem, quòd uis concipiendi, non eſt aliquid eorum. Quia dicitur uis ab aptitudine, qnam habeat à creatione, conceptio ab imitatione, quia imitatur materiam uel formam: ſcilicet eo quòd modo materiæ uel formæ compoſiti, comprehendit. Ex eo autem quòd conceptio dicitur, ex eo etiam ſimilitudo ſeu notio rei. Et hæc uocabula, ueraciter de ſe prædicantur, & quodlibet dicitur intellectus. PHILOSOPHVS. Miror quomodo conceptio, poſsit dici intellectus. IDIOTA. Quamuis conceptio dicatur ab imitatione, & intellectus à perfectione, tamen hoc facit perfectio, quòd intellectus dicatur conceptio. Tunc enim mens concipit, cum ad perfectionem dicitur intellectus. PHILOSOPHVS. Vis fortè etiam admittere, paſsionem mentis, uocari intellectum. IDIOTA. Volo, nam motus mentis, eſt intellectus, cuius initium eſt paſsio. PHILOSOPHVS. Igitur & conceptio, paſsio. IDIOTA. Non ſequitur, ut per te uides. Similiter quamuis genera & ſpecies ſunt intellectus, tamen non propterea ſunt paſsiones animæ: tranſit enim paſsio animæ, manentibus generibus & ſpeciebus. PHILOSOPHVS. Satis de hoc, cum uariſ uariè loquantur, de iſtis ſufficiat mihi te audiuiſſe. Sed dicito, quomodo nominas uim illam mentis, qua omnia in neceſsitate complexionis intuetur, & aliam qua in neceſsitate abſoluta. IDIOTA. Ego qui ſum idiota, non multum ad uerba attendo, puto tamen, quòd conuenienter uis illa, diſciplina dici poſſit: qua mens ad ſuam immutabilitatem reſpiciendo, rerum formas extrà materiam conſiderat, eò quia per diſciplinam doctrinamq;, ad hanc formæ deuenitur conſiderationem. Sed uis illa, qua mens intuendo ad ſuam ſimplicitatem, omnia abſq; compoſi-

poſitione in ſua ſimplicitate intuetur, intelligentia dici poteſt. PHILOSOPHVS. Legitur, per aliquos uim, quam tu doctrinam nominas, intelligentiam, & illā quam tu intelligentiam, per illos intelligibilitatem, nominari. IDIOTA. Non diſplicet: quia & ſic conuenienter uocari poſſunt. ORATOR. Optarem te Philoſophe audire, quomodo Phyſici opinentur ſenſationes fieri, in hoc te Idiota peritiorem puto, qui & gaudebit ſi feceris. PHILOSOPHVS. Gauderem aliquid accepti, poſſe recitare. Vnde id quod petis, ſic ſe habet. Dicunt Phyſici, quòd anima eſt immixta ſpiritui tenuiſsimo, per arterias diffuſo, ita quòd ſpiritus ille, uehiculum ſit animæ, illius uerò ſpiritus uehiculum, ſanguis. Eſt ergo neruus ſeu arteria quædam, illo ſpiritu plena, quæ ad oculos dirigitur: ita ut arteria illa, propè oculos biſida fiat, & illo ſpiritu plena, ad oculorum orbes, in qua parte pupilla eſt, proueniat. Eſt itaq; ſpiritus ille, eatenus per arteriam illam diffuſus, inſtrumentum animæ, per quod uidendi ſenſum exerceat Duæ arteriæ ad aures diriguntur, illo ſpiritu plenæ, ſimiliter ad nares, eodem modo ad palatum, arteriæ quædam diriguntur, diffunditur etiam ſpiritus ille, per medullas, uſq; ad extremitatem articulorum. Spiritus ergo ille, qui ad oculos dirigitur, eſt agillimus. Cum ergo aliquod exterius obiectaculum inuenit, repercutitur ſpiritus ille, & excitatur anima ad perdendum illud, quod obuiat. Sic in auribus, uoce repercutitur, & excitatur anima ad comprehendendum. Ei ſicut auditus fit in aëre tenuiſsimo, ita quoque odoratus, in aëre ſpiſſo, uel potius fumoſo, qui cum nares ſubintrat, ex ſua fumoſitate ſpiritū retardat, ut anima excitetur, ad illius fumoſitatis odorem comprehendendum. Pariformiter, cum humidum ſpongioſū palatum ſubintrat, tardatur ſpiritus, & excitatur anima ad guſtādum. Vtitur etiam ſpiritu, per medullas diffuſo, anima, pro inſtrumento tactus. Cum enim aliquid ſolidum obſtat corpori, offenditur, & quodammodo retardatur ſpiritus, & inde tactus Circà oculos, utitur ignea ui, circa aures, utitur ui ætherea, uel potius aerea pura, circa nares, ui ſpiſſa aerea & fumoſa, circa palatum, ui aquea, circa medullas, ui terrea. Et hoc ſecundum quatuor elementorum ordinem. Vt ſicut oculi altiores ſunt auribus, ſic ſpiritus, qui ad oculos dirigitur, altior eſt & ſuperior, ut quodammodo igneus dicatur: ut ſit in homine, ſenſuum diſpoſitio facta, ad ſimilitudinem ordinis, ſiue diſpoſitionis quatuor elementorum, hinc uelocior eſt uiſus quàm auditus, unde fit, ut prius coruſcationem uideamus, quàm tonitruū audiamus, licet ſimul fiant. Facit etiam oculorum adeò fortis radiorum directio, ſubtilis & acuta, ut aer ei cedat, nec aliquid ei obſtare poſſit, niſi groſſum ſit, terreum, uel aqueum. Cum ergo ſpiritus ille inſtrumentum ſit ſenſuum, & oculi, nares, & relinqua ſenſoria, quaſi feneſtræ ſint & uiæ, per quas ſpiritus ille, ad ſentiendum exitum habet: patet, quod nihil ſentitur, niſi per obſtaculum, unde (ut aliqua re obſtante) ſpiritus ille, qui ſentiendi inſtrumentum eſt tardetur, & anima quaſi tardata rem illam quæ obſtat, confuſè per ſenſus ipſos comprehendat. Senſus enim quantum in ſe eſt, nihil terminat. Quod enim cum aliquid uidemus, terminum in ipſo ponimus: illud quidem imaginationis eſt, quæ adiuncta eſt ſenſui, non ſenſus. Eſt autem in prima parte capitis, in cellula phantaſtica, ſpiritus quidam, multò tenuior & agilior, ſpiritu per arterias diffuſo quo cum anima utitur pro inſtrumento, ſubtilior fit, ut etiam re abſente, formam comprehendat in materia, quæ uis animæ Imaginatio dicitur: quoniam per eam anima rei abſentis imaginem, ſibi conformat. Et per hoc à ſenſu differt, qui ſolum re præſente, formam comprehendit in materia. Imaginatio uerò re abſente, confuſè tamen ut ſtatum non diſcernat, ſed multos ſtatus ſimul confuſè comprehendit Eſt uerò in media parte capitis, in illa ſcilicet cellula, quæ rationalis dicitur, ſpiritus tenuiſsimus, magisque tenuis, quàm in phantaſtica: & cum anima, illo ſpiritu pro inſtrumento utitur, adhuc ille ſit ſubtilior, ut etiam ſtatum à ſtatu diſcernat, uel ſtatū uel formatum. Nec tamen rerum comprehendit ueritatem, quoniam formas comprehendit, materiæ admixtas: materia uerò, confundit formatum, ut ueritas circa eam comprehendi non poſsit. Hæc autem uis animæ Ratio appellatur. Cum his tribus modis, anima corporeo utitur inſtrumento. Per ſeipſam anima comprehendit,

http://www.obrascatolicas.com

hendit,quando ſe in ſeipſam recipit,ita ut ſeipſa utatur,pro inſtrumento, ut à te audiuimus.

Menſura. Quomodo mens omnia menſurat,faciendo punctum,lineam & ſuperficiem. Et quomodo eſt punctus unus,& complicatio ac perfectio lineę. Et de natura complicationis Et quomodo facit adæquatas menſuras,uariarum rerum. Et unde ſtimuletur ad faciendum. Cap. IX.

ORATOR.

Ex Sententia. PHyſici,qui hęc poſt experientiã,nobis manifeſta fecerunt,laudandi ſunt certe,quia pulchra & placida. IDIOTA. Et hic ſapiẽtiæ amator, laudes et gratias meretur maximas. PHILOSOPHVS. Video noctem accedere, uelis igitur Idiota,ad multa quæ reſtant properare,& exponere,quomodo mens omnia menſurat,ut à principio aſſeruiſti. IDIOTA. Mens facit punctum terminum eſſe lineæ,& lineam terminum ſuperficiei,& ſuperficiem corporis. Facit numerum,unde multitudo & magnitudo,à mente ſunt,& hinc omnia menſurat. PHILOSOPHVS. Explana,quomodo mens facit punctum. IDIOTA. Nam punctum,eſt iunctura lineæ ad lineam,uel lineæ terminus. Cum ergo lineam cogitaueris,poterit mens iuncturam duarum medietatum eius,ſecum conſiderare. Quod ſi fecerit,erit linea bipunctualis,propter duos eius terminos,& iuncturam duarum medietatum,quã ſibi mens propoſuit. Nec ſunt diuerſa punctorũ genera, terminus lineæ,atq; iunctura:nam duarũ medietatum iunctura,terminus eſt,ideò linearum. Et ſi unicuiq; medietati,mens proprium terminum tribuat,quadripunctualis linea erit. Ita per quotcunque partes,præexcogitata linea diuidatur,à mente:quot illarum partium terminifuerint,tot punctorum pręcogitata linea,eſſe iudicabitur. PHILOSOPHVS. Quomodo facit lineam? IDIOTA. Conſiderando longitudinem ſine latitudine:& ſuperficiem,conſiderando latitudinem ſine ſoliditate. Licet ſic actu nec punctus, nec linea, nec ſuperficies eſſe poſſint:cum ſola ſoliditas,extrà mentem actu exiſtat. Sic omnis rei menſura,uel terminus,ex mente eſt,& ligna & lapides,certam menſuram & terminos habent,præter mentem noſtram,ſed ex mente increata,à qua rerum omnis terminus deſcendit. PHILOSOHPVS. Arbitraris punctũ eſſe indiuiſibile? IDIOTA. Arbitror punctum terminale,indiuiſibile:quia termini non eſt terminus,ſi diuiſibile eſſet,non eſſet terminus,quia haberet terminũ. Sic non eſt quantũ,& ex punctis non poteſt quantitas conſtitui,quia ex non quantis compoſita eſſe nequit. PHILOSOPHVS. Concordas cum Boetio,dicente:Si punctum puncto addas,nihil magis facis,quàm ſi nihil nihilo iungas. IDIOTA. Quare ſi duarum linearum terminos iungas,lineam quidem maiorem efficies,ſed nullam conſtituet quantitatem,terminorum coniunctio. PHILOSOPHVS. Dicis nè plura puncta? IDIOTA. Neque plura puncta,neq; plures unitates,ſed cum punctum,ſit lineæ terminus,ubiq; in linea reperiri poteſt:nec tamen in ea eſt niſi unum punctum,quod extenſum linea eſt. PHILOSOPHVS. Nihil ergo in ueritate reperitur in ipſa linea,niſi punctũ. IDIOTA. Verum eſt,ſed propter uariabilitatem materiæ,quę ſubeſt,quędam ibi eſt extenſio. Sicut cum non ſit niſi una unitas,ex pluribus tamen unitatibus,dicitur numerus conſtare,propter alteritatem ſubiectorum unitati. Linea itaq; eſt puncti euolutio, & ſuperficies lineæ,& ſoliditas ſuperficiei. Vnde ſi tollis punctum,deficit omnis magnitudo:ſi tollis unitatem,deficit omnis multitudo. PHILOSOPHVS. Quomodo intelligis,lineam puncti euolutionem. IDIOTA. Euolutionem,id eſt,explicationem,quod non eſt aliud,quàm punctum in atomis pluribus,ita quod in ſingulis coniunctis & continuatis,eſſe. Eſt enim unum & idem punctum in omnibus atomis,ſicut una & eadem albedo,in omnibus albis. PHILOSOPHVS. Quomodo intelligis atomum? IDIOTA. Secundum mentis conſiderationem,continuum diuiditur in ſemper diuiſibile,& multitudo creſcit in infinitum,ſed actu diuidendo,ad partem actu indiuiſibilem deuenitur, quam atomum appello. Eſt enim atomus quantitas,ob ſui paruitatem,actu indiuiſibilis. Sic etiam mentis conſideratione multitudo non habet finem,quæ tamen actu terminata eſt. Rerum namque omnium multitudo,

multitudo,ſub determinato quodam numero cadit,licet nobis incognito. PHILOSOPHVS. Eſt ne punctum lineæ perfectio, cum ſit eius terminus? IDIOTA. Eſt eius perfectio,& totalitas,quæ lineam in ſe complicat,punctare enim,eſt rem ipſam terminare:ubi autem terminatur,ibidem perficitur. Perfectio uerò eius,eſt ipſius totalitas. Vnde punctum,eſt terminus lineæ,& eius totalitas ac perfectio,quæ ipſam lineam in ſe complicat,ſicut linea punctum explicat. Cum enim perfectionem totalem lineæ,in Geometricis dico eſſe,ab hoc a puncto,in b:tunc ante protractionem lineæ,de a ad b,per puncta a b,totalitatem lineæ deſignaui:ſcilicet,quòd linea non habet ultrà protrahi. Vnde quod eſt actu uel intellectu,rei totalitatẽ ab hoc in hoc includere,hoc eſt lineam in puncto complicare:explicare autem eſt,de a in b,particulatim lineam trahere,ſic linea explicat complicationem puncti. PHILOSOPHVS. Putabam punctum complicationem lineæ,ſicut unitatem numeri,quia nihil in linea reperitur, niſi punctum ubique,ſicut in numero nihil niſi unitas. IDIOTA. Nõ malè conſideraſti:idem eſt in diuerſitate modi dicendi,& modo quo dixiſti,in omnibus complicationibus utere. Nam motus,eſt explicatio quietis,quia nihil reperitur in motu,niſi quies. Sic Nunc,explicatur per tempus,quia nihil reperitur in tempore,niſi Nunc,ita de aliis.. PHILOSOPHVS. Quomodo ais,in motu non niſi quietem reperiri? IDIOTA. Cum mouere ſit,de uno ſtatu in alium cadere,quia quamdiu res ſe habet in uno ſtatu,non mouetur,ſic nihil reperitur in motu,niſi quies: motus enim,eſt diſceſſio ab uno,unde moueri,eſt ab uno,& hoc eſt ad aliud unum. Sic de quiete in quietem tranſire,eſt moueri. Vt non ſit aliud moueri,niſi ordinata quies ſiue quietes,ſeriatim ordinatæ. Multum proficit,qui in complicationes, & earum explicationes,attentè aduertit:maximè,quomodo omnes complicationes,ſunt imagines,complicationis ſimplicitatis infinitæ,& nõ explicationes eius,ſed imagines, & ſunt ſub neceſſitate complexionis. Et mens,prima imago complicationis ſimplicitatis infinitæ,uim harum complicationum,ſua ui complectens,eſt locus ſeu regio neceſſitatis complexionis:quia quæ uerè ſunt,abſtracta ſunt,à uiriabilitate materię, & non ſunt materialiter,ſed mentaliter,de quo ſuperfluè dictũ exiſtimo. ORATOR. Nequaquàm ſuperfluè,etiam ſi repetitè:nam utile eſt,ſæpè dici,quod nunquàm poteſt ſatis dici. PHILOSOHPVS. Admiror,cum mens(ut ais Idiota)à menſura dicatur, cur ad rerum menſuram,tam auidè feratur. IDIOTA. Vt ſuiipſius menſurã attingat: nam mens eſt uiua menſura,quę menſurando alia,ſui capacitatem attingit. Omnia enim agit,ut ſe cognoſcat,ſed ſui menſuram in omnibus quærens, non inuenit, niſi ubi ſunt omnia unum,ibi eſt ueritas pręciſionis eius,quia ibi exemplar eius adequatum. PHILOSOPHVS. Quomodo mens tam uariarum rerum,ſe menſuram facere poteſt adæquatam? IDIOTA. Modo quo abſoluta facies,omnium factorum,ſe faceret menſuram. Quando enim attendis,mentem eſſe abſolutam quandam menſuram,quæ non poteſt eſſe maior nec minor,cum ſit incontracta ad quantum,& cum hoc attendis,illam menſuram eſſe uiuam,ut per ſeipſam menſuret,quaſi ſi circinus uiuus per ſe menſuraret: tunc attingis, quomodo ſe faciat notionem, menſuram, ſeu exemplar,ut ſe in omnibus attingat. PHILOSOPHVS. Intelligo ſimile in circino,nullius determinatæ quantitatis, in eo quòd circinus, & tamen extenditur & contrahitur,ut aſſimiletur determinatis. Sed an ſe aſſimilet modis eſſendi,dicito. IDIOTA. Imò omnibus,conformat enim ſe poſſibilitati,ut omnia poſſibiliter menſuret:ſic neceſſitati abſolutę,ut omnia unitè & ſimpliciter,ut Deus menſuret:ſic neceſſitati complexionis,ut omnia in proprio eſſe menſuret:atque poſſibilitati determinatæ,ut omnia,quemadmodum exiſtunt,menſuret. Menſurat etiam ſymbolicè, comparationis modo,ut quando utitur numero & figuris Geometricis, & ad ſimilitudinem talium ſe transfert. Vnde ſubtiliter intuenti,mens eſt uiua & incontracta,infinitæ æqualitatis ſimilitudo.

Circinus.

Mens.

http://www.obrascatolicas.com

Quomodō compræhensio ueritatis, est in multitudine & magnitudine. Cap. X.

PHILOSOPHVS.

Multitudo. Magnitudo. Boetius.

NOn te tędeat, sermonem in noctē protrahere, mi amicissime, ut adhuc tua præsentia frui ualeam: coarctor enim cras abire, & exponas dictū Boetij utique doctissimi uiri, quid uelit dicere, quando ait: compræhensionē ueritatis omniū rerum, esse in multitudine, & magnitudine. IDIOTA. Opinor quod multitudinem ad discretionem retulit, magnitudinē ad integritatē. Nam rei ueritatem rectè compræhendit, qui eam ab omnibus alijs rebus discernit, & ipsius etiam rei integritatem attingit, ultrà quam uel citrà, integrum esse rei non progreditur. Disciplina namque in Geometria, trianguli integritatem determinat, ita quòd nec ultrà sit, nec citrà. In Astronomia, determinat motuum integritatem, & quid per singulà. Per disciplinam magnitudinis, habetur terminus integritatis rerum & mēsura: sicut per numeri disciplinam, rerum discretio. Numerus quidem, ad cōfusionē communium discernendam, ualet: similiter, ad colligendum, rerum terminum, & communionem. Magnitudo uerò, ad compræhendendum integritatis esse rerum terminum, & mensurā. PHILOSOPHVS. Si magnitudo, integritatē ab omnibus discernit, nihil ergo scitur, nisi omnia sciantur. IDIOTA. Verum dicis, nam non scitur pars, nisi toto scito: totum enim mensurat partem. Quando enim coclear benè per partes ex ligno excindo, partem adaptando ad totum respicio, ut coclear benè proportionatum eliciam, sic totū coclear, quod mente concepi, est exemplar, ad quod respicio, dum partem fingo. Et tūc possum perfectū coclear efficere, quando quælibet pars, proportionem suam in ordine, ad totum reseruat: similiter pars ad partem comparata, suam integritatē debet obseruare. Vnde necesse erit, ut ad scientiā unius præcedat scientia totius & partiū eius. Quare Deus qui est exemplar uniuersitatis si ignoratur, nihil de uniuersitate scitur. Et si uniuersitas ignoratur, nihil de eius partibus sciri posse, manifestum. Ita scientiam cuiuslibet, præcedit scientia Dei, & omnium. PHILOSOPHVS. Adde quæso cur dicat, sine Quadriuio, nulli rectè philosophandum. IDIOTA. Ob ea iam dictam. Nam quia in Arithmetica & Musica, continetur uirtus numerorum, unde rerū habetur discretio, in Geometria uerò & Astronomia, magnitudinis continetur disciplina, unde tota compræhensio integritatis rerum emanat: ideò nulli sine Quadriuio, philosophandum. PHILOSOPHVS. Miror si uoluit omne id quod est, esse magnitudinem uel multitudinem. IDIOTA. Nequaquàm puto. Sed quòd omne quod est, cadit sub magnitudine uel multitudine, quoniam demonstratio omnium rerum, fit uel secundū uim unius, uel alterius: magnitudo terminat, multitudo discernit. Vnde definitio, quæ totum esse terminat & includit, uim habet magnitudinis, & ad eam pertinet: & definitionum demonstratio, fit necessariò secūdùm uim magnitudinis. Diuisio uerò, & diuisionum demonstratio, secundum uim multitudinis. Fiunt etiam syllogismorum demonstrationes, secundum uim magnitudinis et multitudinis. Quòd enim ex duabus enuntiationibus tertia concluditur, multitudinis est: quòd autem ex uniuersalibus et particularibus, magnitudinis est. Posset etiam ociosior nobis, applicare, quomodo ex ui multitudinis, quantitates & qualitates, & cætera prædicamenta descendunt, quæ rerum notitiam faciunt: nam quemadmodum hoc fiat, difficulter cognoscitur.

Quomodo omnia in Deo sunt in trinitate, similiter & in mente nostra. Et quomodo mens nostra, est ex compræhendendi modis composita. Cap. XI.

PHILOSOPHVS.

Trinitas.

TEtigisti superiùs de trinitate Dei, & trinitate mentis. Oro declares, quomodo omnia in Deo sunt in trinitate, similiter & in mente nostra. IDIOTA. Vos Philosophi, asseritis decem genera generalissima, omnia complecti. PHILOSOPHVS. Ita proculdubio. IDIOTA. Nonne dū ea ut actu sunt considerabas: diuisa esse conspicis? PHILOSOPHVS. Imò. IDIOTA. Sed dū ea antè inchoationem essendi considerabas sine diuisione, quid tunc aliud esse possunt, quàm æternitas?

nam antè omnem diuisionem cōnexio. Illa igitur, antè omnem diuisionē unita, & connexa esse, necesse est. Connexio aūt, antè omnē diuisionem, æternitas est simplicissima, quæ Deus est. Adhuc dico, cum Deus nō possit negari perfectus, & perfectum sit, cui nihil deest: hinc rerū uniuersitas, est in perfectione, quæ Deus est. Sed perfectio summa exigit, quòd sit simplex & una, absq; alteritate & diuersitate: hinc omnia, in Deo, unū. PHIL. Aperta & delectabilis ostensio est, quam facis, sed adijce quomodo in trinitate? IDIOTA. Alibi de hoc agendū esset, ut clariùs dici posset, nūc tamen quia statui omnia quę exigis, pro posse adimplere, sic recipito. Habes, omnia ab æterno in Deo, Deum esse. Considera igitur rerum uniuersitatem in tempore, & cum impossibile non fiat, nónne uides, eam ab æterno fieri potuisse? PHIL. Mens assentit. IDIOTA. Igitur omnia in posse fieri, mentaliter uides. PHIL. Rectè ais. IDIOTA. Et si fieri potuerunt, erat necessariò posse facere anteqū essent. PHILOS. Ita erat. IDIOTA. Sic antè rerum uniuersitatem temporalem, uides omnia in posse facere. PHIL. Video. IDIOTA. Nónne ut in esse prodiret rerū uniuersitas, quam uides oculo mentis, in absoluto posse fieri, & in absoluto posse facere: necessarius erat nexus ipsius, utriusq; scilicet, posse fieri, & posse facere: aliàs quod potuit fieri per potentē facere, nunq; fuisset factum. PHIL. Optimè ais. IDIOTA. Vides igitur, ante omnem rerū temporalem existentiam: omnia in nexu, procedente de posse fieri absoluto, & posse facere absoluto. Sed illa tria absoluta, sunt ante omne tempus, simplex æternitas. Hinc omnia conspicis, in simplici æternitate, triniter. PHIL. Sufficientissimè. IDIOTA. Attende igitur, quomodo absolutum posse fieri, & absolutū posse facere, & absolutus nexus: nō sunt, nisi unum infinititē absolutum, & una deitas, & ordine prius est, posse fieri, quàm posse facere: nam omne facere, præsupponit fieri posse, et posse facere, id quod habet, scilicet posse facere, habet de posse fieri, & de utroq;, nexus. Vnde cum ordo dicat, posse fieri præcedere, ei attribuitur unitas, cui inest præcedere, & posse facere, attribuitur æqualitas, unitatem præsupponēs, à quibus, nexus. Et hæc nūc si placet, de hoc sufficiant. PHIL. Solum unum adijce. Si Deus intelligit, ut trinus & unus. IDIOTA. Mens æterna, omnia in unitate unitatis, æqualitate, & utriusq; nexu intelligit. Quomodo Deus intelligeret etiam in æternitate, sine omni successione, absq; entitate, & entitatis æqualitate, atq; nexu utriusq;: quæ sunt trinitas in unitate? non quòd Deus aliquid prætermittat, modo materiæ, & cum successione intelligat sicut nos: sed intelligere eius, cum sit eius essentia, est necessariò in trinitate. PHIL. Si sic est suo modo, in nostra mente, subiungito. IDIOTA. Omnia principiata, in se similitudinem principij habere, atq; ideò in omnibus trinitatem, in unitate substantiæ, in similitudine uerę trinitatis, & unitatis substantiæ principij æterni, reperiri, certum teneo. In omnibus igitur, quæ principiata sunt, posse fieri, quod descendit, à uirtute infinita unitatis seu entitatis absolutæ, posse facere, quod descēdit, à uirtute absolutæ æqualitatis, & compositionē utriusq;, quæ descendit, à nexu absoluto, reperiri necesse est. Vnde mens nostra, imago mētis æternæ, in mente ipsa æterna, & similitudo, in ueritate, suiipsius mensurā uenari contendit. Est enim ipsa mens nostra, ut est similitudo diuinæ, uti uis alta, consideranda: in qua posse assimilari, & posse assimilare, & nexus utriusq;, in essentia, unum sunt & idem. Vnde non potest mens nostra, nisi sit una in trinitate, quicq; intelligere, quemadmodum nec mens diuina Primò enim, dum se mouet ut intelligat, aliquid in similitudine posse fieri, seu materiæ, prēmittit, cui aliud in similitudine posse facere, seu formę, adiungit, & tunc in similitudine compositi ab utroq;, intelligit. Dum autem modo materię compræhendit, genera facit: dum modo formę comprehendit, facit differentias: dum modo compositi, species facit uel individua. Sic etiam, dum modo proprię passionis intelligit, facit propria: dum modo aduentitij intelligit, facit accidentia. Nihil autē intelligit, nisi præmisso aliquo modo materiæ, & alio modo aduententis formæ, & modo compositi illud nectat. In hac autem successione, qua dixi, aliqua prēmitti, modo materiæ & formæ: uides mentem nostram, in similitudine æternæ mentis intelligere. Aeterna enim mens, sine successione simul omnia, & omni modo intelligendi intelligit:

http://www.obrascatolicas.com

ligit. Sed ſucceſsio eſt deſcenſus, ab æternitate, cuius eſt imago uel ſimilitudo. Intelligit igitur in ſucceſsione, dum eſt unita corpori, quod ſucceſsioni ſubijcitur. Hoc etiam attentè conſiderandum, quòd omnia ut in mẽte noſtra ſunt, ſunt pariter in materia, ſunt & in forma, ſunt & in compoſito. PHIL. Delectabiliſsima ſunt quæ dicis. Id autem quod ultimò attendendum monuiſti, clariùs oro exprimito. IDIOTA. Líbenter. Hanc naturam, quæ eſt animal, inſpicito. Nam eam mens cõprehendit aliquando, ut genus eſt, tunc enim quaſi confuſè, & informiter, animalis naturam conſiderat, materiæ modo, aliquando ut ſignificatur per nomen humanitatis, & tũc modo formæ: aliquando modo cõpoſiti, ex illo genere & differentijs ei aduenientibus, et tunc ut in mente eſt, dicitur eſſe in connexione. Ita ut illa materia, & illa forma, uel potius illa ſimilitudo materię, & illa ſimilitudo formæ, & illud modo compoſiti cõſideratum: ſit una & eadem notio, unaq; & eadem ſubſtantia. Sicut dũ animal ut materiam conſidero, humanitatem uerò ut formam ei aduenientem, & connexionem utriuſque: dico illam materiam, illam formam, & connexionem, unam eſſe ſubſtantiam. Aut dum colorem, quaſi materiam conſidero, albedinem quaſi formam ei aduenientem, & connexionem utriuſq; dico illam materiam, illam formam, & connexionem illius materiæ & illius formæ, unum & idem accidens eſſe. Pariſormiter in omnibus. Neq; te moueat, quòd cum mens facit decẽ genera generaliſsima, prima principia: quòd tunc illa generaliſsima nullum genus commune habẽt, quod ut materia eis præmitti poſsit: quoniam mens poteſt aliquid modo materiæ, & idẽ modo aduenientis formæ, quæ tali materiæ adueniat, atq; idem modo compoſiti, conſiderare: ut dum conſiderat poſsibilitatem eſſendi, ſubſtantiam, uel aliquod aliud de decem, (nam rationabiliter dici poſſet, materiam eſſe poſsibilitatem eſſendi, ſubſtantiã aut accidens) & conſiderat mens idem, ut formam aduenientem ei, ut eſt materia, ut ſit compoſitum quod eſt ſubſtãtia, uel aliud ex decem. Ita quòd illa tria, unũ & idem ſint generaliſsimum. In illa igitur rerum uniuerſitate, quæ in mente eſt, omnia ſunt in trinitate, & in unitate trinitatis ad ſimilitudinem, ut ſunt in mente æterna. PHIL. Non habent ergo decem generaliſsima hos eſſendi modos, extrà mentis conſiderationem? IDIOTA. Decem illa generaliſsima, nõ in ſe ſed in mente ſunt, & modo materiæ, modo formæ uel compoſiti intelliguntur, in ſuis tamen inferioribus, habere iſtos eſſendi modos, conſiderantur. Neq; ſi rectè attendis, in ſe extrà mentem, modo materiæ, modo formæ, uel cõpoſiti eſſe poſſunt: præſertim idipſum experieris, quando attendis, quomodo qualitas, quantũ in ſe eſt accidens, dici nequit, ſed in ſuis inferioribus. Sic quoq; ſpecialis ſtatus, ut in mente eſt, modo materiæ, forſitan non conſiderari poſſe dicetur, cum ſit idem ſtatus ſpecialis & indiuidualis, alio & alio modo conſideratus. Dicemus ergo, quòd forſan in ſe materiæ modo nõ intelligitur, ſed in ſuperioribus. PHIL. Contentor. Sed uellem ut mihi oſtenderes, quomodo ea quæ actu ſunt, triniter ſunt iuxtà antedicta. IDIOTA. Facilè erit tibi uidere ſi attẽdis, omnia ut actu ſunt, in materia, forma, & connexione eſſe. Hoc ipſum enim, id eſt humanitas illa, ſcilicet natura, ut eſt poſsibilitas eſſendi hominem, materia eſt: ſicut ènim humanitas eſt, forma eſt: ut autem homo eſt, ex utroq; compoſitum, connexum eſt, ita uidelicet, ut unum & idem ſit, poſsibilitas eſſendi hominem, forma, & compoſitum ex utroq;, ut una ſit rei ſubſtantia. Similiter & hæc natura, quę albedinis uocabulo deſignatur, ut eſt poſsibilitas eſſendi albedinẽ, materia eſt. Illa eadem aliter, forma eſt. Eadem quoq;, cõpoſitum eſt ex utroq;, ita tamen, quòd ut illa materia, illa forma, et illud compoſitum ex utroq;, eadem ſit qualitas natura. PHILOS. Si in materia eſſe, eſt eſſe poſsibiliter, & cum poſsibile eſſe, non ſit: quomodo ergo omnia, quę ut actu ſunt, in materia ſunt? IDIOTA. Non te turbet iſtud, quod ſine repugnantia intelligendũ concipias. Nam non recipio eſſe actu, ut repugnet ei, quod eſt eſſe in materia: ſed ſic intelligẽdum eſt, quòd omnia ut actu ſunt, id eſt hic & in his rebus ſunt, in materia quidem ſunt, uerbi gratia: In cæra hæc poſsibilitas eſt, eſſendi candelam, in cupro, peluim. PHILOS. Adde uerbum unum quæſo. Vnde dicitur trinitas indiuidua, una? IDIOTA. In Deo ab unitate uniente, quæ eſt uera ſubſtãtia, in alijs ab unitate

tate naturæ, quæ eſt quaſi quædam imago unitatis unientis, quæ proprie eſt ſubſtantia. PHILOSOPHVS. Cum dicitur unitas eſt una, æqualitas eſt una, unde hoc? IDIOTA. Ab unitate ſubſtantiæ. PHIL. Quando autem noſtri dicunt Theologi, unitatem pro patre, & æqualitatem pro filio, & nexum pro ſpiritu ſancto capientes: quomodo pater eſt unus, filius eſt unus, unde hoc? IDIOTA. A ſingularitate perſonæ: ſunt enim tres ſingulares perſonæ, in una diuina ſubſtantia, ut alio tempore, quantũ concedebatur, diligenter tractauimus. PHILOS. Ad eum finem, ut quæ ſuprà dixiſti intelligam, dicito, an uelis, mẽtem noſtram, ex illis cõprehendendi modis cõpoſitam eſſe, tunc cum mens noſtra ſubſtantia ſit: erunt modi illi, partes eius ſubſtantiales. Hoc ſi ſic cenſes, dicito. IDIOTA. Voluit Plato, mentẽ ex indiuidua & diuidua ſubſtantia componi, ut ſuprà dixiſti: hoc, ex comprahẽdendi modo ſumens. Nam dum modo formæ intelligit, tunc indiuiduè comprehendit: res enim formaliter intellecta, indiuiduè comprehenditur. Vnde etiam humanitates, dicere ueraciter non poſſumus, ſed benè homines dicimus: quia res modo materiæ, aut modi compoſiti intellecta, diuiduè intelligitur. Eſt autem mens noſtra, uis comprehendendi, & totum uirtuale, ex omnibus comprehendendi uirtutibus compoſitum. Quilibet igitur modus, cum pars eius ſit ſubſtantialis, de tota mente uerificatur. Quemadmodum autẽ modi comprehendendi, ſint ſubſtantiales partes uirtutis, quæ mens dicitur, difficulter dici, poſſe arbitror. Nam cũ mens ſic uel ſic intelligat, tunc uirtutes eius intelligendi, quę ſunt partes eius, accidentia eſſe nequeunt. Quomodo autem ſint partes ſubſtantiales, atq; mens ipſa, difficillimum eſt dictu, atq; cognitu. PHIL. A diuua me parum in hoc difficili, optime Idiota. IDIOTA. Mens uirtualiter cõſtat ex uirtute intelligendi, ratiocinandi, imaginãdi, et ſentiendi, ita quòd ipſa tota dicatur uis intelligendi, uis ratiocinandi, uis imaginandi, & uis ſentiendi: unde ex his, tanquàm ſuis conſtat elementis, & mens omnia in omnibus, attingit ſuo modo. Et quia ut omnia ſunt actu, ſunt in ſenſu, quaſi in globo, et indiſcretè, & illa, in ratione, diſcretè: hinc eſt expreſsiſsima ſimilitudo, inter modum eſſendi omnium, ut ſunt actu, & ut ſunt in mente: nam uis ſentiendi, in nobis eſt uis mentis, & hinc mens, ſicut quælibet pars lineę, linea. Magnitudo enim, in ſe extrà materiam conſiderata, congruum exemplum eſt eius, quod petiſti. Quælibet enim pars eius, de toto uerificatur. Hinc eiuſdem entitatis eſt, cuius totum. PHIL. Cum mens ſit una, unde habet has comprehendendi uirtutes? IDIOTA. Ab unitate habet. Nam quòd communiter modo materiæ, aut compoſiti intelligit, habet, quia unitas uniens: quòd ſingulariter, ſimiliter ab unitate, quæ eſt ſingularitas: quòd formaliter, ab unitate, quæ eſt immutabilitas. Vnde quòd diuiduè intelligit, ab unitate habet: diuiſio enim, ab unitate deſcendit.

Quomodo non ſit unus intellectus, in omnibus hominibus. Et quomodo numerus ſeparatarum mentium, per nos innumerabilis eſt, Deo cognitus. Ca. XII.

PHILOSOPHVS.

ADhuc de paucis, opto quid ſentias audire. Aiunt quidã Peripatetici, unum eſſe intellectum, in omnibus hominibus. Alij ut quidam Platonici, non eſſe unam intellectiuam animam: ſed quòd animæ noſtrę, ſint eiuſdem ſubſtantiæ, cum anima mundi, quam dicunt eſſe, omnium animarũ noſtrarum, complexiuã: ſed differre dicunt animas noſtras, numero, quia habent diuerſum operandi modum, dicunt tamen, eas in animam mundi, poſt mortem reſolui. Quid tibi in hoc occurrit, dicito? IDIOTA. Ego mentem, intellectum eſſe affirmo, ut ſuprà audiſti: mentem autem, unam eſſe in omnibus hominibus, non capio. Nam cum mens habeat officium, ob quod anima dicitur: tunc exigit conuenientẽ habitudinem, corporis adæquatè ſibi proportionati, quæ ſicut in uno corpore reperitur, nequaquàm in alio eſt reperibilis. Sicut igitur identitas proportionis, eſt immultiplicabilis: ita & identitas mentis, quæ ſine adæquata proportione corporis, animare nequit. Sicut enim uiſus oculi tui, non poſſet eſſe uiſus cuiuſcunque alterius, etiam ſi à tuo oculo ſepararetur, & alterius oculo iungeretur, quia proportionem ſuam, quam in oculo

Peripatetici. Platonici.

http://www.obrascatolicas.com

tuo reperit,in alterius oculo reperire nequiret:ſic nec diſcretio, quæ eſt in uiſu tuo, poſſet eſſe diſcretio,in uiſu alterius.Ita nec intellectus diſcretionis illius, poſſet eſſe intellectus diſcretionis alterius. Vnde hoc nequaq; poſsibile arbitror, unũ eſſe intellectũ,in omnibus hominibus.Verum quia numerus ſublatus uidetur,quãdo tollitur uariabilitas materiæ,ut ex ſuperioribus patet,& mentis natura extrà corpus,ſit ab omni uarietate materiæ abſoluta:ideò fortè Platonici dixerunt, animas noſtras, in unam animam,communem noſtrarum complexiuam,reſolui. Sed hanc reſolutionem,non puto ueram.Nam quamuis nos,ſublata uarietate,non capiamus,multiplicationem numeri:propter hoc tamen,non deſinit rerũ pluralitas,quæ eſt diuinæ mentis numerus.Vnde numerus ſubſtantiarum ſeparatarum,non plus eſt nobis numerus,q̃ non numerus:quia adeò à nobis eſt numerabilis, quòd neq; eſt par, neq; impar,neq; magnus,neq; paruus,neq; in aliquo conuenit,cum numero per nos numerabili.Quaſi ſi quis audiret uocem maximam,quam emiſit maximus hominũ exercitus,quem exercitum,emiſiſſe ignorat:manifeſtum eſt,in uoce quam audit,cuiuslibet hominis uocem,eſſe differentem & diſtinctam,tamen audiens,nõ habet iudicium de numero.Quare iudicat,uocem unam eſſe,quia modum attingendi numerum nõ habet.Vel ſi in una camera,multæ ardeant candelæ,& camera ab omnibus illuminetur,manet lumen cuiuslibet candelæ diſtinctũ,à lumine alterius.Et hoc experimur,quando ſucceſsiuè exportantur:quia minuitur illuminatio,quandoquidẽ exportata quælibet,ſecum ſuam illuminationem,educit.Eſto igitur,quòd candelæ ardentes,in camera illuminatione remanente extinguantur,et quòd quis intret,illuminatam cameram:hic etſi uideat claritatem cameræ,tamen diſtinctionẽ & diſcretionem luminum,nequaq; attingere poteſt,imò non poſſet ille attingere,luminum pluralitatem ibi eſſe,niſi ſcientiam haberet,ibi eſſe lumina cãdelarum extinctarũ:& ſi hoc aſſecutus eſſet,ſcilicet ibi eſſe pluralitatem,tamen numero diſcernere unũ lumen ab alio,nũquàm poſſet.Talia exempla,in alijs ſenſibus adducere poteris,& ex illis te iuuare,quomodo cum ſcientia pluralitatis,ſtat quòd ad nos,impoſsibilitas diſcretionis numeri.Qui autem attendit,quomodo naturæ abſtractæ,ab omni uarietate materiæ,per nos qualitercunq; intelligibilis,quòd ad Deum,qui ſolum eſt infinitè abſolutus,ſunt ſimpliciter non abſtractæ ab omni mutatione, cum ab eo mutari & in interitum duci poſsint,ipſo ſolo Deo,ſecundùm naturam immortalitatẽ inhabitante,ille uidet omnem creaturam,numerum diuinæ mentis,aufugere nõ poſſe.

Exercitus uox

Candelæ. Lumen.

Anima mundi. Natura.

Quomodo id,quod Plato dicebat animam mundi, & Ariſtoteles naturam, ſit Deus, qui operatur omnia in omnibus. Et quomodo mentem creet in nobis. Cap. XIII.

PHILOSOPHVS.

Ariſtoteles. Plato. Ex alienis.

SAtis de hoc.Quid ais de anima mundi? IDIOTA. Tempus non patitur, omnia diſcuti. Puto quòd animam mundi,uocauit Plato id,quod Ariſtoteles naturam.Ego autem,nec animam illam,nec naturam aliud eſſe conjicio, quàm Deum,omnia in omnibus operantem,quem dicimus ſpiritum uniuerſorum. PHIL. Plato dixit animam illam,exemplaria rerũ indelebiliter continere, & omnia mouere: Ariſtoteles,naturam aiebat ſagacẽ,omnia mouentem. IDIOTA. Fortè Plato uoluit,animam mundi,eſſe ut animam ſeruí,ſcientis mentem domini ſui, & exequentem uoluntatem eius:et hanc ſcientiam uocauit,notiones,ſeu exemplaria,quę nulla obliuione oblinũtur,ut diuinæ prouidentiæ nõ deficeret executio.Et id quòd Plato,ſcientiam animæ mundi,appellauit:Ariſtoteles,ſagacitatem naturæ, eſſe uoluit,quæ habet ſagacitatem exequendi imperium Dei.Ob hoc,tribuerunt neceſsitatem complexionis,illi animæ ſeu naturæ:quia neceſsitatur determinatè ſic agere,ut abſoluta neceſsitas imperat.Sed non eſt niſi modus intelligẽdi,quando ſcilicet mẽs noſtra,cõcipit Deum,quaſi artem architectonicam,cui ars alia executoria ſubſit, ut conceptus diuinus in eſſe prodeat:ſed cum uoluntati Omnipotentis,omnia neceſſariò obediant,tunc uoluntas Dei,alio executore opus non habet:nam uelle,cũ exequi,in omnipotentia coincidũt.Quaſi ut dum uitrificator uitrum facit, inſufflat ſpiritum,qui exequitur uoluntatem eius,in quo ſpiritu,eſt uerbum ſeu cõceptus & potentia:

Vitrificator ſpiritus.

tia:niſi enim potentia & conceptus uitrificatoris,eſſent in ſpiritu,quem emittit,non oriretur uitrum tale.Concipe igitur abſolutam artem creatiuam,per ſe ſubſiſtẽtem, ut ars ſit artifex,& magiſterium magiſter,hæc ars habet in ſua eſſentia,neceſſariò omnipotentiam,ut nihil reſiſtere poſsit:ſapientiam,ut ſciat quid agat:& nexum omnipotentię,cum ſapientia,ut quod uelit fiat.Nexus ille,in ſe habens ſapientiam & omnipotentiam,ſpiritus eſt,quaſi uoluntas ſeu deſiderium:impoſsibilium enim,& penitus ignotorum,non eſt uoluntas ſeu deſiderium. Sic in perfectiſsima uoluntate, ineſt ſapientia & omnipotentia,& à ſimilitudine quadã ſpiritus dicitur,eò quòd motus ſine ſpiritu,non eſt,adeò quòd & id quod in uento motionẽ facit,& in omnibus alijs,ſpiritum appellemus.Per motum autẽ,omnes efficiunt quod uolunt. Quapropter uis artis creatiuæ,quæ eſt ars abſoluta & infinita,ſeu Deus benedictus, omnia efficit in ſpiritu ſeu uolũtate,in qua eſt ſapientia filij,& omnipotentia patris,ut opus eius,ſit unius indiuiſæ trinitatis.Hunc nexum ſpiritum ſeu uoluntatem,ignorarunt Platonici,qui hunc ſpiritum,non uiderũt Deum,ſed à Deo principatum, & animã, mundum(ut animam noſtram intellectiuam,noſtrum corpus animantẽ) putarunt. Neq; eum ſpiritum uiderunt Peripatetici,qui hanc uim naturam rebus immerſam, â qua eſt motus & quies,poſuerunt,cum tamen ſit Deus abſolutus,in ſecula benedictus. ORATOR. O quantum exhilaratus ſum,tam lucidam audiens explanationẽ. Sed quæſo,ut iterum aliquo exemplo nos iuues, ad concipiendum mentis noſtræ creationem,in hoc noſtro corpore. IDIOTA. Audiuiſti iam antè,de hac re,ſed quia uarietas exemplorum,inexpreſsibile clariùs facit,tibi morẽ geram. Ecce noſti,mentem noſtram,uim quandam eſſe,habentem imaginem artis diuinę iam dictæ.Vnde omnia,quæ abſolutæ arti ueriſsimè inſunt,menti noſtrę ueré,ut imagini inſunt.Vnde mẽs eſt creata,ab arte creatrice,quaſi ars illa,ſeipſam creare uellet.Et quia immultiplicabilis eſt infinita ars,oportet quòd tunc eius ſurgat imago, ſicut ſi pictor ſeipſum depingere uellet.Et quia ipſe non eſt multiplicabilis,tunc ſe depingendo,oriretur eius imago Et quia imago,nunquàm quantumcũq; perfecta(ſi perfectior & cõformior eſſe nequit exemplari)adeò perfecta eſt,ſicut quæcũq; imperfecta imago, quæ potẽtiam habet,ſe ſemper plus & plus ſine limitatione,inacceſsibili exemplari conformandi.In hoc enim infinitatem,imago,modo quo poteſt,imitatur. Quaſi ſi pictor,duas imagines faceret,quarum una mortua, uideretur actu ſibi ſimilior,alia autem minus ſimilis uiua,ſcilicet talis,quæ ſeipſam ex obiecto ſuo, ad motum incitata, conformiorem ſemper facere poſſet: nemo hæſitat ſecundam perfectiorem, quaſi artem pictoris magis imitantem.Sic omnis mens,etiam et noſtra,quamuis infrà omnes ſit creata:à Deo habet,ut modo quo poteſt, ſit artis infinitæ, perfecta & uiua imago.Quare eſt trina & una,habens potentiam,ſapientiam,& utriuſq; nexũ, modo tali,ut perfecta artis imago,ſcilicet,quòd excitata poſsit ſe ſemper magis magisq;,exemplari conformare. Sic mens noſtra,etſi in principio creationis,non habet actualem reſplendentiam,artis creatricis,in trinitate & unitate: habet tamẽ uim illam concreatam,per quam excitata, ſe actualitati diuinæ artis, conformiorem facere poteſt.Vnde in unitate eſſentiæ eius eſt potentia,ſapientia,& uoluntas. Et coincidunt in eſſentia,magiſter & magiſterium,ut in imagine uiua,artis infinitæ, quæ excitata, ſe actualitati diuinæ, ſemper ſine termino, conformiorem facere poteſt, præciſione infinitæ artis inacceſsibili,ſemper remanente. ORATOR. Mirabiliter & planiſsimè,ſed oro, quomodo mens, creando infunditur? IDIOTA. Aliâs de hoc audiſti.Nunc iterum recipe alio exemplo idipſum. AVCTOR. Et accepto uitro, & pendulè inter pollicem & digitum ſuſpenſo,ipſum tetigit uitrum, & ſonum edidit, ſonoq; aliquantulum continuato,fiſſum eſt uitrum,& ceſſauit ſonus,& aiebat. IDIOTA. In uitro pendulo,uis aliqua orta fuit,per meam potentiam, quæ uitrum mouit, unde ſonus ortus eſt, & diſſoluta proportione uitri, in qua ſonus, & per conſequens,motus reſidebat: ceſſauit ibi motus,ſimiliter motu ceſſante,ſonus. Quòd ſi uirtus illa,quia non dependebat à uitro,ob hoc non ceſſaret,ſed ſine uitro ſubſiſteret:exemplum haberes,quomodo uis illa,creatur in nobis, quæ motum & harmo-

Pictor ſui.

Ex ſententia.

http://www.obrascatolicas.com

niam facit,& ceſſat illam facere,per diſſolutionem proportionis:licet ob hoc non ceſſet eſſe.Sicut ſi ego tibi artē citharizandi,in data cithara trado, cum ars à cithara data non dependeat,licet in cithara ſit tibi tradita: tunc cithara fracta, ob hoc ars citharizandi non eſt diſsipata,etiam ſi nulla cithara tibi apta, ſit in mundo reperibilis.

Quomodo mens de Galaxia dicitur deſcendere,per planetas ad corpus,& reuerti. Et de notionibus ſpirituum ſeparatorum indelebilibus,& noſtris delebilibus.

Cap. XIIII.

PHILOSOPHVS.

Ex alienis.

AD res raras,& à ſenſu remotas, aptiſsima & pulcherrima adducis exempla. Et quia Solis occaſus accedit,qui nos nō ſinet amplius commorari:dic oro, quid ſibi uelint Philoſophi, qui aiunt, animas deſcendere de galaxia ,per planetas,ad corpora,& ſic reuerti ad galaxiā. Et cur Ariſtoteles,uolens exprimere uim animæ noſtræ,à ratione incipit,dicens:animam de ratione ad doctrinā, de doctrina ad intellectibilitatem aſcendere.Plato uerò,contrario modo ait:ponens intellectibilitatem elementum,& quod degenerando, intellectibilitas fiat doctrina ſeu intelligentia,& intelligentia degenerando fiat ratio? IDIOTA.Ignoro ſcripturas. Sed forte primi, qui de deſcenſu & aſcenſu animarum dixerunt,idem dicere uoluerunt,quod Plato & Ariſtoteles.Nam Plato,ad creatotis imaginem reſpiciens,quæ maximè eſt in intellectibilitate,ubi ſe mens ſimplicitati diuinæ conformat,ibi elemētum poſuit,& ſubſtantiam mentis poſuit,quam poſt mortem remanere uoluit,illa, ordinæ naturæ, præcedit intelligentiam.Sed degenerat in intelligentiam,quando recedit,de diuina ſimplicitate,in qua omnia unū,& uult in ſe intueri omnia,ut quolibet habet eſſe,ab alio diſtinctum & propriū.Deinde adhuc plus degenerat mens, quando motu rationis,compræhendit res non in ſe,ſed ut forma eſt,in uariabili materia,ubi non poteſt tenere ueritatem ,ſed uergit in imaginem. Ariſtoteles autem, qui omnia conſiderauit,ut ſub uocabula cadunt,quæ motu rationis ſunt impoſita: facit elementum rationem.Et rationem,fortè dicit per diſciplinam,quæ fit per uocabula,ad intelligentiam aſcendere,poſtea altiſsimè ad intellectibilitatem. Vnde ponit elementum rationem,ad aſcenſum intellectus.Plato uerò,intellectibilitatem ad deſcenſum eius.Ita inter eos non uidetur differentia, niſi in modo conſiderationis.

PHILOS.Hoc ſit eſto.Dic age,cum omnes Philoſophi dicant,omnem intellectum eſſe de ſubſtantia & accidente:quomodo hoc eſt uerum,de Deo & materia prima?

IDIOTA.Intellectus de Deo,eſt inflexus de intellectu huius nominis,Ens:quia ens non entis,hoc eſt ens imparticipabiliter intellectum,eſt Deus.Et ille eſt idem ei,qui de eo habetur,quod eſt ſubſtantia & accidens,ſed alio modo hoc eſt inflexè ,conſideratus. Vnde intellectus de Deo,eſt complexiuus,omnium intellectuū,de ſubſtantia & accidente,ſed eſt ſimplex & unus.Intellectus uerò de materia prima,eſt flexio quædam ab intellectu,qui habetur de corpore.Si enim corpus incorporeè,hoc eſt, abſque omnibus formis corporeis intelligis:illud idem,quod corpus ſignificat,intelligis,ſed alio modo,quia incorporeè,qui proculdubio eſt intellectus materiæ?

PHILOSOPHVS.Putaſné mentes cœleſtes,ſecundùm gradus intellectuales creatas & notiones habere indelebiles?

Ex ſententia.

IDIOTA.Puto alios angelos intellectibiles,ut ſunt de ſupremo ordine,alios intelligentiales,ut de ſecundo ordine, alios rationales, ut de tertio.Ac quòd in quolibet ordine,ſint tot gradus ſimiliter,ut ſic ſint nouem gradus,ſeu Chori. Et quòd mentes noſtræ,ſint ſic infrà primum gradum, talium ſpirituum,& ſuprà omnem gradum,corporalis naturæ,quaſi nexus uniuerſitatis entiū, ut ſit terminus perfectionis,inferioris naturæ,& initium ſuperioris.Arbitror etiam, notiones ſpirituum beatorum, extrà corpus exiſtentium, in quiete habere notiones inuariabiles,& indelebiles obliuione,ob præſentiam ueritatis, obiectaliter ſe indeſinenter offerentis: & hoc eſt meritum ſpirituum , qui fruitionem exemplaris rerum,meruerunt. Noſtræ autem mentes,ob ſui informitatem,obliuiſcuntur ſæpè eorum,quæ ſciuerunt,aptitudine concreata permanente, ad denuò ſciendum. Nam & ſi ſine corpore excitari,ad progreſſum intellectualē,non poſſint:tamen ob incuriam,

incuriā,auerſiones ab obiecto,& retractiones ad uaria & diuerſa,& corporeas moleſtias,notiones perdunt.Notiones enim,quas hic in hoc mundo uariabili,& inſtabili,acquirimus ſecundū conditiones uariabilis mundi,non ſunt confirmatæ.Sunt enim ut notiones ſcholaſticorū & diſcipulorum,proficere incipientiū,& nondū ad magiſteriū perductorū.Sed notiones illę hic acquiſitæ,quando mens pergit de mūdo uariabili,ad inuariabilē:ſimiliter ad inuariabile magiſteriū,transferuntur. Quando enim particulares notiones,tranſeunt in perfectū magiſterium,deſinunt eſſe uariabiles,in magiſterio uniuerſali,quæ erant particulariter fluidę & inſtabiles. Sic ſumus in hoc mundo docibiles,in alio magiſtri.

Quomodo mens noſtra,ſit immortalis & incorruptibilis. Cap. XV.

PHILOSOPHVS.

Mens immortalis.

REſtat nunc ut de immortalitate mentis noſtræ,quæ ſentis dicas,ut quantū fieri potuerit,p hac die de mente inſtructior factus,me in multis gaudeam profeciſſe.IDIOTA.Qui elementum deſcenſus intellectus,intellectibilitatē ponunt,nequaquam ſentiunt,mentem dependere à corpore.Qui elementum aſcenſus intellectus,rationem ponunt,& finem intellectibilitatem,mentē nequaquam cum corpore interire,admittunt.Ego autem nequaquam hæſito,guſtū ſapientiæ habentes,immortalitatem mentis negare non poſſe:uti de hoc alias, oratori,quæ tunc occurrerunt,patefeci.Sic qui attendit,intuitionem mentis attingere inuariabile,& per mentem formas à uariabilitate abſtrahi,& in inuariabilem regionem,neceſſitatis complexionis,reponi:ille non poteſt hæſitare,mentis naturam ab omni uariabilitate,abſolutā eſſe. Ad ſe enim attrahit,quod à uariabilitate abſtrahit. Nam ueritas inuariabilis,figurarum Geometricarum,non in pauimentis,ſed mente reperitur.Et dum anima per organa inquirit,id quod inuenit,uariabile eſt,dum per ſe inquirit,id quod inuenit ſtabile,clarum,lympidum,& fixum exiſtit.Nō igitur eſt de natura uariabilium,quæ ſenſu attingit,ſed inuariabiliū,quæ in ſe inuenit. Sic ex numero,poteſt immortalitatis eius oſtenſio conuenienter uenari.Nam cum ſit numerus uiuus,ſcilicet numerus numerans,& omnis numerus in ſe incorruptibilis,licet in uariabili materia conſideratus,uariabilis uideatur,mentis noſtræ numerus,nō poteſt concipi corruptibilis:quomodo tunc auctor numeri incorruptibilis,corruptibilis uideri poſſet? Neq; aliquis numerus,poteſt mentis numerandi uirtutem euacuare. Vnde cum motus cœli,per mentē numeretur,& tempus ſit menſura motus: tempus,mentis uirtutem non euacuabit,ſed manebit,ut omnium menſurabiliū terminus,menſura,& determinatio.Oſtendunt inſtrumenta motuum cœleſtium,quæ à mente humana procedunt:motum non tàm menſurare mentem,quàm mens menſurat motum.Vnde mens,motu ſuo intellectiuo,omnem ſucceſsiuum motum uidetur complicare.Mens ex ſe exerit,motū ratiocinatiuum,ſic eſt forma mouendi.Vnde ſi quid diſſoluitur,per motum hoc fit,quomodo ergo forma mouendi,per motū diſſolueretur? Mens cū ſit uita intellectualis,ſeipſam mouens,hoc eſt uitam,quæ eſt eius intelligere exerens,quomodo non ſemper uiuit? Motus ſeipſum mouens,quomodo deficit? habet enim uitam ſibi conpaginatam,per quam eſt ſemper uiuens,ſicut ſphęra ſemper rotunda,per ſibi compaginatum circulum.Si illa eſt mentis compoſitio,quæ numeri ex ſeipſo compoſiti:quomodo in non mentem reſolubilis? Sic ſi mens eſt coincidentia unitatis et alteritatis,ut numerus:quomodo diuiſibilis,cum diuiſibilitas in ea ſit,cum indiuiſibili unitate coincidens? Si mens complicat idem & diuerſum,cum intelligat diuiſiuè & unitiuè: quomodo deſtruetur? Si numerus eſt modus intelligendi mentis,& in eius numerare,coincidat explicatio, cum complicatione:quomodo deficiet? uirtus enim, quæ explicando complicat, minor fieri nequit, mentem autem hoc agere, manifeſtum eſt : nam qui numerat, explicat uim unitatis,& complicat numerum in unitatem. Denarius enim eſt unitas,ex decem complicata,ſic qui numerat,explicat & complicat. Mens eſt imago æternitatis,tempus uerò explicatio,explicatio autem, ſemper minor imagine cōplicationis

http://www.obrascatolicas.com

nis ęternitatis. Qui autem attendit ad iudicium mentis illi concreatum, per quod de omnibus rationibus iudicat, ac quod rationes ex mente sunt: uidet nullam rationē ad mentis mensuram attingere. Manet igitur mens nostra, omni ratione immensurabilis, infinibilis, & interminabilis, quam sola mens increata mensurat, terminat, atq; finit, sicut ueritas suam, & ex se, in se, & per se creatam uiuam imaginem. Quomodo periret imago, quę est relucētia, incorruptibilis ueritatis: nisi ueritate, communicatam relucentiam abolente: sicut igitur impossibile est, quod infinita ueritas, communicatam relucentiam subtrahat, cū sit absoluta bonitas: ita est impossibile, quod eius imago, quæ non est, nisi communicata relucētia eius, unquā deficiat: sicut postquàm per Solis relucentiam, cœpit esse dies, nunquam Sole lucente, dies deficiet. Cognata religio, quæ hunc innumerabilem populum, in hoc anno Romam, & te Philosophum, in uehementem admirationē adduxit, quæ semper in mundo, in modorum diuersitate apparuit: nobis esse naturaliter inditam, nostræ mentis immortalitas, ex communi omniū indubitata assertione, sicut nostræ naturæ humanitas. Nō enim habemus certiorem scientiam, nos esse homines, quàm mentes habere immortales, cum utriusque scientia, sit communis omnium hominum assertio. Hæc sic cursim dicta ab idiota, gratè recipito. Quod si non sint talia, quæ sponsione oratoris, audire expectabas: aliqua tamen sunt, quæ tibi fortassis ad altiora, qualecunque adminiculum, afferre poterunt. ORATOR. Interfui hoc sancto & mihi dulcissimo colloquio, multùm mentem tuam, de mente profundè differentem, admirans: indubio nunc experimento certissimum habens, mentem, uim omnia mensurantē existere Gratias tibi habens optime Idiota, tum mea parte, tum istius aduenæ Philosophi quem adduxi, qui spero consolatus abibit. PHILOSOPHVS. Non me puto fœlicioꝛem diem hactenus hac ista, uixisse: nescio quid succedet. Tibi Oratori, atq; tibi Idiotæ, uiro admodum Theorico, immortales habeo gratias: orans, nostras mentes, ad æternæ mentis fruitionem, hoc diuturno colloquio, miro desiderio incitatas, fœliciter perduci.

Tertij libri Idiotæ, qui est de Mente, finis.

Idiotæ, de Staticis experimentis, Dialogus IIII. Interlocutores Auctor, Idiota, Orator.

Statica experimenta, sunt statuæ experimenta.

REquentabat consortiū Idiotæ, orator ille Romanus, ut aliquando uiri illius conceptus, qui sibi grati erant audiret. Dumq; orator laudaret stateram, quasi iustitiæ trutinam, atq; Reipublicæ perneccssarium instrumentū, Idiota respondit. IDIOTA. Quamuis nihil in hoc mundo præcisionem attingere queat, tamē iudicium stateræ uerius experimur, & hinc, ubiq; acceptatur. Sed dicito quæso, cum non sit possibile, in eadem magnitudine esse idem pondus, in diuersis diuersam habētibus originem: an nē quisquàm experimentales ponderum conscripserit differentias? ORATOR. Neq; legis, neq; audiui. IDIOTA. Vtinā quisquàm nobis hanc consignationem præsentaret, suprà multa uolumina, caripēderem. ORATOR. Si tibi cordi esset ut faceres, puto per neminem melius fieri. IDIOTA. Quisq; uolens faceret cū sit facilè, sed mihi deest opportunitas. ORATOR. Dicito utilitatem & modum, uidebo si aut ego, aut alius, efficere queat. IDIOTA. Ego per ponderum differentiam, arbitror ad rerum secreta ueriùs pertingi, & multa sciri posse uerisimiliori coniectura. ORATOR. Optimè ais. Sic enim Propheta quidam ait: pondus & stateram, iudicium Domini illius esse, qui omnia creauit in numero, pondere, & mensura, & fontes aquarum librauit, & molem terræ appendit, ut Sapiens scribit. IDIOTA. Si igitur mensura aquæ unius fontis, non est eiusdem ponderis alteri, cuius est similis mensura alterius: iudicium diuersitatis naturæ unius & alterius, melius stratera, quàm alio attingitur

Aqui.

tingitur instrumento. ORATOR. Probè ais. Admonet Vitruuius, de architectura scribens, locum habitationis eligendum, habētem leuiores, & magis aēreas aquas, & graues atq; terreas habentem, declinandum. IDIOTA. Sicut igitur eiusdem fontis aquæ, uidentur eiusdem ponderis & naturę: sic diuersorum, diuersi ponderis ORATOR. Videntur, ais: quasi aliud sit in ueritate. IDIOTA. Fateor ex tempore pondus uariari, licet aliquando imperceptibiliter. Nam indubiè, aliud est pondus aquæ uno tempore, aliud alio. Sic & aliud pondus aquæ circa fontem, aliud in distantia à fonte, sed hæ differentiæ, uix perceptibiles, pro nullis habentur. ORATOR. Arbitraris sic in omnibus esse, uti dixisti in aqua? IDIOTA. Arbitror certè. Nam nequaquàm est eiusdem ponderis, identitas magnitudinis, quorumcunq; diuersorum. Vnde cum aliud sit pondus, sanguinis & urinæ, hominis sani & infirmi, iuuenis & senis, Alemanni & Afri, nónne maximè conferret Medico, habere has omnes differentias annotatas? ORATOR. Maximè certe, imò per pondera consignata, si quis admirabilem constitueret. IDIOTA. Arbitror enim, Medicum uerius iudicium ex pondere urinæ, pariter & colore simul, facere posse, quàm ex fallaci colore. ORATOR. Certissimè. IDIOTA. Sic etiam cum herbarum radices, stipes, folia, fructus, semina, & succus suum habeant pondus: si omnium herbarum pondera cōsignata essent, cum uarietate locorum, naturam omnium Medicus attingeret melius, in pondere & sapore, quàm fallaci gustu. ORATOR. Optimè dicis. IDIOTA. Sciret deinde ex collatione ponderum, herbarum, ad pondus sanguinis uel urinæ: dosim applicationis, ex concordantia & differentia medicaminis, attingere, & prognostica admiranda facere: & sic staticis experimentis, ad omne scibile, præcisiori coniectura accederet. ORATOR. Mirandum multùm, quòd in ponderum signatura, hactenus desides fuerunt, tot laboriosi inuestigatores. IDIOTA. Nónne putas, si aquam ex stricto foramine clepsydræ, fluere in peluim permitteres, quousq; sani adolescētis pulsum centies sentires, & similiter ageres in adolescente infirmo: inter aquas illas, ponderis cadere differentias? ORATOR. Quis dubitat? IDIOTA. Ex pondere igitur aquarum, ad diuersitatem pulsuum, in iuuene, sene, sano & infirmo, peruenireturꝛ & ita ad morbi ueriorem notitiam: cum aliud pōdus in una infirmitate, aliud in alia, necessariò eueniret. Vnde perfectius fieret iudicium, ex experimentali pulsuum tali differentia, & pondere urinæ, quàm tactu uenæ, & colore urinæ tantùm. ORATOR. Optimè ais. IDIOTA. Adhuc si spiritum seu anhelitum, per inspirationem & expirationem, iam dicta ponderum aquæ habitudine, attingeret: nónne adhuc præcisius iudicium faceret? ORATOR. Fateor certè. IDIOTA. Si enim fluente aqua ex clepsydra, centum numeraret expirationes in puero, & similiter in sene: non est possibile, aquas eiusdē ponderis euenire. Sic dico in alijs diuersis ætatibus, & cōplexionibus. Vnde quando Medico constaret, pondus expirationis sani, aut pueri, aut adolescentis, & similiter ægrotantis, uaria infirmitate: indubiè tali experimento, ad notitiam sanitatis et casus ab ipsa, atq; ad dosim remediorum certiùs perueniret. ORAT. Imò etiā ad coniecturas periodi. IDIOTA. Benè ais. Si enim reperiret in sano adolescente, pondus senis & decrepiti, conijceret illum certius moriturū, & tales faceret admirabiles coniecturas. Adhuc, si in febribus per similem modum, paroxysmos calidos & frigidos, per ponderū aquæ differentiam, annotaret: nónne morbi efficaciam ac remedij opportunitatem, ueriùs attingere posset? ORAT. Indubiè posset: experiretur enim, uictoriam unius qualitatis, super aliam, caloris super frigus, aut econuersò, & secundū repertam habitudinem, medelas applicaret. IDIOTA. Adhuc dico in uarijs nationibus, & regionibus, & temporibus, ista uariari in identitate ætatis. Vnde uarietatem ponderum, secundùm omnia designari, quamuis difficile, tamen utilissimum esset. ORAT. Sic est ut ais. IDIOTA. Videtur autem, quòd pondus omnium rerum, cōsiderandum esset. Vti medium diuersitatis ponderum rerum medij climatis, in diuersis climatibus: ut si pondus hominis, in comparatione ad aliud animal, considerandum esset: tunc homo est considerandus, non ut septemtrionē aut meridiem, ubi hinc inde est excessus, sed potius ut clima medium inhabitans. ORAT. Optimè ais. Veteres

Vitruuius.
Sanguis.
Vrina.
Sanus.
Infirmus.
Iuuenis.
Senex.
Alemannus.
Afer.
Herbæ.
Radices.
Dosis.
Pulsus.
Anhelitus complexio.
Periodus.
Calor.
Frigus.
Climata.

http://www.obrascatolicas.com

res clima illud, Διὰ ῥόδου appellarunt: nam ab oriente ad occasum, per Rhodum insulam tendit. Sed quæso, si totius hominis pondus, in cõparatione ad aliud aliquod
Homo. animal quæreres, quomodo procederes? IDIOTA. Hominem in libra ponerem, cui
Aliud animal. simile pondus appenderem, in alia parte, deinde, hominem in aquam mitterem, & iterum extra aquam ab alia parte æquale appenderem, & diuersitatem ponderum annotarem, faceremq; id idem, cum animali dato: & ex uaria diuersitate ponderum, quæsitum annotarem. Post hoc attenderem, ad ponderum hominis & animalis, diuersitatem extrà aquam: & secundum hoc, moderarer inuentum & conscriberem.
ORATOR. Hanc moderationem non capio. IDIOTA. Ostendam tibi (inquit) & accepto
Lignum. ligno leui, cuius pondus ut tria, & aquæ eiusdem magnitudinis, ut quinque,
Aqua. ipsum in duas diuisit inæquales partes, quarum una habuit duplam magnitudinem, alia simplam, ambas in cuppam altam posuit, & cum fuste tenuit, ac aquam superfudit, & fuste retracto, ascenderunt ligna ad aquæ superficiem, & maius lignum citiùs, quàm minus. Ecce (aiebat) tu uides, diuersitatem motus, in identitate proportionis, ex eo euenire: quia in leuibus lignis, in maiori est plus leuitatis. ORATOR. Video, & placet multum. IDIOTA. Sic dico, moderationem fieri debere. Si enim homo ob magnitudinem super animal, plus grauitatis haberet: citius in aquam, quàm animal eiusdem proportionis descenderet. Quare tunc oporteret moderationem repertæ differentiæ diminuendo, proportionabiliter fieri, secundùm excessum. ORATOR. Intelligo nunc. Sed dicito, quomodo resistit aqua, ne descendat lignum. IDIOTA. Vt maior grauitas, minori. Quare, si lignum rotundum in ceram presseris, & extraxeris, locum aqua implendo, & huius aquæ pondus, similiter & ligni notaueris: cõperies, si pondus ligni, excedit pondus aquæ, lignum descendere: si non, natare, & suprà aquam, partem proportionalem ligni manere, secundùm excessum ponderis aquæ, super pondus ligni. ORATOR. Cur dicis de rotundo ligno. IDIOTA. Si fuerit latæ figuræ, de aqua plus occupabit, & eleuatiùs natabit. Hinc naues in aquis paucæ profunditatis, esse deberent latioris fundi. ORATOR. Continua inceptum, an aliAnimalia. ter pondera animalium attingi possint? IDIOTA. Possent puto. Nam si tinam usque ad summum aqua impleres, ipsamq; in alia locares, deinde hominis pondus, extrà aquam caperes, post hoc, ipsum in tinam illam descendere faceres, & aquam quæ effluxeret colligeres, & ponderares, & pariformiter in alio aut homine, aut animali, aut alia re quacunq; procedendo: ex diuersitate ponderum, subtili ratione, quæsitum attingeres. ORATOR. Subtiliter multum aliquando equidem audiui, hoc ingenio me-
Metalla. tallorum differentiam repertam, atque nonnullos annotasse, quantum fusio unciæ ceræ colligit auri, argenti, cupri, & ita de omnibus metallis. IDIOTA. Laudandus est ille, qui per fusionem magnitudinem intelligit. Vidit enim si aurum tantum loci occuparet, quantum uncia ceræ: quòd tunc eius pondus, tantũ esset. Ita de alijs metallis. Nam certissimum est, aliud esse pondus auri, aliud argenti, & cæterorum, in æqualitate magnitudinis: & aliud cuiuslibet pondus in aëre, aliud in aqua, aliud in oleo, aut in alio liquore. Vnde si quis pondera illa omnia signata teneret: ille profectò sciret, quantum unum metallum est grauius altero in aëre, & quãtum in aqua. Hinc data quacunq; massa, per ponderum eius diuersitatem in aëre & aqua, sciri posset, cuius metalli massa esset, & cuius mixturæ. Et sicut dictum est de aëre & aqua, ita etiam de oleo dici posset, aut alio quocunq; liquore, in quo experientia facta fuisset.
ORATOR. Sic absque massæ fusione, & metallorum separatione, mixtura attingeretur: & ingenium istud in monetis utile esset, ad sciendum, quantum cupri immixSophistica tum sit auro, aut argento. IDIOTA. Rectè ais. Valeret enim plurimum, ad sophisticaChalcimica. Chalcimica opera cognoscenda, quantùm à ueritate deficerent. ORATOR. Si quis igitur librum ponderum conscribere proponeret, illum etiam uarietatem metalli cuiuslibet, annotare oporteret, ut uidetur: nam alterius ponderis est, aurum Vngaricum, alterius aurum ὄβρυζον. Ita de singulis metallis. IDIOTA. Ex præmissis constat: uti in fontibus, ita & mineris, diuersitatem ponderis reperiri. Aurum tamen, ubicunque reperiatur, semper est ponderosius, quàm aliud metallum.

Vnde

Vnde species illa auri, intrà quandam ponderis latitudinem, uariari reperitur. Ita de reliquis. ORATOR. An ex habitudine ponderum, metallorum, ualorũ uenari possit habitudo? IDIOTA. Plumbũ est auro similius in pondere, sed in perfectione nequaquam. Vnde non ad unum pondus tamen attendendum censeo, sed ad singula põdera. Nam ad pondera ignis fusionis tàm auri quam plumbi si quis attendit, minus reperit plumbum ad aurum accedere, quàm aliud metallum: & si quis ad pondera ignis, in ferri fusione attendit: ei occurrit, ferrum plus accedere ad aurũ, quàm aliud metallum, licet quo ad pondus grauitatis minus. Vnde omnia pondera attendi debent, non grauitas tantum, & tunc comperimus, argentum auro propinquius.
ORATOR. Vitruuius ait, de pondere naturæ auri: quod solum in argento uiuo sub- Vitruuius.
mergitur, quantumcunque etiam paruæ grauitatis fuerit, alijs metallis supranatantibus, quantumcunque magnæ molis existant. IDIOTA. Argentum uiuum, cũ om- Argentum uiuum.
nibus metallis coniungibile est, propter commune, quod est in ipso & illis: sed magis amorosè auro adhæret, sicut minimè perfectum, suæ propriæ naturæ perfectissimę. Hinc qui Chalcimicis uacant, argentũ uiuum in igne domare student, quousq; Chalcimiæ uanitas.
non solum non fugiat ab igne, sed omnia metalla, quibus iungitur secum fixa teneat. Et non solum hoc, sed & in pondus auri stringat, remanente fluxibili, & malleabili humiditate, atque tingat colore fixo & permanente. ORATOR. Putas eo posse efficere, quod proponunt. IDIOTA. Præcisio manet inattingibilis, sed quantum profecerint, statera ostendit, sine qua nihil certi efficere potuerunt: iudicio enim ignis & stateræ, huius rei inquisitio promittitur. ORATOR. Possent similiter lapides omnes
Gemmæ. precioſi ponderari? IDIOTA. Non dubium, uno ingenio omnia fieri posse: nam aliud est pondus Diamantis in ordine, ad æqualem magnitudinem plumbi, & aliud Saphiri similiter in ordine, ad æqualitatem magnitudinis plumbi. Et ex diuersitate, scitur habitudo plumbi ponderũ utriusque, & ita de omnibus lapidibus. Vnde perutile esset, pondera ista, uia statici experimenti, conscripta haberi, cum suis originũ differentijs, ut si quæ sophisticationes in Beryllo, aut Crystallo colorato, fierent, deprehendi possent. ORATOR. Etiã cũ aliud sit pondus lapidis in aere, aliud in aqua, aliud in oleo: pulchrum esset, istas diuersitates haberi, ut sine habitudine ad plumbum, uel aliud tertium, differentia ponderum sciretur. IDIOTA. Optimè dicis. ORATOR. Dicito, si tibi occurrit uirtutes lapidum, aliquo ingenio ponderari posse?
IDIOTA. Puto, quòd uirtus Magnetis ponderaretur, si posito in libra, ferro in una Virtutes Magnetis.
parte, & magnete in alia, usq; ad æquilibrium, deinde si amoto magnete, tanti ponderis alio grauí in locum posito, magnes suprà ferrum teneretur, ita quòd ferrum in Ferrum.
bilance eo sursum ad magnetem moueretur, quo moto extrà æqualitatem, in alia parte pondus aggrauaretur, quousq; ferrum ad æqualitatem rediret, magnete immoto remanente: puto, quòd per hoc pondus retrahens, uirtus magnetis, proportionabiliter ponderata, dici posset. Similiter etiam, uirtus Diamãtis uenaretur ex hoc, quòd Diamas.
magnetem prohibere dicitur, ne ferrum attrahat, & aliæ aliorũ lapidum uirtutes suo modo, atq; etiam ex diuersitate magnitudinis corporis, cũ in maiori corpore sit maior uirtus. ORATOR. Nónne etiam experiri posset artifex, quantum argenti uiui, & Argentum uiuum.
quantum sulphuris, contineat quodlibet metallum, & similiter lapides? IDIOTA. Sulphur.
Posset certè ex concordantia & differentia ponderum, omnia talia, propinquè inue- Elementa.
stigare. Et similiter elementa argenti uiui, ex diuersitate põderis sui, in aëre, in aqua, & in oleo comparata ad aquam & oleum, & cineres, eiusdem magnitudinis ponderatos, sic & de sulphure. Ita & per hoc, ad omnium metallorum & lapidum elementa, & pondus elementorum, coniectura ueriori pertingere posset. ORATOR. Pulchra sunt hæc, nónne & ita in herbis, & lignis, & carnibus, & animalibus, & humoribus? IDIOTA. In omnibus puto. Nam ponderato ligno & illo exusto, cineribus Lignum. Herbæ. Carnes. Animalia. Humores.
ponderatis, scitur quantum aquæ fuit in ligno: solum enim aqua & terra, pondus graue habẽt. Scitur similiter ex diuersitate ponderis ligni in aëre, aqua, ac oleo: quantò aqua illa, quæ in ligno est grauior aut leuior, est aqua fontis pura, & sic quantum aëris. Ita de diuersitate ponderum, cinerum, quantum ignis. Et uenantur sic, elementa

http://www.obrascatolicas.com

menta ueriori coniectura, licet præcisio sit semper inattingibilis, & uti de ligno dictum est, ita de herbis, carnibus, & alijs. ORATOR. Nullum purum dabile, dicitur elementum, quomodo hoc experimur per stateram? IDIOTA. Si quis positis centum libris terræ in poto testaceo, colligeret successiuè, ex herbis, aut seminibus, in terram iactis, prius ponderatis, centum libras, & iterum terram ponderaret: in pauco, ipsam in pondere reperiret diminutam. Ex quo haberet, collectas herbas pondus ex aqua potius habere. Aquæ igitur in terra ingrossatæ, terrestreitatem attraxerunt, & operante Sole in herbam, sunt condensatæ. Si herbæ illæ incinerentur, nónne per coniecturam, ex ponderum omnium diuersitate, attingeres, quantum terræ plus centum libris experires, & illud aquam attulisse manifestum est? conuertuntur enim elementa, unum in aliud per partes, uti experimur uitro in niue posito, aërem in uitro in aquam condensari, quam in uitro fluidam reperimus. Sic experimur, certam aquam in lapides uerti, uti aquam in glaciem, & uirtutem induratiuam ac lapidificatiuam, certis fontibus inesse, qui imposita indurãt in lapidem. Ita etiam fertur, aquam quandam in Vngaria reperiri, quæ ob uirtutem uitrioli, quæ in ea est, uertit ferrum in cuprum. Ex talibus enim uirtutibus, constat aquas non esse puræ elementares, sed elementatas. Et delectabile multum esset, omnium talium aquarum uariarum uirtutum, habere pondera: ut ex diuersitate ponderum in aërе, & oleo, ad coniecturas uirtutum, appropinquaremus. ORATOR. Sic & de terra? IDIOTA. Imò et de terra, quoniam una est ferax, alia sterilis, & in una reperiũtur lapides & minerę, quæ non reperiuntur in alia. Terrarum igitur diuersarum pondera uaria, in aqua, aëre, & oleo scire, multum utile esset, ad secreta naturę perquirenda: ita & ex uinorum, cerę, oleorum, gummarum, aluminum, squillarũ, porrorum, alliorum, & omnium taliũ, ponderum uarietate, uirtutes, quæ uariè illis insunt, aliquatenus uenari posse arbitror. Et totius terræ pondus, coniectura assequi possemus. Nam circumferentia agnoscitur & diameter. Ex quo haberi potest, capacitas continentiaq; in numero milliariorum. Igitur numerato uno digito solido terræ, facilè deduci potest totius capacitatis pondus. ORATOR. In maximo uolumine ista uix conscriberentur. IDIOTA. Experimentalis scientia, latas deposcit scripturas. Quantò enim plures fuerint, tantò facilius de experimentis ad artẽ, quæ ex ipsis elicitur, posset deueniri. ORATOR. Fortè ad aëris pondus, etiã aliquando per coniecturas subtiles, ascenderetur? IDIOTA. Si quis in libra magna, parte una, appenderet multam lanam, & siccam atq; adunatam, & alia parte lapides, usq; ad æquilibrium, in loco & aëre temperato: experiretur, aëre ad humiditatem declinante, pondus lanæ crescere, & aëre ad siccitatẽ tendente, decrescere. Vnde hic tali differentia, aërem ponderaret, atq; ueri similes coniecturas de temporum mutatione faceret. Sic si quis Solis uigorem uarium, attingere cuperet, in uarijs climatibus: hic si de fertilioribus agris, tam unius quàm alterius climatis, mille grana aut tritici, aut ordei, ponderaret, ex diuersitate ponderum, experiretur uarium Solis uigorẽ: numero enim atq; agro, æquè fertili existente, quoad locum quemlibet, differentia non nisi ex Sole esse poterit. Sic etiam differentiã uenari posses uigoris Solis, in loco montium & uallium, in eadem linea ortus & occasus. ORATOR. Nónne si quis ex alta turri lapidem cadere sineret, fluente ex stricto foramine aqua in peluim, aquã interim effluxam ponderãdo, & similiter, ligno æqualis magnitudinis cadente, idem fecerit: ex diuersitate ponderum, aquæ, ligni, & lapidis, posset ad aëris pondus deueniri? IDIOTA. Si quis in diuersis æqualibus turribus, & diuersis temporibus, hoc faceret: posset tandem ad coniecturam pertingere, citiùs tamen ad aëris pondus pertingeret, per figurarum uarietatem, in æqualitate grauitatis: ut si libram plumbi, in figura sphærica, de turri cadere sinerem, aquam ex clepsydra colligẽdo, & deinde libra similis plumbi, in figura lata emitterẽ, similiter aquam colligendo: ex diuersitate ponderum aquarum, pondus aëris, attingeretur. Experimur enim, aues extensis alis, fixius manere: quia plus de aëre occupant, sicut & in aqua, citius descẽdit graue compactum in sphæram, q̃ in quadrũ extensum. Et fortè adhuc uidetur facilius posse ponderari aër, ut si implerẽtur æquales folles æqualiter, in diuersis

Terra.

Aër.

in diuersis temporibus & locis, ex motu enim illorum æqualium foliũm, per æquam altitudinem stillata aqua per clepsydram, tempore motus, & ea ponderata: ex proportione ponderis aquæ ad aquam, uariorum locorum aut temporum, id agnosci posset facilè. Secundum enim proportionem excessus ponderosioris aquæ, esset excessus leuitatis aëris illius follis, super aëris aquæ minus ponderantis leuitatem. Imò ponderata clepsydra, inuentoq; pondere eius unius libræ, quæ aëre plena, obturato cera superiore foramine, in fundo aquæ sit detenta: si pondus libræ præcisè sit perpositum, clepsydram in fundo detinet, præcisè aër clausus bilibralis est leuitatis. Sic potes scire, aëris ad aërem in diuersis locis, temporibus, & regionibus, satis propinquè leuitatum proportionem. Potes & per follem, simili ingenio, fumum aut uentum ponderare. Si repletum aëre follem, in fumo, claudendo aërem expiras, aperiendo fumus follem implebit: quem ut aërem, ponderare poteris, & periculum facere, uter fumus an aër leuior, & quantò leuior, & ita de uento. Posses & ex motu fumi, stillatis aqueis clepsydræ guttis, & motu ignis sursum stillatis, itidem aquæ clepsidræ guttis, leuitatem ignis, super fumum & aërem, coniectare. Et quæ dicimus, de clepsydris aquatilibus: fortè melius tentari possent, per clepsydras arenales, factas ex uitro aut fictili terra, uno foraminis meatu in summitate, & uno angusto in uasculi fundo, qui clauderetur cera aut digito, usq; ad momentum, quo ponderum pericula essent facienda. Tunc aperiendo, angustum fundi meatum, & fluentem arenam, tempore motus leuium aut grauium, in pelurim recipiendo: si arena ut aqua ponderaretur, ex pondere arenæ ad arenam, rerum pondera, satis propinqua coniectura, cognoscerentur. Et sicut superioribus ingenijs, per diuersitatem figurarum, aëris pondus posset coniectari: ita & aquæ uenari posset, atq; econuerso figurarum uaria capacitas. ORATOR. Audiui, quodam instrumento, uoluisse nonnullos maris profunditatem uenari. IDIOTA. Cum plumbo fieret, formato ad instar Lunæ, octo dierum: ita tamen, quòd cornu unum sit ponderosius, & aliud leuius, & in leuiori, pomum aut aliud leue, tali instrumento appendatur, quòd plumbo in fundum pomum trahente, & primo cum ponderosiori parte terram tangente, & sẽ sic successiuè inclinante: pomum de cornu liberatum, sursum reuertatur, habita scientia, per simile plumbum & pomum, in alia aqua, notæ profunditatis. Nam ex diuersitate ponderum aquæ ex clepsydra, à tempore proiectionis plumbi, & reuersionis pomi in diuersis aquis, scitur quæsitum. ORATOR. Credo, tali & alijs modis, profunditatem aquarum inuestigari posse. Sed dicito: nónne etiam uelocitas motus nauis, conijci sic poterit? IDIOTA. Vt quo pacto? ORATOR. Scilicet, per proiectionem pomi in aquam ex prora, & fluxum aquæ ex clepsydra, quousq; pomum ad puppim peruenerit, atq; comparatione ponderum aquæ, uno & alio tempore. IDIOTA. Imò illo, aut alio modo, scilicet per teli ballistæ uibrationem, & accessum nauis ad sagittam, citius & tardius cum aqua clepsydræ. ORATOR. Scientia uirium arcuum & ballistarum, uidetur proportionaliter inquiri posse, per fluxum aquæ ex clepsydra, ab eo puncto temporis, quo sagitta diametraliter sursum mittitur, & reuertitur ad terram; ita quòd in diuersis ballistis, æqualis sit sagitta? IDIOTA. Vis ballistarum, bombardarum, imò & uentorum, uolatuum auium, sic & cursuum hominum, & animalium, atque uirium, & quicquid simili dici potest: coniecturaliter ex staticis experimentis, atque fluxu aquæ ex clepsydra, poterit inuestigari. ORATOR. Quomodo fortitudo hominis scietur? IDIOTA. Videbis quantum ponderis in bilance una, positus homo per attractionem alterius uacuæ bilancis, ad æqualitatem leuare possit. Deinde huius hominis pondus, de pondere eleuato defalcabis, quod supererit ex grauitate, fortitudini hominis proportionatur. ORATOR. Sic etiam spiritus hominis, ponderari posset. IDIOTA. Aliud est pondus hominis, attrahentis & tenentis anhelitum, aliud expirantis, & aliud uiui, & aliud mortui, & sic in omnibus animalibus. Vnde pulchrum esset, has differentias habere annotatas, in diuersis animalibus, & diuersis hominibus, & diuersis hominum ætatibus: ut ad pondus spirituum uitalium, coniectura ascendere posset.

Fumus. Ventus. Profunditas. Velocitas. Clepsydra. Arcus. Balista. Bombardæ. Venti. Volatus. Cursus. Robur. Fortitudo. Spiritus.

http://www.obrascatolicas.com

Calor. Frigus. ORATOR. Nónne calorem & frigus, ſiccitatem & humiditatem temporis, poſſemus tali modo uenari? IDIOTA. Poſſemus certè. Nam ſi notaueris pondus aquæ, tempore gelu, antè congelationem, & pòſt: uarium reperies. Glaciem enim, cum uideas ſupra aquam natare, ſcis eam a qua leuiorem. Vnde ſecundum frigoris intenſitatem, maior eſt ponderis uariatio. Sic etiam, ſi tempore caloris, aquam expoſueris aëri, pondus ſecundum tempus uariatur. Aut ſi lignum uiride ponderaueris, & poſt tempus aliquod, eius pondus mutatum repereris: cognoſces ex hoc, frigoris & caloris

Dies. exceſſum, ſic & humiditatis & ſiccitatis. ORATOR. Nónne & tempus diei ponderari ſic poteſt? IDIOTA. Si aquam ex clepſydra, ab ortu ad ortum Solis, ceperis & ponderaueris, & iterum fluere alia die, ab ortu feceris: ex proportione ponderis, ex fluxæ aquæ, ad primum pondus, horam & tempus diei, ſcire poteris. ORATOR. For

Annus. tè tempus anni. IDIOTA. Imò ſi per annum, ab ortu ad occaſum, per clepſydram omnium dierum, notam ſignaueris: poteris & diem menſis, & horam diei, coniecturaliter per ſtateram ſemper attingere: licet diebus illis, quando parua eſt breuitas earundem, uariatio minus certa quàm aliis. ORATOR. Video tali ingenio, uſq; ad motum corporum cœleſtium, pertingi poſſe: ut Nembroth feciſſe, & Hipparchus ſcripſiſſe, feruntur. IDIOTA. Rectè ais, licet tunc opus ſit, diligenti ratiocinatione.

Motus orbiũ. Nembroth. Hipparchus. Nam ſi quis in linea meridionali, ſtella fixa notata, ex clepſydra aquam uſq; ad ſtellæ reditum colligeret, faceretq; ſimiliter de Sole, ab ortu ad ortum: hic motum Solis ad orientem, ex diuerſitate minoritatis, ponderis aquæ, motus ſtellæ, de linea meridiana, uſq; ad reditum ad eandem, & motum Solis de ortu ad ortum, reperiret. Nam quantò minor eſſet, tantò in comparatione ad pondus totius, motus minor eſſet in ordine, ad circulum æquinoctialem, non zodiacum, qui ſuper polos mundi non eſt deſcriptus, ſed ſuos. Sic ſi quis per eandem ſtellam experiri uellet, quantum Sol motus eſſet, in quindecim diebus: hoc eodem modo, ex uaria diſtantia ortus Solis in ordine ad ſitum ſtellæ, in linea meridiana, facere poſſet, puta: ſi hodie diſtantia ſitus ſtellæ in linea ab ortu Solis, in clepſydra reperitur in proportione aliqua, ad pondus aquæ, totius reuolutionis ſtellæ, & iterum in quindecim diebus alia proportio: ex diuerſitate, motus experiretur, & ſemper in æquinoctiali. ORATOR. Poteſtné per hãc uiam, motus in zodiaco reperiri? IDIOTA. Poteſt certè, per motum Solis de meridie in meridiem, & de oriente ad orientem, & de oriente ad occaſum. Ex illis enim

Motus Zodiaci. Eccentrici. differentijs, declinatio zodiaci ab æquinoctiali, attingeretur. ORATOR. Quid de uarietate motus, qui ex eccentrico dicitur euenire? IDIOTA. Et ille quidem reperietur, quando per annum, inæqualitas in zodiaco, in æqualibus diebus reperietur. Non enim in æquali dierum numero, Sol de æquinoctiali per æſtatem motus, ad æquinoctialem redit: ſicut in hyeme, ubi citiùs. Nam non tot diebus inueniretur, de libra ad arietem, ſicut de ariete ad libram, peragraſſe. Ex qua differentia pateret eccentricus, ſiue paruus epicycli circulus: ex differentia motus. ORATOR. Quid de ma-

Magnitudo Solis. gnitudine corporis Solis? IDIOTA. Ex pondere aquæ fluentis clepſydræ, ab initio ortus Solis in æquinoctiali, quouſq; totus ſit ſuper horizontem: in habitudine ad aquam, reuolutionis ſtellæ, ſcitur propinqua habitudo, magnitudinis corporis Solis, ad ſphæram ſuam. Poteſt tamen aliquis alia uia, eius quantitatem uenari, in ecly

Eclypſes. pſibus Solaribus. ORAT. Quomodo? IDIOTA. Motum Lunæ experimur eo modo, quo Solis. Deinde ex eclypſi & motu eius per umbram terræ, uenamur magnitudinem Lunæ in ordine, ad terram umbram uariam: ex quibus mediam conijcimus proportionem eſſe magnitudinis ad terram. Deinde ex motu Lunæ, & eclypſi Solis, uenamur, Solis à terra diſtantiam, & magnitudinem, ſubtili ingenio, coniecturaliter tamen. ORATOR. Per ea quæ narraſti, uidetur quòd omnes motuum diuerſitates, atque eclypſes luminarium, imò omnium Planetarum progreſſiones, ſtationes, retrogradationes, directiones, eccentricitateſq;, attingere poſſes eodem & unico ingenio, ſtateræ & clepſydræ. IDIOTA. Ita & tu facies, ſi ſubtiliter

Iudicia aſtrorum. differentias colligere ſatagis. ORATOR. Quid autem de iudicijs aſtrorum? IDIOTA. Puto & ex uarietate ponderum aquæ, unius & alterius anni, & certis alijs differentijs

differentijs ponderum, lignorum, & herbarum, atq; granorum, frumenti poſſe conijcere, futuram fertilitatem aut ſterilitatem, ex præteritis experimentis citiùs, quàm ex motu aſtrorum. Nam ſi in Martio, pondus reperitur, in certo gradu aquæ & aëris, atq; lignorum: ex terra ſequitur fertilitas. Si ſecus: ſequitur ſterilitas, aut mediocritas. Sic etiam, de bellis, peſte, & ſimilibus omnibus communibus. Et hæc radix eſt, ubi de his ſecundis cauſis iudicium ſtellarum uenamur: ſicuti ex medullarum incrementis & decrementis, in animalibus, piſcibus, & cancris, arboribus quoque ac iuncis, Lunæ ætatem, & per fluxum maris, eius ſitum uenamur. ORAT. Audiui ex Nili inundatione, & defectu, Aegyptios anni diſpoſitionem præuidere. IDIOTA. Nulla eſt regio quin ſi aduerteret, conſimilia iudicia reperiret: quemadmodum ex pinguedine piſcium & reptilium, in principio hyemis, frigus magnum & durabile conijcimus, contrà quod, natura ſagax in animalibus prouidet. ORATOR. Quid de quæſtionibus, quæ fiunt Aſtrologis, an ne tuo ingenio reperiri poſſet, æqua ad omnes reſponſio? IDIOTA. Etſi non æqua poſſet, tamen puto (ut me hic purè probes Idiotam) fieri aliqua. Quomodo autem coniectura fieri poſſet, ad interrogata, inquiſitione magna indiget. Nec eſt conueniens modus, libris inſcribi, licet fortaſsis reſpondens, pondus reſponſionis non poſsit colligere, niſi ex pondere interrogationis. Incitatio etenim, quæſtionem mouẽtis ad interrogandum, ex præuiſione aliqua, futuri euentus, mota eſſe uidetur, licet unde motus ſit, non uideat, ſicut qui in oculo aliquid ſentit, quòd non uidet, inueſtigat ab alio, ut uideat quid læſit. ORATOR. Arbitror te dicere uelle, quemadmodum in rota Pythagorica, ex uaria combinatione nominis interrogantis, matris, horæ diei, acluminis Lunæ: traditur modus, reſponſa uenandi. Aut ſicut Vates, ex ſortibus, aut lectione caſuali, librorum Sybillinorum, aut Pſalterij, aut domibus, uel Geomanticis figuris, aut auium garritu, ſeu flammæ ignis flexione, aut relatione tertij, aut aliquo alio caſuali interuentu: iudicium ſumendum. IDIOTA. Fuerunt, qui ex collocutione, quam cum interrogante habebant, in referendis nouis, de patriæ diſpoſitione, uenãbantur indirectè reſponſionem, quaſi ſpiritus impulſiuus, ſe in colloquijs longioribus, manifeſtaret. Si enim ad triſtia uergebant colloquia, talis putabatur rei euentus: ſi etiam ad læta, lætus putabatur. Ego autem ad faciem, ueſtes, motum oculorum, formam uerborum, atque ponderum, ſortem rerum, quas iubeo interrogantem, iteratis ad me deferri uicibus, attendens: coniecturas formari poſſe, conijciebam. Precioſiores tamen ab illo, cui quid ueriùs, inpræmeditatè incidit, in quo, præſagus quidam ſpiritus, loqui uideretur. Arbitror tamen nec in illa re, artem poſsibilem, nec habentem, iudicium communicare poſſe, nec ſapientem, circà iſta uacare debere. ORATOR. Optimè ais. Refert enim Sanctus Auguſtinus, hominem bibulum ſuo tempore fuiſſe, cui mentium patebant cogitationes, & fures deregebat, & alia abſcondita patefaciebat miro modo, licet leuiſsimus fuiſſet & minimè ſapiens. IDIOTA. Scio me ſæpè multa prædixiſſe, uti ſpiritus dedit, & cauſam penitus ignorabam. Tandem uidere uiſus ſum, graui uiro non licere, abſque cauſa loqui, & poſthac ſilui. ORAT. Poſtquàm igitur ſatis de his aſtrorum motibus dictum uidetur, de Muſicis etiam aliquid adijcito. IDIOTA. Ad Muſicam enim, ſtatica experimenta utiliſsima ſunt. Nam ex diuerſitate ponderum, campanarum duarum, tonum reſonantium: ſcitur in qua harmoniæ proportione, tonus conſiſtat. Sic etiam de fiſtularum pondere, ac aquarum fiſtulas implentium: ſcitur proportio Διὰπασῶν, Διὰπέντε, ac Διὰτεσσάρων, atque omnium harmoniarum, qualitercunq; formabilium. Similiter ex pondere malleorum, ex quorum ictu ſuper incudem, aliqua oritur harmonia, ac guttarum de rupe in ſtagnum ſtillantium, uarios phthongos facientium, & tibiarum ac omniũ inſtrumẽtorum muſicalium: ratio præciſiùs ſtatera attingitur. ORAT. Sic & uocum & cantilenarum. IDIOTA. Imò generaliter omnes harmonicæ concordantiæ, per pondera ſubtiliſsimè inueſtigantur: imò pondus rei, eſt propriè harmonica proportio, ex uaria combinatione diuerſorum exorta: imò amicitiæ & inimicitiæ animalium, & hominum eiuſdem ſpeciei, ac mores, & quicquid tale, ex har

Fertilitas. Sterilitas. Bella. Peſtis. Quæſtiones Aſtrologorum Rota Pythagorica. Muſica. Fiſtulæ. Malleι. Voces. Cantilenæ. Amicitiæ. Odia.

http://www.obrascatolicas.com

Sanitas. Aegritudo. Leuitas. Grauitas. Prudentia. Simplicitas. Geometria.

monicis concordantijs, & ex contrarijs dissonantijs, ponderatur. Sic & sanitas hominis, harmonia ponderatur, atque oppositio harmoniæ infirmitas: imò leuitas & grauitas, prudentia & simplicitas, & multa talia, si subtiliter aduertis. ORATOR. Quid censes de Geometria? IDIOTA. Arbitror, proportiones propinquas circuli & quadrati, & alia omnia, quæ ad differentiam capacitatis figurarum spectant: aptius per pondera, quàm aliter experiri posse. Nam si feceris uas columnare, notæ diametri & altitudinis, & aliud cubicum eiusdem diametri & altitudinis, & utrunq; aqua impleueris & ponderaueris: nota tibi erit, ex diuersitate ponderum, inscripti quadrati, ad circulum cui inscribitur, proportio, & per hoc, propinqua coniectura nota erit circuli quadratura, & quicquid circa hoc scire cupis. Sic si duas receperis laminas penitus æquales, & unam in orbem flexeris, uas columnare efficiendo, & aliam in quadratum uas cubicum constituendo, & aqua uasa ipsa impleueris: scies ex differentia ponderum, differentiam capacitatis circuli, & quadrati, æqualis peripheriæ. Ita si plures tales laminas habueris, poteris in trigono, pentagono, hexagono, & ita deinceps, capacitatis differentias inuestigare. Similiter pondere peruenire poteris, ad artem capacitatum uasorum, qualiumcunq; figurarum, ac ad instrumenta mensurandi & ponderandi: quomodo una libra eleuat mille, per distantiam à centro, & uarium descensum rectiorem & curuiorem, ac quomodo omnia subtilia nauium instrumenta ac machinarum, fieri debeant. Vnde arbitror, hanc staticam experientiam, ad omnia Geometrica, perutilem esse. Potes & ponderare si uis, & si paulò es curiosior, numerum capillorum, frondium, granorum, arenarum unius modij, & quarumcunq; rerum, si in exigua quantitate ponas in statera, & notes pondus, & numeres illa. Deinde totum ponderes. Ex proportione totius ponderis ad partem, proportionem agnosces numeri ad numerum, uerisimili coniectura & propinquitate. ORATOR. Satis nunc explanasti causas, cur rerum pondera optas per stateram capi, & seriatim & multipliciter conscribi. Namq; uerisimile est, librum illum utilissimum fore, atque apud magnos sollicitandum esse, ut in diuersis prouincijs, consignentur & comportentur in unum, ut ad multa nobis abscondita, facilius perducamur. Ego quoque, non cessabo ut fiat, ubiuis gentium promouere. IDIOTA. Si me amas diligens esto, & uale.

Circulus quadratum & aliæ figuræ.

Vasa.

Machinæ.

Capilli. Frondes. Grana. Arenæ.

Quarti Dialogi Idiotæ finis.

REVEREN-

REVERENDISSIMI in Christo patris & domini, domini Nicolai de Cusa, tituli sancti Petri, ad uincula presbyteri Cardinalis, Episcopi Brixinensi. ad Abbatem, & fratres Tegernenses, de uisione Dei, siue de Icona liber.

PAndam nunc, quæ uobis dilectissimis fratribus, antè promisera circa facilitatem mysticæ Theologiæ. Arbitror enim uos (quos scio zelo Dei duci) dignos, quibus hic thesaurus aperiatur, utiq; preciosus ualde, & maximè fœcundus: orans imprimis omnipotentem, ut mihi det Verbum supernum atq; sermonem, qui solum seipsum pandere potest, ut pro captu uestro, enarrare queam mirabilia, quæ suprà omnem sensibilem rationalem & intellectualem uisum, reuelantur. Conabor autem simplicissimo atq; communissimo modo, uos experimentaliter, in sacratissimam obscuritatem, manuducere: ubi dum eritis, inaccessibilem lucem adesse sentientes, quisq; ex se tentabit (modo quo sibi à Deo conceditur) continuè propius accedere, & hic prægustare, quodam suauissimo libamine, cœnam illam æternæ fœlicitatis, ad quã uocati sumus in uerbo uitæ per euangelium Christi, semper benedicti.

PRAEFATIO.

SI uos humaniter ad diuina uehere contendo, similitudine quadam, hoc fieri oportet. Sed inter humana opera, non repperi imaginem, imagine omnia uidentis, proposito nostro conuenientiorem. Ita quod facies, sub tili arte pictoria, ita se habeat, quasi cuncta circũspiciat. Harum etsi multæ reperiantur optimè pictæ, uti illa sagittariæ, in foro Norenbergensi, & Bruxellis Rogeri, maximi pictoris in preciosissima tabula, quæ in prætorio habetur, & Confluentiæ, in capella mea Veronicæ, & Brixinæ, in castro Angeli, arma ecclesiæ tenentis & multæ aliæ undiq;: ne tamen deficiatis in praxi, quæ sensibilem talem exigit figuram. Quam habere potui, charitati uestræ mitto tabellam, figuram cuncta uidentis tenentem: quam iconam Dei appello. Hanc aliquo in loco, puta, in septentrionali muro affigetis, circumstabitisq; uos fratres, parum distanter ab ipsa, intuebiminiq; illam: & quisq; uestrum experietur, ex quocunq; loco eandem inspexerit, se quasi solum per eam uideri: uidebiturq; fratri, qui in oriente positus fuerit, faciem illam orientaliter respicere, & qui in meridie, meridionaliter, & qui in occidente, occidentaliter. Primum igitur admirabimini, quomodo hoc fieri possit, quod omnes & singulos simul respiciat. Nam imaginatio stantis in oriẽte, nequaquam capit uisum iconæ, ad aliam plagam uersùm, scilicet, occasum uel meridiem. Deinde frater, qui fuit in oriente se locet in occasu, & experietur uisum in eo figi in occasu, quemadmodũ prius in oriente. Et quoniam scit, iconam fixam & immutatam, admirabitur mutationem immutabilis uisus. Etsi figendo obtutum in iconam, ambulabit de occasu ad orientem: comperiet, continuè uisum icone, secum pergere. Etsi de oriente reuertetur ad occasum: similiter eum non deseret, & admirabitur, quomodo immobiliter mouebatur, neq; poterit imaginatio capere, quod cum aliquo alio, sibi contrario motu obuiante, similiter moueatur. Et dum hoc experiri uolens, fecerit confratrem intuendo iconam, transire de oriente ad occasum, quando ipse de occasu pergit ad orientem, & interrogauerit obuiantem, si continue secum uisus iconæ uoluatur & audierit similiter oppositio modo moueri: credet ei, & nisi crederet, non caperet hoc possibile, & ita reuelatione relatoris perueniet, ut sciat faciem illam, omnes (etiam contrarijs motibus) incedentes non deserere. Experietur igitur, immobilem faciem moueri ita orientaliter, quod & mouetur simul occidentaliter, & ita septentrionali-

Rogerus pictor.

http://www.obrascatolicas.com

ter,quod & meridionaliter,& ita ad unum locum,quod etiam ad omnia ſimul,& ita ad unum reſpicere motum,quod ad omnes ſimul.Et dum attenderit,quomodo uiſus ille nullum deſerit,uidet quod ita diligenter curam agit cuiuslibet,quaſi de ſolo eo,qui experitur ſe uideri,& nullo alio curet:adeò quod etiam concipi nequeat,per unum quem reſpicit,quod curam alterius agat.Videbit etiam,quod ita habet diligentiſsimam curam minimæ creaturæ,quaſi maximæ,& totius uniuerſi.Ex hac tali ſenſibili apparentia,uos fratres amantiſsimos,per quandam praxim deuotionis in myſticã propono eleuare Theologiã,præmittendo tria ad hoc opportuna.

Quòd perfectio apparentiæ uerificatur de Deo perfectiſsimo. Cap. I.

PRimo loco præſupponendum eſſe cenſeo,nihil poſſe apparere circa uiſum iconæ Dei,quin uerius ſit in uero uiſu Dei.Deus etenim,qui eſt ſummitas ipſa,omnis perfectionis,& maior quam cogitari poſsit: Θεὸς ob hoc dicitur quia omnia intuetur.Quare ſi uiſus pictus,apparere poteſt in imagine,ſimul omnia & ſingula inſpiciens(cum hoc ſit perfectionis uiſus)non poterit ueritati minus conuenire ueraciter,quàm iconæ ſeu apparentiæ apparenter.Si enim uiſus unus,eſt acutior alio,in nobis,& unus uix propinqua,alius uerò diſtantiora diſcernit,& alius tardè,alius citius attingit obiectum:nihil hæſitationis eſt,abſolutum uiſum,à quo omnis uiſus,uidentium excellere omnem acutiem,omnem celeritatẽ, & uirtutem omnem,omniũ uidentiũ actu,& qui uidentes fieri poſſunt.Si enim inſpexero ad abſtractum uiſum,quem mente abſolui ab omnibus oculis & organis, atq; cõſiderauero,quomodo ille uiſus abſtractus in contracto eſſe ſuo,prout uidentes per ipſum uiſum uident,eſt ad tempus & plagas mundi, ad obiecta ſingularia, cæteras & cõditiones tales contractus,ac quod abſtractus uiſus ab ijs eſt cõditionibus,ſimiliter abſtractus & abſolutus:optimè capio,de eſſentia uiſus non eſſe,ut plus unum quàm aliud reſpiciat obiectum,licet comitetur uiſum,in contracto eſſe, ut dum reſpicit unum,non poſsit reſpicere aliud,aut abſolutè omnia.Deus autem ut eſt uerus incontractus uiſus,non eſt minor,quam de abſttacto uiſu,per intellectum concipi poteſt,ſed improportionaliter perfectior.Quare apparentia uiſus iconæ,minus poteſt accedere,ad ſummitatem excellentiæ uiſus abſoluti quàm conceptus.Id igitur,quod in imagine illa apparet,excellenter in uiſu eſſe abſoluto,non eſt hæſitandum.

Quòd uiſus abſolutus,complectitur omnes modos. Cap. II.

ADuertas poſt hęc uiſum uariari in uidentibus,ex uarietate cõtractionis eius. Nam ſequitur uiſus noſter,organi & animi affectiones.Vnde iam uidet aliquis amoroſè & lætè,pòſt doloroſè & iracundè,iam pueriliter,pòſt uiriliter, deinde ſerioſè,& ſeniliter.Viſus autem abſolutus,ab omni contractione,ſimul & ſemel,omnes & ſingulos uidendi modos,cõplectitur, quaſi adæquatiſsima uiſuum omnium menſura, & exemplar ueriſsimum:ſine enim abſoluto uiſu,non poteſt eſſe uiſus contractus:complectitur autem in ſe omnes uidendi modos,& ita omnes quod ſingulos,& manet ab omni uarietate penitus abſolutus.Sunt enim in abſoluto uiſu,omnes contractionum modi uidendi incontractè.Omnis enim contractio eſt in abſoluto,quia abſoluta uiſio,eſt contractio contractionum: Contractio enim,eſt incontrahibilis.Coincidit igitur ſimpliciſsima contractio,cum abſoluto.Sine autem,contractione,nihil contrahitur:ſic abſoluta uiſio,in omni uiſu eſt,quia per ipſam eſt omnis contracta uiſio,& ſine ea penitus eſſe nequit.

Quòd quæ de Deo dicuntur,realiter non differunt. Cap. III.

COnſequenter attendas,omnia quæ de Deo dicuntur,realiter ob ſummam Dei ſimplicitatem,non poſſe differre:licet nos ſecundum alias & alias rationes,alia & alia uocabula,Deo attribuamus.Deus autem cum ſit ratio abſoluta,omnium formalium rationum,in ſe omnes rationes complicat,Vnde quamuis Deo uiſum,auditum,guſtum,odoratum,tactum,ſenſum,rationem,& intellectum,& talia attribuamus,ſecum alias & alias,cuiuslibet uocabuli ſignificationum

tionum rationes:tamẽ in ipſo,uidere non eſt aliud ab audire,& guſtare,& odorare & tangere,& ſentire,& intelligere,& ita tota Theologia in circulo poſita dicitur, quia unum attributorum,affirmatur de alio,& habere Dei,eſt eſſe eius,& mouere eſt ſtare,& currere eſt quieſcere,& ita de reliquis attributis.Sic licet nos alia ratione attribuamus ei moueri,& alia,ſtare: tamen quia ipſe eſt abſoluta ratio,in qua omnis alteritas eſt unitas,& omnis diuerſitas identitas,tunc rationum diuerſitas,quæ non eſt identitas ipſa,prout nos diuerſitatem concipimus,in Deo eſſe nequit.

Quòd uiſio Dei:prouidentia,gratia,& uita dicitur æterna. Cap. IIII.

ACcede nunc tu frater contemplator,ad Dei iconam:& primum te loces ad orientem,deinde ad meridiem,ac ultimo ad occaſum.Et quia uiſus iconæ te æquè undiq; reſpicit,& non deſerit quocunq; pergas:in te excitabitur ſpeculatio,prouocaberiſq;,& dicens:Domine nunc in hac tua imagine prouidentiam tuam quandam ſenſibili experientia,intueor.Nam ſi me non deſeris, qui ſum uiliſsimus omniũ,nuſquam cuiquã deeris.Sic quidẽ ades omnibus et ſingulis,ſicut ipſis omnibus,& ſingulis,adeſt eſſe,ſine quo non poſſunt eſſe.Ita enim tu abſolutũ eſſe omniũ ades cunctis,quaſi non ſit tibi cura,de quoquã alio Et hoc euenit,quia nulla res eſt,quæ eſſe ſuũ non præferat cunctis,& modũ eſſendi ſuũ, omnibus aliorũ eſſendi modis,& ita eſſe ſuũ tuetur,quod omniũ aliorũ eſſe,potius ſinat in perditionẽ ire,quàm ſuum.Ita enim tu Domine,intueris quodlibet quod eſt:ut non poſsit concipi,per omne id quod eſt,te aliam curam habere,quàm ut id ſolum ſit optimo modo,quo poteſt eſſe,atq; quod omnia alia quæ ſunt,ad hoc ſolum ſint ut ſeruiant ad id,quod illud ſit optimè,quod tu reſpicis.Nequaquam Domine,me concipere ſinis quacunq; imaginatione,quod tu Domine aliud à me,plus me diligas,cum me ſolum,uiſus tuus non deſerat.Et quoniam ibi oculus,ubi amor:tunc te me diligere experior,quia ſuprà me,ſeruulum tuum,oculi tui ſunt attentiſsimè. Domine,uidere tuũ,eſt amare.Et ſicut uiſus tuus,adeò attentè me proſpicit,quod nunquam ſe à me auertit:ſic & amor tuus.Et quoniam amor tuus,ſemper mecum eſt,& non eſt aliud amor tuus Domine,quàm tu ipſe,qui amas me:hinc tu ſemper mecum es Domine,non me deſeris Domine,undique me cuſtodis,quia curam mei agis diligentiſsimam.Eſſe tuum Domine, non derelinquit eſſe meum.In tantum enim ſum,in quantum tu mecum es,& cum uidere tuum,ſit eſſe tuũ,ideò ego ſum; quia tu me reſpicis,& ſi à me uultum tuum ſubtraxeris,nequaquam ſubſiſtam.Sed ſcio,quod uiſus tuus,eſt bonitas illa maxima,quæ ſeipſam non poteſt non communicare,omni capaci.Tu igitur,nunquam poteris me derelinquere, quamdiu ego tui capax fuero.Ad me igitur ſpectat,ut quantũ poſſum,efficiar cõtinuè plus capax tui. Scio autem,quod capacitas,quæ unionẽ præſtat,non eſt niſi ſimilitudo.Incapacitas autem,ex diſſimilitudine.Si igitur ego me reddidero,omni poſſibili modo bonitati tuæ ſimilẽ:ſecundum gradus ſimilitudinis,ero capax ueritatis.Dediſti mihi Domine eſſe,& idipſum tale,quod ſe poteſt gratiæ & bonitatis tuæ,continuè magis capax reddere.Et hæc uis,quam à te habeo,in qua uirtutis omnipotentiæ tuæ uiuã imaginẽ teneo,eſt libera uoluntas,per quã poſſũ aut ampliare,aut reſtringere capacitatem gratiæ tuæ:ampliare quidem,per conformitatem:quando nitor eſſe bonus,quia tu bonus:quando nitor eſſe iuſtus,quia tu iuſtus:quando nitor eſſe miſericors,quia tu miſericors, quando omnis conatus meus,non eſt niſi ad te conuerſus,quia omnis conatus tuus,eſt ad me conuerſus:quando ſolum ad te attentiſsimè reſpicio,& nunquam oculos mentis auerto,quia tu me continua uiſione amplecteris: quando amorem meum,ad te ſolum conuerto,quia tu qui Charitas es,ad me ſolum conuerſus es.Et quid eſt Domine uita mea,niſi amplexus ille,quo tua dulcedo dilectionis,me adeò amoroſè amplectitur:diligo ſupremæ uitam meam,quia tu es dulcedo uitæ meæ. Contemplor nunc in ſpeculo,in icona,in ænigmate,uitam æternam:quia non eſt niſi uiſio beata,qua quidem uiſione,tu me amoroſiſsimè uſque ad intima animæ meæ,nunquam uidere deſinis:& non eſt uidere tuum,niſi uificare;

http://www.obrascatolicas.com

uificare, niſi dulciſsimum amorem tui, continuè immittere, me ad tui amorem, per immiſsionem amoris inflammare, & inflammando paſcere, & paſcendo deſideria ignire, & igniendo rore lætitiæ potare, & potando fontem uitæ immittere, & immittendo augere & perennare, & tuam immortalitatem communicare, cœleſtis & altiſsimi ac maximi regni, gloriam immarceſsibilem condonare, hæreditatis illius, quæ ſolius Filij eſt, participem facere, & æternæ fœlicitatis poſſeſſorem conſtituere: ubi eſt ortus delitiarum omnium, quæ deſiderari poterunt, quo nihil melius, non ſolum per omnem hominem aut angelum excogitari, ſed nec omni eſſendi modo, eſſe poteſt. Nam eſt ipſa abſoluta maximitas, omnis deſiderij rationalis, quæ maior eſſe nequit.

Quòd uiſio Dei: prouidentia, gratia, & uita dicitur æterna. Cap. V.

O Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te. Nam eſt theſaurus inexplicabilis, pleniſsimæ gaudio lætitiæ. Guſtare enim ipſam dulcedinem tuam, eſt apprædendere experimentali contactu, ſuauitatem omnium delectabilium, in ſuo principio, eſt rationem omnium deſiderabilium attingere, in tua ſapientia. Videre igitur rationem abſolutam, quæ eſt omnium ratio, nõ eſt aliud, quàm mente te Deum guſtare: quoniam es ipſa ſuauitas, eſſe uitæ, & intellectus. Quid aliud Domine eſt uidere tuum, quando me pietatis oculo reſpicis, quàm te à me uideri? uidendo me, das te à me uideri, qui es Deus abſconditus. Nemo te uidere poteſt, niſi inquantum tu das, ut uidearis, nec eſt aliud te uideri, quàm quòd tu uideas uidentem te. Video in hac imagine tua, quàm pronus es Domine, ut faciem tuam oſtendas, omnibus quærentibus te, nam nunquàm claudis oculos, nunquàm aliorſum uertis. Et licet ego me à te auertam, quando ad aliud mè penitus conuerto: tu tamen ob hoc, non mutas oculos nec uiſum. Si me non reſpicis oculo gratię, cauſa mea eſt, quia diuiſus ſum à te, per auerſionem, & conuerſionem ad aliud, quod tibi præfero, non tamen adhuc auertis te penitus, ſed miſericordia tua ſequitur me, an aliquando uelim reuerti ad te, ut ſim capax gratiæ. Quòd enim me non reſpicis, eſt, quia te non reſpicio, ſed reſpuo & contemno. O pietas infinita: quàm infelix eſt omnis peccator, qui te uenam uitæ derelinquit, & quærit te non in te, ſed in eo, quod in ſe nihil eſt, & nihil manſiſſet, ſi tu non uocaſſes ipſum, de nihilo? quàm inſanus eſt, qui te quærit, qui es bonitas, & dum te quærit, à te recedit, & oculos auertit? Quærit igitur omnis quærens non niſi bonum, & omnis qui quærit bonum, & à te recedit, ab eo recedit, quod quærit. Omnis igitur peccator, à te errat & longiùs abit. Quãdo autem ad te reuertitur, ſine mora tu ei occurris, & antequàm te reſpiciat, tu paterno affectu, in eum oculos miſericordiæ injcis. Nec eſt aliud tuum miſereri, quàm tuum uidere. Subſequitur igitur omnem hominem miſericordia tua, quamdiu uiuit, quocunque pergat: ſicut nec uiſus tuus quenquàm deſerit, quamdiu igitur homo uiuit, non ceſſas eum ſubſequi, & dulci atq; interna monitione incitare, ut ab errore ceſſet, & conuertatur ad te, ut fœliciter uiuat. Tu Domine, es comes peregrinationis meæ, quocunque pergo, oculi tui ſuper me ſunt ſemper. Videre autem tuum, eſt mouere tuum. Moueris igitur mecum, & non ceſſas unquam à motu, quamdiu moueor. Si quieſco, & tu mecum es, ſi aſcendero, aſcendis, ſi deſcendero, deſcendis, quocunq; me uerto, ades. Nec me deſeris, in tempore tribulationis, quoties te inuoco, propè es: nam inuocare te, eſt me conuertere ad te, non potes illi deeſſe, qui ſe ad te conuertit, nec poteſt quis ad te conuerti, niſi adſis prius, ades antequam ad te conuertar: niſi enim adeſſes, & ſollicitares me, te penitus ignorarẽ, & ad te quem ignorarẽ, quomodo conuerterer? Tu igitur es Deus meus, qui omnia uides. Et uidere tuum, eſt operari. Omnia igitur operaris. Non nobis igitur Domine, non nobis, ſed nomini tuo magno, quod eſt θεός, gloriam cano ſempiternam. Nihil enim habeo, quod tu non das, nec tenerẽ id quod dediſti, niſi tu ipſe cõſeruares. Tu igitur miniſtras mihi omnia: tu es Dñs potẽs & pius, qui omnia donas: tu es miniſter, qui omnia miniſtras: tu es prouiſor, et curã habẽs atq; cõſeruator, & hæc omnia, uno ſimpliciſsimo intuitu tuo operaris, q̃ es in ſęcula benedictus.

De uiſione

De uiſione faciali. Cap. VI.

Quantò ego Domine Deus meus, diutius intueor uultum tuum, tantò mihi apparet, quòd acutius in me injcias aciem oculorum tuorum. Agit autem intuitus tuus, ut conſiderem, quomodo hæc imago faciei tuæ, ea propter eſt ſic ſenſibiliter depicta, quia depingi non potuit facies ſine colore, nec color ſine quantitate exiſtit. Sed uideo non oculis carneis, qui hãc iconam tuam inſpiciunt, ſed mentalibus & intellectualibus oculis: ueritatem faciei tuæ inuiſibilem, quæ in umbra hic contracta ſignificatur. Quæ quidem facies tua uera, eſt ab omni contractione abſoluta: neque enim ipſa eſt quanta, neque qualis, neq; temporalis, neq; localis, ipſa enim eſt abſoluta forma, quæ eſt facies facierum. Quando igitur attendo, quomodo facies illa, eſt ueritas & menſura adæquatiſsima, omnium facierum: ducor in ſtuporem. Non eſt enim facies illa, quæ eſt ueritas omnium facierum, quanta. Quare nec maior nec minor. Nec tamen eſt æqualis cuiquàm, quia non eſt quanta, ſed abſoluta, & ſuperexaltata. Eſt igitur ueritas, quæ eſt æqualitas, ab omni quantitate abſoluta. Sic igitur comprædendo, uultum tuum Domine, antecedere omnem faciem formabilem, & eſſe exemplar ac ueritatem, omnium facierum, & omnes facies, eſſe imagines faciei tuæ incontrahibilis & imparticipabilis. Omnis igitur facies, quæ in tuam poteſt intueri faciem, nihil uidet aliud, aut diuerſum à ſe, quia uidet ueritatem ſuam: ueritas autem exemplaris, non poteſt eſſe alia aut diuerſa, ſed illa accidunt imagini, ex eo quia non eſt ipſum exemplar. Sicut igitur dum hanc faciem pictam, orientaliter inſpicio, ſimiliter apparet, quòd ſic ipſa me reſpiciat, & dum occidentaliter aut meridionaliter, ipſa pariformiter: ſic qualitercunq; faciem meam muto, uidetur facies ad me conuerſa. Ita eſt facies tua, ad omnes facies te intuentes, conuerſa. Viſus tuus Domine, eſt facies tua. Qui igitur amoroſa facie te intuetur, non reperiet, niſi faciem tuam ſe amoroſè intuentem, & quantò ſtudebit te amoroſius inſpicere, tantò reperiet ſimiliter faciem tuam amoroſiorem. Qui te indignanter inſpicit, reperiet ſimiliter faciem tuam talem. Qui te lætè intuetur, ſic reperiet lætam tuam faciem, quemadmodum eſt ipſius te uidentis. Sicut enim oculus iſte carneus, per uitrum rubrum intuens, omnia quæ uidet rubra iudicat, etſi per uitrum uiride, omnia uiridia: ſic quiſque oculus mentis, obuolutus contractione & paſsione, iudicat te, qui es mentis obiectum, ſecundum naturam contractionis & paſsionis. Homo non poteſt iudicare, niſi humaniter. Quando enim homo, tibi faciem attribuit, extrà humanam ſpeciem illam non quærit: quia iudicium eius, eſt infrà humanam naturam contractum, & huius contractionis paſsionem, in iudicando non exit. Sicſi leo faciem tibi attribueret, non niſi leoninam iudicaret, & bos, bouinam, & aquila, aquilinam. O Domine, quàm admirabilis eſt facies tua, quam ſi iuuenis concipere uellet, iuuenilem fingeret, & uir, uirilem, & ſenex, ſenilem. Quis hoc unicum exemplar, ueriſsimum & adæquatiſsimum, omnium facierum, ita omnium quòd ſingulorum, & ita perfectiſsimè cuiuslibet, quaſi nullius alterius, concipere poſſet? oporteret illum, omnium formabilium facierum, formas tranſilire, & omnes figuras. Et quomodo conciperet faciem, quando tranſcenderet omnes facies, & omnes omnium facierum ſimilitudines & figuras, & omnes conceptus, qui de facie fieri poſſunt, & omnem omnium facierum colorem, & ornatum, & pulchritudinem? qui igitur ad uidendam faciem tuam pergit, quamdiu aliquid concipit, longè á facie tua abeſt. Omnis enim conceptus de facie, minor eſt facie tua Domine: & omnis pulchritudo, quæ concipi poteſt, minor eſt pulchritudine faciei tuæ, omnes facies pulchritudinem habent, & non ſunt ipſa pulchritudo: tua autem facies Domine, habet pulchritudinem, & hoc habere, eſt eſſe. Eſt igitur ipſa pulchritudo abſoluta, quæ eſt forma, dans eſſe, omni formæ pulchræ. O facies decora nimis, cuius pulchritudinem admirari, non ſufficiunt omnia, quibus datur ipſam intueri. In omnibus faciebus, uidetur facies faciẽ, uelatè & in ænigmate: reuelatè autem, nõ uidetur, quamdiu ſuper omnes facies,

http://www.obrascatolicas.com

non intratur in quoddam ſecretum & occultum ſilentium, ubi nihil eſt de ſcientia & conceptu faciei. Hæc enim caligo, nebula, tenebrę ſeu ignorãtia, in quam faciem tuam quærens ſubintrat, quando omnem ſcientiam & conceptum tranſilit: eſt infrà quam non poteſt facies tua, niſi uelatè reperiri, ipſa autem caligo, reuelat ibi eſſe faciem, ſuprà omnia uelamenta. Sicuti dum oculus noſter, lucem Solis quæ eſt facies eius, quærit uidere: primò ipſam uelatè inſpicit in ſtellis, & coloribus, & omnibus, lucem eius participantibus. Quando autem reuelatè ipſam intueri contendit, omnem uiſibilem lucem tranſilit: quia omnis talis minor eſt illa, quam quærit. Sed quia quærit uidere lucem, quam uidere non poteſt, hoc ſcit, quòd quamdiu aliquid uidet, non eſſe id quod quærit. Oportet igitur omnem uiſibilem lucem tranſilire. Qui igitur tranſilire debet omnem lucem, neceſſe eſt, ut id quod ſubintrat, careat uiſibili luce, & ita eſt oculo (ut ſic dicam) tenebræ. Et cum eſt in tenebris illis, quæ ſunt caligo: tũc ſi ſcit ſe in caligine eſſe, ſcit ſe ad faciem Solis acceſsiſſe: oritur enim ex excellentia lucis Solis, illa caligo in oculo. Quantò igitur ſcit caliginem maiorem, tantò uerius attingit in caligine, inuiſibilem lucem. Video Domine, ſic & non aliter, inac ceſsibilem lucem, & pulchritudinẽ, & ſplendorem, faciei tuæ, reuelatè accedi poſſe.

Quis fructus facialis uiſionis, & quomodo habebitur. Cap. VII.

TAnta eſt dulcedo illa, qua nunc Domine paſcis animam meam, ut ſe qualitercunq; iuuet, cum iis quæ experitur in hoc mundo, & per eas quas tu inſpiras ſimilitudines gratiſsimas. Nam cum ſis uis illa Domine, ſeu principium, ex quo omnia, & facies tua ſit uis illa & principium, ex quo omnes facies id ſunt, quod ſunt: tunc me conuerto ad hanc arborem nucum, magnam & excelſam, cuius quæro uidere principium, & uideo ipſam oculo ſenſibili, magnã & extenſam, coloratam, oneratam ramis, foliis, & nucibus. Video inde oculis mentis, arborem illam fuiſſe in ſemine, non modo quo eam hic inſpicio, ſed uirtualiter. Attentè aduerto, illius ſeminis admirabilem uirtutem, in qua arbor tota iſta, & omnes nuces, & omnis uis ſeminis nucum, & omnes arbores, in uirtute ſeminũ nucum fuerunt: & uideo, quomodo uis illa, non eſt ullo unquàm tempore, motu cœli ad plenum explicabilis, ſed uis illa ſeminis, quanquàm inexplicabilis, eſt tamen contracta, quia non niſi in hac ſpecie nucum, uirtutem habet. Quare licet in ſemine uideam arborem, non tamen niſi in cõtracta uirtute. Conſidero deinde Domine, omnium arborum diuerſarum ſpecierum, ſeminariam uirtutem contractam, ad cuiuſq; ſpeciem, & in ipſis ſeminibus, uideo arbores in uirtute. Si igitur omnium uirtutum ſeminum talium, uirturem uolo uidere abſolutam, quæ ſit uirtus, quæ & principiũ, dans uirtutem omnibus ſeminibus: neceſſe eſt me tranſire, omnem ſeminalem uirtutem, quæ ſciri & concipi poteſt, & ſubintrare ignorantiam illam, in qua penitus nihil maneat uirtutis, aut uigoris ſeminalis: & tũc in caligine reperio, ſtupendiſsimam uirtutem, nulla uirtute, quæ cogitari poteſt, acceſsibilem, quæ eſt principium, dans eſſe omni uirtuti ſeminali, & non ſeminali. Quæ quidem uirtus, abſoluta & ſuperexaltata, cum det cuilibet uirtuti ſeminali, uirtutem talem, in qua complicat uirtualiter arborem, cum omnibus, quæ ad arborem ſenſibilem, requirũtur, & eſſe arboris conſequũtur: tunc principiũ illud & cauſa, in ſe habet complicitè & abſolutè ut cauſa, quicquid dat effectui. Et ſic uideo, uirtutẽ illam, eſſe faciem ſeu exemplar, omnis faciei arboreæ, & cuiuslibet arboris: ubi uideo, arborem illam nucum, non ut in contracta uirtute ſua ſeminali, ſed ut in cauſa & uiconditrice, illius uirtutis ſeminalis. Et ideò uideo arborem illam, quandã explicationem uirtutis ſeminalis, & ſemen, quandam explicationem omnipotẽtis uirtutis. Et uideo, quòd ſicut arbor in ſemine, non eſt arbor, ſed uis ſeminis, & uis illa ſeminis eſt, ex qua explicatur arbor, ita q; nihil eſt reperibile in arbore, quod nõ procedat ex uirtute ſeminis: ita uirtus ſeminalis in cauſa ſua, quæ eſt uirtus uirtutũ, non eſt uirtus ſeminalis, ſed uirtus abſoluta. Et ita eſt arbor in te Deo meo, tu ipſe Deus meus, & in te eſt ueritas & exemplar ſuũ ipſius. Similiter & ſemen arboris in te, eſt ueritas & exemplar, ſui ipſius & arboris & ſeminis:

nis: tu Deus es ueritas & exemplar. Et uis illa ſeminis, quæ eſt contracta, eſt uis naturæ ſpeciei, quæ eſt ad ſpeciẽ contracta, & ei ineſt tanquàm contractum principiũ: ſed tu Deus meus, es uis abſoluta, & ob hoc natura naturarum omnium. O Deus, quorſum me perduxiſti, ut uideam faciem tuam abſolutam, eſſe faciem naturalem, omnis naturæ, eſſe faciẽ, quæ eſt abſoluta entitas, omnis eſſe, eſſe artem & ſcientiã, omnis ſcibilis. Qui igitur faciem tuã uidere meretur, omnia apertè uidet, & nihil manet ei occultũ: omnia hic ſcit, omnia habet Domine, qui te habet, omnia habet, qui te uidet. Nemo enim te uidet, niſi qui te habet, nemo poteſt te accedere, quia inacceſsibilis es. Nemo igitur te capiet, niſi tu te dones ei. Quo modo habeo te Domine, qui non ſum dignus, ut compaream in cõſpectu tuo? quo modo ad te peruenit oratio mea, qui es omni modo inacceſsibilis? quomodo petam te? nam quid abſurdius, quàm petere, ut tu te dones mihi, qui es omnia in omnibus? et quomodo dabis tu te mihi, ſi non pariter dederis mihi, cœlum & terrã & omnia quæ in eis ſunt? imò quomodo dabis tu te mihi, ſi etiam meipſum non dederis mihi? & cum ſic in ſilentio cõtemplationis quieſco, tu Domine intrà præcordia mea reſpondes, dicẽs: ſis tu tuus, & ego ero tuus. O Domine ſuauitas omnis dulcedinis, poſuiſti in libertate mea ut ſim, ſi uoluero, meipſius. Hinc niſi ſim meipſius, tu non es meus: neceſsitates enim libertatẽ, cum tu non poſsis eſſe meus, niſi et ego ſim meipſius. Et quia hoc poſuiſti in libertate mea, nõ me neceſsitas, ſed expectas, ut ego eligam meipſius eſſe. Per me igitur ſtat, non per te Domine, qui nõ contrahis bonitatem tuam maximam, ſed largiſsimè effundis, in omnes capaces. Tu autem Domine, es bonitas tua. Quomodo autem ero meipſius, niſi tu Domine docueris me? hoc autẽ tu me doces, ut ſenſus obediat rationi, & ratio dominetur. Quando igitur ſenſus ſeruit rationi, ſum meipſius, ſed non habet ratio, unde dirigatur, niſi per te Domine: qui es uerbum, & ratio rationum. Vnde nunc uideo, ſi audiero uerbum tuum, quod in me loqui nõ ceſſat, & cõtinuè lucet in ratione: ero meipſius, liber, & nõ ſeruus peccati, & tu eris meus, & dabis uidere faciem tuam, & tunc ſaluus ero. Benedictus ſis igitur Deus in donis tuis, qui ſolus potens es, conſolari animam meam, & erigere, ut ſperet teipſum aſſequi, & te frui, uti ſuo proprio dono, & omnium deſiderabilium theſauro infinito.

Quomodo uiſio Dei, eſt amare, cauſare, legere, & in ſe omnia tenere. Cap. VIII.

NOn quieſcit cor meum Domine, quia amor tuus, ipſum inflammauit deſiderio tali, quòd non niſi in te ſolo, quieſcere poteſt. Incepi orare Dominicam orationem, & tu inſpiraſti mihi ut attenderem, quo modo tu es pater noſter. Amare tuum, eſt uidere tuum, paternitas tua, eſt uiſio tua, quæ nos omnes amplectitur paternè: dicimus enim, pater noſter. Es enim uniuerſalis pater & ſingularis. Quiſq; enim dicit, quia tu es pater noſter, paternus amor, omnes & ſingulos filios, cõpræhendit. Ita enim diligit omnes pater, quòd ſingulos: quia ita omnium pater, quòd ſingulorum. Ita unumquemq; filiorum diligit, quòd quiſq; filiorum, ſe omnibus præferri concipit. Si igitur tu es pater, & noſter pater, nos igitur tui filij, præuenit autem paterna dilectio, filialem. Quamdiu nos tui filij, te ut filij intuemur, tu non ceſſas nos paternè reſpicere. Eris igitur prouiſor noſter paternus, curam de nobis habens paternam. Viſio tua, prouidentia eſt. Quòd ſi nos filij tui, abdicamus te patrẽ, deſinimus eſſe filij, nec ſumus tunc liberi filij, in noſtra poteſtate, ſed imus in regionem longinquam, ſeparantes nos à te, et tunc ſubimus; ſeruitutem grauem, ſub principe, qui tibi Deo aduerſatur. Sed tu pater, qui ob conceſſam nobis libertatem, quia filij tui ſumus, qui es ipſa libertas, quãquàm ſinas nos abire, & libertatem, & ſubſtantiam optimam conſumere, ſecundum ſenſuum corrupta deſideria: tamen non penitus nos deſeris, ſed continuè ſollicitando ades, & in nobis loqueris, & nos reuocas, ut ad te redeamus, paratus ſemper reſpicere nos, priori paterno oculo, ſi reuerſi, ad te conuerſi fuerimus. O pie Deus reſpice in me, qui compunctus, de miſero ſeruitio, lubricæ fœditatis porcorum, ubi fame defeci, nunc reuertor, ut in domo

http://www.obrascatolicas.com

domo tua, qualitercunq; paſci queam. Paſce me uiſu tuo Domine, & doce, quomodo uiſus tuus, uidet omnem uiſum uidentem, & omne uiſibile, & omnem actum uiſionis, & omnem uirtutem uidentem, & omnem uirtutem uiſibilem, et omne ex ipſis exurgens, uidere: quia uidere tuum, eſt cauſare, omnia uides, qui omnia cauſas. Doce me Domine, quomodo unico intuitu, ſimul & ſingulariter diſcernas. Cum aperio librum ad legendum, uideo confuſe totam chartam, & ſi uolo diſcernere, ſin gulas literas, ſyllabas, & dictiones: neceſſe eſt, ut me ſingulariter, ad ſingula ſeriatim conuertam, & non poſſum, niſi ſucceſsiuè unam poſt aliam literam, legere, & unam dictionem poſt aliam, & paſſum poſt paſſum. Sed tu Domine, ſimul totam chartam reſpicis & legis, ſine mora temporis. Et ſi duo noſtrum legunt idem, unus citius, alter tardius, cum utroq; legis, & uideris in tempore legere: quia legis cum legẽtibus, & ſuprà tempus omnia uides, & legis ſimul. Videre enim tuũ, eſt legere tuum. Omnes libros ſcriptos, & qui ſcribi poſſunt, ſimul & ſemel, ſuprà moram temporis, ab æterno uidiſti & legiſti ſimul, & cum hoc cum omnibus legẽtibus, eoſdem legis ſeriatim. Nec aliud legis in æternitate, & aliud in tempore, cum legentibus: ſed idem, eodem te modo habens, quia non es mutabilis, cum ſis fixa æternitas, æternitas autem, quia non deſerit tempus, cum tempore moueri uidetur: licet motus in æternitate, ſit quies. Domine tu uides, & habes oculos. Es igitur oculus, quia habere tuũ eſt eſſe, ob hoc, in teipſo, omnia ſpecularis. Nã ſi in me uiſus eſſet oculus, ſicut in te Deo meo, tunc in me omnia uiderem: cum oculus ſit ſpecularis, & ſpeculum quantumcunq; paruũ, in ſe figuratiuè reſpiciat, montem magnũ, & cuncta quæ in eius montis ſuperficie exiſtunt, & ſic omnium ſpecies ſunt in oculo ſpeculari: tamen quia uiſus noſter, non uidet per medium oculi ſpecularis, niſi id particulariter, ad quod ſe conuertit, quia uis eius nõ poteſt niſi particulariter determinari, per obiectum, ideò non uidet omnia, quæ in ſpeculo oculi capiuntur. Sed uiſus tuus, cum ſit oculus ſeu ſpeculum uiuum, in ſe omnia uidet. Imò quia cauſa omnium uiſibilium, hinc omnia in cauſa & ratione omnium, hoc eſt, in ſeipſo cõplectitur & uidet. Oculus tuus Domine, ſine flexione ad omnia pergit. Quòd enim oculus noſter ſe ad obiectum flectit, ex eo eſt, quòd uiſus noſter, per angulum quantum uidet. Angulus autem oculi tui Deus, non eſt quantus, ſed eſt infinitus, qui eſt circulus, imò & ſphæra infinita: quia uiſus tuus, eſt oculus, ſphæricitatis & perfectionis infinitæ. Omnia igitur, in circuitu, & ſurſum, & deorſum ſimul uidet. O quàm admirandus eſt uiſus tuus, qui eſt θεὸς Deus, omnibus ipſum perſcrutantibus? quàm pulcher & amabilis eſt, omnibus te diligẽtibus? quàm terribilis eſt, omnibus qui dereliquerũt te, Domine Deus meus? uiſu enim uiuificas Domine, omnem ſpiritum, & lætificas omnem beatum, & fugas omnem mœſtitiam. Reſpice igitur in me miſericorditer, & ſalua facta eſt anima mea.

Quomodo eſt uniuerſalis pariter & particularis, & quæ uia ad uiſionem Dei. Cap. IX.

ADmiror Domine, poſtquàm tu ſimul omnes & ſingulos reſpicis, uti hæc etiam picta figurat imago, quã intueor: quomodo coincidat, in uirtute tua uiſiua, uniuerſale cum ſingulari? Sed attendo, quòd propterea nõ capit imaginatio mea quomodo hoc fiat, quia quæro in uirtute uiſiua mea, uiſionem tuam, quæ cum non ſit ad organum ſenſibile, contracta ſicut mea, ideò decipior in iudicio. Viſus tuus Domine, eſt eſſentia tua. Si igitur ad humanitatẽ, quæ eſt ſimplex & una, in omnibus hominibus, reſpexero: reperio ipſam, in omnibus & ſingulis hominibus. Et quamuis in ſe non ſit, nec orientalis, nec occidẽtalis, nec meridionalis, nec ſeptentrionalis: tamen in hominibus orientalibus, eſt in oriente, & in occidentalibus, eſt in occidente. Et ſic, quamuis de eſſentia humanitatis, non ſit motus nec quies: mouetur tamen, cum mouentibus hominibus, & quieſcit, cum quieſcẽtibus, & ſtat cum ſtantibus ſimul & ſemel pro eodem nunc: quia non deſerit homines humanitas, ſiue moueantur, ſiue non moueantur, ſiue dormiant, ſiue quieſcant. Vnde hæc

Humanitas.

hæc natura humanitatis, quæ eſt contracta, & non reperitur extrà homines, ſi illa ſic ſe habet, quod non plus uni homini adeſt quam alteri, & ita perfectè uni quaſi nulli alteri: multò altiùs humanitas incontracta, quæ eſt exemplar & idea, iſtius cõtractæ naturæ, & quæ eſt ut forma & ueritas, iſtius formæ humanitatis contractæ. Nam humanitatem contractam in indiuiduis, nunquam deſerere poteſt: eſt enim forma, dans eſſe ipſi naturæ formali. Non igitur ſine ipſa eſſe poteſt ſpecifica forma, cum per ſe non habeat eſſe: eſt enim ab illa, quæ per ſe eſt, antequam non eſt alia. Forma igitur illa, quæ dat eſſe ſpeciei, eſt abſoluta forma, & tu es illa Deus, qui es formator cœli, & terræ, & omnium. Quando igitur reſpicio ad humanitatem contractã, & per illam ad abſolutam, ſcilicet, uidendo in contracto abſolutum, ut in effectu cauſã & in imagine ueritatem & exemplar: occurris tu mihi Deus meus, quaſi exemplar omnium hominum, & homo per ſe, hoc eſt abſolutus. Quando autem ſimiliter in cunctis ſpeciebus, me ad formam formarum conuerto: in omnibus tu mihi, ut idea & exemplar, occurris. Et quia tu es abſolutum exemplar, & ſimpliciſsimum: non es compoſitus, ex pluribus exemplaribus, ſed es unum exemplar ſimpliciſsimum, infinitum, ita quod omnium & ſingulorum, quæ formari poſſunt, es ueriſsimum & adæquatiſsimum exemplar. Es igitur eſſentia eſſentiarũ, dans contractis eſſentijs ut id ſint, quod ſunt. Extrà te igitur Domine, nihil eſſe poteſt. Si igitur eſſentia tua penitrat omnia: igitur & uiſus tuus, qui eſt eſſentia tua. Sicut igitur nihil omnium quæ ſunt, poteſt fugere eſſe ſuum propriũ: ita nec eſſentiã tuã, quæ dat eſſe eſſentiæ omnibus, quare nec uiſum tuũ. Omnia igitur & ſingula ſimul, tu Domine uides, & cum omnibus quæ mouentur, moueris, & cum ſtantibus ſtas. Et quia reperiuntur qui alijs ſtantibus mouentur: tunc tu Domine, ſtas ſimul & moueris, progrederis ſimul & quieſcis. Si enim moueri, reperitur ſimul tempore cum quieſcere, in diuerſis contractum, & nihil extrà te eſſe poteſt, nec motus extrà te eſt, nec quies omnibus illis ſimul & ſemel, & cuilibet totus ades Domine. Nec tamen moueris, nec quieſcis: quia es ſuperexaltatus, & abſolutus ob omnibus illis, quæ concipi aut nominari poſſunt. Stas igitur, & progrederis, & neq; ſtas, neque progederis ſimul, facies hæc depicta, mihi oſtendit idipſum. Nam ſi moueor, apparet uiſus eius moueri, quia me non deſerit, ſi me mouente, alius qui faciem intuetur ſtat, ſimiliter eum uiſus non deſerit, ſed ſtat cum ſtante: tamen propriè non poteſt faciei abſolutę, ab his reſpectibus conuenire, quod ſtet aut moueatur: quia eſt ſuprà omnem ſtationem & motum, in ſimpliciſsima & abſolutiſsima infinitate, poſt quam quidem infinitatem, eſt motus & quies, & oppoſitio, & quicquid dici aut concipi poteſt. Vnde experior, quomodo neceſſe eſt me intrare caliginem, & admittere coincidentiam oppoſitorum, ſuper omnem capacitatem rationis, & quærere ibi ueritatem, ubi occurrit impoſsibilitas. Et ſuprà illam, omnem etiam intellectualem altiſsimum aſcenſum, quando peruenero ad id, quod omni intellectui eſt incognitum, & quod omnis intellectus iudicat remotiſsimũ à ueritate: ibi es tu Deus meus, qui es abſoluta neceſſitas. Et quantò impoſsibilitas illa caliginoſa, cognoſcitur magis obſcura & impoſsibilis: tantò ueriùs neceſſitas relucet, & minus uelatè adeſt, & appropinquat. Quapropter, tibi gratias ago Deus meus, quia patefacis mihi, quod non eſt uia alia, ad te accedendi niſi illa, quæ omnibus hominibus, etiam doctiſsimis philoſophis, uidetur penitùs inacceſſibilis & impoſsibilis, quoniam tu mihi oſtendiſti, te non poſſe alibi uideri quàm ubi impoſsibilitas occurrit & obuiat, & animaſti me Domine, qui es cibus grandium, ut uim mihijpſi faciam: quia impoſſibilitas, coincidit cum neceſſitate, & repperi locum, in quo reuelatè reperieris, cinctum cõtradictoriorum coincidentia, & iſte eſt murus Paradiſi, in quo habitas, cuius portam, cuſtodit ſpiritus altiſsimus rationis, qui niſi uincatur, non patebit ingreſſus. Vltrà igitur coincidentiam contradictoriorum uideri poteris, & nequaquam citrà. Si igitur impoſsibilitas eſt neceſsitas, in uiſu tuo Domine, nihil eſt, quod uiſus tuus non uideat.

Quomodo

http://www.obrascatolicas.com

Quomodo uidetur Deus, ultrà coincidentiam contradictoriorum, & quomodo uidere, est esse. Cap. X.

STo coràm imagine faciei tuæ Deus meus, quam oculis sensibilibus respicio, & nitor oculis interioribus intueri ueritatem, quæ in pictura signetur, & occurrit mihi Domine, quam uisus tuus loquatur. Nam non est aliud loqui tuũ ꝙ uidere tuum, cum non differant realiter in te, qui es ipsa simplicitas absoluta. Tunc clarè experior, quod tu simul omnia uides, & singula: quia ego simul & semel, dum prædico, ecclesiæ loquor congregatæ, & singulis in ecclesia existentibus unum uerbum loquor, & in illo unico, singulis loquor. Id quod mihi est ecclesia, hoc tibi Domine, est totus hic mundus & singulæ creaturæ, quæ sunt aut esse possunt. Sic igitur singulis loqueris, & ea quibus loqueris uides. Domine, qui es summa consolatio in te sperantium, inspiras ut te laudem ex me. Nam dedisti mihi facie unam, sicut uoluisti, & illa per omnes quibus prædico, singulariter & simul uidetur. Videtur itaque facies mea unica, per singulos, & sermo simplex meus, integrè à singulis auditur. Ego autem, non possum simul omnes loquentes discretè audire, sed unũ post unum, neꝙ omnes simul discretè uidere, sed unum post unum, sed si in me esset tanta uis, quod audiri cũ audire coinciderent, sic & uideri & uidere, sic & loqui & audire (uti in te Domine, qui es summa uirtus) tũc omnes & singulos, simul audirem & uiderem. Et sicut singulis simul loquerer: ita etiam in eodem, tunc quando loquerer, omnium & singulorum responsa, uiderem & audirem. Vnde in ostio coincidentiæ oppositorum, quod Angelus custodit, in ingressu Paradisi constitutus: te Domine uidere incipio. Nam ibi es, ubi loqui, uidere, audire, gustare, tangere, ratiocinari, scire, & intelligere, sunt idem, & ubi uidere, coincidit cum uideri, & audire cum audiri, & gustare cum gustari, & tangere cum tangi, & loqui cum audire, & crare cum loqui. Si ego uiderem sicut uisibilis sum, non essem creatura. Et si tu Deus non uideres, sicut uisibilis es, non esses Deus omnipotens. Ab omnibus creaturis es uisibilis, & omnes uides, in eo enim quod omnes uides, uideris ab omnibus aliter enim esse non possunt, creaturæ: quia uisione tua sunt. Quod si te non uiderent uidentem, à te non caperent esse, esse creaturæ, est uidere tuum, pariter & uideri. Loqueris uerbo tuo omnibus quæ sunt, & uocas ad esse, quæ non sunt uocas igitur, ut te audiunt, & quando te audiunt, tunc sunt. Quando igitur loqueris, omnibus loqueris, & omnia te audiunt, quibus loqueris: loqueris terræ, & uocas eam ad humanam naturam, & audit te terra: & hoc audire eius, est fieri hominem. Loqueris nihilo, quasi sit aliquid, & uocas nihil ad aliquid, & audit te nihil, quia fit aliquid, quod fuit nihil. O uis infinita, concipere tuum est loqui, concipis cœlum, & est uti concipis, concipis terram, & est ut concipis, dum concipis, uides, & loqueris, & operaris, & quicquid dici potest. Sed admirabilis es Deus meus, semel loqueris, semel concipis, quomodo ergo non sunt omnia simul, sed successiuè multa? quomodo tot sunt diuersa, ex unico conceptu? tu me in limine ostij constitutum illustras, quia conceptus tuus, est ipsa æternitas simplicissima. Nihil est autẽ possibile fieri, post æternitatem simplicissimam. Ambit igitur infinita duratio, quæ est ipsa æternitas, omnem successionem. Omne igitur, quod nobis in successione apparet, nequaquàm est post tuum conceptum qui est æternitas. Vnicus enim conceptus tuus, qui est & uerbum tuum, omnia & singula complicat, uerbum tuum æternum, non potest esse multiplex, nec diuersum, nec uariabile, nec mutabile, quia simplex æternitas. Sic uideo Domine, post tuum conceptum nihil esse, sed sunt omnia quia concipis, concipis autem in æternitate, successio autem in æternitate, est sine successione ipsa æternitas, ipsum uerbum tuum Domine Deus. Rem aliquam, quæ nobis temporaliter apparet, non prius concepisti, quàm est. In æternitate enim, in qua concipis, omnis successio temporalis, in eodem Nunc æternitatis, coincidit. Nihil igitur præteritum uel futurum, ubi futurum & præteritum, coincidunt cum præsenti. Sed quòd res in hoc mundo, secundũ prius & posterius existũt: est, quia tu prius res tales, ut essent, nõ concepisti, si prius cõcepisses, prius fuissent. Sed in cuius cõceptu, potest cadere prius

prius & posterius, ut prius unum concipiat, & postea aliud, non est omnipotens. Ita quia tu es Deus omnipotens, es intrà murum in Paradiso. Murus autem est coincidentia illa, ubi posterius, coincidit cum priori, ubi finis, coincidit cum principio, ubi α & ω sunt idẽ. Semper igitur res sunt, quia tu dicis ut sint, & non sunt prius, quia non dicis prius. Et quando ego lego, Adam antè tot annos fuisse, & hodie talem natum: uidetur impossibile, quod Adam tunc fuit, quia tunc uoluisti, & similiter hodie natus, quia nunc uoluisti, & quod tamen non prius uoluisti Adam esse, quàm hodie natum. Sed illud quod uidetur impossibile, est ipsa necessitas: nam Nunc & Tunc, sunt post uerbum tuum. Et ideò accedenti ad te, occurrunt in muro, qui circundat locum, ubi habitas in coincidentia. Coincidit enim Nunc & Tunc, in circulo muri Paradisi. Tu uerò Deus meus, ultrà Nunc & Tunc existis & loqueris, qui es æternitas absoluta.

Quomodo uidetur in Deo successio, sine successione. Cap. XI.

EXperior bonitatem tuam Deus meus, quæ me miserum peccatorem, non solum non spernit, sed quodam desiderio dulciter pascit. Inspirasti similitudinem mihi gratam, circa unitatem uerbi mentalis, seu conceptus tui, & uarietatem eiusdem, insuccessiuè apparentibus: nam simplex conceptus, horologij perfectissimi, me ducit, ut sapidius rapiar, ad uisiouem conceptus & uerbi tui. Conceptus enim simplex horologij, complicat omnem successionem tempora ralẽ. Et esto, quod horologiũ sit conceptus, tunc licet priùs audiamus sonum, sextæ horæ, quàm septimæ: non tamen auditur septima, nisi quando iubet conceptus, neque sexta est prius in conceptu, quàm septima aut octaua, sed in unico conceptu, horologij, nulla hora est prior aut posterior alia, quamuis horologium nunquam horã sonet, nisi quando conceptus iubet. Et uerum est dicere, quando audimus sextam sonare, quod tunc sexta sonat, quia conceptus magistri sic uult. Et quia horologiũ in conceptu Dei, est conceptus: tunc aliquantulum uidetur, quomodo successio in horologio, est sine successione in uerbo seu conceptu, & quod in simplicissimo illo conceptu, complicantur omnes motus & soni, & quicquid in successione experimur. Et quod omne illud, quod successiuè euenit, non exit quouismodo conceptũ, sed est explicatio conceptus, ita quod conceptus dat esse cuilibet, & quod propterea nihil prius fuit, quàm eueniat, quia prius non fuit conceptum, ut esset. Sit igitur conceptus horologij, quasi ipsa æternitas, tunc motus in horologio, est successio. Complicat igitur æternitas successionẽ, & explicat. Nam conceptus horologij, qui est æternitas, cõplicat pariter & explicat omnia. Benedictus igitur sis Domine Deus meus, qui me lacte similitudinum pascis & nutris, quouscꝙ solidiorem tribuas mihi cibum, deduc me Domine Deus, per has semitas ad te: quia nisi me duxeris, subsistere in uia nequeo, propter fragilitatem naturæ corruptibilis, & futilis uasis quod circũfero. Redeo iterum confisus adiutorio tuo Domine, ut te ultrà murum coincidentiæ, complicationis & explicationis, reperiam, & cum per hoc ostiũ, uerbi & conceptus tui, intro & exeo: simul pascua reperio dulcissima. Cum te reperio, uirtutem explicantem, exeo: cum te reperio, uirtutem complicantem pariter & explicantem, intro pariter & exeo. Intro, de creaturis ad te creatorem, de effectibus ad causam: exeo, de te creatore ad creaturam, de causa ad effectus. Intro & exeo simul quando uideo, quomodo exire est intrare, & intrare exire simul. Sicut qui numerat, explicat pariter & complicat, explicat uirtutem unitatis, & complicat numerum in unitatem. Exire enim creaturæ à te, est creaturam intrare, & explicare, est cõplicare. Et quando uideo te Deum in Paradiso, quem illic murus, coincidentiæ oppositorũ cingit: uideo te nec complicare nec explicare, disiunctiuè uel copulatiuè. Disiunctio enim, pariter & coniunctio, est murus coincidentiæ, ultrà quem existis, absolutus omni eo, quod aut dici, aut cogitari potest.

Quod

http://www.obrascatolicas.com

Quòd ubi inuiſibilis uidetur, increatus creatur. Cap. XII.

APparuiſti mihi Domine aliquando, ut inuiſibilis ab omni creatura: quia es Deus abſconditus, infinitus. Infinitas autem, eſt incomprehenſibilis, omni modo comprehendendi. Apparuiſti deinde mihi, ut ab omnibus uiſibilis: quia in tantum res eſt, in quantum tu eam uides, & ipſa non eſſet actu, niſi te uideret, uiſio enim præſtat eſſe, quia eſt eſſentia tua. Sic Deus meus, es inuiſibilis pariter & uiſibilis. Inuiſibilis es, uti tu es, uiſibilis es, uti creatura eſt, quæ in tantum eſt, in quantum te uidet. Tu igitur Deus meus inuiſibilis, ab omnibus uideris, & in omni uiſu uideris. Per omnem uidentem, in omni uiſibili, & omni actu uiſionis uideris, qui es inuiſibilis & abſolutus, ab omni tali, & ſuperexaltatus in infinitum. Oportet igitur me Domine, murum illum, inuiſibilis uiſionis, tranſilire, ubi tu reperieris. Eſt autem murus, omnia & nihil ſimul. Tu enim qui occurris, quaſi ſis omnia, & nihil omnium ſimul, habitas intrà murum illum excelſum, quem nullum ingenium, ſua uirtute ſcandere poteſt. Occurris mihi aliquando, ut cogitem te uidere in te omnia, quaſi ſpeculum uiuum, in quo omnia relucent. Et quia uidere tuum, eſt ſcire: tunc occurrit mihi, te non uidere in te omnia, uti ſpeculum uiuum, quia ſic ſcientia tua, oriretur à rebus. Deinde occurris mihi, ut uideas in te omnia, quaſi uirtus ſe intuendo: uti uirtus ſeminis arboris, ſi ſe intueretur, in ſe uideret arborem in uirtute, quia uirtus ſeminis, eſt arbor uirtualiter, & poſt hoc occurrit mihi, quòd non uideas
Seneca. te, & in te omnia, uti uirtus. Nam uidere arborem in potentia uirtutis, differt à uiſione, qua arbor uidetur in actu. Et tunc reperio, quomodo uirtus tua infinita, eſt ultrà ſpecularem & ſeminalem, & coincidentiam radiationis & reflexionis, cauſæ & cauſati pariter, & quòd illa abſoluta uirtus, eſt uiſio abſoluta, quæ eſt ipſa perfectio, & eſt ſuper omnes uidendi modos: omnes enim modi qui perfectionem uiſionis explanant, ſine modo ſunt uiſio tua, quæ eſt eſſentia tua Deus meus. Sed ſine, Domine piiſsime, ut adhuc uilis factura, loquatur ad te. Si uidere tuum, eſt creare tuum, & non uides aliud à te, ſed tuipſe es obiectum tuiipſius (es enim uidens, & uiſibile atq; uidere) quomodo tunc creas res alias à te? uideris enim creare teipſum, ſicut uides teipſum. Sed conſolaris me, uita ſpiritus mei; quoniam & ſi occurrat murus abſurditatis, qui eſt coincidentiæ ipſius creare cum creari, quaſi impoſsibile ſit, quòd creare coincidat cum creari (uidetur enim quòd hoc admittere, ſit affirmare, rem eſſe antequàm ſit: quando enim creat, eſt, & non eſt, quia creatur) tamen non obſtat: creare enim tuum, eſt eſſe tuum. Nec eſt aliud, creare pariter & creari, quàm eſſe tuum omnibus communicare, ut ſis omnia in omnibus, & ab omnibus tamen maneas abſolutus. Vocare enim ab eſſe quæ non ſunt, eſt communicare eſſe nihilo, ſic uocare, eſt creare, communicare, eſt creari. Et ultrà hanc coincidentiam, creare cum creari: es tu Deus abſolutus & infinitus, nec creãs nec creabilis, licet omnia id ſint quod ſunt, quia tu es. O altitudo diuitiarum, quàm incomprehenſibilis es? quamdiu concipio creatorem creantem, adhuc ſum citrà murum Paradiſi. Sic quamdiu concipio creatorem creabilem, nondum intrauí, ſed ſum in muro. Sed abſolutam cum te uideo infinitatem, cui nec nomen creatoris creantis, nec creatoris creabilis competit, tunc reuelatè te inſpicere incipio, & intrare ortum deliciarum: quia nequaquàm es aliquid tale, quod dici aut concipi poteſt, ſed in infinitum, ſuper omnia talia, abſolutè ſuperexaltatus. Non es igitur creator, ſed plus quàm creator, in infinitum: licet ſine te nihil fiat, aut fieri poſsit, tibi laus & gloria, per ſæcula infinita, Amen.

Quòd Deus uidetur abſoluta infinitas. Cap. XIII.

DOmine Deus, adiutor te quærentium, uideo te in ortu Paradiſi, & neſcio quid uideo, quia nihil uiſibilium uideo, & hoc ſcio ſolum, quia ſcio me neſcire quod uideo, & nunquàm ſcire poſſe, & neſcio te nominare: quia neſcio quid ſis, & ſi quis mihi dixerit, quòd nomineris hoc uel illo nomine, eo ipſo quod nominat, ſcio quòd non eſt nomen tuũ. Terminus enim omnis modi ſignificationis nominum, eſt murus, ultrà quem te uideo. Et ſi quis èxpreſſerit conceptum aliquem, quo concipi poſſis, ſcio illum conceptum, non eſſe conceptum tui: omnis enim conceptus, terminatur in muro Paradiſi. Et ſi quis expreſſerit aliquam ſimilitudinem, & dixerit, ſecundum illam te concipiendum: ſcio ſimiliter, illam ſimilitudinem, non eſſe tuam. Sic ſi intellectum tui quis enarrauerit, uolens modum dare, ut intelligaris, hic longè adhuc à te abeſt. Separaris enim per altiſſimum murum, ab omnibus his. Separat enim murus, omnia quæ dici, aut cogitari poſſunt, à te: quia tu es ab his omnibus abſolutus, quæ cadere poſſunt in conceptum cuiuſcunq;. Vndedum altiſſimè eleuor, infinitatem te uideo. Ob hoc es inacceſſibilis, incomprehẽſibilis, innominabilis, immultiplicabilis, & inuiſibilis. Et ideò oportet ad te accedentem, ſuper omnem terminum, & finem, & finitum aſcendere. Sed quomodo ad te perueniet, qui es finis ad quem tendit, ſi ultrà finem aſcendere debet: qui ultrà finem aſcendit: nónne hic ſubintrat, in indeterminatum & confuſum, & ita quó ad intellectum, ignorantiam & obſcuritatem, quæ ſunt confuſionis intellectualis. Oportet igitur intellectum ignorantem fieri, & in umbra conſtitui, ſi te uidere uelit. Sed quid eſt Deus meus, hæc intellectus ignorantia, nónne docta ignorantia. Non igitur accedí potes Deus, qui es infinitas, niſi per illum cuius intellectus eſt, in ignorãtia, qui ſcilicet ſcit ſe ignorantem tui. Quomodo poteſt intellectus te capere, qui es infinitas. Scit ſe intellectus ignorantem, & te capi non poſſe, quia infinitas es. Intelligere enim infinitatem, eſt comprehendere incomprehenſibile. Scit intellectus ſe ignorantem te, quia ſcit te ſciri non poſſe, niſi ſciatur non ſcibile, & uideatur non uiſibile, & accedatur non acceſſibile. Tu Deus meus, es ipſa infinitas abſoluta, quam uideo eſſe finem infinitum, ſed capere nequeo, quomodo finis ſit finis, ſine fine. Tu Deus es tuiipſius finis, quià es quicquid habes, ſi habes finem, es finis. Es igitur finis infinitus, quia tuiipſius finis: quia finis tuus, eſt eſſentia tua, eſſentia finis, non terminatur ſeu finitur, in alio à fine, ſed in ſe. Finis igitur, qui eſt ſuiipſius finis, eſt infinitus. Et omnis finis, qui non eſt ſuiipſius finis, eſt finis finitus. Tu Domine, quia es finis omnia finiens, ideò es finis, cuius non eſt finis, & ſic finis ſine fine, ſeu infinitus, quod aufugit omnem rationem, complicat enim contradictionem. Quando igitur aſſero, eſſe infinitum finem, admitto tenebras lucem, ignorantiam ſcientiam, impoſsibile neceſſarium. Et quia admittimus, finem finiti eſſe: neceſſariò infinitum admittimus, ſeu finem ultimum, ſeu finem ſine fine. Sed non poſſumus non admittere, entia finita, ita non poſſumus non admittere infinitum. Admittimus igitur coincidẽtiam contradictoriorum, ſuper quam eſt infinitum. Coincidentia autem illa, eſt contradictio ſine contradictione: ſicut finis ſine fine. Et tu mihi dicis Domine, quòd ſicut alteritas in unitate, eſt ſine alteritate, quia unitas, ſic contradictio in infinitate, eſt ſine contradictione, quia infinitas. Infinitas eſt ipſa ſimplicitas, contradictio ſine alteratione non eſt. Alteritas autem in ſimplicitate, ſine alteratione eſt, quia ipſa ſimplicitas: omnia enim, quæ dicuntur de abſoluta ſimplicitate, coincidunt cum ipſa, quia ibi habere eſt eſſe. Oppoſitio oppoſitorũ, eſt oppoſitio ſine oppoſitione, ſicut finis finitorum, eſt finis ſine fine. Es igitur tu Deus, oppoſitio oppoſitorum: quia es infinitus, & quia es infinitus, es ipſa infinitas, in infinitate, eſt oppoſitio oppoſitorum, ſine oppoſitione. Domine Deus meus, fortitudo fragilium, uideo te, ipſam infinitatem eſſe: ideò nihil eſt tibi alterum, uel diuerſum, uel aduerſum. Infinitus enim, non compatitur ſecum alteritatem, quia cum ſit infinitas, nihil eſt extrà eam: omnia enim includit, & omnia ambit infinitas abſoluta. Ideò quando eſſet infinitas, & aliud extrà ipſam, non eſſet infinitas, neque aliud. Infinitas enim, non poteſt eſſe nec maior, nec minor. Nihil igitur eſt extrà eam. Niſi enim omne eſſe, includeret in ſe infinitas, non eſſet infinitas: quòd ſi non eſſet infinitas, neque tunc eſſet finis, neque tũc aliud, nec diuerſum, quæ ſine alteritate finium, & terminorum, non poſſunt eſſe. Sublato igitur infinito, nihil manet. Eſt igitur infinitas, & complicat omnia, & nihil poteſt eſſe extrà eam: hinc nihil ei alterum uel diuerſum. Infinitas igitur ſic omnia eſt, quòd nullum omnium. Infinitati, nullum nomen conuenire poteſt: omne enim no-

http://www.obrascatolicas.com

meo, potest habere contrarium. Infinitati autem innominabili, nihil potest esse contrarium, neque infinitas est totum, cui pars opponitur, neque esse potest pars, neque est magna infinitas, neque parua, neque quicquam omnium, quæ siue in cœlo, siue in terra nominari possunt: suprà omnia illa, est infinitas. Infinitas, nulli est maior, nec minor, nec æqualis. Sed dum infinitatem considero, non esse maiorem uel minorem, cuicunque dabili: dico ipsam esse mensuram omnium, cum nec sit maior nec minor. Et sic concipio eam æqualitatem essendi: talis autem æqualitas, est infinitas, & ita non est æqualitas, modo quo æqualitati opponitur, inæquale, sed ibi inæqualitas est æqualitas. Inæqualitas enim in infinitate, est sine inæqualitate: quia infinitas, sic & æqualitas in infinitate, est infinitas. Infinita æqualitas, est finis sine fine. Vnde licet nõ sit nec maior nec minor, non tamẽ propterea est æqualitas, modo quo capitur æqualitas cõtracta, sed est infinita æqualitas, quæ non capit magis nec minus. Et ita non est magis æqualis uni quàm alteri, sed ita æqualis uni, quòd omnibus: ita omnibus, quòd nulli omnium. Infinitum enim non est contrahibile, sed manet absolutum: si esset contrahibile ab infinitate, non esset infinitum. Non est igitur contrahibile ad æqualitatem finiti, licet non sit alicui inæquale. Inæqualitas enim quomodo conueniret infinito, cui non conuenit nec magis nec minus. Infinitum ergo, nec est dato quocunq; aut maius, aut minus, aut inæquale. Nec propter hoc est æquale finito, quia est suprà omne finitum, hoc est per seipsum, tunc infinitum est absolutum penitus, & incontrahibile. O quàm excelsus es Domine suprà omnia, & cum hoc humilis, quia in omnib. Si infinitas esset contrahibilis, ad aliquod nominabile, ut est linea, aut superficies, aut species: ad se attraheret id, ad quod contraheretur, & implicat infinitum esse contrahibile, quia non contraheretur, sed attraheret. Si enim dixero, infinitum contrahi ad lineam, ut cum dico infinitam lineam, tunc linea attrahitur in infinitum: definitem linea, est linea, quando non habet quantitatem & finem. Infinita linea non est linea, sed linea in infinitate est infinitas. Et sicut nihil addi potest infinito: ita infinitum, non potest ad aliquid contrahi, ut sit aliud quàm infinitum. Infinita bonitas, nõ est bonitas, sed infinitas: infinita quantitas, non est quantitas, sed infinitas, & ita de omnibus. Tu es Deus magnus, cuius magnitudinis non est finis, & ideò uideo te immensurabilem omnium mensuram, sicut infinitum omnium finem. Es igitur Domine, quia infinitus, sine principio & fine: es principium sine principio, & finis sine fine: es principium sine fine, & finis sine principio, & ita principium quòd finis, & ita finis, quòd principium, & neque principium, neque finis, sed suprà principium & finem, ipsa absoluta infinitas, semper benedicta.

Quomodo Deus omnia complicat, sine alteritate. Caput XIIII.

VIdeo Domine ex infinitate misericordiæ tuæ, te infinitatem omnia ambientem. Nõ est igitur extrà te quicquàm, omnia autem in te, non sunt aliud à te. Doces me Domine, quomodo alteritas, quæ in te non est, etiam in se non est, nec esse potest, nec facit alteritas, quæ in te non est, unam creaturam esse alteram ab alia, quamuis una non sit alia, cœlum autem non est terra, licet uerum sit, cœlum esse cœlum, & terram esse terram. Si igitur quæsiero alteritatem, quæ nec; in te est, nec; extrà te est, ubi reperiam: & si non est, quomodo terra est alia creatura, quã cœlum: nam sine alteritate non potest hoc concipi Sed loqueris in me Domine, & dicis, alteritatis non esse positiuum principium, & ita non est: nam quomodo alteritas esset sine principio, nisi ipsa esset principium & infinitas. Non est autem principium essendi, alteritas: alteritas enim dicitur, à non esse, quòd enim unũ non est aliud, hinc dicitur alterum. Alteritas igitur, non potest esse principium essendi, quia dicitur à nõ esse, nec; habet principium essendi, cum sit à non esse. Non est igitur alteritas aliquid: sed quòd cœlum non est terra, est, quia cœlum, non est infinitas ipsa, quæ omne esse ambit. Vnde quia infinitas, est infinitas absoluta, inde euenit, unum non posse esse aliud: Sicut esse Socratis, ambit omne esse Socraticũ, in q̃ simplici esse Socratico, nulla

nulla est alteritas seu diuersitas: nam omniũ quæ sunt in Socrate, est esse Socratis, unitas individualis, ita quòd in eo unico esse, complicatur omniũ quæ in Socrate sunt esse, in ipsa scilicet individuali simplicitate, ubi nihil reperiatur alterum seu diuersum. Sed in illo esse unico, omnia quæ esse habent Socraticũ, sunt & explicantur, & extrà illud nec sũt, nec esse possũt: licet cũ hoc, in eo esse simplicissimo, oculus nõ sit auris, & caput nõ sit cor, & uisus non sit auditus, & sensus non sit ratio. Nec; hoc euenit, ex aliquo principio alteritatis, sed posito simplicissimo esse Socratico, euenit caput non esse pedes, quia caput, non est ipsum simplicissimum esse Socraticũ. Hinc esse eius, non ambit omne esse Socraticum. Et ita uideo (te Domine illustrante) quod quia esse simplex Socraticum, est incõmunicale penitùs & incontrahibile, ad esse cuiuscunq; mẽbri: inde esse unius membri, nõ est esse alterius, sed esse illud simplex Socraticum, est esse omnium membrorum Socratis, in quo omnis essendi uarietas & alteritas, quę mẽbris euẽit, est simplex unitas: sicut pluralitas formarũ, partiũ, in forma totiꝰ, est unitas. Sic se habet aliquo pacto Deus, tuũ esse, quod est infinitas absolutè, ad omnia ea quæ sunt. Sed absolutè dico: ut absoluta essendi forma, omniũ formarum contractarũ. Vnde manus Socratis, quãdo separatur à Socrate, licet post abscisionem, non sit amplius manus Socratis, manet tamen adhuc in aliquo esse cadaueris. Hoc ex eo est, quia forma Socratis, quæ dat esse, non dat simpliciter esse, sed esse cõtractum, scilicet Socraticum: à quo esse manus, est separabilis, & quod nihilominus sub alia forma maneat, sed si semel separaretur manus, ab esse incõtracto penitùs, quod est infinitũ & absolutũ, totaliter desineret esse: quia ab omni esse, esset separata. Gratias tibi ago Domine Deus meus, qui te mihi, quãtum capere possum, largiter ostẽdis, quomodo tu es ipsa infinitas, esse omnium cõplicans simplicissima uirtute: quæ non esset infinita, nisi infinitè unita. Virtus enim unita, fortior. Quæ igitur uirtus ita unita est, quod magis uniri nequit, est infinita & omnipotens. Tu es Deus omnipotens, quia absoluta simplicitas, quæ est infinitas absoluta.

Quomodo actualis infinitas, est unitas, in qua figura est ueritas. Cap. XV.

SVstine adhuc seruulum, utiq; insipientem, nisi quantum concesseris: ut loquatur ad te, Deum suum. Video in hac picta facie, figuram infinitatis: nam uisus est interminatus ad obiectum, uel locum, & ita infinitus. Non enim plus est conuersus ad unum, quàm alium, qui intuetur eam. Et quàmuis uisus eius sit in se infinitus, uidetur tamen, per quemlibet respicientem, terminari; quia ita quemlibet respicit determinatè, qui intuetur eam, quasi solum eum & nihil aliud. Videris igitur mihi Domine, quasi posse esse absoluũ & infinitũ, formabile & terminabile, per omnem formã. Dicimus enim potentiã materiæ formabilẽ, esse infinitam, quia nunq; penitùs finietur. Sed respondes in me lux infinita, absolutã potentiã, esse ipsam infinitatem, quæ ultrà murum est coincidentiæ, ubi posse fieri, coincidit cum posse facere, ubi potentia, coincidit cum actu. Materia (etsi sit in potentia, ad infinitas formas) non tamen actu illas habere potest, sed per unam terminatur potentia, qua sublata, terminatur per aliam. Si igitur posse esse, materiæ coincideret cum actu, ipsa esset sic potentia, quòd actus, & sicut fuit in potentia ad infinitas formas, ita actu esset infinities formata. Infinitas autem actu, est sine alteritate, & non potest esse infinitas, quin sit unitas. Non possunt igitur esse infinitæ formæ actu, sed actualis infinitas, est unitas. Tu igitur Deus, qui es ipsa infinitas, es ipse unus Deus, in quo uideo omne posse esse, esse actu. Nam absolutum posse, ab omni potentia contracta ad materiam, seu quancunq; passiuam potentiam, est absolutum esse, quicquid enim est in infinito esse, est ipsum esse infinitum simplicissimum, ita posse esse, omnia in infinito esse, est ipsum infinitum esse. Similiter & actu esse, omnia in infinito, est ipsum infinitum esse. Quare posse esse absolutum, & actu esse absolutum, in te Deo meo, non sunt nisi tu Deus meus infinitus, omne posse esse, tu es Deus meus. Posse esse materiæ, est materiale, & ita contractum, & non absolutum, sic & posse esse, sensibile uel rationale contractum est, sed penitus incontractum posse, cum absoluto

http://www.obrascatolicas.com

ſimpliciter,hoc eſt infinito,coincidit. Quãdo igitur tu Deus meus occurris mihi,qua ſi materia formabilis, quia recipis formam cuiuſsibet te intuentis:tunc me eleuas, ut uideam,quomodo intuens te, non dat tibi formam, ſed in te intuetur ſe, quia à te recipit,id quod eſt. Et ita id quod uideris ab intuente recipere,hoc donas,quaſi ſis ſpeculum æternitatis uiuum, quod eſt forma formarum,in quod ſpeculum, dum quis reſpicit,uidet formam ſuam,in forma formarũ,quæ eſt ſpeculũ,& iudicat formã, quam uidet in ſpeculo illo,eſſe figuram formæ ſuæ, quia ſic eſt in ſpeculo materiali polito, licet contrarium illius ſit uerum: quia quod uidet,in illo æternitatis ſpeculo,non eſt figura,ſed ueritas,cuius ipſe uidens eſt figura. Figura igitur in te Deus meus, eſt ueritas,& exemplar,omnium & ſingulorum quæ ſunt, aut eſſe poſſunt. O Deus, qui es omni mente admirandus, uideris aliquando, quaſi ſis umbra,qui es lux. Nam dum uideo, quomodo ad mutationem meam, uidetur uiſus iconæ tuæ mutatus,& facies tua uidetur mutata,quia mutatus occurris mihi,quaſi ſis umbra,quæ ſequitur mutationem ambulantis:ſed quia ego ſum uiua umbra,& tu ueritas, iudico ex mutatione umbræ,ueritatem mutatam. Es igitur Deus meus ſic umbra,quod ueritas,ſic es imago mea,& cuiuſsibet,quod exẽplar. Domine Deus, illuſtrator cordium, facies mea, uera eſt facies, quia tu mihi eam dediſti, qui es ueritas. Eſt & facies mea imago,quia non eſt ipſa ueritas, ſed ueritatis abſolutæ imago. Complico igitur in conceptu meo, ueritatem & imaginem faciei meæ, & uideo in ea coincidere imaginem cum ueritate facialiter:ita quod quantũ imago,in tantum uera. Et tunc oſtendis mihi Domine, quomodo ad mutationem faciei meæ, facies tua eſt pariter mutata, & immutata:mutata quia nõ deſerit ueritatẽ faciei meæ,immutata:quia non ſequitur mutationẽ imaginis. Vnde ſicut facies tua, nõ deſerit faciei meæ ueritatem:ſic etiam nõ ſequitur mutationem,alterabilis imaginis:abſoluta enim ueritas,eſt inalterabilitas,ueritas faciei meę, eſt mutabilis,quia ſic ueritas quod imago,tua autẽ immutabilis,quia ſic imago, quod ueritas. Veritatem faciei meæ,abſoluta ueritas deſerere non poteſt. Si enim deſereret eam,abſoluta ueritas,nõ poſſet ſubſiſtere ipſa facies mea, quæ eſt ueritas mutabilis. Sic uideris tu Deus, propter bonitatem tuam infinitam, mutabilis: quia non deſeris creaturas mutabiles:ſed quia es abſoluta bonitas, non es mutabilis, quia non ſequeris mutabilitatem. O altitudo profundiſsima Deus, qui non deſeris, & ſimul non ſequeris creaturas. O inexplicabilis pietas, offers te intuẽti te, quaſi recipias ab eo eſſe, & conformas te ei, ut eo plus te diligat, quo appares magis ſimilis ei:non enim poſſumus odiſſe noſipſos Hinc diligimus id quod eſſe noſtrum participat & comitatur,& ſimilitudinem noſtram amplectimur, quia repræſentamur nos in imagine,in qua noſipſos amamus. Oſtendis te Deus quaſi creaturã noſtram,ex infinitæ bonitatis tuæ humilitate,ut ſic nos trahas ad te. Trahis enim nos ad te, omni poſsibili trahendi modo,quo libera rationalis creatura trahi poteſt. Et coincidit in te Deus, creari cũ creare:ſimilitudo enim, quæ uidetur creari à me: eſt ueritas,quæ creat me, ut ſic ſaltem capiam,quantum tibi aſtringi debeam,cum in te amari coincidat cum amare. Si enim ego me in te, ſimilitudine mea diligere debeo,& tunc maximè ad hoc conſtringor, quando uideo te, me diligere ut creaturam & imaginem tuam: quomodo pater poteſt non diligere filium, qui ſic eſt filius, quod pater? & ſi multum eſt diligibilis, qui eſt æſtimatione filius, & cognitione pater: nonne tu maximè, qui æſtimatione excedis filium, & cognitione patrem:tu Deus uoluiſti, filialem dilectionem in æſtimationeconſtitui,& uis ſimilior filio æſtimari, & intimior patre cognoſci:quia es amor, complicans tam filialem, quàm paternalem dilectionem. Sis ergo tu, qui es dulciſsimus,amor meus,Deus meus,in ęternum benedictus.

Quod niſi Deus eſſet infinitus,non eſſet finis deſiderij. Cap. XVI.

NOn ceſſat ignis ab ardore,neq; amor deſiderij,qui fertur ad te Deus, qui es forma omnis deſiderabilis,& ueritas illa, quæ in omni deſiderio deſideratur. Vnde quia cœpi ex tuo mellifluo dono,deguſtare, incomprę henſibilem

lem ſuauitatem tuam, quæ tantò mihi fit gratior, quantò infinitior apparet: uideo, quod ob hoc tu Deus,es omnibus creaturis incognitus,ut habeãt in hac ſacratiſsima ignorantia,maiorem quietem,quaſi in theſauro innumerabili,& inexhauribili. Multò enim maiori gaudio, perfunditur ille,qui reperit theſaurum talem, quem ſcit penitus innumerabilem & infinitum, quàm qui reperit numerabilem,& finitum. Hinc hæc ſacratiſsima ignorantia,magnitudinis tuæ,eſt paſcẽtia intellectus mei deſiderabiliſsima, maximè quando talem reperio theſaurum,in meo agro, ita quod theſaurus ſit meus. O fons diuitiarum, uis compræhendi poſſeſsione mea, & manere incomprehenſibilis & infinitus,quia es theſaurus deliciarum,quarum nullus poteſt finem appetere:quomodo appetitus poſſet appetere,non eſſe:ſiue enim apperat eſſe, ſiue appetat non eſſe,uoluntas,ipſe appetitus quieſcere nequit,ſed fertur in infinitũ. Deſcendis Domine ut compræhendaris,& manes innumerabilis,& infinitus,& niſi maneres infinitus,non eſſes finis deſiderij. Es igitur infinitus, ut ſis finis omnis deſiderij. Deſiderium enim intellectuale,non fertur in id,quod poteſt eſſe maius,aut deſiderabilius. Omne autem citrà infinitum,poteſt eſſe maius. Finis igitur deſiderij, eſt infinitus. Tu igitur Deus,es ipſa infinitas, quam ſolum in omni deſiderio deſidero, ad cuius quidem infinitatis ſcientiam,nõ poſſum propiùs accedere, quàm quod ſcio eam eſſe infinitam. Quantò igitur te Deum meum compræhendo magis incompræhenſibilem:tantò plus attingo te, quia plus attingo finem deſiderij mei. Igitur quicquid mihi occurrit, quod te compræhenſibilem oſtendere nititur, hoc abiicio, quia ſeducit. Deſiderium meum, in quo tu reluces, me ad te ducit, quia omne quod finitum & compræhenſibile abiicit:in his enim quieſcere nequit, quia per te ducitur ad te:tu autem es principium,ſine principio,& finis,ſine fine. Ducitur igitur deſiderium per principium æternum,à quo habet,quod eſt deſiderium,ad finem ſine fine,et hic eſt infinitus. Quod igitur ego homuncio non contentarer,de te Deo meo, ſi ſcirem te compræhenſibilem,eſt,quia ducor per te ad te, incomprehenſibilem & infinitum. Video te Domine Deus meus, in raptu quodam mentali, quoniam ſi uiſus non ſatiatur uiſu, nec auris auditu, tunc minus intellectus intellectu. Non igitur id quod ſatiat intellectum, ſeu quod eſt finis eius, eſt id quod intelligit, neque id ſatiare poteſt,quod penitus non intelligit: ſed ſolum id, quod non intelligendo intelligit. Intelligibile enim quod cognoſcit, non ſatiat, nec intelligibile ſatiat, quod penitus non cognoſcit:ſed intelligibile, quod cognoſcit adeò intelligibile, quod nunquàm poſsit ad plenum intelligi, hoc ſolum ſatiare poteſt. Sicut habentem inſaturabilem famem,non ſatiat cibus breuis,quem deglutire poteſt,nec cibus qui ad eum non peruenit:ſed ſolum ille cibus, qui ad eum peruenit,& licet continuè deglutiatur, tamen nunquàm ad plenum, poteſt deglutiri: quoniam talis eſt, quod deglutiendo non imminuitur, quia infinitus.

Quod Deus,non niſi unitrinus,uideri perfectè poteſt. Cap. XVII.

OStendiſti Domine te mihi adeo amabilẽ,quod magis amabilis eſſe nequis: es enim infinitè amabilis,Deus meus. Nunquàm igitur poteris à quoquàm amari, ſicut amabilis es, niſi ab infinito amante. Niſi enim eſſet infinitè amans,non eſſes infinitè amabilis:amabilitas enim tua,quæ eſt,poſſe in infinitum amari,eſt,quia eſt poſſe in infinitum amare,à poſſe in infinitum amare,et poſſe in infinitum amari,oritur amoris nexus infinitus, ipſius infiniti amantis, & infiniti amabilis,non eſt autem multiplicabile. Tu igitur Deus meus,qui es amor, es amor amans,& amor amabilis, & amor, amoris amantis,& amabilis nexus. Video in te Deo meo,amorem amantem & amabilem. Et ex eo,quia uideo in te amorẽ amantẽ, & amorem amabilẽ,uideo utriuſq; amoris nexum,& hoc nõ aliud,quàm illud,quod uideo in abſoluta unitate tua:in qua uideo unitatem unientem, unitatem unibilem, & utriuſq; unionem. Quicquid autem in te uideo,hoc es tu Deus meus. Tu es igitur amor ille infinitus, qui ſine amante, & amabili,& utriuſq; nexu, non poteſt per me

http://www.obrascatolicas.com

naturalis & perfectus amor uideri. Quomodo enim possum cõcipere, perfectissimũ & naturalissimũ amorem, sine amante, & amabili, & unione utriusq; quod enim amor sit amans, & amabilis, & nexus utriusq; experior in contracto amore, esse de essentia perfecti amoris. Id autem, quod est de essentia, perfecti amoris contracti, non potest deesse absoluto amori, à quo habet contractus amor, quicquid perfectionis habet. Quantò autem amor simplicior, tantò perfectior. Tu autem Deus meus, es amor perfectissimus & simplicissimus. Tu igitur es ipsa essentia perfectissima, & simplicissima, & naturalissima amoris. Hinc in te amore, nõ est aliud amans, & aliud amabile, & aliud utriusq; nexus, sed idem, tu ipse Deus meus. Quia igitur in te coincidit, amabile cũ amante, & amari cum amare, tunc nexus coincidentiæ est nexus essentialis. Nihil enim in te est, quod non sit ipsa essentia tua. Illa igitur quæ occurrũt mihi tria esse, scilicet amans, amabilis, & nexus: sunt ipsa simplicissima essentia absoluta. Non sunt igitur tria, sed unum. Illa essentia tua Deus meus, quæ occurrit mihi esse simplicissima, & (ut sic dicam) unissima: non est naturalissima, & perfectissima, sine tribus prænominatis. Est igitur essentia trina, & tamẽ non sunt tria in ea, quia simplicissima. Pluralitas igitur, trium prænominatorum, est ita pluralitas, quod unitas, & unitas, est ita unitas, quod pluralitas: pluralitas trium, est pluralitas, sine numero plurali, nam pluralis numerus, non potest esse simplex unitas, quia est numerus pluralis, Nõ igitur est trium numeralis distinctio, quia illa est essentialis: numerus enim, à numero essentialiter distinguitur. Et quia unitas est trina, nõ est unitas numeri singularis: unitas enim numeri singularis, non est trina. O mirabilissimus Deus, qui neque es numeri singularis, neque numeri pluralis, sed super omnem pluralitatem & singularitatem, unitrinus & triunus. Video igitur in muro Paradisi, ubi es Deus meus, pluralitatem, coincidere cum singularitate, & te ultrà habitare perquàm remotè. Doce me Domine, quomodo possim cõcipere, id possibile, quod uideo necessarium. Occurrit enim mihi impossibilitas, quod trium pluralitas, sine quibus concipere te nequeo, perfectum & naturalem amorem, sit pluralitas sine numero. Quasi quis dicat, unum, unum, unum: dicit ter unum, non dicit tria, sed unum, & hoc unum ter, nõ potest autẽ dicere ter, sine trib. licet nõ dicat tria, nam cum dicit unum ter, replicat idem, & non numerat, numerare enim, est unum alterare, sed unum & idem, triniter replicare, est plurificare sine numero. Vnde pluralitas, quæ in te Deo meo, per me uidetur, est alteritas sine alteritate, quia est alteritas quæ identitas. Quando enim uideo, amantem non esse amabilem, & nexum esse nec amantẽ nec amabilem: non sic uideo amantem non esse amabilem, quasi amans sit unum, & amabilis aliud, sed uideo distinctionem amantis & amabilis, intrà murũ coincidentiæ, unitatis & alteritatis esse. Vnde distinctio illa, quæ est intrà murum coincidentia, ubi distinctũ & indistinctum coincidunt: præuenit omnem alteritatem & diuersitatem, quæ intelligi potest. Claudit enim murus potentiam omnis intellectus, licet oculus ultrà in Paradisum respiciat. Id autem quod uidet, nec dicere, nec intelligere potest: est enim amoreũ secretus thesaurus, & absconditus, qui inuentus manet absconditus, reperitur enim intrà murũ coincidẽtiæ, absconditi & manifesti. Sed nõ possum retrahi, à suauitate uisionis, quin adhuc aliquo modo mihi ipsi referã, reuelationẽ distinctiõis amãtis amabilis, & nexus. Nã dulcissima degustatio eius, quãtulũcũq; uidetur prægustabilis in figura. Tu eẽ sic das Domine, q̃ in te uideo amorẽ, quia uideo me amantẽ. Et quia uideo me amare, me ipsũ, uideo me amabilẽ, & naturalissimũ nexũ me esse uideo, utriusq;, ego sum amãs, ego sum amabilis, ego sum nexus. Vnus est igitur amor, sine quo nõ posset aliquod triũ esse. Ego unus sum, qui sum amãs, & ille ic̃ qui sum amabilis, & ille idẽ, qui sũ nexus exurgẽs ab amore, quo me amo: ego sum unus, & nõ sum tria. Esto igitur, quod amor meus sit essentia mea, uti in Deo meo: tunc in unitate essentiæ meæ, esset triũ prædictorũ unitas, & in trinitate triũ prædictorũ, essentiæ unitas, essentq; cuncta in mea essentia cõtractè, modo quo in te uideo ueraciter & absoluté existere. Deinde amor amãs, non esset amor amabilis, nec nexus, & hoc experior hac praxi. Nam per amorem amantem, quẽ ad rem aliam extrà me extendo, quasi ad amabile extrinsecum, essentiæ meæ: sequitur nexus, quo illi rei astringor, quantum ex me est, quæ res mihi non iungitur eo nexu, quia me forte non amat. Vnde licet eã amem, ita quod amor meus amans, se extendat super ipsam: tamen non trahit secum amor amans meus, amorem amabilem meum: non enim fio amabilis ei, de me enim non curat, licet ipsam ualdè amem, sicut filius aliquando de matre non curat: quæ ipsum tenerrimè diligit. Et ita experior amorem amantem, non esse amorem amabilẽ, nec nexum, sed distingui uideo amãtem, ab amabili & nexu. Quæ quidem distinctio, non est in essentia amoris, quia non possum amare, siue me, siue rem aliam à me, sine amore, sic amor est de essentia trium. Et sic uideo, trium prædictorum simplicissimã essentiam, licet inter se distinguantur. Expressi Domine, qualemcunq; prægustationem naturæ tuæ, in similitudine. Sed parce misericors, quia nitor, infigurabilem gustum dulcedinis tuæ, figurare. Si enim dulcedo pomi incogniti, manet omni pictura & figura infigurabilis, & omni uerbo inexpressibilis: quis sum ego miser peccator, qui nitor te inostensibilem ostendere, & te inuisibilem uisibilem figurare, & illam infinitam, & penitus inexpressibilem dulcedinem tuam, sapidam facere præsumo: quam nunquam adhuc gustare merui, & per ea quæ exprimo, eam potius paruã quàm magnam facio. Sed tanta est bonitas tua, Deus meus, quod etiam finis cæcos de lumine loqui, & eius laudes præconisare, de quo nihil sciunt nec scire possunt, nisi eis reueletur. Reuelatio autem gustum non attingit, auris fidei, non attingit dulcedinem degustabilem. Hoc autem tu Deus reuelasti mihi, quia nec auris audiuit, nec in cor hominis descendit, infinitas dulcedinis tuæ, quam præparasti diligentibus te. Reuelauit nobis hoc, Paulus magnus Apostolus tuus, qui ultrà murum coincidentię raptus est, in Paradisum, ubi solum reuelatè potes uideri, qui es fons deliciarum. Conatus sum me subiicere raptui, confisus de infinita bonitate tua, ut uiderem te inuisibilem, & uisionem reuelatam irreuelabilem. Quo autem perueni, tu scis, ego autẽ nescio, & sufficit mihi gratia tua, qua me certum reddis, te inconpræhensibilem esse, & erigis in spem firmam, quod ad fruitionem tui, te duce perueniam. *Paulus.*

Quod nisi Deus trinus esset, non esset fœlicitas. Cap. XVIII.

VTinam Domine aperirent oculos mẽtis omnes, qui eos tuo dono sunt assecuti, & mecũ uiderent, quomodo tu Deus Zelotes, quia tu amor amans, nihil odisse potes. In te enim Deo amabili, omnia amabilia complicanti, omne amabile amas, ut sic uiderent mecum, quo fœdere aut nexu, sis omnibus unitus. Diligis tu Deus, amans ita omnia, quod singula, expandis amorem tuum, ad omnes: multi autem te non diligunt, qui tibi perferunt aliud à te. Si autem amor amabilis, non esset distinctus, ab amore amante, esses omnibus adeò amabilis, quod nihil præter te amare possent, & omnes rationales spiritus, necessitarentur ad tui amorem. Sed tam nobilis es Deus meus, ut uelis in libertate esse rationalium animarum te diligere, uel non. Quapropter ad amare tuum, non sequitur, quod ameris. Tu igitur Deus meus, amoris nexu, omnibus unitus es, quia expandis amorem tuum, super omnem creaturam tuam. Sed non omnis rationalis spiritus, est unitus tibi: quia amorem suum, non in tuã amabilitatem proiecit, sed in aliud, cui unitur & nectitur. Desponsasti omnem animam rationalem, amore tuo amante, sed non omnis sponsa te sponsum amat, sed sæpissimè alium cui adhæret. Sed quomodo posset attingere, finem tuum, sponsa tua, Deus meus, anima humana? nisi tu esses diligibilis, ut sic te diligibilem diligendo, ad nexum ac unionem fœlicissimam, pertingere posset: Quis igitur negare potest, te Deum trinum, quando uidet, quod neque tu nobilis, neque naturalis & perfectus Deus esses, nec spiritus liberi arbitrij esset, nec ipse ad tui fruitionem & fœlicitatem suam, pertingere posset, si non esses trinus & unus? Nam quia es intellectus intelligens, & intellectus intelligibilis, & utriusque nexus, tunc intellectus creatus, in te Deo suo intelligibili, unionem tui & fœlicitatem assequi potest. Sic cum sis amor amabilis, potest creata uoluntas amans, in te Deo suo amabili, unionem & fœlicitatem assequi: qui enim recipit te Deum, lucem receptibilem rationalem, ad talem usque tui unionem peruenire poterit, ut sit tibi unitus, ut filius patri. Video Do-

http://www.obrascatolicas.com

mine(te illustrante)naturam rationalem, non posse unionem tui assequi, nisi quia amabilis & intelligibilis. Vnde natura humana, non est unibilis tibi Deo amanti(sic enim non es obiectum eius)sed est tibi unibilis, ut Deo suo amabili, cum amabile sit amantis obiectum. Sic pariformiter, intelligibile est obiectum intellectus: dicimus autem id ueritatem, quod obiectum. Quare tu Deus meus, quoniam es ueritas intelligibilis, tibi uniri potest intellectus creatus. Et sic uideo, humanam rationalem naturam tuæ diuinæ intelligibili & amabili, tantùm unibilem, & quòd homo te Deum receptibilem capiens, transit in nexum, qui ob sui strictitudinem, filiationis nomen sortiri potest: nexu enim filiationis, non cognoscimus strictiorem. Quod si hic nexus unionis est maximus, quo maior esse nequit, hoc euenire necesse erit, quia si tu Deus amabilis, plus diligi non potes ab homine, tunc nexus ille usq; ad perfectissimam filiationem peruenit, ut filiatio illa sit perfectio, complicans omnem possibilem filiationem, per quam omnes filij, ultimam fœlicitatem & perfectionem assequuntur. In quo altissimo filio, filiatio est ut ars in magistro, aut lux in sole. In alijs uerò, ut ars in discipulis, aut lux in stellis.

Quomodo Iesus, est unio Dei & hominis. Cap. XIX.

AGo ineffabiles gratias tibi Deo, uitæ & luci animæ meæ. Nam uideo nunc fidem, quã reuelatione Apostolorum, tenet catholica Ecclesia: quomodo scilicet, tu Deus amans, de te Deum generas amabilem, atque quod tu Deus genitus amabilis, es absolutus mediator. Per te enim, est omne id, quod est, & esse potest: tu enim Deus uolens seu amãs, in te Deo amabili, cõplicas omnia. Omne enim quod tu Deus uis aut cõcipis, est in te Deo amabili cõplicatum. Non enim esse potest quicquàm, nisi illud uelis esse. Omnia igitur, in conceptu tuo amabili, causam seu rationem habent essendi, neque est alia rerum omnium causa, nisi quia sic tibi placet, nihil placet amanti ut amanti, nisi amabile. Tu igitur Deus amabilis, es filius Dei amantis patris. In te enim est omnis cõplacentia patris. Ita omne esse creabile, cõplicatur in te Deo amabili. Tu igitur Deus amans, cum ex te sit amabilis Deus, uti filius à patre: in hoc quod es Deus pater amans, Dei amabilis filij tui, es pater omnium quæ sunt. Nã cõceptus tuus est filius, & omnia in ipso, & unio tua, & tuus cõceptus, est actus & operatio exurgẽs, in qua est omnium actus & explicatio. Sicut igitur ex te Deo amante, generatur Deus amabilis, quæ generatio est conceptio: ita procedit ex te Deo amante, & conceptu tuo amabili, à te genito, actus tuus & tuus conceptus, qui est nexus nectens, & Deus uniens te, & conceptum tuum. Quemadmodum amare, unit amantem & amabile, in amore, & hic nexus, spiritus nominatur: spiritus enim est ut motus, procedens à mouente, & mobili. Vnde motus, est explicatio conceptus mouentis. Explicantur igitur omnia, in te Deo spiritusancto, sicut concipiuntur, in te Deo filio. Video igitur, quia tu Deus sic me illustras, quomodo omnia in te Deo filio, Dei patris sunt, ut in ratione, conceptu, causa, seu exemplari. Et quomodo filius est medium omnium, quia ratio. Mediante enim ratione & sapientia, tu Deus pater omnia operaris, & spiritus seu motus, ponit conceptum rationis in effectu: sicut experimur, arcam in mente artificis poni, mediante uirtute motiua, quæ ineſt manibus, in effectu. Video deinde Deus meus, filium tuum esse medium unionis omnium, ut cuncta in te, mediante filio tuo, quiescant. Et uideo Iesum benedictum, hominis filium, filio tuo unitum altissimè, & quòd filius hominis, non potuit tibi Deo patri uniri, nisi mediante filio tuo, mediatore absoluto. Quis non altissimè rapitur, hæc attentiùs prospiciens: Aperis enim tu Deus meus mihi misero, tale occultum, ut intueat hominem non posse, te patrem intelligere, nisi in filio tuo, qui est intelligibilis & mediator, & quod te intelligere, est tibi uniri. Potest igitur homo tibi uniri, per filium tuum, qui est medium unionis, & natura humana altissimè tibi unita, in quocunque homine hoc fuerit, nõ potest plus medio uniri, quàm unita est: sine enim medio, tibi uniri nequit. Vnitur igitur medio maximè, non tamen fit mediũ. Vnde cũ uis non possit fieri medium, cum sine medio nõ possit tibi uniri, sic tamen iungitur medio absoluto, quòd

quòd inter ipsam & filium tuum, qui est medium absolutum, nihil mediare potest. Si enim aliquid mediare posset, inter naturam humanam, & medium absolutum: tunc tibi altissimè nõ uniretur. O Iesu bone, uideo in te naturam humanam altissimè iungi Deo patri, per unionem altissimam, quàm iungitur Deo filio, mediatori absoluto. Filiatio igitur humana, quia tu filius hominis, filiationi diuinæ, in te Iesu altissimè unita est, ut meritò dicaris filius Dei & hominis: quoniam in te nihil mediat, inter filium hominis, & filium Dei. In filiatione absoluta, quæ est filius Dei, omnis complicatur filiatio, cui filiatio humana tua Iesu, est supremè unita. Subsistit igitur humana filiatio tua in diuina, non solum complicitè, sed ut attractum in attrahente, & unitum in uniente, & substantiatum in substantiante. Non est igitur possibilis separatio, filij hominis, à filio Dei, in te Iesu. Nam separabilitas euenit ex hoc, quod unio potuit esse maior, ubi autem unio non potest esse maior, nihil mediare potest. Separatio igitur, non habebit ibi locum, ubi nihil mediare potest, inter unita. Vbi autem unitum non subsistit in uniente, unio non est altissima; maior namque est unito, ubi unitum subsistit in uniente, quàm ubi unitum, separatim subsistit: separatio enim, est remotio ab unione maxima. Sic uideo in te Iesu meo, quomodo filiatio humana, qua es filius hominis, subsistit, in filiatione diuina, qua es filius Dei, sicut in maxima unione, unitum in uniente. Tibi gloria Deus, in secula.

Quomodo intelligitur Iesus, copulatio diuinæ & humanæ naturæ. Cap. XX.

OStendis mihi lux indeficiens, maximam unionem, qua natura humana in Iesu meo, est tuæ naturæ diuinæ unita, non esse quouismodo, infinitæ unioni similem. Vnio enim, qua unione tu Deus pater, es unitus Deo filio tuo, est Deus spiritussanctus, & ideò est infinita unio: pertingit enim, in identitatem absoluram, & essentialem. Non sic, ubi natura humana, unitur diuinæ: nam humana natura, non potest transire, in unionem cum diuina essentialem, sicut finitum, non potest infinito infinitè uniri, transiret enim in identitatem infiniti, & sic desineret esse finitum, quando de eo uerificaretur infinitum. Quapropter, hæc unio, qua natura humana, est naturæ diuinæ unita: non est, nisi attractio naturæ humanæ, ad diuinam in altissimo gradu, ita quod natura ipsa humana, ut talis, eleuatiùs attrahi nequit. Maxima igitur est unio, eius naturę humanæ ut humanæ, ad diuinam: quia maior esse nequit, sed non est simpliciter maxima & infinita, ut est unio diuina. Video igitur ex benignitate gratiæ tuæ, in te Iesu, filio hominis, filium Dei: & in filio Dei, patrem. In te autem filio hominis, filium Dei uideo: quia ita es filius hominis, quod & filius Dei, & in natura attracta finita, uideo naturam attrahentem infinitam, uideo in filio absoluto, patrem absolutum, filius enim non potest ut filius uideri, nisi pater uideatur. Video in te Iesu filiationem diuinam, quæ est ueritas omnis filiationis, & pariter altissimam humanã filiationem, quę est propinquissima imago, absolutę filiationis. Sicut igitur imago, inter quam & exemplar, non potest mediare perfectior imago, propinquissimè subsistit in ueritate, cuius est imago: sic uideo naturam tuam humanam, in diuina natura subsistentem. Omnia igitur in natura humana tua uideo, quæ & uideo in diuina, sed humaniter illa esse uideo, in natura humana, quæ sunt ipsa diuina ueritas in natura diuina. Quæ humaniter uideo esse in te Iesu, similitudo sunt diuinæ naturæ, sed similitudo, est sine medio iuncta exemplari, ita quod magis similis necesse, nec cogitari potest. In natura humana seu rationali, uideo spiritum rationalem humanum, spiritui diuino, qui est absoluta ratio, strictissimè unitum: & sic intellectum humanum, intellectui diuino, & omnia in intellectu tuo, Iesu. Intelligis enim omnia Iesu, ut Deus, & hoc intelligere, est esse omnia. Intelligis omnia ut homo, & hoc intelligere, est esse similitudinem omnium. Non enim res intelligitur per hominnm, nisi in similitudine, lapis non est in intellectu humano, ut in causa uel ratione sua propria, sed ut in specie & similitudine. Est igitur in te Iesu unitum, intelligere humanum, ipsi intelligere diuino: sicut perfectissima imago, ueritati exemplari. Acsi in mente artificis, considerarem formam arcæ idealem, & speciem arcæ perfectissimè per magistrum ipsum, secundùm ideam factæ,

http://www.obrascatolicas.com

quomodo tunc forma idealis, eſt ueritas ſpeciei, & unita ei ut ueritas imagini, in uno magiſtro: ita in te Ieſu, magiſtro magiſtrorum, uideo abſolutam ideam, rerum omnium, pariter & ſpeciem ſimilitudinariam earundem, altiſsimè uniri. Video Ieſu bone, te intrà murum Paradiſi: quoniam intellectus tuus, eſt ueritas pariter & imago, & tu es Deus, pariter & creatura: infinitus pariter & finitus. Et non eſt poſsibile, quod citrà murum uideariſ: es enim copulatio, diuinæ creantis natura, & humanæ creatæ naturæ. Hoc autem inter tuum humanum intellectum, & alterius cuiuslibet hominis, intereſſe uideo, quod nemo hominum ſcit omnia, quæ per hominem ſciri poſſunt: quia nullius hominis intellectus, eſt ita coniunctus exemplari rerum omnium, ut ſimilitudo ueritati, quin poſſit propinquiùs coniungi, & magis in actu conſtitui, & ideò non tot intelligit, quin plura intelligere poſſet, per acceſſum ad exemplar rerum, à quo habet actualitatem, omne actu exiſtens. Tuus autem intellectus, actu omnia per hominẽ intelligibilia intelligit: quia in te natura humana, eſt perfectiſſima, & exẽplariſuo coniunctiſsima. Ob quã quidẽ unionẽ, intellectus tuus humanus, omnẽ creatum excedit intellectum, in perfectione intelligendi. Omnes igitur rationales ſpiritus, longè ſunt infrà te, quorum omnium, tu Ieſu magiſter & lux exiſtis, & tu es perfectio, & plenitudo omnium, & per te ad abſolutam ueritatem, tanquàm per mediatorem accedunt. Tu enim es uia ad ueritatem, pariter & ipſa ueritas: tu es uia ad uitam intellectus, pariter & uita ipſa: tu es odor cibi lætitiæ, pariter & guſtus lætificans. Sis igitur dulciſsime Ieſu, ſemper benedictus.

Quod ſine Ieſu, non ſit poſsibilis fœlicitas. Cap. XXI.

IEſu finis uniuerſi, in quo quieſcit, tanquàm in ultimo perfectionis, omnis creatura: tu es omnibus huius mundi ſapientibus penitus ignotus, quia de te contradictoria ueriſsima affirmamus, cum ſis creator pariter & creatura, attrahens pariter & attractum, finitum pariter & infinitum. Stultitiam aſſerunt, id credere poſsibile. Fugiunt igitur nomen tuum, & lucem tuam, qua nos illuminaſti, non capiunt: ſed cum ſe putent ſapientes, ſtulti, & ignorantes, & cæci manet in æternum. Si autem crederent, quod tu es Chriſtus, Deus & homo, & uerba Euangelij, ut tanti magiſtri reciperent, & tractarent: clariſsimè tandẽ conſpicerent, omnia in comparatione illius lucis, in ſimplicitate uerborũ tuorũ ibi occultatæ, penitus eſſe denſiſsimas tenebras, et ignorantiam. Soli igitur paruuli creduli, hanc conſequuntur gratioſiſsimã & uiuificam reuelationem. Eſt enim in tuo ſacratiſsimo Euangelio, qui cibus eſt cœleſtis, uti manna, omnis dulcedo deſiderij abſcondita, quæ non poteſt deguſtari, niſi per credentem & manducantem. Si quis enim credit & accipit, experitur ueriſsimè, quia tu cœlo deſcẽdiſti, & ſolus es magiſter ueritatis. O Ieſu bone, tu es arbor uitæ, in Paradiſo deliciarũ: nemo eñ poterit cibari, uita deſiderabili, niſi ex fructu tuo. Es cib. prohibitus Ieſu, omnib. filijs Adæ, q̃ de Paradeiſo expulſi, in terra, in qua laborãt, quærũt unde uiuãt. Oportet igitur omnẽ hominẽ exuere, ueterẽ præſũptionis hominẽ, & induere, nouũ humilitatis hominem, qui ſecundũ te eſt, ſi intrà Paradiſum deliciarũ, uitæ cibũ ſperat deguſtare. Vna eſt natura, noui & ueteris Adam, ſed eſt in ueteri Adam animalis, in te nouo Adam ſpiritualis: quia in te Ieſu, eſt unita Deo, qui ſpiritus eſt. Oportet igitur omnem hominem, ſicut per communem naturam humanam ſui ipſius & tui, ita & in uno ſpiritu tibi Ieſu uniri: ut ſic in ſua natura, tibi Ieſu communi accedere poſsit, ad Deum patrem, qui eſt in Paradiſo. Videre igitur Deum patrem, & te Ieſum filium eius: eſt eſſe in Paradiſo, & gloria ſempiterna: quia extra Paradiſum conſtitutus, non poteſt talem habere uiſionem, cum nec Deus pater, nec tu Ieſu, ſis extrà Paradiſum reperibilis. Omnis igitur homo, fœlicitatem aſſecutus eſt, qui tibi Ieſu ut membrum capiti, unitus eſt. Nemo poteſt uenire ad patrem, niſi per patrem attractus. Tuam Ieſu humanitatem, per filium ſuum, pater attraxit, & per te Ieſu, omnes attrahit pater homines. Sicut igitur humanitas tua Ieſu, eſt filio Dei patris unita, tanquàm medio, per quod pater ipſam attraxit: ita cuiuslibet hominis humanitas, tibi Ieſu, tanquàm unico medio per quod pater omnes

omnes attrahit homines, eſt unita. Es igitur Ieſu, ſine quo impoſsibile eſt, quenquàm fœlicitatẽ aſſequi. Es Ieſu reuelatio patris. Nam pater eſt omnibus inuiſibilis; & tibi filio ſuo, ſolùm uiſibilis, & illi poſt te, qui per te & tuam reuelationem, ipſum uidere merebitur. Tu es igitur uniens omnem fœlicem, & omnis fœlix in te ſubſiſtit, ſicut unitum in uniente. Nullus ſapientum huius mundi, fœlicitatem ueram capere poteſt, quando te ignorat. Nemo fœlix uidere poteſt patrem, niſi tecũ Ieſu, intrà Paradiſum. De fœlice uerificantur contradictoria, ſicut de te Ieſu, cum tibi in rationali, naturali, & uno ſpiritu ſit unitus. Subſiſtit enim omnis ſpiritus fœlix in tuo, ſicut uiuificatus in uiuificante. Videt omnis ſpiritus fœlix, inuiſibilem Deum, & unitur in te Ieſu, inacceſsibili & immortali Deo. Et ſic finitum, in te unitur infinito & inuiſibili, & capitur incompræhenſibilis, fruitione æterna, quæ eſt fœlicitas iocundiſsima, nunquàm conſũptibilis. Miſerere Ieſu, miſerere, & da mihi reuelatè uidere te, & ſalua facta eſt anima mea.

Quomodo Ieſus uideat, & operatus ſit. Cap. XXII.

NOn poteſt oculus mentis ſatiari, uidendo te Ieſu, quia tu es complemẽtum omnis mentalis pulchritudinis, & in hac icona coniicio, mirabilem ualdè ac ſtupidum uiſum tuũ, Ieſu ſuperbenedicte. Nam tu Ieſu, dum in hoc ſenſibili mundo ambulares, carneis nobis ſimilibus oculis utebaris. Cũ illis enim, non ſecus quàm nos homines, unum & unum uidebas, erat enim in oculis tuis ſpiritus quidam, qui erat organi forma, quaſi ſenſibilis anima, in corpore animalis. In eo ſpiritu, erat uis nobilis diſcretiua, per quam uidebas Domine diſtinctè hoc coloratum ſic, & aliud aliter. Atque adhuc altiùs, ex figuris faciei & oculorũ, hominũ quos uidebas, uerus eras iudex paſsionum animæ, iræ, lætitiæ, & triſtitiæ. Atque adhuc ſubtiliùs, ex paucis ſignis, cõprehendebas id, quod in hominis mente latebat (nihil enim in mente concipitur, quod non in facie, & maximè in oculis, aliquo modo ſignetur, cum ſit cordis nuncius) multò enim in his omnibus indicijs, uerius attingebas interiora animæ, quàm quiſq; creatus ſpiritus. Ex uno enim aliquo, licet paruo ualdè ſigno, totum uidebas hominis conceptum, uti intelligentes ex paucis uerbis, omnem longum peruident explicandum ſermonem præconceptum, & benè docti, dum paruo tempore iniiciunt oculos in librum, totum, acſi legiſſent, recitant ſcriptoris intentum. Excellebas Ieſu in hoc uiſionis genere, omnes omnium hominum præteritorũ, præſentium, & futurorum perfectiones, uelocitates, & acuties, & hæc uiſio humana erat, quæ ſine carnali oculo non perficiebatur. Fuit tamen ſtupenda & admirabilis. Nã ſi homines reperiuntur, qui longa & ſubtili diſcuſsiõe, mentẽ ſcribentis, ſub tunc nouiter fictis, & characteribus, & inuiſis ſignis, legunt: tu Ieſu ſub omni ſigno & figura, omnia uidebas. Si aliquando homo repertus legitur, qui cogitationem interrogantis eum, uidit ex quibuſcunq; oculi ſignis, etiam ſi metrum aliquod mente cantabat, melius omnibus tu Ieſu, ex omni nutu oculorum, omnem conceptum depræhendebas. Vidi ego mulierem ſurdam, quę ex motu labiorum filiæ, quem uidit, omnia ac ſi audiuiſſet intellexit. Si hoc ex conſuetudine longa, ſic eſt poſsibile in ſurdis, & mutis, & religioſis, qui per ſigna ſibi loquuntur: perfectiùs tu Ieſu, qui omne ſcibile actu ſciebas, quaſi magiſter magiſtrorum, in minimis & nobis inuiſibilibus nutibus & ſignis, uerum de corde & eius conceptu, faciebas iudicium. Sed erat huic tuæ humanæ perfectiſsimæ, licet finitæ uiſioni, ad organum contractæ, abſoluta & infinita uiſio unita: per quam quidem uiſionem, omnia pariter & ſingula, ut Deus uidebas, tàm abſentia quàm preſentia, tàm preterita quàm futura. Videbas igitur Ieſu, oculo humano accidentia uiſibilia: ſed uiſu diuino abſoluto, rerum ſubſtantiam. Nemo unquàm in carne conſtitutus, præter te Ieſu, ſubſtantiam uidit, aut rerum quidditatem. Tu ſolus animam & ſpiritum, & quicquid in homine erat, uidiſti ueriſsimè. Nam ſicut uis intellectiua in homine, unita eſt uirtuti animali uiſiuæ, ut homo non ſolum uideat, ut animal, ſed etiam diſcernat & iudicet, ut homo: ita uiſus abſolutus, unitus eſt in te Ieſu, uirtuti humanæ intellectuali, quæ eſt diſcretio in uiſu animali. Vis uiſiua animalis in homine, non in ſe, ſed in anima rationali, tanquàm in forma

http://www.obrascatolicas.com

forma totius, subsistit: sic uis uisiua intellectualis, non in se, in te Iesu, sed in uirtute uisiua, absoluta, subsistit. O admirabilis uisus tuus, Iesu dulcissime. Experimur aliquoties, quomodo prætereuntẽ oculo deprehendimus, sed quia non fuimus intenti, ut discerneremus quis esset, nescimus indicare interroganti, nomẽ noti prætereuntis, licet sciamus aliquem præteriisse. Videmus igitur illum animaliter, sed non uidimus humaniter, quia uim discretiuam non applicauimus. Ex quo comperimus, naturas uirium, & si sint unitæ in una forma hominis, manent tamen distinctæ, & distinctas habent operationes. Sic in te uno Iesu, uideo simili quodam modo, humanam intellectualem naturam, diuinæ naturæ unitam, & quod pariformiter, ut homo operatus es plurima, atque ut Deus mirabilia multa, suprà hominem. Video Iesu piissime, intellectualem naturam, esse in respectu sensibilis absolutam, & nequaquàm uti sensibilis est, finitam, & ad organum alligatã, quẽadmodum uis uisiua sensibilis, est oculo alligata: sed improportionabiliter absolutior est, uis diuina, suprà intellectualẽ. Nã intellectus humanus, ut ponatur in actu, opus habet phantasmatibus, & phantasmata, sine sensibus haberi nequeunt, & sensus, sine corpore non subsistunt, ob hoc uis humani intellectus est contracta, & parua, indigens prænarratis. Diuinus uerò intellectus est ipsa necessitas, non dependens, nec indigens aliquo, sed omnia eo indigẽt, sine quo non possunt esse. Attentiùs considero, quomodo alia est uis discursiua, quæ ratiocinando discurrit & quærit: alia quæ iudicat, & intelligit. Videmus enim canem discurrere, & quærere dominum suum, & discernere illum, & audire uocationẽ eius. Hic quidem discursus, est in natura animalitatis, in gradu specificæ perfectionis caninæ. Adhuc alia reperiuntur animalia, lucidioris discursus, secundùm perfectiorem speciem, & hic discursus in homine, proximè accedit ad uirtutẽ intellectualem, ut sit supremitas perfectionis sensibilis, multos gradus perfectiõis, & innumerabiles, sub intellectuali continens, prout species animalium, nobis patefaciunt. Nulla enim species est: quæ gradum perfectionis proprium sibi non sortiatur. Est etiam quisq; graduum latitudinem habens, intrà quam uidemus in diuidua speciei, uariè speciem participare. Intellectualis uerò natura, pariformiter sub diuina, gradus habet innumerabiles. Vnde sicut intellectuali, complicantur omnes gradus, sensibilis perfectionis: sic in diuina, omnes gradus, intellectualis perfectionis, sic & sensibilis, & omnium. Ita in te Iesu meo, uideo perfectionem omnem. Nã cum sis homo perfectissimus, in te uideo intellectum, uirtuti rationali seu discursiuæ, quæ est supremitas sensitiuæ, uniri. Et sic uideo, intellectũ in ratione, quasi in loco suo, ut locatũ in loco, quasi candelam in camera, quæ illuminat cameram, & omnes parietes, & totum ædificiũ, secundùm tamen gradus distantiæ, plus & minus. Video deinde, intellectui in sua supmitate uniri, diuinũ uerbũ, atq; intellectũ ipsum, locũ esse, ubi uerbũ capitur: uti in nobis experimur, intellectũ locũ esse, ubi uerbũ magistri capitur, quasi lux Solis, iungatur cãdelæ prælibatæ. Illuminat enim uerbũ Dei, intellectum: sicut lumẽ Solis, hunc mũdũ. In te igitur Iesu meo, uideo uitã sensibilem, illuminatam lumine intellectuali, uitam intellectualẽ, lumen illuminans, atq; illuminatum, & uitam diuinam illuminantem tantum. Nam & fontem luminis, in lumine illo intellectuali uideo: uerbũ scilicet Dei quod est ueritas, illuminans omnem intellectum. Tu igitur solus altissimus omnium creaturarum, quia ita creatura, quod & creator benedictus.

Quomodo Iesus mortuus fuit, unione cum uita manente. Cap. XXIII.

O Iesu, mentis sapidissimus cibus, quãdo intrà Paradisi murũ te intueor, admirabilis mihi occurris. Verbum enim Dei es, humanatũ, & homo es, deificatus. Non es tamen quasi cõpositus, ex Deo & homine. Inter cõponentia proportio est necessaria, sine qua nõ potest esse cõpositio: finiti ad infinitum, nulla est proportio. Neq; es coincidẽtia creaturæ & creatoris, modo, quo coincidẽtia facit unum, esse aliud. Nam natura humana, non est diuina, aut econuersò. Diuina enim natura, nõ est mutabilis, aut alterabilis in aliam naturã, cum sit ipsa æternitas, neq; natura quæcunq;, propter unionẽ ad diuinã, transit in aliã naturã: sicut cum imago

imago, unitur suæ ueritati. Ipsa enim non potest dici tunc alterari, sed potius recedere ab alteritate: quia unitur ueritati suæ propriæ, quæ est ipsa inalterabilitas. Neque enim Iesu dulcissime, dici potes media natura, inter diuinam & humanam, cum inter illas, non possit poni quædam media natura, participans utranq;: natura enim diuina, non est participabilis, quia penitus absolutè simplicissima. Nec tunc tu Iesu benedicte, esses uel Deus, uel homo. Sed uideo te Domine Iesu, super omnem intellectum unũ suppositum, quia unus Christus es, modo quo uideo, unã tuam humanã animã, in qua uti in cuiuslibet hominis anima, uideo corruptibilẽ sensibilẽ fuisse naturam, & in intellectuali incorruptibili natura, subsistere. Neq; anima illa composita fuit, ex corruptibili & incorruptibili, neq; coincidit sensibilis cum intellectuali, uideo autẽ animam intellectualem, uniri corpori, per uirtutem sensibilem, uiuificantem corpus. Et quando anima intellectiua, cessaret in uiuificatione corporis, sine eo quod à corpore separaretur: tunc homo ille mortuus esset, quia uita cessaret. Nec tamen à uita, esset corpus separatum, cum intellectus sit uita eius: sicut cum homo, qui intentè inquisiuit medio uisus, discernere uententem, & tamẽ eo alijs considerationibus rapto, cessat postea attentio, circa illam inquisitionem, oculis nõ minus in ipsum coniectis, tunc non separatur oculus ab anima, licet ab attentione discretiua animæ, separatus existat. Quod si raptus ille, non solum cessaret à uiuificatione discretiua, sed etiam à uiuificatione sensitiua, oculus ille mortuus esset, quia non uiuificaretur. Nec tamen propterea esset, à forma intellectiua separatus, quæ est forma dans esse, sicut manus arida, manet unita formæ, quæ unit corpus totum. Reperiuntur homines, qui sciunt retrahere spiritum uiuificantem, & apparẽt mortui, & non sentientes: ut beatus Augustinus recitat. Eo enim casu, intellectualis natura, unita maneret corpori, quod quidem corpus non esset sub alia forma, quàm prius: imò haberet eandem formam, & maneret idem corpus, neq; uis uiuificandi desineret esse, sed maneret in unione, cum intellectuali natura, licet actu non extenderet se in corpus. Video hominem illum uera citer mortuum, quia caret uita uiuificante (mors enim, est carentia uiuificantis) & tamen non esset corpus illud mortuum, à uita sua, quæ est anima eius, separatum. Eo modo Iesu clementissimè, intueor absolutam uitam, quæ Deus est, humano intellectui tuo, & per illũ corpori tuo inseparabiliter unitam. Nam unio illa talis est, quòd maior esse nequit. Separabilis igitur unio, multò inferior est unione, quæ maior esse nequit. Nunquàm igitur fuit uerum, neque erit unquàm, diuinam naturam ab humana tua separatam. Ita nec ab anima, nec à corpore, quę sunt, sine quibus natura humana non potest esse. Quamuis uerissimum sit, animam tuam desijsse corpus uiuificare, & te ueraciter mortem subijsse: & tamen nunquàm à ueritate uitæ separatum. Si sacerdos ille, de quo meminit Augustinus, qualemcunque habuit potestatem, tollere uiuificationem de corpore, attrahendo eam in animam, quasi candela, cameram illuminãs, esset uiua, & attraheret radios (per quos cameram illuminauit) ad centrum lucis suæ, sine eo quod separetur à camera, & hoc attrahere, non est nisi desinere influere: quid mirum, si tu Iesu potestatem habuisti, cum sis lux uiua liberrima, uiuificantem animam ponendi, & tollendi? & quando tollere uoluisti, passus es mortem, & quando resumere uoluisti, propria uirtute resurrexisti. Dicitur autem intellectualis natura, humana anima, quando uiuificat seu animat corpus. Et dicitur anima tolli, quando cessat intellectus humanus, uiuificare. Quando enim intellectus, ab officio uiuificandi cessat, & quo ad hoc se separat à corpore, propterea simpliciter non est separatus. Hæc inspiras Iesu, ut te mihi indignissimo, quantum capere possum ostendas, & in te contẽpler, humanã naturã mortalẽ, induisse immortalitatẽ, ut omnes homines, eiusdẽ humanæ naturæ, in te resurrectionẽ, & diuinã uitã, assequi possint. Quid igitẽ dulcius, quid iocũdius, q̃ hoc cognoscere: quoniã in te Iesu, omnia in nostra natura reperimꝰ, q̃ solus omnia potes, & das liberalissimè, et nõ improperas, O pietas & misericordia inexpressibilis, tu Deꝰ, q̃ es ipsa bonitas, non potuisti satisfacere, infinitę clemẽtię et largitati tuæ, nisi te nobis donares. Nec hoc cõueniẽtiùs, nobis recipientib. possibiliùs fieri potuit, q̃ p̃ nostram assumeres naturã, qui tuã accedere non potuimus. Ita uenisti ad nos, & nominaris Iesus, saluator semper Benedictus.

Augustinus

Sacerdos

Quomo-

http://www.obrascatolicas.com

Quomodo Iesus sit uerbum uitæ. Cap. XXIIII.

CONtẽplor tuo dono, utiq; optimo atque maximo, te Iesum meũ, prædicantẽ uerba uitæ, & largiter diuinũ semen, in corda audientiũ seminantem: & uideo eos abire, qui non perceperunt ea, quæ spiritus sunt. Sed manentes uideo discipulos, qui iam gustare cœperunt, dulcedinem doctrinæ, animã uiuificantis. Pro quib. omnib. princeps ille, atq; summus omniũ Apostolorum Petrus, confessus est, quomodo tu Iesu haberes uerba uitæ, & uitam quærentes, admiratus est, à te abire. Paulus à te Iesu, uerba uitæ, in raptu audiuit, & tunc neq; persecutio, neq; gladius, neq; fames corporis, eum à te separare potuit. Nemo omniũ unquàm te desrere potuit, q uerba uitæ gustauit. Quis potest ursum separare à melle, postquàm dulcedinẽ eius degustauit? Quãta est dulcedo ueritatis quam uitã præstat delectabilissimam, ultrà omnem corporalem dulcedinem, absoluta enim ducedo est, unde manat omne, quod omni gustu appetitur. Quid fortius amore, ex quo omne amabile habet, quod ametur: Si contracti amoris nexus, aliquando tantus est, quod timor mortis eum rumpere nequit: qualis tunc est nexus, gustati illius amoris, à quo omnis amor: nihil miror ego crudelitatem pœnarum, pro nihilo habitam, ab alijs militibus tuis Iesu, quibus, te uitam prægustabilem præbuisti. O Iesu amor meus, seminasti semen uitæ, in agro credentium, & testimonio sanguinis irrigasti, morte corporali ostendisti, ueritatem esse uitam spiritus rationalis, creuit semen in terra bona, & fecit fructum. Ostendis mihi Domine, quomodo anima mea, est spiraculum uitæ, quò ad corpus, in quod uitam spirat et influit, et non est uita, quò ad te Deum, sed quasi potẽtia ad uitam. Et quia non potes non concedere, quæ petuntur, si attentissima fide petantur: influis mihi in puero esse animam, quæ habet uim uegetatiuam in actu: crescit enim puer, habet & uim sensitiuam in actu, sentit enim puer, habet & uim imaginatiuam, sed nondum in actu, habet & uim ratiocinatiuam, cuius actus est adhuc distantior, habet & uim intellectiuam, sed in remotiori potentia. Ita animam unam experimur, quò ad potentias inferiores, esse in actu prius, & postea quo ad superiores, ut prius sit animalis homo, quàm spiritualis. Sic experimur, uim quandam mineralem, quæ & spiritus dici potest, in uisceribus terræ esse, & illũ in potẽtia esse, ut fiat minera lapidis, aut in potentia esse, ut fiat minera salis, et aliũ, ut fiat minera metalli, & uarios esse tales spiritus, secundũ uarietatẽ lapidum, saliũ, & metallorum. Vnũ tamen esse spiritũ mineræ auri, q; ex influẽtia Solari seu cœli, cõtinuẽ plus & plus depuratus, tandem figitur in aurũ tale, quod non est per aliquod elementũ, corruptibile. Et in eo, plurimum cœlestis incorruptibilis lucis resplendet: multũ enim corporali luci Solis assimilatur, sic quidẽ de spiritu uegetabili, & sensibili, experimur. Nã spiritus sensibilis in homine, multũ se cõformat uirtuti cœlesti motiuę, et influentiali, & sub cœli influẽtia capit successiuè augmentum, usq; quo ponatur in perfecto actu. Educitur autem de potentia corporis, ideò cessat perfectio eius, deficiente perfectione corporis à qua dependet. Est deinde spiritus intellectualis, qui in actu perfectionis, non dependet à corpore, sed uniturei, mediante uirtute sensitiua: hic spiritus, quia non dependet à corpore, non subest influentiæ corporum cœlestium, nec dependet à spiritu sensibili, sic nõ depẽdet, à uirtute motiua cœli. Sed sicut motores orbiũ cœlestiũ, subsunt primo motori: sic & hic motor, qui est intellectus. Sed quia unitus est corpori, per medium sensitiuę, tũc sine sensib. nõ perficit: omne eñ qđ ad eũ peruenit, de mũdo sensibili, p mediũ sensuũ, ad ipsũ pergit. Vnde nihil tale potest esse in intellectu, q; prius nõ fuerit in sensu. Quantò autẽ sensus fuerit purior & perfectior, & imaginatio clarior, & discursus melior; tantò intellectus, in suis intellectualib. operatiõib, min9 impeditus pspicacior existit. Pascit autẽ intellectus p uerbũ uitæ, sub cuius influẽtia cõstituit, sicut motores orbiũ, differẽter tamẽ: uti etiã spiritus, qui subsunt influẽtijs cœli, differẽter perficiunt. Et nõ perficitur, nisi p accidẽs, à sensibili spiritu: sicut imago nõ perficit, licet excitet, ad inquirendã ueritatẽ exẽplaris: uelut imago crucifixi, nõ influit deuotionem, sed excitat memoriam, ut influatur deuotio. Et quoniam nõ necessitatur p influentiam cœli, spiritus intellectualis, sed est penitus liber: tunc nisi se influentiæ uerbi

Petrus

Paulus

uerbi Dei, per fidem subijciat, nõ perficitur: sicut discipulus liber, qui sui iuris est, nisi se uerbo magistri subiiciat per fidem, non perficitur: oportet enim quod confidat, et audiat magistrum. Perficitur autem intellectus, per uerbum Dei & crescit, & fit continuè capacior & aptior, atque uerbo similior. & hęc perfectio, quæ uenit sic à uerbo à quo habuit esse, non est perfectio corruptibilis, sed est Deiformis. Sicut perfectio auri, nõ est corruptibilis, sed cœlestiformis: Oportet autem omnem intellectum per fidem, uerbo Dei se subiicere, & attentissimè internam illam summi magistri doctrinam audire, & audiendo, quid in eo loquatur Dominus, perficietur. Quapropter, tu Iesu magister unice, prædicasti, fidem esse omni accedenti ad uitæ fontem necessariam, & secundòm gradum fidei, adesse influxum uirtutis diuinæ, ostendisti. Duo tantum docuisti, Christe saluator, fidem & dilectionem. Per fidem accedit intellectus ad uerbum, per dilectionem, unitur ei, quantum accedit, tantum in uirtute augetur, & quantum diligit, tantum figitur in luce eius. Verbum autem Dei, intrà ipsum est, & nõ est opus, ut quærat extrà se, quia intùs reperiet, & accedere poterit per fidẽ. Et ut propius accedere possit, poterit precibus obtinere: nam uerbũ adaugebit fidem, per communicationem luminis sui. Tibi Iesu gratias ago, quoniam ad hoc tuo lumine perueni. In lumine enim tuo, uideo lumen uitæ meæ, quo modo tu uerbum, influis omnibus credentibus uitam, & perfectis omnes te diligentes: quæ unquàm breuior & efficacior, doctrina tua Iesu bone: non suades nisi credere, & non præcipis nisi amare. Quid faciliùs, quàm credere Deo: Quid dulciùs, quàm ipsum amare: quàm suaue est iugum tuum, & quàm leue est onus tuum, præceptor unice: Promittis, hanc doctrinam seruantibus, omne desideratum: nihil enim astruis, credenti difficile, & nihil amanti denegabile. Talia sunt promissa, quæ tuis discipulis spondes, & uerissima sunt, quia tu es Veritas, qui non nisi uera promittere potes: imò non nisi teipsum promittis, qui es perfectio omnis perfectibilis. Tibi laus tibi gloria, tibi gratiarum actio, per æterna sæcula. Amen.

Quomodo Iesus sit consummatio. Cap. XXV.

SEd quid est hoc Domine, quod immittis in spiritum hominis, quem perficis: Nonne spiritum tuum bonum, qui penitus est in actu, uirtus omniũ uirtutum, & perfectio perfectorum: quoniã ille est, qui omnia operatur. Sicut enim uis Solaris, descendens in spiritum uegetabilem, mouet ipsum ut perficiatur, & fit gratissima & naturalissima decoctione, cœlestialis caloris, fructus bonus, medio bonæ arboris: ita spiritus tuus Deus, uenit in spiritum intellectualem, boni hominis, & calore diuinæ charitatis, decoquit uirtualem potentiam, ut perficiatur, & fiat ei gratissimus fructus. Experimur Domine simplicem spiritum tuum, uirtute infinitum, capi multipliciter: capitur enim aliter in uno, ubi efficit spiritum propheticum, aliter in alio, ubi peritum efficit interpretem, & alio, ubi docet scientiam, ita in alijs aliter. Varia enim sunt dona eius, & illæ sunt perfectiones intellectualis spiritus, sicut idem calor Solaris, in uarijs arboribus, uarios perficit fructus. Video Domine, spiritum tuum, nulli spiritui deesse posse: quia spiritus est spirituũ, & motus motuum, & est repiens omnem orbem: sed disponit omnia, quæ non habent spiritum intellectualem, per naturã intellectualem, quæ mouet cœlum, & per eius motum, omnia quæ ei subsunt. Dispositionem uerò atque dispensationem, in natura intellectuali, non nisi sibi ipsi reseruauit. Desponsauit enim sibi hanc naturam, in qua elegit quiescere, tãquam in domo mãsionis, et cœlo ueritatis: nullibi eñ capi potest ueritas per se, nisi in intellectuali natura. Tu Domine, qui omnia propter temetipsum operaris, uniuersum hũc mũdum creasti, propter intellectualem naturam: quasi pictor, qui diuersos temperat colores, ut demum seipsum depingere possit, ad finem, ut habeat sui ipsius imaginẽ, in qua delicietur ac quiescat ars eius: ut cum ipse unus sit immultiplicabilis, saltẽ modo quo fieri potest, in propinquissima similitudine, multiplicetur. Multas autem figuras facit: quia uirtutis suæ infinitæ similitudo, non potest nisi in multis, perfectiori modo explicari, & sunt omnes intellectuales spiritus, cuilibet spiritui opportuni.

Nam

http://www.obrascatolicas.com

Nam niſi eſſent innumerabiles, non poſſes tu Deus infinitus, meliori modo cognoſci. Quiſq; enim intellectualis ſpiritus, uidet in te Deo meo aliquid, quod niſi aliis reuelaretur, non attingerent te Deum ſuum, meliori quo fieri poſſet modo. Reuelanti igitur ſibi mutuò, ſecreta ſua, amoris pleni ſpiritus, & augetur ex hoc cognitio amati, & deſiderium ad ipſum, & gaudij dulcedo inardeſcit. Neq; adhuc Domine Deus, ſine Ieſu filio tuo, quem præ conſortibus ſuis unxiſti, qui Chriſtus eſt: complementum operis tui perfeciſſes. In cuius intellectu, quieſcit perfectio, creabilis naturæ: nam eſt ultima, & perfectiſſima, immultiplicabilis Dei ſimilitudo, & non poteſt eſſe, niſi una ſuprema talis. Omnes autem alij ſpiritus intellectuales, ſunt, illo ſpiritu mediante, ſimilitudines, & quantò perfectiores, tantò huic ſimiliores. Et quieſcunt omnes in illo ſpiritu, ut in ultimo perfectionis, imaginis Dei, cuius imaginis, aſſecuti ſunt ſimilitudinẽ & gradum aliquem perfectionis. Habeo igitur dono tuo Deus meus, totũ hunc uiſibilem mũdum, & omnem ſcripturam, & omnes adminiſtratorios ſpiritus, in adiutorium: ut proficiam in cognitione tui, omnia me excitant, ut ad te conuertar: non aliud ſcripturæ omnes, facere nituntur, niſi te oſtẽdere, neq; omnes intellectuales ſpiritus, aliud habent exercitij, niſi ut te quærant, & quantum de te repererint, reuelent. Dediſti mihi ſuper omnia, Ieſu magiſtrũ, uiam, uitam, & ueritatem: ut penitus mihi nihil deeſſe poſſit. Confortas me, ſpiritu ſancto tuo, inſpiras per eũ, electiones uitæ, deſideria ſancta. Alicis, per præguſtationem dulcedinis uitæ glorioſæ, ut te bonum infinitũ amẽ. Rapis me, ut ſim ſuprà meipſum, & præuideam locũ gloriæ, ad quẽ me inuitas. Multa mihi ſaporoſiſſima fercula, odore ſuo optimo, me attrahẽtia, oſtẽdis, theſaurum diuitiarum, uitæ, gaudij, pulchritudinis, uidere finis. Fontem, ex quo effluit omne deſiderabile, tam in natura quã arte, diſcoperis. Nihil ſecreti tenes. Venam amoris, non occultas, neq; pacis, neq; quietis. Omnia offers mihi miſerrimo, quem de nihilo creaſti. Quid igitur moror, cur nõ curro, in odore unguentorũ Chriſti mei, cur non intro in gaudium Domini mei, quid me tenet, ſi tenuit me ignorantia tui Domine, & uana ſenſibilis mundi delectatio, amplius nõ tenebit. Volo enim Domine, quia tu das ut uelim, iſta linquere, quæ huius mundi ſunt, quia me linquere uult mundus. Propero ad finem, curſum penè conſummaui, præuenio uale facere ipſi, qui anhelo ad coronam. Trahe me Domine, quia nemo peruenire poterit ad te, niſi à te tractus: ut attractus, abſoluar ab hoc mundo, & iungar tibi Deo abſoluto, in æternitate uitæ glorioſæ. Amen.

Libri de uiſione Dei, finis.

REVERENDISSIMO in Chriſto P. D. Nicolai de Cuſa Cardinalis, Dialogorum de Ludo Globi, Liber primus.

Interlocutores. IOANNES dux Baioariæ. Et NICOLAVS CARDINALIS.

IOANNES.

Vm te uideam ad ſedem retractum, fortè fatigatum, ex ludo globi: tecum (ſi gratum uiderem) de hoc ludo conferrem. CARDINALIS. Gratiſsimum. IOANNES. Admiramur omnes, hunc nouum iocundumq; ludum, fortè quia in ipſo eſt, alicuius altę ſpeculationis, figuratio, quam rogamus explanari. CARDI. Non malè mouemini. Habent enim aliquæ ſcientiæ, inſtrumenta & ludos. Arithmetica, rythmimachiam. Muſica, monachordum. Nec ludus Latrunculorum ſeu ſchacorum, caret myſterio moralium. Nullũ enim puto honeſtũ ludum, penitus diſciplina uacuum. Hoc uerò tam iocundum globi exercitium, nobis non

non paruam puto repræſentare philoſophiam. IOANNES. Aliquid igitur, rogamus, dicito. CARDINALIS. Timeo ſubintrare laborem, quem magnum uideo, & prius longa meditatione depurandum. IOANNES. Non cuncta profundari petimus, ſed paucis nobis ſatisfacies. CARDINALIS. Iuuentus quamuis auida



& feruens, citò tamen ſaturatur. Faciam igitur, & ſeminabo in nobilibus mẽtibus ueſtris, aliqua ſcientiarum ſemina, quæ ſi intrà uos receperitis, & cuſtodieritis, magnæ diſcretionis, circà ſuũipſius deſideratiſsimam notitiam, lucis fructum generabunt. Primum igitur attentè conſiderabitis, globum & eius motum, quoniam ex intelligẽtia procedunt. Nulla enim beſtia, globum & eius motum ad terminum producit. Hæc igitur opera hominis, ex uirtute, ſuperante cætera mundi huius animalia, fieri uidetis. IOANNES. Vtiq; ſic eſſe ſcimus, ut dicis. CARDINALIS. Sed cur globus, arte tornatili, cepit illam mediæ ſphæræ figuram, aliquantulum concauam: non uos ignorare puto. Non enim faceret motum, quem uidetis, elicoidem, uertiginoſum, ſeu ſpiralem, aut curuæ inuolutum: niſi talem teneret figuram. Pars enim globi, qui eſt perfectus circulus, in rectum moueretur, niſi pars ponderoſior & corpulenta, motum illum retardaret, & cẽtraliter ad ſe retraheret. Ex qua diuerſitate, figura motui eſt apta, qui nec eſt penitus rectus, nec penitus curuus, uti eſt circuli circumferentia ab eius centro æquè diſtante. Vnde primò cauſam figuræ globi attendite, in quo uidetis, ſuperficiem conuexam, medietatis maioris ſphæræ, & ſuperficiem concauam, medietatis minoris ſphæræ, & inter illas corpus globi contineri. Ac quod globus infinitis modis, ſecundùm uariam habitudinem, dictarum ſuperficierum, poteſt uariari, & ſemper ad alium motum, adaptari. IOANNES. Sanè hæc capimus. Scimus enim, ſi armilla poſſet eſſe circulus, ſinè omni latitudine circumferentiæ, & uoluere-

O tur, ſuper

http://www.obrascatolicas.com

retur, ſuper æquali plana ſuperficiei, puta ſuper glaciem: ipſa non niſi rectam lineam deſcriberet. Ideò cum hic armillam globoſam uidemus, addita corpulentia: ideò recta linea non deſcribitur, ſed curua, uaria curuitate, ſecundùm uarium globum. CARDINALIS. Rectè, ſed oportet etiam conſiderare, lineas, deſcriptionis motus unius & eiuſdem globi uariari, & nunquàm eandem deſcribi, ſiue per eundem, ſiue per alium impellatur, quia ſemper uariè impellitur, & in maiori impulſu, deſcripta linea uidetur rectior, & ſecundùm minorem curuior. Quare in principio motus, quando impulſus eſt recentior, lineæ motus ſunt rectiores, quàm quando motus tepeſcit. Non enim impellitur globus, niſi ad rectum motum. Vnde in maiori impulſu, globus à ſua natura magis uiolentatur, ut contrà naturam, etiam quantum fieri poteſt, rectè moueatur. In minore uero impulſu, ad motum naturalem minus uiolentatur, ſed aptitudinem naturalem formæ ſuæ, motus ſequitur. IOANNES. Hæc claré ſic eſſe experimur. Nunquàm enim globus mouetur una uice, ſicut alia. Oportet igitur ex alia & alia impulſione, aut uario medio, hoc euenire. CARDINALIS. Dum quis globum proiicit, nec una uice ſicut alia, ipſum in manu tenet aut emittit, aut in plano ponit, aut æquali uirtute pellit: nihil enim, bis æqualiter fieri poſsibile eſt. Implicat enim contradictionem eſſe duo, & per omnia æqualia ſine omni differentia. Quomodo enim plura poſſent eſſe plura, ſine differentia. Vnde quamuis peritior, ſemper nitatur eodem modo ſe habere, non eſt tamen hoc præciſè poſsibile, licet differentia non ſemper uideatur. IOANNES. Multa ſunt quæ uarietatem inducunt, etiam pauimenti diuerſitas, & lapillorum interceptio, curſum impedientium, & ſæpè ſuffocantium, atq; globi fœculentia, imò fiſſura ſuperueniens, & talia multa. CARDINALIS. Hæc omnia conſiderari neceſſe eſt, ut deueniamus ex iſtis, ad ſpeculationem philoſophicam, quam uenari proponimus. Deficit enim motio, aliquando ſubitò cadente globo, ſuper planam ſuam ſuperficiem. Impeditur ob medij globi atque circumſtantis, uariationem, naturaliter q; deficit, dum ſuper polo ſeu medio curuæ ſuperficiei, ſucceſsiuè in ipſo motus minuitur. Hæc & multa alia puto ſubtiliter annotanda, propter ſimilitudinem artis & naturæ. Cum enim ars naturam imitetur: ab iis, quæ in arte ſubtiliter reperimus, ad naturæ uires accedimus. IOANNES. Quid intendis dicere, per circunſtantis uariationem. CARDINALIS. Cœli, ſtellarum, & aëris, atque temporis mutationem: hæc omnia immutata, immutant illa, quæ circumſtant & continent. IOANNES. Aiebas, globum ſemiſphæricam habere ſuperficiem. Poſſet ne habere minorem aut maiorem, ſiue integræ ſphæræ rotunditatem? CARDINALIS. Globum poſſe habere ſuperficiem maiorem aut minorem, aut integræ ſphæræ, non nego: ſi de uiſibili figura ſeu rotunditate, loquimur, quæ nequaquàm eſt uera aut perfecta. Nam rotunditas, quæ rotundior eſſe non poſſet, nequaq; eſt uiſibilis. Cum enim ſuperficies, à centro ſphæræ, undiq; æquè diſtet: extremitas rotundi, in indiuiſibili puncto terminata, manet penitùs noſtris oculis inuiſibilis. Nihil enim niſi diuiſibile, & quantum, à nobis uidetur. IOANNES. Vltima igitur mundi ſphærica rotunditas, quam puto perfectiſsimam, nequaquàm eſt uiſibilis. CARDINALIS. Nequaq;, imò nec diuiſibilis mundi rotunditas, cum in puncto conſiſtat indiuiſibili, & immultiplicabili. Non enim rotunditas, ex punctis poteſt eſſe compoſita: punctus enim, cum ſit indiuiſibilis, & non habeat aut quantitatem, aut partes, ſiue antè, ſiue retrò, & alias differentias: cum nullo alio puncto eſt componibilis. Ex punctis igitur, nihil componitur: punctum enim puncto addere, perinde reſultat, acſi nihil nihilo iungas. Non eſt igitur extremitas mundi, ex punctis compoſita: ſed eius extremitas, eſt rotunditas, quæ in puncto conſiſtit. Nam cum una ſit altitudo rotunditatis, quæ undiq; eſt æquediſtans à centro, & non poſſunt eſſe plures lineæ, præcisè æquales: erit una tantum æquè diſtans rotunditatis altitudo, quæ in puncto terminatur. IOANNES. Mira dicis. Nam intelligo, has omnes uarias uiſibiles formas, in mundo incluſas eſſe: & tamen ſi poſsibile eſſet, aliquem extra mundum conſtitui, mundus eſſet illi inuiſibilis, inſtar indiuiſibilis puncti. CARDINALIS. Optimè cepiſti. Et ſic concipis mundum, quo nulla quantitas maior

maior, in puncto, quo nihil minus contineri, & centrum atque circumferentiam eius non poſſe uideri. Neceſſe plura diuerſa puncta, cum punctus non ſit pluralificabilis: in pluribus enim atomis, non eſt niſi unus & idem punctus. Sicut in pluribus albis, una albedo. Vnde linea, eſt puncti euolutio. Euoluere uerò, eſt punctum ipſum explicare: quod nihil aliud eſt, quàm punctum, in atomis pluribus, ita quòd in ſingulis coniunctis & continuatis eſſe. IOANNES. Nonné ſic extremitas anguli, cum ſit punctus, eſt inuiſibilis? CARDINALIS Imò. Sed ſi angulus non eſſet niſi extremitas, ſicut eſt rotunditas, rotundi extremitas: certum eſſet, totum angulum non eſſe uiſibilem. IOANNES. Intelligo, & ita eſt ut ais. Ideò nec ſummum nec imum rotundi, uideri poteſt, cum ſit idem atomus. Quicquid autem in ſphæra uel rotundo eſt, eſt ſummum & imum. Ideò nec rotunditas nec aliqua pars eius, uideri poteſt. Non tamen dico, quòd res rotunda uideri nequeat, ſed ipſa rotunditas rei, eſt inuiſibilis. Nec ſecundùm ueram rotunditatem, quicquàm eſt uiſibile. Quare cum uiſus iudicat aliquid eſſe rotundum, in eo nõ eſt uera rotũditas. Hoc quidem uidere uideor, te dicere uelle: ſcilicet, iudicium uiſus de rotundo, uerum non eſſe. CARDINALIS. Hæc dicere intendo. Nihil enim uidetur, niſi in materia. Vera autem rotunditas, non poteſt eſſe in materia, ſed ueritatis tantum imago. IOANNES. Sic nulla forma, eſt uera in materia, ſed ueritatis tantum imago, ueræ formæ, cum ueritas formæ ſit ab omni materia ſeparata. CARDINALIS. Quamuis Platonicè uerum dicas, tamen refert inter rotunditatem & aliam formam. Quoniam ſi etiam poſsibile eſſet, rotunditatem eſſe in materia, tamen adhuc non eſſet uiſibilis. Secus de cæteris formis, ſi in materia eſſent, quoniam uideri poſſent: non tamen rotunditas, nec rotundum ſecundùm eam uideretur. Solum enim longum & latum, uideri poteſt: ſed in rotunditate, nihil longum aut latum, ſeu directum: ſed circumductio quædam, & circumducta quædam de puncto ad punctum conuexitas, cuius ſummum eſt ubique, & eſt atomus, ſua paruitate inuiſibilis. IOANNES. Nonné plures atomi, ſunt plura rotunditatis ſumma, & facere poſſunt lineam quandam conuexam, quæ uideri poteſt, & ſic quædam pars rotunditatis uidetur? CARDINALIS. Hoc eſſe non poteſt, cum quicquid eſt in rotunditate, ſit ſummum. Atomus autem, ſummitatem rotunditatis cum teneat, unde initium uidendi rotunditatem ſumeret oculus? non ab atomo, cum ſit inuiſibilis; nec ab alia, quàm à ſummo rotunditatis, oculus recipere poſſet, initium uidendi rotunditatem. Summum enim eſt, quicquid in rotunditate eſt, ſummum autem, atomus eſt. Nonné ſi poneretur, quòd à ſummo rotunditatis, inciperet uiſus, oporteret ipſum duci, à ſummo ad ſummum? IOANNES. Certum eſt hoc fieri oportere, cum nihil in ea ſit, niſi ſummum. CARDINALIS. Summum autem atomus eſt, quæ non eſt uiſibilis. Patet igitur Mercurium rectè dixiſſe: mundum ex ſe non eſſe uiſibilem, quia rotundus eſt, & nihil de eo, uel in eo uidetur, niſi rerum formæ, in eo contentæ. IOANNES. Mundi rotunditas cum ſit in materia, & propter adiunctionem ad materiam, ſit imago rotunditatis: quare illa rotunditatis imago, in materia uideri non poteſt. CARDINALIS. Intantùm illa rotunditatis imago, ad ueram rotunditatem accedit, quòd uiſum, & omnem ſenſum, ſubterfugit. IOANNES. Ideò mundum non uidemus, niſi inquantùm per partes, rerum formas uidemus, quibus ſubtractis, nec mundum, nec eius formam, uideremus. CARDINALIS. Benè dicis. Nam mundi forma, rotunditas eſt inuiſibilis. Viſibilibus igitur formis ſubtractis, unus manet in toto orbe uultus, ſcilicet eſſendi poſsibilitas, ſiue materia inuiſibilis, in qua dicitur eſſe rerum uniuerſitas, & ſatis Philoſophicè concedi poteſt, quòd propter perfectionem, ibi ſit rotunditas. IOANNES. Hæc meum excedunt conceptum, licet uideam in mente, te uera dicere. Admiror tamen quòd nec in mundo uera eſt rotunditas, ſed tantum imago rotunditatis, ueritati propinqua. CARDINALIS. Non mireris. Nam cum unum rotundum ſit perfectius alio, in rotunditate: nunquàm reperiturrotundum, quod ſit ipſa rotunditas, ſeu quo non poſsit dari magis rotundum. Et hæc regula, eſt ueriſimiliter uera, quoniam in omnibus recipientibus maius aut minus,

http://www.obrascatolicas.com

non deuenitur ad maximum aut minimũ simpliciter, quo maius aut minus, esse non possit. Nam posse esse maius aut minus, non sunt de natura eorum, quæ non possunt esse maius aut minus. Sicut mutabile, non est de natura immutabilis, & diuisibile, de natura indiuisibilis, & uisibile, de natura inuisibilis, & temporale, de natura intemporalis, & corporale, de natura incorporalis, & ita de similibus. Rotunditas igitur, quæ uisu attingitur, magis & minus recipit, quoniam unum rotundum est alio rotundius. Igitur rotunditas inuisibilis, non est de illa natura. Non est igitur per corpus participabilis, sicut uisibilis. Ideò nullum corpus, potest esse adeò rotundum, quin possit esse rotundius. Corporalis igitur mundus, licet sit rotundus, tamen illa rotunditas, est alterius naturæ, quàm sit rotunditas cuiuscunque alterius rotundi corporis. Sed cum non omne corpus sit uisibile, requiritur certa magnitudo, ut uideatur: sic etiam rotunditas atomi, non est uisibilis, quando atomus non uidetur. Mundus igitur, in sua rotunditate est inuisibilis: quia id quod se uisui offert, de rotunditate mundi, atomus est. IOANNES. Clarè declarasti, & in paucis multa multa explanasti. Sed scire cupio, quomodo intelligis, perfecti mundi rotunditatem, esse imaginem, quæ uidetur semper posse fieri perfectior? CARDINALIS. Scio rotunditatem unius rotundi, rotundiorem alia. Et ideò in rotundis deueniri oportere, ad rotundum maximæ rotunditatis, qua nulla maior esse potest, quoniam non potest in infinitum procedi. Et hæc est mundi rotunditas, participatione, cuius omne rotundum est rotundum. Hæc est participabilis rotunditas, in omnibus mundi huius rotundis, quæ gerunt imaginem, rotunditas mundi. Sed mundi rotunditas, licet sit maxima, qua nulla maior est actu: non est tamen ipsa absoluta uerissima rotunditas. Ideò est imago rotunditatis absolutæ. Rotundus enim mundus, non est ipsa rotunditas, qua maior non est, sed qua maior non est actu. Absoluta uerò rotunditas, non est de natura rotunditatis mundi: sed eius causa & exemplar, cuius rotunditas mundi, est imago. In circulo enim, ubi non est principium, nec finis, cum nullus punctus in eo sit, qui potius sit principium quàm finis; uideo imaginem trinitatis. Quare & rotunditatem, imaginem asserо ęternitatis, cum sint idem. IOANNES. Placent hæc. Sed quæro: Nonnè sicut mundus dicitur rotundus, potest etiam dici æternus? Videtur enim, cum æternitas & rotunditas illa absoluta, sint idem: ita & æternum sit idem, cum rotundo. CARDINALIS. Non puto intelligentem negare, mundum esse æternum, licet non sit æternitas. Solus enim omnium creator, sic est æternus, quòd æternitas, si quid aliud dicitur æternum, hoc habet, non quia ipsa est æternitas, sed quid eius participatione, seu ab ipsa est. Aeternitas enim, omnia æterna præcedit, nisi sit æternum illud, quod idem est cum æternitate. Aeternitas igitur mundi, cum sit mundi æternitas, est antè mundum etiam æternum. Ab ea enim habet, quòd est æternus: sicut album ab albedine, quòd est album. Aeternitas igitur mundi, cum habeat id, quod est absoluta æternitas: constituit mundum æternum, scilicet nunquàm finibilem, siue perpetuum, qui dicitur æternus. Quoniam nunquàm uerum fuit dicere, æternitas est, quin uerum fuit dicere mundus est, licet mundus ab ipsa sit, id quod est. IOANNES. Si rectè intelligo, tunc non potest esse nisi unus mundus, maximè rotundus & æternus. CARDINALIS. Benè cepisti. Nam cum in rotundis, ad unum maximum actu, necesse sit deuenire, sicut inter calida, ad ignem, qui est maximè calidus: erit igitur unus tantum mundus, & hic tantùm habet rotunditatis, quòd ad ipsam rotunditatẽ æternam, maximè accedit, & hinc etiam inuisibilis: quare etiam æternus, dici potest. Dicente Apostolo Paulo, quæ non uidentur, æterna sunt. Non quòd propterea æternus dicatur, quia sine initio, sed quia nunquàm fuit uerum dicere, æternitas est, quinetiam fuerit uerum dicere, mundus est. Mundus enim non incœpit in tempore. Non enim tempus præcessit mundum, sed sola æternitas. Sic & tempus, aliquando dicitur æternum, ut Propheta ait, de æterno tempore, cum tempus non habuerit initium, in tempore. Tempus enim non præcessit tempus, sed æternitas. Dicitur igitur æternum tempus, quia ab æternitate fluit. Sic & mundus æternus, quia est ab æternitate, & non à tempore.

pore. Sed mundo magis conuenit nomen, ut dicatur æternus, quàm tempori: quia mundi duratio, non depẽdet à tempore. Cessante enim motu cœli, & tempore, quod est mensura motus, non cessat esse mundus. Sed mundo penitùs deficiente, deficeret tempus. Magis igitur conuenit mundo quòd dicatur ęternus, quàm tempori. Aeternitas igitur mundi creatrix, Deus est, qui ut uoluit, cuncta fecit. Mundus enim non est sic perfectè creatus, quòd in eius creatione, Deus omne quod potuit facere, fecerit: licet mundus factus sit ita perfectus, sicuti fieri potuit. Quare perfectiorem & rotundiorem mundum, atq; etiam imperfectiorem & minus rotundum, potuit facere Deus: licet factus sit ita perfectus, sicut esse potuit. Hoc enim est factus, quod fieri potuit, & fieri posse ipsius, factum est. Sed hoc fieri posse eius, quod factum est, non est ipsum facere posse absolutum, omnipotentis Dei: licet in Deo posse fieri, & posse facere, sint idem, non tamen fieri posse cuiuscunque, est idem cum facere posse Dei. Ex hoc uidetur, Deum, mundum ut uoluit creasse. Quare perfectus ualdè, quia secundùm Dei optimi, liberrimam factus est uoluntatem. Quæ quia in alijs locis luculentur scripta, legi possunt, nunc de hoc sufficiat. IOANNES. Reuertere igitur ad ludum nostrum, & de motu globi aliquid adijcias. CARDINALIS. Multa dicenda restant, si quæ occurrunt, referrem. Primùm noto, dum de motu globi, à puncto ubi statur, ad signum medium signati circuli globum projicio, quomodo per lineam rectam, hoc fieri nequit: ut si punctus a, sit statio, & b,d, circulus, cuius centrum, c, & e, globus. Volo de a, projcere ad c, hoc per lineam motus globi, fieri necesse est, quæ non sit recta, cuiuscunque etiam figurę fuerit globus. IOANNES. Videtur, quòd si sphęricus fuerit, fieri posset motus per lineam rectam, ut est a, c, linea. Non enim uideo, cur sphæra, per a, c, moueri non possit, & in c, quiescere. CARDINALIS. Facilè capies te errare, si attendis, unam lineam rectiorem esse alia, & ideò, aduerissimè & præcisissimè rectam, per suprà datam doctrinam, nequaquàm peruenire. Ideò non est possibile, etiam perfectissimam sphæram de a, in c, per præcisam rectam pergere: esto etiam, quòd pauimentum sit perfectissimè planum, & globus rotundissimus. Nam talis globus non tangeret planiciem, nisi in atomo. Ex motu, non nisi inuisibilem lineam describeret, & nequaquàm rectissimam, inter a, & c, puncta cadentem, neque unquàm in c, quiesceret. Quomodo enim super atomum quiesceret? Perfectę igitur rotundus cum eius summum, sit etiam imum, & sit atomus, postquàm incœpit moueri, quantum in se est, nunquàm cessabit, cum uariè se habere nequeat. Non enim id quod mouetur, aliquando cessaret, nisi uariè se haberet uno tempore & alio. Ideò sphæra, in plana & æquali superficie, se semper æqualiter habens, semel mota, semper moueretur. Forma igitur rotunditatis, ad perpetuitatem motus est aptissima. Cui si motus aduenit naturaliter, nunquàm cessabit. Ideò si super se mouetur, ut sit centrum sui motus, perpetuè mouetur. Et hic est motus naturalis, quo motu, ultima sphæra mouetur, sine uiolentia & fatigatione, quem motum, omnia naturalem motum habentia, participant. IOANNES. Quomodo concreauit Deus, motum ultimæ sphæræ. CARDINALIS. In similitudine, quomodo tu creas motum globi. Non enim mouetur sphæra illa, per Deum creatorem, aut spiritum Dei, sicut ne globus mouetur per te, quando ipsum uides discurrere, nec per spiritum tuum: licet posueris ipsum in motu, exequendo per iactum manus, uoluntate, impetum in ipsum faciendo: quo durante mouetur. IOANNES. Sic fortè & de anima dici posset, quo existente in corpore, homo mouetur. CARDINALIS. Non est propinquius fortasse exemplum, intelligendi creationem animæ, quam sequitur motus in homine. Nõ enim Deus est anima, aut spiritus Dei, mouet hominem. Sed creatus est inte motus, seipsum mouens, secundùm Platonicos: qui est anima rationalis, mouens se, & cuncta tua. IOANNES. Viuificare animæ conuenit. Est igitur motus. CARDINALIS. Vtiq; uiuere motus quidam est. IOANNES. Placet ualdè. Nunc enim uideo, hoc sensibili exemplo, multos errasse, circa animæ considerationem. CARDINALIS. Attende, motum globi deficere & cessare, manente globo sano & integro: quia non est motus, qui globo inest, naturalis, sed accidentalis &

http://www.obrascatolicas.com

uiolentus. Ceſſat igitur, impetu, qui impreſſus eſt ei, deficiente. Sed ſi globus ille, eſſet perfectè rotundus (ut prædictum eſt) quia illi globo rotundus motus eſſet naturalis, ac nequaquàm uiolentus, nunquàm ceſſaret. Sic motus uiuificans animal, nunquàm ceſſat corpus uiuificare, quàm diu uiuificabile & ſanum eſt, quia eſt naturalis. Et licet motus uiuificãdi, animali ceſſet, deficiente ſanitate corporis: tamen non ceſſat motus intellectuali animæ humanæ, quem ſine corpore habet & exercet. Ideò motus ille, ſeipſum intellectualiter mouẽs, eſt in ſe ſubſiſtens & ſubſtantialis. Motus enim, qui non eſt ſeipſum mouens, accidens eſt, ſed ſeipſum mouens, ſubſtantia eſt. Non enim illi accidit motus, cuius natura eſt motus: uti de natura intellectus, qui non poteſt eſſe intellectus, ſine motu intellectuali, per quem eſt actu. Ideò intellectualis motus eſt ſubſtantialis, ſeipſum mouens. Nunquàm igitur deficit. Viuificatio uerò eſt motus uitæ, qui accidit corpori, quod de ſua natura non eſt uiuum: ſine uita enim corpus, uerum corpus eſt. Poteſt igitur ille motus, qui corpori accidit ceſſare: ſed propter hoc, non ceſſat motus ſubſtantialis, ſeipſum mouens. Nam uirtus illa, quæ & Mens dicitur, corpus deſerit, quando ceſſat in ipſo uiuificare, ſentire, & imaginari. Has enim habet operationes uirtus in corpore, quas etiã dum non exercet, nihilominus manet in perpetuum: licet etiam localiter ſepararetur à corpore. Virtus enim illa, licet in loco circumſcribatur, ut non ſit niſi ibi: non tamen occupat locum, cum ſit ſpiritus. Propter eius enim præſentiam, non diſtenditur aer, aut locus occupatur, ut minus capiat de corpore quàm prius. IOANNES. Valdè placet ſimilitudo globi ad corpus, & motus eius ad animam. Homo facit globum, & eius motum, quem impetu ei imprimit, & eſt inuiſibilis, indiuiſibilis, non occupans locum, ſicut anima noſtra. Sed quòd anima noſtra ſit motus ſubſtantialis, libenter meliùs intelligerem. CARDINALIS. Deus dator eſt ſubſtantiæ, homo accidentis, ſeu ſimilitudinis ſubſtantiæ. Forma globi data ligno per hominem, addita eſt ſubſtantiæ ligni: ſic & motus additus eſt formæ ſubſtantiali, Deus autem creator ſubſtantiæ. Multa motum participant, ut moueantur ex participatione motus. Deuenitur igitur ad unum, quod per ſe mouetur: & illi non accidit ex participatione motus, ut moueatur, ſed ex ſua eſſentia: & eſt anima intellectiua. Intellectus enim ſeipſum mouet. Et ut clariùs hoc capias, attende, quomodo in rotunditate eſt aptitudo ad motum. Facilius enim mouetur magis rotundum. Quare ſi rotunditas eſſet maxima, qua etiam maior eſſe non poſſet: utiq; per ſeipſam moueretur, & eſſet mouens pariter, & mobile. Motus igitur, qui anima dicitur, eſt concreatus corpori, & non impreſsiùs ei, ut in globo, ſed per ſe motus, corpori adiunctus, & taliter, quòd ſeparabilis ab ipſo, ideò ſubſtantia. IOANNES. Igitur benè dicitur, quòd uirtus illa, quam animam dicis intellectiuam, patiatur aut præmietur. CARDINALIS. Certiſsimè hoc uerum credas. Sicut enim in corpore afflígitur affectionibus corporis: ita etiam extrà corpus afflígitur ira, inuidia, & cæteris afflictionibus, grauata adhuc ſorde corporea, nec corporis oblita. Etiam afflígitur igne materiali, ad hoc præparato, ita ut ardoris læſionem ſentiat. Noſtro enim igne non poſſet affligi. Similiter etiam uirtus illa, hoc eſt anima ſaluatur, hoc eſt in quiete eſt, & nullis tormentis afflígitur. IOANNES. Intelligo te nunc dicere, quòd anima eſt ſubſtantia incorporea, & uirtus diuerſarum uirtutum. Nam ipſa eſt ſenſualitas. Eſt etiam ipſa imaginatio. Eadem etiam eſt ratio, & intelligentia. Senſualitatem & imaginationem exercet in corpore. Rationem & intelligentiam extra corpus exercet. Vna eſt ſubſtantia ſenſualitatis, imaginationis, rationis, & intelligentiæ: licet ſenſus non ſit imaginatio, nec ratio, nec intellectus. Ita nec imaginatio, aut ratio, aut intellectus, aliquid aliorum. Sunt enim diuerſi modi appræhendendi in anima, quorum unus, alius eſſe non poteſt. Sic puto te dicere uelle.. CARDINALIS. Vtiq; ſic dicere uolo. IOANNES Tu etiam uideris dicere, animam in corpore, eſſe ſimul in diuerſis locis. CARDINALIS. Sic dico. Nam cum ſit uirtus, & quælibet pars uirtutis de toto uerificetur, ſecundùm ueram philoſophiam: tunc uiuificatio animæ, anima eſt. Ipſa autem anima, diuerſa corporis membra, quæ in diuerſis locis ſunt, uiuificat. Igitur ibi eſt, ubi uiuificat. Tota igitur animæ ſubſtan-

ſtantia, dum eſt in corpore, in diuerſis locis eſt. Sed dum eſt extrà corpus, non eſt in diuerſis locis. Sicut nec angelus, qui non uiuificat. In corpore igitur eſt tota anima, in qualibet parte corporis, ſicut eius creator, in qualibet parte mundi. IOANNES. Retrahit ne ſe anima, dum digitus abſcinditur? CARDINALIS. Nequaquàm, ſed deſinit digitum uiuificare. Non enim retrahit ſe, quia non tranſit de una corporis particula, ad aliam, cum ſit ſimul in omnibus & ſingulis. IOANNES. Adhuc unum rogo, iterum circa animæ motum declares, quando ais animã ſeipſam mouere, dicito, qua ſpecie motus ſe perpetuò mouet? CARDINALIS. Nulla ſpecie, ex omnibus ſex ſpeciebus motus, ſe mouet anima, ſed æquiuocè. Mouet enim ſeipſam anima, id eſt diſcernit, abſtrahit, diuidit & colligit. Ratiocinari, uirtus eſt animæ. Igitur & anima. Aliqua eſt ratio perpetua & immutabilis, ut quòd quatuor non ſint duo, quia quatuor in ſe habent tria, quæ non habent duo, igitur quatuor non ſunt duo. Hæc ratio eſt immutabilis. Anima igitur, eſt immutabilis. Dum autem ratiocinando diſcurrit ratiocinando: utique ille diſcurſus rationalis eſt. A' ſe igitur rationalis anima, ratiocinando mouetur. Adhuc anima eſt uis inuentiua artium & ſcientiarum nouarum. In motu igitur illo inuentiuo noui, non niſi à ſeipſa moueri poteſt. Sic dum ſe facit ſimilitudinem omnium cognoſcibilium, à ſe mouetur: ut dum in ſenſu, ſe facit ſimilitudinem ſenſibilium, in uiſu uiſibilium, in auditu audibilium, & ita de omnibus. Ideò anima, ex eodem & diuerſo, dicitur conſtare, propter compræhendendi motum uniuerſalem omnium, & particularem diuerſorum. Sic exindiuiduo & diuiduo, quia ſe conformat diuiſibili & mutabili. Vnde anima uis eſt illa, quæ ſe omnibus rebus poteſt conformare, & facit ſe cauſam motus corporis, ſcilicet manus & pedis, ſed non ſemper ex diſcretione: quoniam & à natura eſt motus ut in motu neruorum & pulmonis. In pueris uerò, propter debilitatem, non facit ſe ſimilitudinem rerum, ſed poſt annos diſcretionis, corpore firmato, adiuncta diſcretione, & maximè ſi doctrina exercetur. Eſt enim in pueris adhuc informis, quò ad uſum rationis, naturæ ſubiecta, ut fiat fortis & perfectus homo, & eius informitas, ad perfectionem mouetur, doctrina & exercitio. Poteſt autem dici, animam ſe mouere dupliciter. Aut cum ſe facit cauſam motuum corporis, quod etiam facit dormiendo. Aut cum ſe facit ſimilitudinem rerum, quod extra corpus humanum uiuere, etiam uidetur eſſe ſe mouere. Vnde anima ueriùs uiuit, quia ex ſe mouetur, quàm homo, qui mouetur ab anima. IOANNES. Hinc puto, quòd Deus ueriùs uiuat, quàm anima. CARDINALIS. Rectè putas, non quòd Deus ſe moueat, aut faciat ſimilitudinem rerum, quod facit anima, licet in eo ſint omnia, in quadam ſimplicitate, ſed quia ipſe uerum eſſe, rerum eſt, & uita uitarum. Sic enim ait: Ego ſum reſurrectio, & uita. IOANNES. Multùm placent, quæ de intentione noui, ſuprà memoraſti. In eo enim actu, anima clarè uidetur ſeipſam mouere. Vellem, ut ad ludum applicares. CARDINALIS. Cogitaui inuenire ludum ſapientiæ, conſideraui, quomodo illum fieri oporteat, deinde terminaui ipſum, ſic faciendum, ut uides. Cogitatio, conſideratio, & terminatio: uirtutes ſunt animæ noſtræ. Nulla beſtia talem habet cogitationem, inueniendi ludum nouum. Quare non conſiderat aut determinat, circa ipſum quicquàm. Hæ uirtutes ſunt uiuæ rationis, quæ anima dicitur, & ſunt uiuæ: quia ſine motu uiuæ rationis, non poſſunt eſſe. In illa enim cogitatione motum ſpiritus rationalis, quiſque appræhendit qui aduertit, cogitare, eſſe quoddam diſcurrere, ſic & conſiderare, atque determinare, in quo opere, corpus nihil præſtat adiutorij. Ideò quantum poteſt, ſe retrahit anima à corpore, ut meliùs cogitet, conſideret, & determinet. Nam penitus uult eſſe in ſua libertate, ut liberè operetur. Hæc autem uis libera, quam animam rationalem dicimus, tantò eſt fortior, quantò à corporalibus contractionibus abſolutior. Non igitur plus uiuit anima in corpore, quàm extrà, nec diſſoluitur diſſolutione harmoniæ ſeu temperamenti corporis, cum ipſa non dependeat à temperamento, ſicut ſanitas corporis. Sed econuersò, ipſa temperatio dependet ab anima, qua non exiſtente, non eſt temperatio. Anima eſt uita, quia ratio, quæ uiuus motus eſt. Dum igitur cogito, conſidero, & determino: quid aliud fit,

http://www.obrascatolicas.com

quàm quòd rationalis ſpiritus, qui eſt uis cogitatiua, conſideratiua, & determinatiua ſeipſum mouet? Et dum quæro determinationem animæ, quid ſit anima, non cogito, & conſidero, & in hoc reperio, animam mouere ſeipſam motu circulari, quia ſuprà ſe ipſum: ille motus reuertitur. Quando enim cogito de cogitatione, motus eſt circularis & ſeipſum mouens. Et hinc motus animæ, qui uita eſt, perpetuus eſt: quia circularis, ſuprà ſeipſum reflexus. IOANNES. Capio ſanè quæ dicis, & gratiſsimum eſt, audiſſe tres illas uirtutes animæ intellectiuę, quarum una non eſt alia: quia prima cogitatio, deinde conſideratio, ultima determinatio. Cogitatio generat conſiderationẽ, & determinatio procedit ab illis, & non ſunt, niſi unus uiuus motus, ſeipſum perfectè mouens. Et in hoc uides, intellectiuam unitrinam uirtutem, de neceſsitate, ſi debet perfectè uiuere, ſeu moueri. CARDINALIS. Adde adhuc, ipſam eſſe perfectiorem, quia magis in ipſa uis illa infinita, & perfectiſsima, quæ Deus eſt, relucet. Ideò ſicut Deus æternus, ita ipſa perpetua. In perpetuo enim, æternitas meliùs relucet, quã in temporali. IOANNES. Volo hęc quę præcipis, libentiſsimè addere, nec adhuc unum dimittere mihi gratiſsimum. CARDINALIS. Quid hoc? IOANNES. Si ad perfectionem ſpiritus noſtri, neceſſariò requiritur, quòd ſit unitrinus, ut optimè declaraſti, profectò ignorantes reputandi ſunt, qui ſpiritum perfectiſsimum, qui Deus eſt negant unitrinum. CARDINALIS. Vtiq; ſignum eſt ignorãtiæ, de Deo, non affirmare, id quod ſimplicitatis & perfectionis eſt. Vnitas autem, quantò magis uniens: tantò ſimplicior & perfectior. Hinc unitrina perfectior, quæ ſic eſt una quòd etiam in tribus perſonis, quarum quælibet eſt una, ipſa eſt una, & non eſſet aliter perfectiſsima unitas. Careret enim natura & iſs, quæ ad eius perfectiſsimam eſſentiam, ſunt neceſſaria. Sed hæc altiora ſunt iſs, quæ nũc inquirimus. IOANNES. Cautè uideris dixiſſe, hanc cogitationem ludi, & conſiderationem atque determiantionem, non eſſe in brutis: non negans etiam, bruta in nidificatione, uenationibus, & aliis quæ experimur, cogitare, conſiderare, & determinare. Quomodo igitur oſtendes, illa non eſſe rationalia? CARDINAL. Quia carent libera uirtute, quæ in nobis eſt. Nam cum ego hunc ludum inuenirem, cogitaui, conſideraui, & determinaui, quæ alius nec cogitauit, nec conſiderauit, nec determinauit, quia quiſq; hominum, liber eſt cogitare, quæcunque uoluerit, ſimiliter conſiderare atque determinare. Quare non omnes idem cogitant, quando quiſque habet liberum proprium ſpiritum. Beſtiæ uerò non ſic. Ideò impelluntur ad ea quæ agunt, per naturam, & eiuſdem ſpeciei, ſimiles faciunt uenationes & nidos. IOANNES. Non ſine ratione hæc fiunt. CARDINALIS. Natura mouetur intelligentia. Sed ſicut conditor legis motus ratione, legem ſic ordinauit, quæ mouet ſubditos, non ratio legis, quæ eis eſt incognita, ſed imperium ſuperiorum, quod neceſsitat: ita brutũ, mouetur imperio naturæ, neceſsitante ipſum non inductione rationis, quam ignorat. Ideò in uno motu ſpecifico, uidemus omnia eiuſdem ſpeciei, tanquàm ex indita lege naturæ, compelli & moueri. Hac coactione non ſtringitur ſpiritus noſter regius & imperialis: alioqui nihil inueniret, ſed ſolum impulſum naturæ exequeretur. IOANNES. Cum uideam, araneas unam legem, in telis & uenatione ſeruare, & hirundines in nidificatione, & innumera talia: bene compræhendo uno motu, ſingula, eiuſdem ſpeciei moueri, & hunc eſſe impulſum: contentus ſum igitur. CARDINALIS. Quãdo aduertis in nobis, aliqua naturaliter cogitari, conſiderari, & determinari, quæ noſtra animalitas depoſcit, & alia, quæ ſine corpore, ſpiritui tamen conueniunt, ut illa prædicta: experimentaliter cognoſcit in primis, nos liberè moueri, ſed ex neceſsitate naturæ ſenſibilis & corporeæ. Sed in alijs liberè, cum liberum ſeipſum moueat. Natura uero, ſpiritui noſtro, nullam unquãm neceſsitatem imponere poteſt, ſed benè ſpiritus, naturæ: ut patet in bono, in abſtinẽtijs, & caſtitate, & in malo, quando contra naturam peccamus, & deſperati, in ſeipſos manus injiciunt, & ſe interimunt. IOAN. Vnũ reſtat, quod clariùs cuperem intelligere: quomodo ſcilicet ſe habeat differenter, uis ſenſitiua & uegetatiua, in homine & brutis. Vnã enim dixiſti eſſe ſubſtantiã, quã appellamus, & ipſam eſſe uirtutẽ, multarũ uirtutũ, ſcilicet, uegetatiuæ, & quæ in uegetatiua cõplicãtur, & ſenſitiuæ, & quæ in ſenſi

ſenſitiua continentur, atq; etiã intellectiuæ, & quæ ipſius ſunt. Certũ eſt aũt, hanc ſubſtantiã, ſecundũ uirtutẽ intellectiuã, non requirere corpus. Ideò tota ſubſtantia animæ, cum non dependeat à corpore, eſt per ſe ſtans, ſine corpore: licet alias uirtutes, ſcilicet ſenſitiuam, & uegetatiuam non exerceat, niſi in corpore. Non eſt igitur minoris uirtutis, extrà corpus, quàm in corpore: licet ceſſet exercitatio uirtutum corpus requirentium. Sed cum anima bruti, ſit ſubſtantia & uirtus corpus requirens, quia ſine corpore nihil habet exercitij, uidetur quòd deficiente corpore, deficiat. Atque cum ſit ſubſtantia, quæ in homine eſt intellectualis, & uirtus indeficiens, uidetur nunquàm deficere. Subſtantia enim eſſentia eſt, quæ non eſt corruptibilis, ſecundum Dionyſium, & poteſt eſſe perpetua: quoniam in anima hominis, perpetua eſt. CARDINALIS. Subtiliter moues, differentiam exquirens, ſenſitiuæ & uegetatiuæ, in homine & brutis. Et primum aduertendum puto, quòd uirtutes illæ, ſcilicet uegetatiua, ſenſitiua, & imaginatiua, ſunt in uirtute intellectiua hominis, ſicut trigonus in tetragono, ut benè dicebat Ariſtoteles. Sed trigonus in tetragono, non habet ſuam trigoni formam, ſed tetragoni. In brutis uerò, habet trigonus trigoni formam. Alterius igitur naturæ eſt trigonus, alterius tetragonus. Sic & uirtutes uegetatiuæ, ſenſitiuæ, & imaginatiuæ, quæ trigonum illum, quæ anima bruti dicitur, conſtituunt: ſunt imperfectioris naturę, quàm in homine, ubi cum uirtute intellectuali, nobiliſsima & perfectiſsima, tetragonum illum, qui anima hominis dicitur, conſtituunt. Inferiora enim in ſuperioribus ſunt, ſecundùm naturam ſuperioris: ut uiuere nobiliùs in ſenſitiua, quàm uegetatiua, & adhuc nobilius, in intellectiua, ſed nobiliſsimè, in diuina natura, quæ eſt uita uiuentium. Non mirum igitur, ſi uires illæ in trigono, non ſunt naturæ uirium illarum, in tetragono, ubi in ſubſtantialem identitatem, cum incorruptibili uirtute intellectiua, perueniunt. Sicut enim uegetatiua, ſenſitiua, imaginatiua, & intellectiua in diuina natura, quæ eſt ipſa æterna æternitas, ſunt æterna: ita uegetatiua, ſenſitiua, & imaginatiua in intellectuali natura, quæ eſt perpetua, ſunt perpetua. Et licet illa in bruto non ſint perpetua, perpetuitate naturæ intellectualis, non tamen puto, aliquid de illis in ſubſtantia, ex corporis uarietate, uariari. Sicut enim in homine, dum manus eius areſcit, ſubſtantia animæ uegetatiuæ & ſenſitiuæ non areſcit, ſed manet ſemper, quia uirtus animæ hominis incorruptibilis, licet deſinat uegetatio & ſenſatio manus: ſic forte per mortem bruti, & arefactione arboris, non perit ſubſtantia illa, quæ dicitur anima ſenſitiua, aut uegetatiua, licet non exerceat operationem, ut ante. IOANNES, Quomodo igitur manet? CARDINALIS. Non poſſumus negare, hominem dici μικρόκοσμον; hoc eſt paruum mũdum, qui habet animã. Sic & magnũ mũdũ, aĩm habere ferũt, quã naturã quidã dicunt, alij ſpiritum uniuerſorum, qui omnia intus alit, unit, connectit, fouet, & mouet. Vis enim illa mundi, quæ ſeipſam & omnia mouet (de qua diximus) eſt perpetua, quia motus rotundus & circularis, omnẽ in ſe habẽs motũ: ſicut circularis figura, omnem figurã in ſe complicat. Dicitur etiam hæc anima neceſsitas complexionis, à plærisq;. Ab alijs autem Fatum appellatur in ſubſtantia, omnia ordinatè explicans. Ad quam ſe habet totus corporalis mundus, ſicut corpus hominis ſe habet ad animã. Illa eſt ſenſitiua anima in ſenſitiuis, uegetatiua in uegetatiuis, & elemẽtatiua in elementis, quæ ſi deſinit uegetare arborem aliquam, aut uiuificare brutum, non tamen propterea deſinit eſſe, ut de anima hominis dictum eſt. IOAN. Nõ ergò eſt alia anima, unius bruti aut arboris, & alia alterius? CAR. Hoc ſecundùm ſubſtantiam, hac uia concedi oportet. Quoniam non eſt niſi una omnium anima: ſed per accidens omnes differunt. Sicut enim uis uiſiua in homine, ſecundum ſubſtantiam, non differt à uirtute auditiua, quia una eſt anima, quæ eſt uis uiſiua & auditiua: per accidens autem differunt, quia accidit uirtuti uiſiuæ, eſſe in oculo, & non in aure, & in uno oculo magis apto quàm in alio, ad operationem ſuam exequendam. IOAN. Secundùm hanc opinionem, concedi poteſt, quod triplex eſt mundus. Paruus, qui homo. Maximus, qui eſt Deus. Magnus, qui uniuerſum dicitur. Paruus, eſt ſimilitudo magni:

http://www.obrascatolicas.com

magnus, ſimilitudo maximi. Sed dubito, cum homo ſit mundus paruus, ſi etiam ſit pars mundi magni. CARDI. Vtiq; homo ſic eſt mũdus paruus, quòd & pars magni. In oĩbus eñ partibus, relucet totum, cũ pars ſit pars totius. Sicut totus homo relucet in manu, ad totũ proportionata. Sed tamen in capite, perfectiori modo tota perfectio hominis relucet. Sic uniuerſum, in qualibet eius parte, relucet. Omnia eñ ad uniuerſum, ſuam tenent habitudinem & proportionem: plus tamen relucet in ea parte, quæ homo dicitur, quàm in alia quacunq;. Perfectio igitur totalitatis uniuerſi, quia plus relucet in homine, ideò & homo eſt perfectus mundus, licet paruus, & pars mundi magni. Vnde quæ uniuerſum habet uniuerſaliter, habet & homo particulariter, propriè, & diſcretè. Et quia non poteſt eſſe, niſi unum uniuerſum, & plura particularia & diſcreta eſſe poſſunt, ideò unius perfecti uniuerſi, plures particulares & diſcreti homines, ſpeciem geſtant & imaginem: ut ſtabilis unitas magni uniuerſi, in tam uaria pluralitate, multorum paruorum, fluidorum mundorum, ſibi inuicem ſuccedentium, perfectiùs explicetur. IOANNES. Si rectè capio, tunc ſicut uniuerſum eſt unum regnum magnum, ſic & homo eſt regnum, ſed paruum, in regno magno: ſicut regnum Bohemiæ, in regno Romanorum, ſeu uniuerſali imperio. CARDINALIS. Optimè. Homo enim eſt regnum, ſimile regno uniuerſi, fundatum in parte uniuerſi. Dum enim eſt embrio in utero matris, nondum eſt regnum proprium: ſed creata anima intellectuali, quæ creando imponitur, regnum fit, regem habens proprium, & homo dicitur. Recedente uerò anima, deſinit eſſe homo, & regnum. Corpus autem, ſicut ante aduentum animæ intellectiuæ, fuit de uniuerſali regno, magni mundi: ita & reuertitur ad illud: ſicut Bohemia erat de imperio, antequàm haberet propriũ regẽ, ſic & manebit, proprio rege ſublato. Homo igitur, immediatè ſuo proprio regi, qui in ipſo regnat, ſubeſt: ſed mediatè ſubeſt tunc regno mundi. Quãdo aũt nondũ habet regẽ, aut eſſe deſijt, immediatè ſubeſt regno mundi. Quare uegetatiuam uirtutẽ, in embrione natura, ſeu mundi anima exercet: ſicut in alijs uegetatiuã uitam habentibus, & etiam continuat hoc exercitium, in nonnullis mortuis, quibus capilli & ungues creſcũt, & ea facit in illis, ſicut in alijs corporibus, proprio rege carentibus. Quomodo uerò homo ſit regnũ propriũ, liberũ & nobile, alibi latiùs tractaui, & pulchra eſt ſpeculatio, per quã homo ſeipſum cognoſcens, in ſuo regno, licet paruo, omnia abundè ſine defectu reperiens, fœlicem ſe uidens ſi uelit, optimè contẽtus eſt. Hæc nunc ut tempus dedit tacta ſint. IOANNES. Non pigriteris, iſtis pulcherrimè dictis adijcere, quomodo maximus mundus, qui Deus eſt, in uniuerſali relucet? CARDINALIS. Alta petis, neſcio ſi ſufficiam. Iuuabo me tamen ex globo quantùm potero. Nam globus uiſibilis, eſt inuiſibilis globi, qui in mente artificis fuit imago. Attentè igitur aduertito, mentem in ſe fingendi uirtutem habere. In ſeipſa enim mens concipiendi liberam habens facultatem, artem repperit pandendi conceptum, quæ nunc fingendi uocetur magiſterium, quam artem habent figuli, ſtatuarij, pictores, tornatores, fabri, textores, & tales ſimiles artifices. Eſto igitur, quòd ipſe figulus uelit oſtendere, ad finem ut cognoſcatur magiſter: primùm ſtudet poſſibilitatem inducere, ſeu materiam aptam facere, ad capiendam formam artis, qua habita, uidet ſine motu, non poſſe hãc poſſibilitatẽ in actũ deducere, ut habeat formam, quã mente cõceepit, & totã facit, cuius motu, educat de poſſibilitate materiæ, formã præconceptã. Et quia una materia eſt aptior alia, nulla poſſibilitas perfectiſsima eſſe poteſt. Ideò in nulla materia, immaterialis & mentalis forma, poteſt ueraciter fingi, uti eſt: ſed ſimilitudo & imago manebit, omnis uiſibilis forma, ueræ & inuiſibilis formę, quæ in mente mẽs ipſa exiſtit. Sic igitur in mente tornatoris, globus iſte mẽs ipſa exiſtẽs, dũ mẽs in ſe in ea forma quã concepit, & cui cõceptui ſe aſſimilauit, uiſibilem facere uellet: adaptauit materiam, ſcilicet lignum, ut illius formæ capax eſſet. Deinde tornatili motu formã in ligno introduxit. Fuit igitur globus in mẽte, & ibi globus archetypus mens eſt. Fuit in rudi ligno poſſibiliter, & ibi fuit materia. Fuit in motu, dum de potentia ad actum duceretur, & ibi fuit motus. Et producta eſt poſſibilitas eius ad actum, ut

ut ſit actu, per determinationem & definitionem poſſibilitatis, quæ actu eſt ſic determinata, ut ſit uiſibilis globus. Habes igitur ex hac ſimilitudine humanæ artis, per quod artem diuinam creatiuam, aliqualiter conijcere poteris: licet inter creare Dei, & facere hominis, tantùm interſit, ſicut inter creatorem & creaturam. Mens igitur diuina, mundum in ſe concipiens, qui conceptus eſt mens ipſa, æqualis conceptui, mundus dicitur archetypus. Voluit autem Deus, pulchritudinem conceptus ſui manifeſtare. Creauit enim poſſibilitatem, ſeu poſſe fieri mundum pulchrum, & motum, per quem de poſſibilitate duceretur, ut fieret hic mundus uiſibilis, in quo poſſibilitas eſſendi mundũ, eſt ſic ut Deus uoluit & fieri potuit, actu determinata. IOAN. Intelligis'ne per poſſe fieri, poſſibilitatem, ſeu materiã, aliquid de quo factus eſt mũdus, ut de ligno globus? CARDINAL. Nequaquàm. Sed quòd mũdus, de modo quæ poſſibilitas, ſeu poſſe fieri, aut materia dicitur, ad modum qui actu eſſe dicitur, tranſiuit. Nihil enim fit actu, quod fieri non potuit. Impoſſibile enim fieri, quomodo fieret? Materia uerò ſi aliquid actu eſſet, utiq; ipſa æternitas eſſet, aut æternitatis factura. Nõ poteſt dici quòd ſit æternitas: quia æternitas Deus eſt, qui eſt omne id quod eſſe poteſt, ſic non eſt materia, quæ eſt poſſibilitas, ſeu fieri poſſe, ſiue uariabilitas. Nec æternitatis factura: nam ſi facta eſſet, fieri potuiſſet, tunc fieri poſſe ſcilicet materia, de materia facta eſſet, & ſic de ipſa, quod eſt impoſſibile. Non eſt igitur aliquid actu materia. Sed res quæ fit, dicitur ex materia fieri, quia fieri potuit. Non enim eſſet mens diuina omnipotens, ſi non niſi de aliquo aliquid facere poſſet, quod mens creata neq; quaquàm omnipotens, quotidie facit. IOANNES. Non negas poſſe fieri, licet non ſit aliquod eſſe, poſſe fieri aliquid. Non eſt igitur penitus nihil, cum de nihilo nihil fiat. Et cum non ſit Deus, nec aliquid actu, nec de aliquo, nec nihil, ideò quicquid eſt, de nihilo eſt: non enim ex ſeipſo, cum ſe de nihilo creare nequeat. Dei igitur creatura uidetur. CARDINALIS. Optimè concludis. Hoc enim ſic concedi debere, uiua ratio neceſsitat: licet quomodo hoc concipi poſsit, non reperiat. Sicut enim conceptus de Deo, omnem excellit conceptum: ſic de materia, omnem fugit cõceptum. IOANNES. Latent'ne formæ in materia, ut globus latuit in ligno? CARDINALIS. Nequaquàm. Nam dum tornator globum facit, abſcindendo partes ligni, uſq; quò perueniat ad formam globi: poſſibilitas, quam uidit tornator in ligno, quando ſe conformat cum globo mentis, tranſiuit de poſſibili modo eſſendi, ad actu eſſe. Cuius cauſa materialis eſt lignum, & efficiens, artifex & formalis exemplar in mente artificis, & finalis ipſe artifex, qui propter ſeipſum operatus eſt. Tres igitur cauſæ concurrunt in artifice, & quarta eſt materialis. Ita Deus eſt tricauſalis, efficiẽs, formalis, & finalis omnis creaturæ, & ipſius materiæ, quæ cauſat aliquid, cum non ſit aliquid. Sed ſine ipſa, id quod fit, fieri non poſſet. Nam cum id quod eſt in mente Dei, ſit Deus, qui eſt æternitas: utiq; id fieri non poteſt, neq; fit aliquid, quod non eſt in mente, & conceptu Dei. Oportet igitur, quòd ueritas omnis rei, quæ fit, non ſit niſi exemplar eius, quæ mens Dei eſt. Ideò quod fit, erit imago exemplaris formæ: nam imaginis ueritas, non eſt imago, ſed exemplar. Si igitur non eſt ueritas, ſed eius imago, tunc neceſſe eſt, id quod fit, cum deſcendat à ſtabili æternitate, in uariabili ſubiecto recipi, ubi non recipitur, uti eſt in æternitate, ſed ut fieri poteſt. IOANNES. Si benè cuncta capio, omnia ſunt in Deo, & ibi ſunt ueritas, quæ nec eſt plus, nec minus. Sunt ibi complicitè & inuolutè, ſicut circulus in puncto. Omnia ſunt in motu, ſed ibi ſunt ut euoluuntur, ſicut cum punctus unius pedis circini ſuper alio euoluitur. Tunc enim punctus ille, explicat circulum, prius complicatum. Omnia in poſſe fieri, ſicut circulus in materia, quæ in circulum duci poteſt. Et omnia ſunt in poſſibilitate determinata, ſicut circulus actu deſcriptus. CARDINALIS. Satis ſummariè hæc reſumpſiſti, quæ neſcio quomodo & extrà propoſitum in ſermonem peruenerunt. Igitur reuertamur nunc ad ludum noſtrum, & intentum breuiſ ſimè pandam. IOANNES. Niſi te uiderem abundè & amplius quàm ſperauimus ſatisfeciſſe, & doctrinã pandiſſe magnæ ſpeculationi congruã: pro magno noſtro audiendi deſiderio, te quamuis fatigatũ ſollicitarẽ, ut hæc quæ cœpiſti, in lõgos

tractatus

http://www.obrascatolicas.com

tractatus extenderes. Sed nunc ut proponis facito, quæremus libros tuos, quos his a-picibus refertos speramus. CARDINALIS. Credo me sæpius ista & alia, & dixisse & scripsisse, melius fortè quàm modò, cum amplius uires deficiant, & memoria tardè respondeat. Fuit autem propositum meum, hunc ludum recenter inuentũ, quem passim omnes facilè capiunt, & libenter ludunt: & nunquàm certo cursu contingit, in ordinem proposito utilem, redigere, & feci signum, ubi stamus globum facientes, & circulum in medio plani, in cuius medio, est sedes regis, cuius regnum, est regnum uitæ, intra circulum inclusum, & in circulo nouem alios. Lex autem ludi est, ut globus intrà circulum, quiescat à motu, & propinqior centro, plus acquirat, iuxtà numerum circuli, ubi quiescit. Et qui citiùs xxxiiij acquisierit, qui sunt anni Christi, uictor sit. Iste inquam ludus, significat motum animæ nostræ, de suo regno, ad regnum uitæ, in quo est quies, & fœlicitas æterna. In cuius centro, rex noster, & dator uitæ Iesus Christus, præsidet. Qui cum similis nobis esset, personę suæ globum sic mouit, ut in medio uitæ quiesceret: nobis exemplum relinquens, ut quemadmodum fecit, faciamus, & globus noster, suum sequatur, licet impossibile sit, quòd alius globus, in eodem centro uitæ, in quo globus Christi quiescit, quietem attingat. Intrà circulum enim, sunt infinita loca & mansiones. Quiescit enim locus cuiusq; in puncto & atomo sua propria, quam nullus unquàm attingere poterit. Neque duo globi possunt æquè distare à centro, sed semper unus plus, alius minus. Oportet igitur quemlibet Christianum cogitare, quomodo quidam non habent spem, alterius uitæ, & ij globum suum mouent in his terrenis. Alij spem habent fœlicitatis, sed suis propriis uiribus & legibus sine Christo, contendunt peruenire ad uitam illam: & ij globum suũ sequendo, ingenij uires, & suorum prophetarum & magistrorum præcepta, ad alta currere faciunt, & horum globi, ad regnum uitæ, non perueniunt. Sunt tertij, qui uiam quam Christus, Dei unigenitus filius prædicauit & ambulauit, amplectuntur: ij se ad medium, ubi est sedes regis uirtutum, mediatorisq; Dei & hominum, conuertunt, & globum suum, insequendo uestigia Christi mediocri cursu impellunt: qui solum in regno uitæ, mansionem acquirunt. Solus enim Dei filius, de cœlo descendens, sciuit uiam uitæ, quam uerbo & opere, credentibus patefecit. IOANNES. Dicis credentibus, qui sunt ij? CARDINALIS. Qui credunt ipsum Dei filium, & Euangelium esse per ipsum prædicatum, illi de ueritate Euangelij certi sunt, quia filius Dei nõ mentitur. Ideò præferunt promissa Euangelij, huic uitæ. Gaudent hic mori, ut intrent cum Christo, in uitam ęternam. Moriendum omnino est. Mori igitur propter fidem filij Dei, habet tributionem, uitæ æternæ. Quomodo enim Deus qui est iustus & pius, fidelitatem pro ipsius Dei gloria morientis, non remuneraret, aut quam daret remunerationem nisi uitæ, ei qui pro eo uitam dedit? estnè Deus ignobilior homine nobili, fidelitatem serui abundè remunerante, usq; ad consortium regni? Et si fidelis, pro gloria filij eligit pati, etiam æternam mortem: quomodo dabitur ei retributio, nisi uitæ, ubi semper & æternaliter se sciat; ueraciter uiuere & lætari? IOANNES. Non ergo sunt ueri Christiani, qui non moriuntur ut Christus, pro gloria Dei. CARDINALIS. Ille Christianus est, qui præfert gloriam Christi propriæ uitæ, & gloriæ, & taliter præfert, quòd si probaretur in persecutione, talis inueniretur. In illo uiuit Christus, & ipse non uiuit. Contemptor igitur huius mundi & uitæ est, in quo per fidem est, spiritus filij Dei Iesu Christi, quò mortuus mundo, uiuit in Christo. IOANNES. Vt uideo, difficilè est dirigere globum curuum, ut sequatur uiam Christi, in quo fuit Spiritus Dei, qui ipsum deduxit in centrum, & fontem uitæ. CARDINALIS. Facilè ualdè est, habenti ueram fidem, ut præduxi. Igitur si globus personæ tuæ, spiritu fidei impellitur, firma spe ducitur, & charitate Christo astringitur, qui te ducet secum ad uitam: sed impossibile est, infidelili. IOANNES. Certissimum hoc esse uideo, qui non credit Christo uti Dei filio, mundo adhæret, & meliorem uitam non expectat. Sed fidelis in aduersitate gaudet, quia scit mortem gloriosam, præstare immortalẽ uitã. Videt̃ tñ uix possibile, quòd globus secundùm naturã suã inclinatus deorsum, nõ sic moueatur & incuruetur, & unus plus quàm alius. CARDINALIS.

DINALIS. Hæc est summa mysteriorum huius ludi, ut discamus, has inclinationes & naturales incuruationes, taliter rectificare studioso exercitio, ut tandem post multas uariationes, & instabiles circulationes & incuruationes, quiescamus in regno uitæ. Vides enim, quòd unus impellit globum uno modo, alius alio, manente eadem curuitate in globo. Secundùm uarium impulsum, uariè mouetur & quiescit, & nunquàm certum est antè quietem, ubi demum quiescat. Videns igitur globum impulsum per aliquem, attigisse propè centrum, cogitat sequi uelle illius modum, & pluries attentat & proficit. IOANNES. Quisq; globus est propiùs, & aliter quàm alius incuruus. Igitur non potest unus alium sequi. CARDINALIS. Verum est. Nullus alterius semitam præcisè sequi potest, sed necesse est, ut quisq; dominetur inclinationibus globi sui, & passionibus seipsum exercitando. Demum taliter moderatus studeat uiam inuenire, in qua curuitas globi, non impediatur, quò minus ad circulum uitæ perueniat. Hæc est uis mystica ludi, studioso exercitio, posse etiam curuum globum, regulari, ut post instabiles flexiones motus, in regno uitæ quiescat. IOANNES. Negare nequeo, una globi gibbositate stante, secundùm diuersum impetum cuiusque, ipsum proijcientis, differenter semper moueri: posseq; eundẽ globum, per quẽquàm iuxtà libitum, uariè impelli, ita quòd licet curua reuolutio semper maneat, tamen motus eius uarietur. Dicimus tamem, cum non semper in centro circuli quiescat, ubi quisq; ludens ipsum ponere intendit, & inter ludentes, unus nunc ipsum in propinquo, centro locat, & postea eandem ut prius habens intentionem, globus remotè à centro declinat: uideri, quòd non secundùm pellentis intentionem, sed etiam fortunam moueatur. CARDINALIS. Fortuna potest dici id, quod præter intentionem euenit, & cum quisq; ludens petat centrum circuli, non est fortuna si tetigerit. Neque est in potestate nostra, quòd uoluntas nostra perficiatur. Dum enim globus currit, attenti sumus ut uideamus, si ad centrum accedit, & uellemus iuuare ipsum si possemus, ut tandem ibi quiesceret. Sed quia non possumus eum in uia, nec impetum adhibuimus, ad hoc necessarium: ideò cum intentione superueniente cursum, quem impressimus, moderari nequimus. Sicut qui de mõte currere incœpit, dum est in ueloci motu, etiam si uellet, non potest se continere. Oportet igitur, circa principium motus attentum esse. Quare mala consuetudo, quæ motus est, non sinit aliquem benefacere, nisi ipsa deposita, uirtutis motum, in bona consuetudiue ponat. Non habent igitur malè currentes, etiam si in cursu pœniteant, alicui dispositioni, quę aut Fatum, aut mala fortuna nominari consueuit, imputare, si malè cursum terminãt, sed sibijpsis, qui in consultè se præcipitarunt. Benè uides, quòd globum quando uis, & quo modo uis in motu ponis, etiam si constellatio cœli, haberet globum fixum, debere persistere, non tenebit cœli influxus manus tuas, quin si uelis, globum moueas. Regnum enim cuiusq; liberum est, sicut & regnum uniuersi, in quo & cœli & astra continentur, quæ in minori mundo etiam, sed humaniter continentur. IOANNES. Secundùm hoc igitur, nemo nisi subijpsi, aduersos etiam casus imputare debet. CARDINALIS. Ita est in moralibus, atq; ijs operibus quæ sunt hominis, ut hominis. Nemo enim uiciosus, nisi sua culpa. IOANNES. Quomodo tunc dicunt fortunã omnipotentẽ? CARDINAL. Hoc Poẽta dicebat, sciens sic philosophos Platonicos affirmare: hi em̃ fortunã aiunt ordinẽ & dispositionem rerũ omniũ, in suo proprio esse, & illam uocant, necessitatẽ complexionis, quia nihil illi dispositioni resistere potest. Nec aduersa nec prospera dicitur dispositio seu fortuna illa, nisi quantùm ad nos, & secundùm explicationes rerũ actu & opere, puta: dispositio & ordo essendi hominẽ, si se habet ut sic fiant oia, ut fieri solẽt, alioqui non fieret homo. Est ergo ineuitabilis necessitas, cui nihil resistere potest, ideò omnipotẽs. Cũ aũt Socrates & Plato actu homines, sint dispares: hoc non euenit, quia fortuna seu ordo & dispositio, sint prospera & aduersa, nisi quantũ ad illos homines, quorum unus assequitur prospera, respectu alterius. Sed neq; hæc fortuna quę anima mũdi, suprà nominatur, in nostra regno disponit illa, quę hominis sunt. Quisq; enim homo, liberũ habet arbitriũ, uelle scilicet, & nolle: cognoscẽs uirtutem & uitium, quid honestũ, quid inhonestũ, quid iustum, & quid iniustum, quid laudabi-

http://www.obrascatolicas.com

dabile, quid uituperabile, quid glorioſum, quid ſcandaloſum: & quòd bonum eligi debeat, & malum ſperni, habens intra ſe regem & iudicem horum. Quę omnia, cum bruta ignorent, ideò ſunt hominis, ut hominis. Et in ſupradictis eſt nobile regnum, nequa quàm uniuerſo, aut alteri creaturæ ſubiectum: non ijs extrinſecis bonis, quæ fortuita dicuntur, de quibus non poteſt homo quantum uellet, quoniam liberè uoluntati non ſubſunt, ſicut bona præfata immortalia, quæ uoluntati ſubijciuntur. Nam ſi uult, reperit & eligit liberè uirtutes immortales, immortalis anima, propriæ uitæ ſuæ cibum immortalem, ſicut uegetatiua corporis paſtum, ſibi aptum corporalem. Et licet ſit impoſsibile, dum globus mouetur præſcire, in quo puncto quieſcat, neq; propterea ſemper in circulo quieſcit, quia circulum aliquoties ſubintrat: non minus tamen ex conſuetudine, & continuata practica, præuideri poterit coniectura ueriſimili, in circulo globum quietem accepturum. Difficilius tamen, in quo ordine, per circulos diſtincto, & penitùs impoſsibile, in quo puncto. Terreno igitur homini, & eius peregrinationi, globus habens ponderoſum corpus, & latus terrenum inclinatum, & eius motus, quia per hominis ſit impulſum, aliqualiter ſimilatur. Non enim poteſt in rectitudine perſiſtere motus humanus. Citò declinat, propter terreſteritatem, inconſtanter & uariè ſemper fluctuans, qui nihilominus poteſt, exercitio uirtutis, reuolutionem in circulo terminare, & bonam & perſeuerantem intentionem, adiuuat Deus qui in motu quæritur, & perficit bonam uoluntatem. Ipſe enim eſt, qui fidelem dirigit, & ad perfectum perducit, & qui impotentiam in ipſum ſperantis, ſua omnipotenti ſupplet clementia. Chriſtianus igitur, qui facit omnia quæ in ipſo ſunt, licet ſentiat globum ſuum inconſtanter currere, in Deo tamen cõfidens non confundetur, qui non derelinquit ſperantes in ſe. Et hoc eſt huius ludi myſterium, ſatis nunc pro tam breui hora declaratum, ut de his paucis, multa elicias & proficias in motu, ut tandem quietem ſimul in regno uitæ, cum Chriſto rege noſtro, fœliciter aſſequamur. Eo præſtante, qui ſolus potens eſt, & in ſæcula ſeculorum benedictus. AMEN.

Verſus, de laude libri.

QVi cupis ingenium præſentis noſſe libelli,
Redde prius menſis, terq; quaterq; ſacrum. id eſt, Euchariſtiam Deo liba.
Et ſemel atq; iterum, ſenſus ubi legeris altos,
Ad caput & titulos, mente uacante redi.
Ne pigeat, quocunq; ſitu ſalebroſa uidebis
Eſſe loca, & trepido non adeunda pede:
Poſcere opem, & ſancti per florida prata magiſtri
Ire licet: multa doctior arte ſenex.
Vtribus hæc craſsis non ſunt condenda uehendis.
Pinguis aqualiculi, non capit alta locus.
Attritas ſubeunt, uix poſt conamina mentes.
Purgatum hæc tantùm dogmata pectus habet.
Luditur hic ludus, ſed non puerilite: ac ſic
Luſit, ut orbe nouo, ſancta σοφία Deo.
Sic ludit quiſquis per cœli aprica, domoſq;
Aethereas, quid agant cernere ſancta uenit.
Sol oriens ludis ſic Auguſtine canendo,
Muſica cum nobis, te modulante data eſt.
Sic omnes luſere pij: Dionoſius, & qui
Increpuit magno myſtica uerba ſono.
Et nos magne pater, ludum celebremus amicum,
Noſter ut æterna ſit globus æde ſedens.
Iſtic perpetuò poſt longa uolumina centro
Hæreat, & nullo fine perennis agat.

Iprior: at tecum nos ſedibus optime caſtis
Siſte pater, ſtat ubi luſus & ara Dei.
Tu quoq; chara ducum ſoboles, Dux inclyte lude,
Principibus famam quò tua mens pariat.
Nam benè Cæſareos quamquàm ornent ſtemmata cippos,
Inq; Palatinis gloria maior eat.
Et tibi conſurgat Comitum fœcunda propago,
Occiduas Rhenus qua pater auget aquas.
Anglica ſint quamuis conſanguinitate propinqua
Sceptra tibi: & quicquid Gallia pinguis arat.
Et genitrix tibi ſit, dicis Germana Tyranni.
Præluſtres ſpectent, & tua iura duces.
Nec minus in Chriſti ſortem, templiſq; ſacratis,
Hinc atq; inde uocet, te pius ordo patrum.
Vt nihil in pulchra, ſine te Germania gente
Euehat: & claris, clarior ut niteas.
Teq; decus patriæ, magnus generauerit Otto,
Siluarum terror, cui lupus ingemuit.
Vt Baiohariæ tua cingant tempora frondes,
Maſcula belligero, quas tulit enſe, cohors.
Et quicquid tantis titulis memorande reliqui,
Claudicet ut nulla parte ſuperba domus.
Hæc ne iure ſuo uolucris fortuna repoſcat,
Quòd ſeries patrum, nil niſi nomen habet.
Surge tuo Marte, hinc Princeps digniſsime ſurge:
Ingenij dotes laudibus adde ducum.
Aurea ſit licèat: lituum tamen aurea flatum
Corroget, effundat quo tuba rauca ſonum.
Quid tibi conueniat, melius te nemo uidebit,
Tu modò non alijs, quàm tibi crede magis.
Candidus Aeoo ſurget dum Lucifer axe,
Et bibet occiduas ueſpere Phœbus aquas.
Dum niuibus longas hyemes Germania ducet,
Et ueſpertinam Gallus amabit humum,
Dumq; homines tellus, piſces mare, ſydera cœlum
Redder: doctorum hic ludus honeſtus erit.
Tu quoq; magnanime Princeps, mihi crede loannes:
Semper eris, ſemper uiuus in ore uirum.
Effice, quod ſolùm tibi te monitore gerendum eſt,
Ne tantum in chartis, ſit tibi grande σοφῶς.
Et mecum refer O grates memorande magiſtro,
Et cui (ſi cuiquàm eſt) mens patefacta Dei.

Primi libri, de ludo Globi, doctiſsimi patris, Nicolai de Cuſa, Cardinal. finis.

Dialogi

http://www.obrascatolicas.com

Dialogi de ludo Globi, liber Secundus.

Interlocutores: Albertus adolescens, Dux Bauariæ, & NICOLAVS CARDINALIS.

ALBERTVS.

VNosti pater, me adueniſſe ſumma fidutia: ut Papæ noſtro Pio, atq; tibi & aliis Cardinalibus notior fierem, & proficerem. Cum nunc Illuſtrem Ducem Ioannem, conſanguineum meum chariſsimum, in hac urbe reperiſſem, & inter nos poſt communia amicorum colloquia, ipſum uacare uiderem lectioni libelli, de ludo globi: admiratus tàm de ludo, quàm de libello, niſus ſum comprehendere, non nihil iuxta meam iuuenilem capacitatem. Sed non eſt mihi uiſum, te circa lorum regionis uitæ myſticam ſententiam explanaſſe. Rogo igitur tuam pietatem, ne in me deſpicias tanti myſterij incapacitatem. Dabitur ut doctior rememorem, quę audiuero, & Dei dono proficiam. CARDINALIS. Multo gaudio, te cum fratre Vuolfgango, hoc loco uidi. Pater enim tuus Albertus, Illuſtris comes Palatinus, & Bauariæ Dux, multis annis me ſingulariter amauit, & hoc oſtendit. Videre tantum, ami cum uiuere, in illuſtribus & optimè nobiliterq; compoſitis & eruditis filijs, mihi per iocundũ eſt. Et hinc quęq; poſsibilia, libẽs impertiar. De ludo globi inquiris ea, quę dum audieris, non poteris (ætate obſtante) fortaſſè diſcutere. Admiraberis tamen, & uiolentia quadam incorporabis altiſsima, quæ te habilem reddent, ut ad cuncta ſcibilia, meliùs uolare queas. Oportet autem ut mẽtis oculum aperias, & uiſum illum totaliter eleues, ut quæ dicturus ſum, potius uideas quàm audias. ALBERTVS. Faciam omnia, quantùm natura & ingenium conceſſerint. CARDINALIS. Circulorum myſterium, quod ut capias, infige tuæ memoriæ, propoſitionẽ quæ ſequitur. Eò quod in omnibus, & in quo omnia, nihil maius aut minus eſſe poteſt. Quare omnium exemplar. ALBERTVS. Habeo iam hanc in memoria fixam propoſitionem. Sed ut mẽs eius uideat ueritatem, declaratione opus lisbet. CARDINALIS. Parua ſufficiet. Nam quomodo eſſet aliquid minus eo, quod in omnibus, aut quomodo maius eo, in quo omnia. Si igitur nihil omnium eſt aut minus aut maius eo, neceſſe eſt omnia illius unius exemplaris eſſe exemplata. ALBERTVS. Breuiſsimè declaraſti. Nam certiſsimè uideo, cum exemplatum nihil habeat, niſi ab exemplari, ſitq; unum omnium exemplar, quod in omnibus & in quo omnia: clara eſt oſtenſio, quòd poſtquàm uidero unitatem exemplaris, omnium uariorum exemplatorum, me ad altam contẽplationem deduxeris. CARDINALIS. Tu probè mente conſpicis, exemplatum non poſſe eſſe, niſi in ipſo ſit exemplar. ALBERTVS. Certiſsimè. CARDINALIS. Sed quomodo eſt exemplatum, niſi ſit in eodem ſuo exemplari. Nam exemplatum ſi eſt extrà ſuum exemplar, quomodo manet exemplatum? ALBERTVS. Nihil obeſt, quo minus hoc uideam. Nam neceſſe eſt utiq;, exemplatum in exemplari ſuo contineri: alioqui non eſſet uerum exemplatum. Ideo perfectè intueor, exemplar neceſſariò eſſe in exemplato, & exemplatum contineri ſe in exemplari. CARDINALIS. Exemplar igitur eſt in omnibus exemplatis, & in quo omnia exemplata. Nullum igitur exemplatum, eſt minus aut maius eo. Quare exemplata omnia, ſunt unius exemplaris exemplata. ALBERTVS. Veriſsimè, ſic eſſe uideo. CARDINALIS. Nec eſt neceſſe propter pluralitatem exemplatorum, eſſe plura exemplaria, cum unum infinitis ſufficiat. Præcedit enim naturaliter, exemplar exemplatum, omnem pluralitatem unitas, quæ eſt omnis exemplatæ multitudinis, exemplar. Ideò ſi eſſent plura exemplaria, neceſſe eſſet unitatem exemplarem, illam pluralitatem præcedere. Non eſſent igitur illa plura exemplaria, æquè prima exemplaria, ſed unius primi exemplaris, exemplata. Non poteſt igi-

teſt igitur eſſe, niſi unum primum exemplar, quod eſt in omnibus exemplatis, & in quo omnia exemplata. ALBERTVS. Oſtendiſti nunc mihi, quæ uidere concupiui. Nam nihil mihi obſiſtit, quin uideam, omnis multitudinis unitatem principium, ex quo intueor unitatem, exemplar omnium exemplatorum. CARDINALIS. Dixi, unitatem eſſe exemplar omnium numerorum, ſeu omnis pluralitatis, aut multitudinis. In omni enim numero, uides unitatem, & omnem numerum in unitate contineri. Omnis enim numerus eſt unus, binarius, ternarius, denarius, & ita de omnibus, quiſq; eſt unus numerus. Nec eſſe poſſet quiſq; unus, ſi in eo non eſſet unitas, & niſi ipſe in unitate contineretur. ALBERTVS. Hactenus non aduerti ad hæc, quando mihi uiſum fuit, denarium maiorem unitate, & ideo in unitate non contineri. Sed nunc uideo denarium, cum ſit unus denarius, non poſſe hoc eſſe, niſi in unitate contineatur. CARDINALIS. Attendas etiam oportet, quomodo unitas non poteſt eſſe nec minor nec maior. Quod non minor, ſtatim admiſiſti. Quod non maior, etiam uides, quando aduertis, id quod eſſet maius, uno non eſſe unum. Acquod ſic eſt de denario, quem ſiue uideas ipſum minoratum ſiue auctum, non uides denarium. Hoc autem habet omnis numerus ab unitate: quia numerus eſt exemplatum, exemplaris unitatis. ALBERTVS. Propoſitio quam præmiſiſti, clauis eſſe uidetur, ad intrandam intelligentiam abſconditorum, quando quærens ipſam rectè applicat. CARDINALIS. Nec eſt applicatio difficilis. Nam ſi te interrogo ſeriatim, ſola interrogatione duceris ad uiſionem ueri, puta. Interrogo te: an cuncta quæ uides putas aliquid exiſtere? Credo dices, cuncta exiſtere. ALBERTVS. Cum ſint aliquid, oportet exiſtere. CARDINALIS. In exiſtentibus, eſt ne ipſum eſſe? ALBERTVS. Vtiq;, aliàs ſi non eſſet in ipſis, ipſum eſſe quomodo exiſterent. CARDINALIS. Nonne quæ exiſtunt, in ipſo eſſe exiſtunt. ALBERTVS. Extrà eſſe ipſum, utiq; non exiſterẽt. CARDINALIS. Eſſe igitur omnium, in omnibus exiſtentibus eſt, & omnia exiſtentia, in ipſo eſſe exiſtunt. ALBERTVS. Nihil certiùs uideo, quàm quòd & eſſe ipſum ſimpliciſsimum, eſt omnium exiſtentium exemplar. CARDINALIS. Hoc eſt, eſſe abſolutum, quem creatorem omnium quæ ſunt, credimus. ALBERTVS. Quis non uideret, hęc quæ dixiſti, ita ſe habere. CARDINALIS. Sic uides in animato animam, & ſimul ipſum animatum in anima. Et in iuſto iuſtitiam, & ipſum in ea. Sicut in albo albedinem, & ipſum in ea. Et generaliter in contracto abſolutum, & ipſum contractum in abſoluto. Humanitatem in homine, & ipſum in humanitate. ALBERTVS. Video certè iſta omnia neceſſaria, ſed imaginatio non capit, quomodo hoc fiat. Quis enim conciperet, unum eſſe in alio, & id aliud in eodem uno. CARDINALIS. Hoc eſt ideo inimaginabile, quoniam hæc uirtus imaginatiua, in quanto terminatur. Nam non quantum, imaginatio non attingit. Vnde quòd continens ſit in contento, quando imaginatio ad locum ſe conuertit, qui quantus eſt, non capit. Videturq; ei, ac ſi diceret quis, quòd eſſe aliquem in domo, ſit eſſe domum in ipſo. Sed oculus mentis, ad intelligibilia, quæ ſuprà imaginationem ſunt, reſpiciens: non poteſt negare, qui uideat in eſſe ipſo, quod eſt ſuprà imaginationem, omnia etiam imaginationem ipſam contineri. & niſi in contentis eſſet hoc uerum, non eſſent. ALBERTVS. Vtiq; hæc uera uideo, & occurrit mihi manifeſtum exemplum. Omnia quæ ſenſu & imaginatione attinguntur, ſunt circa ſubſtantiam, quæ accidentia dicuntur, quę niſi continerentur per ſubſtantiam, non ſubſiſterent. Neceſſe eſt igitur continens illa accidentia, eſſe intrà accidentia, & ſubſtare, ut in ipſo illa ſubſiſtant. Subſtantia igitur intelligibilis naturæ, ſuprà ſenſum & imaginationem exiſtens, omnia accidentia continet, & in contentis exiſtit. Nec eſt aliud, accidentia eſſe in ſubiecto, quod eſt ſubſtantia, quàm ſubſtantiam in accidentibus. Et hoc potiſsimum uerum uideo, quia accidentia non ſunt in ſubiecto ſeu ſubſtantia, quaſi in loco, cum locus non ſit ſubſtãtia, ſed accidens. CARDINALIS. Gaudeo, te ſanum mentis uiſum habere. Et quando hanc ſpeculationem extẽdis ad animam rationalem, quæ eſt ſubſtantia, omnium uirium & potentiarũ ſuarum: tu uides ipſam illas continere, & in omnibus ſuis uiribus & potentijs eſſe. ALBERTVS. Incipio guſtare, hanc ſcientiam ſapidiſsimam, exer-

http://www.obrascatolicas.com

citabo me in ipſa, ut habitum acquiram. Sed ne te nimium, in hac neceſſaria mihi digreſsione, teneam: amplius pergere poteris, ad inſtitutum. CARDINALIS. Nunc puto facilè capis, hanc regionem uiuorum. Nam in omni uiuente, neceſſe eſt eſſe uitam, & uiuens in ipſa. Vita igitur Chriſtiformium, eorum omnium ſcilicet, qui in regione ſunt uiuentium, ſic ſe habet, quòd uita quæ Chriſtus eſt, qui aiebat: ego ſum uita, eſt in omnibus ibi uiuen[illegible], & ipſi omnes uiuentes, in uita quę Chriſtus eſt, & ideò uita Chriſti eſt forma [illegible]plaris, omnium ibi uiuentium, qui ſunt huius formæ exemplata. ALBERTVS. Benè uideo, oportere uiuentem Chriſtianum ſic ſe habere, ut ais: nam oportet in ipſo eſſe uitam Chriſti, & ipſum in eadem ipſa uita. CARDINALIS. Figuratur hæc uita regionis uiuentium, in figura, quam rotundam uides, & ut circuli oēs habent idē centrū, circuli ſunt figuræ rotūditatis. Rotūditas, circulatio eſt, motus uitæ perpetuæ & infinibilis. In omni rotundo, neceſſe eſt eſſe rotunditatē, in qua ſit ipſum rotundum. Vnde ſicut nec notitia nec eſſentia rotundi ſeu perpetui, ſciri aut haberi poteſt, niſi à centro, ſuper quo uoluitur motus perpetuus, ita quòd eo non exiſtente, non poteſt nec perpetuitas, nec motus uitæ perpetuæ, qui in equalitate ad identitatem centri refertur, aut noſſe aut eſſe: ſic ſe habet centrum, qui Chriſtus eſt ad omnes circulationes. Circuli igitur, hic motum uitæ figurant. Et uiuatiores motus, deſignantur per circulos, centro quod eſt uita, propinquiores: quoniam uita quod centrum eſt, qua nec maior nec minor dari poteſt. In ipſo enim motus uitalis, qui extra motum eſſe nequit. Niſi enim ſit in omni motu uitali uita, nequaquàm uitalis erit. Eſt autem circularis & centralis motus, qui uita eſt uiuentium. Quantò autem circulus centro eſt propinquior, tantò citius circumuolui poteſt. Igitur qui ſic eſt circulus, quòd & centrum, in nunc inſtanti circūuolui poteſt: erit igitur motus infinitus. Centrum autem, punctus fixus eſt: erit igitur motus maximus ſeu infinitus, & pariter minimus, ubi idem eſt centrum & circumferentia, & uocamus ipſum uitam uiuentium, in ſua fixa æternitate, omnem poſsibilem uitæ motum complicantem. ALBERTVS. Intelligo te dicere uelle, paruitatem circulorum, uelociorem ſeu uiuaciorem motum uitæ figurare: quoniam ad centrum, quod eſt uita uiuentium, propiùs accedunt. Sed dicito, cur nouem circulos figuraſti? CARDINALIS. Scimus aliquos in rationis motu ueloces, alios tardos, ſed differentes, ut ex uarietate ingeniorum experimur. Quorum quidam tanta gaudent uiua citate, ut breuiſsimè diſcurrant. Alij tardiùs, & uix unquàm in aliquo proficiunt. Chriſtus qui eſt uita, eſt & ſapientia, hoc eſt ſapida ſcientia. Scientia in eo quia ſapida, oſtenditur uiua appræhenſio. Et ita intellectualis eſt appræhenſio ſapientiæ, ſeu ſapidæ ſcientiæ. Omnis igitur motus uiuus rationalis, eſt ut ſuæ uitę cauſam uideat, & tali ſapientia immortaliter paſcatur. Quod ſi ad hoc non peruenerit, non uiuit, quando ſuæ uitæ cauſam ignorat. Deus autem eſt dator uitæ, quem niſi Chriſtus Dei filius oſtendat, nemo uidebit. Oſtendere enim, ad ipſum ſolum ſpectat: quia non poteſt patrem, ut patrem oſtendere, niſi filius. Vnus eſt autem pater Chriſti & noſter, qui eſt ipſa æternitas, quæ eſt in omnibus patribus, & in quo omnes patres ſunt, & continentur. Sed ut clariùs uideas, ipſum oſtenſorem patris, aduerte, quia ipſe eſt ueritas. Dicebat enim ſe uiam & oſtium, uitam & ueritatem. Oſtenſio certa & uera, non niſi per ueritatem fieri poteſt. Falſitas uerò errat & deuiat, quæ mendaci diabolo, ſeductori tribuitur. Filiatio Dei in Chriſto, ſeipſam, quia uerias oſtendit. Et qui Chriſtum uerè uidet, in eo patrem, & ipſum in patre, uidet. Circuli igitur, ſunt uiſionis gradus. In omni circulo, uidetur centrum omnibus commune, propinquius in propinquiori, remotius in remotiori. Extrà quem, cum centrum uideri nequeat, quod non niſi in circulo uidetur, extrà uiſionis æternæ gradus, & ſine Chriſto, non uidetur uita uiuentium, ſeu lux luminum intellectualium. Ideò in tenebris, caret uita: quia uidere, eſt illi uiuere. In carentia autem lucis, nihil uidere poteſt, licet ſit oculus ſanus. Ita anima, licet incorruptibilis, luce carens oſtenſiua, quæ Chriſtus eſt, non uidet, nec intellectuali uita uiuere poteſt. Sicut enim ſenſibilis uiſio, ut ſit uera & uiua, ſenſibili luce indiget oſtēſiua: ita & intellectualis uiſio, intellectuali ueritatis luce opus habet, ſi uidere ſeu uiuere debet. Et quia in denario

nario terminatur omnis numerus, per nouem circulos in decimum, qui ſic circulus quòd centrum, figuraui aſcenſum. ALBERTVS. Cuncta competenter quæ dixiſti, & ſi non cœpi in guſtu intelligentiæ, uidi tamen uera eſſe. Solum admiror, poſtquàm infinitas centralis lucis, liberaliſsimè ſe diffundit, quomodo gradus oriantur. CARDINALIS. Hæc lux, non ſe diffundit per corporalia loca, ut quaſi lux corporea, quæ proximiora loca plùs illuminat. Sed eſt lux, quæ nec loco clauditur, nec obſtaculo impeditur, ſicut nec mentis noſtræ cogitatio. Sed quæ illuminantur, non poſſunt niſi uaria eſſe: quia multa & plura, ſine ueritate nec multa nec plura eſſent, aliàs idem eſſent. Receptio igitur lucis, uaria eſt in uarijs mentibus: ſicut receptio unius lucis ſenſibilis, in uarijs oculis uariè capitur, in uno ueriori & lucidiori modo quàm in alio, iuxtà ſuam capacitatem, quæ non poteſt eſſe æqualis, in diuerſis. Recipiunt igitur Chriſtiformes, lucem gloriæ ſufficienter omnes: ſed differenter, ſecundùm capacitatem cuiuſq; Sicut dum prædicator Euangelicus, lucem unam æquè ad ſingulos auditores, diffundit: non tamen æquè ab omnibus capitur, cum non ſint eiuſdem mentis & capacitatis. ALBERTVS. Cum nemo niſi beatus ſit in regione uiuorum, ſitq; ſolus ille beatus, qui id habet quod appetit, ſitq; unicum ſolum quies deſideriorum, ſcilicet meliori & perfectiori modo, quo id fieri poteſt, uidere centrum uitæ ſuę, ideò miror de eo, quòd quoſdam propiùs ad centrum accedere figuraſti, cum remotiores non comprehendant meliori modo, quo hoc fieri poteſt. CARDINALIS. Figuratur fruitio beata, in potatione fontis uitæ, eſtq; idem uidere & bibere. Vnus eſt fons uiuus, totam regionem uiuentium implens, de quo quantum quiſq; ſitit & deſiderat, bibit. Non poſſunt duo æqualiter ſitire, & deſiderare potum. Ideò licet omnes ſufficientiſsimè bibant, quantùm appetunt, non tamen æqualiter, quando æqualiter non ſitiunt. Facit charitas ſitire, quæ in diuerſis diuerſa eſt. Sic Chriſtus figurabat regnum nuptijs, ubi ipſe miniſtrat cuiq;, id quod appetit. Saturantur igitur omnes, quātùm deſiderant & fameſcunt, licet alij plus alij minus capiant. ALBERTVS. Placent hæc, & uideo non eſſe nouem circulos gloriæ, ſed innumerabiles, quando quiſque beatus proprium habet. CARDINALIS. Licet ſic ſit, quòd tota latitudo regni uitæ, ſit à centro ad circumferentiam, & hæc latitudo poſsit ad inſtar lineæ, quæ in ſe infinitas habet lineas, ſimiles à cētro ad circumferentiam concipi, unumq; ſit commune omnium centrum & circumferentia ſingulorum: tamē illa innumerabilis multitudo circumferentiarum, in nouem gradus partitur, ut gradatim per regnum illud, pulcherrimo decoratum ordine, nos ducamur, ubi idem eſt centrum commune, & particularis circumferentia, ſcilicet ad Chriſtum. Ibi enim idem eſt centrum commune, & particularis circumferentia creaturæ. Chriſtus enim, Deus & homo eſt, creator & creatura, & omnium beatarum creaturarum ipſe eſt centrum. Et attentè aduertas, circumferentiam ipſius, eſſe naturæ circumferentialis, omnium circumferentiarum, ſcilicet creaturarum rationalium. Et cum ſit idem identitate perſonali, cum centro omnium, ſcilicet creatore: omnes beati per circumferentiam circulorum figurati, in circumferentia Chriſti, quæ eſt ſimilis creatæ naturæ, quieſcunt, & finem attingunt, propter circumferentię naturæ creatæ, cum increata natura, hypoſtaticam unionem, qua nulla maior eſſe poteſt. Ex quo uides, Chriſtum omnibus beatificandis adeò neceſſarium, quòd ſine ipſo nemo fœlix eſſe poteſt: quoniam ipſe eſt unicus mediator, per quem acceſſus haberi poteſt, ad uiuentem uitam. ALBERTVS. Magna & pulchra dixiſti, quæ utinam aduerſarij Chriſtianorum conſiderarent, mox enim pacem cum Chriſto, & Chriſtianis inirent. Et ut parùm antè de ſubſtantia & accidentibus dixi, ita mihi occurrit, per nouem circumferentiales deſignationes ad centrum attingi, ut per nouem accidentia ad ſubſtantiam. CARDINALIS. Numerus, diſcretio eſt, quæ eſt unius ab alio, & hoc per unum, aut per alterum, aut tertium, & ita conſequenter uſque ad denarium, ubi ſiſtitur. Quare & omnis numerus, ibi terminatur. Sic & accidentia, nouem generibus generaliſsimis diſtinguntur, & ad notitiam quidditatis ſeu ſubſtantiæ conferunt. Nam ut per unum accidens, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut quinque, aut ſex, aut ſeptem, aut octo, aut nouem: ubi impletur numerus,

http://www.obrascatolicas.com

merus,, qui in denarij unitate complicatur. Numerare, discernere est. Res autem, maximè per substantiam discernuntur, & substantiæ, per quantitatem, qualitatem, & alia accidentia, quæ in nouem generibus accidentium complicantur. Ob plenam igitur accidentia, quæ in nouem generibus accidentium complicantur. Ob plenam igitur discretionem denotandam, talem feci figurationem. ALBERTVS. Audiui & Angelos, nouem choris distingui. CARDINALIS. Angeli, intelligentiæ sunt, & quia uarij sunt, oportet intelligentiales eorum uisiones & discretiones, per ordines & gradus, ab infimo usque ad supremum (qui Christus, & magni consilij Angelus dicitur) intellectualiter distingui, ex qua distinctione, tres ordines, & in quolibet tres chori, reperiuntur. Et minus cētrum est, ut denarius, terminus nouem articulorum. Primus ordo est centralior, & intelligibilium spirituum, qui simplici intuitu in centrum, seu omnipotens exemplar, omnia sine successione siue tempo rali siue naturali, & simul omnia compræhendunt, qui diuinę maiestati assistunt, à qua habēt, ut sic uidere omnia possint. Nam sicut Deus, à se habet hanc discretionē, ut in sua simplicitate omnia simul intueatur, quia intelligens causa: sic dat illis assistentibus spiritibus, ut in diuina simplicitate, sciant omnia. Qui etiam ideò, licet creati sint, æterni dicuntur: quia omnia simul compræhendunt. Alius autem ordo est intelligentium, qui omnia simul compræhendunt, sed non sine naturali successione, scilicet ut alia ex alijs habent naturaliter prouenire. Et licet sine successione temporali intelligāt, quia tamen sine naturali ordine, non possunt intelligere, ideò subintrat in ipsis, quædam cognitionis debilitatio. Ideò non dicuntur æterni, ut intellectibiles, sed benè, perpetui, quia in naturali ordine & successione, intelligunt. Tertius etenim ordo, rationalis dicitur: quia licet certa sit eorum compræhensio, minus tamen perfectè intelligūt, quàm alij. Primus ordo, tres habet choros, qui uoluntatem diuinam in Deo, licet differenter, intuentur, & eius discretionem imitantur. Sed tres chori intelligibiles, in intellectibilibus, diuinam uoluntatem compræhendunt. Et tres chori rationales, in intelligibilibus, uoluntatem diuinam intuentur. Nouem igitur sunt ordines, & Deus, in se omnia concludens & continens, quasi denarius figuratur. Habet igitur quisque nouem ordinum, suam θεοφανίαν, siue diuinam apparitionem, & Deus decimam, à qua omnes emanant. Decem itaque sunt diuersa genera discretionum, scilicet, illa diuina, quæ in centro figuratur, & in causa omnium, & aliæ nouem, in nouem choris angelorum. Et non sunt plures, nec numeri, nec discretiones. Hinc patet, cur sic regnum uitæ figurauerim, atque centrum, luci solari conformauerim, & tres proximos circulos igneos, alios ætheros, & tres quasi aqueos, qui in nigro terreo desinunt, depinxerim. ALBERTVS. Cum denarius sit omnem discretionem complicans, cur in quaternario sistit progressio? Nam non nisi quatuor dicuntur causæ seu rerum rationes, & quatuor elementa, & quatuor anni tempora, & ita de multis. CARDINALIS. A maximo exteriori circulo usq; ad minimum intimum et centralem, si numeras, dicē do primò semel unum, & deinde numerando bis unum, deinde ter unum, & postea quater unum: terminabitur quaternarius in centro. Sic uides unum, & duo, & tria, & quatuor simul, facere decem. Quare progressio, in quaternario terminatur, cum non sit discretio siue numerus, qui in ipso non reperiatur, non tamen uides, nisi unum in omni numero. Nec est aut esse potest, nisi unum unum. Plura, non sunt unum. Sicut in omnibus circulis, non uides nisi circulum unius rationis licet circumferentia unius, plus distet à centro, quàm alterius. Hoc necessariò contingit in pluribus, cum plures circumferentias, ab eodem centro æquè distare, non sit possibile. Sequitur igitur alteritas, pluralitatem. Quare etsi in omnibus entibus, non sit nisi una entitas, & omnia entia in ipsa, quæ Deus est, ita quòd non sit opus ad discernendum omnia entia ut entia sunt, nisi habere unius entitatis discretionem: tamen cum multitudinem sequatur, alteritas, ad discretionē omnium entiū ut multa sunt, numerus alteritatis discretior est necessarius, sine quo unum ab altero, discerni non potest. ALBERTVS. Nō igitur cognoscit Deus entia? Cognitio discretio est, quæ sine numero non uidetur possibilis. CARDINALIS. Cognoscere Dei, est esse, esse Dei, est entias: cognoscere Dei, est entitatem diuinam in omnibus entibus esse. Non sic est mens nostra, in

ijs quę

ijs quæ cognoscit, sicut Deus, qui cognoscendo creat & format. Sed mens nostra cognoscendo, creata discernit, ut sua notitiali uirtute, anima ambiat. Sicut Deus omnium exemplaria in se habet, ut omnia formare possit: ita mens, omnium exemplar in se habet, ut omnia cognoscere possit. Deus uis est creatiua, secundùm quam uirtutem, facit omnia ueraciter esse, id quod sunt, quoniam inse est entitas entium. Mens nostra uis est notionalis, secundùm quam uirtutem facit omnia notionaliter esse. Vnde ueritas, est eius obiectum, cui suum conceptum si assimilat, omnia in notitia habet, & entia rationis dicuntur. Lapis enim in notitia mentis, non est ens reale, sed rationis. Vides igitur Deum non indigere numero, ut discernat: sed mens nostra, sine numero non discernit, rerum alteritates & differentias. ALBERTVS. Nonnè creator creat etiam alteritatem? Si sic, utiq; cum non creet quod non intelligit, alteritas autem sine numero non intelligitur, per numerum igitur discernit. CARDINALIS. Omnia creat Deus etiam alterabilia, & mutabilia, & corruptibilia: tamen alteritatem, & mutabilitatem, corruptionemue, non creat, cum ipse sit ipsa entitas, non creatinteritum, sed Esse. Quod autem intereant aut alterentur, non habent à creante, sed sic contingit. Deus est causa efficiens materiæ, non priuationis & carentiæ, sed opportunitatis seu possibilitatis, quam carentia sequitur, ita quod non sit opportunitas, absque carentia, quæ contingenter se habet. Malum igitur, & posse peccare & mori, & alterari, non sunt creaturæ Dei, qui est entitas. De essentia igitur cuiuscunq;, non potest esse alteritas, cum in ipsa non sit entitas, nec sit in ipsa entitate. Nec est de essentia binarij alteritas, licet ab ipso quod est binarius, contingat adesse alteritatem. Sicut enim plura pisa, una proiectione, super planum pauimentum proiecta, sic se habent, quòd nullum pisum aut moueatur, aut quiescat, æqualiter cū alio, & alius sit locus & motus cuiuslibet: tamen illa alteritas & uariatio, nō est à proficiente omnia simul æqualiter, sed ex contingenti: quando non est possibile, ipsa æqualiter moueri, aut eodem in loco quiescere. ALBER. Nonnè entitatis est unire, & connectere? CARDI. Vtiq;. ALBER. Illa autem uaria & alia, atq; diuisa esse oportet, quæ coniecti debēt. CARDINALIS. Licet Deus, qui est nexus, non sit causa diuisionis: tamen omnium uariorum & diuersorum, creator est. Nexus autē est ante diuisionē, quoniā diuisio unionē præsupponit. Connectit igitur unitas, quæ entitas, diuersa & diuisa, in unā concordantem harmoniā. Plura enim ut plura, non habent esse, nisi ut sunt connexa. Connexio, ab unitate & æqualitate procedit. Plura igitur entia, ab unitate seu entitate, nō habent quòd non sunt esse plura. Sed cū nō possint esse multa, nisi & alterata & diuisa, ideò ut in unitate subsisterent per entitatem, quæ est Deus, connnexa sunt connexione, quæ est prior natura, quàm diuisio. Si igitur acutè inspicis, uides entitatē esse ipsā unitatem, quæ de se generat æqualitatem, à quibus procedit nexus, qui unitatis & æqualitatis nexus est. Aequalitas, non potest esse, nisi diuersarū æqualitas ὑποστάσεως, ante omnem inæqualitatē & alteritatē. Quare si ad pluralitatē creaturarū unius uniuersi respicimus, in ipsis reperimus unitatē, quæ est omnium entitas, & æqualitatem unitatis. Aequaliter enim omnia entitatē habent, cum unū ens, non sit neq; plus, neque minus ens, quàm aliud. In quibus omnibus & singulis tota entitas, est in æqualitate. Suntq; ideò ad unum connexa, quia in omnibus & singulis est entitas, & æqualitas, & nexus, ab unitate & æqualitate procedens. Sic uides primam causam unā, quia prima, & trinā, quia est unitas, æqualitas et nexus, & nisi hoc uerū esset, non esset causa ipsa entitas entium. Deus igitur, quia creator, non potest esse nisi trinus & unus. Est igitur mundus creatus, ut in ipso uideatur creator trinus & unus: qui pater dicitur cū sit unitas, quæ entitas: & filius, quia æqualitas unitatis (gignit enim unitas quæ entitas, æqualitatē, quæ est essendi æqualitas) & spiritussanctus, quia nexus seu amor, unitatis & æqualitatis, prout hoc alibi latiùs declarauimus. ALBER. Hæc sæpiùs repeti expetit, quia utilia & rara, quæ spero in futurū meliùs degustabo. Nunc ad centrum simplicissimū me conuertens, uideo ipsum principiū, medium & finem omnium circulorū. Nā eius simplicitas, est indiuisibilis & æterna, omnia in sua indiuisibili & strictissima unitate, cōplicans. Est initiū æqualitatis: nisi enim omnes lineæ, à centro ad

http://www.obrascatolicas.com

cumferentiam sint æquales, utiq; non est centrum circuli. Indiuisibilitas centri, est simplex initium æqualitatis, & nisi punctalis simplicitas, cum æqualitate sit coonexa: utique non potest esse centrum circuli, de cuius essentia est, æquidistantia à circumferentia. Sic uideo unitatem, æqualitatem, & utriusq; nexum, in centrali puncto. CARDINALIS. Acutè intras, & postquàm aduertis dictum sapientis, qui ait: Deum circulum, cuius centrum est ubiq; tunc uides, quòd sicut punctus, in omni quanto ubiq; reperitur, ita Deus in omnibus. Non tamen propterea sunt plura puncta, quia mens punctum ubiq; in quanto, reperit. Sic nec plures sunt Dij, licet in singulis uideatur. ALBERTVS. Non benè capio hoc. Declara quæso, quomodo punctus non est multiplicatus, ut sint plura puncta, licet ubiq; in quanto uideatur? CARDINALIS. Si chartam unam scribendo impleres, nihil nisi unum ubiq; scribendo: utique licet ubique uideres unum esse scriptum, non esset propterea ueraciter plus, quàm unum unum, ubiq; scriptum. Tu enim licet pluries scribas, unum in diuersis locis, non tamen propterea unum est mutatum, & pluri ficatum. ALBERTVS. Certum est, me multiplicasse unius scripturam, non unum ipsum. CARDINAL. Vtiq; in omnibus albis, mens uidet albedinem, non tamen ideò sunt plures albedines. Ita in omnibus atomis, uidet punctum, non tamen ideò non sunt plura puncta. Et quòd clariùs intelliges, quando consideras unum simplicissimum, in se complicare omnem multitudinem, ideoq; esse immultiplicabile: cum sit multiplicatio omnis multiplicationis seu multitudinis. Quare in omni multitudine uidetur: quia non est multitudo, nisi explicatio unitatis, sic de puncto, qui est complicatio magnitudinis, pariformiter dicendum uides. ALBERTVS. Hæc sic esse intueor. CARDINALIS. Consequenter aperi mentis obtutum, & uidebis Deum in omni multitudine esse, quia est in uno, & in omni magnitudine, quia est in puncto. Ex quo constat, quòd diuina simplicitas, subtilior est uno, & puncto, quibus dat uirtutem complicatiuam multitudinis & magnitudinis. Quare Deus est uirtus magis complicatiua, quàm unius & pũcti. ALBERTVS. Vtiq; maior est Dei simplicitas, quàm unius & puncti. CARDINALIS. Igitur & magis complicatiua. Nam uis complicatiua, est in simplicitate, quæ quantò magis unita, tantò magis simplex & complicatiua. Ideò Deus, qui est uis, qua nulla maior esse potest, est uis maximè unita & simplex. Quare maximè potens & complicans. Igitur est complicatio complicationum. ALBERTVS. Verissima profers. CARDINALIS. Esto igitur, ens esse omnium existentium complicationem: tũc cum nullum ens sit, nisi in ipso sit entitas, certissimum esse uides, Deũ eo ipso quòd entitas est in ente, esse in omnibus. Et licet ens ipsum, in omnibus quę sunt uideatur, non est tamen nisi unum ens, sicut de uno & puncto dictum est. Nec est aliud dicere, Deum esse in omnibus, quàmquòd entitas est in ente omnia complicante. Sic optimè ille uidit, qui dixit: Quia Deus est, omnia sunt. ALBERTVS. Placeret illius conclusio, nisi obstaret, Deum ab æterno fuisse, & creaturas incœpisse. CARDINALIS. Tu deciperis. Imaginaris enim, ante mundi creationem Deum fuisse, & non creaturas. Sed dum attendis, quod nunquàm uerum fuit dicere, Deum fuisse, quin & creaturæ essent: uides Deum ante creaturas non propriè dici fuisse. Fuisse enim aliquid tempore nondum existente, non est possibile, cum fuisse sit præteriti temporis. Tempus, creatura ęternitatis: non enim est æternitas, quæ tota simul est, sed eius imago, cum sit in successione. ALBERTVS. Cur dicitur tempus imago æternitatis? CARDINAL. Nos æternitatem non capimus, sine durationę, durationem nequaquàm imaginari possumus, sine successione. Hinc successio, quæ est temporalis duratio, se offert, quã do æternitatem concipere nitimur. Sed mens dicit absolutam durationem, quæ est æternitas, naturaliter præcedere durationem successiuã, & ita in successiua, tanquàm in imagine, uidetur duratio in se, à successione absoluta, sicut in imagine ueritas. ALBERTVS. Imaginatio igitur, adiuuat mentem sibi coniunctam. CARDINALIS. Certissimum est, intelligentem, ex phantasmatibus, incorruptibilium haurire speculationem. Sunt autem phantasmata, quæ offert imaginatio. Hinc subtiles imaginationes, citiùs succurrunt ratiocinãti & ueritates quærenti: nisi enim mens nostra, indigeret ad iutorio

iutorio imaginationis, ut ad ueritatem, quæ imaginationem excedit, quam solũ quærit, perueniat, quasi saltator fossæ, adiutorio baculi: non esset in nobis imaginatio cõiuncta. De his, nunc sic dictum sit. ALBERTVS. Alibi ut fertur, latiùs hæc scripsisti. Nunc reuertentes ad circulares descriptiones ludi nostri, dicito si quid mysterij restet. CARDINALIS. Tanta sunt, quòd satis exprimi non possunt. Nam sicut de hierarchicis ordinibus, bonorum spirituum dictum est; & de malis apostaticis spiritibus; & eorum casu, speculator multa inueniet: quia de quolibet ordine & choro, quidam transgressores ceciderunt, & eorum casus est, à certitudine scientiæ, in certitudinem ruisse. Possunt & cœlorum discretione, aliquatenus uenari. Nam cœlum uisibile, & cœlum intelligibile, & cœlum intellectuale, quidam sancti, esse compræhenderunt, & in quolibet trinam distinctionẽ, ut nouenarius cœlorum in denario (ubi est sedes Dei, super Cherubim) perficiatur. ALBERTVS. Non dubito numeri discretionem esse: & in denario compræhendi omnem numerum, & discretionem. Ea uerò, quæ numerantur & discernuntur per hominem, ab ipsa discretione non habent esse, sed discerni: nisi enim essent, quomodo discernerentur? quare circa uirtutem discretiuam, quæ est post essentiariuam, pulchra uidetur speculatio, quã rogo adijcias. CARDINALIS. Tangam aliquid, ut paream nobili tuo desiderio. Vis illa discretiua, rationalis anima in nobis appellatur. Ratio ne quidem discernit, ratiocinatio, suppuratio, & numeratio est. Nam licet anima, uisu uisibilia, auditu audibilia, & generaliter sensu sensibilia capiat: non tamen discernit, nisi ratione. Quando enim audimus concinnentes uoces, sensu attingimus, sed differentias & concordantias, ratione & disciplina mensuramus, quam uim in brutis non reperimus. Non enim habent uim numerandi & proportionandi. Et ideò incapaces sunt disciplinæ Musicæ: licet sensu uoces nobiscum attingant, & moueantur concordantia uocum ad delectationẽ. Anima igitur nostra, rationalis meritò dicitur, quia est uis ratiocinatiua seu numeratiua, in se complicans cuncta, sine quibus perfecta discretio, fieri nequit. Quando enim sensu auditus mouetur, ad motum delectationis, ob dulcem harmonicam concordantiam, & intrà se inuenit rationem concordantiæ, in numerali proportione fundari: disciplinam ratiocinandi, de musicis concordantijs per numerum inuenit. Videtur igitur anima esse uiua illa unitas, numeri principium, in se omnem discretiuum numerum complicans, quæ de seipsa numerum explicat: ut discretiuę lucis uiua scintilla, seipsam expandens, super illa quæ discernere cupit, & seipsam ab ijs, quæ scire non cupit, retrahens, sicut uisum sensibilem ad uisibile, quod uidere cupit, conuertit, & à uisibili quod respuit, auertit. ALBERTVS. Hoc audire concupiui. Sed cum suprà Deum dixeris unitatem, & modo animam unitatem appelles: quomodo hæc intelligere debeam, dicito. CARDINALIS. Deus est unitas illa, quæ & entitas, omnia ut esse possunt, complicans. Anima uerò rationalis, est unitas, omnia ut noscí seu discerni possunt complicans. In unitate quæ Deus est, complicatur unitas animæ rationalis, ut esse possit id, quod est: scilicet, ut est anima, in se notionaliter omnia complicans: In unitate igitur, quæ Deus est, omnia ut & cognosci possunt complicantur; cũ idem sit in Deo, unitas & entitas. Ideò ibi esse & cognosci, similiter idem sunt. Vnitas aũt, quę est anima rationalis, nõ est idem cum ipsa entitate, quæ est essendi forma, per quã habet & ipsa anima, quòd est. Sed benè conuertitur unitas animæ, cum sua propria entitate, licet non cum absoluta entitate: quia nec unitas animæ est absoluta, sed est ipsius animæ propria, sicut & sua entitas. Vnde anima rationalis, est uis complicatiua, omnium notionalium complicationum. Complicat enim complicationem multitudinis, & complicationem magnitudinis, scilicet unius & puncti. Nam sine illis, scilicet multitudine & magnitudine, nulla fit discretio. Complicat complicationem motuum, quæ complicatio, quies dicitur: nihil enim in motu, nisi quies uidetur. Motus enim est, de quiete in quietem. Complicat etiam complicationem temporis, quæ Nũc seu præsentia dicitur. Nihil enim in tempore, nisi Nunc reperitur. Et ita de omnibus complicationibus dicendum, scilicet, quod anima rationalis, est simplicitas, omnium complicationum notionalium. Complicat enim uis subtilissima, animæ rationalis,

http://www.obrascatolicas.com

ĩ ſua ſimplicitate, oẽm cõplicitatẽ, ſine qua perfecta diſcretio fieri nõ poteſt. Quapter, ut multitudinem diſcernat, unitati ſeu cõplicationi numeri ſe aſsimilat, & exnotionalẽ multitudĩis numerũ, explicat. Sic ſe pũcto aſsimilat, qui cõplicat magnitudinem, ut de ſe notionales lineas, ſuperficies, & corpora explicet. Et ex complicationẽ illorum uel illarum, ſcilicet unitate & puncto: mathematicales explicat figuras, circulares, & polygonias, quæ ſine multitudine & magnitudine ſimul, explicari nequeunt. Sic ſe aſsimilat quieti, ut motum diſcernat. Et preſentia ſeu ipſi Nunc, ut tempus diſcernat. Et cum hæ omnes complicationes ſint in ipſa unitate, ipſa tanquàm cõplicatio complicationum, explicatorie omnia diſcernit & menſurat, & tempus, & motum, & agros, & quæcũq; quanta. Et inuenit diſciplinas, ſcilicet Arithmeticam, Geometricam, Muſicam, & Aſtronomicam, & illas in ſua uirtute complicari, experitur. Sunt enim illæ diſcipline, per homines inuentæ & explicatæ. Et cum ſint incorruptibiles, & ſemper eodem modo manentes, uerè uidetur anima, ſeipſam incorruptibilem, ſemper uerè permanentem: quoniam non ſunt illæ mathematicæ diſciplinæ, niſi in ea & in eius uirtute complicatæ, & per eius uirtutem explicatæ, adeò quòd ipſa anima rationali non exiſtente: illæ nequaquàm eſſe poſſent. Vnde & decem prædicamenta, in eius ui notionali, complicantur. Similiter & quinq; Vniuerſalia, & quæcũq; logicalia, & alia, ad perfectam notionem neceſſaria: ſiue illa habeant eſſe, extrà mentem, ſiue non, quando ſine ipſis non poteſt diſcretio & notio, perfectè per animam haberi. ALBERTVS. Quantùm mihi placet intellexiſſe tempus, quod eſt menſura motus, ſublata rationali anima, non poſſe, aut eſſe, aut cognoſci, cum ſit ratio ſeu numerus motus, & quòd notionalia ut notionalia ſunt, ab anima hoc habeant, quæ eſt notionalium creatrix, ſicut Deus eſſentialium. CARDINALIS. Creat anima, ſua inuentione noua inſtrumenta, ut diſcernat & noſcat: ut Ptolomæus aſtrolabium, & Orpheus lyram, & ita de multis. Neque ex aliquo extrinſeco inuentores crearunt illa, ſed ex propria mente. Explicarunt enim, in ſenſibili materia, conceptum. Sic annus, menſis, horæ, ſunt inſtrumenta menſuræ temporis, per hominem creatæ. Sic tempus cum ſit menſura motus, menſurantis animæ eſt inſtrumentum. Non igitur dependet ratio animę à tempore, ſed ratio menſuræ motus, quæ tempus dicitur, ab anima rationali dependet. Quare anima rationalis, non eſt tempori ſubdita, ſed ad tempus ſe habet anterioriter, ſicut uiſus ad oculum: qui licet ſine oculo non uideat, tamen non habet ab oculo, quòd eſt uiſus, cum oculus ſit organum eius. Ita anima rationalis, licet non menſuret motum ſine tempore, non tamen propterea ipſa ſubeſt tempori, ſed potius econuersò: cum uratur tempore, pro inſtrumento & organo, ad diſcretionem motuum faciendam. Nullo igitur tempore motus diſcretionis animæ, menſurari poteſt, ideò nec tempore finibilis, quare perpetuus. ALBERTVS. Clariſsimè uideo, motum animæ rationalis diſcretiuum, omnem motum & quietem, cum tempore menſurantem, non poſſe cum tempore menſurari. Artes & diſciplinæ immutabiles tempore, quid aliud ſunt, quàm ratio? Quis dubitat, rationem circuli, ſuprà tempus eſſe, & omnem circularem motum naturaliter anteire, ideò à tempore penitùs abſolutam, & ubi ratio circuli uidetur non extrà rationem? ubi ratio, niſi in anima rationali? Si igitur in ſeipſa anima rationalis, uidet rationem circuli, quæ eſt ſuprà tempus, igitur ſiue anima rationalis, ſit ipſa ratio, ſeu diſciplina, ſeu ars, aut ſcientia, ſiue non ſit: utique conſtat, ipſam neceſſariò ſupra tempus eſſe. Et hæc ſatisfaciunt mihi, ut ſciam rationalem animam, non poſſe ullo tempore, deficere aut interire. Sed cum uideam aliquem hominem, ratione carentem, licet ſenſu uigeat: dubito, an anima illius, ut alterius bruti ſit æſtimanda? CARDI. Aĩa hoĩs una eſt, & rationalis dicitur, licet cũ brutis ſenſitiua ſit. Nã ut aliâs me recolo, duci loãni in priori colloquio, dixiſſe de trigono & tetragono, uis ſenſitiua ĩ homine, nõ eſt brutalis aĩæ, ſed rationalis: quod in exẽplo, per beatũ Auguſtinũ, ĩ xiiij libro, de ciuitate Dei, de Reſtituto presbytero manifeſtũ factum eſt. ALBER. Quomodo? CARDI. Refert, quomodo hic Presbyter Reſtitutus, Calamenſis dioœſis, quando ei placebat, aut rogabatur ut faceret, ad ſimulatas quaſi cuiuſuis lamentantis hominis uoces, ita ſe auferebat à ſenſi

ſenſibus, & facebat ſimillimus mortuo: ut non ſolum uellicantes atque pungentes, minimè ſentiret, ſed aliquando etiam igne urebatur admoto, ſine ullo doloris ſenſu & tanquam in defuncto, nullus inueniebatur anhelitus, hominum tamẽ uoces, cum clariùs loquerentur, tanquàm de longinquo ſe audire, poſtea referebat. Hoc autem uoluntate factum, oſtendit animam rationalem, ſe à corpore retraxiſſe, ita etiam ut nihil ſentiret. Ex quo patet, animam rationalem, uoluntate ſeparatam eſſe & ſenſitiuam, & uim rationalem, dominari potentiæ ſenſitiuæ. Vna igitur eſt anima rationalis & ſenſitiua in homine, & licet non appareat in aliquo homine, exercitium rationis manifeſtum, non tamen anima eſt brutalis. Sicut ſi corpus adeò eſſet attenuatum aut minoratum, quòd uideri aut tangi non facilè poſſet, non tamen propterea corpus eſſe deſineret, cum in non corpus, reſolui non poſsit. Neque eſt poſsibile, hominem ratione ſemel habita, in infuſione rationalis animæ, poſſe penitùs poſtea ſpoliari, licet non uideatur aliquis rationis uſus. Nam hic uſus, in uno eſt clarior, in alio obſcurior: ideò nunquàm poteſt eſſe minimus, & penitùs nullius, etiamſi adeò paruus, quòd diſcerni ab alijs non poſſet. Hoc ex regula doctæ ignorantiæ conſtat, quæ habet: quòd in recipientibus magis & minus, non eſt deuenire, ad maximum & minimum ſimpliciter. ALBERTVS. Cum ſtultitia, quam in multis experimur hominibus, ingerat dubium, an ſit in ipſis ratio: uidetur per ſimile hoc dubium ſolui poſſe, hoc modo. Habent quidam integros oculos, & nihil diſcernunt, non tamen propterea uirtute uiſiua carent, ſed uſu, qui ut appareat, meliorem organi exigit diſpoſitionem. Et ſicut aliquando oculus, recipit meliorem diſpoſitionem, & tunc uſus uidendi apparet, aliquando manet indiſpoſitus, & non aduenit: ita de ſtultitia, quæ ſanitate organi aduenient, ſine quo uſus rationis non poteſt adeſſe, uſu rationis apparente, ceſſat, & non ceſſat de effectu organi non ſublato. Hoc uerum æſtimo, quòd ſicut nunquàm reperitur oculus adeò indiſpoſitus, quin aliquam lucem ſentiat, licet nihil diſcernat, ita de ſtulto aſſerendum. Et ſi hæc ſic ſint, ut aſſeris, reſtant tamen adhuc quædam, quæ me turbant: cum anima ſit cauſa motus corporis, quomodo hoc fieri poſſit, ſine mutatione? & ſi mouendo mutatur anima, utique temporalis eſt. Omne enim quod mutatur, inſtabile, & nequaquàm perpetuum eſſe poteſt. CARDI. Oportet ut dicamus, animam mouere, & non mutari, uti Ariſtoteles dicebat. Deum deſideratum mouere. Manet enim in ſe fixum illud bonum, ab omnibus deſideratum, & ad ſe omnia mouet: quæ bonum deſiderat. Anima rationalis, ſuam operationem intendit producere. Intentione firma perſiſtente, mouet manus & inſtrumenta, dum dolat lapidem ſtatuarius. Intentio uidetur in anima immutabiliter perſiſtere, & mouere corpus & inſtrumenta. Sic natura (quam mundi animam quidam appellant) ſtante immobili & inſtabili intentione, exequendi imperium creatoris, omnia mouet. Et creator, ſtante æterna immobili & immutabili intentione, omnia creat. Et quid eſt intentio, niſi conceptus, ſeu uerbũ rationale, in quo oĩm rerum exemplaria? Eſt enim finalis terminus, infiniratẽ oĩs poſſe fieri, determinans. Vna igitẽ æterna & ſimpliciſſima Dei intentio, ſtans & permanens, cauſa eſt oĩm. Sic in anima rationali, una eſt perpetua & finalis intentio, acquirere ſcientiã Dei, hoc eſt, in ſe habere notionaliter hoc bonum quod omnia appetunt. Nunquàm enim illam mutat rationalis anima, ut rationalis eſt. Sunt & aliæ ſecundæ intentiones, quæ quando ab illa prima intentione deuiant, mutantur, primo deſiderio firmo permanente. Et ob mutationẽ intentionũ taliũ, non mutatur anima rationalis: quia in prima intentione, fixa permanet. Et immutabilitas illius primæ intentionis, cauſa eſt mutationis, talium ſecundarum intentionum. ALBERTVS. Duxiſti me paucis, ut uideam, intentione in Deo & anima rationali, per quam & ſecundùm quam operantur, & mouent ſtabiliter permanente, omnia fieri & moueri. Nec eſt hæſitatio, ſi intentio firma perſiſtit, Deum & animam rationalem mouere, & non moueri nec mutari. Stante enim intentione, utiq; ſtat intendẽs, qui ab intentione non mouetur. Nec in Deo aliud eſt intẽtio, quàm Deus intendẽs. Sic nec in rationali aĩa, intẽtio eſt aliud, quàm intendens anima. Et id quod de ſecundis intentionibus dixiſti, ualdè neceſſariũ eſt aduerti, & tollis plura dubia. CARDI.

Doctæ ignorantiæ.

http://www.obrascatolicas.com

DINALIS. Dum intendo uidere uisibile, admoueo oculos, dum intendo audire, admoueo aures, & dum intendo ambulare, admoueo pedes, & generaliter, dum intendo sentire, admoueo sensum. Dum intendo uidere, quæ sensi, admoueo imaginationem, seu memoriam. Ad omnia igitur corporalia, mediante organo corporeo, pergo. Sed dum ad incorporea me conuertere uolo, remoueo me ab istis corporeis, & quantò uerius illa speculari intendo: tantò uerius me à corporeis retraho. Vt dum uolo uidere animam meam, quæ non est obiectum usus sensibilis, melius clausis sensibilibus oculis, ipsam uidebo. Et facio animam instrumentum, incorporea uidendi. Vt dum disciplinas comprehendere intendo, ad uirtutem animæ intelligentialem me conuerto. Et dum intendo uidere, omnium rerum rationem & causam, ad intellectibilem animę, simplicissimam fortissimamq; conuerto uirtutem. Vnde anima, melius uidet incorporalia, quàm corporalia: quia incorporalia ad se ingrediens, uidet, corporalia uerò, à se egrediens. Et nihil in omnibus his, nisi unum intendit, scilicet, omnium & sui causam, per suam rationalem fortitudinem uidere & comprehendere: ut dum omnium & sui ipsius causam & rationem, in sua uiua ratione esse sentit, summo bono, pace perpetua, & delectatione fruat. Rationalis enim spiritus, natura scire desiderans, quid aliud quærit, quàm omnium causam & rationem? nec quiescit, nisi ipsam sciat, quod fieri nequit, nisi suum sciendi desiderium, scilicet rationis suæ æternam causam, in se, ipsa scilicet uirtute rationali uideat & sentiat. ALBERTVS. Magna dicis & certa, supremo cum feratur desiderio anima rationalis, ut discernat & sciat, quando ad id peruenit, ut causam tanti desiderij, in seipsa scilicet discretiua uideat uirtute, utique in se habet scientiam, datoris desiderij. Et nihil appetere potest, quod non in seipsa uideat. Quid enim amplius desiderari posset, per scire desiderantem, quando causatum, sux causæ scientiam in se intuetur? Tunc enim suæ creationis rationem & artem habet, quæ est omnis desiderij sciendi perfectio & complementum, quo nihil rationali naturæ, scire auidissimæ, beatiùs fœliciusq; aduenire potest. Omnium enim scibilium artium habere peritiam, modicum est, respectu artis: omnium artium creatiuæ. Solum mihi difficilè uidetur, creaturam quantumcunq; rationalem & docilem, creatiuam artem capere posse, quam solus Deus habet. CARDINALIS. Ars creatiua, quam felix anima assequetur, non est ars illa per essentiam, quæ Dei est, sed illius artis communicatio, & participatio. Sicut acquirere albedinem participatione albedinis absolutè, per essentiam talis, & non per essentiam non acquisitæ, non est transmutatio, albi in ipsam albedinem: sed conformatio acquisitæ, cũ non acquisita, ubi acquisita, nihil ex se potest, nisi in uirtute nõ acquisitæ. Non enim albũ debat, nisi in uirtute albedinis, à qua habet ut sit album, aut conforme albedini, alba formãti. ALBER. Placent hæc, dicente scriptura de filio Dei: cum apparuerit in gloria, similes ei erimus, non ait: quòd erimus ipse. Sed quia dixisti, de sensu animæ rationalis, quomodo intelligis, sensum esse in intellectuali natura? CARDINAL. Sæpè pręterеuntes non sentimus, nec uisu, nec auditu: quia non sumus ad hoc attenti, sed quãdo sumus attenti, sentimus. Nos in anima nostra, rationem & scientiam scibilium, uirtualiter possidemus: non tamen actu sentimus huius ueritatem, nisi attentè ad hoc uidendum conuersi fuerimus. Licet enim Musicæ scientiã habeã, tñ cũ Geometriæ uaco, non sentio me musicum. Attenta igitur cogitatio, me sentire facit intelligibilia, quæ non senserã. Sicut enim centrum omniũ circulorũ, est in profundo occultatũ, in cuius simplicitate, uis est omnia cõplicans: sic in centro animæ rationalis, complicantur omnia in ratione cõprehensa, sed nõ sentiũtur, nisi attẽta cogitatione, uis illa concitetur, & explicetur. ALBER. Optimè ad omnia & gratissimè respondes. Nũc ut uideo, ad finẽ properas: uerũ aliquid quæso, circa occultũ & patulũ adijcias. Videẽ em ex figura descriptionis, uis oĩs in cẽtro occultari. CARDI. Deũ eẽ absconditũ, ab oculis oĩm sapiẽtũ, scribit, & omne ĩuisibile ĩ ĩuisibili occultaẽ. Visibile est oculis manifestũ, & indiuisibile ab oculis remotũ. Principia, minima (dicit Aristoteles) quantitate, & maxima uirtute. Virtus spiritualis & inuisibilis est, & tantæ potentiæ est uirtus scintillæ ignis, quantæ totus ignis. Tanta uirtus, in uno modico grano sinapis, quanta in

ta in multis granis, imo & in omnibus, quæ esse possunt. Finis manifesti est occultũ, & extrinseci intrinsecum. Pelliculæ & cortices, propter carnes & medullas, & ille propter intrinsecam uitalem inuisibilem uirtutem. Elementatiua uirtus, in chaos occultatur, & in uegetatiua, occultatur sensitiua, & in illa, imaginatiua, & in illa, Logica seu rationalis, in rationali, intelligentialis, in intelligentiali, intellectibilis, in intellectibili, uirtus uirtutum. Hæc in figura circulorum, mystice legas. Circulus circundãs & extrinsecus, figurat ipsum confusum chaos. Secundus, uirtutem elementatiuam, quæ est proxima ipsi chao. Tertius, mineralem: & hi tres circuli, terminantur in quarto, qui est circulus, uegetatiuam figurãs. Post illum est quintus circulus, sensitiuam figurans. Deinde sextus, imaginatiuam, siue phantasticam figurans. Et hi tres circuli, scilicet quartus, quintus, & sextus, in sequenti quarto terminantur, scilicet Logicam seu rationalem figurante, & septimus est. Deinde est octauus, figurans intelligentialem, & nonus, figurans intellectibilem. Et hi tres, scilicet septimus, octauus, & nonus, in sequenti quarto, qui est decimus, terminantur. ALBERTVS. Pulchra nunc recitasti, quomodo de confuso ad discretum, fit progressio. Et quia hac consideratione, de omni imperfecto ad perfectum ascenditur, de confusis tenebris ad discretam lucem, de insipido ad sapidum, per medios sapores, de nigro ad album, per medios colores, ita de odorali natura, ad spiritualem, cuius experientiam homo in seipso repperit, & cur μικρόκοσμος nominetur, inuenit. Ideò de ratione huius progressionis, adeò mirabilis & fœcundæ, ad omne scibile applicabili, non pigriteris, ad huc pauca saltem subiungere. CARDINALIS. Sicut denario omnis discretio continetur, ita necessariò omnis progressio. Nam unum, & duo, & tria, & quatuor: decem sunt. In quo cum discretio subsistat, ideò & discretionis progressio. Neque possunt plures quàm tres esse, tales progressiones, quando tertia denario concluditur, quæ necessariò sic se ad inuicem habent, quòd supremum primæ, sit infimum secundæ, & supremum secundæ, sit infimum tertiæ, ut sit una continua, pariter & trina progressio. Igitur sicut prima progressio, recedens ab imperfecto, finitur in quaternario: ita secunda, incipit in quaternario, & finitur in septenario. Et ibi tertia incipit, quæ denario perficitur. Huius cupis rationem audire, quam sic intelliges. Ordo, cum sit de necessitate omnium operum Dei, ut rectè Apostolus aiebat, dicens: quæcunq; à Deo sunt ordinata, sunt sine principio, medio, & fine, nec esse nec intelligi potest. Est autem ordo perfectissimus & simplicissimus, quo nullus, aut perfectior aut simplicior esse potest, qui est in omni ordinato, & in quo omnia ordinata: modo quo in generali propositione, in exordio præmisimus. In eo autem ordine, qui est omnium ordinum exemplar, necesse est, medium esse simplicissimum, cum ordo sit simplicissimus. Erit igitur adeò æquale medium, quòd & ipsa æqualitas, qui ordo, non potest per nos, aliqua discretione capi, nisi in ordinatissima progressione, quę ab unitate incipit, & ternario terminatur. In qua medium simplicissimum, est æquale medium principij & finis. Duo enim, medium est præcisum & æquale, unius & trium, & præcisa tertia, totius ordinis & progressionis. Aliter nos illum simplicissimũ diuinũ ordinẽ, nisi pręmissa progressione, discernere non possumus. Et cum mediũ, sit æquale mediũ, sicut & indistinctum ab æqualitate: ita & in essentia manet, idẽ cũ principio & fine. Diuersarũ enim essentiarũ, non potest esse præcisa ęqualitas. Omnis autem ordo, qui habet quòd est ordo, à iam dicto simplicissimo ordine non potest habere, simplex & ęquale medium. Est enim omnis ordo, excepto simplicissimo compositus. Omne autem quod componitur, ex inæqualibus componitur. Impossibile est enim, plures partes componibiles, præcisè æquales esse. Non enim essent aut plures aut partes. Neq; æqualitas, est pluralis. Ideò in primo ordine simplicissimo, una est triũ hypostasiũ æqualitas: quia impossibile est, plures eẽ æqualitates, quãdo pluralitas sequit alteritatẽ, & inæqualitatẽ. Si igitur nõ potest eẽ, in ordinato seu creato ordine, simplex & æquale medium: ideò nec in ternaria progressione concluditur, sed ultrà progreditur in compositionẽ. Quaternarius autẽ, est immediatè à prima progressione exiens, & non exiret: nisi ordinata esset progressio. Quare id, quod

ordinata

http://www.obrascatolicas.com

ordinata progreſsio, de prima ordinatiſsima exiens requirit: neceſſariò in ipſa, quia ternaria exiſtit. Ideò habet compoſitum medium, ſcilicet duo & tria, quæ ſimul ſunt medium totius progreſsionis. Sunt enim unum, & duo, & tria, & quatuor, ſimul decem. Duo uerò & tria quinq; medietas ſcilicet de decem. Sic ſe habent quatuor, quinq; ue, ſex, ſeptem: & ſeptem, octo, nouem, decem, & ita uides antedicti rationem. ALBERTVS. Magna eſt rationis uigoroſitas, ut uideo. Sed miror de eo, quòd dixiſti, nihil ex æqualibus componi. Nonné ex duobus binarijs quaternarius eſt compoſitus? CARDINALIS. Nequaquàm. Omnis enim numerus, eſt aut par aut impar. Et cum componitur, non niſi ex numero componitur, ſcilicet ex pari & impari, ſiue ex unitate & alteritate. Quantitatem quaternarij eſſe ex duobus binarijs, non nego: ſed eius ſubſtantiam dico, non niſi ex pari & impari. Oportet enim inter partes, quæ debent componere aliquid, proportionem, eſſe, ideò & diuerſitatem. Ob hoc rectè Boetius aiebat: ex paribus nihil componi. Harmonia enim, ex acuto & graui adinuicem proportionatis, componitur, ita & omnia. Vnde quaternarius, ex ternario, & altero cõponitur. Ternarius eſt impar, alter par: ſicut binarius, ex uno & altero. Alteritas, par dicitur, propter caſum ab unitate indiuiſibili, in diuiſibilitatẽ, quæ in pari eſt. Sic quaternarius, ex ternario ſcilicet impari & indiuiſibili, & altero ſcilicet diuiſibili, componitur. Omnis enim numerus, ex numero componitur: quia ex uno & altero, unum & alterũ numerus eſt. De his meminimus nos aliàs latiùs ſcripſiſſe, maximè in libello de Mente. Nunc hæc ſic repetita ſint, ut rationẽ ſeu uirtutem animæ diſcretiuã in numero, qui ex mente noſtra eſt, meliùs cognoſcas, ac quòd uis illa diſcretiua ex eodem & diuerſo, & uno & altero compoſita dicitur, ut numerus: quia numerus diſcretione mentis noſtræ, numerus eſt, & eius numerare, eſt unum cõmune multiplicare & plurificare, quod eſt unum in multis, & multa in uno, & unum ab altero diſcernere. Pythagoras aduertẽs, nullam poſſe fieri, niſi per diſcretionem, ſcientiam de omnibus per numerum philoſophatus eſt. Nec; arbitror quem quàm, rationabiliorẽ philoſophandi, modum aſſecutum, quem quia Plato imitatus eſt, meritò magnus habet. ALBERTVS. Hæc, ſic ut aſſeris admitto. Nunc ergò cũ dies ad ueſperam tendat, hoc colloquium ualere, memoriaq; dignum, delectabili concluſione facito. CARDI. Conabor, & non incidit mihi, quomodo meliùs quæ dixi ualere faciam, quàm ſi de ualore loquar. ALBERTVS. Optimè. CARDI. Bonũ & nobile, atq; pretioſũ eſt eſſe, ideò omne quod eſt, non eſt ualoris expers. Nihil penitùs eſſe poteſt, quin aliquid ualeat. Nec; reperiri poteſt quicquàm minimi ualoris, ita quòd minoris eſſe nequeat. Nec; adeò magni ualoris quicquàm eſt, quin maioris eſſe poſsit. Solus aũt ualor, qui eſt ualor ualorũ, & qui in omnibus quæ ualent eſt, & in quo quæ ualent exiſtunt, in ſe omnem ualorem cõplicat, & plus aut minus, ualere nequit. Hunc igitur abſolutũ ualorem, omnis ualoris cauſam, in centro circulorum omnium occultatũ concipito, & extremũ circulũ, ualorem extremũ, & propè nihil facito. Et quomodo in denariũ, unitrina progreſsione, augetur, modo ſæpè tacto, conſidera, & dulcem ſpeculationem ſub intrabis. ALBERTVS. Puto ſi ad pretium ualoris, ſermonẽ cõtraheres, magis nos inſtrueres. CARDI. Fortè de pecunia dicere intendis. ALBER. Sic uolo. CARDI. Dicam faciam. Sed nunc attende, quomodo ualor rerum omnium, non eſt niſi eſſe ipſum omniũ. Et ſicut in ſimpliciter maximo ualore uno, & penitus incõpoſito & indiuiſibili, ueriſsimè omnis omniũ ualor exiſtit: ita in entitate ſimpliciſsima, omniũ eſſe. Sicut enim in ualore alicuius floreni, eſt ualor mille paruulorum denariorum, & in duplo meliori floreno, duorũ milliũ, & ita in infinitũ: ita in optimo, quo melior eſſe non poſſet, infinitorum denariorũ ualorẽ eſſe, neceſſe eſſet. Et ſicut hoc uides uerum, ita ueraciter & realiter uerum eſſet. ALBERTVS. Vtiq; ſic eſt. CARDINALIS. Dum autẽ tu in teipſo hoc uerum uides, quid ualet ille tuæ mentis oculus, in ſua uirtute, ualorem omnẽ diſcernẽs? Nã in ipſo uiſu, ualor omnium & ualores ſingulorũ ſunt, ſed non ut in ualore ualorũ. Nõ enim propterea quia mens uidet, in quod omnia ualet, ideò ipſa oĩa ualet. Nõ eĩ ſunt in ipſa ualores, ut in ſua eſſentia, ſed ut in ſua notione: eſt enim ualor ens reale, ſicut & ualor mentis, eſt ens aliquod, & ens reale. Et ita eſt in

Liber de Mẽte.

Valor.

in Deo, ut in eſſentia ualoris, & eſt ens notionale, quia cognoſci poteſt, & ita eſt in intellectu, ut in cognoſcente ualorem, non ut in maiori ualore, aut ut in cauſa & eſſentia ualoris. Nam per hoc, quòd intellectus noſter, cognoſcit minorem aut maiorem ualorem: propterea tamen non eſt maior aut minor ualor. Quia hæc cognitio, eſſentiam ualori non præſtat. ALBERTVS. Nonné hæc cognitio maioris ualoris, quàm ſit ualor cognoſcentis, adauget ualorem cognoſcentis? CARDINALIS. Valor cognitionis cognoſcentis augetur in eo, quòd plura cognoſcit, ſiue illa ſint maioris, ſiue minoris ualoris, quàm ſit ualor cognoſcentis. Non enim ualor cogniti, intrat in ualorem cognoſcentis, ut faciat ualorem cognoſcentis maiorem, licet melioretur cognitio. Sicut enim cognoſcere malum, non facit cognoſcentem peiorem, aut cognoſcere bonum, meliorem: facit eum tamen meliùs cognoſcentem. ALBERTVS. Intelligo. Nam ſic dicimus, aliquem ualentem doctorem, licet plures non docti, plus eo ualeant: tamen ualor intellectualis naturæ, magnus ualdè eſt, quia in ipſa eſt diſcretio ualorum, quæ eſt mirabilis, & cuncta diſcretione carentia, excellens. CARDINALIS. Dum profundè conſideras, intellectualis naturæ ualor, poſt ualorem Dei, ſupremus eſt, Nam in eius uirtute, eſt Dei & omnium ualor, notionaliter & diſcretiuè. Et quãuis intellectus, non det eſſe ualori: tamen ſine intellectu, ualor diſcerni etiam quia eſt, non poteſt. Semoto enim intellectu, non poteſt ſciri, an ſit ualor. Non exiſtente uirtute rationali, & proportionatiua, ceſſat æſtimatio, qua non exiſtẽte, utiq; ualor ceſſaret. In hoc apparet præcioſitas mentis, quoniam ſine ipſa, omnia creata ualore caruiſſent. Si igitur Deus uoluit, opus ſuum debere æſtimari aliquid ualere, oportebat inter illa intellectualem creare naturam. ALBERTVS. Videtur, quòd ſi Deum ponimus, quaſi monetarium, erit intellectus quaſi nummularius. CARDINALIS. Non eſt abſurda hæc aſſimilatio, quando concipis, Deum quaſi omnipotentem monetarium, qui de ſua excelſa & omnipotenti uirtute, producere poteſt, omnem monetam. Ac ſi quis tantæ potentiæ eſſet, quòd de manu ſua, quãcunq; uellet monetã produceret, & ſtatueret nummularium, habentem in ſua uirture, omnium monetarũ diſcretionem, & numerandi ſcientiã, monetandi arte tantũ ſibi reſeruata: nũmularius ille nobilitatẽ monetarũ & ualorem, numerum, pondus, & menſuraã, quã à Deo monetã haberet, patefaceret, ut preciũ ipſius monetæ & ualor, atq; per hoc potẽtia monetarij nota fieret: apta eſſet ſimilitudo. ALBERTVS. Magna eſſet huius potentia monetarij, qui in ea cõtineret omniũ monetarum theſaurum. Et ab illo poſſet producere nouas, & antiquas, aureas, argenteas, & cereas, maximi, & minimi, & medij ualoris monetas: manente ſemper theſauro æquè infinito, inexhauribili, & incõſumptibili. Magnaq; eſſet nummularij diſcretio, diſcernendi has omnes quantumcunq; uarias monetas, & numerandi, ponderandi, & menſurandi, omnem omnium ualorẽ. Sed ars Dei in infinitum uinceret artem nummularij, quia ars Dei, faceret eſſe, ars nummularij, faceret tantùm cognoſci. CARDINAL. Nonné ſic uides, alium eſſendi modum monetæ, in arte omnipotentis monetarij, alium in monetabili materia, alium in motu & inſtrumentis, ut monetatur, aliũ ut eſt actu monetata? Et hi omnes modi, circa eſſe ipſius monetæ conſiſtunt. Deinde eſt alius modus, qui circa illos eſſendi modos, uerſatur, ſcilicet, ut eſt in ratione diſcernente monetã. Id quod facit monetam ſeu numiſma, imago ſeu ſignũ eſt eius, cuius eſt, quod ſi eſt monetarij, ipſius habet imaginem, puta faciei eius ſimilitudinẽ, ut Chriſtus nos docet: quando oſtenſo numiſmate, interrogauit cuius eſſet imago, & reſponſum eſt ei: Cæſaris. Facies notitia eſt, per faciem diſcernimus unũ ab alio. Vna eſt igitur facies monetarij, in qua cognoſcitur, & quæ ipſum reuelat, qui aliter eſſet inuiſibilis, atq; incognoſcibilis. Et huius faciei ſimilitudo, cum ſit in omnibus numiſmatibus, non niſi notitiam ſeu faciem monetarij, cuius eſt moneta, oſtendit. Neque aliud eſt imago, quàm nomen ſuprascriptum. Sic enim dicebat Chriſtus: cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio eius? Reſponderunt. Cęſaris. Facies igitur, & nomen, & figura ſubſtantię, & filius monetarij, idẽ ſunt. Filius igitur eſt imago uiua, & figura ſubſtantiæ, & ſplendor patris, per quem patermonetarius facit, ſeu monetat, ſiue ſignat omnia. Et cum ſine ſigno tali, non ſit moneta:

http://www.obrascatolicas.com

neta:id unum,quod in omni moneta figuratur,est exemplar unicum,& formalis cau sa, omnium monetarum . Vnde si monetarius fuerit unitas seu entitas : æqualitas, quæ naturaliter ab unitate generatur , est causla formalis entium. In æqualitate igitur,una & simplici, uides ueritatem omnium , quæ sunt aut esse possunt , ut sunt per entitatem signata. Vides & in ipsa æqualitate unitatem , ut in filio patrem. Omnia igitur quæ sunt,aut esse possunt,in illa figura,substantiæ patris creatoris , complicantur. Est igitur creator monetarius , in omnibus monetis , per figuram substantiæ eius,sicut signatum unum,in multis signis.Nam si in omnibus numismatibus,respexero ad quidditatem signati,non nisi unum uideo,cuius est moneta.Et si ad signa monetarum me conuerto,plura numismata uideo: quia unum signatum uideo. Sed aduerte , quomodo monetabile signatum signo numismata seu moneta: puta æs signatum,est moneta,signatum scilicet,signo similitudinis signatis,monetabilis materia,signo fit numisma. Et dicitur materia signata seu fugurata , quæ recipit , determinationem possibilitatis essendi nummum. Sic uideo signatum ante signum,in signo,& post signum.Ante signum,ut est ueritas,quę est ante suam figuram.In signo ut ueritas in imagine.Et post signum,ut signatum à signo est signatum. Primum signatum,est infinita actualitas.Vltimum signatum,est infinita possibilitas. Medium signatum,est duplex,aut ut primum est in signo,aut ut signum est in ultimo.Primum signatum,quod infinitam dixi actualitatem , dicitur ipsa absoluta necessitas, quæ est omnipotens,omnia cogens,cui nihil resistere potest. Vltimum signatum,scilicet infinita possibilitas,dicitur & absoluta,& indeterminata possibilitas. Inter illos essendi extremos modos,sunt alij duo:unus est,contrahens necessitatem in complexum, & uocatur necessitas complexionis,ut necessitas essendi hominem. Illa enim essendi necessitas,ad hominem contracta , complicat ea , quæ ad iustum essendi modum sunt necessaria,quæ humanitas dicitur,ita de omnibus. Alius eleuans possibilitatem in actum,per determinationem,& uocatur possibilitas determinata , ut est ille florenus,aut iste homo.Considera igitur,monetam aliquam , puta Papalem florenum,& facito ipsum in tuo conceptu uiuum,uita intellectuali, & quòd in se mentaliter respiciat:tunc se speculando , hæc & cuncta quæ dicta aut dici possunt , reperiet, nullum animal est adeò obtusum,quòd se ab alijs non discernat,& in sua specie,alia eiusdem speciei,non cognoscat.Sed uiuens uita intellectuali,omnia intelligibiliter,hoc est omnium in se notiones reperit.Complicat enim uis intellectiua , omnia intelligibilia. Omnia quæ sunt,intelligibilia sunt:sicut omnia colorata, sunt uisibilia.Excedunt alia quæ uisibilia uisum,ut excellens lux,& aliqua adeò minuta sunt , quòd non immutãt uisum, & illa directè non uidẽtur.Videtur enim, excellentia lucis Solaris,negatiuè: quia id quod uidetur,non est Sol, cum tanta sit lucis eius excellentia,quòd uideri neqeat.Sic in quod uidetur,non est inuisibilis punctus, cum ille sit minor, quàm quod uideri potest. Eo modo , intellectus uidet negatiuè,infinitam actualitatem,seu Deum , & infinitam possibilitatem,seu materiam.Media, affirmatiuè uidet,in intelligibili & rationabili uirtute.Modos igitur essendi,ut sunt intelligibiles, intellectus intrà se,ut uiuum speculum contemplatur: Est igitur intellectus ille nummus , qui & nummularius . Sicut Deus illa moneta , quæ & monetarius. Quare intellectus,reperit sibi cognitam uirtutem,omnem monetam cognoscendi & numerandi. Quomodo autem uiuus ille nummus,qui intellectus, in se omnia intellectualiter quærẽs reperiat:exemplum qualecunq; capere potes in ijs , quæ ego in intellectum prospiciens, propalaui. Quæ acutius quàm ego subintrans, præcisiùs uidere & reuelare poterit.Et hęc,sic de monetario & nummulario, dicta sint. ALBERTVS. Abundè q̃ simpliciter protuli,adaptasti. Istud solũ pro mea instructione audias. Videtur enim, quòd uelis dicere:si florenus Papalis , uiueret uita intellectuali, quòd utiq; se florenũ cognosceret,& ideò se esse monetã illius,cuius signũ & imaginẽ haberet.Cognosceret eẽ,q̃d à seipso eẽ floreni , nõ haberet, sed ab illo,q̃ suã imaginẽ ei impressisset,et per hoc, quòd in oĩbus uiuis intellectibus,similem uideret imaginem,eiusdẽ oẽs monetas esse cognosceret.Vnam igitur faciem,in signis omniũ monetarũ uidens,unam æquali-

æqualitatem,per quam omnis moneta,esset actu constituta,uideret omnis possibilis eiusdem monetæ causam:etiam probè uideret, cum sit moneta monetata , quod fieri potuit moneta,& fuit priùs monetabilis , antequàm actu monetata. Et ita in se uideret materiam , quam impressio signi , determinauit esse florenum. Et cum sit moneta eius, cuius est signum : tunc esse suum , haberet à ueritate quæ est in signo, non à signo , materiæ impresso , quodq; una ueritas in uarijs signis , uariè materiam determinat. Non enim possunt esse plura signa , nisi concomitetur pluralitatem uarietas, nec potest ueritas in uarijs signis , nisi uariè materiam determinare. Ex quo euenit , non posse , nisi omne numisma , cum alio numismate, concordare, cum sint nummi concordantes , in eo quòd eiusdem sunt monetæ, & differentes, cum inter se sint uarij . Talia quidem & multa alia , in se uiuus ille florenus uideret. CARDINALIS. Planè cuncta quæ dixi , resumpsisti. Singulariùs tamen memoriæ commenda,quomodo non est nisi una,uera , & præcisa ac sufficientissima forma omnia formans,in uarijs signis uariè resplendens,& formabilia uariè formans, determinansq;,seu in actu ponens.

Secundi de ludo Globi,finis.

LEgisti quicunq; globi studiose libellum,
Quem Baiohario scripsimus antè Duci.
Hunc quoq; qui sequitur,castis secessibus hauri,
In quo iam rerum copia maior erit.
Nam uelut abstrusis paulatim uiribus arbor
Spargitur,occulto lata per arua pede:
Sic opus æternum diuinæ mentis,in arctis
Mansurum folijs, ætheris arce uenit:
Num queat ingenium rerum cognoscere causas,
Cernitur hic,ubi mens se,& sua iura uidet.
Conscendat sed enim tanti in speculamínis arcem
Quis:nisi quem summo tollat amore Deus?
Idecus egregium,fratri coniunctus honesto
Dux Alberte,ducum gloria,plaude patri.
Extrema est quoniam manus hoc impressa libello,
Aureaq; in lucem prodere scripta parat.

Reuerendissimi Patris Nicolai de Cusa Cardinalis. Compendium.

Capitulum I.

Cipe breue compendium , continens , circa q̃ consideratio tua, uersari debeat. Si proficere cupis , primò firma id uerum, quod sana mens omnium hominum attestatur, puta: singulare non est plurale, nec unum multa , ideò unum in multis, non potest esse singulariter, seu uti in se est , sed modo multis communicabili. Deinde negari nequit,quin priùs natura res sit,quàm sit cognoscibilis. Igitur essendi modum , neque sensus, neque imaginatio , neque intellectus attingit: cum hæc omnia præcedat.sed omnia quæ attinguntur , quocunq; cognoscendi modo , illum priorem essendi modũ,tantùm significant. Et hinc non sunt ipsa res, sed similitudines,species,aut signa eius. Igitur de essendi modo,non est scientia,licet modum talem

http://www.obrascatolicas.com

lem esse, certissimè uideamus. Habemus igitur, uisum mentalem intuẽtem in id, quod est prius omni cognitione. Quare quid id, quod sic uidet, in cognitione reperiri satagit, se frustrà fatigat, sicut qui colorem solum uisibilem, etiam manu tangere niteretur. Habet se igitur uisus mentis, ad illum essendi modum, quasi ut uisus sensibilis ad lucem, quam certissimé esse uidet, & non cognoscit. Præcedit enim omnia quę uisu tali cognosci possunt, illa etiam, quæ per ipsum cognoscuntur, signa sunt ipsius lucis. Colores enim, qui uisu cognoscuntur, signa sunt & termini lucis, in diaphano. Ponas igitur, Solem patrem esse, sensibilis lucis, & in eius similitudine, concipe Deum patrem, rerum lucem, omni cognitione inaccessibilem. Res autem omnes, illius lucis splendores, ad quos se habet uisus mentis, sicut uisus sensus, ad lucem Solis, & ibi sistas considerationem, circa essendi modum, omni cognitioni supraposítum.

Cap. II.

REs igitur, ut cadit in notitiã, in signis deprehenditur. Oportet igitur, ut uarios cognoscendi modos, in uariis signis quæras. Nam cum nullum signum, adeo sufficienter modũ essendi designet, sicut designari potest: si optimo modo quo fieri potest, ad cognitionem peruenirí debet, per uaria signa hoc fieri necesse est, ut ex illis melius notitia haberí queat: sicut melius ex quinq; sensibilibus signis, sensibilis res cognoscitur, quàm ex uno aut duobus. Requirit autẽ perfectum esse alicuius rei, ut cognoscere possit, puta: cum perfectum animal, sine nutrimento uiuere nequeat, necesse est, quòd cibum cognoscat. Qui cum non reperiatur in omni loco, habebit animal necessariò modum se mouendi, de loco ad locum, & quærendi. Ad quæ sequitur, quòd habeat sensus omnes, ut conuenientem cibum uisu, auditu, odoratu, gustu, tactuq; attingat. Et quoniam animalia eiusdem speciei, se mutuò fouent & iuuant, ut melius uiuant: oportet ut speciem suam cognoscant, & se mutuò quantum perfectio speciei deposcit, audiant & intelligant. Gallum enim, alia uoce conuocat gallinas, dum inuenit pastum, & alia pro miluo, quem ex umbra præsentem percipit, eas ammonet ut fugiant. Et quia nobiliori animali, est maior cognitio necessaria, ut benè sit: hinc hominem inter cuncta, maximam notitiam habere oportet. Nam sine artibus mœchanicis & liberalibus, atque moralibus scientijs, uirtutibusq; theologicis, benè & fœliciter non subsistit. Cum igitur homini, cognitio plus cæteris sit necessaria, hinc omnes homines, natura scire desiderant. Quibus traditio doctrinæ conuenit, ut indoctus & nesciens, à doctiori informetur, quæ cum non nisi per signa fieri possit, ad cognitionem signorum descendamus. Signa omnia sensibilia sunt, & aut naturaliter res designant, aut ex instituto. Naturaliter, uti signa per quæ in sensu designatur obiectum. Ex instituto uerò, ut uocabula, & scripturæ, & omnia quæ aut auditu aut uisu capiuntur, & res prout institutũ est designãt. Naturalia signa, naturaliter nota sunt, sine omni alio doctore: sicut signum designãs colorem, omnibus uidentibus notum est, & designans uocem, omnibus audientibus. Ita de alijs sensibus. Et uox lætitiæ, ut risus, & tristitiæ, ut gemitus, & talia. Alia uerò signa, quæ ad designandum ad placitum sunt instituta, quibus institutio non est nota, non innotescunt, nisi arte aut doctrina. Et quoniam necesse est, signa omnia per quæ tradi debet notitia, nota esse magistro & discipulo: erit prima doctrina, circa talium signorum notitiam. Quæ ideò prima, quia sine ipsa nihil tradi potest, & in eius perfectione, omne quod tradi potest includitur.

Cap. III.

OPortet autem, ut primos nostros parentes, qui perfectè creati fuerunt: non solum à Deo, perfectionem naturæ, sed & scientiæ signorum talium, habuisse, per quæ sibi mutuò conceptus suos panderent, & quam scientiam filijs & posteris tradere possent. Vnde pueros, quàm primum fari possunt, artis dicendi capaces uidemus. Quia prima & magis necessaria, ad benè essendum scientia. Nec absurdum uidetur, si creditur primam humanam dicendi artem, adeò fuisse copiosam, ex multis synonymis, quòd linguæ omnes postea diuisæ, in ipsa continebantur.

bãtur. Omnes em̃ linguæ humanæ, sunt ex prima illa parentis nostri, Adæ scilicet hominis lingua. Et sicut nõ est lingua, quã, homo nõ intelligat, ita & Adã, qui idẽ qđ homo, nullã si audiret ignoraret. Ipse em̃ uocabula legit̃ imposuisse. Ideó nullũ cuiusq; linguæ uocabulum, ab alio fuit originaliter institutũ. Nec de Adam mirandum, cum certum sit, dono Dei, multos linguarum omnium peritiam, subitò habuisse. Nulla etiam naturalior ars facilior q; est homini, quàm dicendi, cum illa nullus perfectus homo careat. Neque hæsitandum, primos parentes, etiam artem scribẽdi uocabula, seu designandi habuisse: cum illa humano generi, multa conferat adiumenta. Per eam enim præterita & absentia, præsentia fiunt. Vnde sicut prima scientia est, designandi res in uocabulis, quæ aure percipiuntur: ita & secunda scientia, in uocabulorum uisibilibus signis, quæ oculis obiiciuntur. Et hæc remotior est à natura, quam tardius pueri assequuntur, & non nisi intellectus in ipsis uigere incipiat. Plus igitur habet de intellectu, quàm prima. Inter naturam igitur & intellectum, qui est creator artium, hæ artes cadunt: quarum prima propinquior naturæ, secunda, propinquior intellectui. Facit autem intellectus in homine, in signo sensibili auditus, scilicet sono, artem primam: quia animal, suas affectiones in illo signo, naturaliter pãdere nititur. Vnde confusum signum, ars dearticulat & uariat, ut melius uaria desideria communicet. Ita adiuuat naturam. Et quoniam signum illud, in quo hęc ars ponitur, cum prolatione cessat, à memoria q; labitur, & ad remotos non attingit: remedia intellectus alia, arte scilicet scribendi, addidit, & illam in signo sensibili, ipsius uisus collocauit.

Cap. IIII.

COnsiderans autem signa sensibilia, quomodo ab obiecto, ad sensum perueniunt: reperiet, res corporales splendescere actu, aut habitu. Actu ut lucida, potentia ut colorata, neque aliqua res corporalis, penitus est expers, lucis aut coloris, qui ex luce est. Non tamen color, nisi luce iuuetur, splendorẽ per uisum nostrum perceptibilem, de se mittit. Splendor autem subitò, & à remotis ualdè, per rectam lineam proficitur. Ad cuius perceptionem, sensus uisus, naturaliter est adaptatus. Sonus uerò, à remotis orbiculariter se diffundit, ad cuius sensationẽ sensus auditus creatus est. Vapor uerò, se minus remotè diffundit, & odoratu percipitur, tactu uerò, tãgibilia propinquiora, & gustu, interior sapor. Hęc mirabili puidẽtia nature, ad benè esse animalium sic ordinata sunt. Nam cũ nulla res uti in se est, sit multiplicabilis, & ad bonum ipsius esse, expediat rerum notitiam haberi: consentaneum fuit, ut res, quæ per se in notitiam alterius, intrare nequeunt, per suas designationes intrent. Quare oportet inter sensibile obiectum, & sensum, esse medium per quod obiectum, speciem seu signum sui, multiplicare possit. Et quoniam hæc non nisi præsente obiecto fiunt, nisi hæc signa sic possent annotari, quod etiam recedente obiecto, remaneãt signata, non maneret iterum notitia. In istis igitur signorum designationibus, in interiori phantastica uirtute, manent res designatè: uti uocabula manẽt in charta scripta, prolatione cessante. quæ remanẽtia, memoria potest appellari. Sũt igitur signa rerum in phantasia, signa signorum in sensibilibus. Nihil enim est in phantasia, quod prius non fuerit in sensu. Ideò cæcus à natiuitate, non habet phantasma coloris, & imaginari nequit colorem. Signa igitur sensibilia, licet abstractiora sint, quàm materialia sensibilia, non tamen penitus separata. Ideò & uisus, aliquantulum coloratus est, sed imaginatio coloris, penitus colore caret. Quare signa rerum, in imaginatione seu phantasia, remotiora sunt à materia, & magis formalia. Hinc quod ad sensibilia minus perfecta, & quo ad intelligibilia perfectiora, non tamen sunt penitus abstracta: nam imaginatio coloris, licet nihil habeat qualitatis coloris, tamen non caret omni connotatione, quæ sentitur. Nihil enim potest imaginari, quod neq; moueatur, neque quiescat, & quod non sit quantum, scilicet aut magnum, aut paruum: licet sit sine terminatione tali, quæ in sensibilibus reperitur. Nihil enim adeò paruum esse potest, cuius medietatem, imaginatio non attingat, aut adeò magnum, cuius duplum non imaginetur. In omnibus autem perfectis animalibus, ad signa illa phantastica, quæ sunt signa signorum sensuũ, peruenitur, ut notitia non careat sibi opportuna. Solus

http://www.obrascatolicas.com

uerò homo, ſignum quærit, ab omni materiali connotatione abſolutum, penituſq; formales, ſimplicem formam rei, quæ dat eſſe repræſentans. Quod quidem ſignum, ſicut eſt remotiſſimum, quò ad res ſenſibilies: eſt tamen propinquiſsimum, quó ad intellectuales.

Cap. V.

Oportet autẽ ut aduertas, quomodo ſignũ ſenſibile, eſt prius cõfuſum & generícũ, quàm propriũ & ſpecificũ. Sicut ſignũ uerbi, eſt prius ſignũ ſoni, dũ uox, à remotis auditur, deinde dũ ꝓpinquius auditur, fit ſignũ ſoni articulati, q uox dicitur. Poſt adhuc ꝓpinquius, fit ſignũ uocis alicuius linguæ, ultimó, fit ſignũ ſpecialis uerbi, ſic de omnib. Et licet interualla tẽporis, ſæpè nõ ſentiantur, propter miram celeritatem: nõ tamẽ poteſt ſignũ perfectũ eſſe, niſi de cõfuſo, ad ſpecialeperueniat. Vnius igitur & eiuſdem immultiplicabilis rei, notæ & ſigna ſunt uaria, per quæ innoteſcit: ſcilicet generica atq; ſpecifica, inter quę media alia magis generica, & alia magis ſpecifica cadũt. Cum autẽ perfectio ſignorũ, recipiat magis aut minus, nullũ ſignũ unquàm erit ita perfectũ & ſpeciale, quin poſſit eſſe perfectius. Singularitatis igitur, quę nõ recipit magis aut minus, nullum eſt dabile ſignum. Et ideó tale nõ eſt per ſe cognoſcibile, ſed per accidens. Puta Plato, qui nõ recipit magis & minus, nõ uidetur, niſi per accidẽs, in ſignis uiſibilib. quæ ei accidũt. Omne igitur, qđ ſenſu aut imaginatione attingitur, cũ non niſi in ſignis, quæ magis aut minus recipiũt, cognoſcatur: ſine ſignis quantitatis, non attingitur. Signa igitur qualitatis, quæ ad ſenſum peruenirũt, ſine ſignis quantitatis eſſe nequeũt. Sed ſigna quantitatis, nõ ſunt per ſe in ſenſibilib. ſed per accidens, cũ quãtitas ſine quantitate nõ poſsit eſſe. Signa uerò quantitatis, non requirũt ſigna qualitatis, ideò ſine ipſis eſſe poſſunt. Quare res quanta, ſigno quantitatis, in notitiam deuenit, & ſic per ſe incognoſcibile, per accidens innoteſcit. Magnitudine igitur & multitudine ſublata, nulla res cognoſcit. Hoc etiam repetere utile uidetur, ſcilicet: quod nec huius ſingularis quãtitatis, ſignũ ſeu ſpecies naturalis, poteſt eſſe ſingularis; cum nullũ ſingulare, ſit plurificabile, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue quantitas, ſiue qualitas. Licet igitur quãtitatis ſit ſpecies & ſignum, nõ tamen ut huius quantitatis. Singulariter igitur quãta, ſigno generalis quantitatis, notantur & cognoſcũtur. Ita ſingulariter rubra, ſigno uniuerſalis rubedinis. Vnde cũ nulla res, ſit eiuſdẽ quãtitatis, aut qualitatis, cũ alia, & cuiuslibet rei ſingularis, ſit quãtitas ſingularis: nõ eſt quantitas, aliquid generale in re, ſed in cognitione, ſeu ſpecie & ſigno. Paruum igitur & magnũ, ſpecies habet: licet non hoc magnũ, & hoc paruum, quæ ſunt ſingulares quantitates, ſed per ſpeciem ſeu ſignum magni, hoc magnũ, & parui, hoc paruum cognoſcitur. Signa igitur naturalia, ſpecies ſunt, ſingularium ſignatorum. Nã ſpecies iſtæ, nõ ſunt formę formantes, ſed formæ informantes. Informati uerò uti tales, recipiunt magis & minus. Vnus enim plus eſt informatus, alius, & idẽ nunc minus, poſtea plus. Tales igitur formæ, poſſunt eſſe in pluribus, cũ non requiratur, quòd eodem eſſendi modo, ipſis inſint, qui modus non eſt multiplicabilis, ſed uariſs uariè: uti una ars ſcribendi, uariè uariſs ineſt ſcriptoribꝰ. Patet etiam ex his, quòd numerus determinatus, puta ternarius, denarius, & tales, cum non recipiãt magis & minus, ob ſuam ſingularem determinationẽ: non habent, niſi indeterminatas ſpecies. Sicut ſpecie multitudinis indeterminatæ, quę numeratio dici poteſt, determinata multitudo, cognoſcitur. Et ſpeciebus magnitudinis & multitudinis, cognoſcitur, magnus determinatus numerus. Et ſic paruus numerus, ſpeciebus multitudinis & paruitatis, & ſimiles colores, ſpeciebus ſimilitudinis & coloris, & diſsimiles, ſpeciebus diſsimilitudinis & coloris, & concordantes uoces, ſpeciebus concordantiæ & uocis, & diſcordantes, ſpeciebus diſcordantiæ & uocis, & taliter de omnibus. Cũ autem ſic ex ſignis & ſpeciebus notionalibus, formetur in nobis notitia rei: non poteſt res quæ ſic innoteſcit, diſtinctè cognoſci ab alia, niſi diſtinctis notis & ſpecieb⁹ formetur notitia. Vnde ut quælibet res eſt ſingularis, ita & eius notitia aliquid habet, quod in alterius notitia non reperitur, quemadmodum ſi unum uocabulum eſt ſex literarum, & alterum ſimiliter ſex literarum: oportet quòd licet in numero concordent, non tamen in figura & ſitu, ut ſint diuerſa, ſicut res ſunt diuerſæ quarum ſunt uoca-

uocabula, ac diuerſitas ſpecierum notionalium, nos ducit in notitiam diuerſitatis rerum. Et licet duo indiuidua, uideantur in pluribus ſpeciebus, conuenire: non tamen eſt poſsibile, quin in aliquibus etiam diſcrepent.

Cap. VI.

Conſequenter attendas oportet, quomodo non eſt opus, talpam habere uiſum: quia cognitione ſignorum uiſibilium, non indiget, cum in umbra terrę reperiat, quod quærit. Ita de omnibus ſimiliter dicendum, ſcilicet, quòd omnia uiuentia, tot ſpecies ex ſenſibilibus hauriunt, quot ſunt eis ad benè eſſe neceſſarię. Qua non omnia perfecta animalia, licet in numero ſenſuum conueniant, etiam in numero ſpecierum & ſignorum, conueniunt. Alias haurit formica ſpecies, alias leo, alias aranea, alias uacca. Sicut diuerſæ arbores, ex eadem terra, diuerſa hauriunt alimenta, quælibet ſuæ naturæ conuenientia. Et uis phantaſtica unius animalis, ex ſpeciebus per ſenſus receptis, aliam facit imaginationem quàm aliud, & aliam æſtimationem amicitię, aut inimicitiæ, conuenientis aut diſcõuenientis, quàm aliud. Hinc homo, haurit ex ſenſibilibus ſignis, ſpecies ſuæ naturæ conuenientes, qui cum ſit rationalis naturę, ſpecies illi ſuæ naturę conuenientes haurit, ut per illas benè poſſit ratiocinari, & reperire conueniens alimentum, tam corporale corpori, quàm ſpirituale ſpiritui, ſeu intellectui. Sicut ſunt differentes ſpecies, decem prædicamẽtorum, quinq; uniuerſalium, quatuor uirtutum cardinalium, & talium multorum, quæ homini ratione uigenti conueniunt. Plures etiã ſpecies, per uiſum homo haurit, quàm brutum animal, puta principaliter: quia ſenſus uiſus, colorum ſpecies, per quas colorato rum differentias attingit, & conſequenter quia ſenſus magnitudinis, longitudinis, & latitudinis, figurationis, motus, quietis, numeri, temporis, & loci, horũ etiam ſpecies. Tot ſpecies ſolus homo ratione utens, per uiſum haurit. Ita per auditum, ſpecies differentium ſonorum, grauium, acutorum, mediorum, cantuum, notarum, & talium ſonorum, atq; nouem alias ſpecies, cõmunis ſenſus præmiſſas, ita de alijs ſenſibus. Trahitq; ultrà ex omnibus iſtis ſenſibilibus ſpeciebus, uis ratiocinatiua, ſpecies uariarũ artium, per quas ſupplet defectus ſenſuum, membrorum, infirmitatum, atq; ſe iuuat, ad reſiſtendum corporalibus nocumentis, & ad expellendum ignorantiam & hebetudinem mentis, & confortandum ipſam, ut proficiat, & fiat homo ſpeculator diuinorum. Habetq; cognatas ſpecies, inſenſibilis uirtutis, iuſti & ęqui: ut noſcat quid iuſtum, quid rectum, quid laudabile, quid pulchrum, quid delectabile & bonum, & illorum contraria: & eligat bona, & fiat bonus, ſtudioſus, prudens, caſtus, fortis, & iuſtus. Quæ omnia conſideranti, ea quæ in mœchanicis & liberalibus artibus, atq; moralibus ſcientijs, per hominem reperta ſunt, pateſcũt. Nam ſolus homo repperit, qualiter defectum lucis, ardenti candela ſuppleat, ut uideat, & deficientem uiſum, beryllis iuuet, & arte perſpectiua, errorem circa uiſum corrigat, cruditatẽ cibi, decoctione guſtui aptet, fœtores, fumis odoriferis pellat, frigori, ueſtibus & igne atq; domo, tar ditati, uecturis & nauibus, defenſioni, armis, memoriæ, ſcriptura arteq; memorandi, ſuccurrat. Quæ omnia & plura talia, animal brutum ignorat. Habet ſe enim homo ad brutum, ut doctus homo ad indoctum. Doctus enim, literas alphabeti uidet, & ſimiliter indoctus: ſed doctus ex uaria illarum combinatione, ſyllabas, atq; ex ſyllabis dictiones, & de illis orationes componit, quòd indoctus facere nequit, ob defectum artis, quæ ab exercitato intellectu acquiſita, docto ineſt. Componere igitur & diuidere ſpecies naturales, & ex illis facere, intellectuales & artificiales ſpecies, & ſigna notionalia, homo ex ui intellectuali habet, qua bruta excellit, & doctus homo indoctum, quia habet exercitatum, & reformatum intellectum.

Cap. VII.

Non mirum, hominem aliquem adeò profeciſſe, aut proficere poſſe, longo tali exercitio, quòd ſpeciem aliquam eliciat, ex uaria combinatione, quæ ſit multarum artium complexiua, per quam multa ſimul compræhendat et intelligat, puta: uarietatem naturalium per ſpeciem, quam motũ appellet, quãdo ſine motu nihil fieri, atq; naturalem motũ, à uiolento diſtingui, uideret. Ideò

http://www.obrascatolicas.com

motũ naturæ, nõ esse à principio extrinseco, sicut in uiolẽto, sed intrinseco rei, ita de alijs. Alius uerò, adhuc præcisiorem speciem, magisq; fœcũdam, reperire posset: uti ille, qui ex nouem specieb, principiorũ speciem unam artis generalis omniũ scibiliũ, nisus est extrahere. Sed supomnes, qui unica specie, quam uerbũ appellauit, omne intelligibile cõplexus est: præcisissimè pũctũ tetigit, est enim species artis, omnia formãtis. Quid enim extrà hãc speciẽ concipi, dici, aut scribi potest? Est eñ uerbũ, sine quo nihil factũ est, aut fieri potest, quoniã est expressio, exprimentis & expressi: sicut loquẽtis locutio, & quod loquit, uerbũ est: & cõcipientis cõceptio, & quod cõcipit, uerbum est: & scribentis scriptio, & qđ scribit, uerbũ est: & creantis creatio, & qđ creat, uerbũ est: & formãtis formatio, & quod format, uerbum est: & generaliter facientis factio, & factũ, uerbũ est. Verbũ enim sensibile, se & omnia sensibilia facit. Ideò et lux dicitur, quæ se, & omnia uisibilia facit. Dicitur & æqualitas, æquè enim se ad omnia habet, cum nõ sit unum plus q̃ aliud, dans omnib. æqualiter, ut id sint quod sunt, nec plus, nec minus. Cum igitur scientis scientia, & scitum uerbum sit, qui ad uerbum se conuertit, quæ scire cupit citiùs inuenit. Si igitur uis speciem haurire modi, quo modo omnia fiũt, respice, quo modo fit uocale uerbũ. Primò, quomodo sine aere, nequa q̃ fieri potest audibile. Aer autẽ ut aer, nullo sensu attingit. Visus enim, non uidet aerem, sed aerem coloratũ, uti experimur (radio Solis, coloratũ uitrum penetrãte) aerẽ colorarum uideri. Nec auditus aerem attingit, nisi sonãtẽ. Nec odoratus, nisi olentẽ. Nec gustus, nisi sapidũ, ut dum est ex cõtritiõe absynthij, fortiter amaricatus, in gustu sentitur. Nec tactus, nisi calidũ aut frigidũ, aut aliter sensum immutantẽ. Aer igit, ut aer, nullo sensu attingitur, sed per accidẽs, uenit in notitiam sensitiuã. Adeò tamen est necessariũs auditui, quod sine ipso, nihil audibile fieri potest. Oportet igit ut similiter cõsideres, omne qđ actu esse debet, siue sẽsibile, siue intelligibile præsupponere aliquid, sine quo nõ est, quod per se nec est sensibile, nec intelligibile. Et quia illud, forma sensibili aut intelligibili caret: nosci nequit, nisi formetur, & nõ habet nomen. Dicitur tamẽ ὕλη, materia, chaos, possibilitas, siue posse fieri, seu subiectũ, & alijs nominib. Deinde attendendũ, quod licet sine aere, nõ fiat sensibilis sonus: nõ tamen est aer, de natura soni, sic nec ὕλη, de natura est cuiuscũq; formę, nec est principiũ eiꝰ, sed principiũ eius, formator existit. Quãuis igit sonus sine aere fieri nequeat, nõ est ꝓpterea de natura aeris. Pisces enim & homines, extrà aerem, in aqua sonũ percipiunt, q̃ nõ esset, si de natura aeris esset. Pòst aduertẽdũ, hominẽ uocalis uerbi formatorẽ, quo modo nõ format uerbũ, ut animal brutũ, sed ut habẽs mentẽ, qua bruta carent. Mens igit formator uerbi, cum nõ formet uerbũ, nisi ut se manifestet: tũc uerbũ nõ est, nisi mẽtis ostẽsio. Nec uarietas uerborũ aliud est, q̃ unius mẽtis uaria ostensio. Cõceptio autẽ, qua mens sapientiã cõcipit, est uerbũ, à mẽte genitũ, scilicet suiipsius cognitio. Verbũ autẽ uocale, est illius uerbi ostẽsio. Omne autẽ quod dici potest, nõ est nisi uerbum. Ita de formatore omnium, conceptum facito, ut de mente. Quodque ipse, de uerbo de se genito, se cognoscit, in creatura, quæ est increati uerbi signũ, se ostẽdit in uarijs signis, uariè. Et nihil esse potest, quod nõ sit signũ ostẽsionis, geniti uerbi. Et sicut mẽs, nolẽs se amplius ostẽdere, à uerbi uocalis ꝓlatiõe cessat, & nisi indesinẽter ꝓferat, existere nequit uocale uerbũ: sic se habet, creatura ad creatorẽ. Cuncta autẽ alia, sine quib. uocale uerbũ, benè fieri nequit, ad finẽ uocalis uerbi ordinata, mẽtis manifestationi seruiũt. Pariformiter sunt creaturæ, quæ sunt notæ & ostensiones interni uerbi, & sunt ei creaturæ, ad finem illum seruientes.

Cap. VIII.

EST igitur animal perfectum, in quo sensus & intellectus, considerãdum: ut homo Cosmographus, habens ciuitatem quinq; portarum, quinq; sensuum, per quas intrant nuncij, ex toto mundo, denunciãtes omnem mundi dispositionem, hoc ordine: quod qui de luce & colore eius noua portant, per portam uisus intrent, qui de sono & uoce, per portam auditus, qui de odorib. per portam odoratus, qui de saporibus, ꝓportam gustus, & qui de calore, frigore, & alijs tangibilibus, per portam tactus: sedeatque Cosmographus, & cuncta relata notet, ut totius sensibilis

bilis mundi descriptionem, in sua ciuitate, habeat designatã. Verùm si porta aliqua ciuitatis eius, semper clausa remãsit, puta uisus: tunc quia nuncij uisibilium, nõ habuerunt introitum, defectus erit, in descriptione mundi. Non enim faciet descriptio mẽtionẽ de Sole, stellis, luce, coloríb. figuris hominum, bestiarum, arborum, ciuitatũ, & maiori parte pulchritudinis mundi. Sic si porta auditus clausa manst, de loquelis, cantibus, melodijs, & talibus nihil descriptio contineret, ita de reliquis. Studet igitur omni conatu omnes portas habere apertas, & continuè audire nouorum semper nunciorum relationes, & descriptionẽ suam semper ueriorem facere. Demũ, quando in sua ciuitate, omnem sensibilis mundi fecit designationem, ne perdat eam, in mappam redigit, benè ordinatam, & proportionabiliter mensuratã, conuertitq; se ad ipsam, nũcios q; amplius licentiat, claudit q; portas, & ad cõditorem mũdi internũ, trãsfert intuitum, qui nihil eorum est omniũ, quæ à nuncijs intellexit, & notauit. Sed omnium est artifex & causa: quem cogitat sic se habere, ad uniuersum mundũ anteriorìter, sicut ipse ut Cosmographus, ad mappam. Atq; ex habitudine mappæ, ad uerum mundũ, speculatur in seipso, ut Cosmographo, mũdi creatorẽ, in imagine ueritatem, in signo signatũ, mẽte contẽplando. In qua speculatione aduertit, nullũ brutum animal, licet similẽ uideatur habere ciuitatẽ, portas & nũcios, mappam talem facere potuisse. Et hinc in se reperit, primũ & propinquius signum conditoris, in quo uis creatiua, plus quàm in aliquo alio noto animali, relucet. Intellectuale enim signum, primum & perfectissimũ est, omnium cõditoris, sensibile uerò ultimũ. Retrahit igit se quantũ potest, ab omnibus sensibilibus signis, ad intelligibilia, simpliciaq; atque formalia signa. Et quomodo in illis splẽdet lux æterna & inaccesibilis, omni acumine mentalis uisus, attentissimè aduertit: ut uideat incõpræhensibilem aliter, quàm incõpræhensibili essendi modo, uideri nõ posse. Atq; ipsum, qui est omni modo conprẽhẽsibili incõprẽhẽsibilis, omniũ quæ sunt essendi formã, quę in omnib. quę sunt, manens incõpræhensibilis, in intellectualibus signis, ut lux in tenebris, lucet, à quib. nequaq; compræhenditur: quasi una facies, in diuersis politis speculis, uariè apparẽs, nullo speculo, quantumcũq; polito, inspeculatur, incorporatur, seu immateriatur, ut ex ipsa facie & speculo, aliquod unum compositum ex utroq; fiat, cuius forma sit facies, & speculum materia: sed in se manens una, uariè se ostendit, ut hominis intellectus, in suis uarijs artibus, & ex uarijs artium productis, in se unus & inuisibilis manens, uariè se uisibiliter manifestat, licet in omnib. illis, maneat omni sensui, penitus incognitus. Hac speculatione, dulcissimè pergit cõtemplator, ad sui & omnium causam, principium & finem, ut feliciter concludat.

Cap. IX.

SVnt igitur hæc pauca, facilia & sufficientia, speculationi tuæ, cum sis simplex. Quòd si subtiliora indagare proponis, de elementis ad partes soni respice, & literas illas partes designantes: quarum aliæ sunt uocales, aliæ mutæ, aliæ semiuocales, aliæ liquidæ, & quomodo ex illis fit syllabarum & dictionem combinatio, ex quibus oratio, ac quod oratio est intentum, ita quæ à natura sunt, procedunt ab elementis, ad intentum naturę. Oratio enim, est rei designatio, seu deffinitio. Hoc quaternario, ab imperfecto ad perfectum, peruenitur. Et quæ de hoc philosophicè tractari possunt, sufficienter in progressu artis huius, uenari poterunt. Nam in natura reperiuntur combinationes pulchræ, & ornatæ, & hominibus gratæ. Sic & in dicendi arte, & uocum cõcordantia, quædam contrario se habẽt modo, in utraq;. Facit igitur homo suas considerationes, circa talia, & scientiã rerum, facit ex signis & uocabulis: sicut Deus mundum ex rebus, & ultrà, de ornatu, & concordantia, & pulchritudine, atque uigorositate, & uirtute orationis, artes addit uocabulis, naturam imitando, ita Grammaticæ addit Rhetoricam, Poeticam, Musicam, Logicam, & alias artes, quæ omnes artes, signa sunt naturæ. Sicut enim mens, sonum in natura reperit, & artem addidit, ut omnia signa rerum: in sono poneret: ita concordantię, quã in natura reperit in sonis, artem addidit Musicæ, omnes concordantias designandi. Et ita de reliquis. Considerationes etiam, quas ociosi sapientes, in natura esse rep-

http://www.obrascatolicas.com

pererunt, conati ſunt per æqualitatem rationis, in communem artem perducere: ut quando experti ſunt, certarum notarum concordantias, ex habitudine illarum, ad põdera malleorum, cõcordantes notas in incude facientium, ad artis notitiam peruenerunt, & demum in organis & chordis, proportionabiliter magnis & paruis, idem inuenerunt, & concordantias atque diſcordantias, in natura in artem deduxerunt. Et hinc hæc ars, cum apertiùs naturam imitetur, gratior eſt, & conatum concitat & adiuuat in motu uitali, qui eſt concordantiæ ſeu complacentiæ motus, qui lætitia dicitur. Fundatur igitur omnis ars in conſideratione, per ſapientem in natura reperta, quam præſupponit, quia cauſam eius propter quid ignorat, ſeu inuento addit, artem per ſpeciem ſimilitudinis dilatando, quæ eſt ratio artis naturam imitantis.

Cap. X.

NVnc elicias. Si quã artem inueniſti, & illam in ſcriptis tradere conaris, opus habes, ut uerba, ppoſito apta præmittas, & ſignificata eorũ, iuxtà tuã mentem declares. Hoc quidẽ eſt principale. Et quoniam uerbũ in illis uocabulis ſignatum, ars eſt quã enodare proponis: totum ſtudium uerſabitur, ut per ipſa uocabula, quantò præciſiùs potes doceas, quę mẽte concepiſti. Deffinitio enim, quæ ſcire facit, eſt explicatio eius, quod in uocabulo complicatur. Et ad hoc, in omni ſtudio librorũ, principalem operam adhibeas, ut interpretationem uocabulorum, iuxtà mentẽ ſcribentis attingas, & cuncta facilè appræhẽdes, ſcripturaſq; concordabis, quas ſibi cõtradicere putabas. Hinc diſtinctiones terminorũ conferunt, ad uariarum ſcripturarũ concordiam, ſi diſtinguens nõ errat. Et tunc minus deuiat, quã do ad æqualitatem reducere ſatagit. Adiiciam tibi unam, quã habui cõſiderationem, circa ſpeciem notitiæ principij. Hoc enim oportet eſſe principiũ, quo nihil prius nec potẽtius, ſola potentia, quæ præciſam ſui æqualitatẽ generat, maior eſſe nequit. Hæc enim omnia in ſe unit. Capio igitur terminos quatuor, puta poſſe, æquale, unũ, & ſimile. Poſſe dico, quo nihil potentius. Aequale, quod eiuſdem naturæ. Vnum, ab ipſis procedẽs. Et ſimile, quod eſt principij ſui repræſentatiuũ. Ipſo poſſe, nihil prius eſſe poteſt. Quid enim poſſe anteiret, ſi anteire nõ poſſet? Poſſe igitur, quo nihil potẽtius aut prius eſſe poteſt, utiq; eſt principiũ omnipotẽs. Est enim ante eſſe, & non eſſe. Nihil enim eſt, niſi eſſe poſſit. Nec non eſt, ſi nõ poteſt. Atq; præcedit, facere & fieri. Nihil enim eſt facit, quod facere non poteſt, aut fit, quod fieri nõ poteſt. Sic uides poſſe, ante eſſe & nõ eſſe, ante facere & fieri, & ita de omnibus. Nullum autem omniũ, quæ hoc ipſum poſſe non ſunt, ſine ipſo nec eſſe poteſt, nec cognoſci. Quęcunq; igitur aut eſſe, aut cognoſci poſſunt, in ipſo poſſe cõplicantur, & eius ſunt. Aequale autem, cũ non poſſit eſſe, niſi ſit ipſius poſſe, erit prius omnibus, ſicut poſſe, cuius eſt æquale. In æqualitate ſua, oſtendit ſe poſſe potentiſsimum. Nam de ſe ſuiipſius poſſe æqualitatẽ generare, ſupremum potentiæ eſt. Poſſe igitur, quod ſe æqualiter ad cõtradictoria habet, ut nõ poſſit plus unum, quàm aliud: per æqualitatem ſuam ſe æqualiter habet. Procedit autẽ ex poſſe, & æqualitate eius, unio potentiſsima. Potentia enim ſeu uirtus unita, fortior eſt. Vnio igitur ipſius, q̃nihil potẽtius, et eiꝰ æqualitatis, nõ eſt mi noripſis, à quibus procedit. Et ita uidet mẽs poſſe, eius æqualitatẽ, & utriuſq; unionẽ eſſe unicum principium potentiſsimum, equaliſsimũ, & uniſsimum. Patet ſatis quod poſſe, æqualiter unit omnia, complicat, & explicat. Quicquid igitur facit, per æqualitatem facit, & ſi creat, per ipſam creat, & ſi ſe oſtendit, per ipſam ſe oſtendit. Non facit autem poſſe ipſum, per æqualitatem ſeipſum, cum non ſit prius ſeipſo, nec facit per æqualitatem diſſimile. Non enim æqualitas, forma eſt diſſimilitudinis & inæqualis. Id igitur quod facit, ſimile eſt. Quicquid eſt & non eſt ipſum principium, neceſſe eſt, quod ſit ipſius ſimilitudo, cum æqualitas, quæ non recipit magis aut minus, non ſit multiplicabilis, ſeu uariabilis, ſi ue alterabilis, ſicut nec ſingulare: non eſt enim ſingularitas aliud, quàm æqualitas, Obiectum igitur omnis potentiæ cognitiuæ, non poteſt eſſe, niſi ipſa æqualitas, quæ ſe in ſua ſimilitudine, oſtendere poteſt. Vnde obiectum ſenſitiuæ cognitionis, nõ eſt niſi æqualitas, ſic etiam imaginatiuæ atque intellectiuæ. Naturaliter autẽ potẽtia, ſuum cognoſcit obiectum. Cognitio uerò, fit p ſimilitudinem.

tudinẽ. Hinc omnium potentiarũ cognitiuarum, æqualitas obiectũ eſt, cuius ſimilitudo, ponit omnes potentias cognitiuas, in actu. Naturaliter enim intellectu uigentes, æqualitatẽ eſſe uident, cuius ſimilitudo eſt in intellectu, ſicut uiſus coloratũ, cuius ſimilitudo ſeu ſpecies eſt in uiſu. Similitudo autem omnis, eſt æqualitatis ſpecies ſeu ſignum. Aequalitas uiſui obiicitur, quæ in ſpecie coloris uidetur. Ita de reliquis. Propinquius tamen in imaginatione: quia non in ſpecie qualitatis, ſed quantitatis, æqualitas imaginabilis eſt. Et hæc ſpecies, propinquiorem habet æqualitatis ſimilitudinẽ. In intellectu uerò non per ſimilitudinẽ, ſpeciebus qualitatis aut quantitatis inuolutã: ſed ſimplicem & purã intelligibilẽ ſpeciẽ, ſeu nudam ſimilitudinem, æqualitas attingitur. Et uidetur æqualitas ipſa una, quę eſt omnium rerum, eſſendi & cognoſcendi forma, in uaria ſimilitudine, uariè apparẽs. Et eius ſingularẽ apparitionem, quam rem ſingularem appellamus, in eius ſplendore, humana mens, naturaliter in ſeipſa intuetur, tãquàm uiua, & intelligẽs eius apparitio. Non eſt enim humana mens, niſi ſignum coæqualitatis illius, quaꝰ prima apparitio cognitionis, quã Propheta, lumẽ uultus Dei, ſuper nos ſignatum, appellat. Hinc homo naturaliter bonũ, æquũ, iuſtum & rectum, quia ſplendores æqualitatis cognoſcit, legẽ illam: Quod tibi uis fieri, alteri fac, laudat, qa eſt ſplẽdor æqualitatis. Cibus enim uitæ intellectualis, ex talibus eſt uirtutib. quia nõ ignorat, ipſã paſtus ſui refectionẽ. Sicut uiſus ad ſenſibilẽ lucem ſe habet: ita uiſus mentis, ad hãc intelligibilẽ lucem. Nam lux ſenſibilis, illius intelligibilis imago, ſimilitudinem æqualitatis habet, cũ nihil inæquale, in ipſa luce uideatur. Hoc certum, quod ſicut uiſus ſenſibilis, nihil ſentit, niſi lucẽ, & lucis apparentiã in ſignis ſuis, neq; quicq; aliud eſſe iudicat, quin imò cõſtanter affirmat, ſublata luce, nil penitus manere (paſcitur enim uidere ex illis) ita & mentis uiſus, nihil ſentit, q̃ intelligibilẽ lucẽ ſiue æqualitatẽ, et eius apparitionẽ in ſignis ſuis, atq; ueriſsimè profiteꝰ, qđ hac luce ſublata, nihil eſſe nec itelligi poteſt. Quomodo enim ſublata æqualitate, ſtaret intellectus, cuius intelligere in adæquatione cõſiſtit, q̃uticq; deſineret æqualitate ſublata? Nonnè ueritas ſublata foret, quæ eſt adæquatio rei & intellectus? Nihil igitur in ueritate maneret, æqualitate ſublata, cum in ueritate ipſa, nihil reperiatur, quàm æqualitas.

Cap. XI.

ET ut uideas animam ſenſitiuam non eſse intellectum, ſed eius ſimilitudinem ſeu imaginem: attende quomodo in uidente duplex eſt forma: una informãs, quæ eſt ſimilitudo obiecti, alia eſt formans, quæ eſt ſimilitudo intelligentiæ. Formare & informare, agere quoddam eſt. Cum autem nihil fiat ſine ratione, intellectus eſt principium actionum, quæ ſunt ad finem. Facit autem omnia, aut per ſe, aut per naturam, ideó opus naturæ, eſt opus intelligentiæ. Hinc quando obiectũ per ſuam ſimilitudinem informat, hoc autem naturaliter fit, ſcilicet per intelligentiã medio naturæ: quando uerò intelligentia formaꝰ, hoc facit per propriam ſuam ſimilitudinem. In uidente igitur, duæ ſunt ſimilitudines, alia obiecti, alia intelligentiæ, ſine quibus non fit uiſio. Similitudo obiecti, eſt ſuperficialis & extrinſeca ſimilitudo intelligentiæ, centralis & intrinſeca. Similitudo obiecti, eſt inſtrumentũ, ſimilitudinis intelligentiæ. Similitudo igitur intelligẽtiæ, mediante ſimilitudine obiecti, ſentit ſeu cognoſcit. Sentire igitur animã ſenſitiuã, quæ ſimilitudo eſt intelligẽtiæ, & ſpeciem obiecti, quæ eſt ſimilitudo obiecti, requirit. Quare anima ſenſitiua, nõ eſt intellectus, cũ nõ ſentiat ſine ſimilitudine obiecti. Intellectus enim nõ depẽdet ab aliquo, ut intelligibilia intelligat, & nullo alio à ſeipſo indiget inſtrumento, cũ ſit ſuarũ actionũ principiũ. Intelligit enim hoc cõplexum, quodlibet eſt uel non eſt, ſine aliquo inſtrumẽto ſeu medio, ſic & cũcta intelligibilia, ſenſibilia non intelligit, quia ſenſibilia, & non intelligibilia. Quare oportet, ut intelligibilia priùs fiant anteq; intelligantur, ſicut nihil ſentitur, niſi ſenſibile fiat.

Cap. XII.

ADhuc in ſenſibilib. cõſideres æqualitatẽ, nõnè alia ſuperficies plana, alia rotũda, alia media? Etſi aut planã aut rotundã mente cõſpicis, utiq; nihil non æquale habent. Planities, quid aliud q̃ æqualitas? Sic & rotũditas, æqualitas eſt. Aequaliter enim à centro ſe habet rotundi ſuperficies, & neceſſariò un-

http://www.obrascatolicas.com

dicꝫ ęqualis, nullibi ſe aliter hñs. Planities eodẽ ſe habet mõ ũdicꝫ. Qđ ſi ad illã reſpicis plãitiẽ, q̃ nulla dari poteſt ę̃lior, uticꝫcũ oĩs plana ſupficies ſplẽdeat, maximè illa, ſic & rotũda ſplẽdebit et mouebiẽ, ut in libello de globo patet. Mediæ uerò ſuperficies, nõ poſſunt penitꝰ ab omni æ̃litate eſſe alienæ, cũ cadãt inter planã & rotundã. Sic & inter rectã lineã & circularẽ, quarũ quęlibet ęqualis eſt, nulla cadere põt linea, ęqualittatis expers. Ita de nũero, quorũ nullꝰ eſt æqualitatis expers, qñ in ipſis nõ niſi unitatis ꝓgreſſio reperitur, & nullus eſt q̃ ſit uariabilis, aut minus pluſcꝫ capiat. Hoc certè nõ aliũde cꝫ ab æqualitate eſſe oportet. Deĩde, nõné nihil aliud in ſanitate, aut uita, aut talibus quibuſcũcꝫ, ueraciter cꝫ æqualitas reperitur: qua ſublata, nec ſenſus, nec imaginatio, nec cõparatio, nec proportio, nec intellectus remanebit? ſic nec amor, nec cõcordia, nec iuſtitia, nec pax erunt, nec durare quicꝫ poterit. Cap. XIII.

POſt primi principij cõſiderationẽ, adhuc ex dictis aliquid de anima inferã. Elicias ex præmiſſis, qũo aer nullo ſenſu noſtro attingitur, niſi qualificatus. Ex quo cõſtat, quod ſi aer uiueret uita ſenſitiua, in ſe ſentiret, ſpẽs qualitatũ. Aer aũt, aut ſubtilis eſt, aut groſſus, aut medio modo ſe habet. Subtilis, æther eſt. Oportet igitur animã ſenſitiuã, aerẽ uiuificare, ſibi cõiũctũ, ut in uiuificato aere, ſẽtire poſsit ſpecies obiectorũ. Puta, ĩ aere uiuo diaphõo & ſubtili, ſpeciẽ uiſibilis, in cõmuni, ſpeciẽ ſoni, in ingroſſato & ĩmutato, ſpecies aliorũ ſenſuũ. Nõ eſt igiť anima ſẽſitiua, nec terra, nec aqua, nec aer, ſiue ignis, ſed eſt ſpũs uiuificãs aerẽ, modo præmiſſo, & cõiunctũ ex ſpiritu & aere, per ſenſibilẽ ſpeciẽ in actu poſitũ, ſentit. Aer igitur, corpus uitæ, ſpũs noſtri ſenſitiui exiſtit, quo mediãte, uiuificat totũ corpus, & ſentit obiecta, & nõ eſt naturæ alicuius obiecti ſenſibilis, ſed ſimplicioris & altioris uirtutis. Sẽtire, quoddã pati eſt. Agit igitur ſpecies, in corpus organicũ iã dictũ. Hic ſpecies, nõ eſt corporalis, cũ agat in corpus, ſed eſt in reſpectu, ad corpus illud organicũ, ſpecies formãs. Et quia ſentitur, erit corpus illud uiuũ & purũ, omni ſpecie carẽs. Anima aũt, quæ eſt uiuificãs ipſũ, & cuius eſt ſentire, penitus omni corpore, & ſpecie ſimplicior & abſtractior: nõ cognoſcit niſi attẽdat. Eſt igitur uirtutis ſemper uiuificatiuæ & cognitiuæ, quæ, qua utiť quãdo mouetur, ut attẽdat. Eſt igiť in ipſa anima ſenſitiua, ultrà uirturẽ uiuificatiuã, quędã potẽtia cognitiua, quaſi imago ſit intelligẽtię, quæ in nobis ipſi intelligẽtiæ iũgiť. Vides radiũ Solis penetrare uitrũ coloratũ, & in aere ſpeciem coloris apparere. Splẽdore enim illo, qui eſt ſplendor coloris uitri, uides aerẽ coloratũ, in ſimilitudine uitri, habet ſe tamẽ color uitri, ut corpus, & color aeris, ut intẽtio & ſpũs ad illum. Huius autem intẽtionis ſpecies, adhuc ſubtilior & ſpiritualior, qa eſt ſplendor eius: & ſentitur in uiſu, ſcilicet, in diaphano aereo uiuo, oculi. Anima igitur ſenſitiua, quæ uiuificat diaphanum, eſt adeò ſpiritualis, quod ſplendoris ſentit, in ſuo diaphano puriſſimo. Sentit enim diaphãi eius ſuperficiẽ, penitus incoloratã, in ſimilitudine tãgi, & ſe cõuertens ad obiectũ, unde ſplendor uenit, medio illius ſplendoris, quẽ in ſuperficie corporis ſui diaphani ſentit, obiectum cognoſcit. Vnde cum non fiat uiſio, niſi uidẽs attendat ad ſplendorem, ſeu intentionẽ (pretereuntes enim, ſi nõ ſumus attenti non uidemus) patet, quod uiſio ex intentione coloris, & attentione uidentis, oritur. Et ſi benè conſideras in aere illo colorato, ſimilitudinem hominis reperies. Nam eſt corpus, anima, & ſpiritus. Corpus, ut aer eſt, anima autem, ut ſpecies coloris, per omnia aerẽ penetrãtis, formãtis, et colorantis. Spiritus uerò, ut radius lucis, colorem illuminãtis. Nã rationalis noſtra anima, niſi in ſe haberet ſpiritum diſcretionis, qui in ea lucet: homines non eſſemus, nec clarè præ cæteris animalibus ſentiremus. Lux autem illa, quæ in nobis lucet, deſuper datur, & non cõmiſcetur corpori. Lucem autẽ eſſe diſcretiuã: experimur: ideó omnem diſcretionem, & illuminationem, atcꝫ perfectionem animalitatis noſtræ ab illa, in ſenſibili luce, nos habere, certiſſimè ſcimus, quæ non luceret in nobis, penitus deficeremus: quẽadmodum ceſſante radio Solis, penetrare uitrum coloratum, nihil de colorato aere, uiſibile manet. Cœlum autem, ut uitrum eſt, in ſe zodiacum ſeu circulum uitæ continens, uirtus uerò omina creantis, eſt ut radius. Ex his paucis, materiam ſpeculandi, ſumito, quam ut uolueris poteris ampliare. Supereſt de fide noſtra, dulciſſima conſideratio, quæ omnia ſua certitudine ſuperat, & ſola eſt fœlicitãs, circa quam ſolidè & celeriter uerſeris.

Concluſio.

HAbes, quę nos in his aliâs latiùs ſenſimus, in multis & uarijs opuſculis, quæ poſt iſtud compẽdium legere poteris, & reperies, primum principium und icꝫ idem, uariè nobis apparuiſſe, & nos oſtenſionem eius uariam, uariè depinxiſſe.

Epilogus.

TEndit tota directio, ad unitatẽ obiecti, ad cꝫ Philippus Apoſtolus, ꝓ Chriſtũ, qui uerbũ Dei, ductꝰ dicebat: Domine, oſtẽde nobis patrẽ, & ſufficit nobis. Patrẽ uerbi ac æqualitatis, quia omnipotẽs, poſſe ſuprà nominamus: unũ eſt obiectũ uiſꝰ mẽtis, & uiſꝰ ſenſus, uiſus mẽtis, uti eſt in ſe, uiſꝰ ſẽſꝰ, uti eſt in ſignis, & eſt ipſũ poſſe, quo nihil potẽtius. Hoc cũ ſit omne, qđ eſſe poteſt, tũc & oĩa, quę eſſe poſſũt ipſũ eſt, ſine ſui uariatiõe, augmẽto, ſiue diminutiõe. Res igiť omnes, cũ nõ ſint, niſi qđ eſſe poſſũt, & poſſe quo nihil potẽtiꝰ ſit oĩ poſſe eſſe: nõ eſt alia omniũ quæ ſunt, cauſa, niſi ipſũ poſſe eſſe. Eſt eñ res, quia ipſum poſſe eſſe eſt. Et eſt hoc & nõ aliud, quia ſũma æqualitas eſt, & eſt una, quia ſũma unio eſt. Hinc nihil ſe offert uiſui mẽtis, in omnib. & ꝓ omnia: niſi quo nihil potẽtiꝰ. Nõ enim ille uiſus, res appetit multas & uarias; q̃niã ad multa & uaria nõ inclinat, ſed naturaliter ad id ferť, quo nihil potẽtiꝰ, in cuius uiſiõe, uiuit & quieſcit. Et quoniã potẽtia, qua nihil potẽtius, eſt uirtus maximè unita: hinc unitatẽ ipſã nominat, qua nihil potẽtius. Res uerò, quę eſſe poſſũt, numeros appellat. Obiectũ uerò uiſus mẽtis, eſt unitas omnipotẽs, in uariabilis, & ĩmultiplicabilis. Nõ numerus, cũ in numero nihil ſit, qđ uidere cupiat, niſi ipſa unitas, quæ eſt omne id, q̃d omnis numerus eſt, & eſſe, aut explicare poteſt. Reſpicit enim quid in omni nũero numeratť, & nõ ad numerũ. Nihil autẽ in quocũcꝫ & qualitercũcꝫ & magno aut paruo, pari aut ipari, nũero eſſe poteſt, cꝫ uirtꝰ illa, qua nihil potẽtiꝰ, cũ illud ſine ſui mutatiõe, ſolũ poſſit eſſe oĩa, & ſit etiã, ſine quo nihil eſſe poteſt. Quõdo enim quicꝫ eſſet, ſine ipſo poſſe, quãdo eſſe non poſſet? Et ſi ſine ipſo aliquid eſſe poſſet, uticꝫ ſine ipſo poſſe, poſſet. Obiectum autẽ ſenſus uiſus, res aliqua eſt ſenſibilis, quæ cũ nõ ſit niſi ipſum q̃d eſſe poteſt, nõ eſt niſi idẽ obiectũ uiſus mẽtis, non ut in ſe, quẽadmodũ ſe mẽti, ſed ut in ſigno ſenſibili, quẽamodũ ſe ſenſibili uiſui obiicit. Quia igitur ipſum poſſe, quo nihil potẽrius, uult poſſe uideri: hinc ob hoc ſunt omnia. Et hæc eſt cauſa cauſarũ, & finalis, cur omnia. Ad quã omnes rerum cauſæ, ineſſe & noſci ordinantur. Et ſic claudo breuiſſimã, compendioſiſſimãcꝫ directionem: quam mundioris acutioriſcꝫ uiſus, ſubtiliùs contemplantes, clarius dilatabunt, ad laudem cunctipotentis, ſemper benedicti. Amen.

Compendij Finis.

Dialogus trilocutorius, reuerendiſsimi in Chriſto patris, Domini Nicolai de Cuſa, Cardinalis tituli ſancti Petri ad uincula, de Poſſeſt. Interlocutores tres ſunt, Bernardus, Ioannes, Cardinalis. Bernar.

Vm nobis concedatur colloquẽdi Cardinalem, dudum optata facultas, nec ei ſit onero ſum, conceptum diu penſiculatum propalare: uelis oro mi Abba Ioannes, aliqua ex ſtudijs eius, ipſum excitandi gratia, proponere. Prouocatus, indubiè grata nobis referabit. IOAN. Audiuit iã me ſæpiſsimè, ſi quid moueris tu, ipſe citiùs occurret, cũ te placido uultu reſpiciat & diligat. Nec deero, ſi ſic iudicabis. Accedamus igitur propiùs ad ignem, eccum ipſum in ſede, tuis deſiderijs placere paratum. CARDINALIS. Accedite, frigus ſolito intẽſius nos arctat, & excuſat ſi igni conſederimus. BERNARDVS. Cum tempus ſic urgeat, proni ſumus tuis iuſſis parere. CARDINALIS. Aliqua inter uos uerſatur fortè dubitatio,

http://www.obrascatolicas.com

Bernardus. cum ſitis ſoliciti, facite me ſtudiorũ ueſtrorũ participem. IOANNES. Dubia utiq; habemus, quæ tu (ut ſperamus) diſſolues, quæ ſi tibi placet, Bernardus mouebit. CAR. Placet. BER. Incidi in ſtudium, epiſtolæ Pauli Apoſtoli ad Romanos, & legi, quomodo Deus manifeſtat homnibus ea, quæ eis de ipſo nota ſunt. Ait autem hoc fieri hoc modo. Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur, ſempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, iſtiusmodi illucidationem à te audire expoſcimus. CAR. Quis meliùs ſenſum Pauli, quàm Paulus exprimeret? Inuiſibilia, alibi ait æterna eſſe, temporalia, imagines ſunt æternorũ. Ideò ſi ea quæ facta ſunt intelliguntur, inuiſibilia Dei conſpiciuntur, uti ſunt ſempiternitas, uirtus eius, & diuinitas, ita à creatura mundi fit Dei manifeſtatio. BER. Miramur abbas & ego, qđ inuiſibilia cõſpiciuntur. CAR. Cõſpiciũtur inuiſibiliter. Sicut intellectus, quando intelligit quæ legit, inuiſibilem ueritatem, quæ latet ſub litera, inũiſibiliter uidet: dico inuiſibiliter, hoc eſt mentaliter, cum aliter inuiſibilis ueritas, quæ eſt obiectum intellectus, uideri nequeat. BER. Quomodo autem â uiſibili creatura mundi, elicitur hæc uiſio? CAR. Id quod uideo ſenſibiliter, ſcio ex ſe non eſſe. Sicut enim ſenſus nihil à ſe diſcernit, ſed habet diſcretionem à ſuperiori uirtute: ſic & ſenſibile, à ſe nõ eſt, ſed eſt ab altiori uirtute. Ideò Apoſtolus dicebat: quod à creatura mundi, ut uiſibili mundo, tanquàm creatura ad creatorem eleuamur. Quando igitur uidendo ſenſibile, intelligo ipſum à quadam altiori uirtute eſſe, cum ſit finitum, quod à ſe eſſe nequit (quomodo enim finitũ ſibiipſi terminũ poſuiſſet) tunc uirtutem à qua eſt, non poſſum niſi inuiſibilem, & æternã conſpicere. Virtus enim creatiua, non poteſt intelligi niſi æterna. Nam quomodo eſſe ab alia uirtute, niſi eſſet creata? Sempiterna igitur eſt uirtus, per quam mundi extat creatura, ideò inuiſibilis. Quæ enim uidẽtur, temporalia ſunt, & hæc eſt ipſa omniũ creatiua inuiſibilis diuinitas. BER. Forte hoc ſic eſt, ut clarè oſtendis. Videtur tamen Paulus parùm per hoc aperire, de Dei deſideratiſſima notitia. CAR. Imò nõ pauca, ſed maxima, dixti enim, inuiſibilia ipſius Dei, à creatura mundi intellecta cõſpiciuntur, non quod inuiſibilia Dei, ſint quid aliud, q̃ Deus inuiſibilis, ſed quia plura in creatura mũdi ſunt uiſibilia, quorum quodlibet ſua adæquata ratione, id eſt, quod eſt. Ideó de qualibet uiſibili creatura, docet ad cuiuslibet inuiſibile principium aſcendendum. BER. Intelligimus cõpetenter iſta, quomodo à creaturis incitamur, ut earũ ratiões eternas, in principio cõſpiciamus. Hoc potuiſſet ſic clarè per Apoſtolũ dici, ſi aliud nõ intendebat. Quod ſi aliud dicere ꝓpoſuit, fœcũdiùs Deum appræhendere gliſcenti, rogamus aperiri. CAR. Arbitror, quod multa ualdé etiam altiſſima, & mihi abſcõdita: ſed (quod nunc conijcio) hæc docere nos uoluit Apoſtolus, quomodo in Deo, illa inuiſibiliter appræhendere poterimus, quæ in creatura uidemus. Omnis enim creatura, actu exiſtẽs, utiq; eſſe poteſt, ꝙ enim eſſe nõ poteſt, nõ eſt, unde nõ eſſe, nõ eſt creatura. Si enim eſt creatura, utiq; eſt. Creare etiã, cũ ſit ex non eſſe, ad eſſe producere: utiq; clarè oſtẽdi ipſum nõ eſſe, nequaq; creaturam eſſe, neq; hoc parum eſt appręhẽdiſſe. Dico autẽ cõſequenter, cũ omne exiſtẽs, poſſit eſſe id, quod actu eſt: hinc actualitatẽ conſpicimus abſolutã, per quã quę actu ſũt, id ſunt quod ſũt. Sicut cũ alba uidemus, uiſibili oculo, albedinẽ intellectualiter intuemur, ſine qua albũ nõ eſt albũ. Cum igit̃ actualitas ſit actu, utiq; et ipſa eſſe poteſt, cũ impoſsibile eſſe, nõ ſit. Nec poteſt ipſa abſoluta poſsibilitas, aliud eſſe à poſſe, ſicut nec abſoluta actualitas, aliud ab actu. Nec poteſt ipſa iã dicta poſsibilitas, prior eſſe actualitate: quẽadmodũ dicimus, aliquã potẽtiã prẽcedere actũ. Nã quomodo ꝓ diſſet in actũ, niſi per actualitatẽ? Poſſe em̃ fieri, ſi ſeipſũ ad actũ produceret, eſſet actu, antequàm actu eſſet. Poſſibilitas ergò abſoluta, de qua loquimur, per quam ea quæ actu ſunt, actu eſſe poſſunt: non præcedit actualitatem, neque etiam ſequitur. Quomodo enim actualitas eſſe poſſet, poſsibilitate non exiſtente? Coæterna ergò ſunt abſoluta potentia, & actus, & utrituſque nexus. Neque plura ſunt æterna, ſed ſic ſunt æterna, quod ipſa æternitas. Videnturné uobis hæc ſic, an aliter ſe habere? BERNARDVS. Vtique ſic ſe habere, mens diſſentire nequit. IOANNES. Quaſi dum Solem intueor, negare nequo, ipſum ſuperlucidum: ſic iſta tuo ductu

ductu clariſsima intueor. Expecto autem, ut magna ex his inferas. CARDINALIS. Satis mihi eſt, ſi ueſtro iudicio non aberro. Pergam ergò hac uia, ad quæ feſtino. Nominabo autem hanc, quam ſic uidemus æternitatem, Deum glorioſum, & dico, nunc nobis conſtare Deum ante actualitatem, quæ diſtinguitur à potentia, & ante poſſibilitatem, quæ diſtinguitur ab actu, eſſe ipſum ſimplex mundi principium. Omnia autem quæ poſt ipſum, ſunt cum diſtinctione potentiæ & actus. Ita ut ſolus Deus id ſit quod eſſe poteſt: nequaquàm autẽ quæcunq; creatura, cũ potentia & actus non ſint idem, niſi in principio. BERNARDVS. Siſte pater parumper, & dubium declara. Quomodo dicis Deum id eſſe, quod eſſe poteſt? Videtur enim hoc, de Sole, & Luna, & terra, & alio quolibet, pariformiter dici poſſe. CARD. Loquor in abſolutis & generaliſsimis terminis, quaſi dicerẽ: cum potentia & actus ſint idẽ in Deo, tunc Deus omne id eſt actu, de quo poſſe eſſe poteſt uerificari. Nihil em̃ eſſe poteſt, quod Deus non ſit. Hoc facilè uidet quiſq; attẽdens, abſolutã potentiã coincidere cum actu, ſecus de Sole. Nã licet ſol ſit actu, id quod eſſe poteſt. Aliter enim eſſe poteſt, quã actu ſit. BER. Proſequere pater, nã certum eſt, nullã creaturã eſſe actu omne id, quod eſſe poteſt: cum Dei potentia creatiua, nõ ſit euacuata in ipſius creatione, quin poſſit de lapide ſuſcitare hominem, & adiicere ſeu diminuere cuiuſq; quãtitatẽ, & generaliter omnem creaturã in aliã & aliã uertere. CAR. Rectè dicis. Cum igitur hæc ſic ſe habeant, quod Deus ſit abſoluta potentia, & actus, atq; utriuſq; nexus, & ideò ſit actu omne poſsibile eſſe: patet ipſum cõplicitè omnia eſſe. Omnia em̃, quæ quocũq; modo ſunt, aut eſſe poſſunt, in ipſo principio cõplicant̃, & quæcũq; creata ſunt aut creabuntur, explicantur ab ipſo, in quo cõplicitè ſunt. IOAN. Quamuis hæc à te pluries audiuerim, nunq; tamen niſi magna uiſa ſunt, & mihi difficilima, ideò ne te pigeat reſpondere. An uelis dicere creaturas, quæ per prædicamenta ſignificantur, puta ſubſtantitatẽ, qualitatẽ, & alia: in Deo eſſe? CAR. Volo dicere, quod omnia illa, cõplicitè in Deo ſint Deus, ſicut explicitè in creatura mundi, ſunt mundus. IOAN. Igitur Deus eſt magnus. CAR. Vtiq; eſt magnus, ſed ſic magnus, quod magnitudo, quæ eſt omne id, quod eſſe poteſt. Nam non eſt magnus magnitudine, quę maior eſſe poteſt, aut magnitudine, quæ diuidi & minui poteſt, quemadmodũ creata quãtitas, quæ nõ eſt id, quod eſſe poteſt. BER. Si ergo Deus eſt magnus, magnitudine quæ id eſt, quod eſſe poteſt, & (ut dicis) quæ maior eſſe nõ poteſt, & quæ minor eſſe nõ poteſt: tũc Deus eſt magnitudo maxima, pariter & minima. CAR. Vtiq; non errat dicẽs, Deum magnitudinem abſolutè maximam pariter & minimam, quod nõ eſt aliud dicere, q̃ infinitam & impartibilem, quæ eſt omnis magnitudinis finitæ, ueritas & menſura. Quomodo enim eſſet maior aliquo, q̃ ſic eſt maxima, quod & minima? ſeu quomodo minor aliquo, quæ ſic eſt minima quod & maxima? aut quomodo non eſt omnis magnitudinis eſſendi æqualitas? quæ omne id eſt actu, quod eſſe poteſt, utiq; eſſendi æqualitas eſſe poteſt. BER. Grata ſunt hæc, ſed ut uideo, nec nomen, nec res, nec quicquàm omnium quæ creatæ magnitudini conueniunt, conuenienter de Deo dicũtur, cum differant per infinitũ, & fortaſſis non ſolum in magnitudine hocuerum eſt, ſed etiam in omnibus, quę de creaturis uerificantur. CARD. Rectè concipis Bernarde, & hoc ipſum Apoſtolus inſinuat, cum faceret inter illa, quæ in creaturis attinguntur & in Deo, differentiã: uti eſt inter uiſibilia & inuiſibilia, quæ utiq; in infinitum diſtare, affirmanus. IOAN. Quantum capio, in his paucis multa ualdé continentur. Nam ſi dico, ex pulchritudine creaturarũ Deũ pulchrum, & ſcio quod Deus eſt ita pulcher, quod pulchritudo, quæ eſt omne id, quod eſſe poteſt: ſcio nihil pulchri totius mundi deficere Deo, ac quod omnis quæ poteſt creari pulchritudo, non eſt niſi quædam ſimilitudo improportionalis, ad illam quæ actu eſt, eſſendi poſsibilias pulchritudinis, quæ non poteſt eſſe aliter quàm eſt, cum ſit id, quod eſſe poteſt. Ita de bono, de uita, & aliis, ſic & de motu. Nullus enim motus eſt in fine, ſeu id quod eſſe poteſt, niſi qui Deo conuenit, qui eſt motus maximus pariter & minimus, ſeu quietiſsimus. Et ita mihi uideris dicere. Sed hæſito, an in ſimili conuenienter dici poſsit, Deum eſſe Solem, aut cœlum, ſiue hominem, aut quippiam

aliud

http://www.obrascatolicas.com

aliud tale. CAR. Non est uocabulis insistendū. Nam si dicitur, Deum esse Solem, utiq; si intelligitur id sanè de Sole, qui est omne id actu, quod esse potest, tunc clarè uidetur, hic Sol nō esse aliquid simile ad illum. Hic enim Sol sensibilis, dum est in oriente, non est in qualibet parte cœli, ubi esse potest, neque est maximus pariter & minimus, ut nō possit esse nec maior nec minor, neque est ubiq; & ubilibet, ut nō possit esse alibi, quàm est, neq; est omnia, ut non possit esse aliud quàm est, & ita de reliquis, siqui dē de omnib. creaturis, pariformiter. Nō refert igitur, quomodo Deum nomines, dū modo terminos sic ad posse esse, intellectualiter transferas. BER. Intelligo te dicere uelle Deum esse omnia, ut non possit esse aliud quàm est: quomodo hæc capit intellectus? CAR. Vtiq; hæc firmissimè asserēdum. Deo enim nil omnium abest, quod uniuersaliter & absolutè esse potest, quia & ipsum esse, quod entitas potentiæ & actus, sed dum est omnia in omnibus, sic est omnia, quod non plus unum quàm aliud, quoniam non est sic unum, quod non aliud. BER. Caue, ne tibiipsi cōtradicas. Aiebas enim pauloantè, Deum non esse Solem, modo asseris ipsum omnia. CAR. Imò dicebā ipsum Solem, sed non modo essendi, quo hic Sol est, qui nō est quod esse potest, qui enim est id, quod esse potest, utiq; solare esse ei non deficit, sed habet ipsum meliori essendi modo, quia perfectissimo & diuino. Sicut essentia manus, uerius habet esse in anima, quàm in manu, cum in anima sit uita, & manus mortua, non sit manus, ita de toto corpore, & singulis membris, ita se habet uniuersum ad Deum: excepto, quòd Deus nō est anima mūdi, sicut anima hominis anima est, nec forma alicuius, sed omnibus forma, quia causa efficiens, formalis seu exemplaris, & finalis. BER. Vult nè Ioannes Euangelista dicere, omnia sic in Deo esse uitam, sicut de manu dixisti & anima? CAR. Arbitror, uitam ibi ueritatem & uiuacitatē dicere: nam cum non sint res, nisi performā formētur, tunc formæ in fōrma formarū, uerius & uiuacius esse habent, q̄ in materia. Res enim non est, nisi sit uera, & suo modo uiua, quo cessante, esse desinit. Ideò uerius est in forma formarum, quàm in se. Ibi enim est uera & uiua. IOAN. Optimè nos instruis pater. Videris mihi ex uno te omnia elicere. Deus ergò est omnia, ut non possit esse aliud. Ita est ubiq;, ut non possit esse alibi. Ita quoq;, est omnīū adæquatissima mensura, ut non possit esse æqualior? Sic de forma, & specie, & cunctis. Nec est hac uia difficilè uidere, Deum esse absolutum, ab omni oppositione, & quomodo ea quæ nobis uidentur opposita, in ipso sunt idem. Et quomodo affirmationi in ipso, non opponitur negatio, & quæq; talia. CAR. Cepisti abba, propositi radicē, & uide hanc contēplationem, per multos sermones inexplicabilem, breuissimo uerbo complicari. Esto enim, quod aliqua dictio, significet simplicissimo significato, quantū hoc cōplexum posse est: scilicet, quod ipsum posse, sit. Et quia quod est, actu est: ideò posse esse, est tantùm, quantùm posse esse actu. Puta, uocetur possest, omnia in illo utiq; complicantur, & est Dei satis propinquum nomen, secundū humanum de eo conceptum. Est enim nomē, omnium & singulorum nominum, atq; nullius pariter. Ideò dum Deus sui uellet notitiā primò reuelare, dicebat: Ego sum Deus omnipotens, id est, sum actus omnis potentiæ. Et alibi: Ego sum, qui sum. Nam ipse est, qui est. Quæ enim nondum sunt id, quod esse aut intelligi possunt: de illis, absolutum esse, non uerificatur. Habet autem Græcus. Ego sum entitas, ubi nos, ego sum qui sum. Est enim forma essendi, seu forma omnia formabilis formæ. Creatura autem, quæ nō est, quod esse potest, non est simpliciter. Solus Deus, perfectè & completè est. Ducit ergo hoc nomen, speculantē super omnem sensum, rationē, & intellectum in mysticam uisionē: ubi est finis, ascensus omnis cognitiuæ uirtutis, & reuelationis, incogniti Dei initium. Quādo enim suprà seipsum, omnib. relictis, ascenderit ueritatis inquisitor, & repererit, se amplius non habere accessū, ad inuisibilē Deū qui sibi manet inuisibilis, cū nulla luce rationis suæ uideatur: tunc expectat deuotissimo desiderio, solum illum omnipotentē, & per ipsius ortum (pulsa caligine) illuminari, ut inuisibilē tantùm uideat, quātùm seipsum manifestauerit. Sic intelligo Apostolum, Deū à creatura mundi intellectum, puta, quādo ipsum mundū creaturā intelligimus, & mundū transcendētes, creatorē ipsius inquirimus: scilicet manifestare ipsum, ut creatorē suū, summa formata

formata fide quærentibus. IOAN. Quorsum nos uehis pater mundanos, suprà mundum. Indulgebis, ut te præsente cum Bernardo colloquar, dicito uir zelose, an quæ dicta sunt cœpisti? BERNARDVS. Spero aliquid saltem, licet parum. IOANNES. Quomodo intelligis, in possest omnia complicari? BERNARDVS. Quia posse simpliciter dictum, est omne posse. Vnde si uiderem omne posse esse actu, utiq; nihil restaret amplius. Si enim aliud aliquid restaret, utiq; ita hoc esse posset, ita non restaret, si priùs fuisset cōprehensum. IOAN. Rectè dicis. Nam si non est posse esse, nihil est: & si est, omnia id sunt, quod sunt in ipso, & extrà ipsum nihil. Omnia igitur quæ facta sunt, in ipso ab æterno necesse est fuisse, quod enim factū est, in posse esse semper fuit, sine quo factum est nihil. Patet possest omnia esse & ambire, cū nihil aliter fieri possit, quod in eo nō includatur. In ipso ergò omnia sunt, & mouētur, & id sunt, q̄d sunt, quicquid sunt. Sed quomodo intelligis, ascendentē, suprà seipsum constitui oportere? BER. Quia nullo gradu cognitionis attingitur. Sensus enim, nihil non quātū attingit, sic nec imaginatio, simplex em̄, et quod nō possit esse aut minus aut maius, uel mediari, aut duplicari nullo sensu, nec etiā per quātūcūq; subtilissimam attingit phātasiā. Nec altissimus intellectus concipere potest infinitū, interminatum, et unū quod omnia, atq; ipsum ubi non est oppositionis diuersitas. Nisi enim intellectus se intelligibili assimilet, non intelligit: cum intelligere sit assimilare, & intelligibilia seipso, seu intellectualiter mensurare, quæ in eo, quod est id, quod esse potest, non est possibile: nam immēsurabile utiq; est, cum nō possit esse maius. Quomodo ergò per intellectum, qui nunquàm est adeò magnus, quin possit esse maior, intelligi possit? IOAN. Profundiùs q̄ crediderā dicta patris nostri, subintrasti, & hoc ultimū, certiorem me facit oportere ascēdentē omnia linquere, & suum intellectum tranſcēdere, cum uirtus infinita, per terminatā capi non possit. CAR. Gaudeo de uestro profectu, ac q̄d ijs locutus sim, qui pro suo captu dicta magnificāt BER. Quàmuis constas mihi omnibus diebus meis, contēplationis cibum posse ex præmissis elicere, & sermones multiplicare, & semp proficere: optamus tamen, aliqua sensibili imaginatione manuduci, maximè quomodo æternū est omnia simul, & in nunc æternitatis tota, ut ipso imaginatiōis spectaculo relicto, salientes, suprà omnia sensibilia, eleuēur. CAR. Conabor, & suppono, omnibus nobis, & in praxi notum trochi ludum puerorum: proiicit puer trochum, & proiiciendo simul ipsum retrahit, cum chorda circūligata, & quantò potentior est fortitudo brachii, tantò citiùs circūuoluitur trochus, adeò quod uideatur, dum est in maiori motu, stare & quiescere, & dicunt pueri, ipsum tunc quiescere ac dormitare. Describamus ergo circulū b c, q̄ super a circūuoluatur, qua si superior circulus trochi. Et sit alius circulus d e, fixus: nonne q̄tò uelociùs mobilis circulus circūrotatur, tantò uidetur minùs moueri? BER. Videtur certè, & hæc uidimus pueri. CAR. Esto ergo, q̄ posse moueri, in ipso sit actu, scilicet, ut moueatur actu, quantū est possibile: nōne tūc penitus quiesceret? BER. Nulla successio posset notari, ex repentina uelocitate, ita utiq; motus deprehendi nequiret, successione cessante. IOAN. Quando motus esset in fine uelocitatis, b & c puncta, in eodem puncto tēporis essent, cum d puncto circuli fixi, sine eo quod alterum punctum scilicet b, priùs tempore fuisset quàm c, aliter non esset maximus & infinitus, & tamen non esset motus, sed quies: quia nullo tempore, illa puncta de d fixo recederent. CARDINALIS. Rectè ais Abba. Maximus ergo motus esset simul, & minimus, & nullus. RERNARD. Ita necessariò uidetur. CARDINALIS. Nonnè quemadmodum b c puncta opposita, eo casu essent semper cum d, ita semper etiam cum opposito eius, scilicet, e? IOANNES. Necessariò. CARDINALIS. Nonnè etiā omnia intermedia puncta, circuli b c, similiter? IOAN. Similiter. CARD. Totus ergo circulus, etsi maximus esset, in omni nunc simul esset, cum puncto d, etsi



http://www.obrascatolicas.com

d, etſi d punctum minimum eſſet, & non ſolum in d, ſed & in omni puncto, circuli d, e. IOAN. Ita eſſet. CAR. Satis ſit ergo, hoc imaginarium, poſſe ænigmaticè aliquo pacto uideri, quomodo ſi b c circulus, ſit ut æternitas, & alius d, e tempus, non repugnare, æternitatem ſimul totam eſſe, in quolibet puncto temporis, & Deum principium & finem eſſe, totum in omnibus, & quælibet talia. BER. Video adhuc unum, utique magnum. IOAN. Quid hoc? BER. In Deo, hic diſtantia, nequaquàm diſtare. Nam d, e, diſtant per diametrum circuli, cuius ſunt oppoſita puncta, ſed non in Deo. Veniente enim b ad d, eſt ſimul cum e. Ita omnia quæ in tempore diſtant in hoc mundo, ſunt in præſentia coram Deo, & quæ diſtant oppoſitè, ſunt ibi coniunctè, & quæ hic diuerſa, ibi idē. IOAN. Hæc certè notanda, ut intelligamus, Deum ſuprà omnem differentiam, uarietatem, alteritatem, tempus, locum, & oppoſitionem eſſe. CARD. Iam intelligitis faciliùs, quomodo concordabitis Theologos, quorum alter dicit, ſapientiam quę Deus eſt, omni mobili mobiliorum, & uerbum uelociter currere, & omnia penetrare, atque à fine ad finē pertingere, atque ad omnia progredi. Alius uerò dicit, primum principium fixum, immobile, ſtare in quiete, licet det omnia moueri. Quidam, quod ſimul ſtat & progreditur. Et adhuc alij quod neque ſtat neque mouetur. Ita quidam dicunt, ipſum generaliter in omni loco, alij particulariter in quolibet, alij utrumq;, alij neutrum. Hæc & his ſimilia, faciliùs per hoc ſpeculare medium capiuntur, licet infinitæ melius hæc omnia ſint in Deo, ipſe Deus ſimplex, quàm per dictum paradigma, & per cuiuſcunq; altiſsimum ſaltum, capi poſsint. BER. Imò & de æternis rerum rationibus, quæ in rebus, aliæ & aliæ atque differentes ſunt, etiam pariformiter ueriſimile eſt, eas in Deo non eſſe uarias. Nam etſi circuli b c puncta, concipiantur rationes rerum ſeu ideæ: non tamen ſunt plura, cum totus circulus & punctum, ſint idē. Quando enim b eſt cum d, totus circulus eſt cum d, & omnia eius puncta, ſunt unum punctum: licet uideantur eſſe plura, quando ad d e, temporis circulum, & eius puncta, reſpicimus. CAR. Multùm acceditis, ad Theologiam illam latiſsimam pariter & conciſam. Poſſemus ad hæc plura, in hoc trochi motu, pulcherrima uenari, ſcilicet: quomodo puer, uolens trochum mortuum ſeu ſine motu, facere uiuum, ſui conceptus ſimilitudinem illi imprimit, per inuentum ſui intellectus inſtrumentum, & motu manuū recto, pariter & obliquo, ſeu pulſionis pariter & attractionis, imprimit ille motum, ſuprà naturam trochi. Nam cum non haberet niſi motum uerſus centrum, uti graue: facit ipſum circulariter moueri, uti cœlum. Et hic ſpiritus mouens, adeſt trocho inuiſibiliter, diu aut parum, ſecundùm impreſſionem communicatæ uirtutis, quo deſinente uoluere trochum, reuertitur, uti erat priùs, ad motum uerſùs centrum. Nonnè hic eſt ſimilitudo creatoris, ſpiritum uitæ dare, non uiuo uolentis? Vti enim præordinauit dare, ita medio motus orbes, qui ſunt inſtrumenta executionis uoluntatis eius, mouentur motu recto, ab oriente ad occaſum, & cum hoc reuerſionis de occaſu ad orientem ſimul, ut ſciunt Aſtrologi: & ſpiritus uitæ, ex zodiaco animali impreſſus, mouet uitaliter id, quod de ſua natura uita caruit, & uiuificatur quàmdiu ſpiritus durat, deinde reuertitur in terram ſuam. Talia & plæraque alia pulchra ualdè, quæ tamen non ſunt præſentis ſpeculationis ſignificantur in hoc ludo puerorum. Hæc ſic curſim memorata ſint, ut conſideretis, quomodo & in arte puerorum relucet natura, & in ipſa, Deus, quodque ſapientes mundi, qui hoc ponderarunt, ueriores aſſecuti ſunt de ſcibilibus coniecturas. BERNARDVS. Ago tibi immenſas gratias, pater optime, quoniam multa dubia, & quæ uidebantur impoſsibilia, hoc aptiſsimo trochi ænigmate, facta ſunt mihi non ſolum credibilia, ſed neceſſaria,



ria. CAR. Qui ſibi de Deo conceptum ſimplicem facit, quaſi ſignificati huius compoſiti uocabuli Poſſeſt: multa ſibi priùs difficilia, citius capit. Nam ſi quis ſe ad lineam conuertit, & applicat ipſum Poſſeſt, ut uideat Poſſeſt lineale, hoc eſt, ut uideat lineam illud eſſe actu, quod eſſe poteſt, & omne id eſſe, quod lineam fieri poſſe intelligit: utique ex ſola illa ratione, quia eſt Poſſeſt, ipſam uidet lineam maximam, pariter & minimam. Nam cum ſit id, quod eſſe poteſt, non poteſt eſſe maior, ſic uidetur maxima, nec minor, ſic uidetur minima. Et quia eſt id, quod linea fieri poteſt, ipſa eſt terminus omnium ſuperficierum. Sic & terminus figuræ triangularis, quadrangularis, & omnium polygoniarum, & omnium circulorum, & figurarum omniū, quæ fieri poſſunt ex linea, ſiue recta ſiue curua, & omniū figurarū exemplar ſimplex, ueriſsimū, & adæquatiſsimū, & æqualitas in ſe omnes habens, & per ſe omnia figurans. Et ita unica figura, omnium figurabilium linealiter, & ratio una, atque cauſa omnium quantumcunq; uariarum figurarum. In hoc ænigmate uides, quomodo ſi Poſſeſt applicatur, ad aliquod nominatum, quomodo fit ænigma, ad aſcendendū ad innominabile: ſicut de linea per Poſſeſt, peruenisti ad indiuiſibilem lineam, ſuprà oppoſita exiſtē tem, quæ eſt omnia, nihil omnium lineabilium, & non eſt tunc linea, quæ per nos linea nominatur, ſed eſt ſuprà omne nomen, lineabilium. Quia Poſſeſt abſolutè conſideratum, ſine applicatione ad aliquod nominatum, te qualitercunq; ducit ænigmaticè, ad omnipotentē, ut uideas, omne quod eſſe ac fieri poſſe intelligis: ſuprà omne nomē, quo id quod poteſt eſſe, eſt nominabile, imò ſuprà ipſum eſſe nō & eſſe, omni modo, quo illa intelligi poſſunt. Nam non eſſe, cū poſsit eſſe per omnipotentē, utiq; eſt actu: quia abſolutū poſſe, eſt actu in omnipotēte. Si em ex nō eſſe, poteſt aliquid fieri, quacūq; potētia: utiq; in infinita potētia, cōplicatur. Nō eſſe ergo, ibi eſt omnia, eſſe. Ideò omnis creatura, quæ poteſt de non eſſe in eſſe perduci, ibi eſt, ubi poſſe, eſt eſſe & ipſum Poſſeſt, ex quo te eleuare poteris, ut ſuprà eſſe & non eſſe, omnia ineffabiliter (ænigmaticè tamē) uideas, quæ de nō eſſe, per actu eſſe, omnia in eſſe ueniūt. Et ubi hoc uides, ueriſsimè & diſcretiſsimè, nullū nomē nominabile per nos inuenies. Illi enim principio nō conuenit, ullū unitatis ſeu ſingularitatis, nec pluralitatis aut multitudinis, nec aliud quodcūq; nomen, per nos nominabile ſeu intelligibile: cū eſſe & non eſſe, ibi ſibi non contradicāt nec alia quæcūq; oppoſita, aut diſcretionē affirmantia, uel negantia. Eius enim nomē, eſt nomē nominum, & non plus ſingulare ſingulorum, quàm uniuerſale ſimul omniū, & nullius. BER. Intelligo te dicere, quomodo hoc nomen compoſitum Poſſeſt, de poſſe & eſſe unitum: habet ſimplex ſignificatum, iuxtà tuum humanum conceptum, ducentē ænigmaticè inquiſitorem, ad qualēcunq; de Deo poſitiuam aſſertionē, & capis, poſſe abſolutum, prout complicat omne poſſe, ſuprà actionem & paſsionem, ſuprà poſſe facere & poſſe fieri, & concipis ipſum poſſe actu eſſe. Hoc autem eſſe quod actu eſt, omne poſſe eſſe dicis, id eſt abſolutum, & ita uis dicere, quod ubi omne poſſe actu eſt, ibi peruenitur, ad primum omnipotens principium. Non hæſito, quin omnia in illo complicētur principio, quodcunq; omnia, quæ quocūq; modo poſſunt eſſe, ſint in eo. Neſcio ſi bene dico. CAR. Optimè, principium ergo, ſuam uim omnipotentē, in nullo quod eſſe poteſt euacuat, ideò nulla creatura eſt Poſſeſt. Quare omnis creatura, poteſt eſſe quod nō eſt, ſolum principium, quia eſt ipſum Poſſeſt, non poteſt eſſe quod non eſt. BER. Clarum eſt hoc. Si enim principium, poſſet non eſſe, non eſſet, cum ſit quod eſſe poteſt. IOANNES. Eſt ergo abſoluta neceſsitas, cum non poſsit non eſſe. CARDINALIS. Rectè dicis: nam quomodo poſſet non eſſe, quando non eſſe in ipſo, ſit ipſum. IOANNES. Mirabilis Deus, in quo non eſſe, eſt eſſendi neceſsitas. BER. Quia mundus potuit creari, ſemper ergo fuit ipſius eſſendi poſſibilitas, ſed eſſendi poſſibilitas, in ſenſibilibus materia dicitur. Fuit igitur ſemper materia, & quia nunquàm creata, igitur increata. Quare principium, æternum. IOANNES. Non uidetur procedere tuum argumentum: nam increata poſsibilitas, eſt ipſum Poſſeſt. Vnde quod mundus ab æterno potuit creari, eſt, quia Poſſeſt eſt æternitas. Non eſt etgo uerum, aliud requiri ad hoc, qđ poſsibilitas eſſendi mundum, ſit æterna: niſi quia Poſſeſt, eſt Poſſeſt, quæ uni

ca ra-

http://www.obrascatolicas.com

ca ratio eſt, omnium modorum eſſendi. CAR. Abbas benè dicit. Nam poſſe fieri, non habet initium: hoc ideò eſt, quia Poſſeſt, eſt ſine initio. Præſupponit enim poſſe fieri, abſolutum poſſe, quod cum actu conuertitur, ſine quo impoſsibile eſt, quicquàm fieri poſſe. Quod ſi abſolutū poſſe, indigeret alio, ſcilicet materia, ſine qua nihil poſſet, non eſſe ipſum Poſſeſt. Quomodo enim hominis poſſe facere, requirat materiā quæ poſsit fieri, eſt: quia non eſt ipſū Poſſeſt, in quo facere & fieri, ſunt ipſum poſſe. Hoc enim poſſe, quod de facere uerificatur, eſt idem poſſe, quod de fieri uerificatur. BER. Difficile eſt mihi hoc capere. CARD. Quando attendis, in Deo non eſſe, eſſe ipſum Poſſeſt, capies. Nā ſi in poſſe facere nō eſſe coincidit: utiq; & in poſſe fieri, coincidit. Ac ſi tu eſſes auctor libri, quem ſcribis, in poſſe tuo actiuo, ſcilicet in ipſo ſcribere librum, cōplicaretur ipſum poſſe paſsiuū, ſcilicet ipſum librū: quia non eſſe libri, in tuo poſſe, eſſe haberet. IOAN. Maxima ſunt quę aperis pater, nam omnia in Poſſeſt, ſunt & uidentur, ut in ſua cauſa & ratione, licet nullus intellectus capere poſsit ipſum, niſi quia eſt ipſum. CAR. Intellectus noſter, quia non eſt ipſum Poſſeſt (nō enim eſt actu, quod eſſe poteſt) maior igitur & perfectior ſemper eſſe poteſt. Ideò ipſum Poſſeſt, licet à remotis uideat, non capit: ſolum Poſſeſt ſe intelligit, & in ſe omnia, quoniam in Poſſeſt, omnia complicātur. IOAN. Benè conſidero, quomodo omnia de Poſſeſt negantur, quando nullū omnium quæ nominari poſſunt, cū poſsit eſſe, id quod nō eſt, ſit pòſt ipſum. Ideò quantitas non eſt: quantitas enim, cum poſsit eſſe id, quod non eſt Poſſeſt. Puta, poteſt eſſe maior quàm eſt, aut aliud quàm eſt, ſed non ſic Poſſeſt, cui nec maioritas quæ eſſe poteſt, aut quicq; quod eſſe poteſt, deeſt. Ipſū enim; poſſe eſt, actu perfectiſsimum. Sed nunc ſubiunge quæſo, poſtquàm ille ſuperadmirabilis Deus noſter, nullo quàmuis etiā altiſsimo aſcenſu, naturaliter uideri poſsit, aliter quàm in ænigmate, ubi potius poſſe uideri, quàm uiſio attingitur, & in caliginē umbroſam peruenit inquiſitor: quomodo ergo demū, ille qui manet ſemper inuiſibilis, uideatur. CAR. Niſi poſſe uideri, deducatur in actum, per ipſum qui eſt actualitas omnis potentiæ, per ſuiipſius oſtenſionē: non uidebitur. Eſt enim Deus occultus, & abſconditus, ab oculis omnium ſapientū, ſed reuelat ſe paruulis ſeu humilib. quib. dat gratiā. Eſt unus oſtēſor, magiſter ſcilicet Ieſus Chriſtus, ille in ſe oſtendit patrem, ut qui meruerit eum uidere, qui eſt filius, uideat & patrem. IOAN. Fortè uis dicere pater, quòd illis oſtenditur pater, in quibus Chriſtus per fidē habitat. CAR. Non poteſt Chriſtus per fidem habitate in aliquo, niſi habeat ſpirium ueritatis, qui docet omnia: diffunditur enim ſpiritus Chriſti, per Chriſti formē, & eſt ſpiritus charitatis, qui non eſt de hoc mundo, nec mūdus ipſum capere poteſt, ſed Chriſtiformis, qui mundū tranſilijt Hic ſpiritus, qui ſtultam facit mundi ſapientiā, eſt illius regni, ubi uidetur Deus Deorum in Zion. Eſt enim uirtus illuminatiua, nati cæci, qui per fidē uiſum acquirit, neq; dici poteſt quomodo hoc fiat. Quis enim dicere poſsit hoc, cū nec quidē is poſſet, qui ex non uidente factus eſt uidens, multis enim quæſtionib. interrogabatur illuminatus. Sed artem, qua Chriſtus eū fecit uidentem, nec ſciuit, nec dicere potuit. Sic benè dixit, ipſū facere potuiſſe ſibi, quia credidit, fieri poſſe uidēs ab ipſo, & hanc fidē reſpiciens, noluit ipſam irritā eſſe. Nemo enim unq;, in ipſo cōfidens, derelictus eſt. Poſtq; enim homo eſt diffidens ſibiipſi, ita q; ſe tanq; infirmū & penitus impotentē, ad deſiderati appræhenſionē certus agnoſcit: cōuertit ſe ad amatum ſuū indubia fide, promiſsioni Chriſti inhærens, & pulſat oratione deuotiſsima, credens, ſe non poſſe dereliquí, ſi nō ceſſauerit pulſare Chriſtū, qui ſuis nihil negat, indubiē aſſequetur quæſitum. Apparebit enim Chriſtus, Dei uerbū, & manifeſtabit ſe illi, & cū patre ſuo ad ipſum ueniet, & māſionē faciet, ut uideri poſsit. BER. Capio te dicere uelle, quod uiua fides, charitate ſcilicet formata, q̄ facit unumquēq; Chriſtiformē: implet defectū naturæ, & ſtringit quodāmodo Deū, ut quicquid in nomine Chriſti, petierit aſsiduus orator, impetret. Confortatur ex ſpiritu fidei, cōcepto in ſpiritu noſtro, ipſe ſpiritus noſter, ſecundū mēſuram fidei: ſicut ſpiritus uiſiuus oculi cæci nati, tenebroſus & impotens, ſpiritu fidei Chriſti, ſanatus & cōfortatus, ſibi priùs inuiſibile, uidit. CAR. Illa eſt ſuprema, unici ſaluatoris noſtri Chriſti, doctrina, ipſum qui eſt uerbū Dei, per quod Deus

Deus fecit & ſæcula, omnia adimplere, quæ natura negat, in eo qui ipſum ut uerbū Dei, indubitata fide recipit, ut credens, in ea fide, in qua eſt Chriſtus, potēs ſit ad omnia, medio uerbi, in eo per fidem habitantis. Sicuti aliqua in hoc mundo, medio humanæ artis, fieri uidemus, per eos, qui artem habent in anima ſua, ſtudio acquiſitam: ita quòd ars eſt in ipſis recepta & manens, & uerbum docens & imperans ea, quæ artis ſunt. Sic & ars diuina, quæ firmiſsima fide acquiſita eſt, in ſpiritu noſtro, eſt uerbum Dei, docens & imperans ea, quæ artis creatiuę, & omnipotentis exiſtunt. Et ſicut non poteſt indiſpoſitus artiſta, operari ea, quæ artis ſunt: ita nec indiſpoſitus fidelis. Diſpoſitio autem fidelis, uolentis Deum uidere, quæ neceſſariò requiritur: eſt munditia cordis. Illi enim beati ſunt, & Deum uidebunt: ut uerbum fidei Chriſti noſtri, nos docet. BERN. Vellem de præmiſsis, adhuc clariùs ſi fieri poſſet, informari. CARD. Arbitror neceſſarium, quòd qui uidere Deum cupit, ipſum quantùm poteſt deſideret. Oportet enim, quòd poſſe deſiderare ipſius perficiatur, ut ſic actu tantùm ferueat deſiderium, quantùm deſiderare poteſt. Hoc quidem deſiderium, eſt uiuus amor, quo Deum quærens, ipſum ex toto corde, & tota anima, hoc eſt ex omnibus uiribus ſuis, quantum ſcilicet poteſt, diligat. Quod quidem deſiderium, nemo habet, niſi qui Chriſtum, ut Dei filium ita diligit, ſicut Chriſtus ipſum, in quo utiq; per fidem Chriſtus habitat, ita ut dicere poſsit, ſe ſpiritum Chriſti habere. IOAN. Intelligo, fidem ſuperare naturam, & non eſſe Deum alia fide uiſibilem, quàm fide Chriſti, qui cum ſit uerbum Dei omnipotentis, & ars creatiua, dum ſpiritui noſtro, ipſum per fidem recipienti, illabitur, ſuper naturam eleuat, in ſui conſortium, ſpiritum noſtrum, qui non hæſitat, propter inhabitantem in eo ſpiritum Chriſti, & eius uirtute ſuprà omnia, ut uerbum imperiale ferri. BERNARD. Vtiq; in uerbo imperatiuo cuiuſcunq; potentis, qui dicit & facta ſunt: ipſa omnipotētia, quæ Deus creator, & pater omnium eſt, reuelatur, neq; in alio aliquo, quàm in ſuo uerbo, poteſt reuelari. Cui igitur hoc uerbum ſe manifeſtat, in ipſo utiq; ut in filio, pater oſtenditur, ſed ſtupor ingens, hominem poſſe per fidem, ad uerbum omnipotentis, aſcendere. CARD. Legimus, aliquos ſubitò artem uerbi linguarum, dono ſancti ſpiritus recepiſſe, ita ut de ignorantibus, ſubitò facti ſint ſcientes genera linguarum. Et hæc uis, nō erat niſi participatio, uerbi diuinæ artis. Illi tamen non habuerunt ſcientiam, niſi humanam, ſed ſuper hominem, ſubitò per infuſionem acquiſitam. Alij non ſolum linguarum, ſed doctorum peritiam receperunt. Alij uirtutem miraculorum, & hæc certa ſunt. Fideles enim à principio, cum fide uiua, talem ſpiritum receperunt, ut certi eſſent fidem tantæ uirtutis eſſe. Et ſic (ſi plantari debuit) expediebat, non modo poſt eius receptionem, ut non quærat ſigna, ſed ſit pura & ſimplex. Hic ſpiritus, per fideles receptus, quamuis cum menſura: tamen eſt ſpiritus, Chriſti participator, nos certos faciens, quòd quando in nobis habitaret, integer ſpiritus Chriſti, ultimum fœlicitatis aſſecuti eſſemus, ſcilicet poteſtate uerbi Dei, per quod omnia, ſcilicet noſtræ creationis ſcientiam. Fœlicitas enim ultima, quæ eſt uiſio intellectualis, ipſius cunctipotentis: eſt adimpletio illius deſiderij noſtri, quo omnes ſcire deſideramus. Niſi igitur ad ſcientiam Dei, qua mundum creauit, peruenerimus, non quietatur ſpiritus, ſemper enim reſtabit, ſcientia ſcientiarum, quamdiu illam non attingit. Et hæc ſcientia, eſt uerbi Dei notitia: quia uerbū Dei, eſt conceptus ſui & unuerſi, qui enim non peruenerit ad hūc conceptum, neq; ad ſcientiam Dei attinget, neq; ſeipſum cognoſcet. Non enim poteſt ſe cauſatum cognoſcere, cauſa ignorata Ideò hic intellectus, cum ſit omnia ignorans intellectualiter, in umbra mortis, perpetua egeſtate triſtabitur. IOAN. Incidit mihi, uideri fidem eſſe, uidere Deum. BERNARD. Quomodo? IOAN. Nónne fides eſt inuiſibilium & æternorum? uidere ergo fidem, eſt uidere inuiſibile, æternum, ſeu Deum noſtrum. CARD. Non es paruum uerbum loquutus, mi Abba. In Chriſtiano uerò, non eſt Chriſtus in hoc mundo, niſi per fidem, in alio per ueritatem. Quando ergo Chriſtianus, Chriſtum uidere quærens facialiter, linquet omnia, quę huius mundi ſunt, ut iſs ſubtractis, quæ non ſinebant Chriſtum, qui de hoc mundo non eſt, ſicuti eſt uideri: in eo raptu fidelis in ſe, ſine ænigmate Chriſtum

http://www.obrascatolicas.com

ſtum uideret, quia ſe à mundo abſolutum, qui eſt Chriſtiformis, uidet. Non ergo niſi fidem uidet, quæ ſibi facta eſt uiſibilis, per denudationẽ mundialium, & ſuiipſius facialem oſtenſionem. BERNARD. Hæc certè meo iudicio, magna ſunt ualdè, & perquam breuiter, atquè clare à te dicta. Vellem tamen adhuc aliquid à te pater audire, de ſacratiſsima trinitate, ut de omnibus maximis, aliquo ſic à te audito, mihiipſi qualemcunque præſtare poſſem, deuotam conſolationem. CARDI. Semper uariè multa dici poſſe, licet inſufficientiſsimè, hæc quæ præmiſi, & quæ in uariis libellis meis legiſti, oſtendunt. Multis enim ualdè & ſæpiſsimè profundiſsimis meditationibus, mecum habitis, diligentiſsimeque quæſitis antiquorum ſcriptis: repperi, ultimam atq; altiſsimam de Deo conſiderationem, eſſe interminam, ſeu infinitam, ſeu excedentẽ omnem conceptum. Omne enim, cuius conceptus eſt alicuius conceptus, utique in conceptu clauditur, Deus autem id omne excedit. Nam conceptus, de Deo, eſt conceptus ſeu uerbum abſolutum, in ſe omne conceptibile complicans, & hic non eſt conceptibilis in alio. Omne enim in alio aliter eſt: nihil enim per intellectum actu concipitur, ut concipi poſſet, per altiorẽ enim intellectũ, meliùs conciperetur. Solus per ſe ſeu abſolutus conceptus, eſt actu omnis conceptibilis conceptus. Sed noſter conceptus, qui non eſt per ſe, ſeu abſolutus conceptus, ſed alicuius conceptus: ideò per ſe conceptum non concipit, cum ille non ſit plus unius, quàm alterius, cũ ſit abſolutus. Ideò iſtum infinibilem, & interminabilem, ſeu inconceptibilem Dei conceptum, ob ſuam infinitatem, etiam dicimus neceſſariò ineffabilem: uerbum enim illud nullo nomine ſeu termino, finiri ſeu definiri per nos poteſt, cum concipi nequeat. Sic neque ipſum nominamus unum nec trinum, nec alio quocunque nomine: cum omne conceptũ unius & trini, & cuiuſcunque nominabilis, excedat, ſed abremouemus, omne omnium conceptibilium nomen, cum excellat. IOAN. Quantò igitur intellectus intelligit, conceptum Dei minus formabilem: tantò maior eſt, ut mihi uidetur. CARDI. Rectè dicis Abba: Ideò quicunque putat appræhendiſſe ipſũ, ſciat hoc ex defectu & paruitate ſui intellectus, euenire. BERNARD. Doctior igitur eſt, ſciens ſe ſcire non poſſe. CARDI. Hæc neceſſariò omnes, etiam illuminatiſſimi, dicent. BER. Dum conſidero, nihil concipi per nos poſſe, uti eſt conceptibile: clarè mihi conſtat, Deum concipi non poſſe, qui concipi utique non poteſt, niſi omnis conceptibilitas, actu concipiatur. CARDI. Scimus, quod omnis numerabilis proportio, diametri ad coſtam, eſt inattingibilis: cum nulli duo numeri dari poſſent, qui præciſè ſic ſe habeant. Sed quibuſcunque datis, habitudo eorum, eſt aut maior aut minor, quàm diameter ad coſtam, & quibuſcunque datis, poſſunt dari numeri proqinquiores, illi habitudini, & ita uidetur poſſibilis: ſed actu nunquam datur illa poſſibilitas, actus autem eſſent præciſio, ita quòd numeri præciſè ſe ſic haberent. Ratio eſt, quia niſi numerus detur, qui nec par nec impar, non erit quæſitus. Omnis autem numerus, quẽ nos concipimus, neceſſariò eſt par uel impar & non ſimul, ideò deficimus. Videmus tamen, quòd apud illum conceptum, qui concipit nobis impoſsibile, præciſio exiſtit. Sic dicere nos oportet, quod noſter conceptus, nõ poteſt proportionem ipſius poſſe, & ipſius eſſe, attingere: cum nullum mediũ commune habeamus, per quod attingamus habitudinem, cum poſſe ſit infinitum & indeterminatum, & actus finitus & terminatus, inter quæ non cadit medium, ſed uidemus, illa in Deo eſſe indiſtincta, & ideò eſſe ſuprà noſtrum conceptum. BERNAR. Cum omne quod per nos ſcitur, non ſcitur, ſicut ſciri poteſt (poteſt enim meliùs sciri) ſola ſcientia Dei, ubi omne poſſe eſt actu, eſt perfecta & præciſa. IOAN. Nõne Bernarde, ueriſsimum eſt, bis duo eſſe quatuor, & omnem triangulũ, habere tres angulos, æquales duobus rectis? BERNARDVS. Imò. IOAN. Non eſt igitur uerum, quòd noſtra ſcientia non attingat præciſam ueritatem. CARDINALIS. Oportet ut conſideretur id, quod dicitur. Nam in mathematicis, quæ ex noſtra ratione procedunt, & nobis experimur in eſſe, ſicut in ſuo principio, per nos, ut noſtra ſeu rationis entia ſciuntur precisè, ſcilicet præciſione tali rationali, à qua prodeũt: ſicut realia ſciuntur precisè, precisione diuina, à qua in eſſe procedunt, & non ſunt illa mathematicalia, neq;

Diameter. Coſta.

neque quid, neq; quale: ſed notionalia, à ratione noſtra elicita, ſine quibus nõ poſsit in ſuum opus procedere, ſcilicet ædificare, mẽſurare, & id genus talia. Sed opera diuina, quæ ex diuino intellectu procedunt, manent nobis uti ſunt præciſè incognita, & ſi quid cognoſcimus de illis, per aſſimilationem figuræ ad formã, coniecturamus. Vnde omnium operum Dei nulla eſt præciſa cognitio, niſi apud eum, qui ipſa operatur, & ſi quam de ipſis habemus notitiam, illam ex ænigmate & ſpeculo cognitæ mathematicæ, elicimus: ſicut formã, quæ dat eſſe, à figura, quæ dat eſſe in mathematicis. Sicut figura trianguli, dat eſſe triangulo: ita forma, ſeu ſpecies humana, dat eſſe homini. Figuram trianguli cognoſcimus, cum ſit imaginabilis, formam humanam non, cum non ſit imaginabilis, nec ſit quanta, quantitate diſcreta ſeu continua. Omne autem, quod non cadit ſub multitudine aut magnitudine, non poteſt nec concipi nec imaginari, nec de eo phantaſma fieri, ſic nec precisè intelligi. Oportet enim omnem intelligentem, phantaſmata ſpeculari, ideò de his potiùs quia eſt, quàm quid eſt attingitur. BERNHAR. Si igitur rectè cõſiderauerimus, nihil certi habemus in noſtra ſcientia, niſi noſtram mathematicam, & illa eſt ænigma, ad uenationem operũ Dei. Ideò magni uiri, ſi aliquid magnũ locuti ſunt, illud in ſimilitudine mathematicæ fundarunt, ut illud quod ſpecies ſe habent ut numeri, & ſenſitiuum in rationali, ſicut trigonũ in tetragono, & talia multa. CAR. Benè ais, ideó hic ſic dixerim, ut ſciatis, quòd ſi illam Theologiam Chriſtianorum, Deum eſſe unum & trinum, in ænigmate uidere uolumus: recurrere nos poſſumus, ad principium mathematicæ, illud utiq; eſt unum pariter & trinum. Videmus quantitatem, ſine qua non eſt mathematica, eſſe diſcretam, cuius principium eſt unum, & continuam, cuius principium eſt trinum, nec ſunt duo principia mathematicæ, ſed unum & trinum. BER. Capio benè, quò ad diſcretam quantitatem, unum principium, ſed non quò ad continuam, trinũ. CAR. Prima figura quantitatis continuæ, eſt trigonus, in quam aliæ figuræ reſoluuntur, qui oſtendit ipſam eſſe primam, tetragonus in trigonos, reſoluitur. Sed trigonus, nõ poteſt reſolui, in duorum angulorum, aut unius anguli figurã. Quare patet, primũ principium, mathematicè eſſe unitrinum. BERN. Si igitur uiderem principium mathematicæ, in ſua puritate, utiq; ſine pluralitate, ipſum uiderem unitrinum: principiũ enim, eſt antè alteritatem & pluralitatem, & tale, quod omnia principiata, quando in ſimplex reſoluuntur, ad ipſum terminantur. CARD. Optimè. Sed attẽde, ut principium uideatur, neceſſe eſt abſtrahi ſimplex, ſiue quo nihil principiatorum eſſe poteſt. Si igitur ſimplex, ſine quo nec numerus, nec figura eſſe poteſt, eſt id, quod non eſt plus unum quàm trinum, & ita unum quod trinum, & non eſt trinũ ex numero, cum numerus ſit principiatum. ſed trinum, ut ſit perfectum principium omnium: ita in ænigmate, uidetur Deus unitrinus, ut ſit perfectiſsimum principium omnium. IOAN. Sine numero dicis eum trinum: nónne tres perſonæ, ſunt ex ternario numero, tres perſonæ? CARD. Nequaquam, quia numerus, quem tu conſpicis, dum hæc dicis, eſt mathematicus, & ex mente noſtra elicitus, cuius principium eſt unitas. Sed trinitas in Deo, non eſt ab alio principio, ſed eſt principium. BERNARD. Vtique trinitas in principio, eſt principium, & non eſt à numero, qui non poteſt eſſe antè principium: omnis enim multitudinis unitas eſt principium. Si ergo trinitas, in diuinis eſſet numerus, & principiata à ſeipſa eſſet. CARD. Vides ergò, primum principium unitrinum, ante omnem numerum. Et ſi non potes hoc concipere, quod ſi ante numerũ, hoc eſt ideó, quia tuus intellectus, ſine numero nihil concipit. Id tamen quod concipere nequit, uidet ſuprà conceptũ negari nõ poſſe, & credit. Sicut ergo Deũ magnum, ſine quantitate continua: ita trinum, ſine quantitate diſcreta, ſeu numero. Et ſicut credit Deum magnum, illi attribuendo magnitudinem: ita credit trinum, ipſi attribuendo numerationem. IOAN. Intelligo, nos conſideratione creaturarum habita, creatorem unitrinum affirmare, qui (ut prędictum eſt) in ſe manet, omni modo eſſendi ineffabilis. CARDINALIS. Rectè ais: nam ſine potentia, & actu, atque utriuſque nexu, non eſt, nec eſſe poteſt quicquam. Si enim aliquid horum deficeret, nõ eſſet. Quomodo enim eſſet, ſi eſſe non poſſet? & quomodo eſſet, ſi actu non eſſet,

http://www.obrascatolicas.com

cum esse sit actus? & si posset esse, & non esset: quomodo esset? Oportet igitur, utriusq; nexum esse, & posse esse, & actu esse, & nexus: non sunt alia & alia, sunt enim eiusdem essentiæ, cum non faciant, nisi unum & idem. Rosa in potentia, & rosa in actu, & rosa in potentia & actu, est eadē, & nō est alia & diuersa: licet posse, & actus, & nexus, non uerificentur de se inuicem, sicut de rosa. BERNARD. Benè capio, non posse negari, dum mēte rosam uideo, me unitrinā uidere, nam ipsam uideo in posse. Si enim posse de ea negaretur: utiq; non posset esse. Video ipsam esse, si enim esse de ea negaretur: quomodo esset? & uideo ipsam in nexu utriusq;, negato enim utriusq; nexu: non esset actu, cum nihil sit actu, quin possit esse, & sit. Ab his enim procedit actualis existentia. Sic uideo, unitrinam rosam, ab unitrino principio. Hoc autē principium, in omnibus relucere uideo, cum nullum sit principiatum, nō unitrinum, sed omnia principiata, uideo nihil esse principij: licet omnia sint in ipso, ut in causa & ratione. Deus igitur non est, ut rosa unitrina. Nihil enim habet æternum principium, à principiato, sed est unitrinitas absoluta, à qua omnia unitrina id sunt, quod sunt. IOAN. Mihi similiter, ut tibi Bernarde uidetur. Nec alius est Deus, à quo est rosa in potentia, alius à quo in esse, & alius à quo in nexu utriusq;: cum non sit ulla rosa, quę est in posse, & alia quæ in esse, alia quæ in nexu, sed unitrina. Sed cum Christiani dicant, aliam esse personam, ipsius absoluti posse, quam nominamus patrem omnipotentem, & aliam ipsius esse, quam quia est ipsius posse, nominamus filium patris, & aliam utriusq; nexum, quam spiritum sanctum uocamus, cum naturalis amor, sit nexus spiritualis, patris & filij: has personales differentias, quomodo in ænigmate uidere debeam, non capio. CARD. Benè inquis Abba, aliam esse personam patris, aliā filij, aliam spiritum sancti in diuinis, propter infinitæ perfectionis trinitatem. Non tamen est alia persona patris, per aliquam alteritatem: cum omnem alteritatem supergrediatur, benedicta trinitas, quæ non est ab alio, sed per se est, id quod est. Ideò pater non est aliud à filio, propter identitatem essentiæ & naturæ, sed non est filius, nō per non esse, pater non est filius, cum ante omne nō esse, sit Deus unitrinus: sed quia esse, præsupponit posse, cum nihil sit, nisi possit, à quo est. Posse uerò nihil præsupponit, cum posse sit æternitas, ideò cum uideam, Deum, qui non præsupponat sui principium, & uideam Deum, præsupponentem sui principium, & uideam Deum, procedentem ab utroque, & non uideam tres deos, sed unitatem deitatis, in trinitate, id quod sic uideo distinctè, in indiscreta deitate, uerius & perfectius esse, non dubito, quàm ego uideam. Ideò sicut uideo, ipsum absolutum posse in æternitate, esse æternitatem, & non uideo, ipsum esse in æternitate, ipsius posse, nisi ab ipso posse: sic credo, ipse posse æternum, æternam habere hypostasim, & esse per se, & de ipso Deo patre, qui est per se generari Deum, qui sit omne id, quod est, ab ipsa omnipotentia patris, ut sic filius omnipotentię, id scilicet sit, quod pater possit: omnipotens sit, de absoluto posse seu omnipotente, à quibus, procedat omnipotentiæ & omnipotentis nexus. Video Deum æternaliter, & eundem Deum de Deo æternaliter, ac eundem Deum, ab utroq; æternaliter procedentem. Sed quia subtiliùs sancti hoc uiderunt, quàm nos, satis sit, nos ad hoc deuenisse, quòd sicut perfectio principij deposcit, quòd sit unum, ita deposcit ueraciter, quòd sit trinum. Non esset enim unitas naturalis & perfectissima, nisi in se haberet omnia, quæ ad perfectissimū principium, sunt necessaria, quæ per trinitatem exprimuntur. Neq; trinitas esset perfecta, nisi sic esset una, quæ unitas: non enim unitas quæ de Deo dicitur, est mathematica, sed est uera & uiua, omnia complicans. Nec trinitas est mathematica, sed uiuaciter correlatiua: unitrina enim uita, est sine qua non est lętitia sempiterna, & perfectio suprema. Vnde de essentia perfectissimæ uitæ est, quòp sit perfectissimè unitrina, ut posse uiuere, sit adeò omnipotens, quòd de se, suŋ ipsius generet uitam, à quibus procedit spiritus amoris, & lætitia sempiterna. IOAN. Quæso parum audiri, si fortè aliquid de his altis percepi, et ad Possest me conuerto. Cum omne quod est, non sit nisi id, quod potest esse: Possest uideo, omnium formabilium formam uerissimam, et adæquatissimam. Sed in omni re uideo, posse esse et utriusq; nexum, sine quibus impossibile est, ipsam

ipsam esse, & illa uideo in qualibet re sic esse, quòd perfectius esse possunt. Ideò ubi hæc sunt adeò perfecta, quòd perfectius esse nequeunt, ut in Possest: ibi uideo omnium existentium, unitrinum principium. In perfectione ergò primi principij, necesse est, omnium principiatorum esse perfectionem, quæ si maior concipi posset, utiq; non esset perfectio principij, sed principiati. CARD. Ita oportet, quòd intellectus humanus, qui primum principium sibi absconditum, uti est capere nequit, ex principiatis intellectis (ut Paulus nos instruit) uideat. Oportet ergo, si posse debet esse perfectissimum, quòd in ipso sit esse, & utriusq; nexus. Sic si esse debet esse perfectissimum, oportet quòd in ipso sit posse, & utriusq; nexus: etsi nexus ipsius, debet esse perfectissimus, oportet in ipso esse posse, & actum seu esse. Hoc ergò uidemus necessariò, in perfectissimo unitrino principio: licet quomodo hoc se habeat, omnem intellectum exuperet. BERNHAR. Audi quæso me, si huius tui dicti habeo intellectum, & conuerto me ad motum. In essentia enim illius, uideo primò posse, & ab illo generari actum, atq; ab utroq; procedere mouere, qui est nexus, ipsius posse & actus. Omnis autem motus, qui concipi potest, non est sicut esse potest motus: quia potest esse tardior & uelocior motus, & ideò in posse, ipsius non est actus & nexus utriusq;, quando non mouetur actu mobile, sicut potest moueri. Sed si motus esset, id quod esse potest, tunc in posse esset actus & nexus æqualiter, quantùm posset, tantùm in posse esset actus, & talis esset utriusq; nexus, ita de esse & nexu: sed hic modus non intelligeretur. Nam cum esset id, quod esse potest, motus utiq; neq; maior, neq; minor esse posset, & ita esset maximus pariter & minimus, uelocissimus pariter & tardissimus, seu quietissimus. Et quis esset motus, cui quies non opponitur: ideò sublata oppositione, nomen motus ei non competeret, imò non plus esset motus, quàm non motus, licet etiam esset exemplar, forma, mensura, & ueritas omnis motus. Motus autem, qui intelligitur, cui quies opponitur, ille intelligitur, quia terminatur quiete opposita, & tunc benè concipitur, per finitum cōceptum. Quando igitur intelligitur, constat hunc conceptum de motu, non esse conceptum motus; qui id est, quod esse potest: licet qualis ille sit, intelligi nō potest. Dimisso motu, qui benè sciri potest, conuertit se mens ad uidendū, quis motus sciri nequit, & non quęrit ipsum motum, nec per nomen, nec conceptum, nec scientiam, imò per omnium, quæ de motu sciuntur, ignorantiam. Scit enim se nequaquàm illum motum uidere, quamdiu aliquid horū manet: tunc ad non esse, motus pertingens, propius ad quæsitum ascendit. Id enim, quod se tunc suprà esse & non esse, ipsius motus offert, taliter quòd quid sit penitus ignorat, quia est suprà omne nomen, ibi ignorātia, est perfecta scientia, ubi non esse, est essendi necessitas, ubi ineffabile, est nomen omnium nominalium. Hæc sic ex tuis dictis (nescio an benè) collegi. CARD. Abundè animum applicuisti. IOAN. Quantùm tradi potest, doctrina ignorantiæ illius, quæ ad ineffabile pergit, uidetur dictum. Sed adijciam, aliquòd mei conceptus speculum: Nam licet ænigmata multa nos ducant, sine quibus ad incognitum Deum, non habemus accedendi modum (oportet enim ad aliquod cognitum respicere, incognitum quærentem) tamen in minimis, principia maximè relucent. Capio ergo abbreuiatum uerbum concisum ualdè, puta In: dico, si uolo intrare diuinas contemplationes, per ipsum In (cum nihil possit intrari, nisi per ipsum In) intrare conabor. Primò ad figuram eius aduerto, quomodo est ex tribus æqualibus lineis, quasi unitrinum; & quomodo I & N, per spiritum connexionis nectuntur. In ipso enim In, est primò I, deinde N, & utriusq; nexus: ut sit una simplex dictio In, I & N, & utriusq; nexu, cō IN sistens. Nihil simplicius I, nulla litera figurari potest, sine illa simplici linea, ut sit principium omnium. N primò omnium, ex simplicissimo I in se ducto, generatur. Nec N litera, est bis I litera, sed ex I, semel in se ducta, ut sit una litera. In N enim, est I explicatum. Vnde si I additur ad N, non plus uocis habetur. Iam enim erat in N, eius uirtus. N enim non consonat ipsi E, quasi N sit en, sed ipsi I, ut sit In, ut sciunt illi, qui Græcarum literarum peritiam habent; qui proferunt Ni, ponentes I, ut x, proferunt xi. nos uerò præponentes In, & ix proferimus. Nexus ergò utriusq;, naturalissi

http://www.obrascatolicas.com

mus eſt. Figura ergò unitrini principij conueniens, ipſius In uidetur. Deinde aduerto, quomodo eſt primò I, ſcilicet principium. Ex quo N, ubi ſe I primò manifeſtat. N enim eſt notitia, nomen, ſeu relatio potentiæ ipſius I principij, tertiò eſt In, nexus utriuſque. Deinde conſidero, quomodo per In, intratur in Deum & omnia. Nã omnia quæ nominari poſſunt, nihil niſi In, in ſe continent. Si enim In non eſſet, nihil in ſe omnia continerent, & uacua penitùs eſſent: dum enim intueor in ſubſtantiam, uideo ipſum In ſubſtantiatum. Si in cœlum, cœleſtiatum. Si in locum, locatum. Si in quantum, quantificatũ. Si in quale, qualificatũ, & ita de omnibus, quæ dici poſſunt. Quare intermino, eſt terminatum, in fine, finitum, in altero, alteratum. Si uerò uides ipſum In, ante omne nomen: utique nec terminatum, nec finitum, nec aliquid eſſe uideo omnium, quæ nominari poſſunt, quæcunque uerò uideo in In, uideo in effabilitatem intraſſe. Nam ſi uideo finem aut terminum in In, non poſſum amplius ipſum nominare, aut finem aut terminum: tranſiuit enim in In, quod nec eſt finis, nec terminus. Vnde ſecundum hoc, uideretur mutaſſe nomen in oppoſitum, ut nominetur terminus in In interminus, ſeu non terminus. Et quia In, quod omnia implet, & ſine quo omnia ſunt uacua, ineſt & immanet, integrat, & informat, ideò eſt perfectio omnis rei, omnis termini, & omnis finis, & omnium: patet, In plus eſſe, quàm finem aut terminum, ut finis in In, nõ deſinat eſſe finis, ſed ſit ualdè finis, & finis in fine, ſeu finis finium: ut non uocetur finis, quia non finitur omni fine, ſed excedit. Sic enim omnia quando in abſoluto uidentur, fiunt ineffabilia. In ergo, in ſuo ſimpliciſsimo ſignificato, complicat ſimul affirmationem & negationem: quaſi I ſit ita, & N ſit non, quæ in In connectuntur. In enim dum adijcitur alijs dictionibus, aut eſt affirmatio, aut negatio, in ſe uerò utriuſque complicatio. In ergò uidetur conueniens ſpeculum, relucentiæ diuinæ Theologiæ: quoniam in omnibus eſt omnia, in nihilo nihil, & omnia in ipſo, ipſum. De hoc In in ſe ineffabili, quis quę dici poſſent explicaret, niſi ille, cuius loqui eſt perfectum, cum ſit Poſſeſt: ſolum enim uerbum, quod eſt elocutio omnium dicibilium, hoc poteſt. CAR. Subtiliter conſideraſti pater Abba, & ſatis fœcundũ ænigma tuum, quoniam In, ſpiritum dicit Nam quæ in Deo ſunt, nemo ſcit niſi ſpiritus Dei: ſicut quæ in homine, ſpiritus hominis. Ipſum igitur In, eſt ænigma ſpiritus omnia ſcrutantis. Sed qui per ipſum In maieſtatem Dei intrare nititur, ut preſcrutator, opprimitur à gloria: non enim ipſum quod notatur & intelligit, eſt lumen illuminans, incomprehenſibilitatis ipſius deitatis, in ſeipſa abſolutæ, oſtenſionem ſcilicet In, & omnia nomina, quæ infinitatem Deo attribuunt, eius incomprehenſibilitatẽ nituntur oſtendere, per ſupereminentiam. BERN. Quoniam Abbas, per uerbum breue & cõciſum, ſe intraſſe in profunda oſtendit, ne ego nil dicendo, uidear in uacuũ tot alta audiſſe: dicam quoddam ænigma, non reijciendum in ipſo Poſſeſt. Video E, ſimplicem uocalem unitrinam: nam eſt uocalis, ipſius poſſe ipſius eſſe, & nexus utriuſque. Vocalitas eius, utique ſimpliciſsima, eſt trina, & ut refertur ad poſſe, non refertur ad eſſe, & ut refertur ad eſſe, non refertur ad poſſe, & ita ut refertur ad nexum utriuſque, non refertur nec ad poſſe, nec ad eſſe, ſed nexum. Has ergò relationes in ipſo E inconfuſas, & quamlibet per ſe ueram & perfectam, uideo non eſſe tres uocales ſeu uocalitates, ſed unã ſimpliciſsimam & inuiſibilem uocalitatem. Cum igitur hoc ſic mente contemplor, magnum mihi præbet, hęc ænigmatica uiſio, fidei orthodoxæ argumentum, ut Deum unitrinum ſimpliciſsimum, credam principium eſſe in mundo, qualicunque ſimilitudine, licet remotiſsima, ut uocalitatem ipſius E in Poſſeſt, à quo mundus habet, quod poteſt eſſe, & quod eſt, & connexionem utriuſque. Sicut enim probatur, uocalitatem E, dare omnia ipſi Poſſeſt, quoniam E ſublato, penitus deſinit eſſe dictio ſignificatiua: ſic Deo ſublato, mundus penitus deſineret. Nec opus uideo, ut de hac ænigmatis aſſimilatiua proprietate, plura dicam, cum uos ipſi melius me, applicare poſſitis. CAR. Laudo ænigma tuum Bernarde, utiq; aptum propoſito: ſed ænigmatum nullus eſt finis, cum nullum ſit adeò propinquum, quin ſemper poſsit eſſe propinquius. Solus Dei filius, eſt figura ſubſtantiæ patris: quia eſt quicquid eſſe poteſt. Figura autem Dei patris, non poteſt eſſe aut uerior aut

aut perfectior, cum ſit Poſſeſt. BERNARD. Si adhuc de ænigmatibus dicenda tibi aliqua, poſt multa & uaria in opuſculis & ſermonibus tuis tacta, occurrunt, adijcias: nã intellectum, abundè ad Theologiam, manuducunt. CARD. Placet, quoniam plurimum difficilè eſt uidere, quomodo unum omnia, quod eſſentialiter in omnibus: ad hoc quærantur clariora ænigmata, cuius tamen in libello iconæ, ſatis conueniens ponitur ænigma. Sicut enim Deus omnia & ſingulà ſimul uidet, cuius uidere eſt eſſe: ita ipſe omnia & ſingula, ſimul eſt. Homo enim ſimul & ſemel, in aures omnium & ſingulorũ, ipſum audientium, uerbũ immittit: ſic Deus, cuius loqui eſt creare, ſimul omnia & ſingula creat. Et cũ uerbũ Dei ſit Deus, ideò Deus in omnib. & ſingulis eſt creaturis, de quo, in dicto iconæ libello, latiùs. Sed quomodo Deus in ſe abſolutè cõſideratus, ſit actus omnis poſſe, ſeu forma ſimpliciſſima, ſimul & infinitiſsima: non uideo ænigma intellectuale propinquius, quàm ſi pono lineam infinitam. Declaraui enim, in libello doctæ ignorantiæ, illam ſi dabilis eſſet, actũ eſſe omnis poſſe lineæ; ſcilicet terminum, omnium per lineam terminabilium, & adæquatiſsimum, omniũ figurarum lineabilium, exemplar. Sic neceſſe eſt, ſe habere abſolutam entitatem, ſeu formam. Abſoluta enim, eſt interminata & infinita. Quare eſt cuiuslibet terminatę & finitæ, adæquatiſsimum exemplar, cum nulla ſit aut maior aut minor. Deum autẽ eſſe abſolutum, neceſſe eſt, cum præcedat omne non eſſe, & per conſequens omnẽ alteritatem & contradictionem. Ideò nulli alter uel diuerſus, licet nihil ad eius æqualitatem accedere poſsit, cum omnia alia ſint altera & finita. Vnde cum Deo nihil ſit impoſsibile, oportet per ea, quę in hoc mundo ſunt impoſsibilia, nos ad ipſum reſpicere, apud quem impoſsibilitas eſt neceſsitas. Sicut infinitas in hoc mundo, actu eſt impoſsibilis: ſic magnitudo, cuius non eſt finis, eſt neceſsitas illa, quæ nõ ens, ſeu nihil, ut ſit neceſsitat. Adhuc mathematicè ænigmatizãdo conſidera, quomodo ſumma æqualitas quantitatum, ipſas ab omni pluralitate abſoluit, puta: ſi concipis, circuli à centro ad circumferentiam lineas, ut deſcribitur in pauimento, uidentur eſſe æquales, ſed non ſunt, propter pauimenti fluxibilitatem & materiam, ita quod nulla eſt alteri præciſè ſimilis, ut in docta ignorantia oſtenditur. Sed dum intellectualiter circulus in ſe conſideratur, lineæ multæ in pauimento, non poſſunt ibi eſſe aliæ & aliæ, quia cauſa alteritatis ceſſat, ſcilicet materia, ſic nec ſunt plures. Sicut ergò de lineis dictum eſt, ita de omni quanto, ſcilicet ſuperficie & corpore. Quando igitur uideo in pauimento, unam ſuperficiẽ terminari figura circulari, & æqualem ſuperficiẽ figura triangulari terminari, & æqualem, figura hexagonali, & ita de omnibus ſignabilibus figuris, & poſt hæc conſidero, plures uideri ſuperficies illas æquales, ob ſubiectum aliud & aliud, in quo aliter & aliter deſcribuntur: abſtraho igitur mentaliter, à ſubiecto, & uideo, quomodo prius una & eadem ſuperficies, fuit mihi alia & alia uiſa, quia uidi in alio & alio loco, & ſubiecto. Et deinde aduerto, quod una & eadẽ ſuperficies, eſt circulus, eſt trigonus, & hexagonus, & omnis figura, qua ſuperficies figurari & terminari poteſt. Per hoc ænigma, entitatem ab hoc & illo abſolutam, uideo actu eſſe omnium & ſingulorum entium, eſſendi formam, quomodocunq; formabilem, non quidem ſimilitudinariè, & mathamaticè: ſed ueriſsimè & formaliter, quod & uitaliter dici poteſt, & hoc ænigma mihi placet. Nam eandem ſuperficiem poſſe eſſe circularem, & rectilinealem & polygoniã, & eius praxim nuper oſtendi. Eſto ergò, quod poſsibile eſſe, ponatur actu eſſe, uti in theologicis fatendum eſt, utique tunc ænigma clariùs dirigit: quia ſecundùm mathematicæ perfectam comprehenſionem, ad Theologiam, ænigma propinquiùs fieri poſſe, arbitror. Et hæc de hoc, nunc ſic dicta ſint. IOAN. Timeo ne importunus uidear, & tedioſus, alioqui ad huc informari peterem. CARDINALIS. Petite ambo, nam hæ collocutiones, nequaquàm me fatigant, ſed apprimè delectant. Ideò ſi quid reſtat, cum alio fortè tempore minus ocij detur, mihi nequaquàm nunc indulgete. IOAN. Inter innumera quæ audire uellem, eſt unum præcipuè, quomodo hanc omnipotentem formam, negatiuè melius attingimus, quæ dicitur ſuper omne eſſe, & non eſſe uideri. CARD. Oportet Abba præſupponere, quæ aliâs à me audiſti: tres eſſe ſpeculatiuas inquiſitiones. In-

http://www.obrascatolicas.com

tima est Physica, quæ circa naturam uersatur, & considerat formas inabstractas, quę subsunt motui. Nam forma in materia, est natura, & ideò inabstracta est, atq; in alio, ideò aliter. Secundum ergò instabilitatem materiæ, continuè mouetur seu alteratur, & hanc inquirit anima, sensibus & ratione. Alia est speculatio, circa formam penitus absolutam & stabilem, quæ est diuina, & est ab omni alteritate abstracta. Ideò æterna, sine omni motu & uariatione. Et hanc formã, quærit anima, per se, sine phantasmate, suprà omnem intelligentiam & disciplinam, per supremam suũ ipsius acutiẽ & simpliciratem, quæ intellectualitas à quibusdam dicitur. Estq; media speculatio, circa inabstractas formas, stabiles tamen, quæ mathematica dicitur. Cõsiderat enim circulum, qui non est à subiecto, seu omni materia intelligibili, abstractus: sed benè à materia corporali et instabili. Non enim considerat circulum, ut in pauimento corruptibili, sed ut in sua ratione seu definitione, & uocatur speculatio illa, μάθησις, seu disciplina. Traditur enim uia disciplinæ, & utitur anima in eius inquisitione intellectu, cum imaginatione, de his aliâs. Nunc autem de absoluta forma theologizantes dicimus, quoniam ipsa primariè dat esse. Omnis enim forma, aduenięs materiæ, dat ei esse & nomen: ut cum figura Platonis aduenit æri, dat æri esse, & nomen statuæ. Sed quia omnes formæ in abstracto, quæ sine materia non subsistunt, nisi notionaliter, propriè non dant esse, sed ex ipsarum cum materia connexione surgit esse: ideò necesse est, ut unà sit forma penitus abstracta, per se subsistens, sine cuiuscunq; indigẽtia, quæ det materiæ possibilitatem essendi, & formæ ei aduenienti actualitatem, & utriusq; connexioni, rei existentiã. Formæ ergò, quantò magis indigent subiecto seu materia, ut subsistant actu: utiq; debiliores & materialiores sunt, & magis naturam subiecti imitantur, & ideò minus perfectæ: quantò uerò minus indigent subiecto, formaliores, stabiliores, & perfectiores existũt. Oportet ergo, quòd forma, quæ penitus nullo alio indiget, quoniam infinitæ perfectionis, in se omnium formarum formabilium complicet perfectiones, quoniam est actu in ipsa essendi thesaurus, à quo emanant omnia, quæ sunt, quemadmodum ipsa ab æterno thesauro sapientiæ, concepta uel reposita sunt. Refert Moyses, Deũ dixisse: Ego sum entitas, quod reperitur in libris nostris translatum (ut prędictum est) ego sum qui sum. Esse ergò, quod entitas, nominat nobis formarum formã, nulli dabili formæ, conuenit esse quod entitas, nisi illi penitus abstractæ, & adeò perfectæ, quòd ab omni indigentia sit libera. Potest igitur omnis forma esse perfectior, quæ non est absoluta entitas. Esse autem quod entitas, est perfectio omnis esse, & ideò omnium formarũ complicatio. Vnde nisi ipsa entitas daret omnibus formis esse formatiuũ, nequaquàm ipsum haberent. In omnibus ergò est diuina essentia, quæ entitas absoluta, dans omnibus tale esse, quale habent. Cum autẽ omnia bonũ appetant, & nihil appetibilius ipso esse, quod de suo thesauro utiq; optimo, emanare facit, entitas absoluta ideò Deum, quem entitatem nominamus, solum bonum dicimus, quia ab ipso optimum donum, nobis gratissimum, nostrum scilicet proprium esse, recipimus. Quærimus autem fontẽ nostri esse uidere, per omnes nobis possibiles modos, & reperimus per negatiuã inquisitionem, nos uerius iter capere, cum sit incõprehensibilis, quem quærimus & infinitus, ut ergò tibi nunc dicam, quę à me exigis. De negatiua, recipiamus negatiuam scilicet non esse, quę omnium negationum prima uidetur: nónne negatiua illa presupponit, & negat? IOAN. Vtiq; presupponit esse, & negat. CARD. Id igit̃ esse quod presupponit, ante negationem est. IOAN. Vtiq; sic est necesse, secũdum nostrũ intelligendi modum. CARD. Esse igitur, quod negatio presupponit, utiq; ęternum est: est enim ante non esse, & esse id quod negat, post non esse est initiatum. IOAN. Necesse uidetur. CAR. Negatio ergo, quæ cadit super esse, negat, esse illud sic nominatũ presuppositum, quod non est aliud dicere, nisi quòd esse post non esse, nequaquàm est esse æternum & ineffabile. IOAN. Negare ista nequeo. CARD. Sic uerius uideo Deũ ęq; mundum. Nam non uideo mundũ, nisi cum nõ esse & negatiuè, ac si dicerẽ: mundũ uideo nõ esse Deũ, Deum aũt uideo, ante nõ esse, ideò nullum esse de eo negat. Esse igit̃ ipsius, est omne esse omniũ, quę sunt, aut esse quoquo modo possunt. Hoc nulla

Negatio

nulla alia uia absq; phantasmate, simplicius et uerius uideri potest. Per negatiuã em̃, præsuppositũ ipsum, qd' nõ esse antecedit: entitatẽ omnis esse, in æternitate simplici intuitu uides, à quo omne nõ esse sequit̃, negas. IO. Intelligo, ipsum præsuppositum esse in negatione, necessariò antecedere nõ esse, aliter utiq; nihil esset. Quis enim nõ esse, in esse, pduxisset? nõ ipsum nõ esse, qñ nõ præsupponeret esse, à quo pducereť. Si igitur aliud esse affirmamus: necesse est id quod dicis, esse uerissimum. CAR. Benè infers Abba, tu autem uides, aliqua esse cœlum scilicet & terram, & mare, & reliqua. Vides autem unum non esse aliud, & ita illa uides post non esse. Vides ergò illa, de æterno esse, post non esse, id esse quod sunt. Cum enim præcedat ipsa æternitas, non esse, quod se in esse producere nequit: necesse est, omnia per æternũ esse, de nõ esse, seu ex non extantibus produci. Aeternũ igitur esse, est necessitas essendi omnibus. IOAN. Pater, dicito clariùs si potes, quomodo omnia in ęterno esse, uidere queã. CAR. Si Sol in eo q̃d est, esset & eoipso omnia, quæ non est, tunc utiq; esset ante non esse, & ita Sol & omnia, quia nihil de ipso negari posset. IOAN. Admitto: sed me conturbat cõceptus Solis, qui est terminatus. CAR. Iuues te ergo, & respice in ipsum esse Solis, & deinde tolle id Solis, & omnem inabstractionẽ remouendo sic negatiuam: tũc de eo uides, nihil negari. Quãdo enim uides, quòd esse Solis, non est esse Lunæ, hoc cuenit, quia uides esse inabstractum, & sic contractum, & limitatũ, quod ideò solare dicitur. Si ergò aufers terminum, & uideas esse interminum, siue æternum: utiq; tũc uides, ipsum ante non esse. IOAN. Quodlibet igit̃ esse, sic uideo in Deo æterno, Deũ et omnia esse. CAR. Ita est. Nam cum Deus ęternus, omnia de non esse producat: nisi ipse actu esset, omnium & singulorũ esse, quomodo de non esse produceret? IOAN. Hæc igitur uera sunt, quæ sancti afferunt. Aiunt enim, Deum esse quantũ sine quantitate, qualẽ sine qualitate, & ita de omnibus. CAR. Sic dicunt. Sed dicito tu, quomodo id intelligas? IOAN. Intelligo ipsum omnium, quæ uidemus, ueritatem absolutã, ideò oportet de contracto, contractionem negare, ut absolutum pertingamus. In uisibili namq; quantitate, attendo, quomodo est uera quantitas. Veritatem igitur eius, per quam uera est in absoluto, inspicere attento, & uideo ipsam esse quãtitatem, sine tali quantitate, quam uidi, post nõ esse sic & sic terminatam & limitatã; quæ per hoc nomen quantitas, designatur. Oportet igitur me citrà nõ esse relinquere omnia ea, per quę quantitas, est potius quãtitas q̃ omnia, & ita nomen, definitionem, figurã, & omnia quæ omni sensu, imaginatione, & intellectu, de quantitate appræhenduntur, abscio: ut sic perueniam, ad non esse huius quantitatis, Deum respicio in ęternã eius, quod prius uideram, causam & rationem, quæ etsi sit ineffabilis, ante omne nomen, tamen ipsam æternitatem, quantitatẽ sine quantitate nomino, quia ratio & ueritas nominabilis quantitatis. Ratio autem quanti, non est quãta, sic nec ueritas seu æternitas: sicut nec ratio temporis, est temporalis, sed æterna. CAR. Gaudeo hoc à te audisse, nec hæc quæ dixisti, cuiq; mira uidebuntur, qui experitur in se, quomodo calor in regione sensibilium, est sine calore, in regione uirtutum cognoscitiuarum, magis abstractarũ. Calor cum calore est in sensu, ubi calor sentitur, sed in imaginatione siue intellectu, sine calore attingitur. Ita de omnibus quæ sensu attinguntur, pariformiter dicẽdum. Odor enim sine odore, & dulce sine dulcedine, & sonus sine sono, & ita de singulis. Sicut igitur quæ sensibiliter sunt in sensu, insensibiliter sunt in intellectu, quia in eo non sunt sensibiliter, sed intellectualiter & intellectus: sic omnia quæ sunt mundialiter in mundo, sunt immũdialiter in Deo, quia ibi sunt diuinè. Et Deus ita temporalia intemporaliter, quia ęternè, & corruptibilia incorruptibiliter, materialia immaterialiter, & plura impluraliter, & numerata innumeraliter, composita incompositè, & ita de omnibus. Quod totum non est aliud, nisi quòd omnia sunt in suo proprio et adequatissimo ęterno esse, sine omni substantiali aut accidentali differentia, discretissimè ipsa simplicissima ęternitas. BERNARD. Audiui utique, alta lucidè resolui. Ex quibus elicio, mundum post non esse initiatum, ideò Græcè dici κόσμον, id est ornatum; quia est ab ineffabili ęterna pulchritudine, quę est ante non esse. Et nomen id negat, ipsum esse ipsam pulchritudinem ineffabilem:

http://www.obrascatolicas.com

Affirmat tamen, eſſe illius imaginem, qui ineffabilis eſt ueritas. Quid ergò eſt mundus, niſi inuiſibilis Dei apparitio? quid Deus, niſi uiſibilium inuiſibilitas, uti Apoſtolus in uerbo, in principio noſtræ collocutionis præmiſſo, innuit? Mundus ergò reuelat ſuum creatorem, ut cognoſcatur, imò incognoſcibilis Deus, ſe mundo in ſpeculo & ænigmate, cognoſcibiliter oſtendit, ut ſcitè dicebat Apoſtolus: apud Deū non eſſe, eſt & non, ſed eſt tantum. Viuorū regio, quæ eſt in æternitate, ante non eſſe eſt: aliquantulum enim incipit ex dictis, quia eſt apparere, atq; quale ſit iſtud magnum chaos, de quo Chriſtus loquitur, quod eſt inter incolas immortalitatis æternæ, et eos qui inhabitant infernum. Ac quòd Chriſtus magiſter noſter ignorantiam tollens, et uiam ad immortalitatis æternitatem nos docens, omnia ſuppleuit, quæ nos æternæ illius immortalitatis incapaces reddunt. Nunc ſatis erit tanta dixiſſe, quæ ſi placet, epilogando concludas. CARD. Fortè ſic tempus fieri poſtulat. Mouiſtis ex Pauli ſummi Theologi ſententia, quomodo ex creatura mundi, intellecta conſpiciuntur inuiſibilia Dei. Diximus, mente illam creatoris ſempiternam uirtutem, & inuiſibilē diuinitatem conſpici, quæ mundum creatum intelligit. Non eſt enim poſsibile creaturam intelligi, emanaſſe à creatore, niſi uideatur in inuiſibili uirtute, ſeu per artem eius, ipſam æternaliter fuiſſe. Oportet omnia creabilia actu, in eius poteſtate eſſe, ut ipſe ſit formarū omnium perfectiſsima forma. Oportet ipſum omnia eſſe, quæ eſſe poſſunt, ut ſit ueriſsima formalis ſeu exemplaris cauſa. Oportet ipſum in ſe habere, omnium formabilium conceptum & rationem. Oportet ipſum eſſe, ſuprà omnem oppoſitionem. Nam in ipſo non poteſt eſſe alteritas, cum ſit ante non eſſe, ſi enim poſt non eſſe eſſet, non eſſet creator, ſed creatura, de non eſſe producta. In ipſo ergò, non eſſe, eſt omne quod eſſe poteſt, ideò de nullo alio creat, ſed ex ſe, cum ſit omne quod eſſe poteſt. Et quando ipſum nixi ſumus, ſuper eſſe et non eſſe uidere: non poſſumus intelligere, quomodo eſſet uiſibilis, qui eſt ſuprà omne ſimplex & compoſitum, ſuper omne ſingulare & plurale, ſuper omnem terminum & infinitatem, totaliter ubiq; & nullibi, omniformis pariter & nulliformis, & penitus ineffabilis, in omnibus omnia, in nullo nihil, & omnia & nihil in ipſo ipſe, integrè, indiuiſè in quolibet quantumcunq; paruo, & ſimul in nullo omnium: qui ſe in omni creatura, oſtendit unitrinum exemplar ueriſsimum, & adæquatiſsimum, omnem ſenſibilem, imaginabilem, & intellectualem phantaſmatibus inhærentem, in infinitum excedētem cognitionem, cum his cognitionibus nihil incorporeum & ſpirituale attingatur, ſed altiſsimo et ab omnibus phantaſmatibus abſoluto intellectu, omnibus tranſcenſis, ubi nihil omnium quæ ſunt reperitur intelligibilis ignoranter, ſeu in intelligibiliter in umbra ſeu in tenebris, ſiue incognitè: ubi uidetur in caligine, & neſcitur quæ ſubſtantia, aut quæ res, aut quod entium ſit, uti res in qua coincidunt oppoſita, ſcilicet motus & quies ſimul, non ut duo, ſed ſuprà dualitatem & alteritatem. Hæc uiſio in tenebris eſt, ubi occultatur ipſe Deus, abſconditus ab oculis omnium ſapiētum. Et niſi ſua luce pellat tenebras, & ſe manifeſtet, manet omnibus, ipſum uia rationis & intelligentiæ quærentibus, penitus incognitus: ſed non deſerit quærentes ipſum, ſumma fide, ſpe certiſsima, atq; feruidiſsimo, quantum fieri poteſt, deſiderio: ſcilicet uia illa quam nos docuit magiſter unicus Chriſtus, Dei filius, uiua uia, ſolus oſtenſor patris ſui, creatoris noſtri omniporentis. Quæcunq; ergò per nos dicta ſunt, non ad aliud tendunt, quàm ut intelligamus, ipſum omnem intellectum excedere, cuius facilis uiſio, quæ ſola fœlicitat, nobis fidelibus per ueritatem ipſam, Dei filium promittitur, ſi uiam nobis uerbo & facto patefactam, ipſum ſequendo tenuerimus. Quod nobis ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus concedat, ſemper benedictus,

Amen.

Dialogi trilocutorij de Poſſeſt, finis.

REVEREND.

REVEREND. P. NI-
colai de Cuſa Cardinalis, liber, qui inſcribitur de Beryllo, incipit.

Cap. I.

QVI legerit ea, quæ in uarijs ſcripſi libellis, uidebit me in oppoſitorum coincidentia, crebriùs uerſatum, quam niſus ſum frequenter, iuxtà intellectualem uiſionē, quæ excedit rationis uigorem, concludere. Vnde ut clarè legenti conceptum depromā, ſpeculū & ænigma ſubijciam, quo ſe infirmus cuiuſcq; intellectus, in ultimo ſcibilium iuuet & dirigat. Et grauiores doctiſsimorum in difficilibus, ponam paucas ſententias & opiniones, ut applicato ſpeculo & ænigmate, uiſione intellectuali iudex fias, quantum quiſq; propinquiùs ad ueritatem accedat. Et quamuis uideatur libellus iſte breuis, tamen dat ſufficientem praxim, quomodo ex ænigmate ad uiſionem, in omni altitudine poſsit pertingi. Erit etiam in cuiuſcq; poteſtate, modum qui ſubijcitur applicandi & extendendi ad quæcq; indaganda. Cauſa autem, cur tàm Plato in epiſtolis, quàm Dionyſius magnus Areopagita prohibuerunt, hęc myſtica ijs, qui eleuationes intellectuales ignorant, propalari: eſt, quia illis nihil magis riſu dignum, quàm hæc alta uidebuntur. Animalis enim homo, hæc diuina non percipit, ſed exercitatum habentibus in his intellectum, nihil deſiderabilius occurret. Si igitur tibi prima facie, hæc inſipida deliramenta uidebuntur, ſcias te deficere, & ſi hic aliquantulum, maximo ſciendi deſiderio, continuaueris meditationes, & praxim ab aliquo, qui tibi ænigma declaret, acceperis: eò peruenies, quòd nihil huic luci antepones, & intellectualem theſaurum reperiſſe gaudebis, & hoc pauciſsimis diebus experieris. Nunc ad rem deſcendens, primum exponam, cur impoſui libello nomen Beryllus, & quid intendam. *Plato. Dionyſius.*

Cap. II.

BEryllus, lapis eſt lucidus, albus, & tranſparens, cui datur forma, concaua pariter & conuexa, & per ipſum uidens, attingit prius inuiſibile. Si intellectualibus oculis, intellectualis Beryllus, qui formam habeat maximam pariter & minimā adaptatur, per eius medium, attingitur inuiſibile omniū principiū. Quomodo autem hoc fiat, propono quantò clariùs poſſum enodare, præmiſſis quibuſdam ad hoc opportunis. *Beryllus oculare ſpecillum.*

Cap. III.

OPortet te primum attendere, unum eſſe primum principium, & id nominatur ſecundum Anaxagorā intellectus, á quo omnia in eſſe prodeunt, ut ſe ipſum manifeſtet. Intellectus enim, lucē ſuæ intelligentiæ, delectatur oſtēdere & communicare. Conditor igitur intellectus, quia ſe finem facit ſuorū operum, ut ſcilicet gloria ſua manifeſtetur: creat cognoſcitiuas ſubſtantias, quæ ueritatē ipſius uidere poſſint, & illis ſe præbet ipſe conditor, modo quo capere poſſunt, uiſibilem. Hoc ſcire eſt primum: in quo complicitè omnia dicenda, continentur. *Anaxagoras.*

Cap. IIII.

SEcundò ſcias, quomodo id quod non eſt uerum, neque ueriſimile, non eſt. Omne autem quod eſt, aliter eſt in alio, quàm in ſe. Eſt enim in ſe, ut in ſuo uero eſſe, in alio autem, ut in ſuo eſſe ueriſimili: ut calidum in ſe, eſt ut in ſuo uero eſſe, & in calefacto, eſt per ſimilitudinem ſuæ caliditatis. Sunt autem tres modi cognoſcitiui, ſcilicet ſenſibilis, intellectualis, & intelligentialis: qui dicuntur cœli, ſecundùm Auguſtinum. Senſibile, in ſenſu eſt, per ſuam ſenſibilem ſpeciem ſiue ſimilitudinem, & ſenſus in ſenſibili, per ſuam ſenſitiuam ſpeciem. Sic intelligibile, in intellectu per ſuam intelligibilem ſimilitudinem, & intellectus, in intelligibili, per ſuam intellectiuam ſimilitudinē. Ita intelligentiale, in intelligētia, & econuerſò. *Auguſtinus.*

http://www.obrascatolicas.com

Illi termini te non turbent, quia aliquando intelligentiale, nominatur intellectibile. Ego autem nomino sic, propter intelligentias.

Cap. V.

Pythagoras. TErtiò notabis, dictum Pythagoræ, hominem esse rerum mensuram. Nam cum sensu mensurat sensibilia, cum intellectu intelligibilia, & quæ sunt supra intelligibilia, in excessu attingit, & hoc facit ex præmissis. Nam dum scit, animam cognoscitiuam, esse finem cognoscibilium: scit ex potentia sensitiua, sensibilia sic esse debere, sicut sentiri possunt, ita de intelligibilibus, ut intelligi possunt, excedētia autē, ita ut excedant. Vnde in se homo repperit, quasi in ratione mēsurante, omnia creata.

Cap. VI.

Hermes. QVartò aduerte, Hermetem Trismegistum dicere, hominem esse secundū Deum. Nam sicut Deus est creator entium realium, & naturalium formarum: ita homo rationalium entiū, & formarum artificialium, quæ nō sunt nisi intellectus eius similitudines, sicut creaturæ Dei, diuini intellectus similitudines. Ideò homo habet intellectum, qui est similitudo, diuini intellectus, increando. Hinc creat similitudines similitudinum, diuini intellectus, sicuti sunt extrinsecæ artificiales figuræ, similitudines intrinsecæ, naturalis formæ. Vnde mensurat suum intellectum, per potentiam operum suorum, & ex hoc mensurat diuinum intellectum, sicut ueritas mensuratur per imaginem, & hæc est ænigmatica scientia. Habet autem uisum subtilissimum, per quem uidet ænigma esse ueritatis ænigma, ut sciat hanc uetitatem, quæ non est figurabilis, in aliquo ænigmate.

Cap. VII.

Indus. Socrates. AD rem igitur (his paucis præmissis) descendentes, incipiamus à primo principio. Deridebat enim eos Indus ille, quē Socrates interrogabat, qui sine Deo aliquid conabantur intelligere, cum sit omnium causa & auctor. Volumus autem ipsum, ut principium indiuisibile uidere. Applicemus Beryllum mētalibus oculis, & uideamus maximum, quo nihil maius esse potest, pariter & minimum, quo nihil minus esse potest: & uidebimus principium, ante omne magnum & paruum, penitus simplex & indiuisibile, omni modo diuisionis, quo quæcunque magna & parua sunt, diuisibilia. Ac si per Beryllum intueamur inæqualitatem, erit æqualitas indiuisibilis, obiectum, & per absoluti similitudinem, uidebimus principium indiuisibile, omni modo diuisionis, quo similitudo est diuisibilis seu uariabilis scilicet ueritatem. Nam nullum est aliud obiectum illius uisionis, nisi ueritas, quæ uidetur per omnem similitudinem, maximam pariter & minimam, absolutum primum principium, omnis suæ similitudinis. Sic si per Beryllum uidemus diuisionem, erit obiectum connexio indiuisibilis, ita de proportione, & habitudine, & pulchritudine, & talibus.

Cap. VIII.

HVius uide nostræ artis ænigma, & recipe calamū ad manus, & plica in medio, & sit calamus a b, & medium c: dico principium superficiei, & anguli superficialis esse lineā. Esto igitur quod calamus sit, ut linea, & plicetur super c puncto, c b mobili, & moueatur uersus c a: in eo motu c b, cum c a, causat omnes formabiles angulos. Nunquam autē erit aliquis ita acutus, quin possit esse acutior, quousque c b, iungetur c a. Neque aliquis ita obtusus, quin possit esse obtusior, quousque c b, erit cum c a una continua linea. Quando igitur tu uides per Beryllum, maximum pariter & minimum formabilem angulum: uisus non terminabitur in angulo aliquo, sed in simplici linea, quæ est principium angulorum, quæ est indiuisibile principium, superficialium angulorum, omni modo diuisionis, quo anguli sunt diuisibiles. Sicuti igitur hoc uides: ita per speculū in ænigmate, uideas absolutū primū principium.



Cap.

Cap. IX.

ATtentè considera, per Beryllum ad inuisibile pertingi. Quamdiu enim maximum & minimum sunt duo, nequaquàm uidisti per maximū pariter & minimum, neq; enim tūc maximum est maximum, neq; minimum minimum. Et hoc clarè uidebis, si feceris de c, lineam c d egredi mobilē: quamdiu enim illa unum angulum, cum c a, & alium cum c b cōstituit, nullus est maximus aut minimus. Semper enim maior potest esse, tamdiu maior, quamdiu alius existit, et ideò non prius unus maximus, quàm alius minimus, & hoc esse non potest, quādiu sunt duo anguli. Si igitur dualitas cessare debet angulorum, nō uidebis nisi c d, super lineam a b, & nullum uidebis angulum. Et ita ante duo, & post simplicem lineam, esse debet angulus maximus, pariter & minimus, sed non est signabilis. Solum igitur principium, uidetur maximum pariter et minimū, ut omne principiatum, nō possit esse, nisi similitudo principij: cum nec maius nec minus, eo esse possit, puta in angulis, ut nullus possit esse angulus, adeò acutus, quin suam acutiem habeat à principio. Nec possit esse aliquis ita obtusus, qn esse ipsum tale habeat, à suo principio. Ideò necesse est, quòd omni acuto dabili, cum possit esse acutior: in uirtute principij sit, creare acutiorē, & ita de obtuso. Sic uidetur principiū, æternū & ineuacuabile, per omnia principiata.



Cap. X.

Dionysius. ELeganter magnus Dionysius, Apostoli Pauli discipulus, in cap. 8. de diuinis nominibus, ista compendiosè dicit. Ait enim: nihil itaq; alienum à nostro instituto facimus, si per exiles imagines, ad auctorem omnium ascendētes, purgatissimis & mūdo superioribus oculis, inspiciamus omnia, in omnium causa, & inuicem contraria, uniformiter & coniunctè. Est enim principium rerum, ex quo est ipsum esse, & omnia quæ quomodolibet sunt, omne initium, & omnis finis. Et post pauca, subiungit: Et alia quæq; ipso esse, cum sint, quæ sunt, omnia exculpunt. Idem de eodem principio affirmat, quòd sit finis & infinitus, stans & progrediens, & quòd neq; sit stans, neq; se mouens. Dicit enim, omnia exemplaria rerum, in una supersubstantiali coniunctione, in sui & omnium causa, ante subsistere concedendum. Ecce quàm lucidè ibi, & in uarijs alijs locis, diuinus uir ille, quæ præmisi sic esse affirmat.

Cap. XI.

IAm tibi ex ænigmate constat, quomodo id intelligere queas: primum esse omnium mensuram, omnia enim cōplicitè est, quæ esse possunt. Nam angulus maximus, pariter & minimus, est actus omnis formabilis anguli, nec maior nec minor, ante omnem quantitatem. Nemo enim adeò parui sensus est, quin benè uideat, angulum simplicissimum, maximum pariter & minimum, in se omnes formabiles, siue magnos siue paruos complicare, nec maiorem nec minorem quocunque dabili, cui non plus nomen unius, quàm omnium angulorum, atq; nullius cōuenit. Quare nec acutus, nec rectus, nec obtusus angulus, nominari potest, cum non sit aliquis talis, sed simplicissima omnium causa. Recte igitur ut Proclus recitat, in commentarijs Parmenidis: Plato omnia de ipso principio negat. Sic & Dionysius noster, negatiuam præfert theologiam, affirmatiuæ.

Proclus. Plato. Dionysius.

Cap. XII.

VIdetur aūt ipsi, Deo magis conuenire, ipsum unū, q̄ aliud nomen. Ita uocat eū Parmenides. Similiter & Anaxagoras, qui aiebat, melius unū q̄ omnia simul. Nō intelligas de uno numerali, quod μόνας, seu singulare dicitur: sed de uno scilicet indiuisibili, omni modo diuisionis, quod sine omni dualitate intelligitur. Post quod, omnia sine dualitate, nec esse nec cōcipi possunt, ut sit primò unū absolutū iam dictum. Deinde unū cum addito, scilicet, unū ens, una substantia, & ita de omnibus. Ita quòd nihil dici aut cōcipi possit ita simplex, quin sit unum cum addito, solùm uno superexaltato excepto. Vnde quomodo debeat omniū nominibus, & nullo omnium nominū nominari, ut Hermes Mercurius de eo dicebat, & quæq; circa hoc, uides clarè in ænigmate figurari.

Parmenides. Anaxagoras.

Hermes.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. XIII.

ADhuc unum attendere uelis, quomodo omnia creabilia, non ſunt niſi ſimilitudo. Nam omnis dabilis angulus, de ſeipſo dicit, quòd non ſit ueritas angularis: ueritas enim, non capit nec maius nec minus. Si enim poſſet eſſe maior aut minor ueritas, non eſſet ueritas. Quomodo eſſet ueritas, quando nō eſſet, quod eſſe poſſet? Omnis igitur angulus, dicit ſe non eſſe ueritatem angularem, quia poteſt eſſe aliter, quàm eſt: ſed dicit, angulum maximum, pariter & minimum, cum non poſſet eſſe aliter quàm eſt, eſſe ipſam ſimpliciſsimam, & neceſſariam ueritatem angularem. Fatetur igitur omnis angulus, ſe illius ueri ſimilitudinē: quia eſt angulus, non ut in ſe, ſed ut in alio, ſcilicet in ſuperficie, & ideò angulus uerus, in
Auguſtinus. angulo creabili ſeu deſignabili, eſt ut in ſua ſimilitudine. Rectè beatus Auguſtinus, omnes dicit creaturas ad interrogationem an ſint Deus, reſpondere, non: quia non ipſi nos, ſed ipſe fecit nos.

Cap. XIIII.

NVnc potes ſatis ex his uidere, quam nunc, quādo per ſpeculum uidemus, in ænigmate (ut Apoſtolus ait) de Deo notitiam, habere poſſumus: utiq; non aliam, quàm negatiuam. Vti ſcimus, quocunq; angulo deſignato, ipſum non eſſe ſimpliciter maximum pariter & minimum. In omni igitur angulo, negatiuè uidemus maximum, quem eſſe ſcimus, ſed non eſſe illum deſignatum: & ſcimus ipſum maximum, pariter & minimum, eſſe omnem totalitatē & perfectionem, omnium formabilium angulorum, omnium ipſorum intimum cētrum, pariter & continentem circumferentiam. Sed conceptum, non poſſumus de quidditate ipſius anguli maximi, pariter & minimi, facere: cum nec ſenſus, nec imaginatio, nec intellectus, ſentire, imaginari, concipere uel intelligere poſsint aliquid tale, ſimile illi, quod eſt maximum pariter & minimum.

Cap. XV.

Plato. SIc dicit Plato in epiſtolis, apud omnium regem cūcta eſſe, & illius gratia omnia, eumq; cauſam bonorū omnium. Et poſt pauca. Humanus enim animus affectat qualia ſint illa intelligere, aſpiciens illa cognata genera, quorū nihil ſufficienter ſe habet, ſed in rege ipſo nihil tale: utiq; benè ibi ſcribit, hoc teneri debere ſecretum. Non enim abſq; cauſa, nominat primum principium, omnium regem. Omnis enim Reſpublica, per regem, & ad ipſum ordinata, & per ipſum regitur, & exiſtit. Quæ igitur in Republica reperiuntur diſtincta, prioriter & coniunctè
Proclus. in ipſo ſunt ipſe, & uita, ut addit Proclus: duces, comites, milites, iudices, leges, menſuræ, pōdera, & quæq; talia, omnia ſunt in rege, ut in publica perſona: in qua, omnia quæ poſſunt eſſe in Republica, actu exiſtunt ipſe. Lex eius in pellibus ſcripta eſt, in
Ariſtoteles. ipſo lex uiua, & ita de omnibus, quorū ipſe auctor eſt, & ab ipſo omnia habent, quæ habent tàm eſſe, quàm nomē in Republica. Benè Ariſtoteles, in ſimili ipſum principem nominauit, ad quem omnis exercitus eſt ordinatus, tanq; ad finem, & à quo habet exercitus, quicquid eſt. Ecce, ſicut lex ſcripta in pellibus mortuis, eſt lex uiua in principe: ſic in primo, omnia ſunt uita, tēpus in primo eſt ęternitas, creatura creator.

Cap. XVI.

Auerrois. DIcebat Auerrois in 11. Metaphyſicæ, omnes formas, eſſe actu in primo motore. Et in 12. Metathyſicæ, quomodo Ariſtoteles negando ideas Platonis,
Albertus. ponit ideas & formas, in primo motore. Idem Albertus, in commentarijs ſuper Dionyſium, aſſerit. Ait enim, Ariſtotelem dicere, primā cauſam tricauſalem, ſcilicet efficientem, formalē, & finalem. Formalis eſt exemplaris: quòd q; ad illum intellectum, non repræhendat Platonem. Verum eſt autē, quòd Deus omnium in ſe habet exemplaria, exemplaria autem, rationes ſunt. Nomināt autē Theologi, exemplaria ſeu ideas Dei uoluntatem: quoniam ſicut uoluit fecit, ait Prophe-
ta. Voluntas autem, quæ eſt ipſa ratio, in primo intellectu, benè dicitur exemplar: ſicut uolūtas in principe, ratione fulcita, exemplar legis eſt, quod enim principi placuit, legis habet uigorem. Neq; hæc omnia quæ aut Plato, aut Ariſtoteles, aut alius quiſquam dicit, aliud ſunt, quàm quòd tibi Beryllus & ænigma oſtendit: ſcilicet ueritatem,

ritatem, per ſuam ſimilitudinem, omnibus tribuere eſſe. Sic Albertus, ubi ſuprà af- *Albertus.*
firmat dicens: Oportet aliquo modo fateri, quòd à primo fluat in omnia, una forma, quæ ſit ſimilitudo eſſentiæ eius, per quam omnia eſſe ab ipſo participant. Et attende, quòd ueritas quæ eſt id, quod eſſe poteſt, eſt imparticipabilis: ſed in ſimilitudine ſua, quę poteſt ſecundùm magis & minus recipi, ſecundùm diſpoſitionem recipientis, eſt communicabilis. Auicebron in libro fontis uitæ, dicit, uariam reflexionem *Auicebron.*
entis, cauſare entium differentiam: quoniam uitam addit, una reflexio ſuper ens, intellectum, duæ reflexiones. Quomodo hoc capi poſsit in ænigmate, ita uelis imaginari. Eſto igitur, quòd a b, ſit linea ſimilitudinis ueritatis, inter primam ueritatem & ipſum a nihil cadens: b uerò finis ſimilitudinis circa nihil: & ſuper c, ipſum b moueatur, motu complicatorio uerſùs a, figurans motum, quo Deus uocat de non eſſe, ad eſſe. Tunc linea a b eſt fixa, ut egreditur à principio, ut eſt a c: & mobilis, ut moueatur ſuper c, complicatorie uerſùs principium. In hoc motu, c b cum c a, cauſat uarios angulos, & c b eſt per motum, differentias ſimilitudinis explicans. Primò in ſimilitudine minus formali, obtuſum angulum cauſat, ipſius eſſe. Deinde in magis formali, ipſius uiuere. Deinde in maximè formali & acuto, ipſius intelligere. Acutus angulus, plus de actiuitate anguli, & ſimplicitate participat, et ſimilior primo principio. Et eſt in alijs angulis, ſcilicet uitali, & ipſius eſſe, ſic uitalis in angulo ipſius eſſe, & quæ ſunt mediæ differentiæ, ipſius eſſe, & uiuere. ac ipſius intelligere, & quæ explicari poſſunt: ſic in ænigmate uidebis. A b enim, ſimilitudo ueritatis, omnia in ſe continet, quę poſſunt explicari, & per motum, fit explicatio. Motus autem quomodo fiat, ubi ſimplex elementum, de ſe explicat elementatum, ſicut præmiſi, in ænigmate figuratur. Simplicitas enim elementalis, eſt ex mobili & immobili: ſicut principiū naturale, eſt principium motus & quietis. Vnde dum intellectus conditor, ſic mouet c b, exemplaria quæ in ſe habet explicat, in ſua ſimilitudine. Sicut Mathematicus, dum lineā plicat in triangulum: ipſum triangulum, quem intrà ſe habet in mente, explicat motu complicationis. Vnde habes, lineam a b, imaginari debere communicabilē ueritatem, quæ eſt incōmunicabilis ueritatis ſimilitudo, per quam omnia uera, ſunt uera, & non abſolutā, ut ueritatem, ſed ut eſt in ueris. Experimur autē, ipſum eſſe uerorum in trino gradu, in eo quòd quædam ſunt tantùm, alia uerò, ueritatis geſtant ſimpliciorem ſimilitudinem, quorum eſſe eſt uigoroſius: quia eo quòd ſunt uiuunt. Alia adhuc ſimpliciorem, quę eo ipſo quòd ſunt, uiuunt & intelligunt. Eſſe autem quantò ſimplicius: tantò uigoroſius & potentius. Ideò abſoluta ſimplicitas ſeu ueritas, eſt omnipotens.







Cap. XVII.

ADhuc alio ænigmate per doctrinam, ut ad minima reſpiciamus, quādo maxima inquirimus. Vnū ceu monas, eſt ſimpliciùs puncto. Puncti igitur indiuiſibilitas, eſt ſimilitudo indiuiſibilitatis, ipſius unius. Eſto igitur, quòd unum ſit ut indiuiſibilis & incommunicabilis ueritas, quæ ſe uult oſtendere & cōmunicare, per ſuam ſimilitudinem: & unum ſe ſignat ſeu figurat, & oritur punctum. Punctum autem communicabilis indiuiſibilitas, in continuo non fit unum. Sit igitur punctum communicatum, modo quo communicabile eſt, & habetur corpus: nam punctū eſt indiuiſibile, omni modo eſſendi cōtinui & dimenſionis. *Vnum, punctū.*

Modi

http://www.obrascatolicas.com

Modi autem essendi cõtinui, sunt linea, superficies, & corpus. Modi autem dimensionis, sunt longum, latum, & profundum. Igitur linea, participat indiuisibilitatem puncti, quia est illinealiter indiuisibilis: linea enim in non lineam partiri nequit. Nec est diuisibilis, secundum latum & profundùm. Superficies participat indiuisibilitatem puncti: quia in non superficiem, impartibilis. Nec est diuisibilis, secundùm profundum: quia nec sit corpus. Et corpus participat puncti indiuisibilitatem: quia in non corpus, partiri nequit, secundũ profundum diuisibile. In indiuisibilitate puncti, complicantur omnes illæ indiuisibilitates. Nihil igitur reperitur in his, nisi explicatio indiuisibilitatis puncti. Omne igitur quod reperitur in corpore, non est nisi punctum, seu similitudo ipsius unius. Et non reperitur punctum, absolutum à corpore, uel superficie, aut linea: quia est principium intrinsecum, dans indiuisibilitatẽ. Linea autem plus participat, simplicitatem puncti, quàm superficies, & superficies, quàm corpus, ut patuit. De hac consideratione puncti & corporis, te eleua, ad similitudinem ueritatis & uniuersi, & in clariore ænigmate, facies dictorum coniectura.

Cap. XVIII.

Homo. REcipias ueraciorem conceptum ex homine, qui omnia mensurat. In homine est intellectus, supremitas rationis, cuius esse, est à corpore separatum, & per se uerum: deinde est anima: deinde natura: ac ultimo corpus. Animã dico, quæ animat & dat esse animale. Intellectus uerò qui non est communicabilis, aut participabilis, propter suam simplicem uniuersalitatem & indiuisibilitatem, se in sua similitudine communicabilẽ reddit, scilicet in anima. Cognitio enim sensitiua animæ, ostendit se similitudinem intellectus esse. Per animã, intellectus se cõmunicat naturæ, & per naturã corpori. Anima in eo, quod similitudo intellectus, sentit libere: in eo quod est unita naturę, animat. Ideò per naturã animat, per se, sentit. Quæ igitur anima operatur in corpore, medio naturæ, illa contractè operatur: sicut cognoscitiua, in organo, contractè secundùm organum. Respiciamus ergo ad corpus, & omnia eius membra formalia, & ad cuiuslibet legem siue naturam, uirtutem, operationem, & ordinem, ut sit unus homo: & quęcunque reperimus explicitè illa reperimus in intellectu, ut in causa, auctore, & rege, in quo omnia sunt, ut in causa efficiente, formali, & finali. Omnia enim anterioriter in potentia effectiua sunt: sicut in potentia imperatoris, sunt dignitates & officia Reipublicę. Omnia sunt, formaliter in ipso, qui omnia format, ut formata in tantùm sint, inquantùm sunt eius conceptui conformia. Finaliter sunt omnia in eo, cum eius gratia sint, cum ipse sit finis, & desiderium omnium. Nihil enim omnia membra appetunt, nisi unionẽ inseparabilem cum ipso, tanquã cum suo principio & bono ultimo, & uita perenni. Quomodo autem anima, quę est similitudo intellectus, in se omnia uiuificabilia complicet, & uitam omnibus, medio naturæ communicet, & quomodo natura sit omnia, ut instrumentum complicans, & in se, omnem omnium membrorum motum & naturam, præhabens: quis sufficienter enarrabitur? Intellectus mediante sua similitudine quæ in homine est anima sensitiua, dirigit naturam, & omnem naturalem motum, ut omnia suo uerbo, seu conceptui, siue uoluntati, conformentur. Sic in uniuerso (cui præsidet conditor intellectus) nihil penitus reperitur, nisi similitudo, siue conceptus ipsius conditoris. Sicut si conditor intellectus esset uisus, uolens suam uirtutem uidendi ostendere, omne uisibile, in quo se ostendat conciperet: eo ipso intrà se omne uisibile haberet, & ad conformitatem singulorum uisibiliũ in suo conceptu existentium, cuncta uisibilia formaret. In omnibus enim uisibilibus, nihil reperiretur, nisi conformitas, & ideò similitudo ipsius conditoris eorum, intellectus.

Cap. XIX.

Plato. Sol. Dionysius. Albertus. Rectitudo. VAria ualdè ponunt sancti, & philosophi, ænigmata. Plato in libro de Republica, recipit solem, & eius attendit in sensibilibus uirtutem, & ex conformitate illius, se eleuat ad lucem intelligentiæ, intellectus conditoris. Quo paradigmate, & magnus Dionysius est usus. Nam utique ænigma est gratum, ob conformitatem, lucis sensibilis & intelligibilis. Albertus, ænigma rectitudinis

tudinis recipit, ac si linealis rectitudo daret esse omni ligno, quæ in nullo uti est, potest participari, & manet impartibilis & absoluta. Varie autem in contracto esse, scilicet in sua similitudine, in quolibet ligno participatur: quoniam in uno nodosè, in alio incuruè, & ita de infinitis differentijs. Etiam caliditatem fingit absolutã, & quo modo omnia calida, illius similitudinem participant, & habent esse suum ab illa, sic conceptum facit, de conditore intellectu, & creaturis. Innumerabiles modi possunt concipi, multos alios in docta ignorantia, & libellis alijs posui. Sed nullus præcisissimum attingere potest: cum diuinus modus sit suprà omnem modum. Et si applicas oculare, & uides maximum pariter, & minimum modum, omnis modi principium, in quo omnes modi cõplicãtur, & quẽ omnes modi explicare nequeunt: tũc facere poteris, de diuino modo, ueriorem speculationem. Caliditas.

Cap. XX.

Ex alienis. DIceres fortè usum Berylli, præsupponere essentiam, recipere maius & minus, alioquí per maximum pariter & minimum, non uideretur eius principium. Respondeo, quod quamuis essentia secundum se, non uideatur magis & minus recipere: tamen secundum comparationem, ad esse & actus proprios speciei, magis & minus participat, secundum dispositionem materię recipientis, adeò (ut dicit Auicenna) quod in quibusdam uidetur Deus in hominibus qui diuitum habent intellectum, & operationes. Nec hic modus Berylli, penitus fuit absconditus Aristoteli, qui sępè discurrit, reperiendo primum per hoc argumentum. Vbi reperitur participatio unius, secundũ magis & minus, in diuersis: necesse est deueniri ad primum, in quo ipsum est primum: ut de calore, qui in diuersis participatur, deuenitur, ad ignem, in quo primum est, ut in fonte, à quo alia omnia calorem recipiunt. Sic Albertus, illa regula utens quærit primum, in quo est ratio fontalis entis omnium entitatem participantium, sic & principium cognoscendi, ubiita dicit: cum intelligentia, anima rationalis, & sensitiua, communicent in uirtute cognoscendi: oportet quod recipiant hanc naturam ab aliquo, in quo est primò sicut in fonte, & hic est Deus. Impossibile est autem, quod æqualiter recipiant ab eo, quia sic essent æquè propinqui principio, & æqualis uirtutis in cognoscendo. Vnde primò recipitur in intelligentia, quæ habet tantùm de esse intelligentiæ, quantùm participat de radio diuino. Similiter anima rationalis, tantum participat de uirtute cognoscitiua, quantum capit de radio intelligentiæ, licet obumbretur in illa. Sic & anima sensibilis, participat de cognitione, quantum imprimitur in ipsa, radius rationalis animæ, licet obumbretur in ipsa. Sed sensitiua, est ultima, quę non influit ulterius uirtutem cognoscitiuã. Sed ut anima rationalis, non influit in sensum, nisi sibi sit cõiunctus: sic nec primum, influit in secundum, nisi ei coniunctum. Non intelligas, intelligentiam creare animas, aut animam sensum: sed quod radius in primo horum sapientia æterna receptus, est exemplar, & quasi seminale secundi. Et quia radius iste, semper recipitur, in uirtute minoratus: ideò anima, non recipit radium, secundũ esse intelligibile, nec uegetabilis, ab anima sensitiua, recipit radium cognitiuum. De inde magnus Albertus, in allegatis commentarijs, assimilat illum diuinum radium, illuminantem naturam, cognoscitiuam radio Solis: qui in se consideratus, antequã subintret aerem, est uniuersalis & simplex, & in aere recipitur in profundo ipsũ penetrando, & penitus illuminando. Deinde recipitur in superficie, in corporibus terminatis, ubi secundùm uariam dispositionem, uarios causat colores, album & clarũ, si est superficies clara: nigrum, si obscura: & medios colores, secundum dispositionẽ mediam. Sic principium primum, scilicet sapientia Dei, seu diuina cognitio, quæ est essentia Dei, manens & incommunicabilis radio suo (qui est una forma cognoscitiua) se habet: quoniam quasdam naturas illuminat, ut cognoscant simplices quidditates rerum. Et hęc cognitio, est secundùm maximum fulgorem, qui possibilis est recipi in creatura, & hoc in intelligentijs. In alijs reperitur, ubi non operatur, talẽ cognitionem simplicium quidditatum, sex mixtarum cum continuo & tempore, sicut in hominibus. Ibi enim incipit cognitio à sensibus, ideò oportet, quod conferendo Albertus. Albertus ca. 5

http://www.obrascatolicas.com

Isaac. unum ad alterum, perueniat ad simplex intelligibile. Quare Isaac dicebat: quod ratio oritur, in umbra intelligentiæ, & sensus, in umbra rationis, ubi occūbit cognitio. Vnde anima uegetabilis, oritur in umbra sensus, & non participat de radio cognoscitiuo: ita quod possit recipere speciem, & ab appendicijs materiæ separare, ut fiat simplex cognoscibile. Auicenna uerò, suscipit ænigma in igne, & uario eius essendi modo ab æthere deorsum, usq; quò in lapide penitus obumbretur.

Auicenna. Ignis.

Cap. XXI.

Dionysius. Ex sententia. HI omnes, & quotquot uidi scribentes, caruerunt Beryllo. Et ideò arbitror, si constanti perseuerantia, secuti fuissent magnum Dionysium: clariùs uidissent, omnium principium, atq; commentaria fecissent in ipsum, secundùm ipsius scribentis intentionem. Sed quando ad oppositorū coniunctionem perueniunt, textum magistri diuini, disiunctiuè interpretantur. Magnum est posse se stabiliter in coniunctione figere oppositotum. Nam etsi sciamus ita fieri debere, tamen quando ad discursum rationis reuertimur, labimur frequenter, & uisionis certissimę nitimur rationes reddere, quæ est suprà omnem rationem, & ideò tūc cadimus de diuinis ad humana, & instabiles atque exiles rationes adducimus. Hoc Plato in epistolis, ubi de uisione primæ causę premisit, omnibus accidere astruit. Tu igitur, si uolueris æternam sapientiam, siue principiū cognoscitiuum uidere, posito Beryllo, ipsum uideas, per maximū pariter & minimū, cognoscibile. Et in ænigmate, quemadmodū de angulis, inquire, acutas formales simplices, & penetratiuas naturas cognoscitiuas, uti angulos acutos, aliàs obtusiores, & demum obtusissimas, uti obtusos angulos. Et omnes gradus uenari poteris possibiles: & quemadmodū de hoc sic dixi, ita de quibuscunq; sic se habentibus.

Plato.

Cap. XXII.

DVbitas fortassis, quomodo uidetur principium unitrinum. Respondeo. Omne principium est indiuisibile, omni diuisione suorum effectuum, seu principiatorum. Primum igitur principium, est ipsa simplicissima atq; perfectissima indiuisibilitas. In essentia autem perfectissimę indiuisibilitatis, uideo unitatē, quæ est fons indiuisibilitatis. Video æqualitatē, quæ est indiuisibilitas unitatis, & uideo nexum, qui est indiuisibilitas unitatis & æqualitatis. Et capio ænigma, & intueor a c b angulum, et considero c punctum, primum principiū anguli, et lineas c a, & c b, secundum principium c punctum, principium est unitrinum: nam est principiū c a lineæ, quæ est linea immobilis, & lineæ c b, quæ est linea differentiarum formatiua. Et uideo c punctum, utriusq; nexum, & quod c, punctum est intimum, & proximum principium anguli: scilicet principium simul & terminus anguli: incipit enim in c pūcto, & in eodem terminatur. Dum igitur intueor in c unitrinum principium, uideo ipsum esse fontem, unde primò emanat unitas seu necessitas, omnia uniens & constringens. Deinde uideo ipsum principium, unde emanat æqualitas, omnia quantumcunq; uaria formans seu adæquans, quocunq; motu hoc fieri oporteat. Sic uideo ipsum c principium, unde emanat nexus & conseruatio, omnium constrictorum & formatorum. Video igitur, ipsum principium simplicissimum, unitrinum, ut sua indiuisibilitas sit perfectissima, & sit omnium causa, quæ in sua indiuisibili essentia, sine trina indiuisibilitate, subsistere nequeunt.



Cap. XXIII.

Ex alienis. Anaxagoras. Democritus. Plato. Aristoteles. TEtigerunt Philosophi hanc trinitatem, quam uiderunt in principio esse, à causato ad causam ascendendo. Anaxagoras, & ante eum Democritus, Abderites (ut uult Aristoteles) fuit primus, qui intellectuale uidit principium. Quem Plato extulit, eius libros sæpissimè legens, quia usum ipsi fuit, quod magistrum inuenisset. Et quæ Plato de eo dicit, illa & Aristoteles. Ipse enim. Anaxagoras, tàm Platoni quàm Aristoteli, oculos aperuit. Visus est autem uterque, hoc

hoc principium, per rationem reperire. Et Plato principium, à quo omnia condita, nominat conditorem intellectum, & eius patrem Deum, ac cunctorum causam. Et ita primò apud primum, omnia esse dixit, ut sunt in triplici causa; efficienti, formali, & finali. Secundò dixit, omnia esse in conditore intellectu, quem primam dicit Dei creaturam, & asserit generationem eius, à primo esse, quasi filij à patre. Hunc intellectum, quem etiam sacræ literæ, sapientiam ab initio, & ante omnia sæcula creatā, & primogenitam omnis creaturæ, nominant: dicit conditorem, quasi inter causam, & causata sensibilia, mediatorem, qui exequitur imperium, seu intentionem patris. Tertiò uidit, per uniuersum diffundi spiritum seu motum, cuncta quæ in mundo sūt cōnectentem & conseruantem. Apud igitur Deum omnia uidit primò, modo essendi primo & simplicissimo, sicut omnia sunt in potestate effectiua, & omnipotenti. Secundò: uidit omnia esse, sicut in executore imperij sapientissimo. Et hunc essendi modum, uocat secundum. Tertiò uidit omnia esse, ut in instrumento executoris, sci licet in motu: nam per motum, quæ fiunt, ad effectū producuntur. Et hunc essendi modum tertium, animam mundi nominauit Aristoteles, licet nō utaī terminis illis. Idem uidetur dicere quò ad Deum, scilicet, quod omnia apud ipsum, sint ut in causa unitrina, quodquod omnes formæ, sint in intelligentia motrice cœli, & in motu animato anima nobili. Ipse aūt intelligentias, plenas formis, multiplicat, secūdùm multitudinem orbium cœli: quia eas dicit motrices orbium. Tamē secundum regulam suam, ad omnium intelligentiarum mouentium primam, scilicet ad primum motorem, necessariò deueniri oportere ostendit. Et hunc nominat principem, seu primū intellectum. Plato autem, considerans multitudinem intelligentiarum, uidit intellectum, cuius participatione, omnes intelligentiæ sunt intelligentiæ. Et quia uidit primum Deum, absolutum, simplicissimum, inparticipabile & incommunicabile principium: ideò communicabilem intellectum, in Dijs multis seu intelligentijs, uariè participatum & communicatum, arbitrabatur primam creaturam. Ita etiam anima mundi, quę in omnibus animalibus, cōmunicabiliter participatur: ante omnes animas, quasi in sua prioriter omnes complicantur, ut in suo principio, esse credidit. De his igitur tribus essendi modis prioriter, quomodo sortiantur nomina fatorum, in docta ignorantia memor sum, quædam dixisse. Solum autem notes, non esse necessarium, uniuersalem esse creatum intellectum, aut uniuersalem mundi animam, propter participationem, quę Platonem mouit. Sed ad omnem essendi modū sufficit abundè, primum principium unitrinum: licet sit absolutum, & superexaltatum, cum non sit principium contractū, ut natura, quæ ex necessitate operatur, sed sit principium ipsius naturę. Et ita supernaturale, liberum, quod uoluntate creat omnia. Illa uerò quæ uoluntate fiunt, in tantùm sunt, in quantùm uoluntati conformantur, & ita eorum forma, est intentio imperantis. Intentio autem, similitudo intendentis, quę est communicabilis & receptibilis in alio. Omnis igitur creatura, est intentio uoluntatis omnipotentis. Istud ignorabant, tā Plato quàm Aristoteles: aperte enim, uterque credidit, conditorem intellectum, ex necessitate naturæ omnia facere, & ex hoc omnis eorum error secutus est. Nam licet non operetur per accidens, sicut ignis per calorem, ubi benè dicit Auicenna (nullum enim accidens, cadere potest, in eius simplicitatem) & per hoc uideatur agere per essentiam: non tamen propterea agit, quasi natura, seu instrumentum necessitatum, per superiorum imperium, sed per liberam uoluntatē, quæ est & essentia eius. Benè uidit Aristoteles in Metaphysica, quomodo omnia in principio primo, sunt ipsum: sed non attendit, uoluntatem eius, non esse aliud, à ratione eius, & essentia.

Plato.

Secundi Cap. 7.

Plato. Aristoteles.

Auicenna.

Aristoteles.

Cap. XXIIII.

QVomodo autem Plato, habuerit de unitrino principio conceptū, & quàm propinquè ad modum nostrum Christianæ Theologiæ: Eusebius Pāphili, in libro de præparatione Euangelica, ex libris Numenij, qui secreta Platonis cōscripsit, & Plotini, atque aliorum, collegit. Aristoteles etiā, in sua Metaphysica, quā ipse Theologiā appellat: multa conformia ueritati, ratione

Plato. Eusebius. Numenius. Plotinus. Aristoteles.

http://www.obrascatolicas.com

ostendit,scilicet,primum intellectū esse penitus in actu,qui seipsū intelligit, ex quo
Ex alienis. Ex sententia. delectatio summa. Hoc quidem & Theologi nostri dicunt,intellectum illum diuinum,se intelligendo de se & sua essentia & natura,generare intelligibilem sui ipsius similitudinem adæquatissimam. Intellectus enim generat uerbum,in quo est substātialiter,& ex hoc precedit delectatio,in qua est generantis & geniti consubstātialitas. Veruntamen si de hoc principio,tu uis habere omnem possibilem scientiam,cōsidera in omni principiato,à quo est,quid est,& nexum,& per ipsum Beryllum,maximi pariter & minimi principiati,respice in omnium principiatorum principium. In ipso principio,perfectissimè modo diuino reperies,trinitatem principium simplicissimum,omnis creaturæ unitrinè. Et attende,me in simplici conceptu principiati,trinitatē unitatis essentiæ,exprimere per quod est,& quod est, & nexum,quæ in sensibili substantia cōmuniter nominātur forma,materia,& cōpositū:ut in homine anima,corpus,& utriusq; nexus.

Cap. XXV.

Aristoteles. ARistoteles,concordando omnes Philosophos,dicebat:principia, quæ substantiæ insunt,esse contraria,& tria nominauit principia, materiam, formā, & priuationem. Arbitror ipsū,quamuis super omnes diligentissimus atq; acutissimus habeat discursor,atq; omnes,in uno maxime defecisse. Nā cum principia sint contraria,tertium principium utiq; necessariū, non attigerunt,& hoc ideò,quia contraria,simul in eodem,coincidere non putabant possibile,cum se expellāt. Vnde ex primo principio,quod negat,cōtradictoria simul esse uera:ipse Philosophus ostendit,similiter contraria,simul esse non posse. Beryllus noster acutiùs uidere facit,ut uideamus,opposita in principio connexiuo,ante dualitatem, scilicet antequam sint duo contraria,sicut si minima contrariorum uideremus coincidere: puta,minimum calorem & minimum frigus,minimam tarditatem,& minimam uelocitatem,& ita de omnibus,ut hęc sint unum principium,ante dualitatem utriusq;
Liber de mathematica perfectione. contrarij: quemadmodum in libello,de mathematica perfectione,de minimo arcu & minima chorda,quomodo coincidant,dixi. Vnum sicut angulus minimè acutus, & minimè obtusus,est simplex angulus rectus,in quo minima contrariorū angulorū coincidunt,antequam acutus & obtusus sint duo anguli: ita est de principio connexionis,in quo simpliciter coincidunt,minima contrariorum. Quod si Aristoteles principium,quod nominat priuationem, sic intellexisset, ut scilicet priuatio sit prin principium,ponens coincidentiam contrariorum,& ideò priuatum contrarietate utriusq;,tanquam dualitatem,quæ in contrarijs est necessaria,procedens:tunc benè uidisset. Timor autem,ne contraria simul eidem inesse fateretur, abstulit ei ueritatē, illius principij. Et quia uidit tertium principium necessarium,& esse debere priuationem:fecit priuationem,sine positione principium. Post hoc non ualens benè euadere,quandam uidetur inchoationem formarum,in materia ponere,quæ si acutè inspicitur,est in re nexus,de quo loquor. Sed sic nō intelligit,nec nominat. Et ob hoc oēs Philosophi,ad spiritum,qui est principium connexionis,& est tertia persona in diuinis secundùm nostram perfectam Theologiam non attigerunt:licet de patre & filio,plærisq; elegāter dixerint,maximè Platonici,in quorum libris,sanctus Augustinus,Euangelium Ioannis Theologi nostri,in principio erat uerbum, usq; ad nomē
Augustinus. Ioannis Baptistæ,& incarnitionem,se reperisse fatetur. In quo quidem Euangelio, de spiritusancto nulla fit mentio.

Cap. XXVI.

Aristoteles. OPortet ualdè hæc quę dixi,de hoc tertio notare principio. Dicit Aristoteles & benè:principia esse minima & indiuisibilia,quò ad magnitudinem quātitatis,maxima quò ad magnitudinem uirtutis. Vnde neq; forma est diuisibilis neq; materia diuisibilis:quia nō est nec qualis nec quanta, neq; nexus diuisibilis. Essētia igitur quæ in istis subsistit,est indiuisibilis:& quia intellectus noster, qui non potest concipere simplex,cum cōceptum faciat in imaginatione,quæ ex sensibilibus sumit principiū,seu subiectū imaginis suæ seu figuræ:hinc est quod intellectus essentia rerum concipere nequit. Videt tamen eam suprà imaginationem &

& conceptum suum,indiuisibilem triniter subsistere. Vnde dum sic attentè aduertit: uidet substantiā corporalem,ut substantiam indiuisibilem,sed per accidens diuisibilem. Ideò dum diuiditur corpus,nō diuiditur substantia:quia non diuiditur in nō corpus,aut in partes substantiales,scilicet formam,materiam,& nexum,quæ magis propriè dicuntur principia,quàm tres:quia esset diuidere indiuisibile ab indiuisibili, sicut punctum à puncto,quod non est possibile;sed continuū diuiditur in cōtinua: potest enim eius subiectum scilicet quantitas recipere maius & minus. Posse autem diuidi,uenit ab indiuisibili materia,quæ nō est indiuisibilis propter unitatem,ut forma,seu paruitatem,ut nexus:sed propter infirmitatem sicut nondum ens. Ideò dum est ens per formam,quæ se ei ualdè immergit,& fit multùm materialis:tūc propter materiam diuiditur quantitas. Vnde per ænigma poteris differentias talium formarum inuestigare,quæ sunt multùm materiales & immersæ,& quæ minus,& quę ualdè simplices. Et quoniā omnis corruptio,mutabilitas,& diuisio est à materia:statim uidebis causas generationum,& corruptionum,& quæcq; talia.

Cap. XXVII.

Aristoteles. ARistoteles quando Politicem conscribere proposuit, ad minimum tàm œconomices quàm politices se contulit,& in illo minimo, quomodo maximum se habere deberet,uidit:dicens hic in alijs similiter faciendum. In metaphysica autem dicit curuum & rectum in natura contrariari:quare unum nō posse conuerti in aliud. In primo probè dixit:& puto quod si quis maxima quæcūq; scire quæsierit;& ad minimum oppositorum se conuerterit: utiq; secreta scibilia inuestigabit. In secundo,de curuo & recto,non benè considerauit. Nam opponuntur,& unum est utriusq; minimum. Ipse fortè hæc sic dixit:ut ignorantiā suā de quadratura circuli,cuius mentionem sæpè facit excusaret. Habes autem superius principium esse indiuisibile omni modo,quo diuisio est in principiatis. Principiata igit contrariè diuiduntur,habent principium eo modo indiuisibile:ideò contraria eiusdem sunt generis. Facies tibi scientiam mediante beryllo,& ænigmate,de principio oppositorum,& differentia,& de omnibus circà illa attingibilibus. Sic generaliter de scientia per principium scibilium,& differentijs eorum:uti in simili audisti superiùs. Vnus est enim in omnibus agendi modus. Sic si fortè uelis magnum Dionysiū, qui Deo multa nomina tribuit,ampliando ad beneplacitum extendere, cum beryllo & ænigmate,ad cuiuslibet nominis principiū pergas,& quid humanitùs dici potest (Deo te semper dirigente) uidebis. Etiam causas in natura subtiliùs attinges: scilicet quare generatio unius est corruptio alterius. Videndo enim per Beryllum unū contrarium,uides in eo esse principium alterius contrarij:puta dum uides per maximam pariter,& minimam caliditatem principium caliditatis:non esse nisi indiuisibile omni modo diuisionis caloris,& ab omni calore separatum. Principium enim, nihil omnium principiatorum:principiata autem principij caloris,sunt calida,non est igitur calidum caloris principium. Id autem quod est eiusdem generis,& non calidum,uideo in frigido:& ita in contrarijs alijs. Cum ergo in uno contrario sit principium alterius:ideò sunt circulares transmutationes, & commune utriusq; contrarij subiectum. Sic uides,quomodo passio transmutatur in actionē,sicut discipulus patitur informationem,ut fiat magister seu informator,& subiectum post passionem calefactionis mutatur in ignem calefacientem,& sensus patitur impressionem speciei obiecti,ut fiat actu sentiens,& materia impressionem formæ,ut sit actu. Oportet autem ut aduertas,quando de contrarijs dico:quomodo illa quę sunt eiusdem generis; & æquè diuisibilia,denoto:tunc enim in uno,est alterius principium.

Cap. XXVIII.

Aristoteles. Ex alienis. VIdetur mihi utiq; te post hæc querere,quid ego æstimē ens esse:scilicet quænam sit substantia. Volo tibi quantum possum satisfacere, quamuis superiora (quæ dicturus sum) contineant. Aristoteles scribit, hanc quæstionē antiquam omnes indagatores ueritatis,semper quęsierunt huius dubij solutionem,& ad huc quærunt:ut ait. Ipse autem resoluit,à solutione illius dubij omnē scien

http://www.obrascatolicas.com

tiam dependere. Scire enim quid erat esse, hoc est, rē ideò hoc esse, puta domū, quia quod erat esse domui, hoc est: est attigisse altissimum scibile. Dum autem circà hoc sollicitè quæreret, et sursum deorsumq; pergeret: & reperisset nec substantialem materiam fieri, cum sit possibilitas essendi. Quæ si de alio esset, id de quo possibilitas essendi, fuisset: cum nihil, nisi possibile fieri, fiat: ideò non est possibilitas, de possibilitate. Non ergo fit materia de aliquo alio, neq; de nihilo, quia de nihilo, nihil fit. Deindè ostendit formam non fieri: oporteret enim quod de ente in potentia fieret: & sic de materia, Et exemplificat, quomodo rotundans æs, non facit sphæram æneam, sed quæ erat semper sphera inducitur in materiam æris. Compositū igitur fit tantū: formā igitur quæ format actu in composito, nominat quod erat esse: & dum ipsam separatam conspicit, nominat speciem. Quid autem sit illa substantia, quam nomiāt, quod erat esse, dubitat: nescit enim unde ueniat, aut ubi subsistat. Et an sit ipsum unum, aut ens, aut genus: uel si sit ab idea, quæ sit substantia in se subsistens. Aut si educitur de potentia materiæ, & si sic, quomodo hoc fiat. Oportet enim quod omne ens in potentia, per ens in actu perducatur in actum. Actus enim nisi prior esset potētia, quomodo potentia ueniret in actum? Si enim seipsam poneret in actu, esset in actu ante quam esset in actu. Etsi est prius in actu: erit igitur species, aut idea separata, nec hoc uidetur. Oporteret enim idem esse separatum, & non separatum, cum non possit dici quod sit alia species separata, & alia substantia, quod erat esse. Si enim alia, non est, quod erat esse. Et si sunt species separatæ à sensibilibus, oportet illas eē, uel ut numeros, uel ut magnitudines separatas, siue mathematicales formas. Sed cum illæ depēdeant à materia, & subiecto, sine quo mathematicalia non habent esse: non sunt igitur separatæ. Et si non sunt species separatæ, non sint uniuersales, neq; scientia de ipsis fieri potest. Per talia multa subtilissimè discurrit: nec se plenè, ut uidetur figere potuit, propter dubium specierum & idearum. Etiam Socrates iuuenis, & senex, ut Proclus dicit, de hoc dubitauit: tamen magis elegit opinionem, scilicet q̄d quamuis sint aliquę substantię separatę à materia, tamen species nō sunt separatæ substantiæ: sicut nec species artis scilicet domus, nō habet esse substantiale à materia separatum. Sed quæstionem illam sæpiùs mouens, semper esse difficillimam concluſit.

Socrates.
Proclus.

Cap. XXIX.

Aristoteles.

EGo autem attendo, quomodo, etsi Aristoteles reperisset species, aut ueritatem circa illa: adhuc propterea non potuisset attigisse quid erat esse, nisi eo modo quo quis attingit hanc mensuram, esse sextarium: quia est, quod erat esse sextario. Puta, quia sic est, ut à principe Reipublicæ, ut sit sextarium, est constitutum. Cur autem sic sit, & non aliter constitutū, propterea non sciret: nisi q̄d demum resolutus diceret, quod principi placuit, legis uigorem habet. Et ita dico cū sapiente: quod omnium operum Dei nulla est ratio: sed cur cœlum cœlum, & terra terra, & homo homo, nulla est ratio, nisi quia sic uoluit, qui fecit. Vlteriùs inuestigare, est fatuum (ut in simili dicit Aristoteles) uelle inquirere primi principij quodlibet est, uel non est, demonstrationem. Sed dum attentè consideratur, omnem creaturam nullam habere essendi rationem aliunde, nisi quia sic creata est, quodq; uoluntas creatoris sit ultima essendi ratio, sitq; ipse Deus creator simplex intellectus, qui per se creat, ita quod uoluntas non sit nisi intellectus seu ratio, imò fons rationum: tunc clarè uidet quo modo in quod uoluntate factū est, ex fōte prodijt rationis. Sicut lex imperialis non est nisi ratio imperantis, quæ nobis uoluntas apparet.

Cap. XXX.

Ex sententia.

EStigitur, ut accedamus propiùs, adhuc considerandum, quomodo noster intellectus suum intellectum ab imaginatione, ad quam continuatur, nescit absoluere. Et ideò in suis intellectualibus conceptibus, qui sunt mathematicales, ponit figuras, quas imaginatur, ut substantiales esse formas, et in illis et numeris intellectualibus, ponit considerationes: quia illa sunt simpliciora quam sensibilia: quia intelligibiles materiæ. Et cum omnia hauriat per sensū: ideò in istis subtilibus, & incorruptibilibus figuris, à qualitatibus sensibilibus absolutis, fingit se omne attingibile

tingibile posse, similitudinariè saltē, appræhendere. Quare quidā ponit substantiale elementum esse, ut unum, & substantias, ut numeros, alius ut punctum: & ita quę ex his sequuntur. Vnde eo modo uidetur secundum has intellectuales conceptiones, quod indiuisibilitas sit principium, prius omnibus. Nam est ratio, cur unum, & punctum, & omne principium, est principium: scilicet quia indiuisibile, & secundū intellectualem conceptum, indiuisibile est formalius & præcisius principiū, quod tamen nō potest nisi negatiuè attingi: sed in omnibus diuisibilibus attingitur, uti suprà patuit. Sublata enim indiuisibilitate, constat nihil substantiæ manere, atq; ideò omnem substantiam tantùm habere esse, & substantiæ, quantū indiuisibilitatis. Sed ut scitè dicit Aristoteles: hæc negatiua de principio scientia, obscura est. Cognoscere enim substantiam, non esse quantitatem, qualitatem, aut aliud accidens, nō est clara scientia, sicut illa quæ positiuè ipsam ostendit. Nos autem oculo mentis hic in ænigmate per speculum, innominabilem indiuisibilitatem, nullo nomine per nos nominabili, aut nullo conceptu formabili, appræhensibilem cognoscentes, ueriſsimè eam uidentes in excessu, non turbamur asserere nostrum principium, omnem claritatem, & accessibilem lucem excedere. Sicut plus gaudet, qui repperit thesaurum, uitæ suę innumerabilem, & inexhauribilem, quàm numerabilem & consumptibilem.

Aristoteles.

Cap. XXXI.

POst hæc ad memoriam reuocemus ea, quæ suprà dixi de intentione, scilicet: quo modo creatura est intentio conditoris: & consideremus intentionem, esse ueriſsimam quidditatem eius. Nam à simili, cum quis nobis loquitur, si nos quidditatem attingimus sermonis, non nisi intentionem loquentis attingimus. Sic cū per sensus species sensibiles haurimus, illas quātùm fieri potest simplificamus, ut quidditatem rei uideamus cum intellectu. Simplificare autem, est species abijcere, accidentia corruptibilia, quæ non possunt esse quidditatem: uti in subtilioribus phātasmatibus discurrendo, quasi in sermone seu scriptura, ad intentionē conditoris intellectus perueniamus: scientes quòd quidditas rei illius, quæ in illis signis, & figuris rei sensibilis, sicut in scriptura aut sermone uocali continetur, est intentio intellectus: ut sensibile sit quasi uerbum conditoris: in quo continetur ipsius intentio, qua appræhēsa, scimus quidditatem, & quiescimus. Est autem intentionis gratia, manifestatio: intendit enim, se sic manifestare, ipse loquens seu conditor intellectus. Appræhensa igitur intentione, quæ est quidditas uerbi, habemus, quod erat esse. Nam quod erat esse apud intellectum, est in intentione appræhensum: sicut in perfecta domo est intētio ædificatoris apprehēsa, quæ erat apud eius intellectum.

Cap. XXXII.

SCias etiam me aliū quendam in inquisitoribus ueritatis (ut puto) defectum reperisse. Nam Plato dicebat: circulū uti nominatur, aut definitur, pingitur, aut mente concipitur, considerari posse, quodq; ex his natura circuli non haberetur. Sed q̄ solo intellectu, eius quidditas, quæ sine omni cōtrario simplex, & incorruptibilis existit, uideatur. Ita quidem Plato de omnibus asseruit. Sed nec ipse, nec alius quem legerim, aduertit ad ea, quæ in quarto notabili præmisi. Nam si cōsiderasset hoc: reperisset utiq; mentem nostrā, quæ mathematicalia fabricat, ea quæ sui sunt officij, ueriùs apud sē habere, quàm sint extrà ipsam. Puta homo habet artē mœchanicā, & figuras artis uerius habet in suo mentali cōceptu, quàm ad extrà sint figurabiles: ut domus quæ ab arte fit, habet ueriorem figuram in mente, quam in lignis. Figura enim, quæ in lignis fit: est mentalis figura, idea, seu exemplar. Ita de omnib. talibus. Sic de circulo, linea, triangulo, atq; de nostro numero, & omnibus talib. quæ ex mentis conceptu initiū habent, & natura carent. Sed propterea domus quæ est in lignis, aut sensibilis, non est ueriùs in mente, licet figura eius uerior sit ibi. Nā ad uerum esse ipsius domus requiritur, quæ sit sensibilis, ob finem propter quem est: ideo non potest habere speciem separatam, ut benè uidit Aristoteles. Vnde licet figuræ, & numeri, & omnia talia intellectualia, quæ sunt nostræ rationis entia, & carent natura, sint ueriùs in suo principio, scilicet humano intellectu: non tamen sequi

Plato.

http://www.obrascatolicas.com

tur,quòd propterea ſenſibilia omnia,de quorũ eſſentia eſt,quòd ſint ſenſibilia, ſint ueriùs in intellectu,quàm in ſenſu. Ideò Plato non uidetur benè conſideraſſe,quando mathematicalia quæ à ſenſibilibus abſtrahuntur,uidit ueriora in mẽte,quòd propterea illa adhuc haberent aliud eſſe uerius ſuprà intellectum. Sed benè potuiſſet dixiſſe Plato,quòd ſicut formę artis humanæ ſunt ueriores in ſuo principio,ſcilicet in mente humana,cꝫ ſint in materia:ſic formę principij naturæ,quę ſunt naturales,ſunt ueriores in ſuo principio,cꝫ extra. Et ſi ſic conſideraſſent Pythagorici,et quicunque alij,clarè uidiſſent mathematicalia,& numeros,qui ex noſtra mẽte procedũt,& ſunt modo quo nos concipimus,non eſſe ſubſtãtias,aut principia rerum ſenſibilium,ſed tãtum entium rationis,quorum nos ſumus conditores. Sic uides quomodo ea, quæ per artem noſtrã fieri non poſſunt,ueriùs ſunt in ſenſibilibus,cꝫ in noſtro intellectu: ut ignis uerius eſſe habet in ſenſibili ſubſtantia ſua,cꝫ in noſtro intellectu, ubi eſt in confuſo conceptu,ſine naturali ueritate:ita de omnibus. Sed uerius eſſe habet ignis in ſuo conditore,ubi eſt in ſua adæquata cauſa & ratione. Et licet non ſit in diuino intellectu cum ſenſibilibus qualitatibus,quas nos in ipſo ſentimus,tamẽ propterea nõ minus ibi uerè eſt:ſicut Ducalis dignitas in Regia dignitate ueriùs eſt: licet cum exercitio ducali ibi non exiſtat. Ignis enim in hoc mundo ſuas habet proprietates aliorũ ſenſibilium reſpectu,mediantibus quibus,ſuas in alias res exercet operationes:quas cum habeat aliorum reſpectu in hoc mundo, tunc non ſunt ſimpliciter de eius eſſentia. Non habet igitur his opus, dum eſt ab hoc exercitio,& ab hoc mundo abſolutus,neꝫ eas appetit in mundo intelligibili,ubi nulla contrarietas:ſicut Plato (& benè)de circulo dicebat,quomodo in pauimento deſcriptus eſſet plenus cõtrarietatibus,& corruptibilis ſecundũ conditiones loci,ſed intellectu ab his abſolutus. *Plato.*

Cap. XXXIII.

VIdetur adhuc bonum adijcere de ſpeciebus,cum nõ fiant, neꝫ corrumpantur,niſi per accidens,& ſint incorruptibiles diuini,infiniti,intellectus ſimilitudines:quomodo hoc accipi poſsit,ſcilicet ipſum intellectum, in omni ſpecie reſplendere. Non enim modo,quo una facies in multis ſpeculis, ſed ut una infinita magnitudo in uarijs finitis magnitudinibus, & in qualibet totaliter. Dico autem hoc me ſic cõcipere:omnem ſpeciẽ finitam eſſe,uti triangulus eſt, quò ad ſuperficiales magnitudines. Nã eſt prima finita & terminata magnitudo, in qua infinitus angulus,ex integro reſplendet. Eſt enim maximus pariter,& minimus angulus,ideo infinitus,& immenſurabilis,quia non recipit magis,neque minus,& eſt omnium triangulorum principium. Non enim poteſt dici duos rectos angulos eſſe maiores,uel minores maximo pariter & minimo angulo. Nam quãdiu angulus uidetur minor duobus rectis,non eſt maximus ſimpliciter:omnis autẽ triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis. Reſplendet igitur in omni triangulo ex integro,omnium angulorum principium infinitum. Et quia triangulus nõ habet angularem,rectilineam,terminatam ſuperficiem unius,aut duorum angulorũ anteſe,ſed ipſa eſt prima terminata:ideo eſt ut ſpecies,& prima ſubſtãtia incorruptibilis. Triangulus enim,in non triangulum,non eſt reſolubilis. Ideo nec in figuram quamcunqꝫ, cuius tres anguli ſint minores uel maiores. Sed uarij poſſunt eſſe triãguli: aliqui oxygonij,aliqui amblygonij,alij orthogonij,id eſt,rectanguli. Et illi iterum uarij:ſic erũt & ſpecies. Omnes ſpecies ſunt perfectæ & determinatæ ſubſtãtiæ primæ: quoniam in ipſis totum primum principium reſplendet,cum eorum corruptibilitate, & magnitudine in modo finito,& determinato. Et ut tibi facias clarum ad hoc conceptũ, reſpice per beryllum,maximum pariter,& minimum triangulum,& erit obiectum principium triangulorum,puta uti antè de angulis in ænigmate uidiſti. Sit a b linea, de cuius medio egrediatur c d linea mobilis:ita quòd ab, d, ſemper cõtinuetur linea ad b et ad a,quę claudant ſuperficies,quantumcunqꝫ uarietur per motum c d,dum ſuper c reuoluitur,manifeſtum eſt unum triangulum,nunquàm fieri maximũ,quamdiu eſt aliquis alius triangulus. Et ſic dum unus





debet fieri maximus,oportet quòd alius fiat minimus. Et hoc non uidetur antequàm c d iaceat ſuper c b: & d a ſit b a, & ita ſit una recta linea, quæ eſt principium angulorum,& triangulorum. In hoc igitur principio, quod uideo per maximum pariter & minimum angulum, & cum hoc maximum pariter & minimum triangulum,& eſt principium unitrinũ, uideo omnes angulos pariter & triangulos in ipſo cõplicari,ita quòd quiſcꝫ angulus qui eſt unus & trinus,in ipſo eſt ipſum principiũ,& ita unitrinum principiũ,quod eſt unum pariter & trinum,in quolibet triangulo finito,qui eſt unus pariter & trinus, reſplendet meliori modo,quo triangulus infinitus unus pariter,& trinus in finito poteſt reſplendere. Et ſic uides quomodo ſpecies conſtituitur ex completa complicatione: quando ſcilicet reflectitur ſuprà ſeipſam completè,finem principio connectendo. Sicut a b linea,ſuper c primo,plicatur in angulum: deinde c b ſuper d plicatur,ut b redeat in a. Per talem duplicem reflexionem oritur triangulus,ſeu determinata ſpecies incorruptibilis,cuius principium & finis coincidunt.

Cap. XXXIIII.

COnſidera hoc ænigma,utiꝫ ſubtiliter manuducens ad conceptum ſpecierum,triangulus ſiue paruus,ſiue magnus,quò ad ſenſibilem quãtitatem ſeu ſuperficiem,eſt omni triangulo quò ad angulorum trinitatem,& ſimul ipſorum angulorum magnitudinem æqualis. Sic uides omnem ſpeciem, omni ſpeciei æqualem in magnitudine. Quæ utiꝫ non poteſt eſſe quantitas,cum illa recipiat magis & minus,ſed eſt ſimplex ſubſtantialis magnitudo,antè omnem quantitatem ſenſibilem. Quando igitur uidetur triangulus in ſuperficie:eſt uidere ſpeciem in ſubiecto,cuius eſt ſpecies,& ibi uideo ſubſtãtiam quæ facta eſt,quæ eſt hoc quod erat eſſe huius,ſcilicet quod eſt triangulus orthogonius, quia eſt quod erat eſſe trianguli orthogonij,totum hoc aſſequi per ſpeciem,quæ dat hoc eſſe. Et attẽde,quomodo non dat ſolum eſſe triangulare generale:ſed eſſe triangulare orthogonicum, aut oxygonicum,ſiue amblygonicum,ſiue aliter diuerſificatũ ex illis. Et ita ſpecies, eſt ſpecificatio generis per differentiam. Specificatio,eſt nexus,qui nectit differentiam generi:& ita totum eſſe rei,dat ſpecies. Vnde ſpecies quæ eſt alia, & alia, nõ eſt alia à ſubiecto: ſed in ſe habet ſua principia eſſentialia,perquæ determinatur ſubſtantialiter,ſicut figura ſuis continetur terminis, quemadmodum in harmonia aut numeris. Species enim harmoniæ,ſunt uariæ. Nam generalis harmonia, per uarias differentias uariæ ſpecificatur,& nexus ille quo differentia puta acutum cum graui nectitur,quæ eſt ſpecies,in ſe habet proportionatam harmoniam,ab omni alia ſpecie diſtinctè determinatã,per ſua eſſentialia principia. Species igitur eſt quaſi quædam harmonica habitudo,quę etſi ſit una,eſt tamen multis ſubiectis communicabilis. Habitudo enim ſiue ꝓportionabilitas,eſt incorruptibilis. Et dici poteſt ſpecies, quæ non recipit magis,neꝫ minus: & dat ſpeciem ſiue pulchritudinem ſubiecto,ſicut proportio ornat pulchra. Similitudo etenim rationis æternæ,ſeu diuini conditoris intellectus,reſplendet in proportione harmonica,ſiue concordanti,& hoc experimur,quoniam proportio illa,delectabilis & grata eſt omni ſenſui,dum ſentitur.

Cap. XXXV.

ECce quàm propinquum eſt ænigma, quod uerſatur circa numeros, capiendo numeros pro proportione ſeu habitudine. Quæ habitudo in numeris fit ſenſibilis,ſicut triangulus in ſuperficie ſeu quantitate. Et quantò quantitas diſcreta eſt ſimplicior quantitate continua,tantò ſpecies meliùs in ænigmate quantitatis diſcretę uidetur,quàm continuę. Mathematica enim uerſatur circà intellectualem materiam: ut bene ait Ariſtoteles. Sed materia eius,magnitudo eſt,ſine qua nihil concipit mathematicus. Simplicior autem eſt magnitudo diſcreta, quàm *Ariſtoteles.*

http://www.obrascatolicas.com

continua & ſpiritualior, atq; ſpeciei quę penitus ſimplex eſt, ſimilior. Licet utiq; ſpeciei ſimplicitas, quæ eſt quidditas, ſit ante ſimplicitatem illius diſcretę magnitudinis: ideo concipi nequit, cum omnem magnitudinem quæ cõcipi poteſt, præcedat. Omnis enim intellectualis cõceptio, ſine magnitudine fieri nequit. Et ſubtilior accedit, uſq; ad dictam magnitudinẽ diſcretam, ab omni quantitate diſcreta, ſenſibili, abſtractam. Ideo ſubſtantia prima cuius ſimplicitas omnem modum, accidentis, ſiue ut eſt in eſſe ſenſibili, ſiue mathematico, de ſenſibili abſtracto, antecedit: non poteſt concipi per noſtrum intellectum, corpori ſeu quantitati, quaſi inſtrumento, cum quo concipit, alligatum. Videt tamen ipſam ſuprà omnem conceptũ. Adhuc conſidera quomodo in certo colore plus delectamur, ſic & in uoce ſeu concentu, & cęteris ſenſibilibus: ideo quia ſentire eſt uiuere animæ ſenſitiuæ. Et conſiſtit non in ſentire hoc uel illud, ſed in omni ſenſibili ſimul: & ideo plus in eo ſenſibili, in quo plus de obiecto appræhendit, in quo ſcilicet ſenſibilia, ſunt in quadam harmonica unione. Vt cũ color in ſe harmonicè multos continet colores, & harmonicus cantus multas uocum differentias, ita de alijs ſenſibus: ſic de intelligibilibus, ubi in uno principio multæ uniuntur intelligibilium differẽtiæ. Et hinc eſt quòd intelligere primum principiũ, in quo omnis rerũ ratio eſt: ſumma eſt uita intellectus, & delectatio immortalis. Sic ſpecies, eſt quoddam totum, unius perfecti modi eſſendi diuinæ ſimilitudinis, in ſe complicans omnes particulares contractiones, quæ in ſubiecto ad eſſe contrahitur. Videre igitur poteris per beryllũ, principium modo ſæpè dicto: & quàm diuinæ ſint omnes ſpecies ex ſubſtantiali, ſeu perfecta æternæ rationis ſimilitudine, ac quomodo in ipſis creator intellectus ſe manifeſtat, quoq; ipſa ſpecies ſit uerbum ſeu intentio ipſius intellectus, ſic ſe ſpecificè oſtendentis, quę eſt quidditas omnis indiuidui. Et ideo hanc ſpeciem ſummè colit omne indiuiduum, & ne perdat, omnem curam adhibet, & ipſam tenere, eſt ipſi dulciſsimum, & deſideratiſsimum.

Cap. XXXVI.

Ariſtoteles. Protagoras.

REſtat adhuc unum, ut uideamus, quomodo homo eſt menſura rerũ. Ariſteles dicit Protagorã in hoc nihil profundi dixiſſe, mihi tamen magna ualdè dixiſſe uidetur. Et primò conſidero, rectè Ariſtotelẽ in principio metaphyſicæ dixiſſe: quomodo oẽs homines natura ſcire deſiderant, et declarat hoc in ſenſu uiſus, quẽ homo non habet propter operari tantũ, ſed diligimus ipſum propter cognoſcere, quia multas nobis differentias manifeſtat. Si igitur ſenſum et rationem habet homo, non ſolum ut illis utatur pro hac uita conſeruanda, ſed ut cognoſcat: tunc ſenſibilia ipſum hominem paſcere habẽt dupliciter, ſcilicet ut uiuat, & cognoſcat. Eſt autem principalius cognoſcere & nobilius: quia habet altiorẽ & incorruptibilẽ finem. Et quia ſuperiùs præſuppoſitum eſt, diuinum intellectũ omnia creaſſe, ut ſeipſum manifeſtet, ſicut

Paulus.

Paulus Apoſtolus Romanis ſcribens dicit: inuiſibilibus mũdi, inuiſibilem Deũ cognoſci: ſunt igitur uiſibilia, ut in ipſis cognoſcat diuinus intellectus, omniũ artifex. Quãta igitur eſt uirtus naturæ cognoſcitiuæ in humanis ſenſibus, q de lumine rationis eius cõiuncto participant, tãta eſt ſenſibiliũ diuerſitas. Senſibilia enim ſunt ſenſuũ libri: in quibus eſt intẽtio diuini intellectus, in ſenſibilib. figuris deſcripta, & eſt intentio, ipſius Dei creatoris manifeſtatio. Si igit dubitas de quacũq; re ſenſibili cur hoc ſic, uel ſic ſit, uel ſic ſe habeat: eſt una reſponſio, quia ſenſitiuę cognitioni ſe diuinus intellectus manifeſtare uoluit, ut ſenſitiuè cognoſceret: puta cur in ſenſibili mũdo eſt tãta cõtrarietas, dices ideo, ga oppoſita iuxtà ſe poſita magis eluceſcũt, & una eſt utriuſq; ſciẽtia. Adeò parua eſt cognitio ſenſitiua, q̃ ſine cõtrarietate, differẽtias nõ apprehenderet. Quare omnis ſenſus uult obiecta cõtraria, ut melius diſcernat: ideo quę ad hoc requiruntur, ſunt in obiectis. Sic enim ſi pergis per tactũ, guſtũ, olfactũ, uiſum, et auditũ, et attentè conſideras, quã quiſq; ſenſus habeat cognoſcẽdi uirtutẽ: tu reperies omnia obiecta in mũdo ſenſibili, & ad ſeruitiũ cognoſcitiuę ordinata. Sic contrarietas primarũ qualitatum ſeruit tactiuę, colorum oculis, & ita de omnibus. In omnibus his adeò uarijs, admirabilis eſt oſtenſio

Anaxagoras.

diuini intellectus. Poſtq; Anaxagoras uidit intellectum eſſe principium & cauſam rerum,

rerum, & in motis dubijs alias cauſas quàm intellectum aſsignaret: tàm per Platonẽ in Phędone, q̃ etiam per Ariſtotelẽ in metaphyſica repræhenditur, quaſi uoluerit quòd intellectus ſit principiũ uniuerſi, & non ſingulorũ. Miratus ſum de ipſis principibus philoſophorum, cum ipſi in hoc uiderent Anaxagoram repræhẽſibilem, & de principio ſecum concordarent, cur ipſi alias rationes indagarunt, & in eo in quo Anaxagoram arguebant, ſimiliter erraſſe reperiũtur. Sed hoc profecto euenit eis ex malo præſuppoſito: quoniam neceſsitatem, primæ cauſæ impoſuerunt. Vnde ſi ipſi in omni inquiſitione ad ueram cauſam conditionis uniuerſi, quã premiſimus, reſpexiſſent, iam omnium dubiorum ueram reperiſſent ſolutionem: puta quid ſibi uult conditor, quando de ſpina tàm pulchram & odoriferam motu cœli & inſtrumento naturæ educit ſenſibilem roſam? quid aliud reſponderi poteſt, niſi quod admirãdus ille intellectus, in hoc uerbo ſuo intendit ſe manifeſtare, quantæ eſt ſapientiæ & rationis, & quę ſunt diuitię gloriæ ſuę, quando tàm facilè tantam pulchritudinẽ ita ornatè proportionatam, ponit medio ſenſibilis paruę rei, in ſenſu cognoſcitiuo cũ motu lætitiæ, & dulciſsima harmonia omnem naturã hominis exhilareſcentem? & adhuc clariori modo ſe oſtẽdit in uita uegetabili ipſa, à qua roſa progreditur. Adhuc clariori reſplendentia in uita intellectiua, quæ omnia ſenſibilia luſtrat, & quàm glorioſus ſit ille Imperator, qui per naturam tam, quàm legem omnibus imperat, omnia conſeruat in ſpecie incorruptibili ſuprà tempus, & in indiuiduis temporaliter, & quomodo omnia hac lege naturæ oriuntur, mouentur, & ea operantur, quæ lex naturæ imperat, in qua lege, non niſi intellectus ille uiget, ut omnium auctor.

Cap. XXXVII.

Ariſtoteles.

VIdit Ariſtoteles idipſum, ſcilicet ſemota ſenſitiua cognitione, eſſe & ſenſibilia ſe mota, quando dixit in metaphyſica: ſi animata non eſſent, ſenſus non eſſet, neq; ſenſibilia, & plura ibi de hoc. Rectè igitur dicebat Protagoras hominẽ rerum menſurã, qui ex natura ſuæ ſenſitiuæ ſciens ſenſibilia eſſe propter ipſam, mẽſurat ſenſibilia, ut ſenſibiliter diuini intellectus gloriam poſsit appræhendere. Sic de intelligibilibus, ea ad cognitionem referẽdo ipſi intellectiuam, & demũ ex eodẽ contemplatur naturam illam intellectiuam immortalem, ut ſe diuinus intellectus in ſua immortalitate eidẽ oſtendere poſsit. Et ita euangelica doctrina manifeſtior fit, quæ ſinẽ creationis ponit, ut uideatur Deus deorũ in Sion, in maieſtate gloriæ ſuæ, quæ eſt oſtẽſio patris, in quo eſt ſufficientia omnis. Et, p.mitt.t ille noſter Saluator, per quem Deus fecit & ſæcula, ipſum ſcilicet Verbũ Dei, quomodo in illa die ſe oſtendet, & quòd tunc illi uiuent uita æterna. Hæc emẽ oſtenſio eſt cõcipienda: ac ſi quis unico cõtuitu uideret intellectum Euclidis, & quòd hæc uiſio eſſet apprehenſio eiuſdem artis, quã explicat Euclides in ſuis elementis. Sic intellectus diuinus eſt ars omnipotentis, per quam fecit & ſæcula, & omnem uitam, & intelligentiam. Appræhendiſſe igitur hanc artem, quando ſe nudè oſtendet in illa die, quãdo nudus & purus apparuerit coram eo intellectus, eſt acquiſiuiſſe Dei filiationem, & hæreditatem immortalis regni. Intellectus enim ſi in ſe habuerit artem, quæ eſt creatiua uitæ & lætitiæ ſempiternæ, ultimam eſt aſſecutus ſcientiam & fœlicitatem.

Cap. XXXVIII.

QVomodo aũt fiat cognitio per ſpecies particularium ſenſuũ, quæ generalẽ ſentiendi uirtutem ſpecificant, & determinant, & quomodo hæc paſsio ſcilicet impreſsionis ſpecierum ſit actio in ſenſu, atq; quo modo intelligentia eſt plena formis intelligibilibus, licet ſit una ſimplex forma, cognoſcis, ſi attendis quo modo uiſus in ſe complicat omniũ uiſibiliũ formas, et quòd ideo eas qñ ſibi præſentãtur cognoſcat ex ſua natura, per formam ſuam in ſe omniũ uiſibiliũ formas cõplicantẽ Sic de intellectu cuius forma eſt ſimplicitas intelligibiliũ formarũ, quas ex ppria natura cognoſcit: qñ nudę illi præſentantur, & ita ſurſum ad intelligentias aſcẽdendo, quæ habent ſimplicitatẽ formæ ſubtiliorẽ, & oĩa uident etiam ſine eo, quòd eis in phantaſmate præſententur. Et demum quomodo omnia in primo intellectu ita ſunt cognoſcitiuè, quod cognitio dat eſſe cognitis, ſicut omniũ

http://www.obrascatolicas.com

nium formarum cauſatiuum exemplar ſeipſum exemplificando. Et cur ſenſus non attingit intelligibilia, neq; intellectus intelligentias, & ſe ſuperiora, ſcilicet cum nulla cognitio poſsit in ſimplicius ſe. Cognoſcere enim, menſurare eſt: menſura autem, eſt ſimplicior quàm menſurabilia: ſicut unitas, menſura numeri. Et quia hæc omnia cõplicitè in beryllo & ænigmate continentur, & multi de hoc eleganter ſcripſerunt, breuitatis cauſa non extendo. Ego autẽ finem libello faciens: dico cum Platone ſcientiam breuiſsimam eſſe, quę ſine omni ſcriptura meliùs communicaretur, ſi eſſent petentes atq; diſpoſiti. Illos autem putat Plato diſpoſitos, qui tanta cupiunt auiditate imbui, quòd ſibi potius moriendum eſſe putent, quàm carendum ſcienta. Deinde qui à uitijs, et delicijs abſtinent corporalibus, atq; ingenij habent aptitudinem. Dico ego illa omnia ſic eſſe, addens, quòd cum hoc ſit fidelis, atq; Deo deuotus, à quo illuminari crebris & importunis obtineat precibus. Dat enim ſapientiam, firma fide quantùm ſaluti ſufficit, petentibus. His iſte (quanquàm minus benè digeſtus) libellus, dabit materiam cogitandi, ſecretioraq; inueniendi, & altiora attingẽdi, & in laudibus Dei (ad quem aſpirat omnis anima) ſemper perſeuerandi: qui facit mirabilia ſolus, & eſt in æuum & ſuper omne æuum benedictus.

Plato.

Libelli de Beryllo, finis.

NICOLAI DE CVSA
Card. ad Reuerend. Patrem, dominum Gerardum, Epiſcopum Solonenſem, de Dato Patris luminum, liber incipit.

Cap. I.

TSi iam ante P.T. nota ſit ingenij mei obſcuritas, tamẽ exquirere in eo lumen, faceta indagatione tentaſti. Dum enim inter herbarum collectionem, in mentem ueniret Apoſtolica lectio, qua Iacobus Apoſtolus, omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſſe, à patre luminum inſinuat: efflagitaſti, ut circa lectionis intellectum, meam conſcriberem coniecturam. Scio pater, id quod à doctiſsimis Theologis, memorię traditum eſt, paternitatem tuam fixè tenere, me autem perparum ſcripturarum lectitaſſe, hinc rectè erubeſcerem, ſi ſyncéritatem mentis tuæ ignorarem. Lege itaq;, accepta interpretatione, quę ſentio. Fuit (ut opinor) beatiſsimi Apoſtoli intẽtio, nos facili uia, ad omne deſideratum perducere. Omnis enim intellectualis ſpiritus, ſcire appetit. Nam intelligere, uita eſt intellectus, atq; hoc ipſum, eſt eſſe eius deſideratum: nõ poteſt autem ad appræhenſionem ſapientiæ aſcendere, ignorans, ſuo lumine. Qui enim indigens eſt, eo indiget quo caret. Oportet igitur ut indigens, ſe indigẽtem cognoſcat, atq; ut ad eum, à quo indigẽtia eius ſuppleri ualeat, auidè recurrat. Si enim ſapientiam, indigens ab eo poſtulauerit, cuius theſauri ſunt plenitudo ſapientiæ, & qui eos eroganꝺo adauget, cuiuſq; tenacitas eſt effuſio largiſsima: non poterit ſapientiam, quæ ſeipſam quærentium mentibus infundit, non attingere. Hoc eſt ſapientiſsimi Salomonis altiſsimum documentum, qui dum ſapientiam laudare niteretur, ipſam mẽtibus quærentium illabi oſtendit. Poſtulare autẽ eſt intenta fide quærere, ſpe indubia adipiſcendi. Qui enim ardenti curſu, pergit ad ipſam quam ignorat, ei ut mater honorificata obuiabit. A quo autem peti debeat ſapientia, quæ eſt lumẽ ſemitis, & lucerna pedibus, ratio & uita animæ: Apoſtolus omnem errorem excludere uolens, oſtendit, dicens: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt. Nam ſi omne id quod eſt, in tantum ſe bonũ eſſe æſtimat, ut non aliud quàm idipſum ſemper eſſe, meliori quidem modo, quo hoc ſuæ naturæ patitur conditio, exoptet: tunc omnis

omnis uis illa, quæ ſe eſſe cognoſcit ab optimo, optimè ſe eſſe cognoſcit. Cognoſcit igitur eſſe ſuum, cuius nullam uellet ullo unquàm tempore corruptionem aut mutationem, in aliud eſſe extrà ſpeciem propriam, ſibi datũ non quidem ab alio aliquo, quod non eſt de ſurſum, ſuper omnia in altitudine omnis optimitatis. Nam non credit intellectus humanus, naturam ſuã ſibi potuiſſe dari ab aliquo, cuius bonitas nõ ſit altiſsima de ſurſum, ſuper omne bonum. Neque quieſceret aliquod ens, in data natura, ſi à diminuto & creato bono eſſet: ſed quia ab optimo & maximo magiſtro, quo nihil altius, ſortitum eſt eſſe ſuum, omne id quod eſt, quieſcit in ſpecifica natura ſua, ut in optima ab optimo. Datum igitur naturale qualecũq;, in omni eo quod eſt, eſt optimum iudicio omnium quæ ſunt, & quæ in eſſe ſuo, uti optimo quietantur. De ſurſum igitur eſt, ab omnipotentia infinita, quæ habet artem atq; ſapientiam talem, ut ſit ſufficientiſsima uirtus formatiua omnium. Quoniam autem nõ omnis natura data, gradum poſsibilis perfectionis ſpeciei ſuæ, actu attingit, ſed quælibet indiuidualis contractio ſpeciei, ab ultima perfectione actiuitatis potentiæ (prætereq; in uno Domino noſtro Ieſu Chriſto) abeſſe dinoſcitur: tunc intellectus, cuius potẽtia ambit omne, quod nõ eſt creator eius, ad hoc, ut ad apprehenſionem actuetur, opus habet, dono gratiæ creantis. Rationalis enim creatura, diſcretiuum in ſe habet rationis lumen, ſed eſt ut oculus nycticoracis debile multum, atq; multis umbris obtenebratum, in hoc ſenſibili corpore. Actuatur igitur, afflatione ſpiritus diuini uerbi, & tenebræ eius illuminantur. Verbo enim doctoris, illuminatur diſcipulus: quãdo uis ipſa rationalis diſcipuli, dono illuminatæ rationis magiſtri, ſed per uerbalẽ ſpiritum ingerentis, ad actum paſsim educitur. Sed hæc omnis actuans illuminatio, quæ donum eſt, deſurſum deſcendit, à patre omnium donorum, quæ dona ſunt lumina, ſeu theophaniæ. Salomon enim, ſecũdùm naturam animæ, datum à Deo optimum fuit conſecutus, non tamen erat anima eius, ſecundùm hoc datum, melior anima hominis alterius: ſed ſecundùm donum illuminationis, eſt ſortitus animam, cuius uis intellectualis, ad actualem appræhenſionem, ſuper omnes Iudæorum reges, qui eum præceſſerant, aſcenderat. Hoc autem donum ſapientiæ poſtulando, de ſurſum à patre luminum, in ipſum deſcẽdit. Videmus quidem uirtutem ſeminis, datum à patre luminum, ſcilicet Sole: non poni in actum, niſi donetur ab eodem. Non enim educitur de potẽtia ſeminis arbor, niſi Sole donante, cuius etiam eſt datum, ut uis illa, ſemini inſit. Excludere itaq; Apoſtolus errores uoluit, tàm eorum, qui Deum cauſam mali affirmarunt, quàm eorum, qui ſua præſumptione ſe erexerunt, quaſi aliquis homo ex ſe, poſsit etiam peruenire ad apprahẽſionem ſapientiæ, ſine dono gratiæ, ſeu attractione patris: quale fuit peccatum præſumptuoſiſsimum rationalis ſpiritus ſeparati Luciferi, qui ſua ui aſcendere niſus eſt, ad ſimilitudinem altiſsimitatq; rationalis incorporati ſpiritus parentum, qui fomẽto ſenſibilis eſus ligni, ad perfectionem ſcientiæ Deorum, peruenire ſperabant. Nam hic docemur, neq; hanc actualitatem à nobis, neq; ab inferiori ſenſibili uegetatione, aduenire poſſe, ut apprahendamus ſapientiã, quæ eſt lux uitua, & glorioſa quies deſiderij noſtri ſpiritus: ſed à patre atq; ꝺatore formarum, cuius ſolum eſt perficere. Aliorũ etiam errores eneruat, qui poſtposito patre luminũ, ſubſidia poſtularunt à Minerua, Apolline, Ioue, & cæteris diis: Quoniam cum omnium gentilium poſitio aſſereret, non eſſe creatorem, niſi unum Deum deorum interminum: ab ipſo ſolo oſtendit, omne perfectiuum donum poſtulandum, non ab his diis, quamuis ob ſuas uirtutes deificatis. Nam eorum qui nihil à ſe habent, quod non receperint ab omnium patre, non eſſet donandi facultas, cum nihil quod ſuum ſit habeant. Omne enim donum, cuiuſcunq; miniſterio participetur, patris eſt, cuius eſt omne quod eſt, à quo deſcendere neceſſe eſt. Poſtulant igitur omnes noſtri interceſſores, qui poſſeſsionem ſapientiæ adepti ſunt, ut lumen donetur à patre luminum, non donant ipſi, ſed ille tantùm, qui eſt ꝺator & donum. Hoc quidem uidetur Apoſtolus uelle, qui ad aſsiduam orationem, cum fide firmiſsima, abſq; omni hæſitatione nos allicit, certitudine aſſequendi ſperata: quoniam pater noſter, dat affluenter, & nõ improperat. Hæc ſic dicta ſint de Apoſtoli ſententia.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. II.

NVnc amplius admiramur, mirabile lumen, quod latet in Apostoli uerbis, & ut idipsum qualitercunq; patescat: enucleare tentabo pro modulo, uerborum proprietatem. Ait enim: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, & reliqua. Videtur enim ex hoc omnis creatura, quodammodo Deus esse. Solus enim Deus, est maximè bonus, seu optimus. Datum igitur optimum si est creatura, quoniã omnis creatura est bona ualdè, uidetur Deus datus esse. Nihil enim dare potest, quod potentiæ suæ, non subijcitur. Oportet enim, in potentia datoris id esse, quod datur: in potentia autem boni, bonum est, sed optimum non est, nisi unum, simplex, impartibile: quia optimum. Non potest igitur dare nisi seipsum. Optimum est sui ipsius diffusiuum, sed non partialiter, cum optimũ non possit esse, nisi optimum: est enim omne id, quod esse potest. Quare suũ esse, est sua optimitas, ac æternitas. Cõmunicat igitur se, indiminutè. Videtur igitur, quòd idẽ ipsum sit Deus & creatura, secundum modum datoris, Deus, secundùm modũ dati, creatura. Non erit igitur nisi unum, quod secundum modi diuersitatẽ, uaria sortitur nomina. Erit igitur idipsum æternum, secundùm modum datoris, & temporale, secũdùm modum dati, eritq; idipsum factor & factũ, & ita de reliquis. Indubiè hic dicendi modus, precisione caret, sed intelligentiam ueritatis inquiramus. Aiunt Philosophi: formã esse, quæ dat esse rei. Hoc dictũ, præcisione caret, nam non est res, cui forma dat esse, cum nihil sit nisi per formã. Non est igitur res, à forma esse capiens, esset enim, anteq; esset: sed forma dat esse rei, hoc est forma, est ipsum esse, in omni re quę est, ut esse datum rei, sit forma ipsa dans esse. Deus autem est absoluta essendi forma, & hoc est Apostolicum documentum hoc loco: quoniam omne esse omnium, est datũ à patre, forma autẽ, dat esse. Deus igitur est uniuersalis essendi forma, quia dat omnibus esse. Sed quia forma dat esse rei cuicũq; particulari, hoc est dictu, forma est ipsum rei esse: hinc Deus, qui dat ipsum esse, rectè dator formarum à plerisq; nominatur. Non est igitur Deus forma terræ, aquæ, aëris, aut ætheris, aut alterius cuiuscunq;: sed formæ terræ, aut aëris, forma absoluta. Non est igitur terra Deus, aut aliquid aliud: sed terra est terra, & aër est aër, & æther æther, & homo homo, quodlibet per formã suã. Nam forma cuiuslibet, est descensus à forma uniuersali, ut forma terræ, sit forma eius & nõ alterius, & ita de reliquis. Mirabili subtilitate, hoc nobis Apostolus exprimit, per hoc quod dicit, datum optimum descendere: quasi diceret, dator formarum, nõ aliud à seipso donat, sed donum suũ est optimum, atq; est ipsa sua optimitas absoluta, atq; uniuersaliter maxima sed nõ potest recipi, ut datur, quia receptio dati, fit descensiuè. Recipitur igitur infinitum finitè, & uniuersale particulariter, & absolutum contractè. Talis autem receptio, cum sit cadens, à ueritate se cõmunicantis: ad similitudinem & imaginẽ uergit, ut non sit ueritas datoris, sed similitudo. Quare non potest in alio, nisi aliter recipi. Facies enim tua, æqualitatem superficialis dispositionis, de se multiplicans, recipitur in speculo uariè, secundum quòd speculũ, quod est receptio, uarium fuerit: in uno quidem clarius, quia specularis receptio, clarior: in alio obscurius, sed in nullo unquàm, uti est facies ipsa, in alio enim, aliter recipi necesse erit. Solum est speculum unũ sine macula, scilicet Deus ipse, in quo recipitur uti est: quia non est illud speculũ aliud, ab aliquo quod est, sed est idipsum, quod est in omni eo, quod est, quia est uniuersalis forma essendi. Varia paradigmata, nos ad huius iam dicti appræhensionem, adiuuant. Nam lumen est forma quædam uniuersalis, omnis esse uisibilis: scilicet, omnis coloris: color enim, est contracta receptio lucis, & non permiscetur lux rebus, sed recipitur descensiuè, secundùm gradum aliquem descensionis. Terminatio lucis in perspicuo, est color, secundum unum modũ ruber, secundum aliũ cęsius. Et omne esse coloris, datur per lucem descendentẽ, ut lux sit omne id, quod est in omnib. coloribus, cuius natura est, seipsam puriter diffundere, ex bonitate sua. Et quamuis seipsam puriter communicando donet, tamen ex uaria receptione descensiua eius, uarietas colorum exurgit, nec est color lux, sed est lux, sic recepta contractè. Et tali quadam similitudine, ut se habet forma lucis, ad formã colorum:

rum: sic Deus lux infinita, ut forma uniuersalis essendi, se habet ad formas creaturarum. Sic forma substantialis Socratis, est forma una simplex, impartibilis, tota in toto, & qualibet parte, per quam Socrates, & omne quod est Socratis. Quòd enim manus Socratis, est ipsius Socratis, & nõ alterius: à forma habet Socratis. Sed quia manus ipsa, recipit formam Socratis, non in ea simplicitate & uniuersalitate, qua est forma Socratis, sed in descensu particulari, scilicet ut membrum tale, non est manus Socratis Socrates, ita de cæteris membris. Anima nostra est uis discretiua uniuersalis, ad discernendum, & est una & simplex, tota in toto, & in omnibus organis, ut omnis uis discretiua in oculo, sit data ab anima, quæ seipsam uisui donat: sed oculus nõ recipit animam, nisi cum descensu, quia non recipit ipsam, ut uirtutem uniuersalẽ discretiuam: propter hoc non discernit, inter audibilia & gustabilia oculus, sed recipit contractè, uim uniuersalem, ut uisibilia discernat. Non est oculus, uidens seu discernens anima, licet omne id, quod in ipso discernit, sit datũ animæ, ita de auditu, & cæteris. Forma substantialis, uniuersaliter dat esse substantiale, hoc esse descensiuè recipitur: scilicet, quantificatiuè, qualificatiuè, respectiuè, actiuè, passiuè, situaliter, habitualiter, localiter, & temporaliter. Vnitas enim simplex, nouem modis recipitur, ut sic denario omnia numerentur. Sed quia per quantitatem non purè substantialiter, sed descensiuè & contractione tali recipitur: non est quantitas substãtia, licet omne esse quantitatis, sit datum à substantia, ut omne id quod est in quantitate, nõ sit aliud à substantia, & quantitas sit substantiæ quantitas. Et ita de cæteris accidentibus. Ex his se noster poterit iuuare intellectus, & Apostolicã lectionem subintrare aliquantulum, ut uidere queat, quomodo Deus est uniuersalis essendi forma, omnium formarum, quam formæ specificæ, in descensu non uniuersaliter & absolutè, uti ipsa est & se dat, recipiunt, sed contractione specifica. Angelinitas enim, secundum descensum illum, qui angelinitas dicitur: uniuersalem essendi formam, recipit. Humanitas secundum illum descensum, qui humanitas dicitur: uniuersalem essendi formam, cõtrahit. Leoninitas secundum illũ descensum: absolutam formã participat. Et quamuis sic Deus sit omnia in omnibus, non est tamen humanitas Deus: licet posset sano intellectu, Hermetis Trismegisti dictum admitti, Deum omnium rerũ nominibus, & res omnes Dei nomine nominari, sic quòd homo nominari posset, Deus humanatus, & hic mundus, Deus sensibilis, ut & Plato uoluit. Et quoniam ipse est finis operis sui, qui propter semetipsum omnia operatus est: se dedit mũdum sensibilem, ut sensibilis mundus, sit propter ipsum, ut receptio ipsius descensiua, quæ in sensibilem gradum diuergit, bonitatem ipsius sensibiliter attingat, & luceat lux infinita sensibilibus sensibiliter, sic uiuentibus uitaliter, rationalibus rationaliter, & intelligentibus intellectualiter. Et hæc sic de hoc dicta sint.

Cap. III.

AMplius aduerto, quàm cautè Apostolus exprimit, omnem creaturam, in datore æternam, atq; ipsam æternitatem esse. Omnipotentia enim datoris, coincidit cum ipsa æternitate: semper enim omnipotens, potuit dare. Fuit igitur omne datũ in æternitate, apud patrem: à quo dum recipitur descendit. Semper enim & æternaliter dator dedit, sed non recipiebatur, nisi in descensu ab æternitate. Descensus autem talis, est contractio æternitatis in durationem, initium habentem. Hoc facilè capitur, si consideratur, quomodo ab æterna ratione, descendit pluralitas rerum. Sed pluralitas, numerus est, & hoc ipsum est creatoris creare, quod est rationis, ratiocinari seu numerare. Numerus uerò descendens, principium habet, scilicet unitatem: sed non habet finem, cum non sit dabilis numerus, ultrà quem alius dabilis, non existat. Numerus igitur, est æternitas principiata, & absoluta ratio, æternitas absoluta. Ratio enim, causa est, & absoluta ratio, se negat principiatam seu causatam, cum sit causa absoluta. Descendit igitur creatura de æternitate, in qua semper fuit. Sed quia data æternitas, non fuit nisi contractè recepta: hinc æternitas sine principio, principiatiuè recepta existit. Mundus igitur habet principium, & in ipso ætetnitas est omne esse eius. Sed quia non est recepta æternitas, nisi princi-

http://www.obrascatolicas.com

principiatiuè in descensu mundi: tunc mundus non est æternitas absoluta, sed æternitas principiatiuè cõtracta. Aeternitas igitus mũdi, principiata est, & æternus mundus factus est. Necꝫ est alius mundus, qui apud patrem est æternus, & alius, qui per descensum à patre est factus: sed idem ipse mundus, sine principio, & principiatiuè per descensum, in esse proprio suo receptus, qui & apud patrem non est transmutabilis, sed perpetua stabilitate, atcꝫ in summa claritate, absque omni uicissitudine obumbrationis, idem ipse, quod & pater persistẽs. Sed (ut tu) in descensu à patre, in esse proprio receptus, est transmutabilis, & in uicissitudine obumbrationis, instabiliter fluctuans: quasi mundus sit Deus transmutabilis, in uicissitudine obumbrationis, & mũdus intransmutabilis, & absqꝫ omni uicissitudine obumbrationis, sit Deus æternus. Hæ sunt intelligibiles locutiones, absque omnimoda præcisione: licet in modo communicandi intelligentiam, quæ de Deo & mundo concipitur, sint ad præcisionem accedentes. Præcisiùs tamen loquitur, de ineffabili Deo, qui ipsum super omnem affirmationem & negationem, super omnem positionem & ablationem, super omnem oppositionem, transmutationem, & intransmutationem, inaccessibilem lucem intelligentiæ, inhabitare affirmat, & de hoc, alibi diffusiùs. Et quoniam sic loqui de Deo ineffabili, est loqui loquela, quæ est super omnem loquelam: & silentium, ibi simile est loqui. Non est hæc loquela de hoc mundo, sed est regni æterni: hinc ut in hoc mundo, intelligentias communicamus, tunc Apostolus Deo patri conuenire negat, transmutationem & uicissitudinem obumbrationis: quia est æternum lumen, in quo non sunt tenebræ ullæ.

Cap. IIII.

NVnc restat, ut ponderemus Apostolicum dictum, ubi inquit, Deum, esse Deum patrem luminum: non ait, ipsum lumen esse, sed patrem luminum: nec dicit, ipsum tenebras esse; quem patrem luminum affirmat, sed ipse est fons luminum. Nos ea quæ ad nostram notitiam perueniunt, esse affirmamus, quæ uerò nullo modo nobis apparent, ea esse non appræhendimus. Sunt igitur omnia, apparitiones, siue lumina quædam. Sed quia unus est pater, & fons luminum: tunc omnia sunt apparitiones, unius Dei, qui etsi sit unus, non potest tamẽ, nisi in uarietate apparere. Quomodo enim infinita uirtus, aliter quàm in uarietate, apparere potest? Habet doctor intellectum adeptum, potentem, & practicum: non potest ille apparere, nisi in uarietate multarum rationum. Descendunt igitur, uaria lumina rationalia syllogistica, ab intellectu tali, qui est pater luminum, ut sic se manifestet. Est unitas simplex, principium numeri, maximæ & incompræhensibilis uirtutis, cuius uirtutis apparitio, nõ nisi in uarietate numerorum, depræhenditur. Est punctum uirtus incompræhensibilis, quę solum in quantitatibus, ab ipso simplicissimo puncto descendentibus, quasi luminibus uarijs notificatur. Est presentialitas simplicissima, uirtus incompræhensibilis, quæ solùm in temporali successione, depræhendi potest. Omnia autem secundum numerum, in unitate: omnia secundum quantitatem, in puncto: omnia secundum temporalem successionem, in Nunc præsentiæ: & omnia secundum omne id quod sunt, fuerunt, aut erunt, aut esse possunt, in infinita uirtute omnipotentiæ. Absolutè enim Deus noster, est infinita uirtus, penitus in actu, quæ dum ex natura bonitatis, se uult manifestare: facit à se uaria lumina, quę theophanię dicũtur, descendere. In quibus omnibus luminibus, notas facit diuitias, luminis glorię suę. Sed hęc generatio, quę sic uoluntariè fit, non habens causam, nisi bonitatis eius: fit in uerbo ueritatis. Verbum ueritatis, ars est absoluta, quę lumen dici potest, omnis rationis. In hoc lumine, quod est uerbum, et filius primogenitus, est suprema apparitio patris. Omnes apparitiones descendentes, pater luminũ genuit, ut in summa uirtute, et unitionis fortitudine apparitionum uoluntariè, complicarentur omnia apparentia, alia lumina: quasi in abstracta filiatione, omnis filiatio, qualitercunqꝫ explicabilis, et in uniuersalissima arte, omne per artem quantumcunqꝫ explicabile: & in absoluta ratione seu discretione, omne lumẽ qualitercũqꝫ discernens, aut discernibile. Genuit autem nos in uerbo illo, ęternę artis & apparitionis, ut dum lumen

lumen ostensionis eius, quod est uerbũ infinitum, in descensu recipimus, modo quo huiusmodi in descẽsu à nobis recipi potest, simus initium aliquod creaturę eius. Receptio igitur ostensionis patris in uerbo, in descẽsu præstat initium creaturæ. Per hoc enim sumus initium aliquod creaturæ eius: quia uerbum ueritatis, in quo nos genuit, nostro modo recipimus. Satis suprà ostẽsum est, receptionem in descensu, facere ut æternale lumen, atque uniuersale fiat initium, creaturæ particularis, ut sic creatura, habens primitiale aliquod initium, in uerbo ueritatis. Sumus igitur nos genus Dei: quia ipse nos genuit. Sed in uno filio, qui est uerbũ ueritatis, nos omnes genuit, in quo nos fecit initium aliquod habere creaturę suæ: sicut in humanitatis uerbo aut arte, omnes homines sic generati sunt, ut recipiant per generationem humanitatis, quod sint initium aliquod, essendi homines particulares. Sic in generatiõe uniuersalis ueritatis, omne id quod uerè est, ita genitum est, ut sit initium aliquod creaturę generãtis. Vnde omnia quæcunqꝫ sunt, in tantum sunt, in quantùm uera sunt. Falsum enim, nõ est. Quare in æterna generatione ueritatis, ipsa æternaliter genita sunt, & ut sic, sunt ipsa æterna uirtus ueritatis, à qua ipsa recipiunt, dum apparent in successione temporali, quod sint initium aliquod, creaturæ generantis patris: ut arboris ramus, quem initium cepisse uideo in arbore: prioriter fuit in semine genitus, non ramus, sed semen. In ueritate enim rationis seminis, fuit ueritas rami. Veritas igitur seminis, est ueritas rami. Veritas igitur uirtutis, initiũ capit essendi aliquid, puta ramũ, qui est quasi creatura seminis, ex cuius uirtute prodit. Veritas igitur rami, quæ in ueritate seminis, semper cum semine fuit genita, nunc apparet, ostendens sua apparitione, uirtutem seminis patris sui. Sic planè uidemus, quomodo filius in diuinis, est ostensio uera patris, secundùm omnipotentiam absolutam, & lumen infinitum. Sed omnis creatura, est ostensio, participans ostensionem filij, uariè & contractè, & aliæ creaturæ obscutius, aliæ clariùs ostendunt, eum secundum uarietatem theophaniarum, seu apparitionum Dei.

Cap. V.

ADhuc unum non omittendum subiungam, de ipsis illuminationum donis. Nam dona ipsa uaria sunt, unius diuini perficientis spiritus. Deus enim, qui est ipse purissimus actus, & infinita perfectio, non accipitur in descensu uti est, sed potentialiter. Non enim capitur in descensu generationis, perfectio hominis à patre, sed homo in potẽtia, in semine patris, neqꝫ arbor recipitur in fructu, descendente ab ea, sed arbor in potentia, in semine. Sicut igitur pater in uerbo ueritatis, generat omnia: ita in spiritu, procedente à patre & filio, perficiuntur cuncta. Replet enim spiritus, hoc est ad perfectum deducit, orbem terrarum, & omnia etiã, quæ uocis scientiam habent, omnia sunt in patre paternaliter, in filio omnia filialiter, in spiritu sancto omnia perfectionaliter. In patre habent omnia essentiam, in filio potentiã, in spiritu sancto operationẽ. Deus pater, est omnia in omnib: Deus filius, potest omnia in omnib: Deus spiritus sanctus, operatur omnia in omnib. Ab esse autem & posse, procedit operari. Operatur autẽ spiritus, perfectionem ipsius esse, in entib. perfectionem uitæ, in uiuentibus, perfectionem notitiæ, in intelligentibus. Hæc omnia operatur unus spiritus, qui est Deus benedictus, ut omnis creatura, per perfectionem propinquiùs ascendat, quantum naturæ suæ patitur conditio, ad deificationẽ, hoc est, ad quietis terminum. Quietatur autem esse umbrosum & corporeum, in uitali, uitale in intellectuali, intellectuale in ueritate, quæ Deus est: ut sic omnia entia corporea, per medium eorum quę uiuunt, & illa per intellectualia, refluant ad principium. Intellectualia autem sunt, per quæ inferiora fluunt à Deo, & refluũt ad ipsum. Vnde est natura ipsa intellectualis, secundum receptionem in descensu, uariè gradata: sicut in numero, ipse simplex numeralis descensus, denario completur. Denarius autem descensus, est initium compositi numeri, & finis simplicis, & est altera unitas. Decem igitur sunt gradus, intellectualis naturæ, & primus abstractior atcꝫ clarior, multùm in actu appræhendendi Deum, ultimus immersus umbræ corporeæ, qui & humanus dicitur, minimè in actu, sed in uirtuali potentia multùm. Et quoniam in-

http://www.obrascatolicas.com

tellectualis noſter ſpiritus, non attingit quietem, niſi intellectuali natura eum apprę-
hendat, ad quem appræhendendum, eſſe recepit intellectuale: tunc ut de uirtute po-
tentiæ ſuæ, ad actum pergere queat, ſpiritus perficiens, ipſi multa lumina præſtat.
Omnia enim quæcunq; creata ſunt, lumina quædam ei ſunt, ad actuandam uirtutem
intellectualem, ut in lumine ſic ſibi donato, ad fontem luminum pergat. Videt homo
uarias creaturas eſſe, & in ipſa uarietate illuminatur, ut ad eſſentiale lumẽ creatura-
rum pergat. Nam dum uidet aliam creaturã, ſine uitali motu eſſe, aliam uiuere, atque
aliam ratiocinari: ſtatim illuminatur, eſſentiam abſolutam creaturarum, non ſic eſſe,
aut uiuere, aut ratiocinari. Si enim uita eſſet de eſſentia creaturæ: non uiuens, creatu-
ra non eſſet. Si ratiocinari, eſſe de eſſentia creaturę lapis, aut arbor, creatura non eſſet.
Nihil igitur omnium, quæ appræhenduntur in uarietate creaturarum, de eſſentia
eſſe intelligit. Cum igitur omnis creatura, ſit aliquid contractè: eſſentia omnium, nõ
eſt aliquid omnium, ſed nihil omnium incontractè. Sic uides, ueritatem formarum.
Eſſentia igitur, nihil talium eſt. Aliquæ ſunt creaturæ magnę, aliæ paruæ, aliæ ſupe-
riores, aliæ inferiores, aliquæ fuerunt, aliquæ erunt, aliquæ hic, aliquæ alibi, & ita de
omni nominabili uarietate. Non eſt igitur eſſentia aut quanta, aut magna, aut parua,
aut in loco, aut ſuprà, aut infrà, aut in tempore præterito, aut futuro, & ita de reliquis.
Vides res multas in elemẽtatiuo genere, multas in uegetatiuo, multaſq; in ſenſitiuo
genere conuenire: & tamen genera illa, eſſe uaria. Non eſt igitur eſſentia, aliquid eo-
rum. Multas quoque uides ſpecies diuerſas, ſub generibus, ut in genere animalitatis
ſpeciem humanam, leoninã, equinam, bouinam, aſininã, & ita de cæteris. Nõ eſt igi-
tur eſſentia generis animalitatis, aliqua ſpecies omnium, ſed nulla ſpecies eorum. Vi-
des homines uarios, alium fuiſſe, alium fieri, alium iuuenem, alium ſenẽ, alium Ale-
mannum, alium Gallum, alium maſculum, alium fœmellam, alium magnum, alium
paruum, alium cæcum, alium uidentem, alium ſurdum, alium audientem, alium albũ,
aliũ nigrum, & ita de omnib. alijs: quia in omnibus, quæ ſub conſideratione cadere
poſſunt, eſt uarietas. Non eſt igitur omne ſenſibile, uiſibile, tangibile, & ſic de alijs,
de eſſentia hominis. Humanitas igitur, nihil eorum eſt, quæ in quocũque homine
poſſunt appræhendi. Sed humanitas, eſt eſſentia ſimpliciſſima, quæ genericam eſſen-
tiã ſpecificè recipit: in qua ſunt ut in ſimplici uirtute, omnia illa, quæ in uarietate ho-
minum, indiuidualiter participantur. Humanitas igitur, pater luminum hominum
uariorum eſt, & eadem eſſentia Platonis, in humanitate, eſt ſuper omnem ſenſibilem
& temporalem habitudinem, & in Platone, in habitudine ſenſibili & temporali. Et
ita quidem de omnibus. Vnde eſſentię ſenſibilium, ſunt inſenſibiliter in ſpeciebus, &
eſſentiæ ſpecificę, abſq; ſpecificatione ſunt in generibus, & ipſæ eſſentiæ genericæ,
abſq; generalitate, ſunt in abſoluta eſſentia, quæ eſt Deus benedictus. Sunt & alia lu-
mina, quæ infunduntur per diuinam illuminationẽ, q̃ ducunt intellectualẽ potentiã,
ad perfectionẽ: ſicut eſt lumen fidei, per qđ illuminatur intellectus, ut ſuper rationem
aſcendat, ad appræhenſionem ueritatis. Et quia intellectus, hoc lumine ducitur, ut cre
dat ſe poſſe attingere ueritatem, quam tamen adiutorio rationis, quæ eſt quaſi inſtru
mentum eius, attingene nequit, & ſic infirmitatem ſeu cæcitatem, ob quam baculo
rationis innitebatur, quodam conatu ſibi diuinitùs indito linquit, & per ſe incedere
poſſe: in uerbo fidei fortificatus, ducitur indubia ſpe, aſſequendi promiſſum, ex ſta-
bili fide, quod amoroſo curſu, feſtinanter appræhendit. Et hæc eſt illuminatio Apo-
ſtoli, qui abſq; hæſitatione, credentem & poſtulantem ſapientiam, conſecuturum an-
nunciat. Habet quidem uirtus noſtra intellectualis, lucis diuitias ineffabiles, in poten
tia, quas nos habere cum ſint in potentia ignoramus, quouſq; per lumen intellectua-
le in actu exiſtens, nobis pandantur, et modus eliciendi in actum, oſtendatur. Sicut in
agello pauperis, ſunt diuitiæ in potentia, quas ſi ſciuerit ibi eſſe, & modo debito quæ
ſiuerit, reperiet. Nam ibi eſt lana, & panis, et uinum, & carnes, & lac, & mel, & cætera,
quæ optat: & non uidet oculo, ſed ipſa ratio, illi lumen reuelationis præbet, ut ſciat il
la ibi eſſe, & quomodo per ouiculam lanam, per buculam quoque lac, per uitem ui-
num, per frumentum autem panem eliciat. Et uarij experti agricolæ, ei lumen do ctri-
næ ad

næ ad benè excolendum agrum, manifeſtant. In quorum lumine pergit fide, & ſic
conſequitur fructum uitæ ſenſibilis. Tali quoque ſimilitudine, in potẽtia intellectua
lis agri, ſunt omnia illa, quæ uitam præſtant intellectualem, dummodo rectè colatur,
& uirtutes eius, debitis exercitationibus & modis exprimantur, & pro eius cultura,
uariæ nobis illumininationes tradita reperiuntur, per eos, qui huic intellectuali cul-
turæ, ualdè diligenter inuigilarunt. Sicuti uiri uirtutibus dediti, qui umbras mundi
huius linquentes, & mentali luci incumbentes, per quos daror luminum, nobis reue-
lauit theſaurum abſconditum, & modum cuſtodiendi agrum, & leges & prȩcepta, at
que extirpandi herbas noxias, non facientes fructum uitæ, ſed impedientes & morti
ficantes fœcunditatem, & excolendi atque plantandi arborem uitæ, in ipſo, & Philo
ſophi, Moyſes, Prophetæ, & uiri Apoſtolici. Sed uerbum omnium illorum, lumẽ eſt
receptum, in deſcenſu uerbi abſoluti, & non fuit ipſum uerbum, quod eſt ipſum lumẽ
infinitum patris, quouſq; uerbum ipſum, abſq; contractione, ſe ſenſibiliter in domi-
no noſtro Ieſu Chriſto, oſtenderet. In hoc enim uerbo ueritatis, geniti ſumus filij lu-
cis: quoniam diuitias gloriæ, regni æterni, in nobis ac intrà nos eſſe reuelauit, & in-
tellectualem immortalitatem aſſequi docuit, per mortificationem mundi ſenſibi-
lis, & ſeipſum nobis manifectum fecit: ut in ſuo lumine, qui uerbum caro factum
eſt, paternum lumen uitæ noſtræ, appræhendamus. Quoniam ipſe paternum lumen,
illuminans omnem hominem, et adiplẽs lumine ſuo, id quod nobis deeſt, ad aſſequen
dum quietis uitam delectabiliſsimam, in ipſo, & per ipſum, qui eſt in ſæcula bene-
dictus, Amen. Deo gratias.

Libri, de Dato Patris luminum, Finis.

Libellus Reuerendiſſ. Patris Domini Nicolai de Cuſa, præsbyteri Cardinalis. ti. ſancti Petri ad uincula, de quærendo Deum. Anno Domini, M. CCCC. XLV. Moguntiæ compilatus, incipit feliciter.

DEſiderio tuo pro uirili ſatisfacturus, frater in Chriſto meritò uenerande, nunc id quod uulgò in Epiphanijs niſus ſum explanare, circa nominis Dei rationem, breuiter clarè in ſcriptis repetere attentabo, ut meditatio utriuſq; noſtrũ incitetur, & intellectuali aſcenſu, ſenſim de luce in lucẽ transformetur interior homo, quouſq; in agnitionem clarã, per lumen gloriæ intret in gaudium Domini ſui. Primò quidem frater optime, benè attendiſti Paulum qui ad tertium uſq; cœlum, ad arcanorũ, cõſpectionem, ſe raptum fatetur, dum his uiris qui Athenis tunc, in nominatiſsimo ſtudio Philoſophiæ uacabant, ueritatem prædicaret, in Ariopago, in themate præmiſiſſe, Deum ignotum, cui aram, gentiles ipſi conſecrauerant, uelle ipſis euãgelizare. Et dum ad huius rei explicationem pergeret, præmiſit, quomodo Deus in uno homine, omnes creaſſet, & definitum tempus, in hoc mundo indulſiſſet, ut Deum quærerent, ſi forte ipſam poſſent attractare & inuenire: adiiciens, cuius non longè abſit à quoq;, quoniã in ipſo ſumꝰ, uiuimus, et mouemur. Deinde redarguẽs idololatriã: ſubiungit, in cogitatione hominis, nihil ſimile eſſe poſſe. Admiror ego, quoties actus Apoſtolorum lego, hunc proceſſum. Voluit enim patefacere Paulus Philoſophis, ignorum Deum, quem poſtea nullo intellectu humano, concipi poſſe affirmat. In hoc igitur patefit Deus: quia ſcitur, omnem intellectum, ad ipſius figurationem & conceptum, minorem. Sed ipſum nominat Deum, ſeu Θεόν Græcè. Si igitur homo, ad hoc ingreſſus eſt hunc mundum, ut Deum quærat, & inuento adhæreat, & adhærendo quieſcat, & cum quærere ipſum non poſſit homo, & attractare in hoc mundo ſenſibili & corporali, cum Deus potius ſpiritus ſit quàm corpus, & non poſſit in abſtractione intellectuali attingi, cum nihil ſimile Deo concipere queat, ut ait: quomo-

http://www.obrascatolicas.com

do igitur quæri poteſt, ut inueniatur? Certè niſi hic mundus ſeruiret quærenti, in uanum miſſus eſſet homo ad mundum, ob finem quærendi ipſum. Oportet igitur hunc mundum præſtare adminiculum quærenti, & oportet ſcire quærentem, quod nec in mundo, nec in omni eo, quod homo concipit, eſt quicq̃ ſimile ei. Nunc uideamus, an nobis nomen Θεός ſeu Deus, adminiculum præſtet ad iſta. Non eſt enim nomen ipſum Θεός nomen Dei, qui excellit omnem conceptum: id enim quod concipi nequit, ineffabile remanet. Effari enim, eſt conceptum intrinſecum, ad extrà fari, uocalibus aut alijs figuralibus ſignis: cuius igitur ſimilitudo non concipitur, nomen ignoratur. Non eſt igitur Θεός nomen Dei, niſi ut quæritur ab homine in hoc mundo. Quærens igitur Deum, attentè conſideret, quomodo in hoc nomine Θεός, uia quædam quærendi complicetur, in qua Deus inuenitur, ut poſſit attrectari, Θεός dicitur, à θεωρέω ſiue θέω, quod eſt uideo, & curro: currere igitur debet, quærens per uiſum, ut ad omnia uidentem Θεόν, pertingere poſſit. Gerit igitur ſimilitudinem uiæ, per quam quærens incedere debet. Oportet igitur, ut naturam ſenſibilis uiſionis, ante oculum uiſionis intellectualis, dilatemus, & ſcalam aſcenſus, ex ea fabricemus. Viſio noſtra, ex quodam ſpiritu lucido & claro, de ſummitate cerebri, in organum oculi deſcẽdente, & obiecto colorato in ipſum, ſpecies ſimilitudinis eius multiplicãte, concurrente luce extrinſeca generatur. In regione igitur uiſibilium, nõ niſi color reperitur. Viſus autem de regione uiſibililum non eſt, ſed ſuprà omnia uiſibilia conſtitutus. Non habet igitur uiſus colorem: quia non eſt de regione colorum. Et ut poſſit uidere omnem colorem, non eſt contractus ad aliquem: & ut iudicium ſuum ſit uerum & liberum, non plus habet de uno colore, quàm de alio: et ut potẽtia ſua, ſit ad omnes colores, per nullum colorem eſt reſtrictus: impermixtus enim eſt uiſus per colores, ut uera ſit uiſio eius. Exprimento autem cõprobamus, per medium coloratum, ut uitrum aut lapidẽ trãſparentẽ, aut aliud, uiſum decipi. Adeò igitur uiſus eſt purus, abſq̃ omne macula uiſibilium, quod omnia uiſibilia, in eius comparatione tenebræ quædam ſunt, & corporalis quodammodo craſſitudo, in comparatione ad ſpiritum uiſionis. Sed dum uiſibilium mundum intuemur per intellectum, & quærimus, an notitia uiſus in eo reperiatur: omnis ille coloris mundus uiſum ignorabit, cum nihil non coloratum attingat. Et ſi dixerimus, uiſum eſſe, & non eſſe coloratum: dum de hoc mundus uiſibiliũ figuram ſimilitudinis, facere uoluerit, non reperiet, in omni conceptu ſuo ſimile uiſui, cum ſuus conceptus, ſine colore eſſe non poſsit. Et cum infrà ambitum regionis ſuę, ipſum non reperiat, neq̃ ſimile & configurabile ei: non poteſt attingere ipſum, imò nec poteſt attingere, uiſum eſſe aliquid, cum extrà colorem non attingat aliq̃d, ſed iudicet omne non coloratum, non eſſe aliquid. Nullum igitur nomen, omnium nominum, quæ nominari poſſunt, in ea regione, uiſui conuenit. Nec enim albedinis nomen, nec nigredinis, nec omnium mixtorum colorum: quoniã nec albedinis, et nõ albedinis copulatiuè, nec nigredinis et non nigredinis copulatiuè. Siue igitur omnia nomina regionis, ſingulariter notet diſiunctiuè, ſiue contrariorum colorum nomina copulatiuè, ſiue omnium nominum nominabilium, copulationem reſpiciat: nihil attingit de nomine & eſſentia uiſus. Quod ſi dixerit quis, cum color non ſit diſcretus, & cognitus à ſe, ſed à cauſa altiori, ſcilicet à uiſu, et rogauerit omnia uiſibilia, an hoc etiam uerum ſit, & quomodo concipiant cauſam illam: reſpondebunt, prępoſitum illum, qui dedit eis hoc nomen, uti eſt uiſus, eſſe quid optimum atq̃ pulcherrimum, ſecundùm omne id, quod concipi poteſt. Et etiam dum ad conceptum ſe parant illius optimi atq̃ pulcherrimi, ad colorem redeunt: ſine quo, cõceptũ fabricare nequeunt. Quapropter dicũt, ipſum pulchriorem eſſe, q̃ colorem album, etiam quẽcunq̃: quia non ſit color albus, in aliqua regione coloris adeò pulcher: quin poſsit eſſe pulchrior, atq̃ adeò lucidus & reſplendens, quin etiam poſſit eſſe lucidior & ſplendidior. Vnde uiſibilia omnia, non aſſererent regem ſuũ, aliquem colorẽ regionis, qui actu eſt inter uiſibilia regionis: ſed dicerẽt, ipſum eſſe ultimum potẽtię pulchritudinis, lucidiſſimi, atq̃ perfectiſsimi coloris. Talia frater, atq̃ etiã plura alia ſimilia, ueriſsima atq̃ certiſſima cõſpicis. Aſcende igitur, de uiſu ad auditum, per cõſimilem habitudinẽ, & etiã ad

ad guſtũ, odoratũ, atq̃ tactum. Deinde ad ſenſum cõmunẽ, qui eſt poſitus ſuper omnẽ ſenſum: ſicut auditus, poſitus eſt ſuper audibilia, guſtus ſuper guſtibilia, olfactus ſuper odorabilia, tactus ſup tãgibilia. Deide uerò altius ad itellectũ perge, qui eſt ſup oĩa itelligbilia, quę etiã ſunt ſup oĩa rationabilia. Rationabilia autẽ, p itellectũ apprę hẽdũtur, ſed non reperiẽ in regione rationabiliũ, itellectus, cũ itellect9 ſtitut oculus, et rationabila ut colores. Et ſi uis extẽdere te in tua cõſideratiõe, ut bene apprẽhẽdas, quõodo itellect9 ut uiſ9 liber. ſ. iudex uer9 & ſimplex, oĩm rationũ, in q̃ nõ eſt pmixtio ſpecierũ rationũ, ut ſit clarũ iudiciũ intuitiuũ rationũ, in uarietate regiõis rationũ. Iudicat emitellect9, hãc rationẽ neceſſariã, hãc poſsibilẽ, hãc cõtingẽtẽ, hanc impoſſibilẽ, hãc demõſtratiuã, hãc ſophiſticam & apparentẽ, hãc topicã, & ita de reliqs: ut uiſus iudicat hũc colorẽ albũ, hũc non albũ ſed nigrũ, hunc pl9 albũ q̃ nigrũ, & ita de cæteris. Et non attingiẽ in omni regiõe rationũ, intellect9: ſed dũ ipm ſuũ regẽ, prępoſitũ, & iudicẽ uoluerit figurare: mũdus ſeu uniuerſitas rationũ, ipſum terminũ ſeu ultimatẽ perfectiõis, dicit eſſe. Sed intellectuales naturę, pariformiter nõ poſſunt negare, regẽ ſibi pręponi. Et uti uiſibiles naturæ, ſuũ regẽ ſibi prępoſitũ, aſſerũt ultimatẽ oĩs uiſibilis pfectiõis: ſic intellectuales naturę, q̃ ſunt naturę ueri, affirmãt, regẽ ſuũ eẽ ultimatẽ oĩs perfectiõis ituitiuę oĩm, te hũc nominãt Θεόν, ſeu Deũ: q̃ſi ſpeculationẽ ſeu intuitionẽ ipſã, in ſuo cõplemẽto pfectiõis, oĩa uidẽdi. Nihil tamẽ tota ĩ regiõe intellectualiũ uirtutũ reperiẽ, cui ſimilis ſit rex ipſe, neq̃ cadit in omni regiõe intellectuali, cõcept9 ſimilitudinis eius: ſed eſt ſuprà omne, q̃ cõcipiẽ & intelligiẽ, cuj9 nomẽ nõ eſt inteligibile, licet ſit nomẽ, omnia intelligibilia nominãs et diſcernẽs. Et ei us natura, eſt intellectualẽ omnẽ ſapiẽtiã, per infinitũ altitudine, ſimplicitate, uirtute, potẽtia, pluchritudine, et bonitate antecedẽs: cũ omne intellectualẽ naturã inhabitãs ſit eius cõparatiõe umbra, & uacuitas potẽtiæ, craſſities, & paruitas ſapiẽtiæ, et ſic de infinitis ſimilib. modis. Poteris ita q̃ currere in hac uia, per quã inueniẽ Deus, ſuper omnẽ uiſũ, auditũ, guſtũ, tactũ, odoratũ, affatũ, ſenſum, rationẽ, & intellectũ. Inueniẽ quidẽ nullũ horũ, ſed ſuper omnia ipſũ Deũ Deorũ eſſe, & regẽ regũ omniũ. Rex emi mũdi intellectualis, eſt rex regũ, & domin9 dominãtiũ in uniuerſo: nã eſt rex intellectualis naturæ, quæ eſt regnũ habẽs in rationali. Quæ quidẽ rationalis, regnat in ſenſuali, & ſenſualis, in mũdo ſenſibiliũ, cui reges prę ſunt: uiſ9, audit9, guſtus, tact9, odorat9. Oẽs iſti reges, ſunt diſcernẽtes ſpeculãtes, ſeu theorizãtes, uſq̃ ad regẽ regũ, & dominũ dominãtiũ, qui eſt ipſa ſpeculatio, & ipſe Θεόν, ſeu De9, in ſua poteſtate oẽs reges habẽs, à quo habẽt oẽs reges, id q̃ habẽt, potẽtatũ, pulchritudinẽ, entitatẽ, amœnitatẽ, lętitiã, uitã, & omne bonũ. Vnde in regno ſũmi atq̃ maximi regis, omnis decor uiſibiliũ formarũ, uarietas colorũ, ꝓportio grata, reſplẽdentia carbũcularis, gramínea uiriditas, fulgor auri, & quicquid uiſum delectat, & in quo uiſus, q̃ſi in theſauro regni ſui, quieſcẽdo delectẽ: in curia magni regis pro nihilo habẽtur, cũ ſint de infimis ſtramẽtis curiæ. Sic quidẽ uocũ omniũ cõcordans reſonãtia, atq̃ dulcis illa harmonia in regno, auditus omniũ inſtrumẽtorũ, inenarrabilis uarietas, melodiæ illæ aureorum organorum, Syrenici, philomeniciq̃ cantus, & alię omnes exquiſitę diuitię regis regni auditus: fœces quædã ſunt, pauimento adhærentes, in curia maximi atq̃ optimi regis regũ. Sic quidem omne dulce, & ſtipticum, & guſtui gratum, tantorum Paradiſiacorum pomorum, & fructuũ ſapidiſsimorum, & uuarum Engaddi, uini Cyprici, mellis Atici, frumenti & olei, & omne quod India, & cunctus hic mundus, nemora & aquę refectioni præſtant, & guſtui offerunt: parui momenti ſunt, in aula illi9 potẽtiſsimi principis orbis. Necq̃ odores unguentorum, thuris & myrrhæ, muſci, & omne redolẽs regnũ odoratus inhabitans: preciosi aliquid habet, in ipſo magno regis altiſsimi palatio. Minus adhuc omne id, quod lęuitate ſua tactũ delectat. Regis enim tactus, latum uidetur, atq̃ per orbem extenſum regnũ: ſed uix aliquod pũctũ quidem penè inſenſibile eſt, reſpectu regni, principantis uniuerſo. Magnus uidetur rex ipſe, qui his iam dictis regibus imperat, & cuius ipſi uaſalli ſunt, qui eſt ſenſus communis, in potentatu ſuo, omnem iam dictorum complicans poteſtatem, ſed ſeruus emptitius, & infimus quidam miniſter, in regno regis omnia uidentis, & continen-

http://www.obrascatolicas.com

tis. Per incõparabilẽ altitudinem intellectualis natura, regnum ſuprà omnia iam dicta, ſortita eſt, à cuius uirtute dependẽt regna omnia prænominata, & prænarrata, & quibus dominanter præeſt. Sed intellectualis naturæ reges, de familia ſunt maximi ducis, & gaudent aſcribi militiæ eius, neq; aliud optant, quam poſſe adipiſci, gradum quemcunq; in aula dominatoris, in quo poſsint intuitione intellectuali refici, ab eo qui Θεός dicitur. Et omnia quæ inuniuerſis prænarratis regnis ſunt, nihil curant, ſicut & nihil ſunt, in comparatione boni, quod cognoſcunt in principe ſuo, in quo omnia ſunt in complemento & in ſe, diuinè, & ſuper quàm optimè, quæ in aliis regib. nõ ſolum imperfectè & extrà ſe, & in umbra ſeu imagine, ſed diſtantia in cõparabili & ĩproportiõabili, cõtracta reperiũtur. Color igitur, quiin uiſibili regno per uiſum ſentitur, non uidet, ſed tantũ eſt uiſibilis. Non habet uitã, & motum uitalem, neq; perfectionẽ habet, ſcilicet ſtirpeæ uegetationis, aut ſubſiſtentis formę: ſed ſenſus, qui ſunt in regno ſenſus communis, uti ſunt ſenſus particulares habẽt naturã intrà ſe, ſenſibilis mundi formã cõplicãdi, in uitalitate, & cognitiõe ſenſibilis ſpiritus Nõ igitur minus in regno ſenſuũ, q̃ in regno ſenſibiliũ: ſed id omne, qđ eſt in regno ſenſibiliũ explicatè, eſt uigoroſiori modo, cõplicitè & uitaliter, atq; pfectiori modo, in regno ſenſuũ. Quieſcit em̃ ſenſibiliũ regnũ, ĩ ipſis. Sic ea q̃ de regno ſẽſus ſunt, multo clariori atq; perfectiori modo ſũt, in regno, ubi ſunt ĩtellectualiter. Color. n. in eẽ ĩtellectuali regni ĩtellectualis, incorruptibilẽ naturã habẽs: differt perfectione, à colore ſenſibilis mũdi, ſicut perpetuũ à corruptibili, & uita ĩtellectualis à morte, & lux ab umbra. Sed ĩ regno Cũctipotẽtis, ubi regnũ eſt rex, ubi oĩa q̃ in omnib. regnis rex ipe, ubi color non eſt color ſenſibilis, aut intellectualis, ſed diuinalis, imò Deus ipſe, ubi omnia motu & uita carentia in ſenſibili mundo, & omnia uitam uegetatiuam, rationalem aut intellectualem habentia, ſunt ipſa diuina uita, quæ eſt ipſa immortalitas, quam ſolus inhabitat Deus, & in ipſo omnia ipſe: ibi eſt lętitia omnium gaudiorum, quæ oculis, auribus, guſtu, tactu, odoratu, ſenſu, uita, motu, ratione, & intelligentia hauriuntur, lætitia infinita, diuina & inexpreſsibilis, & quies omnis lætitiæ & delectationis. Quia ipſe eſt Θεός Deus, ſpeculatio, & curſus qui omnia uidet, in omnibus eſt, per omnia diſcurrit, ad ipſum omnia reſpiciunt, ut ad regem, ad iuſſum eius, omnia mouentur & diſcurrunt, & omnis curſus ad finem quietis, eſt ad ipſum. Igitur omne, Θεός: qui eſt principium effluxus, mediũ in quo mouemur, & finis refluxus. Hac igitur uia, frater mi, ſtude diligentiſsima ſpeculatione, quærere Deum: quoniam non poteſt nõ reperiri, ſi rectè quæritur, qui ubiq; eſt. Et tunc rectè quæritur, ſecũdum nomen ſuũ in finem, ut ſecundũ nomen eius, ſit & laus eius, uſq; ad fines potentiæ, terreæ naturæ noſtræ. Sed iam amplius, ad ſecundam quæſtionis particulam, nos conuertentes, uideamus, quonam modo ducemur, ad ſcalarẽ aſcenſum, theoriæ dictæ, cum ad ignotum penitus, non moueamur, & ut idipſum inquiramus, ad uiſum reſpiciamus. Primò quidem ad hoc, ut uiſus depræhendat uiſibile diſcretè: lumen duplex cõcurrit. Nam non eſt ſpiritus uiſionis, qui nomen imponit coloribus. ſed ſpiritus patris eius, qui in eo eſt, Spiritus enim qui per opticas uenas, in oculum à cerebro deſcẽdit, offenditur obuiatione ſpeciei obiecti, & confuſa ſenſatio exoritur. Admiratur uirtus animalis de ſenſatione, & intendit ut diſcernat. Non igitur diſcernit ſpiritus, qui in oculo eſt, ſed in ipſo, ſpiritus altior operatur diſcretionem. Hoc quidem in nobis quotidiano experimento uerum experimur. Prætereuntes enim, quorum ſpecies in oculum multiplicatæ ſunt, ſæpè non depræhendimus, dũ attenti ad alia, non aduertimus, & pluribus loquẽtibus nobis, illum tantum intelligimus, ubi noſtra eſt attentio. Hoc quidẽ nobis id uerum oſtendit, quoniã lumine altiori, ipſius ſcilicet rationis, ſpiritus qui in ſenſu eſt, attingit actiuitatis ſuæ operationem. Cum igitur oculus dicit, hoc eſſe rubrum, hoc eſſe cęſium: non loquitur oculus, ſed in ipſo loquitur ſpiritus patris ſui, hic ſcilicet ſpiritus animalis, cuius eſt hic oculus. Neq; adhuc propterea color uiſibilis eſt, etiã ſi aſſiſtit attentio, uidere uolẽtis: oportet enim, quod alio lumine ipſum uiſibile illuminãtis, uiſibile fiat. In umbra enim et tenebris, uiſibile nõ habet aptitudinẽ ut uideaſ, adaptatio eius ſit p lumen, quod ipſum illuminat. Sicut igitur uiſibile, non eſt aptum

aptũ ut uideatur, niſi in lumine, quoniam per ſe, non poteſt ſe ingerere in oculũ: hinc opus habet ut illuminetur: quoniã lumẽ illius eſt naturæ, quod per ſe ingeritur in oculum. Tunc igitur uiſibile ſe ingerere poteſt in oculum, quãdo eſt in lumine, cuius uis eſt, ſeipſum ingerendi. Color autẽ in lumine, nõ eſt ut in alio, ſed ut in principio ſuo: quoniã nõ eſt color, niſi terminꝰ lucis ĩ diaphano, ut in iride experimur: ſecũdũ enim quod radius Solis in nube aquoſa, aliter & aliter terminatur, alius & alius generatur color. Vnde manifeſtum, eſt, colorem in ſuo principio, ſcilicet in luce, eſſe uiſibilem: quoniã lux extrinſeca, & ſpiritus uiſiuꝰ, in claritate communicãt. Hinc lux illa, quæ illuminat uiſibile ad cõparem lucem, ſe ingerit, & adducit coloris ſpeciẽ uiſui obiectam. Ex his frater, para tibi curſum quærendi, quomodo ignotus Deus præſtat omne id, per quod ad ipſum mouemur. Nam etſi iam clarè tibi cõſtet, ſpiritum animalis, in ſpiritu oculi diſcernere, & lumen facere uiſibile, aptum ut uideatur: non tamen uiſus, uel ſpiritum ipſum, uel lumen depræhendit. Lumen enim illud, non eſt de regione colorum, cum non ſit coloratum. In omni igitur regione, ubi oculus principatur, nõ reperitur. Ignotum eſt igitur lumen illud oculo, & tamen eſt delectabile uiſui. Sicut igitur ratio diſcretiua eſt, quæ in oculo diſcernit uiſibilia: ita intellectualis ſpiritus eſt, qui in ratione intelligit, & diuinus ſpiritus eſt, qui illuminat intellectum. Lumen autẽ diſcretiuum animale in oculo, aure, lingua, naribus, & neruo, in quo tactus uiget: eſt lumẽ unum, uariẽ receptum, in uariis organis, ut ſecundùm uarietatem organorum, uariẽ diſcernat ea, quæ ſunt ſenſibilis mundi. Et lumen ipſum eſt principium, mediũ, & finis ſenſuũ: quoniam non ſunt ſenſus, niſi ad finem diſcretionis ſenſibiliũ, neq; ſunt ab alio, q̃ ab illo ſpiritu, neq; in alio mouentur. In ipſo etiam, uiuunt ſenſus omnes: uita enim uiſus, eſt uidere, & auris uita, eſt audire, & quantò hæc uita eſt perfectior, tantò eſt diſcretior. Viſus enim qui perfectius diſcernit uiſibile, perfectior eſt, ita de auditu. Vita igitur & perfectio, lætitia & quies, & quicquid deſiderant omnes ſenſus: in ſpiritu diſcretiuo eſt, & ab illo habent omne id quod habent, & dum inficiuntur organa, & deficit in ipſis uita, in actiuitate: non deficit in ſpiritu diſcretiuo, à quo illã uitã, ſublata macula aut infirmitate, recipiũt. Pari quidẽ modo, de ĩtellectu idipſũ cõcipe, qui lumen eſt rationis diſcretiuę, & ab illo te eleua in Deum, qui lumẽ eſt intellectus. Et dũ ſic curris, per id qđ in uiſu cõpertũ eſt, cõperies, quomodo Deus noſter in ſæcula benedictus, ita eſt omne id, qđ eſt ĩ quolibet qđ eſt, ſicut lumẽ diſcretiuũ in ſenſib. & intellectuale in rationibus, ac qđ ipſe eſt à quo creatura habet id quod eſt, & uitam, & motum: & in lumine ipſius eſt omnis cognitio noſtra, ut nos nõ ſimus illi, q̃ cognoſcimꝰ, ſed potius ipſe in nobis. Et cũ ad cognitionẽ ipſius aſcẽdimus, quamuis ipſe ſit ignotus nobis, nõ niſi in lumine eius, quod ſe ingerit in ſpiritum noſtrum, mouemur, ut in lumine ſuo ad ipſum pergamus. Sicut igitur ab ipſo dependet eſſe, ita & cognoſci: quemadmodum à luce corporea, dependet eſſe coloris, ita & ab ipſa luce dependet cognitio coloris, ut præmiſimus. Aduertendum igitur, quoniam mirabilis Deus in operibus ſuis, creauit lucem, quæ ſimplicitate ſua, excellit cætera corporalia, ut ſit mediũ, inter ſpiritualem naturam et corporalem: per quam corporalis hic mundus, tanquàm per ſuum ſimplex, aſcendat in ſpiritualem mundũ. Defert enim figuras in uiſum, ut ſic ad rationem & intellectum, forma ſenſibilis mũdi aſcẽdat, & per intellectũ, in Deo finem attingat. Ita quidẽ & in eſſe prodijt mũdus ipſe, ut corporalis hic mundus, participatione lucis hoc ſit, quod eſt. Et tantò res corporales, in genere corporeo, perfectiores cenſeantur: quantò plus lucis participant, ut gradatim in elementis experimur. Sic quidẽ creatura, quæ ſpiritum uitæ haber, tantò eſt perfectior, quãtò plus luminis uitæ, participat. Sic creatura uitæ intellectualis, tantò perfectior, quãtò plus intellectualis luminis uitæ, participat. Deus autẽ eſt imparticipabilis, & infinita lux, lucens in omnib. uti lux diſcretiua in ſenſibus. Varia autẽ, imparticipabilis & impermiſcibilis lucis terminatio, uariam oſtendit creaturã: uti lucis corporalis terminatio una, in diaphano, uariũ oſtendit colorem, licet ĩpermiſcibilis remaneat lux ipſa. Ex his frater nõ ambigo, clarè te pergere poſſe, ut appræhẽdas: quod ſicut color non eſt uiſibilis, niſi medio luminis, hoc eſt quidem dicere, quod ſicut color non poteſt aſ-

http://www.obrascatolicas.com

cendere ad quietem,& ad finẽ ſuum, niſi in lumine principij ſui:ita quidem noſtra natura intellectualis, non poteſt ad fœlicitatem quietis attingere, niſi in lumine principij ſui ĩtellectualis. Et ſicut uiſ9 nõ diſcernit,ſed in eo diſcernit ſpirit9 diſcretiu9: ita in noſtro intellectu,illuminato diuino lumine principij ſui,p aptitudine ut intrare poſſit, nõ nos intelligem9,aut uita intellectuali uiuem9 nos,ſed in nobis uiuet Deus, uita infinita. Et hęc eſt illa felicitas ęterna,ubi in unitate ſtrictiſſima,ita in nobis uiuit æterna ĩtellectualis uita,omnẽ conceptũ,creaturarum uiuentiũ,inexpreſſibili lætitia præcellens,ſicut in ſenſibus noſtris perfectiſſimis,uiuit ratio diſcretiua, & in ratione clariſsima,uiuit intellectus. Iam palã nobis eſt,quod ad ignotum Deum attrahimur, per motum luminis gratiæ eius, qui aliter depræhendi nequit, niſi ſeipſum oſtendat, & q quæri uult,& quærentib,lumẽ dare,ſine quo ipſum querere nequeũt, uult queri, uult & appræhendi:qa uult quærentib.aperire,& ſeipſum manifeſtare. Quæritur igitur,cum deſiderio appræhẽdendi, & tunc quæritur theoricè,cũ curſu, ducẽte curretem ad quietem motus,quando cum maximo deſiderio quæritur. Vnde non aliter rectè ambulatur ad ſapientiam attingendam, niſi per deſiderium maximum quæratur. Et dum ſic quæritur, per rectã uiam quæritur, ubi indubiè inuenietur, per oſtenſionẽ ſui ipſius. Necꝫ eſt alia uia ulla dara nobis,cꝫ illa, necꝫ alia in omni doctrina ſanctorũ, qui ſapientiam attigerunt, nobis relicta eſt. Propterea illi qui ſuperbi, qui præſumptuoſi,qui ſibiipſis ſunt ſapientes,qui fuerunt in ſuo ingenio cõfidentes,qui ſe ſimiles putabant eſſe altiſſimo, in aſcenſu ſuperbo qui ſe erexerunt ad ſcientiam Deorũ: hi omnes errauerunt. Quoniam hi tales,præcluſerunt ſibi uiam ad ſapientiam,quando non putabant aliam eſſe, quám illam,quam ſuo intellectu menſurabant,& defecerunt in uanitatibus ſuis, & lignum ſcientiæ amplexi ſunt,& lignum uitæ non appræhenderũt. Nõ igitur fuit Philoſophorũ finis, qui Deũ non honorauerunt, aliũ: cꝫ perire in uanitatib ſuis Sed illi qui dixerunt,non poſſe attingere ſapientiam, & uitam intellectualem perennẽ, niſi daretur dono gratiæ, ac quod tãta eſſet bonitas Dei cunctipotentis, quod exaudiret inuocantes nomen ſuum:ſalui facti ſunt. Facti ſunt igitur humiles,ſe confitentes ignorantes, & uitam ſuam, ut deſiderantes ſapientiam æternã,inſtituerunt Et hæc eſt uita ſtudioſorum, in deſiderio alterius uitæ pergentiũ, quæ à ſanctis cõmendatur. Necꝫ alia eſt ſanctorum ,pphetarũ,aut eorum, qui gratiã luminis diuini,in hac uita ſortiti ſunt traditio:cꝫ quod accedere uolẽs,ad uitam intellectualẽ,& diuinã ſapientiã immortalẽ, primũ credere habet,quoniã Deus eſt, & ipſe dator omniũ optimorũ, in cuius timore eſt uiuendũ, & amore pergendum, à quo cũ omni humilitate,eſt uita ipſa immortalis petẽda, & omnia quæ ad ipſam ordinãt, ut aſſequi ualeat,cum ſumma religione, & ſinceriſſimo cultu,amplectẽda. Vides nũc frater,quãcunꝫ uirtutẽ non iuſtificare nos,ut meritò hoc excellẽſſimũ donũ aſſequamur, necꝫ cultum, necꝫ legẽ, necꝫ diſciplinam: ſed uirtuoſitas uitæ, obſeruantia mandatorũ, deuotio ſenſibilis, mortificatio carnis, cõtemptus mũdi, & cætera huiuſmodi,cõcomitantẽ rectè, quærentem diuinã uitã, & æternã ſapientiam: quæ ſi nõ adſint quærenti, non eũ eſſe in uita,ſed extra ipſam, manifeſtum eſt. Signa autem,quib quẽ piã nõ in deuio,ſed in uia eſſe: ex operib.concomitantibus, rectè pergentem,haurire poſſumus. Qui enim ſummo deſiderio appetit,æternã ſapientiã appræhẽdere, nihil ei pręponit in amore:illã offendere timet, omnia eius cõparatione nihil eſſe affirmat, & illa oĩa,ut nihilũ habet, & ſpernit & ut placeat ſapiẽtiæ amatæ,oẽ ſtudiũ ſuũ adaptat:ſciẽs nõ poſſe placere ei,ſi alteri corruptibili,prudẽtiæ mũdi,aut ſenſibili delectationi inhæſerit. Hinc omnia linquẽs, expeditè in feruore amoris feſtinat: ſicut ceruus fontem aquarũ deſiderat,ita anima illa Deũ. Tũc quidem non ex operib. quæ feceri-
mus,meremur incõparabilẽ theſaurum gloriæ: ſed diligentes ſe diligit, quia charitas & amor eſt,& donat ſeipſum animæ,ut eo optimo bono,in æuũ fruatur. Vides nunc frater,ad quid in hunc mundũ intraſti,ut in exordio pręmiſimus,ſcilicet,ut Deũ quęras. Vides quod ὁδός dicit quærẽtib.quomodo ipſum quærere potes uia quadã, quæ p teipſum ſi trita fuerit,tua erit uia, tibicꝫ notior:in qua delectaberis,ob eius amœnitatẽ,& fœcũditatem fructuũ,qui circa ipſam reperient. Exerceas te igit, multiplica-

tis

tis actib.& theoricis aſcẽſionib,& paſcua inuenies adaugẽtia,& cõfortantia te in itinere,& te indies magis,magiſcꝫ in deſiderio inflãmantia. Nam noſter ſpiritus intellectualis, uirtutẽ ignis in ſe habet:miſſus eſt enim à Deo in terrã, non ob aliud, niſi ut ardeat,& creſcat in flãmã. Tũc creſcit,quãdo excitatur admiratione:quaſi uti uentus, inſufflans in igne,excitat potẽtiã ad actum. Appræhenſione qdẽ operũ Dei,admiramur de ęterna ſapientia, incitamurcꝫ uento extrinſeco operũ, & creaturarũ tã uariarum,uirtutum & operationũ: ut deſiderium noſtrũ, creſcat in amorẽ creatoris, & ad intuitionẽ ſapientię illius,quæ omnia mirabiliter ordinauit. Dum enim aduertimus, ad granũ minimũ ſinapis, & eius uirtutem, & potentiã eius, oculo intellectus intuemur:ueſtigium reperimus,ut excitemur,in admirationẽ Dei noſtri. Nam cũ tãm parũ ſit corpore,uis tamen eius eſt ſine termino, in eo granulo eſt arbor magna, cũ foliis & ramuſculis, & alia grana multa,in quib. ſimiliter eadẽ eſt uirtus, ſuprà omnem numerũ. Ita quidẽ uideo in intellectu uirtutẽ grani ſinapis, ſi explicari actu deberet, nõ ſufficere hunc ſenſibilẽ mundũ, imò nec decem, imò nec mille, imò nec tot mundos,quot numerari poſſent. Quis non admirabitur hæc reuoluens, dum addit intellectum hominis,omnem hanc poteſtatẽ grani ambire,& apprehẽdere hoc uerũ,atcꝫ ſic excellere in ſua apprehẽſione,capacitatẽ omnem omnis ſenſibilis mundi,& non huius unius,ſed infinitorũ mundorũ? Et ita ambit uis noſtra intellectiua,omnẽ naturã corporaralẽ,& menſurabilẽ. Quanta eſt igitur magnitudo in intellectu noſtro? ſi igitur punctalis magnitudo intellectualis ſpiritus,ambit per infinitum capacior, omnẽ poſsibilẽ magnitudinẽ, ſenſibilem & corporalẽ: cꝫ magnus eſt tunc Dominus? & cꝫ laudabilis,cuius magnitudo p infinitum excellẽtior eſt, magnitudine intellectualis? et cũ hoc cum tantus ſit,omnia cõparatione eius nihil ſunt, et in ipſo,nihil poſſunt aliud eſſe,cꝫ ipſe Deus,in ſæcula benedictus. Deinde quidẽ per ſimiles aſcenſus, de uirtute grani milij, aſcẽdere poteris,pariformiter de uirtute omniũ ſeminũ uegetabiliũ, & aĩaliũ:& nullius ſeminis uirtus, minor eſt uirtute ſeminis ſinapis, & infinita ſunt ſemina talia. O quantus eſt Deus noſter, qui eſt actus omnis potentiæ: quoniã eſt finis omnis potentiæ:non potentiæ cõtractæ,ad granũ ſinapis, aut milij,aut grani frumẽti,aut Adæ patris noſtri,aut aliorũ, & ita in infinitum: ſed quia in ipſis omnib. eſt uirtus & potentia immẽſurabilis,ſecundũ genus ſuũ cõtracta,tunc in Deo, abſcꝫ cõtractione,eſt potentia abſoluta,quę eſt & actus infinitus. Quis non duceretur,in ſtuporẽ admirationis,Dei uirtutem ſic quærẽs? quis nõ inflãmaretur in ardorẽ maximũ, timendi & amãdi cunctipotentem? Quis eſt, qui ſi ad minimæ ſcintillæ ignis potentiã,reſpicit,de Deo non admiretur, ſuper omne quod dici poteſt, ſi potentia ſcintillæ eſt tanta? quod cum ſit in actu,quia educta eſt ſcintilla in potentia, motu ferri, de ſilice ut ſit actu: & in eius potentia eſt,omnia reſoluere in ſuã naturã,& ignẽ in potentia ubicũcꝫ ille eſt in hoc mũdo, etſi eſſent infiniti mũdi, in actu ponere. O quanta eſt potẽtia Dei noſtri,qui eſt ignis,ignẽ cõſumens? & dũ frater, ad naturã & cõditiones ignis,quæ ſunt 24,aduertis(quẽadmodũ ille diuinorũ altiſſimus contẽplator,Dionyſius,in angelica fecit hierarchia)mirabilẽ uiã habes,Deũ quærẽdi & inueniẽdi. Ibi uide,& miraberis. Deinde ſi ad ſapiẽtiã magiſterij noſtri, adhuc uiã aliã quæris, aduerte. Nã oculo intellectus appræhendis,in ligno paruo,atcꝫ in hoc lapide minutiſsimo, ſiue in ære,aut auri maſſa, uel grano ſinapis, aut milij: omnes artificiales corporeas formas in potẽtia eſſe. In quolibet enim non dubitas circulũ,triangulũ,tetragonum, ſphæram,cubum,& quicquid Geometria nominat inexiſtere:figuraſcꝫ eſſe omnium animalium,omniũ fructuũ,omniũ florum,frondium, arborum,& formarum omniũ, ſimilitudinũcꝫ,quæ in hoc mundo ſunt,& in infinitis mundis eſſe poſſent. Si igitur artifex ille magnus eſſet, qui ſciret educere de ligno paruo, faciem aliquã aut regis, aut reginæ,aut formicam,uel camelum:quanti magiſterij eſt, qui omne id efficere poteſt actu,quod eſt in omni potentia? Deus igitur,qui poteſt omnia efficere,in ſimilitudine formarum omnium,quę in hoc mundo,et in infinitis mundis eſſe poſſent,de quolibet minutiſsimo corpuſculo: mirabilis ſubtilitatis exiſtit. Sed adhuc mirabilioris potentiæ & ſcientiæ eſt, qui ipſum granum milij creauit, & in ipſo hanc uirtutem

http://www.obrascatolicas.com

collocauit. Et ſtupendi magiſterij eſt illa ſapientia, quæ omnes formas poſsibiles in grano, non in ſimilitudine accidẽtali, ſed in ueritate eſſentiali, ſcit excitare. Et adhuc ſuper omnem intellectum, inenarrabilis ſtupor eſt, quod nõ ſolum ſcit de lapidibus excitare uiuos homines, ſed & de nihilo homines, & uocare ea ad eſſe, quæ non ſunt, tanquàm quæ ſunt. Et cum certũ ſit, omnes artes creatas, non attingere niſi aliquid in aliquo, aliquid ſcilicet ſimilitudinis non abſq; defectu, in aliquo ſcilicet creato, ut in materia æris, ſtatuam ſimilem qualitercũq; homini: quis eſt hic magiſter, qui non ſimilitudinem cum defectu, ſed eſſentiam ueram, ſine aliqua materia ex qua, in eſſe producit? Talibus quidem itineribus, pergitur ad Deum, cum admiratione uehementi, & ardebit tunc ſpiritus, deſiderio inueniendi indeficienter, & amore languebit, quouſq; ſalutare ultimum ſibi oſtendatur. Et deniq; adhuc uia, intra te quærendi Deum, quæ eſt ablationis terminatorum. Nam cum artifex quærit in maſſa ligni faciẽ regis: abiicit oĩa aliter terminata, q; facies ipſa: intuetur enim in ligno faciem, quã quærit oculo, per fidei conceptum præſentialiter uideri. Eſt enim oculo facies futura, quæ menti, in cõceptu ĩtellectuali, per fidẽ præſens exiſtit. Dũ igitur Deũ cõcipis eſſe melius, quàm concipi poſſit: omnia abiicis quę terminãtur, & cõtracta ſunt. Abij cis corpus, dicens Deum non eſſe corpus, ſcilicet terminatum quantate, loco, figura, ſitu: Abiicis ſenſus, qui terminati ſunt, non uides per montem, non in terra abſcõdita, nõ ĩ ſolarẽ claritatẽ, & ita de auditu, & cęteris ſenſib. oẽs enim illi terminati ſunt, in potentia & uirtute: non ſunt igitur Deus. Abiicis ſenſum communem, phantaſiam & imaginationem: nam non excedunt naturam corporalem, non enim imaginatio attingit, non corporeum. Abiicis rationem, nam ipſa ſæpè deficit, non omnia attingit. Velles ſcire, cur hoc eſt homo, cur illud lapis, & omnium operum Dei, nullam rationem attingis. Parua eſt igitur uirtus rationis: hinc Deus non eſt ratio. Abiicis intellectum: nã & ipſe intellectus, terminatus eſt in uirtute, licet omnia ambiat, quidditatem tamen in ſua puritate, rei cuiuſcunq; non poteſt perfectè attingere, & quicquid attingit, uidet perfectiori modo attingibile. Non eſt igitur Deus intellectus. Sed dum quæris ultrà, non reperis in te quicq; Deo ſimile, ſed affirmas, Deum ſuprà hæc omina ut cauſam, principium, atq; lumen uitæ, animæ tuæ intellectiuæ. Gaudebis eum reperiſſe, ultrà omnem tui intimitatem, tanq; fontem boni, à quo tibi effluit, omne id quod habes. Ad ipſum te cõuertis, intra te indies profundiùs intrando, linquendo omnia quæ ſunt ad extrà, ut inueniaris in uia illa, qua reperitur Deus, ut eum poſt hæc, in ueritate appræhẽdere queas. Quod tibi et mihi, ipſe cõcedat, qui ſeipſum diligentib. ſe largiter donat, in ſæcula benedictus. Amen.

Libri, De quærendo Deum, Finis.

Reuerendiſſimi domini, Nicolai de Cuſa,

Cardinalis ſancti Petri ad uincula, in librum de uenatione Sapientiæ, Prologus.

Liber de quærẽdo Deum.

PRopoſitum eſt, meas ſapientiæ uenationes, quas uſq; ad hanc ſenectam, mentis intuitu ueriores putaui, ſummariè notatas, poſteris relinquere, cum neſciam, ſi forte longius & melius cogitandi tempus, concedatur. Sexageſimum enim primum tranſegi annum. Conſcripſi dudum conceptum, de quærendo Deum, profeci poſt hoc, & iterum ſignaui coniecturas. Nunc uerò cum in Diogenis Laertij, de uitis philoſophorũ libro, uarias Philoſophorum legiſſem ſapientiæ uenationes: concitatus, ingenium totum contuli, tàm gratæ ſpeculationi, qua nihil dulciùs homini poteſt aduenire. Et quæ diligentiſsima meditatione repperi (licet parua ſint) ut acutiores moueantur, ad melius mentem profundandã, peccator homo, timidè, uerecũdèq; pandam, hocq; ordine procedam. Sollicitamur appetitu, naturę noſtrę indito, ad nõ ſolum ſcientiã, ſed ſapientiam, ſeu ſapidam ſcientiã habendam. Circa huius rationẽ, primò pauca præmittã, deinde uolenti philoſophari (quod uenationẽ ſapiẽtię uoco) regio-

regiones, & in illis loca quædam deſcribam, in campoſq; ducã, quos prædæ quã quæ runt, apprimè puto refertos.

Sapientiam, paſtum eſſe intellectus. Cap. I.

INtellectualis noſtra natura, cum uiuat, neceſſariò paſcitur. Sed alio, quàm intelligibilis uitæ cibo, nequaquàm refici poteſt: quemadmodum omne uiuens, ſimili cibo uitæ ſuæ, paſcitur. Nam cum uitalis ſpiritus, ſit delectabiliter mouens, qui motus, uita, dicitur: tunc uis ipſa ſpiritę uitę, niſi reſtauretur, naturali ſua refectione, expirat & deficit. Pythagorici aiebant, uitalem ſpiritum in uapore ſeminis, corpus in corpore eius, potentialiter ſubſtere. Quod & Stoici, qui & Zenonij, approbãtes, ſubſtantiam fructiferi ſeminis, in ſpiritu uaporabili, eſſe dixerunt, qui dum in grano aut in alio ſemine expirauit, non fructificat: ignem enim uidemus deficere & expirare, ſi fabulum eius defecerit. Vnde & cœleſtia cum moueantur, ſpiritus ueteres appellabant, qui ſapiens Salomon, & Ieſus filius Sirach, Solem ſpiritum affirmabant, ideò & Solem paſci dicebant, uapore Oceani, & Lunam ſimiliter uapore aliorum fluminum, refici affirmabant, & Planetas, quos diuina uita pollere putabant, & deos alios, uaporibus delectari credentes, thure & odoriferis placabant. His enim, ſpiritum uitæ ætherææ, ſeu cœleſtis purgatiſsimi ignis naturæ, ineſſe aſſerentes: uaporem odoris ſuauiſsimi, obtulerunt. Quoniam autem animalia omnia, naturalem mentem, fixamq; memoriam pabuli ſui, ſimilitudiniſq; ſuæ ſenſum habent, ea quæ ſunt eiuſdem ſpeciei ſentientes: aiebat Plato: hoc ex idea neceſſariò eſſe, cum præter illas nihil maneat. Ex quo elicias, Ideas non eſſe ſic ab indiuiduis ſeparatas, ſicut extrinſeca exemplaria. Nam natura indiuidui, cum ipſa idea unitur, à qua habet omnia naturaliter. Dicebat Laertius: Platonem affirmare, ideam unum & multa, ſtare & moueri. In eo enim quod eſt ſpecies incorruptibilis, eſt intelligibilis & una. In eo uerò, quod multis unitur indiuiduis, multa dicebat. Sic fixam ſtabilemq; in eo, quod inalterabilis & intelligibilis: in eo uerò quod coniungitur mobilibus, moueri dixit. Proclus, latius ex plauat, quomodo principia eſſentialia, ſunt intrinſeca, & non extrinſeca: & quomodo per contactum illum, quo indiuiduum ideæ ſuæ iungitur, per ipſam ideam intelligibilem, diuinitati connectitur, ut ſecundum ſuam capacitatem, optimo modo ſit, quo eſſe & conſeruari poteſt. Refert etiam Laertius, Platonem dicere: Ideas principium & initium eſſe eorum, quæ natura conſiſtunt, ut huiuſmodi ſint qualia ſunt, quæ ſi bene intelligantur, fortè non tantùm aduerſantur ueritati, quantùm mali interpretes ipſius, ſuggeſſerunt. Epicharmus etiam dixit, omnia quæ uiuunt, notione & ſapientia participare. Gallina enim, non parit uiuẽtes, ſed oua prius incubat, & calore animat. Hæc autem ſapientia, ut ſeſe habet, natura nouit ſola, quippe quæ ab ea eruditur. Ac rurſum ait: Nihil profectò mirum (ſi ita loquar) & placere eas ſibi, & mutuo foueri, & uideri præclara. Nam & canis, cani uidetur eſſe animal pulcherrimum, & bos boui, & aſino aſinus, ſuſq; item ſui, uidetur uenuſtate præſtare. Ecce ſi animal omne, habet cognatam intelligentiam eorum, quæ ad neceſſitatem conſeruationis ſuæ, in ſe, & in ſua prole, cum ſit mortale, ſunt neceſſaria, & hinc induſtriam habet, uenãdi pabulum ſuum, & lumen opportunum, & organa uenationi ſuæ apta, ut animalia, quæ nocte uenantur lucem oculis congenitam, cognoſcitq; inuentum & eligit, ſibiq; unitur: ſic uita intellectualis noſtra, ijs nequaquàm carebit. Quare intellectus, dotatus eſt à natura, Logica, ut illa mediante diſcurrat, & ſuam faciat uenationem. Eſt enim (ut Ariſtoteles dicebat) Logica exactiſsimum inſtrumentum, ad uenationem tàm ueri quàm ueriſimilis. Vnde dum inuenit, cognoſcit, & auidè amplectitur. Sapientia igitur eſt, quæ quæritur, quia paſcit intellectum: immortalis eſt enim cibus, immortaliter igitur paſcit. Illa autem in uarijs rationibus lucet, quæ ipſam uariè participant. In uarijs enim rationibus, querit ſapientiæ lumen, ut inde ſugat & paſcatur. Quemadmodum in uarijs ſenſibilibus, in quibus aliquando uita paſcebatur, rationabiliter querit ſenſibilis uita paſtũ ita & in ſenſibilib. notionib. ratione applicata, intellecta intelligibilẽ cibũ uenatur. Vnde in uno cibo melius, q; in alio reficitur, ſed difficilius id, quod pretioſius

Pythagorici. Stoici. Zenonij. Aliena placita. Salo non. Ieſus Syrach. Plato. Laertius. Proclus. Ariſtoteles. Ex ſententia.

http://www.obrascatolicas.com

cioſius reperitur. Et quia homo maiori induſtria indiget, ut ſuã animalitatem benè nutriat, quàm aliud animal, habetq; opus, ut ad hoc Logica ſua naturali, in uenatiõe corporalis cibi utatur: non eſt ad intellectualẽ ita deditus & attẽtus, ſicut illa natura exposcit. Hæc occupatio, dum nimia eſt, à ſpeculatione ſapientiæ alienat. Quare Philoſophia, carni cõtraria, eam mortificare ſcribitur. Etiam inter Philoſophos magna differentia reperitur, & hoc maximè euenit: quia unius intellectus, eſt melior uenator, quia exercitatus, & Logica ipſi prõptior, & ea utitur exquiſitè, ſcitq; unus melius, in qua regione, ſapientia quæ quæritur, citius reperiatur, & quomodo detineatur. Nihil enim ſunt philoſophi: niſi uenatores ſapientię, quam quiſq; in lumine Logicę ſibi cognatæ, ſuo modo inueſtigat.

Quo principio, rationes ſapientiæ perquiſiui. Cap. II.

Thales. Laertius. DIcit inter ſapientes primus, Thales ille Mileſius, Deum antiquiſsimũ: quia ingenitus eſt, mundum pulcherrimum: quia à Deo factus, quæ uerba dum in Laertio legerem, ſummè mihi placuêre. Inſpicio mundum pulcherrimũ, miro ordine unitum, in quo ſumma ſummi Dei bonitas, ſapientia, pulchritudoq; relucet. Moueor ad quærendum, huius tàm admirandi operis, artificẽ, & intrà me dico, cum ignotum per ignotius non poſſit ſciri, capere me oportet aliquod certiſsimum, ab omnibus uenatoribus indubitatum & præſuppoſitum, & in luce illius, ignorum quærere. *Ariſtoteles.* Verum enim, uero conſonat. Cum hæc ſollicitè intrà me auida mens quæreret: incidit philoſophorum aſſertio, quã & Ariſtoteles, in Phyſiorũ principio aſſumit, quæ eſt: quod impoſsibile fieri, nõ fit, & ad ipſam conuerſus, intro ſpexi regiones ſapientiæ, hoc qualicunq; diſcurſu.

Quo diſcurſu, ratio uenatur. Cap. III.

Impoſsibile fieri. poſsibile fieri. CVm impoſsibile fieri nõ fiat, nihil factum eſt aut fiet, quin potuit aut poſsit fieri. Quod autẽ eſt, & nõ eſt factũ nec creatum, nõ potuit neq; poteſt fieri, neq; creari, Præcedit enim id poſſe fieri, & eſt æternum, cum ſit nec factũ nec creatum, nec poſsit fieri aliud. Omne autem quod eſt factum aut fiet, cum ſine poſſe fieri, nec ſit factum, nec fieri, habet principium unum abſolutum, quod eſt principium & cauſa, ipſius poſſe fieri. Et id eſt illud æternum, quod poſſe fieri antecedit: & eſt abſolutũ principiũ, & incõtrahibile, quia eſt omne id, quod eſſe poteſt: & ipſũ quod fit, de poſſe fieri, pducit, q̃a ipſũ poſſe fieri, fit actu oẽ q̃ fit. Omne aũt quod factum eſt, ex poſſe fieri, aut eſt id quod fieri poteſt, aut eſt poſt illud, & nunquàm eſt id quod fieri poteſt, ſed ſequit̃ & imitatur ipſum fieri poſſe, cũ non factũ, nec à ſe eſt factũ quod nec ab alio. Nã cũ oẽ factũ, præcedat poſſe fieri: quomodo fieret ipſũ poſſefieri? ſed cum ſit poſt id, quod eſt omne, quod eſſe poteſt, ſcilicet æternum, habet initium. Tamen non poteſt deficere, poſſe fieri: ſi enim deficeret, hoc fieri poſſet. Non igitur poſſe fieri deficeret. Poſſe fieri igitur initiatum, in æuum manet, & perpetuum eſt. Et cum non ſit factum, & tamen initiatum: ipſum dicimus creatum, cum nihil præſupponat ex quo ſit, dempto eius creatore. Omnia igitur quæ poſt ipſum ſunt, à creatore, de ipſo poſſe fieri, producta ſunt. Quæ autem facta ſunt, id quod fieri poſſunt: hæc cœleſtia & intelligibilia nominantur. Quæ autem ſunt, ſed non id, quod fieri poſſunt: nunquàm fixa ſunt, & deficiunt. Imitantur igitur perpetua, & non attingent unquàm illa. Temporalia igitur ſunt, & terrena, ſenſibiliaq; uocantur. Cum igitur me conuerto, ad cõtemplandum æternum, uideo ipſum actum ſimpliciter, & in ipſo, mente intueor omnia, ut in cauſa abſoluta cõplicitè. Cum in æuum & perpetuum intueor, intellectualiter uideo, ipſum poſſe fieri, & in ipſo naturã omnium & ſingulorum, ut ſecundum perfectã explicationem, prædeſtinationis diuinæ mentis, fieri debent. Cum in tempore intueor, omnia in ſucceſsione explicari, perfectionem perpetuorum, imitãdo ſenſibiliter, cõpræhendo. Imitantur enim ſenſibilia, ipſa intelligibilia. Quare in poſſe fieri creato, omnia creata, ſunt prędeterminata, ut hic mũdus pulcher, uti eſt fieret, de quo infrà plenius. Quomodo autem hoc concipi poſsit, qualecunq; exemplum, licet remotum ſubiungam.

Quo-

Quõmodo intellectus exemplo artis Logicę, ſe iuuat. Cap. IIII.

Logicum Mixtum.

INtellectus magiſtri, uult creare artem ſyllogiſticam, ipſe, poſſe fieri huius artis, præcedit, quæ ars in ipſo eſt, ut in cauſa. Ponit igitur & firmat, poſſe fieri, huius artis. Nã quę ars illa requirit, fieri poſſunt: ut ſunt nomen & uerbum, & propoſitiones ex illis, & ex illis ſyllogiſmus, qui fit ex tribus propoſitionib. quarũ duę præmittuntur, ex quib. tertia, concluſio ſequitur. Requiritur etiam, quod ſubiecta & prędicata, omniũ trium propoſitionũ, non habeãt niſi tres terminos. Ideò neceſſe eſt, unum in præmiſſis bis reſumi, qui dicitur medium. Aut igitur hoc eſt, quando in prima præmiſſa, quæ dicitur maior, ille ſit ſubiectum, & in minori præmiſſa, prædicatũ. Aut ubi in ambobus prædicatum, aut ſubiectũ Et ita oriuntur tres figuræ. Cuiuslibet figuræ, etiam uarij modi oriuntur, ex uaria & utili cõbinatione propoſitionum, inutilib. cõbinationib. reiectis, ſicut ſunt trium negatiuarum, & trium particularium, & aliarũ ſecundum figuram inutilium. Et primum, ex trib. affirmatiuis uniuerſalib. nominãt Barbarà, in prima figura. Secundũ ex uniuerſalib. maiori negatiua, et minori affirmatiua, & concluſione negatiua: nominant Celarent, & ita conſequenter. Et hæ ſunt ſpecificæ formæ ſyllogiſticæ, in ratione fundatæ, & permanentes, quas neceſſe eſt omnẽ ſyllogiſmum, qui ſenſib: li ſermone exprimitur, imitari. Et ita poſſe fieri huius artis, explicatur Hanc autem artem inuentor magiſter, obedienti tradit diſcipulo, & mandat, ut ſecundùm omnes ſibi propoſitos modos, ſyllogizet. Sic fortè ſe aliquo pacto habet mundi artificium. Nã eius magiſter, glorioſus Deus, uolens cõſtituere mundũ pulchrum: poſſe fieri ipſius, & in ipſo cõplicitè, omnia ad illius mundi cõſtitutionẽ, creauit neceſſaria. Requirebat autem pulchritudo mundi, tã illa quæ eſſent, quã quæ & uiuerent, atq; etiam quæ & intelligerent, atq; etiam, quod horum trium, uariæ eſſent ſpecies, ſeu modi pulchritudinis: quę ſunt diuinæ mentis practicæ prædeterminatæ rationes, & utiles pulchræ combinationes, ad mundi conſtitutionem opportunæ. Hoc diuinũ opificiũ, Deus obedienti ſcilicet naturę, ipſi poſſe fieri cõcreatę, tradidit: ut poſſe fieri mundi, ſecundum iam dictas prædeterminatas intellectus rationes explicaret, puta: poſſe fieri hominis, ſecundùm rationem hominis prædeterminatam, explicaret. Et ita de cunctis, ſicut ſyllogizans ad prædeterminatas rationes, quæ Barbara & Celarent nominantur, ſyllogizando reſpicit.

Quomodo exemplo Geometrico proficit: Cap. V.

Mathematicum mixtum.

VIdetur autem naturam imitari Geometer, dum circulum figurat. Nã ad prædeterminatam circuli reſpicit rationem, ſecundũ quam ſtudet operari, quã tum hoc poſſe fieri, ſenſibilis ſubiecti permittit: unum enim aptius eſt, alio. Nec aliud eſt hæc ratio, quàm æquidiſtantia centri circuli, à circunferentia: quæ eſt uera circuli ratio ſeu cauſa, non recipiens magis nec minus. Sed nullus circulus, adeò perfectè fieri poteſt, quod rationem illam, præciſè attingat. Nam poſſe fieri ſenſibilem circulum, eſt poſt illam intelligibilem rationem & ſtabilem, quam ut imago ueritatem ſequitur, & imitatur poſſe fieri circulum in ſenſibili materia, quæ cum ſit uariabilis, nequaq; erit circulus, qui deſcribitur omne id, quod ſenſibilis circulus fieri poteſt, cum omni poſſibili dato, poſſit fieri uerior & perfectior & dicto intelligibili ſimilior. Sic dum uult Geometer angulũ rectum figurare, ad intelligibilẽ eius reſpicit rationem, quæ eſt id, quod rectus intelligibilis eſſe poteſt, quam nullus ſenſibilis, præciſe poteſt imitari. Nec ad aliam reſpicit ſpeciem, quando acutum uel obtuſum angulum facit, quàm ſpeciem recti, quo acutus eſt minor, & obtuſus maior: acutus enim, ſemper poteſt eſſe recto ſimilior, ita & obtuſus, & ſi alter ipſorum, eſſet minimè talis, ita quod minus eſſe non poſſet, rectus eſſet. Quare in ratione recti complicantur, cum ſint recti, quando id ſunt quod fieri poſſunt. Sic nec natura, reſpicit ad aliam ſpeciem quàm humanam, quando aut maſculum aut fœminam producit: q̃uis ratio hominis, nõ ſit maſculus nec fœmina, quæ ſenſibilib. conueniunt: ſpecies enim, mediũ eſt in ſe uniens, à ſe uel ad dexterã, uel ad ſiniſtrã, declinãtia

Vides

http://www.obrascatolicas.com

Vides ingenuè ista sic esse, quando aduertis, intelligibilia nihil eorum aut esse aut habere, quæ in sensibilibus reperiũtur. Nõ enim habent aut colorẽ aut figuram, quæ sensibili uisu attinguntur, aut duritiem seu leuitatem, siue aliquod tale, quod tactu sentitur. Ita nec quantitatẽ, nec sexũ, nec aliquid, quod sensus appræhẽdit: illa ẽm omnia, intelligibilia sequuntur, sicut tẽporalia, perpetua. Sic nihil intelligibiliũ, est in æternitate, quæ omne intelligibile antecedit, sicut æternum, perpetuum. Omnia autem præcisa & permanentia, pulchriora sunt imperfectis & fluidis, sic intellgibilia, pulchriora sensibilib. quæ intantùm sunt pulchra, in quãtùm intelligibiles species seu pulchritudines, in ipsis relucent.

Dilucidatio, ipsius posse fieri. Cap. VI.

ERit qui hæc legerit (non dubium) occupatus, ut posse fieri concipiat, & hoc ideò difficile, quoniam posse fieri non terminatur, nisi in suo principio. Quomodo igitur formari posset conceptus de eo, quod interminabile? ne tamẽ penitus aberres, rudi quodam exemplo succurram. Esto intelligamus, lucẽ æternum Deum appellari, mundum uerò, esse penitus inuisibilem, qui per uisum iudicatur nõ esse, cum nihil uisus esse iudicet, nisi per ipsum uideatur. Disponat autem lux, uelle mundum uisibilem facere. Et quia posse fieri uisibilem mundum, est color, ipsius lucis similitudo (nam coloris hypostasis, lux est) creat igitur lux colorem, in quo omne quod uideri potest, cõplicatur. Sicut enim sublato colore, nihil uidetur: ita à luce per colorem, omne uisibile ut tale, de potentia ad actum perducitur. Vnde quia uariẽ color in coloratis respondet, in certis, luci propinquior color apparet, ut albus color, & illa sunt magis uisibilia, & ut talia, nobiliora: nullum tamen coloratum, participat adeò perfectè colorẽ aliquẽ, quin perfectius participari possit, & non est terminus, ipsius posse fieri, nisi in causa coloris. Aliqua stabiliter & perpetuò, manent eiusdem coloris: ut cœlestia, alia instabiliter & temporaliter: ut terrestria, & quæ huius corruptibilis mundi sunt. Color igitur, est posse fieri uisibile, omne enim quod uidetur, quia coloratũ est, uidetur. Et discretè ab omni alio colorato, uidetur & discernitur, propter discretum & singularem suum colorem. Et quia sensus uisus, qui spiritus lucidus est, lucem discretiuam & cognoscitiuam participat, & nequaquam est coloratus, ut de omni colore iudicet: igitur color, non est posse fieri ipsius. Sic & intellectus, lucidior est uisu: discernit enim subtilissimè, quæ inuisibilia sunt, puta, intelligibilia à uisibilibus abstracta. Quare nec color, posse fieri, ipsius intellectus existit: sed posse fieri lucidum & pulchrum mundum, & cuncta quæ in ipso sunt, etiam ipsum colorem, est simplicius colore, qui dicitur æternæ lucis similitudo, in sua potentia passiua omnia lucida, quæ sunt, q̃ uiuũt, sentiũt, & itelligũt, uti semẽ participalis lucis & pulchri, cõplicãs Quod lucidum semen animale, huius seminis participatio, aliqualiter ostẽdit, cum sit posse fieri animalis quod est, uiuit, sentit, & suo modo intelligit, quam uirtutem non haberet, nisi illius posse fieri mundi, & dicti seminis seminum, similitudinem participaret, & imago esset. Vnum semen seminum existentium, uiuentium, sentientium, & intelligentium: est participabilis Dei similitudo, quam posse fieri nominamus, de qua, lux æterna, hunc pulchrũ & lucidum mundũ produxit, & cuncta quæ fiunt constituit. Nam cũ sit æternæ lucis, participabilis similitudo: bona est, quod constat in suiipsius larga diffusione: magna est, quia uirtus nunquàm terminabilis: uera, delectabilis, perfectaq; est, & per omnia laudabilis, cuius opera laudabilia & gloriosa sunt, uti infrà narrabimus.

Quod una est causa, ipsius posse fieri omnia. Cap. VII.

ID in quo meæ quiescũt uenationũ coniecturæ, hoc est: quod non est nisi una omnium causa creatrix, posse fieri omnium, & quod illa omne posse fieri præcedat, sitq; ipsius terminus, quæ nec est nominabilis, nec participabilis, sed eius similitudo, in omnibus participatur. Et quia uaria participantia sunt in omnibus, quæ secundùm eandem speciem similitudinis, participant ipsius causæ similitudinem: est deuenire ad unum, quod est maximè tale, & est primum seu principium, aut præcipuum, illius specificæ participationis, & in ordine ad alia eiusdem spiciei, maximè tale &

& per se tale, cuius specificam similitudinem, alia illius ordinis participant. Sicut lucem dicimus primæ causæ similitudinem, quæ in maximè lucido, puta Sole primò & principaliter resplendet, ut in per se lucido: in alijs uerò lucidis, ut in participantibus Solarem lucem. Causa autem Solaris lucis, nihil commune habet, cum luce Solis, sed est omnium causa: ideò nihil omnium. Quę uerò rationis discursu uenantis fecerim, nunc reuelabo, ut tam prædicta, q̃ quæ sequuntur, capias & iudices. Certum est, primum principium nõ esse factum: cum nihil à seipso, sed à priori se, fiat. Quod autem non est factum, neq; resolui, aut interire potest. & hoc æternum dicimus. Et quia posse fieri, nõ potest seipsum in actum producere (nam producere, ex actu est) implicat igitur dicere, potentiam passiuam seipsam in actum producere Quare ante potentiã, est actus. Non est igitur posse fieri, æternum principium. Rectè dicebat, quidam doctor sanctus: affirmare potentiam passiuam semper fuisse, hæresis est, sequitur igitur primam causam. Asserit autem magnus Dionysius, in ix cap. de diuinis nominibus, *Dionysius.* primum illud æternum, inflexibile, inalterabile, immixtum, immateriale, simplicissimum, non indigens, inaugmentabile, immortale, nõ factum, semper ens. Hæc & omnia similia, quisq; ita esse uidet, q intelligit, primũ ipsum posse fieri, posse interire Nã flexibile, alterabile, materiale, augmentabile, minorabile, & factibile & q̃cunq; similia passiuã dicunt potentiam, & nequaq; posse fieri præcedunt: ideò, de æterno principio neganda sunt. Capio autem hæc duo, scilicet inaugmentabile & imminorabile, & cum illis aduenationem propero & dico inaugmẽtabile, maius esse nequit, maximum igitur est. Imminorabile, minus esse non potest, minimum igitur est. Vnde cũ sit maximum pariter & minimum, nullo utiq; est minus, quia maximum, neq; maius, quia minimum: sed omnium, siue magnorum siue paruorum, formalis seu exemplaris, præcisissima causa & mensura. Quemadmodum in libello de Beryllo, in ænigma te anguli ostendi, angulum maximum necessariò pariter & minimum, omnium an- *Liber de Beryllo.* gulorum qui fieri possent, formalem adæquatissimam causam. Nec solũ est causa formalis, imò & efficiens, atq; finalis: ut ipse Dionysius, ubi de pulchro scribit, ostendit. Nam pulchritudo, quæ est id quod esse potest, inaugmentabilis & imminorabilis: cũ sit maxima pariter & minima, est actus posse fieri omnis pulchri, omnia pulchra efficiens, sibi quantum capacitas recipit cõformans, & ad se conuertens. Sic de bono, qđ est id quod esse potest, & de uero, de perfecto, & cunctis quæ in creaturis laudamus. Quæ uidemus in Deo Deum esse æternum, quando id sunt, quod esse possunt. Et ideò Deum omnium causam efficientem, formalem, & finalem laudamus. Patet iam maximè notandum, quomodo posse fieri, non potest terminari, per aliquid, quod ipsam sequitur seu fieri potest, sed idem est eius principium & finis, de quo infrà, latiùs.

Quomodo Plato & Aristoteles, uenationem fecerunt. Cap. VIII.

PLato uenator miro modo circũspectus, cõsiderabat, superiora in inferiorib. esse participatiue: inferiora uerò in superiorib. excellenter. Ideò cum uideret, *Plato. Ex Alienis:* multa nominari bona, ex participatione boni, & sic iusta, & honesta: attendebat illa, nomen participati sortiri, & se conuertit, ad uidendũ per se bonũ & iustum, ac quod si participãtia sunt bona & iusta, utiq; per se talia, sunt maximè talia, & causæ aliorum. Et in hoc, Peripateticorum princeps acutissimus Aristoteles, consen- *Aristoteles* tit, qui sic in naturalib. multa participatione calida uidens, ad per se calidum deuenire oportere affirmabat, quod sit maximè tale, & causa caloris in omnib. est, uti ignis. Et hac uia, ad primam, & per se causam, omniũ causarum peruenerunt, sic ad ens entiũ, uitam uiuentium, atq; intellectum intellegentium. Plato autem, uniuersalem omniũ *Plato.* causam, per ascẽsum de bono participato, ad per se bonũ uenatus est, hoc modo: Cõsiderabat enim omnia entia, atq; etiam nondũ actu entia, sed tantum potentia, participatione unius boni, bona dici: processus enim de potentia in actum, & omne actu existens, non caret boni participatiõe. Maximè igitur tale, scilicet unum per se bonũ, ab omnibus desideratur. Omne enim eligibile, sub ratione boni est eligibile. Terminus igitur eligibilis & desiderabilis, cum sit bonum: erit per se bonũ omniũ causa, cũ oĩa ad suã causam cõuersa, ipsam appetãt, à qua habẽt, quicqd habẽt. Affirmabat igi-

tur

http://www.obrascatolicas.com

tur principium primum, Deum per ſe unum, & bonum, & principia aliorum, ſcilicet entis, uitæ, intellectus, et talium: nominabat per ſe ens, per ſe uitã, per ſe intellectum, & principia cauſas q̃ eſſe, ipſius eſſe, uiuere, & intelligere. Et hos, conditorios Deos Proclus nominat, quorũ participatione, omnia quę ſunt, exiſtunt, quę uiuũt, uiuũt, & quæ intelligũt intelligũt. Et quoniã omnia quæ uiuunt, & intelligunt, niſi eſſent, nec uiuerent, nec intelligerent: ideò cauſam entium uocauit. Poſt primum Deum deorũ, quem unum bonum (ut dixi) affirmabat: ſecundum Deum, ſcilicet conditorem intellectum, hunc Proclus, Iouem omnium regem & principalem, credidit. Poſuit ſic cœleſtes, & mundanos, & alios uarios, & æternos deos, prout hæc extensè Proclus, in ſex libris de theologia Platonis, expreſsit. Omnibus tamen prępoſuit Deũ deorum, cauſam uniuerſalem omnium. Et ita illa, quæ Deo bono attribuimus, quæ non ſunt niſi ratione, & nequaquàm re differentia: ipſe uidetur Deos aſſerere diuerſos, propter diuerſam attributorum rationem, motus quòd nihil intelligibile, niſi actu ſit, cũ eſſe neceſſariò, per intelligibile participetur. Ideò omne quod intelligitur eſſe affirmabat, ſicut intelligibilem hominem, & leonem, & cũcta quæ à materia uidit abſtracta & abſoluta: intellectualiter eſſe aſſeruit, modo quo ſuprà ponitur. Sed cum ipſo, in hoc nõ conſentiunt Peripatetici, qui ens rationis, uiderunt à noſtro intellectu conſtitui, reale ens non attingere. Nec in hoc, quòd unum aut bonum ſit antiquius ente, concordant: ſed unum, & ens, & bonum, dicunt conuerti. Vnde cum cauſa entis ſit prima cauſa, & conditor omnium intellectus: illi qui dicũt, quod unũ, & ens, & bonum, conuertuntur, etiam fatentur, cauſam unius, & entis, & boni, eſſe eandem. Tamẽ Ariſtoteles, qui ut Anaxagoras, primam cauſam intellectum, qui eſt principium motus, aſſerit: non ei attribuit totius uniuerſi adminiſtrationẽ, ſed cœleſtium tantùm, cœleſtia uerò, hęc terrena dicit gubernare. Epicurus uerò, totam Deo ſoli, ſine cuiuſcũq; adminiculo, uniuerſi tribuit adminiſtrationem. Sed diuina noſtri Theologi reuelatione ſuperna didicerunt, primam cauſam (cum omnium aſſertione ſit tricauſalis, ſcilicet efficiens, formalis, & finalis: quæ per Platonem unum & bonum, per Ariſtotelem, ĩtellectus et ens entiũ, nominatur) eſſe ſic unã quod trinã, & ita trinã q̃ unã. Quę cum ſit cauſa efficiens, uocatur iuxta Platonem, unitas: & cum ſit cauſa formalis, iuxta Ariſtotelem entitas: cum uerò ſit cauſa finalis, iuxta utroſq; bonitas. Verùm quomodo hæc ſacratiſſima trinitas, in unitate, quæ intelligibile omne, omnemq; quãtitatem continuam & diſcretam, numerum omnem & alteritatem antecedit, hic in ænigmate, per fidelem uideri poſsit, inferiùs ut Deus dederit, annotabo.

Ariſtoteles. Anaxagoras.

Theologi.

Ariſtoteles.

Ariſtoteles.

Quomodo ſacræ literæ, & Philoſophi, idem uariè nominarunt. Cap. IX.

Moyſes.

SI quis cum his taliter pręmiſsis, primò ad Geneſim mundi, per ſanctum Moyſen, dudum ante Philoſophos deſcriptam, ſe conuertit: ſuprà de principijs, quæ dicta ſunt ibi reperiet. Ait enim: In principio, creauit Deus cœlum & terram, deinde lucem: per hoc innuens, poſſe fieri mundum, qui cœlo & terra cõtinetur, in principio creatum. Nã poſtea id quod actu factum eſt, cœlum ſcilicet firmamentum, & quod terra factũ, ſcilicet arida, et quod lux factũ eſt, ſcilicet Sol (iuxta Dionyſium) expreſsit: omnia enim in poſſe fieri, confuſè & complicitè creata, quæ poſtea facta & explicata leguntur. Vnde quando ait, Deum dixiſſe, fiat lux, & facta eſt lux: ad naturam poſſe fieri, hæc dicit. Vidit enim, in poſſe fieri lucem, & illam bonam & neceſſariam, ad uiſibilis mundi pulchritudinem, & ipſi naturæ lucis, in poſſe fieri dixit, ut fieret lux actu, & facta eſt lux, poſſe fieri lucis. Imperio uerbi creatoris, naturaliter facta eſt lux. Hic motus, quo poſſe ut actu fiat, mouetur, naturalis dicitur: eſt enim à natura, quę eſt diuini præcepti inſtrumentum, in ipſo poſſe fieri creatus, ut naturaliter & delectabiliter, omni labore fatigatiõeq; excluſis, actu fiat, q̃ fieri poteſt. Verbum autem Dei, ad quod natura reſpicit, ut fiant omnia, Deus eſt: nihil enim eſt Dei, quod non ipſe Deus Hoc autem uerbum, Platonici cõditorem intellectum appellant, quem & unigenitum dicunt, atque dominum uniuerſorum, ut Proclus credit. Deum enim unum appellant, ideò conditorẽ intellectum unigenitum. Quidam uerò, primam

Dionyſius.

Ex alienis.

Proclus.

primam intelligentiam, appellant. Anaxagoras autem, ipſum mentem nominat. Stoici uerbum, quod & Deum aſſerunt, ut in Laertio legitur. Et hi optimè ſecuti ſunt Dauid prophetam, qui dixit: Verbo Domini, cœli firmati ſunt. Et alibi dixit, & facta ſunt: mãdauit, & creata ſunt. Ad hæc, quid Philoſophi ſenſerint, de his principijs, attende. Anaxagoras mentem, motus principium, dicit acceſsiſſe ad materiam, in qua omnia erant in confuſo, & ſingula diſcretè compoſuiſſe. Sic Plato Deum & materiam, duo dicit rerum principia. Ariſtoteles, reſoluit omnia in actum & potentiam. Pythagoras, principia monadi & dualitati aſsimilat: dualitati uti indefinitam materiam, monadi auctori aiebat ſubiectã. Stoici, Deum (quem & mentem & Iouem nominãt) opificem dicunt, immenſi huius operis, quibus uiſum eſt, duo eſſe rerum omnium principia: faciens, & patiens, & quod patitur, ſine qualitate ſubſtantiam ſeu materiam, quod autem facit uerbum, quod & Deũ eſſe dicunt. Epicurus autem dicebat, imperio Dei omnia ex materia, quam atomorum infinitatem credidit. Nec in Laertio latiùs. Quæ ſi benè conſideras, nihil niſi id, quod prædicitur intendunt, ſcilicet Deum, qui puriſsimus actus, ex poſſe fieri omnia facere: ſed poſſe fieri, eſſe Dei creaturam, expreſsiùs dixit Moyſes. Thales autem non diſſentit, quando ait: mundum eſſe facturam Dei, quem antiquiſsimum confitetur. Eſt igitur & Deus & ipſius poſſe fieri mundi, principium & creator, qui mundum qui factus eſt, præceſsit, in quo mundus fuit ipſum poſſe fieri, quem factum Moyſes dixit: cum nihil actu factum quod fieri non potuit. Sic & Plato mundum genitum, ſiue factum tenet. Dicit enim conſtanter: omne ſenſibile, ab antiquiori principio, neceſſariò eſſe, non ante ipſius mundi poſſe, conſtare tempus: quia cum conderetur, ſimul & tempus adfuit. Ariſtoteles uerò poſſe fieri, negat initium habere, ſic nec motum, nec tempus facta credit, deceptus hac ratione, mundum factum potuiſſe fieri, & poſſe fieri, non fit actu ſine motu, ſic nec motum, nec tempus, factum concludit. Si attendiſſet, ante poſſe fieri, actu eternum: poſſe fieri ab eo, quod ipſum præcedit, principiatum non negaſſet. Succeſsio enim, quæ in motu eſt, cuius menſura eſt tempus, de ſe fatetur tempus, & motum & quę mouentur, non eſſe æterna: cum æternitas ſit actu ſimul id, quod eſſe poteſt. Ideò ante ſucceſsionem: cadit enim ſucceſsio, ab æterno. Quare Plato meliùs uidens, rectè aiebat, tempus imaginem ſempiterni: imitatur enim ſempiternum, & ſequitur poſſe fieri. Quomodo enim fieret ſucceſsio, niſi fieri poſſet? Anaxagoras initia rerum & tẽporis, finem poſuit. Interrogatus enim, ſi mare aliquando futurum eſſet, ubi erant mõtes Lampſaceni: reſpondit imò, niſi tempus deficeret. Credebat igitur tempus aliquãdo finiri. Sic & Stoici, qui mundum corruptibilem affirmabant, meliùs cum nobis, reuelata per fidem ueritate, concordant.

Stoici.

Anaxagoras.

Plato.

Ariſtoteles.

Pythagoras.

Stoici.

Epicurus.

Moyſes.

Thales.

Ariſtoteles.

Plato.

Anaxagoras.

Stoici.

Quomodo ſapientes, poſſe fieri nominarunt. Cap. X.

THales Mileſius, aſsimilabat aquã, ipſi poſſe fieri: quando uidit ex eius uapore aẽrem, & ex illius ſubtilitate ignem, atq; ex aquæ groſsitie terram fieri, cuncta q̃ uiuentia ex ipſa nutriri, ideò & fieri: ex ijs enim ex quibus ſunt uiuentia, ex illis nutriuntur. Sed quòd aqua non ſit poſſe fieri mundi & omnium, licet in ea multum reluceat: ex hoc uidetur. Deus enim ut ipſe rectè ait, eſt antiquiſsimum: ante igitur omne factum, aut creatum. Aqua igitur cum ſit, poſt ipſum facta eſt: ipſam igitur, poſſe fieri antecedit. Zeno uerò Stoicus, Deum aiebat, ignis ſubſtantiam, per aerem in aquam conuertiſſe. Et quemadmodum ſemen, in fœtu conſtinetur: ita & ſerendi rationem, in humore reſediſſe, materia ſcilicet ad operandum, aptiſsimè parata, à qua cætera poſt hæc gignerentur. Oportet ut intelligas, noſtrum principium, ſcilicet poſſe fieri: aquam, & cuncta elementa, & quæ facta ſunt, præcedere, ſiue ſint, ſiue uiuant, aut intelligant. Neq; hic humor, de quo Zeno, eſt pura aqua, etiam ſi aqueus: cum enim detur, aqua una purior & ſimplicior alia: omnis dabilis aqua, purior eſſe poteſt, ſimpliciorq;. Non igitur uni elementi, ſed omnibus inuicem compoſitis, poſſe fieri ſenſibilia, corporaliaq; attribui debet. Sic enim et Stoicos ſenſiſſe, tradit Laertius, in Zenonis Citici uita, de ſenſibili & corruptibili mundo lo-

Thales.

Ex alienis.

Zeno.

Stoici.

Laertius.

Zeno.

http://www.obrascatolicas.com

quens, ait: mundum factum, quãdo ignis substantia per aërem, uersa fuerat in humorem, tunc crassior ipsius pars effecta fuit terra. Porrò subtilior, in aërem cessit, eaq; magis ac magis extenuata, in ignem euasit, & ex his permixtis, exorta esse animalia, & arbores, & alia genera, mundanæ creaturę. Patet satis, istos & eorum sequaces, de hoc sensibili terrestriq; mundo locutos esse, ac quòd in ipso, non reperiantur simplicia elementa, sed permixta, ut unum ex altero, ex omnibus cuncta etiam uiuentia, fieri possent. Si enim elementum simplex & purum esset, cum id esset quod fieri posset, non esset in potentia ad aliud: sicuti Dionysius, in cœlesti Hierarchia, ignem inalterabilem asserit. Imò alibi, libro de diuinis nominibus, in cap. de malo, affirmat, nihil secundùm naturam & substantiam corrumpi, licet aliqua, secundùm alia, eis accidentia, corrumpantur. Stoici uerò partes huis terreni mundi, corruptibiles affirmarunt. Hìc concluserunt, hunc mundum & genitum, & corruptibilem. Peripatetici uerò restaurari ipsum per circulationem astruunt; ideo nunquàm posse deficere, motu circulari semper perseuerante, ingenitumq; esse dicunt. Hoc tamen certissimum, uniuersum mundum, nunquam deficere posse. Intelligibilia enim, quę sunt principales eius partes, id sunt, quod fieri possunt, ut suprà diximus.

Dionysius.

Stoici.

Peripatetici.

De tribus regionibus, & decem campis sapientiæ. Cap. XI.

Ex sententia.

VT autem propositum nostrum explicemus, dicimus, quòd tres sunt regiones sapientiæ. Prima: in qua ipsa reperitur, uti est æternaliter. Secũda, in qua reperitur, in perpetua similitudine. Tertia, in qua in temporali fluxu similitudinis, lucet à remotis. Decem uerò puto campos, uenationi sapientiæ, plurimum aptos. Primum, nomino doctam ignorantiam. Secundum, Possest. Tertium, non aliud. Quartum, lucis. Quintum, laudis. Sextum, unitatis. Septimum, æqualitatis. Octauum, connexionis. Nonum, termini. Decimum, ordinis.

De primo campo, doctæ scilicet ignorantię Cap. XII.

IN primum intrans aduerto, quomodo incompræhensibilis, incompræhensibiliter capitur. Refert Eusebius Pamphili, Indum Athenas aduentasse, quem Socrates conuenit, an Deo ignoraro, sciri aliquid posset. Qui admirans quæstionem, respondit: quomodo hoc fieret? non enim uoluit Indus, nihil sciri, sed nec Deum penitùs ignorari: omnia enim quia sunt, & Deum, quia est attestantur. Imò potiùs, quia Deus est, omnia sunt: scilicet, quia omne quod scit, meliùs perfectiusq; sciri potest, nihil uti scibile est scitur. Hinc sicut quia est Dei, est causa scientię omnium, quia sunt: ita quia Deus quid sit, uti scibilis est, ignoratur, quidditas etiam omnium, ut scibilis est, ignoratur, quam ait Aristoteles, semper quæsitam: quemadmodum & ipse, eam in prima quærit Philosophia, sed nõ inuenit. Visum est Proclo, quomodo quid sit id, quod est principaliter omnium repertu difficillimũ: non esse aliud, quàm unum plura, unum in essentia, plura in potentia. Sed per hoc non scitur, quod unum plura existat, de quo infra latiùs: fieri enim non potest, quòd id sciatur, quod posse fieri antecedit. Deus igitur cum præcedat, non potest fieri compræhensibilis. Et cum quid sit posse fieri, non sit compræhensibile, sicut nec eius causa, ipsum præcedens: nullius quidditas (causis ignoratis) uti scibilis est, actu compræhenditur. Quantò igitur quis meliùs sciuerit, hoc sciri non posse: tantò doctior. Nam si doctior est, de magnitudine claritatis Solis, negans ipsam uisu compræhensibilem, quàm affirmans, & de magnitudine maris, negans ipsam quacunq; mensura liquidorum mensurabilẽ, quàm affirmans: utiq; doctior est, negans magnitudinem absolutam incontractam, ad claritatem Solis, uel amplitudinem maris, aut alterius cuiuscunq;, & penitùs interminatam & infinitam, mensura mentis, quæ ad mentem contracta est, mensurabilẽ quàm affirmans, & hanc partem, in libellis doctæ ignorantiæ (prout potui) explicui. Mira res: intellectus scire desiderat, non tamen hoc naturale desiderium eius, ad sciendum quidditatem Dei sui, est ei cognatum, sed ad sciẽdum Deum suũ tàm magnum, quòd magni-

Aristoteles. Proclus.

Libri de Docta ignorãtia.

magnitudinis eius nullus est finis, hinc omni conceptu & scibili maiorem. Non enim contentaretur de seipso intellectus, si similitudo esset, tàm parui & imperfecti creatoris, qui maior esse posset & perfectior: omni enim scibili & compræhensibili, infinitæ & incompræhensibilis perfectionis, utiq; maior est. Hunc Deum suum omnis creatura, & huius se asserit similitudiuem, & nequaquàm eo minoris. Contentatur enim omnis creatura sua specie, tanquàm perfectissima, ut Epicharmus dicebat: quia ipsam infinitæ pulchritudinis, Dei sui, scit similitudinem. & donum perfectum. Ideò Moses scripsit, Deum uidisse cuncta quæ fecerat, & erant ualdè bona. Quare meritò quiescit, quælibet res in sua specie, quæ est ab optimo bona ualdè. Adhuc attende, quo modo Deus posse fieri excedens, præcedit omne, quod potest fieri. Nihil igitur potest fieri perfectiùs, quod non præcedat. Est igitur omne id, quod esse potest, omne perfectibile perfectumq;. Quare est ipsum perfectum, quod & perfectio, omnium perfectorum & perfectibilium. Gaudet igitur intellectus, se talem cibum perficientẽ nunquàm consumptibilem habere, per quem uidet se immortaliter perpetueq; pasci, delectabilissimeq; uiuere, semperq; in sapientia perfici, crescere, augeriq; posse. Vtis plus gaudet, qui inuenit infinitum & innumerabilem, incomprahensibilem atq; inexhaustibilem thesaurum, quàm ille qui reperit finitum, numerabilem, compræhensibilemq;. Hoc ille magnus Leo Papa uidens, ait, in sermone, ubi Deum ineffabilem laudat dicens: Sentiamus in nobis bonum esse, quod uincimur. Nemo ad cognitionem ueritatis magis propinquat, quàm qui intelligit in rebus diuinis, etiam si multũ proficiat, semper sibi superesse, quod quærat. Vides nunc uenatores Philosophos, qui nisi sunt, rerum quidditates (ignorata quidditate Dei) uenari, & qui Dei quidditatem, semper scibilem, facere scitam nisi sunt, fecisse labores inutiles: quoniam campum doctæ ignorantiæ, non intrarunt. Solus autem Plato, aliquid plus aliis Philosophis uidens, dicebat, se mirari, si Deus inueniri, & plus mirari, si inuentus posset propalari.

Epicharmus.

Leo Papa.

Plato.

De secundo campo, Possest. Cap. XIII.

INtellectus intrans in campum possest, hoc est ubi posse est actu, uenatur cibum sufficientissimum. Deus enim, quem Thales Milesius, antiquissimum rectè affirmabat: quia non factus seu genitus, antiquior est, omni nominabili. Nam ante aliquid & nihil, effabile & ineffabile, atq; posse fieri & factum. Non igitur potest fieri, quòd æternum nõ sit actu. Licet enim humanitas sit id, quod humanitas requirit, non tamen est actu id, quod fieri potest: est enim post fieri posse, sub omnipotenti potestate creatoris ipsius posse fieri. Nihil igitur omnium, quæ fieri possunt posse fieri, unquàm à posse fieri aliud quàm est, absoluitur. Solus Deus, est Possest qui ita est actu, quod esse potest. Non est igitur Deus quærendus, in alio campo, quàm Possest. Nam quocunq; demonstrato, hoc Deus non est: quia hoc potest fieri aliud. Non est Deus paruus, quia paruũ, potest esse maius: nec; magnus, quia magnum potest esse minus: sed ante omnia, quæ aliter fieri possunt, & ante omnia, quæ differunt. Est enim ante differentiam omnem, ante differentiam actus & potentia, ante differentiam posse fieri & posse facere, ante differentiam lucis & tenebrarum: imo ante differentiam esse & non esse, aliquid & nihil, ante differentiam indifferentiæ & differentiæ, æqualitatis & inæqualitatis, & ita de cunctis. Vide si respicis ad cuncta, quæ post ipsum sunt: omnia sunt ab inuicem differentia, atque etiam ad inuicem concordantia, in genere entis, aut specie, numero differentia. Ipse autem Deus, est ante omnem differentiam differentiæ & concordantiæ, quia Possest. Et cum sit ante differentiã unius & alterius: non est plus unum, quàm aliud, cum ante differentiam parui & magni, non maior uni & minor alteri, nec uni æqualior, & alteri inæqualior. Sunt in hoc campo, delectabilissimæ uenationes: quia possest, est actu omne posse. Omne igitur quod sequitur posse fieri, ut fiat actu: non est actu, nisi ut imitetur actum possest, qui est actus æternus, non factus, secundùm quem, omnem quod actu fit, necesse est fieri. Nam cũ posse fieri, & esse actu differant, & æternitas, quæ Deus est, illam differentiam præcedat: respicis in æternitatem, in qua posse fieri & actu esse, non differunt, omnia quæ

Possest.

http://www.obrascatolicas.com

facta ſunt,& fieri poſſunt actu,& ibi ipſam æternitatem eſſe uides. Vnde omne quod factum eſt aut fiet, poſſe fieri creatum, neceſſariò ſequitur etiam actum eius, qui eſt æternitas. Iterum unum & eius potentia differunt. Nam unum,ut eſt principium numeri,eſt poſt fieri:quia eſt multiplicabile,& non eſt actu,quod eſſe poteſt. Vnum uerò,potentialiter eſt omnis numerus. Differt igitur unum & eius potentia. Reſpice igitur in Poſſeſt,ante illam differentiam, & uides, in æternitate,unum & eius potentiam,ante differentiam, eſſe actu æternitatem. Omnem igitur numerum,qui ex potentia unitatis,poſt poſſe fieri,actu conſtitui poteſt:actu uides eſſe æternitatem, & illum actum æternum,actus numeri,qui fit aut fiet ſequitur,ut imago ueritatem. Nam ſicut monas in æternitate eſt:ita unum,quod omnia actu,quæ unum fieri poſſunt, ſic & duo in æternitate,ſunt ita duo,quòd omnia quæ duo fieri poſſunt,ita de omnibus. Vides igitur,quòd duo actu,poſt poſſe fieri, imitantur actum ipſorum duorum,in æternitate. Sed proportio ipſorum duorum,poſt poſſe fieri, ad duo illa,quæ ſunt æternitas,eſt ſicut numerabilis ad innumerabile,ſeu finitum ad infinitum. Patet, quomodo Philoſophi,qui hunc campum non intrauerunt, de delectabiliſſimis uenationibus,non deguſtarunt. Id autem quod eos terruit ne hunc campum intrarent,fuit quia præſuppoſuerunt,etiam Deũ,ſicut alia,quę poſſe fieri ſequuntur,circa differentiam oppoſitorum quærendum. Nam ante differentiam cõtradictorié oppoſitorum, non putabant Deum reperiri. Volentes igitur uenationem eius includi,intrà ambitum principij illius,quodlibet eſt uel non eſt:ipſum qui etiam illo principio antiquior,& qui ambitum illius principij excellit , non quæſiuerunt , in campo Poſſeſt,ubi poſſe eſſe,& actu eſſe, non differunt. De Poſſeſt,alibi in Dialogo eius,plura ſcripſi. Hæc igitur nunc ſic dicta,tanta ſufficiant.

Dialogus de Poſſeſt.

De tertió campo,ſcilicet non aliud. Cap. XIIII.

Ariſtoteles.

ARiſtoteles Socratem ad definitiones primum,ingenium contuliſſe,in Metaphyſica ſua ſcribit. Definitio enim, ſcire facit. Exprimit enim definiti genericam concordantiam, & differentiam ſpecificam, quam uocabulum ſuo ſignificato,complicat. Videtur igitur quæſitum in definitione ſua,eo modo quo cognoſci poteſt. Oportet igitur intellectum, qui uenatur id, quod ipſum poſſe fieri præcedit,attendere:quomodo etiam aliud præcedit. Non enim ipſum,quod poſſe fieri antecedit,poteſt fieri aliud:quia aliud,eſt poſt ipſum. Et quia hoc ſic ſe habet, non poteſt per alios terminos definiri , ſeu per genus & differentias , ſpecificari ſeu determinari,quę quidem præcedit. Oportet igitur,quòd ipſum ſit ſuiſpſius definitio. Et hoc etiam clarum,ex antehabitis,quando præcedit differentiam definitionis,& definiti. Nec hoc ſolum,ſed etiam neceſſe eſt,per ipſum omnia definiri:cum eſſe nequeant,niſi per ipſum ſint,& definiantur. Optimè hæc uidit Dionyſius, in cap. de perfecto & uno,in libro diuinorum nominum,dicens. Necꝫ eſt unum illud,omnium cauſa,unum ex pluribus,ſed ante unum omne,omnem multitudinem,uniuſcꝫ omnis ac multitudinis definitum. Campum autem,ubi eſt uenatio iocundiſſima eius,quod ſe & omnia definit,nomino non aliud:ipſum enim non aliud,ſe & omnia definit. Nã cũ interrogo quid eſt non aliud,conueniẽtiſſimè reſpondetur, non aliud eſt non aliud, quàm non aliud. Et cum quæro,quid eſt igitur aliud:benè reſpondetur,ipſum aliud, eſſe non aliud,quàm aliud. Et ſic mundus eſt non aliud,quàm mundus, & ita de omnibus,quę nominari poſſunt. Vides nunc, æternum illud antiquiſsimum,in eo campo,dulciſsima uenatione,quæri poſſe. Nam cum ſit ſuiſpſius, & omnium aliorũ definitio:non reperitur in alio aliquo clarius,quàm in non aliud. Attingis enim in eo campo,antiquiſsimum trinum & unum,qui eſt ſuiſpſius definitio. Nam non aliud, eſt non aliud,quàm non aliud. Miratur de hoc ſecreto intellectus , quando attentè aduertit,trinitatem,ſine qua Deus ſeipſum nõ definit, eſſe unitatem:quia definitio, definitum. Deus igitur trinus & unus eſt definitio , ſe & omnia definiens. Reperit igitur intellectus,Deum nõ eſſe aliud ab alio: quia ipſum aliud definit. Sublato enim eo,quod eſt non aliud,non manet aliud. Oportet enim aliud ſi eſſe debet,eſſe non aliud

Dionyſius.

aliud,quàm aliud,alioqui eſſet aliud quàm aliud , & ita non eſſet aliud: igitur cum ſit ante aliud,non poteſt fieri aliud,& eſt actu omne,quod ſimpliciter eſſe poteſt. Aduertas autem,quomodo non aliud,non ſignificat tantùm ſicut idem. Sed cum idem ſit non aliud,quàm idem: non aliud , ipſum & omnia quæ nominari poſſunt, præcedit. Ideò & ſi Deus nominetur non aliud, quia ipſe eſt non aliud, ab alio quocunqꝫ: propterea tamen,non eſt idem cum aliquo. Sicut enim non eſt aliud à cœlo:ita non eſt idem cum cœlo. Habet igitur omnia,ut non alia quàm ſunt , quia Deus ipſa definit,& ab ipſo non aliud,habent non aliud in ſpecie generare, ſed ſibi ſimile efficere. Bonitas igitur bonificat,album albificat,& ita de omnibus. Venatores Philoſophi, hunc campum non intrarunt,in quo ſolo,negatio non opponitur affirmationi. Nam non aliud,non opponitur ad aliud,cum ipſum definiat & præcedat. Extra hunc campum, negatio affirmationi opponitur:ut immortale mortali, incorruptibile corrupti bili,& ita de omnibus,ſolum non aliud excipitur. Quærere igitur Deum,in alijs campis,ubi non reperitur, uacua uenatio eſt:non enim eſt Deus,qui alicui opponitur:cũ ſit ante omnem oppoſitorũ differentiam. Imperfectiori igitur modo,Deus nominatur animal,cui non animal opponitur , & immortalis,cui mortale opponitur: quàm non aliud,cui nec aliud, nec nihil opponitur,cum etiam ipſum nihil præcedat , & definiat. Eſt enim nihil non aliud,quàm nihil . Subtiliſsimè aiebat,diuinus Dionyſius, Deum eſſe in omnibus omnia,in nihilo nihil. Scripſi autem latiùs de nõ aliud,in dialogo quadrilocutorio,Romæ,anno tranſacto,ideo nunc de hoc ſatis.

Dionyſius. Dialogus de non aliud.

De quarto campo,ſcilicet lucis. Cap. XV.

Luc. III.

VOlo nunc intrare campum lucis , & in data luce,quærere lumen ſapientiæ. Eſt enim ut ait Propheta:ſignatum ſuper nos lumẽ uultus ſeu notitię Dei, & in illa fit læta ualdè,iocundaꝫ uenatio. Dico autem,quoniam omnis uidens niuem, albam eam affirmat. Huic aſſertioni contradicere , delirare eſt. Sic quæ omnis intelligens uera dicit:uera eſſe,negare nequit. Cum autẽ id quod omnia definit,definitio ſit:utiꝫ definitio,quę ſe et omnia definit,eſt bona ualdè,magnaꝫ eſt hæc definitio,uera & pulchra eſt, ſapientifica eſt, delectabilis eſt,clara eſt, æqua eſt,& ſufficiens . Hæc enim omnia & his ſimilia,de definitione illa , uerißimè dici,omnis fatetur intellectus. Sunt igitur illa,in definitione definitio,& in definito definitum. Cum igitur definio ,mundum non aliud eſſe,quàm mundum:hæc omnia quæ præmiſi,uideo in definitione illa,definitionem eſſe,quæ de his omnibus ueraificatur,& in mundo definito , mundum eſſe. Bonitas igitur,magnitudo,ueritas, pulchritudo,ſapientia,perfectio,claritas,& ſufficientia in mundo definito, mundus ſunt,in terra definita:terra. Sicut in Deo definito : Deus, & ſicut in nõ alio,ſunt non aliud,ſic in alio,aliud . Quando igitur in Sole,qui eſt quid aliud ſunt Sol:tunc ſunt quid aliud(ſcilicet Sol) dictum. Sicut igitur in Deo, non ſunt aliud,quàm non aliud ſimpliciter:ſic in Sole non ſunt aliud,quàm non aliud ſic dictum. Bonitas igitur Solis,non eſt ipſum non aliud ſimpliciter,ſed ipſum non aliud Solare, quoniam in Sole Sol eſt,ita in omnibus. Hic uenatur intellectus,admirabilem atcꝫ ſapidiſsimam ſcientiam,quando certiſsimè intuetur , hæc omnia in æterno ſimpliciſsimo Deo ipſum Deum,ſe & omnia definientem, hinc & in omni definito,definitum . Ex quo ſcit, quòd nihil omniũ quæ ſunt,penitus poteſt eſſe expers boni,mali,ueri,pulchri,& ſic conſequenter de ſingulis præmiſsis. Et quia nihil omnium,eſt expers ſufficientię,ſufficientiſsimè omnia condita ſunt , cum quodlibet tantùm habeat ſufficientiæ,quantùm ſibi ſufficit. Sic nihil omnium, expers eſt ſapiẽtiæ & claritatis ſeu lucis, ſed quodlibet tantùm habet de ijs,quantùm ſuæ naturæ ſufficit , ut ſit non aliud quàm eſt, meliori modo quo eſſe poteſt. O mirabilis ſapientia Dei, quæ cuncta quæ fecit,uidit bona ualdè. Peruenire igitur , per omnem uenationem,uſcꝫ ad admirationem illius æternæ ſapientiæ, eſt propè accedere. Quoniam ut ait Sapiens:ipſa eſt uapor,uirtutis maieſtatis Dei. Huius ſuauiſsimum & nouum, totam intellectualẽ capacitatem reficientem odorem,admiratur uenator,& inflammatur in enarrabili deſiderio,in odore illo currendi,ut capiat,quam propè eſſe non dubitat. Hac ſpe gaudioſa,confortatur

http://www.obrascatolicas.com

& augetur cursus uenatoris: retardatur tamen, ob aggrauans corpus, quod circumfert. Et sapientiam uelocissimam, quã attingit à fine, usq; ad finem, comprehendere nequiens, cupit dissolui à corpore, & illi amicitiæ, quæ nectit ipsum ad corpus, quæ maior secundùm naturam esse nequit, renunciat: & mori non pertimescit, ut cibum immortalem, Dei scilicet sapientiam, comprehendat & degustet. Neq; est possibile, quenquàm uenatorum, aliter ad eius comprehensionem peruenire, ut hæc nos incarnata docuit Dei sapientia, quam nemo nisi dignus, apprehendit. Dignus autem non est omnis ille, qui ipsam ignorat, omnibus, uitæ etiam propriæ præferendam, & ita ardeat eius amore, quòd se & omnia perdat, ut ipsam lucretur.

De eodem. Cap. XVI.

GAudet intellectus, in hac uenatione lætissima. Nam hæc uenatio: bona, magna, uera, sapida, pulchra, delectabilis, perfecta, clara, æqua & sufficiens est. Videt enim cum bonum definitur: ipsa omnia prædicta, magnum, uerum, & cætera esse ipsum bonum. Et dum magnum definitur, in ipso bonum, uerum, & cætera esse ipsum magnum. Et ita in quolibet ipsorum, omnia sunt ipsum. Et quia in non alio, sunt ipsum non aliud: non est ibi bonum, aliud à magno, & uero, & cæteris, nec magnum, aliud à bono, & uero, & cæteris: nam non aliud, ipsa omnia, facit esse non aliud: sic aliud, ipsa omnia, facit aliud. Bonum enim in alio, est aliud, ita magnũ, & uerum. Cum igitur quodlibet sit aliud: non erit bonum tunc non aliud, à magno, nec à uero, sed sicut in ipso non alio, non aliud: ita in ipso alio, aliud. Vnde cum Sol sit aliud, non est eius bonitas non aliud, quàm eius magnitudo, aut ueritas, & reliqua, sed quodlibet illorum, cum sit Solare, est aliud ab alio. Solaris enim bonitas ad Solem cõtracta, non est illa absoluta bonitas, quæ non aliud: ideò est alia à magnitudine Solari, & ueritate Solari & alijs: non enim in alio aliud, quod Sol dicitur, essent illa ipsum aliud, si non esset quodlibet ipsorum, aliud. Sol enim alio est bonus, & alio magnus, & alio uerus, & ita de singulis illis. Quare aliud, citra simplicitatem ipsius non alius: non caret (respectu ipsius non alius) compositione. Magis autem compositum est ipsum aliud, in quo non aliud minus relucet: ut magis compositum in alio sẽsibili, quàm intelligibili. Neque in bonitate Solari, in qua magnitudo, ueritas, & cætera non sunt ipsa bonitas: magnitudo est non aliud, sed aliud à ueritate, & quodlibet à quolibet aliud, cum sint in Solari bonitate, quæ est alia, ipsa scilicet Solaris bonitas. Necesse est igitur, Solarem bonitatem, cadere in compositionem: cum à simplicitate ipsius, non alius seu Dei, in Solarem alteritatem, contrahatur. Bonitas igitur, magnitudo, ueritas, & cætera quæ in composito compositũ sunt: alia & composita esse, necesse est. Sicut in simplicissimo Deo, non alia, sed incompositè, simplex ipse Deus existunt, sicut causata in causa, causa sunt. Omnia autẽm, quæ intellectus concipere potest: aut sunt non aliud, aut aliud. In non aliud, cum ipsum sit id, quod esse potest simplicissimum & perfectissimum: non cadit uarietas. Ideo in aliud, omnem cadere uarietatem, uidet. Varietas igitur, modorum essendi ipsius alius, alia & alia sortitur nomina. Bonitas igitur, magnitudo, ueritas, & cætera, secundùm alium modum combinationis, constituunt id quod uocatur esse, secũdum alium, id quod uocatur uiuere, secundum alium, id quod uocatur intelligere, & ita de omnibus. Nec illa omnia, quæ sunt, uiuunt, & intelligunt aliud sunt: quàm ipsius non alius, quod omnia definit, uaria receptio. Ex qua sequitur uaria eius relucentia, in uno clarius, in alio obscurius. Clarius & durabilius, in intellectualibus, obscurius & corruptibilius, in sensibilibus, & in his, differenter.

De

De eodem Cap. XVII.

Proclus. Plato. Socrates. Alcibiades.

REfert Proclus, in primo libro Theologiæ Platonis: Socratem, qui uices Platonis tenet in Alcibiade, dicere, intellectiuam animam, cum intrà se conspicit, Deum & omnia speculari. Ea enim quæ post ipsam sunt, umbras esse uidet intelligibilium, quæ uerò ante ipsam, ait in profundo, clausis quodãmodo oculis, conspici, omnia enim in nobis animaliter esse, dicit. Ecce diuinum Platonis iudicium. Ita quidem arbitror ut ipse, omnia in omnibus, scilicet suo esse modo. In intellectu igitur nostro, secundùm ipsius essendi modum, sunt omnia. Nam bonitas, magnitudo, ueritas, & omnia illa decem, in omnibus sunt omnia: in Deo Deus, in intellectu intellectus, in sensu sensus. Si igitur quæ in Deo Deus, in intellectu intellectus, & in omnibus omnia: utiq; omnia in intellectu, intellectus sunt. Intellectualiter igitur sunt ibi omnia, seu notionaliter siue cognoscibiliter. Et quia intellectus est bonus, magnus, uerus, pulcher, sapiens, & cætera decem, cum se intuetur, se talem ut dixi esse uidet, & contentatur maximè, cum uideat se perfectum & sufficientem. Et quoniam illa est intellectualiter, per suam bonitatem intellectualem, potens est intelligere, bonitatem absolutam, & bonitatem contractam. Sic per magnitudinem, sic per ueritatem, sic per sapientiam intellectualem suam, notiones facit sapientiæ absolutæ, ab omnibus, & ad omnia contractæ, ordinemq; rerum in sapientia intuetur, & ordinatà contemplatur. Vnde cum cognitio, sit assimilatio: repperit omnia in seipso, ut in speculo uiuo, uita intellectuali, qui in seipsum respiciens; cuncta in seipso assimilata uidet. Et hæc assimilatio, est imago uiua creatoris omnium. Cum autẽ sit uiua & intellectualis Dei imago, qui Deus, non est aliud ab aliquo: ideò cum in se intrat, & scit se talem esse imaginem, quale est suum exemplar, ipsum in se speculatẽ. Hunc enim indubiẽ Deum suum cognoscit, cuius est similitudo. In bonitate enim sua notionali, cognoscit eius bonitatem, cuius est imago, maiorem quàm concipere aut cogitare possit. Sic intuendo in suam magnitudinem, omnia intellectualiter ambientem: cognoscit, exemplarem Dei sui magnitudinem, ambitum suum, qui illius est imago, excedere: quia illius non est finis, ita de reliquis cũctis. Videt etiam suprà se, intelligentias lucidiores, diuinitatis capaciores, & post se, sensibilem cognitionẽ magis tenebrosam, & diuinitatis minus capacem. Quantùm sufficientiæ habeat intellectualis uenatio, quando intrà se pergit, non cessans seipsam profundare: ostendunt Theologorum, Philosophorum, & Mathematicorum inuenta, nobis per eorum scripta multipliciter referata. Quo autem modo Dionysius in campo lucis, uenationem fecerit utiq; electam, in libro ipsius, de diuinis nominibus, reperitur. Dionysius.

De campo quinto, scilicet laudis Dei. Cap. XVIII.

CVm hunc lucis campum peragrassem, statim se campus laudis Dei, amœnissimus ostendit. Nam cum hæc quæ in campo lucis uenatus fui, de quibus decem prædicta, scilicet, bonitatem, magnitudinem, ueritatem, & reliqua in mentis escario reconderam: repperi illa omnia & plura, in laudis Dei campo plantata. Et dixi, cum hic floridus lætusq; cãpus, non producat, nisi illa decem & similia: sunt igitur ipsa, decem laudes Dei. Et intrà me conspiciens, attendi, quomodo intellectus, affirmans definitionem se & omnia definientem esse bonam, magnã, ueram, & reliqua: laudem eius exprimere conatur. Laudauit enim illam definitionẽ, quæ Deus est: quia bona est, quia magna, quia uera, & ita consequenter. Quid igitur sunt illa decem, nisi laus Dei: quid laudatur per illa, nisi laus illa, quæ Deus est? Nonne hæc omnia laudantur? bonitas laudatur, magnitudo laudatur, ueritas laudatur, & singula sequentia? Hæc igitur decem, & alia quæ per omnẽ intellectum uigẽtem laudantur, in Dei laudem sumuntur, & benè de ipso dicuntur: quia ipse est fons laudis. Sunt igitur omnia, ex Dei laudibus & benedictionibus, id quod sunt. Ideo Prophetа Dauid, ad omnia respiciens Dei opera, canebat: Laudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis. Et singulariter enumerat angelos, cœlos, terram, aquam, &c. cuncta creata, quæ laudant Deum: nihil enim sunt omnia, nisi decora Dei, iocunda- Laus V. Dauid.

http://www.obrascatolicas.com

Dionysius. q'ue laudatio. Nam atteſtante Dionyſio: diuina, ſola participatione noſcuntur, quomodo enim in ſuo principio, & ſua ſede ſint, nullus intellectus attingit. Porrò ſiue ſuperſubſtantiale illud occultum, lucem, & uitam, ſiue uerbum appellamus: nil intelligimus aliud, quàm ex eo in nos emanantes participationes atq; uirtutes, quibus aſſumamur in Deum, & quæ nobis uel ſubſtantiam, uel uitam, uel ſapientiam largiantur. Hæc Dionyſius. Meritò igitur quælibet Dei factura, Deum laudat, quia bonus: quia ipſa ſe fatetur, bonam & laudabilem ipſius dono, ſic magnam, ſic ueram, & reliqua. In campo laudis, fecerunt ſuas deuotiſſimas uenationes, omnes Prophetæ ſeu uidentes, & eleuatores intellectus, quod atteſtatur ſacræ literæ, & ſcripta ſanctorum,

Dionyſius. in quibus omnia ad laudem Dei referuntur. Dum enim Dionyſius, de diuinis tractaret nominibus, nomina illa, Dei laudes appellauit, & Deum per ipſam laudans, in eius laudem ipſa expoſuit: ut in cap. de ſapientia, laudatur intellectus & ratio, & dicit: quòd ex ſubſtantijs omnibus, laudatur. Depræhendit igitur in hoc laudis campo, ſapidiſſimam ſcientiam, conſiſtere in laude Dei, quæ omnia ex ſuis laudibus, ad ſui laudem conſtituit. Sicut enim hymni laudum uarij, uarias continent harmonicas combinationes: ſic quælibet ſpecies, humana ſcilicet, leonina, aquilina, & ita de omnibus, eſt ſpecialis quidam hymnus, ex laudibus Dei, & in laudem eius conditus. Cœli hymni, magis feſtiui & fœcundi ſunt laudibus, quàm terreſtres. Sol enim mirabilis eſt laudum Dei combinatio, & quilibet hymnus, in hoc pulcher & ſingularis: quia habet in ſua ſingularitate aliquid, quo alij hymni carent. Ideò Deo cuncti accepti, qui omnia quæ creauit, participatione laudis ſuæ, bona dixit, eisq; benedixit. Ex his elicui, hominem uiuum quendam & intelligentem, laudum Dei hymnum, optimè compoſitum, plus cunctis uiſibilibus, de Dei laudibus habere, ut Deum præ cæteris, indeſinenter laudet. Et in hoc ſolo conſiſtere uitam ſuam, ut id reddat Deo, quod ut eſſet accepit, laudes ſcilicet, tunc ad finem properet, & immortalium laudum, fœliciſſima præmia, conſequetur.

De eodem. Cap. XIX.

Laus V. OMnia igitur, ſuo eſſe laudant Deum, poſtquàm quodlibet adeò eſt perfectum & ſufficiens, quòd nulla ex parte laude careat, utiq; ſuum laudato opificem, à quo ſolum hoc habet, quòd laudatur. Naturaliter igitur, omnia creata Deum laudant, & cum creatura laudatur, non ipſa laudatur, quę ſeipſam non fecit, ſed in ipſa conditor eius. Idololatria igitur, qua creaturæ, diuinæ laudes dãtur: inſania eſt, infirmæ, cæcæ, & ſeductæ mentis. Nam cum colitur pro Deo, illud, quòd ſua natura, ſuum laudat factorem: utiq; inſanire eſt. Neq; eſt quicquàm, quod alium cognoſcat Deum, quàm illum, quem ut conditorem laudat, quo nihil ſcit præſtantius. Scit igitur omnis creatura, & quantùm ſibi ſufficit, cognoſcit conditorem ſuum omnipotentem, ipſum laudat, auditq; & intelligit uerbum eius, et obedit. Si enim dixerit lapidi quòd uiuat: utiq; audit, intelligit, & obedit. Mortui enim audient uerbum Dei, & uiuent. Sicut Lazarus quatriduanus, & alij mortui audiuerunt, & uixerunt: ut hæc ſciunt Chriſtiani. Ex quo certum eſt, hominem qui habet liberum arbitrium, quando à laudibus Dei ceſſat, & Dei uerbum non audit, quod in ipſo & conſpicientia eius loquitur, nec uult intelligere & obedire, ut benè agat: inexcuſabilis eſt, cum à propria natura repræhendatur, & indignus eſt ſocietate fœlicium, Deum perpetuè laudantium. Venatus ſum prærerea in hoc campo, indicibilem eſſe ſanctorum ſpirituum, perpetuam iocundiſſimamq; Domini laudationem, qui quantùm amant, tantùm clamant, & quantò plus laudant, tantò & ipſi maiorem laudem aſſequuntur, & ad infinitè laudabilem, propiùs accedunt: licet nunquàm, ad eius æqualitatem pertingant. Sicut enim finibile tempus, non poteſt unquàm ita augeri, quòd fiat ſimile infinibili perpetuo: ita nec initiatum perpetuum, poteſt unquàm æquari, in principiato æterno. Sic nec perpetua rebellium ſpirituum damnatio, unquàm temporalis finibilisq; fiet. Qualem autem laudem, homines perfecti, laudatores Dei conſequantur: obſeruantia ſemper ſeruata docet, quæ eos ad Dei, & ſanctorum conſortium

tium exaltat, & diuinis proſequitur laudibus. Perfecti autem, in excelſis Deum laudant, & quæ hanc laudem poſſunt impedire, abijciunt: uti eſt amor ſui, & mundi huius, & relegant ſeipſos, habituantes ſe in religione, hunc impeditiuum, ſui & mũdi amorem, mortificante: imitantes magiſtrum ueritatis, Dei uerbum incarnatum: qui in Dei laudem, omnium terribilium terribiliſsimum, mortem ſcilicet turpiſsimam, uoluntariè uerbo & exemplo, docuit ſubeundam. Quem infiniti martyres ſecuti, morte uitam adepti ſunt immortalem, & hodie religioſi quàm plurimi, mundo mortui, his Dei laudibus uacantes, perfecti Dei laudatores eſſe, contendũt.

De eodem. Cap. XX.

Laus V. MAndauit Propheta, pſallere Dei laudes, in pſalterio decachordo. Hoc ego attendens; decem laudis chordas tantùm ſumpſi, uidelicet. Bonitatem magnitudinem, ueritatẽ, aca lias prænominatas. Pſalterium autem, opus eſt intelligentiæ, ut homo habeat inſtrumentum, in quo dulces & delectabiles tangat modos. Illos enim modos, quo in ſe habet intelligibiliter, facit audibiles & ſenſibiles. Et cum ſint in intellectu modi illi, habentes intellectum; delectantur aure, & ſenſibiliter audire in ſono, quod inſenſibiliter habent in anima. Vnde ſi concordant uoces, cum harmonicis uitalibus animæ numeris, laudant pſallentem: ſi diſſentiunt, uituperant. Tria ſunt neceſſaria, ſi pſalli debet pſalterium, ex duobus, ſcilicet uaſe & chordis compoſitum, atq; pſaltes: hoc eſt intelligentia, natura, & ſubiectum. Pſaltes intelligentia: chordæ, natura, quæ intelligentia mouetur; & uas naturæ conueniens, ſubiectum: in homine microcoſmo hæc, ut in maiori mundo ſunt. Eſt in ipſo intelligentia, eſt natura humana, & corpus ei conueniens. Ita eſt homo uiuum pſalterium, in ſe omnia habens, ad pſallẽdum Deo laudes, quas in ſeipſo cognoſcit. In pſalterio enim & cithara, in cymbalis iubilationis, & benè ſonantibus: omnis ſpiritus laudat Dominum. Hæc omnia inſtrumenta in ſe uiua, habet ſpiritus noſter intellectualis. Mirandum autem eſt, unde homo uigens intellectu, naturaliter habet ſcientiam laudis, & laudabilium, & uituperabilium. niſi enim illi naturæ, hæc ſcientia neceſſaria eſſet, ad ſui paſcentiam & conſeruationem, nõ haberet plus homo ipſam quàm aſinus. Diuina enim prouidentia, ſicut non deficit in neceſſarijs: ita non abundat, in ſuperfluis. Et quoniam ex quibus ſumus, ex illis nutrimur & paſcimur, omne uiuens, quærit cibum ſuum, quem dum inuenit cognoſcit, & hoc ex conformitate cibi ad id, unde eſt. Quare cum homo, ſecundùm intellectualem animam, laudabilia naturaliter cognoſcat, & amplectatur, delicieturq; in illis, tanquàm in cibo naturæ ſuę conformi: hinc ſcit, ſe ex his naturaliter eſſe, quæ ob conformitatem naturalem, ad ſuum eſſe, laudat & amplectitur. Habet igitur intellectus in ſe, dono diuinæ prouidentiæ, omnem ſibi neceſſariam ſcientiam principiorum, per quæ uenatur ſuæ naturæ cõformæ, & ineffabile eſt hoc iudicium. Et quoniam principia ſua ſunt laudabilia, uti ſunt illa decem ſæpé dicta, & ipſe homo ex his principiatus, eſt ut laus Dei ſuum laudet creatorem: non eſt penitus homo Dei ſui ignorans, quem ſcit laudabilem, & glorioſum in ſæcula. Neque eſt ei alia ſcientia neceſſaria: quia ſcit tantùm, quantùm ſufficit ſibi ad hoc, ut faciat illa, propter quæ creatus eſt. Laudando igitur Deum, quia bonus, utique bonitatem ſcit laudabilem, ita ueritatem, & ſapientiam, & id genus reliqua. Et quamuis ignoret quid illa ſint, non tamen habet omnimodam eorum ignorantiam, quando cognoſcit illa eſſe laudabilia, & in laudẽ Dei complicari, & in tantùm laudi Dei conuenientia, quòd homo ſine illis non capit, nec Deum, nec quicquàm laudari poſſe. Scit etiam homo, quòd ipſum oportet liberum arbitrium ſuum, per laudabilia determinare, ut ſit ex electione, ſicut à natura laudabilis. Bonitas, uirtus, ueritas, honeſtas, æquitas, & cætera talia: laudabilia ſunt, poſſuntq; eligi per liberum arbitrium, aut eorum contraria. Si eligunturtotus homo, tàm ex naturalibus, quàm arbitrij electione laudabilis, perfectè Deum laudat. Si uerò uitia, et laudabilibus aduerſa, eligit: non eſt laudabilis, ſed ſibi, Deoq; contrarius. Quomodo tunc laudare Deum poterit, laudi cõtrarius. Proficit autem continuè, ſemper laudans Deũ, ſicut citharœdus citharizando, & fit Deo

http://www.obrascatolicas.com

Plato. semper similior. Et hic finis hominis, Deo scilicet similiorem fieri, ut rectè Plato dicebat. Nam quãtò plus Deum laudat: tantò ipse Deo gratior. Igitur & ipse laudabilior, diuinæq; laudabilitati similior. Rectè sapiens Socrates comperit, nihil nos certiùs

Socrates. scire, quàm ea quæ laudabilia sunt, & monuit, ad illa cæteris dimissis, tanquàm super

Laudabilia. fluis & incertis, solum nostrum studium conuerti. Laudabilibus enim moribus suasit insudandum, quorum ex nobis scientiam haurire possumus, & ex consuetudine, perficientem habitum acquirere, & ita continuè fieri meliores.

De sexto campo, scilicet unitatis.

Vnitas VI. Cap. XXI.

Augustinus. AVrelius Augustinus, dum sapientiã uenari niteretur, in libello de ordine scribit, omnium philosophorum considerationem, circa unum uersari. Post ipsum doctissimus Boetius, de unitate & uno scribens, similiter uenationem

Boetius. sapientiæ ibi faciendam facto declarauit. Platonem, hi secuti sunt, qui unum,

Plato. primũ & æternũ asserit principiũ. Ante quẽ Pythagoras ille Samius, qui cũcta in pro-

Pythageras. prietate numeri inuestigãs: monadẽ oĩm affirmabat principiũ, ante. n. oẽm multitudinẽ, unitas. Volumus igit hũc unitatis cãpũ uenationis gratia, mẽte perlustrare. Vnitas eĩm etsi ipsam non aliud præcedat, tamen propè ipsum uidetur. Vnũ. n. & idem, uidentur ipsum non aliud, plus cæteris participare. Voluit Plato, unum esse æternum,

Plato. nihil enim uidit, nisi post unum. Est enim ante finem & infinitatem, ut dicit Diony-

Dionysius. sius, qui in hoc Platonem imitatur, quando (ut refert Proclus) post primum principi-

Proclus. um, posuit finitum & infinitum, principia: quoniam ex illis, omne existens mixtum est, à finito essentiam, ab infinito, uirtutem seu potentiam habens. Et cum unum sit, quod esse potest & penitùs simplex, & immultiplicabile: omnia in se complicare uidetur, quæ remoto ipso, nequaquàm manent. Omnia enim in tantùm sunt, in quantùm unum sunt. Complectitur autem tàm ea, quę sunt actu, quàm ea quæ possunt fieri. Capacius est igitur unum, quàm ens, quod non est, nisi actu sit: licet Aristoteles di-

Aristoteles. cat, ens & unum conuerti. Id autem quod Platonem mouebat, unum cunctis præfe-

Plato. rendum, & fateri omnium principium, erat: quia cum principiatum nihil à se habeat, sed omnia à suo principio, oportet quòd principio posito, omnia principiata sint posita. Sed cum posito ente, quod est utiq; aliquid, non ponatur potentia ens, posita uita, non ponatur ens uita carens, & posito intellectu, non ponatur ens non intelligẽs, & cum esse, uiuere, & intelligere, reperiantur in mundo; non erit mundi principium aut ens, aut uita, aut intellectus, sed id quod illa in se complicat, & quæ illa esse possunt, & hoc dicebat unum. Verificatur enim unum, de potentia, & de actu, ut una potentia, unus actus, sic de ente, uita, & intellectu. Neque potest esse multitudo, quæ non participet unitate. Nam si esset, simile esset dissimile, in non participare unitatem, omnia multa similia, forent & similiter dissimilia, ex eadem ratione, quia non participarent unitate. Cessarent igitur omnia multa & plura, & numerus omnis, &

Parmenides. quæ unum dici possunt, uno sublato: ut hæc in Parmenide Platonis, mira subtilitate ostenduntur. Non potest igitur unum esse factum: cum ipsum antecedat. Neq; potest corrũpi, nec alterari, nec multiplicari, cum præcedat posse fieri, & sit omne quod

Dionysius. esse potest. Verum (ut ait Dionysius) unum quod est, multiplicari dicitur, multas ex se producens substãtias, manet tamen unum, quòd Deus & multiplicatione unus, & procedendo coniunctus. Omnia igitur quæ fieri possunt, participatione inuariabilis & immultiplicabilis unitatis, fieri possunt, & fiunt actu. Et quia non potest esse nisi una unitas, quæ (ut dicit Dionysius) est sensu eminentior, & menti incompræhensibilis, & antecedens ipsam, ideò illa est unum, quod omnia unit, ut quodlibet intantùm sit, inquantùm est unum. Non est etiam nisi unum æternum, ante posse fieri. Hinc non est illa positio uera, quòd ante posse fieri, sint diĳ participantes unum, tanquàm diuinam speciem. Nam cum unum æternum, sit immultiplicabile, quia ante posse multiplicari: non possunt diĳ multi esse, in uno ut primo æterno Deo, quasi in diuina specie uniti, nam si essent diĳ, multi essent. Variè igitur diuinam naturam, in æter-

æternitate participarent, quod est impossibile: cum æternum, & æternitas simplicissima, sit penitus inparticipabilis. Superuacuos igitur fecit Proclus labores, in sex libris de Theologia Platonis, uolens inuestigare ex coniecturis incertis, Deorum illorum æternorum differentias, & ordinem ad unum Deum deorum: cum non sit nisi Deus unus, æternus, qui ad omnia (propter quæ ipse deos ponit) sufficientissimus est, huius totius mundi administrator. Videntur Philosophi uenatores, in omni eorum discursu, ex hoc sensibili mundo, & ĳs quæ illi necessaria sunt, ut id sit, quod est optimo modo quo fieri potest: de Deo, de diĳs, de cœlo, & eius motu, & fato, intelligentĳs, spiritibus, & ideis, atque ipsa natura inquirere, quasi hæc omnia sint necessaria, huic mundo terreno, & hic mundus, sit omnium operum illorum finis. Sic Aristoteles Deum ut Plato, sua prouidentia cœlos administrare posuit: cœlos uerò ob hunc mundum esse & moueri, per intelligentias, ut generationes, & cuncta ad huius mundi conseruationem necessaria, ordinem & motum cœli sequentia, naturaliter fiant & contineantur, non attendentes, tot innumerabiles stellas, hac terra habitabili maiores, & tot intelligentias, non esse conditas, ad finem huius terreni mundi, sed ad laudem creatoris, ut suprà tactum est. Vnus est igitur Deus omnipotens, cuncta ad sui laudem creans, & optima prouidentia gubernans, ut rectè Epicurus dicebat: qui licet non negaret Deos esse, tamen id quod de ipsis dicitur & scribitur, penitus à ueritate dixit alienum. Hoc attendendum, neminem unquàm affirmasse plures Deos: qui unum multitudini Deorum, Deum scilicet, non præferret. Venationes in hoc unitatis campo, sapidas facit, qui (ut fecit Augustinus, in libro de trinitate) unitatem fœcundam, de se æqualitatem generantem, & amorem connectentem, ab unitate & æqualitate procedentem, uidet sic in æternitate, quòd sunt ipsa simplicissima æternitas: de quo alibi, in docta ignorantia, & de uisu Dei, & alĳs multis libellis, ea quæ concipere potui, annotaui.

Aristoteles. Plato.

Augustinus.

Liber de Docta ignorantia.

De eodem. Cap. XXII.

Vnitas VI.

CAmpum unitatis Plato diligenter perlustrans, repperit unum, quod omnium causa, ante potentiam & actum, ex potentia egredientem, quodq; ipsum unum ut sit causa omnium, nihil omnium est, non est plura, ut sit causa plurium. Vnde omnia de eo negans, ipsum ante omnia ineffabiliter uidit. Quomodo autem uenationem suam per logicam, de Vno fecerit: liber Parmenidis ostendit. Et Proclus, secundo libro de Theologia ipsius, epilogat & dicit: qui Plato ni credit, in negationibus remanet. Nam additio ad unum, uniusexcellentiam contrahit & minuit, & per ipsam potius non unum, quàm unum ostẽditur. Dionysius, qui (ut dicunt) Platonem imitatur, in campo unitatis, similem uenationem fecit, & negationes, quæ sunt priuationes, sed excellenter prægnantes, ueriores dicit affirmationibus. Proclus uerò qui Origenem allegat, post Dionysium uenit. Dionysium sequẽdo unum & bonum, licet ita Plato primum nomiuauerit, de primo negat, quod penitus est ineffabile. Hos mirandos uenatores, sequendos laudandosq; esse, cum arbitrer: ad ipsorum nobis relictam in scriptis diligentiam, studiosum remitto. Et quia in campo unitatis, est quoddam singulare pratum, ubi singularissima præda reperitur: pratum illud, nunc uenationis gratia, uisitemus. Nominatur autem singularitas. Nam cum unum non sit aliud, quàm unum, singulare uidetur: quia in se indiuisum, & ab alio diuisum. Singulare enim cuncta complectitur, cuncta enim singula sunt, & quodlibet implurificabile. Singula igitur, cum omnia & implurificabilia sint: ostendunt, esse unum maximè tale, quod omnium singularium causa. Et quod per essentiam est singulare: implurificabile, est enim id, quod esse potest, & omnium singularium singularitas. Vnde sicut simplicitas, omnium simplicium est per se simplex, quo simplicius esse nequit: ita singularitas, omnium singularium est per se singularis, quo singularius esse nequit. Singularitas igitur unius & boni, maxima est: cum omne singulare, necesse sit unum & bonum esse, & ita in singularitate unius & boni,

Plato. Parmenides. Proclus. Dionysius.

http://www.obrascatolicas.com

boni, complicari. Sicut singularitas speciei singularior, quàm suorum individuorum, & singularitas mundi singularior, quàm singulorum omnium. Vnde sicut singularissimus Deus, est maximè implurificabilis: ita post Deum, mundi singularitas, maximè implurificabilis, et deinde specierum, post individuorum, quorum nullum est plurificabile. Gaudet igitur unũ quodq́, de sua singularitate, quæ tanta in ipso est, quòd non est plurificabilis, sicut nec in Deo, nec mundo, nec angelis. In hoc enim omnia se gaudent, similitudinem Dei participare. Et quando de ouo fit pullus, licet singularitas oui cesset, non tamẽ ipsa singularitas, cum ita singulare sit pullus, sicut ouum, nec alia singularitate unum, quàm aliud. Sed una est omnium singularium causa, quæ omnia singularisat: quæ neque est totum, neque pars, neque species, neque individuum, neque hoc, neque illud, neque omne nominabile, sed est singulorum, singularissima causa. Singulare, cum sit ab æterna causa singularisatum, nunquàm in non singulare, resolui potest. A quo enim resolueretur, ab æterna causa singularisatum? Hinc singulare bonum, nunquàm desinit: cum omne singulare, sit bonum. Sic singulare ens, nunquam cessat id esse: cum omne ens actu, singulare sit. Et singulare corpus, quantumcunque diuidatur, semper manet singulare corpus. Ita & linea, & superficies, & totum singulare, non est diuisibile, nisi in singulares partes, quæ erant in singularitate totius comprehensæ. Omnis igitur uarietas, non est circa singulare, sed circa accidens ad singulare, quod facit tale & tale singulare. Quod si uarietas non est in tali, sed aut qualitate aut quantitate, manet semper singulare eodem modo: ut in cœlestibus corporibus constat. Sic dicebat Dionysius, secundùm naturam & substantiam, nihil corruptibile, sed quæ illis accidunt. Incorruptibilis igitur singularitas est, quæ omnia format & conseruat. Et omnia suæ singularitatis causam, ut omnium singularissimum bonum, sufficiens & perfectum, naturalissimo desiderio appetunt. Ad ijcere tibi uolo unum, quod uideo super alia mirabile, in quo omnia simul Dei similitudinem gerere probabis. Dionysius rectè dicebat: de Deo, simul opposita debere affirmari & negari. Ita si te ad uniuersa conuertis, pariformiter comperies. Nam cũ sint singularia, sunt pariter similia, quia singularia: & dissimilia, quia singularia: neque similia, quia singularia: neque dissimilia, quia singularia. Sic de eodem & diuerso, æquali & inæquali, singulari, & plurali, uno & multis, pari & impari, differentia & concordantia, & similibus: licet hoc absurdum uideatur Philosophis, principio quodlibet est uel non est (etiam in theologicis) inhærentibus. Adhuc attende, posse fieri esse singulare. Ideò omne quod factum est, aut fit, quia de posse fieri sit; singulare est. Imitatiua igitur singularitas est, ipsum posse fieri, in cuius singulari potentia, omnia singulariter complicantur, & de ipsa explicantur. Nec aliud est singularitas, quàm æternæ lucis similitudo. Singularitas enim discretio est, lucis autem est, discernere & singularisare. Suprà de his, atque in libello, quem de figura mundi, nuperrimè in urbe ueteri, compilaui.

Dionysius.

Liber de figura mundi.

Aequalitas VII.

De septimo campo, scilicet æqualitatis. Cap. XXIII.

CAmpum æqualitatis, uenationibus refertum, subintremus. Certũ est, nihil uti est actu, multiplicabile. Aequalitas enim, quæ id est quod esse potest, cũ sit ante aliud & inæquale, non reperitur nisi in regione æternitatis. Aequalitas uerò, quæ potest fieri æqualior, posse fieri sequitur. Vnde æqualitas, quę est actu id quod esse potest, immultiplicabilis est. Ipsam enim in æternitate, æterna gignit unitas. Non possunt igitur plura esse præcisè æqualia: non enim tunc plura essẽt sed ipsum æquale. Sicut enim bonitas, magnitudo, ueritas, pulchritudo, & reliqua, quæ in æternitate sunt ipsa æternitas, sunt etiam ita æqualia, quòd æqualitas quę æternitas, ideò non sunt plura, sicut nec plura æterna esse possũt, cum æternum sit ipsum Posse est, scilicet id, quod simpliciter esse potest, & ita omnia æterna, non sunt plura ęterna, sicut æterna bonitas, æterna magnitudo, æterna ueritas, ęterna pulchritudo, ęterna æqualitas, non sunt plura æterna, sic nec plura æqualia: quia sic sunt æqualia, quòd ipsa ęqualitas simplicissima, quæ omnem pluralitatem antecedit: sic nec æqualitas

litas, cuiuscunq; actu existentis, est multiplicabilis. Præcisio enim quę in diuisibili consistit, sicut numerus, nõ est multiplicabilis, sicut nec quaternarius, aut quinarius. Vnde non plurificatur humanitas, in pluribus hominibus, sicut nec unitas, in pluribus unis: nec ipsa humanitas, potest à pluribus hominibus, quibus dat nomen quòd sint homines, æqualiter participari. Homines enim sunt, ex participatione immultiplicabilis humanitatis, & inæquali participatione, quæ facit eos esse plures. Et sicut humanitas uti est, est immultiplicabilis: ita & hic homo, & cuncta. Omne etiam compositum, ex partibus inæqualibus est compositum. Sic nec numerus compositus, potest esse compositus, nisi ex pari & impari, & cantus harmonicus, ex graui & acuto. Patet omnia æqualia, quæ non sunt ipsa absoluta æqualitas, æqualiora fieri posse. Et hoc posse fieri omnium, non definitur nec determinatur, nisi per ipsam æqualitatem, posse fieri præcedentem, quæ sola est non aliud ab omni, cunctis inter se inæqualiter inæqualibus: licet nullum omnium sit æqualitatis expers, per quam quodlibet est id, quod est æqualiter, quia nec plus nec minus, & penitùs non aliud, quàm id quod est. Nam æqualitas, est uerbum illud ipsius non alius, scilicet Dei creatoris, se & omnia dicentis & definientis: Omnia igitur inter se inæqualia, æqualitatem quasi cuius libet essendi formam participant, & in hoc æqualia sunt: & quia illam inæqualiter participant, inæqualia sunt. Concordant igitur pariter, & differunt omnia. Quæcunq; species, sicut est unitas, uniens in se omnia tuæ speciei: ita & æqualitas, inæqualiter unita, formans similiter & omnium nexus. Et quia de æqualitate, alias Romæ latè scripsi; hæc sic sufficiant.

Liber de æqualitate.

Nexus VIII.

De octauo campo, scilicet nexu. Cap. XXIIII.

NVnc in campo nexus uenationem facientes, attendimus, ante omnem diuisionem, nexum constitui. Hunc igitur indiuisibilem uidemus æternitatem id esse, quod esse potest, posse fieri precedentem: rectissimè ab æterna unitate, & eius æqualitate, procedentẽ. Sicut n. diuisio, procedit à pluralitate & inęqualitate: sic amorosus nexus, ab unitate & æqualitate. Quę cum sint ante pluralitatem in indiuisibili simplicissima æternitate, erit similiter & ipsorum nexus ęternus. Sunt igitur unitas, & ab ipsa genita ęqualitas, atq; utriusq; nexus: ante posse fieri, & pluralitatem diuisiuam, simplex ęternitas. Aeterna enim unitas, ęterni ipsius ęqualitas, æternusq; utriusque nexus: non sunt plura diuisa æterna, sed ipsa æternitas inplurificabilis, & penitus indiuisibilis, & inalterabilis. Et licet unitas generans, non sit ęqualitas ab ea genita, nec nexus ab ea procedens: tamen non est aliud unitas, aliud ęqualitas, aliud nexus, cum sint non aliud, quod aliud antecedit. Sicut igitur æterna unitas, quæ id est quod esse potest, uniter in se omnia complicat, & æqualitas omnia ęqualiter: ita & nexus utriusq; omnia in se nectit. Omnia igitur quę sunt, quia ab hac ęterna trinitate (quę sic nominatur, licet minus propriè) id sunt quod sunt, uideo trinitatem imitari, in quolibet enim uideo unitatem, entitatem, & utriusq; nexum, ut actu sit id quod est. Entitas quę essendi forma, ęqualitas est unitatis. Vnitas enim uniens, de se generat, sui ęqualitatem. Aequalitas unitatis, non est nisi species seu forma essendi, quę entitas dicitur: quia Græcè, entitas ab uno deriuatur. Non est igitur aliud omne existens nisi unitas & eius ęqualitas, quę & entitas, & utriusq; nexus. Vnitas, est fluxibilitatis cõstrictio: ęqualitas, uniti & cõstricti formatio. nexus, utriusq; amorosa connexio. Posse fieri, nisi ab uniente, à sua confusa fluxibilitate constringeretur, non esset capax pulchritudinis, siue speciei aut formę. Et quia constringitur per unitatem, omnia ad finem operantem: ideò generatur forma, ab ipsa unitate, quamtalis constrictio, requirit seu meretur. Quare ex his procedit, utriusque nexus amorosus:

De

De eodem. Cap. XXV.

Nexus VIII. IAm uides, amorem, qui nexus est unitatis & entitatis, naturalissimum esse: procedit enim, ex unitate & æqualitate, quæ sunt eius principium naturalissimum. Ab eis enim spiratur nexus, in quo desiderio sissimè connectuntur. Nihil igitur illius amoris expers: sine quo nec quicquam persisteret. Omnia igitur penetrat, inuisibilis connexionis spiritus. Omnes mundi partes inter se, hoc spiritu conseruantur, & toti mundo connectuntur. Hic est spiritus, animam corpori connectens, quo expirato, cessat uiuificatio. Intellectualis natura nunquàm priuabitur spiritu tali connexionis, cũ ipsa sit spiritualis naturæ. Vnitas enim & entitas intellectualis naturæ, intellectuales cum sint, intellectuali nexu constringuntur. Nexus uerò amoris intellectualis non potest deficere, nec expirare: cũ intelligere, pascatur immortali sapientia. Nexus igitur naturalis, intellectualis naturæ, ad sapientiam inclinatæ: ipsam naturam intellectualem, non solum ut sit conseruat, sed etiam ad id, quod naturaliter amat, ut illi connectatur, adaptat. Spiritus igitur sapientiæ, in spiritum intellectus, ut desideratum in desiderans, secundùm feruorem desiderij, descẽdit, & conuertit spiritũ intelligentiæ ad se, qui ei amore nectitur, ignis instar (ut ait Dionysius) quæ sibi unita, iuxta singulorum aptitudinem, assimilat: & in hoc amoris nexu, fœlicitatur intellectus, & uiuit fœliciter. Hoc pauci Philosophi cognouerunt. Principium enim connexionis, sine quo nihil subsistit, & sine quo omnis intellectualis natura, fœlicitate careret: non reperiuntur cognouisse. Sed quia in illo defecerunt, ueram sapientiã non attingerunt. Alibi multa de hoc, in uarijs etiam sermonibus dixi & scripsi, quæ sic recapitulasse sufficiat. *Dionysius.*

De eodem. Cap. XXVI.

Nexus VIII. NVnc uerò subijciam, manuductionem unam Mathematicam, ut uideas, trinitatem præmissam, cum sit unitas, id esse quod esse potest: licet omnem intellectum antecedat, & nõ nisi incompræhensibiliter compræhendatur, per omnem humanam mentem, in qua Deus, tàm ante posse fieri, quàm impossibile, sic uidetur, quasi sit illud quodlibet, quod impossibile sequitur. Præmitto autem, lineam rectam, esse curua simpliciorem: cum à recta curua declinans, non sine concauo & conuexo, concipi possit. Deinde præsuppono, primam figuram rectilineam, terminatum esse triangulum, in quam omnes polygoniæ, resoluuntur ut in priorem & simpliciorem, ante quam nulla est, in quam resolui possit. Cum autem linea sine longitudine non sit: tunc linea, quę non est sic longa, quòd longitudo, respectu ipsius quæ maior esse nequit, imperfecta est. Quare si primum principium figurari posset, esset perfectus triangulus, trium perfectorum laterum: quemadmo-



dum

dum hunc uidet intellectus, in posse fieri sensibilis trianguli, hoc modo. Sit a,b, recta, & super uno eius puncto, puta c, describere quartam circuli, cuius semidiameter sit c,b. Et trahe aliam semidiametrum c,d, & d,b, arcus, sit quarta, cuius medium sit f, trahe cordam d,b, deinde continua c,d, & c,b, in infinitum. Et super c, describe quartam circuli maioris, quæ sit g,h, cuius medium i, & trahe ut priùs chordam g,h, & trahe rectam, circumscriptam arcui g,h, quæ sit k,i,l. Certum est, c,d,f,b, figuram triangularem, habere circa centrum angulum rectum, & circa arcum, duos angulos, quorum quisque maior semirecto, quantum cadit suprà chordam, & infrà arcum, de angulis. Et quia in maiori circulo scilicet c, g, i, h, anguli circa arcum sunt maiores, quàm in minori circulo (minor enim est angulus incidentiæ, super g,h, chordam cadens, quàm suprà chordam d,b) quare certum est, angulos illos ex semidiametro & arcu, continuè posse fieri maiores, quando arcus est maioris circuli. Si igitur esset possibile, designare arcum circuli maximi, qui maior esse non posset: illi anguli circa arcum, necessariò essent id, quod acuti anguli esse possent, & ita forent recti. Quando enim acutus angulus, maior esse non potest, tunc est rectus Et quia arcus, cadens super duas rectas semidiametrales, constituit duos rectos angulos: non est possibile, quin ille arcus sit linea recta. Sic igitur triangulus c,k,l, ille, quem sic mente intueor: utiq; cum c,k, sit semidiameter circuli, qui nõ potest esse maior, erit & semidiameter c,k, linea, quæ maior esse non potest. Sic & c,l. Arcus autem k,l, non potest esse minor. Nam arcus quadrantis, quomodo esset minor semidiametro circuli? erunt igitur omnes illæ lineæ, quæ latera sunt trianguli, æquales. Et quoniam quælibet est maxima: ideò si ad quodlibet latus trianguli aliud, aut duo alia adderes, non fieret maius. Quodlibet igitur latus, est æquale cuilibet, & duobus, & omnibus simul. Deinde angulus extrinsecus, scilicet k, c,a, æquatur duobus intrinsecis, sibi oppositis. Et quia a,c,k, est ut k,c,l: duo anguli recti, c,k,l, & c,l,k, erunt ut k,c,l. Et quia omnis triangulus, habet tres angulos, æquales duobus rectis, & quilibet angulus ex dictis, æquatur duobus rectis: æquatur igitur quilibet angulus, omnibus tribus. Sic quilibet esset æqualis alteri, & æqualis alijs duobus, & æqualis omnibus tribus, esseq; hic triangulus, omnium figurarum figurabilium complicatio, ut principium & resolutio, ut finis atque mensura præcisissima. Constat igitur, si posse fieri sic perficeretur, quòd penitùs ad actu esse deduceretur, ut esset Possest, illa sic necessariò euenirent. Certissimus autem sum, si hæc qualitercunque necessaria uideo, incomparabiliter uerius, in Possest actu esse. Non enim potest quicquàm rationabiliter uideri, quo ipsum Possest careat: cum omnia compræhensibilia, & omnem compræhensionem excedentia, perfectissimè actu existat, beato Anselmo ueraciter asserente, Deum esse maius, quàm concipi possit. Et clarius dicit sanctus Thomas, in libello de æternitate mundi, sic inquiens. Cum enim ad omnipotentiam Dei pertineat, ut omnium intellectum & uirtutem excedat: expressè omnipotentiæ derogat, qui dicit aliquid posse intelligi in creaturis, quod à Deo fieri non possit. Igitur in ipso Possest actu æterno, uideo triangulum maximum, sic se habere, ut præmittitur. Est igitur Possest, ante omnem quidditatem corpoream, quoniam in corporali quantitate, siue discreta siue continua, Possest non est reperibile: sed est ante omne sensibile, & intelligibile, & omne finitum. In omnibus enim illis quæ concipi possunt, non reperitur trinitas, quæ unitas, siue unitas quæ trinitas. Vides etiam posse fieri unius naturæ, in eandem non terminari: quia alterius naturæ est Possest, & posse fieri, puta, calefactibile si id esse debet, quod esse potest: non erit calefactibile, sed tantùm calefaciens. Ligna possunt plus & plus calefieri. Quando autem in tantùm sunt calefacta, quòd non possunt plus calefieri: tunc oritur actu ignis, ex potentia, qui non potest plus calefieri, sed solum calefacit. Et si in uno calefactibili, citiùs deuenitur ad calefaciens, quàm in alio, est, quia unum citiùs uenit, ad terminum suæ calefactibilitatis, quàm aliud. Et illud quod nunquam ita calefit, quin possit plus calefieri, nunquàm uenit ad terminum, ut fiat ignis. Calefaciens, tantum in calefactibili, est calefaciens in potentia. Quando igitur de potentia uenit *Anselmus. Thomas.*

http://www.obrascatolicas.com

uit in actum, nihil essentialiter noui oritur. Idem enim, de uno essendi modo, in alium peruenit. In omni igitur calefactibili, cum sit ignis in potentia, licet in uno in propinqua, & in alio in remota: ostenditur in omni re huius mundi, ignem latitare, omnia enim aut calefeciens sunt ignis, aut calefactibile. Sed cum ignis non sint frigefactibilis, licet ignis in actu, sit extinguibilis uel suffocabilis: ideò in igne nō est aqua in potentia, & est inalterabilis, ut dicit Dionysius. Hæc est ratio regulæ doctæ ignorantiæ, quòd in recipientibus magis & minus, nunquàm deuenitur ad maximum simpliciter, uel minimum simpliciter, licet benè ad actum maximum & minimum. Quando enim calefactibile, ad maximum simpliciter peruenerit: non est calefactibile sed calefaciens. Est enim calefaciens, maximùm calefactibilis: sic frigefaciēs, maximùm frigefactibilis, & naturaliter mouens, maximùm mobilis: & generaliter in natura faciens, maximùm factibilis. Non est factibilitas potentia faciens: sed in ipsa factibilitate, faciens est in potentia. Factibile enim nunquàm fit faciens: sed potentia faciens: in termino factibilitatis, in actum peruenit. Vnde calefactibile, nunquàm fit calefaciēs ignis: licet ignis, in potentia in ipso calefactibili existens, in termino calefactibilis, in actum perueniat. Et ita in termino intelligibilium, uidetur intellectus agens. Terminus autem intelligibilium, est actus. Sic intelligibile in actu, est intellectus in actu, & sensibile in actu, est sensus in actu. Sic in termino illuminabilium, lumē illuminās. & in termino creabilium, creator creans, qui in creabilibus potest uideri. Sed actu non nisi in termino creabilium, qui est terminus interminus, seu infinitus. Magna enim est uenatio, per rete huius regulæ sæpè dictæ.

Dionysius. Docta ignorātia.

Terminus. IX.

De nono campo, scilicet termini. Cap. XXVII.

CAmpus propè nexum, quem terminum appello, plenus desideratis prædis uenationi aptissimus, maximus, & interminus est: quia magnitudinis eius non est finis. Non enim habet, nec principium, nec finem: sed principia, media, & fines omnium terminabilium in se habet, sicut radix omnipotentiæ, in sua uirtute omnia continens, cuncta explicat, uniuersaq; determinat. Consistunt singula in sua præcisione, ut non sint aliud, quàm id quod sunt. Sed interminus terminus, omnium finibilium finis est, & omnium precisionum, præcisio & terminus. Terminus qui est omne, quod esse potest, est ante omnem terminum eorū, qui fieri possunt. Determinat igitur cuncta, definitq; singula. Est enim terminus ipsius posse fieri, utiq; interminus, omnia in se determinatè, quæ fieri possunt, ante habens. Terminus igitur omnium rerum, & omnium scientiarum. Quid est autem quod terminum ponit, nisi mens & sapientia? mens enim (ut optimè Anaxagoras uidebat) cōfusam possibilitatem, determinat & discernit, mouetq; cuncta, ut ad terminum suum, quem eis determinauit, perueniant. Hæc rerum exemplaria definiuit, quæ sunt (ut optimè uidit Dionysius, de diuinis scribens nominibus) rerum rationes, in ipsa præexistentes, secundùm quas, diuina sapientia omnia prædestinauit, seu prædeterminauit, produxitq;. Quid igitur aliud sunt exemplaria illa, de quibus etiam suprà habes, quàm termini, determinantes omnia? certum est, omnium illarum diuinam mentem esse terminum. Ipsa enim, illa in se rationabiliter determinauit. Dum respicis ante posse fieri, & humaniter consideras, Deum ab æterno concepisse, uelle creare: utiq; cum nihil esset creatum neq; cœlum, neq; terra, neq; angeli, nec aliud quicquàm, non fuerunt illa plus creabilia, quàm alia quæ nihil commune cum istis habent, & de quibus nullum possumus conceptum facere. Sed Deus ipse, determinauit intrà suum conceptum, quòd mundum istum, seu hanc quam uidemus pulchram creaturam, crearet. Omnia igitur ex determinatione mentis in seipsa, suum terminum, sic & sic essendi, receperunt. Et secundùm hunc æternum conceptum, creando posse fieri, ipsum determinauit ad mundum & eius partes, in æternitate præconceptum. Non enim posse fieri uagum & indeterminatum, sed ad finem & terminum, ut fieret mundus iste, & non aliud, creatum est. Conceptus igitur ille, qui & uerbum mentale seu sapientia dicitur: terminus est, cuius non est terminus: non enim præcessit ipsam mentem diuinam, alia mens,

Anaxagoras.

Dionysius.

mens, quæ ipsam determinaret, ad creandum hunc mundum. Sed quia ipsa mens æterna, libera ad creandum & non creandum, uel sic uel aliter: suam omnipotentiam ut uoluit, intrà se ab æterno determinauit. Mens enim humana, quæ est imago mentis absolutæ, humaniter libera, omnibus rebus, in suo conceptu terminos ponit: quia mens mensurans notionaliter cuncta. Sic ponit terminum lineis, quas facit longas uel breues, & tot ponit punctales terminos in ipsis, sicut uult. Et quicquid facere proponit, intrà se prius determinauit, & est omnium operum suorum terminus. Neque cuncta quæ facit, ipsam terminant, quin plura facere possit, & est suo modo interminus terminus. De quo in libro de mente, scripsimus.

Liber de mente.

Terminus IX.

De eodem. Cap. XXVIII.

PAlàm igitur est, diuinam sapientiam, in hoc campo latere, & diligenti uenatione reperiri. Nam hæc est, quæ posuit terminum mari & aridæ, Soli, Lunæ, stellis, & motui eorum: legemq; determinauit omni creaturæ, quam præterire non potest. Determinauit speciem, orbem, seu locum singulis, posuit terram in medio, quam grauem esse, & ad centrum mundi moueri, determinauit, ut sic semper in medio subsistere, & neq; sursum, neq; lateraliter declinaret. Determinauit omni creaturæ suam mensuram, suum pondus, & numerum. Et ita omnia mens diuina determinauit sapientissimè, ita quòd nihil caret ratione, cur sic sit & non aliter, & si aliter, omnia confusa. Mens igitur diuina, mensura & terminus omnium: quia ratio & definitio sui & omnium. Posse igitur fieri, perfectionis & termini specierum, non terminatur in ipsis, sed in termino intermino ipsarum. Ideò non habent exemplaria, nisi mentem diuinam, per quam id sunt, quod sunt, & ad ipsam terminantur. Nam ipsa est ratio, quæ maior, perfectiorq; esse non potest, ideò & mens ipsa. Ratio enim in tantùm perfecta, in quantùm mens seu intellectus, in ipsa relucet. In uarijs igitur rationibus uariè lucet, in una perfectiùs quàm in alia. Ratio igitur, quæ perfectior esse non potest, cum sit omne id, quod esse potest, est mens ipsa æterna. Omnium igitur rerum rationes seu exemplaria, ad illam æternam rationem respiciunt, in qua terminantur perfectissimè, quia non sunt ualidę neque perfectæ rationes, nisi in quā tū de illa, quæ mēs est æterna participāt, cuius participatione id sunt, quod sunt. Exemplariū igitur uarietas, nō nisi ex uaria rationū participatione, uariè rationē æternam participantibus. Omnia igitur quæ suis exemplaribus specificè determinantur, contentantur: quia in suis speciebus, eorum posse fieri, determinatur. In quibus speciebus, æternam rationem, diuinamq; mentem, omnium optimam creatricem, participant. Species igitur, cum sit specifica determinatio, ipsius posse fieri: ostendit illa eiusdem speciei, quorum posse fieri si fieret, in idem terminaretur. Sic omnes homines eiusdem sunt speciei: quia si fieret quilibet homo id, quod homo fieri posset, cuiuslibet fieri posse perfectio, in ratione exemplari, seu homine intelligibili, terminaretur. Sicut de omnibus circulis, quorum quisq; si fieret ita perfectus, sicut circulus fieri posset: in ratione illa exemplari, æquedistantiæ centri à circumferentia, terminaretur, ideò cuncti, eiusdem speciei. Et qui hoc non attenderunt, sæpè decepti sunt, negantes eiusdem speciei esse quæ erant, & affirmantes quæ non erant.

De eodem. Cap. XXIX.

QVoniam mens nostra, non est principium rerum, ut essentias earum determinet (hoc enim diuinæ mentis est) sed principium est suarum operationū, quas determinat, quæ & in sua uirtute, cuncta notionaliter complicat, frustra se plerique uenatores fatigarunt, quærentes rerum essentias appræhendere, nihil enim appræhendit intellectus, quod in seipso non reperit. Essentiæ autem & quidditates rerum, non sunt in ipso ipse: sed tantùm notiones rerum, quæ sunt rerum assimilationes & similitudines. Est enim uirtus intellectus, posse se omnibus rebus intelligibilibus assimilare: sic sunt in ipso species seu assimila-

Terminus IX.

http://www.obrascatolicas.com

tiones rerum, ob hoc dicitur locus ſpecierum. Sed nequaquàm eſt eſſentia eſſentiarum. Superuacuè igitur in intelligi ſuo, quærit rerum eſſentias, quæ ibi non ſunt. Sicut enim uiſus, in ſua uirtute & potentia, non habet niſi uiſibiles ſpecies ſeu formas, & auditus audibiles: ita & intellectus, in ſua uirtute & potentia, non habet niſi formales ſpecies. Deus uerò Solus, in ſua uirtute & potentia cauſali, continet omnium rerum eſſentias, & eſſentiales formas. Quapropter, licet omnia in uiſu ſint uiſibiliter: tamen propterea uiſus non poteſt attingere intelligiblia, quæ uirtutem eius præcedunt & excedunt, neq; directè audibilia, quæ in poteſtate eius non includuntur. Attingit tamen aliquando illa indirectè, in ſignis, & ſcripturis uiſibilibus: nequaquàm autem directè, aut indirectè intelligibilia, cum ſit poſt illa, & inſufficiẽtis uirtutis appræhenſiuæ ad illa. Sic intellectus, eſſentiales rerum formas & quidditates, cum ſint ante notionalem ſuam uirtutem, & ipſam excedànt: nequaquàm attingere poteſt, ut intelligat, licet coniecturas de ipſis, per ea quæ intelligit, facere poſsit. Solus Deus, creator & dator formarum, illarum eſſentialium, illas in ſeipſo intuetur: Deus enim propriè non intelligit, ſed eſſentiat, & hoc eſt, eſſe terminum omnium. Nam poſſe fieri intelligens, nõ terminatur niſi in intellectu, qui eſt quod eſſe poteſt. Ideò eius intelligere, non oritur ex rebus, ſed res ſunt ex ipſo. Intellectus uerò noſter intelligit, quando ſe aſsimilat omnibus: nihil enim intelligeret, niſi ſe intelligibili aſsimilaret, ut intrà ſe legat, quod intelligit, ſcilicet in ſuo uerbo ſeu conceptu. Neq; intellectus propriam ſuam quidditatem & eſſentiam, intrà ſe attingere poteſt, niſi modo quo alia intelligit, formando ſi poteſt, ipſius intelligibilem aſsimilationem: ſicut nec uiſus, uidet ſe, niſi enim uiſus fieret uiſibilis, quomodo uideret ſe. Sed benè ex eo, quia homo uidet alia, attingit, quia eſt in eo uiſus: non tamen uidet uiſum. Sic homo, ſe intelligere ſciens, intelligit, quia eſt in eo intellectus, non tamen intelligens quid ſit. Hæc ſuprà tacta ſunt, ubi recitatur reſponſum Indi. Diuina enim eſſentia, cum ſit incognita: cõſequens eſt, nullam rerum eſſentiam, cognitione poſſe compræhendi. Et aduerte, quo modo dixi ſuprà, notiones rerum ſequi res. Virtus igitur intellectiua, ad rerum notiones ſe extendit, & ideò ſequitur rerum eſſentias. Sed eſſentia illius uirtutis, prior eſt uirtute ſua, & eſſentijs ignobilioribus ſenſitiuis, quæ poſt ipſam ſunt: non enim eſſentia animæ intellectiuæ, eſt ſua uirtus & potentia. Hoc quidem ſolum in Deo uerũ eſſe poteſt, qui eſt ante differentiam, actus & potentiæ, ut ſatis ſuprà oſtenſum uidetur. Non enim ſcimus omnia, quę per hominem ſciri poſſunt. Tu enim non es Grammaticus, Rhetor, Logicus, Philoſophus, Mathematicus, Theologus, Mœchanicus, & talia omnia: quæ tamen cum ſis homo, fieri potes. Poſſe fieri hominem, licet in te ſit actu, modo tali uti eſſe determinatũ, quæ determinatio eſt eſſentia tua: tamen poſſe fieri hominis, nequaquam eſt in te perfectum & determinatum. Vnde ad hoc poſſe fieri infinitum & interminatum, reſpicientes Platonici (ut Proclus refert) dicebãt, omnia ex finito ſeu determinato, & infinito eſſe, finitum ad determinatam eſſentiã, infinitum ad potentiam, & poſſe fieri referentes.

Reſponſum Indi. cap. 1ᵐ.

Platonici. Proclus.

Ordo X.

De decimo campo, ſcilicet ordine. Cap. XXX.

Dionyſius.

POſtquàm Dionyſius ille cunctis acutior, Deum quæſiuit: repperit, in ipſo cõtraria coniunctè uerificari, priuationemq; excellentiam eſſe. Inſubſtantialis enim dicitur, omnium ſubſtantia, omnem ſubſtantiam excedens. Demùm in cap. de ſapientia, ſic dicit: Ad hæc quærendum, quomodo nos Deum ſcimus, qui neq; intelligibilis, neq; ſenſibilis, neq; omnino quicquàm intelligibilium eſt. Forte id ueraciter dicemus, nos Deum ex ipſius natura cognoſcere (id quippe ignotum eſt, omnemq; ſuperat rationem ac ſenſum) ſed ex creaturarum omnium ordinatiſſima diſpoſitione, ut ab ipſo producta, & imagines quaſdam & ſimilitudines, diuinorum ipſius exemplarium præ ſe ferente: ad id quod omnia tranſcendit, uia & ordine proutribus ſcandimus, in omnium eminentiſſima priuatione, atque in omnium cauſa. Idcirco & in omnibus Deus agnoſcitur, & ſeorſum ab omnibus, & per ſcientiam & ignorationem noſcitur Deus. Eſtq; ipſius & intelligentia, & ratio, & notio, & tactus,

ctus, & ſenſus, & opinio, & imaginatio, & nomen, & alia omnia: & neq; intelligitur, neq; dicitur, neq; nominatur, neq; eſt aliquod iſtorum, quæ ſunt, neq; in aliqua creatura cognoſcitur: & in omnibus omnia eſt, & in nihilo nihil: & ex omnibus, omnibus noſcitur, & ex nullo, nemini. Quippe & iſta de Deo rectiſsimè dicimus, & ex ſubſtantijs omnibus celebratur & laudatur, iuxta omnium analogiam & rationem, quorum eſt auctor. Etiam eſt rurſus diuiniſsima Dei cognitio, per ignorantiam cognita, ſecundùm eam, quæ ſuprà intellectum eſt, unionem: quando intellectus ab entibus omnibus recedens, deinde & ſeipſum dimittens, unitur ſuperſplendentibus radijs, inde & illic imperſcrutabili profunditate ſapientiæ illuminatus. Etiam ex omnibus (quod quidem dixi) noſcenda eſt. Ipſa enim eſt ſecundùm eloquium, omnium factiua, & ſemper omnia concordans, & indiſſolubilis omnium concordiæ & ordinis cauſa, & ſemper fines priorum connectens, principijs ſecundorum, & unam uniuerſi conſpirationem & harmoniam, pulchri faciens. Hæc mihi magna uiſa ſunt, & maximè illius diuini uiri completam uenationem continentia, ideò ponenda hoc loco iudicaui. Paulus Apoſtolus, eiuſdem Dionyſij magiſter, differentiam inter ea quæ à Deo ſunt, & alia in hoc conſiſtere aiebat: quod quæ adeò ſunt, ordinata eſſe dicebat. Rectè alibi Dionyſius, Deum ordinem ordinatorum, confeſſus eſt. In termino igitur ordinabilium, auctor uidetur ordinis. Nam cum hic mundus pulcher eſſe debuit, & partes eius, non potuerunt eſſe præcisè ſimiles ſed uariè, ut immenſa pulchritudo, in ipſarum uarietate perfectiùs reluceret, quando omnia quantuncũq; uaria, non fuerunt pulchritudinis expertia, placuit creatori, uarietati cõcreare ordinabilitatem talem, quòd ordo qui eſt ipſa pulchritudo abſoluta, in cunctis ſimul reluceret, per quem ſuprema infimorum, infimis ſupremorum connexa, concordanter in unam uniuerſi ſe pulchritudinem conſpirarent, per quem cuncta de gradu ſuo contenta, ad finem uniuerſi, pace & quiete (qua nihil pulchrius) fruerentur. Contentatur enim pes infimus in homine. ex eo quòd infimus & pes, ſicut oculus, ex eo quod oculus & in capite: quia uident ad perfectionem hominis, & eius pulchritudinem, ſe neceſſaria membra, ſi ſic fuerint, & ſic in ſuo locata ordine, extrà quæ loca, nec pulchra, nec neceſſaria, nec pulchritudinem totius corporis perfectam conſpiciunt, nec ex ipſis cõpletam pulchritudinem contribunt, ſed ut ſunt deformia, omne corpus deforme reddunt. Ordinata igitur eſt in ipſis magnitudo, ut ſit pulchra, ut ex ipſis & cæteris membris, magnitudo corporis pulchra, reſultet. Proportio igitur cuiuslibet membri ad quodlibet, & ad totum: ordinata, eſt ab omnium ordinatore, hominem pulchrum creante. Et enim proportio illa, ſine qua una, totius & partium eius, ad totum relata habitudo, nequaquàm pulchra, ordinatiſsimaq; uideretur.

Paulus.

De eodem Cap. XXXI.

Ordo X.

ADhuc ut ordinem in æternitate uideas, conſidera. Cum cuncta quæ de poſſe fieri, ut ſint actu, ordinem præſupponunt, quo hoc poſsibile fieri fiat utiq; ordo æternus eſt, qui eſt omne id, quod eſſe poteſt. Si enim factus eſſet ordo: utique ordine de poſsibile fieri, ad actum deueniſſet, ſic fuiſſet, antequàm fuiſſet. Non habet igitur initium ordo, neque finem. Aeternus eſt igitur ordo. Sed quomodo eſt ordo, in ſimpliciſsimo rerum principio, niſi ſit ipſum principium, tàm principium ſine principio, quàm principium de principio, quàm etiam principium, ab utroq; procedens? ſine enim illis non poteſt ordo in principio uideri, cum de eſſentia ordinis, ſit principium, medium, & finis, quæ ſi in ſimplicitate æterni principij, quod eſt & ordo æternus negantur, ordo negatur, quo ſublato, nihil manet: cum expers ordinis & pulchritudinis, eſſe nequeat. Eſſe enim, ordine & pulchritudine carens, quomodo ad actum, de poſſe deueniſſet? Etſi principium ordine caret, unde principiata ordinem habent? Adhuc uideo, ex quo eſt principium ſine principio, & principium de principio. & principium ab utroque procedens: ſic erit & principiatum, ſine antiquiori principiato, & principiatum ab utroque procedens. Principiatum ſine antiquiori principio, eſt eſſentia: principiatum de principiato, eſt uirtus: principia-

http://www.obrascatolicas.com

tùm ab utroq; procedens, est operatio. Illa quidem in omnibus reperiuntur, ut cuncta diuinum ordinem participent, & totus hic mundus, est ex intellectualibus, ex uitalibus, & existentibus. Intellectualis natura suprema est, ante se non habens antiquius principiatum. Vitalis natura media, habens ante se intellectualem, quæ est eius hypostasis. Existens uerò natura procedit ab utraq;. In prima complicantur sequentes, nam intelligit, uiuit, & existit. Secunda, uiuit, & existit. Igitur in ipsa complicatur tertia, quæ tantùm existit. Primæ, existere & uiuere, & intelligere. Secundæ, existere & intelligere, est uiuere. Tertiæ, intelligere & uiuere, est esse. Quæ sit diuini ordinis participatio, in angelica hierarchia, & quę in ecclesiastica hierarchia, diuinus Dionysius describit. Quæ'ue ordinis participatio specierum, & in qualibet specie, quis'ue in cœlestibus corporibus & temporalibus eorum, atq; animalium motibus, quæ'ue ordinis participatio, in omnibus quæ ab humana mente oriuntur, in uirtutibus, in regiminibus, & Reipublicæ & priuatæ gubernationibus, in mœchanicis, in liberalibus scientijs, & quibus ordinatissimis regulis & modis, omnia pulchrè procedunt, reperiuntur, conscribuntur & communicantur: studiosus uidet & admiratur. Interrogatus puer Memnon: ex ordine quem interrogans seruauit, ad cuncta Geometrica, rectè respondit, acsi sciẽtiam cum ordine cognatam habuisset, ut Plato in libro Memnonis refert. Qui enim in ordinem scit redigere, quæ studet & inquirit, proficit. Nõ est nec orator, nec alius peritus, si sermo eius ordine caret, nec enim se intelligit, nec intelligitur, alienus ab ordine. Est enim relucentia sapientiæ, ordo: sine quo, nec pulchra, nec clara esset, nec sapienter operaretur. Memoria in ordinem redacta, de facili reminiscitur: sicut in arte memoratiua in ordine locorum fundata, patet. Lector ut memoretur & capiatur, dicenda distinguit, distinctaq; ordinat. Ita patet, ordinem multùm de luce sapientiæ, participare.

Dionysius. Memnon. Ars memoratiua.

De eodem. Cap. XXXII.

Ordo X.

POsuit igitur ordinem in cœlo, & terra, & cunctis summa sapientia, ut & ipsa sapientia, se ipsam meliori modo, quo creatura capax fuerit, patefaceret. Ordo enim exercitus, ostendit prudentiam campiductoris, ordinatoris, plus cęteris quæ agit. Est igitur ordo uniuersi, prima & pretiosissima imago, æternę & incorruptibilis sapientię: per quem tota mundi machina, pulcherrimè & pacificè persistit. Quàm pulchrè copulam uniuersi, & micocrosmum hominem in supremo sensibilis naturæ, & infimo intelligibilis locauit: connectens in ipso ut in medio, inferiora temporalia, & superiora perpetua? Ipsum in horizonte temporis & perpetui collocauit, uti ordo perfectionis deposcebat. Experimur in nobis, qui cum cæteris animalibus, conuenimus in sensibus, ultrà illa habere mentem, ordinem scientem & laudantem. Et in hoc scimus, nos capaces ordinatricis omnium, immortalis sapientiæ, esseq; Deo cum intelligentijs connexos. Sicut enim in ea parte, qua alijs iungimur animalibus, animalium naturam sortimur: ita in parte illa, qua intelligibili naturæ iungimur, intellectualem participamus naturam. Ideoq; per mortalitatem animalitatis, non extingui spiritum, intelligentijs pepetuis connexum. Quinimò scimus, scimus mortalem naturam, soluta moriendi possibilitate, per nexum quo mortali nectitur: posse ad uitam immortalis spiritus, resurgere, in uirtute uerbi Dei (per quod omnia facta sunt) in homine Iesu Christo, incarnati: in quo humanitas, non solum medium est, connexionis inferioris & superioris naturæ, temporalis & perpetuæ: sed & Dei creatoris, & æternæ immortalitatis, si ipsi mediatori nostro conformes fuerimus, quod fide fit & amore. Et quid pulchrius, admirabili ordine regenerationis, quo ad hanc resurrectionem uitæ deuentum est, qui in sanctissimis Euangelijs describitur? Diximus aliqua, de campis uenationum sapientiæ, sed ibi sapientia incarnata, uiam suam, per quam mortuus peruenit ad resurrectionem uitæ, quæ est quicquid quæritur, exemplo manifestauit. Appetimus sapientiam, ut simus immortales, sed cum nulla sapientia, nos liberet ab hac sensibili & horribili morte: uera erit sapientia, per quam necessitas illa moriendi, uertatur in uirtutem, & fiat nobis certum iter,

iter, & securum, ad resurrectionem uitæ, quod solum uiam Iesu tenentibus, & eius uirture, continget. Vltimum igitur studium ibi ponendum, in hac sola uia, secura est uenatio, quam certissima sequetur immortalitatis possessio.

De uiuocabuli. Cap. XXXIII.

SI cuncta, profunda meditatione ponderas: reperies, uenatores ad uim uocabuli diligenter perspexisse, quasi uocabulum sit præcisa rerum figuratio. Sed quę uocabula sunt, per primum hominem, rebus imposita: ex ratione quam homo concepit, non sunt uocabula præcisa, quin res possit præcisiori uocabulo nominari. Non enim ratio, quam homo concipit, est ratio essentiæ rei, quæ omnem rem antecedit. Et si quis huius rationis nomen cognosceret, omnia propriè nominaret, & omnium perfectissimam scientiam haberet. Vnde in substantifica ratione rerum, non est dissensio, sed in uocabulis, ex uarijs rationibus, uariè rebus attributis, & in configuratione essentiæ rei, quæ similiter uaria est, omnis disputantium diuersitas, quemadmodum Plato in epistolis ad Dionysium tyrannum, elegantissimè scribit, ueritatem, uocabula, orationes, seu uocabulorum definitiones, atq; sensibiles figurationes, anteire: uti de circulo picto, eius uocabulo, & oratione, atq; conceptu exemplificat. Ideò Dionysius Areopagita, potius ad intentionem, quàm ad uim uocabuli aduerti mandat: licet ipse in diuinis nominibus, quemadmodum & Plato multùm significato nominis inhæreat. Nemo etiam attentior fuit Aristotele, uim uocabuli perquirere, quasi impositor nominum omnium fuerit peritissimus, id quod sciuerit, in uocabulis suis exprimere: ad illius scientiam pertingere, sic perfectionem scibilium adipisci. Ideò in definitione, quæ est uocabuli explicatio, scientiæ lucem affirmauit. Credo hæc in humana scientia, sic se habere, quam primò & excellenter, primus Adam seu homo dictus, habuisse creditur. Et ideò scientia, quæ in uiuocabuli solidatur, gratissima est homini, quasi suæ naturæ conformis. Oportet autem uenatorem huius diuinæ sapientiæ, humana uocabula, secundùm impositionem hominis de Deo negare. Vita enim, quæ ad omnia uiuentia extenditur, non attingit ad Deum, qui est omnis uitæ causa, sic de omnibus uocabulis. Distinctiones etiam, quæ per uenatores fiunt, qui uocabula interpretantur, sunt diligenter attendendæ. Puta uti sanctus Thomas, in commentarijs libri Dionysij, de diuinis nominibus, tria innuit consideranda, circa existentium substantias. Primum est singulare ut Plato, quod in se actu complectitur, principia ultima & indiuidualia. Secundum est species uel genus, ut homo uel animal, in quibus compræhenduntur ultima principia in actu, singularia uerò in potentia. Homo enim dicitur, qui habet humanitatem, absque præcisione indiuidualium principiorum. Tertium est ipsa essentia, ut est humanitas, in quo uocabulo solum compræhenduntur principia speciei: nihil enim indiuidualium principiorum, pertinet ad rationem humanitatis, cum humanitas, præcisè significat hoc, quo homo est homo. Nullum indiuidualium principiorum, est huiusmodi. Vnde in nomine humanitatis, non concluditur, neque actu, neque potentia aliquod indiuiduale principium. Et quo ad hoc, dicitur natura. Ecce uides doctissimum uirum, hac distinctione uocabuli, multa dilucidasse, quæ alibi obscura reperiuntur. Quantùm etiam Aristoteles laborauerit, ut distingueret uocabula, Metaphysica eius declarat. Vnde per uocabulorum distinctiones, multæ uarietates scribentium concordantur, in quibus multi doctissimi se occupauerunt. Sed hæc nostra inquisitio ineffabilis sapientiæ, quæ præcedit impositorem uocabulorum, & omne nominabile potius in silẽtio & uisu, quàm in loquacitate & auditu, reperitur. Præsupponit uocabula illa humana, quibus utitur non esse præcisa, nec angelica, nec diuina: sed ipsa sumit, cum aliter non posset cõceptum exprimere, cum æternitatem per ipsa uelit figurare, præsuppositio tamen, quòd illa non uelit aliquid tale propter quod imposita sunt significare, sed talium causam, uerbumq; nullius temporis esse.

Plato. Dionysius. Aristoteles. Thomas.

http://www.obrascatolicas.com

De capta præda. Cap. XXXIIII.

POstquàm decem campos taliter peragraui, reſtat nunc, quid cœperim colligere. Magnam utiq; uenationem feci, ut magnam prædam reportarem. Non enim de aliquo magno, quod maius eſſe potuit contentus, magnitudinis cauſam, cum maior eſſe nequeat, perquiſiui. Illa enim ſi maior eſſe poſſet, ſuo cauſato maior fieret. Ita poſterius, prius fieret priore. Neceſſarium eſt igitur, cauſam magnitudinis id eſſe, quod eſſe poteſt. Nominemus autem pro nunc, cauſam magnitudinis, magnitudininem: Præcedit igitur magnitudo poſſe fieri, cum non poſsit aliud fieri, quando eſt omne id quod eſſe poteſt. Eſt igitur magnitudo æternitas, quę non habet principium, nec finem, cum non ſit facta: eò quòd ante omne factum, ſit poſſe fieri, quod magnitudo præcedit. Et quia de Deo & omni creatura uerificatur, ut ſuprà in campo de laudibus reperitur: applicemus igitur ipſam ad ſenſibilia, & intelligibilia, deinde etiam ad laudabilia, ut uideamus ſi poterimus, ipſam aut ſenſui aut intellectui, captam oſtendere. Pro quo ſigno lineam a b, & dico, a b lineam magnam, quia maior medietate eius, poſſeq; ipſam fieri maiorem, per eius extenſionem ſeu augmentum: ſed non fiet magnitudo, quæ cum ſit, eſt quod eſſe poteſt. Linea ſi fieret ita magna, quòd maior eſſe non poſſet, eſſet id quod eſſe poteſt: & non eſſet facta, ſed eſſet æterna, poſſe fieri antecedens: & non eſſet linea, ſed æterna magnitudo. Ita uideo, omne quod fieri poteſt maius, cum ſit poſt poſſe fieri, nunquàm fieri id, quod eſſe poteſt. Sed quia magnitudo eſt, quod eſſe poteſt, tũc nec poteſt eſſe maior. Ideò ipſa nec eſt maior, nec minor, omni magno & omni paruo: ſed omnium magnorum & paruorum, cauſa efficiens, formalis, & finalis, adæquatiſsimaq; menſura, in omnibus magis & paruis omnia, & ſimul nullum omnium, cum omnia magna & parua, ſint poſt poſſe fieri, quod ipſa antecedit. Vnde cum ſuperficies, & corpus, & quantitas continua, & diſcreta ſeu numerus, & æqualitas, & ſenſus, & intellectus, & cœlum, & Sol, & omnia quæ facta ſunt, non ſint expertia magnitudinis: in ipſis omnibus Poſſeſt (quam uoco magnitudinem) eſt id, quod ſunt, & nullum omnium. Eſt igitur coniunctè omnia, & nihil omnium. Eſt etiam uerum, quia magna magnitudine, magna ſunt, tunc non conuenit ei, quod poſſe fieri præcedit, nomen illud magnitudo, quod eſt nomen formæ magnorum, cum id non ſit forma, ſed abſoluta formarum, & omnium cauſa. Nullum igitur nomen, ex omnibus quæ nominari poſſunt, illi cõuenit: licet nomen eius, non ſit aliud ab omni nominabili nomine, & in omni nomine nominetur, quod innominabile manet.

De eodem Cap. XXXV.

COnſequenter cum uideam, bonum eſſe magnũ, poſſeq; fieri magis bonum, quando datur unum bonum magis bonum alio: ideò bonum, quod eſt ita bonum, quòd magis bonum eo eſſe non poteſt, cum ſit ipſum Poſſeſt, ex paulò ante præmiſsis, eſt cauſa magnitudinis. Ita pulchrum, quod non poteſt eſſe magis pulchrum, eſt cauſa magnitudinis. Et ſic uerum, quod non poteſt eſſe magis uerum, eſt cauſa magnitudinis. Ita ſapiens, quod non poteſt eſſe magis ſapiens, eſt cauſa magnitudinis, & ſic conſequẽter, de omnibus decem laudabilibus. Et pari modo, magnum quod eſt ita bonum, quòd non poteſt eſſe melius, eſt cauſa bonitatis. Et pulchrum, quod eſt ita bonum, quòd non poteſt eſſe melius, eſt cauſa bonitatis, & ſic conſequenter. Video igitur Poſſeſt, cauſam bonitatis, magnitudinis, pulchritudinis, ueritatis, ſapientiæ, delectationis, perfectionis, claritatis, æquitatis, & ſufficientiæ. Et terminus ipſius poſſe fieri, nouem ipſorum, oſtendit Poſſeſt, cauſam decimi. Nam terminus poſſe fieri magnitudinis ipſius bonitatis, pulchritudinis, ueritatis, & reliquorum: oſtendit Poſſeſt, cauſam magnitudinis. Et terminus poſſe fieri bonitatis ipſius magnitudinis, pulchritudinis, ueritatis, & aliorum oſtendit Poſſeſt, cauſam bonitatis. Sic conſequenter ſemper nouem, oſtendunt Poſſeſt, cauſam decimi.

Cum

Cum igitur uideam cauſam omnium laudabilium Poſſeſt, omniaq; decem laudabilia, participatione laudis laudabilia: Poſſeſt dico laudem, quæ id eſt, quod eſſe poteſt, quia fons & cauſa laudabilium. Ideò non inepte Poſſeſt laudem laudo, cum magnus Propheta Moyſes dicat, in cantico ſuo, laus mea Dominus. Et quia uideo Deum eſſentialem cauſam omnium laudabilium: ideò etiam uideo ſicut Dionyſius ſuprà allegatus, eſſentias & ſubſiſtentias omnium quæ facta ſunt aut fient, participatione laudabilium id eſſe, quod ſunt. Hoc igitur eſt quod uenatione cœpi, Deum meum eſſe illum, qui eſt per omnia laudabilia laudabilis, non ut participans laudem, ſed ut ipſa abſoluta laus, per ſeipſam laudabilis, & omnium laudabilium cauſa: & ideò prior atque maior omni laudabili, quia omnium laudabilium terminus, & Poſſeſt: omniaq; Dei opera laudabilia, quia participatione laudabilium, per quæ Deus ut cauſa, & omne laudabile, ut cauſatum laudatur, conſtituuntur. Et ſcio, quòd Deus meus maior omni laude, per nullum laudabile, uti laudabilis eſt, laudari poteſt. Et omni conanti ipſum meliùs & meliùs laudare, illi reuelat ſeipſum, ut uideat ipſum eſſe laudabilem, glorioſum, & ſuperexaltatum in ſæcula. Non ſolum in bonitate, qua ſe omnibus communicat, aut magnitudine, quam omnibus tribuit, aut pulchritudine, quam omnibus largitur, ſiue in ueritate, qua nihil caret, ſiue ſapientia, quæ omnia ordinat, ſiue delectatione, qua omnia in ſeipſis deliciantur, ſiue perfectione, de qua cuncta gloriantur, ſiue claritate, quæ omnia illuſtrat, ſiue æquitate, quæ omnia purificat, ſiue ſufficientia, qua omnia quieſcunt & contentantur, aut aliis diuinis participationibus: ſed ipſum Deum deorum in Zion laudant, in reuelato ſuiipſius lumine ipſum contemplantes.

Dionyſius.

De eodem. Cap. XXXVI.

SI rectè conſideras: ueritas, uerum, & ueriſimile, ſunt omnia, quæ mentis oculo uidentur. Veritas eſt omne id quod eſſe poteſt, neque augmentabilis, neque minorabilis, ſed æternaliter permanens. Verum eſt æternæ ueritatis perpetua ſimilitudo, intellectualiter participata. Et quia unum uerum, eſt uerius & clarius alio, uerum quod non poteſt eſſe uerius, eſt abſoluta & æterna ueritas. Actus enim uerificabilis, eſt æterna ueritas, actu ſe & cuncta uerificans. Veriſimile uerò, eſt ipſius intelligibilis ueri, temporalis ſimilitudo. Sic ſenſibile, eſt ueri ſimilitudo: quia intelligibilis imago, utrectè dicebat Dionyſius, quod & Plato priùs uiderat. Intellectus igitur uerus eſt, ſicut & bonus, & magnus, & ita de reliquis decem: quia eſt illorum intellectualis participatio. Et ultrà hoc, eſt etiam intelligendo uerus, quando eſt rei intellectæ adæquatus. Res enim intelligibilis, tunc uerè intelligitur: quando intelligibilitas eius, eſt ita depurata ab omni extraneo, quòd actu eſt uera intelligibilis ſpecies, ſeu ratio rei: & tunc intellectus in actu uerus eſt, quia intellectus eſt idem cum intellecto. Corruptibile non intelligitur, niſi per incorruptibilem eius ſpeciem. Abſtrahit enim intellectus, de ſenſibili intelligibilem ſpeciem. Nõ enim ſpecies ſeu ratio intelligibilis calidi, eſt calida, aut frigidi frigida, ita de cunctis: ſed eſt ab omni alterabilitate abſoluta, ut formam rei, ſicut exemplar eius uerum, uerè repræſentet. Et quia ſolum illa incorporea & immaterialis rei ſpecies, ſeu ratio, eſt actu intelligibilis, & in actu intellectum transformabilis: patet intellectum omni temporali & corruptibili, altiorem & puriorem, & naturaliter perpetuũ. Quod & clariſsimè percipis, quando uides, quòd depurata ab omni corruptibili materia, quæ non indigent abſtractione, citiùs intelliguntur. Sicut ſecundùm Proclum eſt unum abſolutum per ſe intelligibile, & intellectui conforme, ſicut lux uiſui, et ſic alia, per ſe nota, quę ſunt principia in Mathematicis, & aliis ſcientijs. Sunt enim eius ipſius ſpecies, ſeu intelligibilis ratio.

Dionyſius. Plato.

Proclus.

http://www.obrascatolicas.com

De declaratione. Cap. XXXVII.

REpetam unum ſæpiſsimè dictum, quoniam eſt totius uenationis noſtræ ratio. Et eſt, quòd factum cum ſequatur poſſe fieri, nunquàm eſt ita factum, quod poſſe fieri, ſit in eo penitùs terminatum. Nam & ſi poſſe fieri, ſecundùm quòd eſt actu, ſit terminatum, tamẽ non ſimpliciter: ut in Platone, poſſe fieri hominem, eſt terminatum, non tamen poſſe fieri hominem, eſt penitùs in Platone terminatũ, ſed tantùm ille terminandi modus, qui dicitur Platonicus, & reſtant aliȷ etiam perfectiores, innumerabiles modi. Neq; etiam in Platone, poſſe fieri hominis, eſt terminatum. Multa enim homo fieri poteſt, ſcilicet Muſicus, Geometer, Mœchanicus, qualia Plato non fuit. Vnde poſſe fieri, non determinatur ſimpliciter, niſi ĩ
Dionyſio. Poſſeſt, ſuo principio pariter & fine, Dionyſio atteſtante. Sic enim numerus terminatur in monade, ſuo principio pariter & fine. Principium enim omnis numeri, eſt monas, ita & finis eius eſt monas: actu tamen terminatur poſſe fieri in mundo, quo actu, perfectius & maius non eſt. Sic dicit regula, in recipientibus maius, non deuenitur ad maximum ſimpliciter, ſed benè ad actu maximum. Sicut in quantitate, quæ maius recipit, non deuenitur ad maximam quantitatem, qua maior eſſe non poſſet: quia hoc maximum, quo maius eſſe non poteſt, quantitatem præcedit. Benè tamen deuenitur, ad quantitatem actu maximam, ut eſt quantitas uniuerſi. Factum autem, ſemper eſt ſingulare & implurificabile, ſicut omne indiuiduum, ſed non eſt ſemper incorruptibile, niſi ſit primum. Quod enim imitatur primum, cum id ſit quod eſt participatione primi, corruptibile eſt: non enim poteſt eius incorruptibilem ſingularitatem, quæ eſt immultiplicabilis, participare. Et quòd prima, quorũ eſſe non dependet à participatione alicuius prius facti, ſint incorruptibilia: ideò eſt, quia poſſe fieri, eſt ipſis ſpecificè determinatum. Ob hoc intelligibilia & cœleſtia, ſunt incorruptibilia: ſicut ſunt intellectuales naturæ, & Sol, & Luna, & ſtellę. Quòd autẽ, Sol, & Luna, & ſtellæ ſint prima facta: Moyſes clarè in Geneſi refert, illa à Deo facta, ut ſemper luceant. Semper igitur & ſine intermiſsione, uiſibili mundo, hoc eſt neceſſarium, ſi non debet deficere, uiſibilitas eius. Ideò quæ facta ſunt, ut luceant ſemper, ſic manere neceſſe eſt. Quare non ſunt facta, poſt aliquod prius factum, cuius participa
Dionyſius. tione id ſint, quod ſunt. Ita poſſe fieri Solem, Lunam, & ſtellas: in ipſis indiuiduis, quę uidemus, eſt terminatum. Indiuidua uerò ſenſibilis naturæ, imitantur intelligibilia exemplaria, & ut dicit Dionyſius, ſunt ipſorum imagines, quæ etſi ſecundùm ſuam ſingularitatem, non ſint imitabilia: tamen cum ſint eorum imagines, quorum participatione, id ſunt quod ſunt, & cum ſenſibilia, non poſſint intelligibilia præciſè imitari, uariabili ter & temporaliter, illa quæ perpetua ſunt, participant. Quare ſecundùm hoc, perpetua eſſe nequeunt.

Rememoratio. Cap. XXXVIII.

NVnc ut per iteratam dictorum rememorationem, clariùs quæ uolo promam, adijcio. Certum eſt, quòd poſſe fieri, refertur ad aliquid, quod ipſum præcedit. Et ideò quia præcedit poſſe fieri, fieri nequit. Neq; factum eſt, cum nihil ſic factum, quod non potuit fieri. Factum igitur, ſequitur poſſe fieri. Cum autem id, ad quod ſe poſſe fieri refert, & quod præſupponit, ipſum præcedat, neceſſariò æternum eſt. Vnde cum æternum non poſsit fieri, neceſſe erit, quòd ſaltem æternum non ſit aliud ab eo, quod in poſſe fieri affirmatur. Aeternum igitur, non eſt aliud ab omni eo quod fit, licet non fiat. Eſt igitur principium & finis, ipſius poſſe fieri. Hinc quod factum eſt, infactibilis æterni eſt repræſentatio. Patet poſſe fieri mundum, ſe referre ad mundum archetypum, in æterna mente Dei. Et quia æternitas eſt nec plurificabilis, nec multiplicabilis, nec aliquam poſsibilitatem ſignificans, cum poſſe fieri præcedat: ideò ſicut nec intelligibilis, nec ſenſibilis, ita nec plenè repræſentabilis, nec imaginabilis, nec aſsimilabilis. Quare non terminatur poſſe fieri ultimate, in aliquo quod ſequitur ipſum, ſed eius terminus, ipſum antecedit. Video igitur omnia quæ fieri poſſunt, non habere niſi ſimplex illud exemplar, quod non eſt aliud

aliud ab omni quod fieri poteſt, cum ſit actus omnis poſſe. Quodq; cum ſit actus omnis poſſe, & non poſsit eſſe aliud, nec maius nec minus, nec aliter, nec alio modo: tunc nõ aliud ab aliquo, nec maius, nec minus aliquo, nec aliter, nec alio modo. Ideò eſt omnium quæ ſunt, uiuunt & intelligunt, cauſa, exemplar, menſura, modus, & ordo, & nihil in omnibus & ſingulis eſt reperibile, quod ab eo ut à cauſa, non ſit & procedat. Et quia omnia, non ſunt niſi illius ſolius repræſentatio: omnia ad ipſum ſunt conuerſa, omnia ipſum deſiderant, prædicant, laudant, glorificant, & clamant, ipſum hoc eſſe infinitum bonum, in omnibus relucens, cuius patticipatione id ſunt, quod ſunt. Ex omnibus igitur quæ actu ſunt, colligo ipſum qui eſt terminus interminus, nullo termino aut actu cuiuſcunq; intellectus capi poſſe, cum intellectus & omnia, ſint imago & ſimilitudo eius. Video enim omnia quæ ſunt actu, imaginem illius ſui exemplaris præferre, in cuius comparatione nec actu ſunt, nec perfecta imago ipſius ſunt, cum omnis omnium imago, perfectior præciſiorq; eſſe poſsit. Video tamen in termino, ad quem imaginis perfectio & præciſio terminatur, ipſum à remotis per infinitum. Sic actum uitæ uideo, illius nobiliorem imaginem eſſe. Sed cum uita poſſit eſſe perfectior & purior, ſine mixtura & umbra: in termino ſimplicitatis & præciſionis, à remotis uideo uitam ęternam, omnis uitæ exemplar, quæ eſt uita uera, uitam omnem faciens, ad quam ſe habet omnis hæc uita minus, quàm pictus ignis ad uerum. Deinde actum intellectus conſpicio, quæ eſt ſimilitudo quædam, diuini & æterni ſui exemplaris, huius uiuæ & intelligentis ſimilitudinis terminum, qui oſtendit præciſam Dei ſimilitudinem, per infinitum diſtare uideo, ab omni actu intellectus. Et dico, ex quo omne quod eſſe, & eſſe & uiuere, & eſſe uiuere & intelligere poteſt, non eſt adeò præciſa æterni exemplaris imago, ut ſimilitudo eius depoſcit: tunc uideo Deum in exceſſu, ſuper omnia quæ ſunt aut fieri poſſunt, tàm in exceſſu ipſius eſſe, quàm ipſius uiuere & intelligere omnium: quoniam maior eſt omni, quod eſſe, aut uiuere, aut intelligere poteſt, & tantò his omnibus præciſior perfectiorq;, quantò ueritas præcellit ſuam imaginem & ſimilitudinem. Eſt enim ueritas hypoſtaſis, ſuæ imaginis & ſimilitudinis, à quibus non eſt aliud: ab ipſa enim ſunt res exemplatæ in tantùm ſubſiſtentes, & uarietatem participantes ſui exemplaris, in quantùm ſunt ipſum imitantes & repræſentãtes. Nec hæc omnia quæ ſic uideo, & nequaquàm effatu dici aut ſcribi poſſunt, ſicuti uideo, ſunt ad breuius per me reducibilia, quàm quòd terminus poſſe fieri oĩa, eſt poſſe facere oĩa. Sicut terminus poſſe fieri determinatũ, eſt poſſe facere determinatũ: ut terminus poſſe fieri calidũ, eſt poſſe facere calidũ. Ignis. n. q dicit terminus poſſe fieri calidũ, poteſt facere calida. Et ita poſſe fieri lucidũ, terminatur in poſſe facere lucida, uti Sol dicit in ſenſibilibus, & ĩ intelligibilibus diuinus intellectus, ſeu uerbũ, oẽm ĩtellectũ illuminãs. Et terminus poſſe fieri perfectũ, eſt poſſe facere pefecta, & terminus poſſe moueri, eſt poſſe mouere. Quare deſideratũ, quod oĩa deſiderãt, qa terminus deſideralibiliũ: eſt oĩs deſideriȷ cauſa & terminus omnium eligibilium, eſt omnis electionis cauſa. Ex quo patet, cum terminus omnis poſſe fieri, ſit omnipotens, omnia potens facere: tunc & ipſe ipſum poſſe fieri, poteſt facere. Et ita eſt illius terminus, cuius eſt principium, & non eſt poſſe fieri, ante omnipotentem. Sicut in omnibus quæ facta ſunt poſſe fieri, prioriter uidetur, ſcilicet, tàm poſſe fieri ſimpliciter, cuius initium & finis eſt omnipotens, quàm poſſe fieri contractum, ad id quod fit, in quo terminatur ipſum poſſe fieri, quando fit actu tale, quod tale fieri potuit. Et hæc determinatio, eſt creatoris ipſius poſſe fieri, qui cum ſit omnipotens, ſolus determinare habet, quòd poſſe fieri, ſic aut ſic fiat. Et quia poſſe fieri non terminatur, niſi per omnipotentem: omnis determinatio ipſius poſſe fieri, in eo quod fit, non eſt determinatio ipſius poſſe fieri, quin omnipotens de eo facere poſsit quicquid uoluerit, ſed eſt determinatio ipſius poſſe fieri, ſingulariter ad hoc contracta, quæ eſt ipſius, quod ſic factum eſt, natura & ſubſtãtia.

Epiſ-

http://www.obrascatolicas.com

Epilogatio. Cap. XXXIX.

QVia nihil factum est, quod non potuit fieri, & nihil seipsum facere potest, sequitur, quòd triplex est posse, scilicet, posse facere, posse fieri, & posse factũ. Ante posse factũ, posse fieri: ante posse fieri, posse facere. Principiũ &ter

id quod dicimus ignem, est igneum secundùm Platonem, aut ignitum, & non tantùm ignitum, quantùm igniri posset. Præcedit igitur per se ignis, omne ignibile & ignitum, quorum est causa, & est ante omnem sensibilem ignem, penitùs inuisibilis & incognitus. Quare primæ causæ similitudo (ut Dionysius latè hoc explanat) quod ille sanctus uidit, qui aiebat, quòd Deus esset ignis consumens. Ante autem hunc sen

http://www.obrascatolicas.com

torem, per proprietatum similitudines, quas enarrat ascendit. Ita & Gregorius Theologus, in sermonibus Theologicis, contrà Eunomianos, faciendum suadet: quia in speculo & ænigmate, in hoc mundo (ut diuinus Paulus refert) ascendere oportet, ubi partim scimus, & partim prophetamus. Per hæc arbitror mearum uenationum rudè, & non plenè depuratum conceptum, quantùm mihi possibile fuit, explicasse, omnia submittens melius hæc alta sapienti.

Libri de uenatione Sapientiæ, R. P. Nicolai de Cusa, Cardinalis. T. Sancti Petri ad uincula, ad Iesu Christi sapientiæ Gloriam & honorem, finis.

Dialogus de Apice theoriæ. R. P. Nicolai de Cusa Cardinalis. Interlocutores: Petrus canonicus, Decanus eccl esiæ Beatæ Mariæ Aquensis, Leodiensis diocœsis, & Nicolaus de Cusa, CARDINALIS.

Ideo te quadam profunda meditatione, aliquot dies raptum, adeò quòd timui tibi molestior fieri, si te quæstionibus de occurrentibus pulsarem. Nunc cum te minus intentum, & quasi magni aliquid inuenisses, lætum reperiam: ignoscès spero, si ultrà solitum te interrogauero. CARDINALIS. Gaudebo. Nam de tua tàm longa taciturnitate, sæpè admiratus sum: maximè qui iam annis quatuordecim me audisti, multa publicè & priuatè, de studiosis inuentionibus loquentem, & plura quæ scripsi opuscula collegisti. Vtique postquàm nunc dono Dei, & meo ministerio, diuinum adeptus sacratissimi sacerdotij locum: tempus uenit, ut loqui & interrogare incipias. PETRVS. Verecundor ob imperitiam: tamen pietate tua confortatus, peto quid id noui est, quod his Paschalibus diebus, in meditationem uenit, credidi te perfecisse omnem speculationem, iam in totuarijs tuis tuis codicibus, explanatam. CARDINALIS. Si Apostolus Paulus, in tertium cœlum raptus, nondum comprehendit, incomprehensibilem: nemo unquàm ipso, qui maior est omni comprehensione, satiabitur, quin semper instet, ut melius comprehendat. PETRVS. Quid quæris? CARDINALIS. Rectè ais. PETRVS. Ego te interrogo, & tu me derides, cum peto, quid quæras: tu dicis, rectè ais, qui nihil aio, sed quæro. CARDINALIS. Cum diceres quid quæris, rectè dixisti: quia quid quæro. Quicunque quærit, quid quærit. Si enim nec aliquid seu quid quæreret, utique non quæreret. Ego igitur, sicut omnes studiosi, quæro quid: quia scire ualdè cupio, quod sit ipsum quid seu quidditas, quæ tantoperè quæritur. PETRVS. Putasne quòd reperiri possit? CARDINALIS Vtique. Nam motus qui omnibus studiosis adest, non est frustrà. PETRVS. Si hactenus nemo repperit, quid ultrà cunctos, tu conaris? CARDINALIS. Puto multos qualitercunq; & uidisse, & in scriptis uisionem reliquisse. Nam quidditas, quæ semper quæsita est, & quæritur, & quæretur, si esset penitùs ignota, quomodo quæreretur, quando etiam reperta maneret incognita? Ideò aiebat quidam sapiens, ipsam ab omnibus (licet à remotis) uideri. Cum igitur annis multis, uiderim ipsam ultrà omnem potentiam cognitiuam, ante omnem uarietatem & oppositionem, quæri oportere: non attendi, quidditatem in se subsistentem, esse omnium substantiarum inuariabilem subsistentiam, ideò nec multiplicabilem nec pluralificabilem, & hinc non aliam & aliam, aliorum entium quidditatem, sed eandem omnium hypostasim. Deinde uidi, necessariò fatendum, ipsam rerum hypostasim seu subsistentiã, posse esse. Et quia potest esse: utique sine posse ipso, nõ potest esse: quomodo.n. sine posse potest. Ideò posse ipsum, sine quo nihil quicq; potest, est quo nihil subsistẽtius esse potest. Quare est ipsum quid q̃sitũ, seu quidditas ipsa, sine

sine qua non potest esse quicquam, & circa hanc theoriam, in his festiuitatibus uersatus sum, cum ingenti delectatione. PETRVS. Quia sine posse, nihil quicquam potest uti ais, & uerum te dicere uideo, & sine quidditate utiq; non est quicquã: benè uideo, posse ipsum, quidditatem dici posse. Sed miror, cum iam ante de Posse multa dixisses, & eo in dialogo explanasses, cur illa non sufficiunt? CARDINALIS. Videbis infrà, posse ipsũ, quo nihil potentius, nec prius, nec melius, esse potest: longè aptius nominare illud, sine quo nihil quicquam potest esse, nec uiuere, nec intelligere, quàm Posse, aut aliud quodcunq; uocabulum. Siue enim nominari potest: utiq; posse ipsum, quo nihil perfectius esse potest, melius ipsum nominabit, nec aliud clarius, uerius, aut facilius nomen dabile credo. PETRVS. Quomodo ais facilius, quãdo nihil difficilius arbitror, re semper quæsita, & nunquam plenè inuẽta? CARD. Veritas, quantò clarior, tantò facilior. Putabã ego aliquando, ipsam in obscuro melius reperiri. Magnæ potẽtiæ ueritas est, in qua posse ipsũ ualdè lucet: clamitat enim in plateis, sicut in libello de Idiota legisti, ualdè certè se undiq; facilem repertu, ostẽdit. Quis puer aut adolescens posse ipsum ignorat, quando quisq; dicit, se posse comedere, posse currere, aut loqui? Nec est quisquam mentem habens, adeò ignarus: qui nesciat, sine magistro nihil esse, quin possit eẽ, & quod sine posse, nihil quicquã potest, siue esse, siue habere, facere aut pati. Quis adolescens interrogatus, si posset portare lapidẽ, & responso facto quod posset, ultrà interrogatus, an sine posse posset: qui non diceret nequaquam? nam absurdam iudicaret atq; superfluam interrogationem: quasi nemo sanę mentis, dubium de hoc faceret, quicquam facere aut fieri posse, sine posse ipso. Præsupponit enim omnis potens, posse ipsum adeò necessarium, quod penitus nihil esse possit, eo non præsuppositio. Si enim aliquid potest esse notũ, utiq; ipso posse, nihil notius. Si aliquid facilè esse potest, utiq; ipso posse, nihil facilius. Si aliquid certum esse potest, posse ipso nihil certius. Sic nec prius, nec fortius, nec solidius, nec substantialius, nec glorioſius, & ita de cunctis. Carens autẽ ipso posse: nec potest esse, nec bonũ, nec aliud quodcunq;, esse potest. PETRVS. Nihil certius his uideo, & puto neminem latere posse horum ueritatem. CARD. Solum inter te & me, differentiam facit attentio. Nam si te interrogarem, quid uideres in omnibus posteris Adę, qui fuerunt, sunt, & erunt, etiam si essent infiniti: nònne si attenderes, statim responderes, te non nisi paternum posse primi parentis, in omnibus uidere? PETRVS. Ita est penitus. CARD. Et si subiungerem, quid in leonibus, & aquilis, & cunctis animalium speciebus, uideres: nònne eodem modo respõderes? PETRVS. Certè nõ aliter. CAR. Quid in omnibus causatis & principiatis? PETRVS. Dicerem, me non nisi posse causæ primæ, & primi principij, uidere. CARD. Et quid, si ulteriùs à te sciscitarer, cum posse oĩm talium plurimorum, sit penitus inexplicabile: unde posse tale, hanc habeat uirtutem, nònne mox responderes, quod à posse ipso absoluto, & in contracto penitus omnipotente, quo nihil potentius, nec sentiri, nec in imaginationem cadere, nec intelligi potest? cum hoc sit posse omnis posse, quo nihil prius esse potest, nec perfectius, quo non existente, nihil penitus manere potest? PETRVS. Ita profectò dicerem. CARD. Hinc posse ipsum, est omnium quidditas & hypostasis, in cuius potestate, tàm ea quę sunt, quàm ea quę non sunt, necessariò continentur: nònne hęc omnino sic affirmanda, diceres? PETRVS. Omnino dicerem. CARD. Posse igitur ipsum, per quosdam sanctos, lux nominatur: non sensibilis, aut rationalis, siue intelligibilis, sed lux oĩm, quæ lucere possunt, quoniam ipso posse, nihil lucidius esse potest, nec clarius, nec pulchrius. Respicias igitur ad lucem sensibilem, sine qua non potest esse sensibilis uisio, & attende, quomodo in omni colore, & in omni uisibili, nulla est alia hypostasis, quàm lux, uariè in uarijs essendi modis colorum, apparens, ac quod luce subtracta, nec color, nec uisibile, nec uisus, manere potest. Claritas uerò lucis, ut in se est, uisiuam potentiam excellit. Non igitur uidetur uti est: sed in uisibilibus se manifestat, in uno clarius, in alio obscurius. Et quantò uisibile magis clarè lucem repræsentat: tantò nobilius & pulchrius. Lux uerò, omnium uisibilium claritatem & pulchritudinem, complicat, & excellit. Nec

Liber de Idiota.

http://www.obrascatolicas.com

lux ſe in uiſibilibus manifeſtat, ut ſe uiſibilem oſtendat: imò ut potius ſe inuiſibilem manifeſtet, quando in uiſibilibus, eius claritas capi nequit. Quod enim claritatẽ lucis, in uiſibilibus inuiſibilem uidet: ueriùs ipſam uidet. Capis ne iſta? PETRVS. Eò faciliùs capio, quo à te pluries hæc audiui. CARD. Transfer igitur hæc ſenſibilia, ad intelligibilia, puta: poſſe lucis, ad poſſe ſimpliciter, ſeu poſſe ipſum abſolutũ, & eſſe coloris, ad eſſe ſimplex. Nam ita ſe habet eſſe ſimplex, ſola mente uiſibile, ad mentẽ, ſicut eſſe coloris, ad ſenſum uiſus. Et introſpicias, quid uideat mẽs in uarijs entibus, quæ nihil ſunt, niſi quod eſſe poſſunt, & hoc ſolũ habere poſſunt, ꝙd ab ipſo poſſe habent: & non uidebis uaria entia, niſi apparitionis ipſius poſſe, uarios modos. Quidditatem autem, non poſſe uariam eſſe: quia eſt poſſe ipſum, uariè apparens. Nec in ijs quæ aut ſunt, aut uiuunt, aut intelligunt: quicquam aliud uideri poteſt, quã poſſe ipſum, cuius poſſe eſſe, poſſe uiuere, & poſſe intelligere, ſunt manifeſtationes. Quid enim aliud in omni potentia uideri poteſt, quàm poſſe omnis potentiæ? non tamẽ in omnibus potentijs, aut eſſendi aut cognoſcendi, poſſe ipſũ uti eſt, capi poteſt perfectiſsimè, ſed in illis apparet, in uno potentiùs quàm in alio: potentius quidem in intellectuali poſſe, quã ſenſibili: quantò intellectus potentior eſt ſenſu: ſed in ſe poſſe ipſum, ſuprà omnem potentiam cognitiuam, medio tamen intelligibilis poſſe, uidetur uerius, quando uidetur excellere, omnem uim capacitatis intelligibilis poſſe eius, quod intellectus capit ac intelligit. Quãdo igit̃ mens in poſſe ſuo, uidet poſſe ipſum, ob ſuam excellentiam capi non poſſe: tunc uiſu ſuprà ſuam capacitatem uidet, ſicut puer, uidet quantitatem lapidis maiorem, quàm fortitudo ſuæ potentiæ, portare poſſet. Poſſe igitur uidere mentis, excellit poſſe compræhendere. Vnde ſimplex uiſio mentis, non eſt uiſio compræhenſiua: ſed de compræhenſiua ſe eleuat, ad uidendum incompræhenſibile. Vti dum uidet, unum maius alio, compræhenſiuè: ſe eleuat, ut uideat illud, quo non poteſt eſſe maius, & hoc quidem eſt finitum, maius omni menſurabili, ſeu compræhenſibili. Et hoc poſſe uidere mẽtis, ſupra omnem compræhenſibilẽ uirtutem & potentiam: eſt poſſe ſupremum mentis, in quo poſſe ipſum maximè ſe manifeſtat, & eſt interminatum, citrà poſſe ipſum: nam eſt poſſe uidere, ac poſſe ipſum tantùm ac ordinatum, ut mens præuidere poſſit, quorſum tendit. Sicut uiator, præuidet terminum motus, ut ad deſideratum terminũ greſſus dirigere poſſit. Mens igit̃, niſi quietis, & deſiderij, ac lætitiæ ſuæ, fœlicitatiſq; terminum, à remotis uidere poſſet: quomodo curreret, ut compræhendat? Apoſtolus rectè admonebat, ſic per nos eſſe currendum, ut comprehendamus. Collige igitur hæc, ut uideas, omnia ad hoc ordinata, ut mẽs ad poſſe ipſum, quod uidet à remotis, currere poſſit, & incompræhenſibile, quã optimo poteſt modo, cõpræhendat: quia poſſe ipſum, eſt ſolum potens, cum apparuerit in gloria maieſtatis, latiare mẽtis deſiderium. Eſt enim illud quid, quod quæritur. Vides ne quæ dixi? PETRVS. Video hæc uera quæ dixiſti, licet excellant capacitatem. Nã quid aliud ſatiare poſſet mentis deſiderium, quàm poſſe ipſum, poſſe omnis poſſe, ſine quo nihil quicquam poteſt. Si enim aliud poſſet eſſe, quàm poſſe ipſum: quomodo ſine poſſe poſſet? & ſi ſi ne poſſe non poſſet, utiq; à poſſe ipſo, haberet quod poſſet. Non ſatiatur mens, niſi id compræhendat, quo nihil melius eſſe poteſt, & hoc non poteſt eſſe, niſi poſſe ipſum, poſſe ſcilicet omnis poſſe. Rectè igit̃ uides, ſolum poſſe ipſum hoc quid, quod quæritur per omnem mentem, eſſe principium mentalis deſiderij, quia eſt quo nihil prius eſſe poteſt, & finem eiuſdem mentalis deſiderij, cum nihil ultrà poſſe ipſum, deſiderari poſſit. CARD. Optimè uides nunc Petre, quantùm tibi confert, conſuetudo colloquij, ac lectura opuſculorum meorum, ut me facilè intelligas, de poſſe ipſo non dubito, quæcunq; uideo, & tu mox mente appoſita uidebis. Nam cũ poſſe ipſum, omnis quæſtio de poteſt præſupponat: nulla dubitatio moueri de ipſo poteſt, nulla enim ad ipſum poſſe, pertingit. Qui enim quæreret, an poſſe ipſum ſit: ſtatim dum aduertit, uidet quæſtionem impertinentem, quando ſine poſſe, de ipſo poſſe, quæri non poſſet. Minus quæri poteſt, an poſſe ipſum, ſit hoc uel illud: cũ poſſe eſſe, & poſſe eſſe hoc & illud, poſſe ipſum præſupponant. Et ita poſſe ipſum, omnẽ quę poteſt

poteſt fieri dubitationem, antecedere conſtat. Nihil igitur certius eo: quando dubitum, non poteſt niſi præſupponere ipſum, nec quicquã ſufficientius aut perfectius eo, excogitari poteſt, ſic ad ipſum non poteſt quicquam addi, nec ab eo ſeparari, aut minui. PETRVS. Solum quæſo nunc dicito, an iam clarius aliquid quã ante, de primo uelis reuelare, nam ſepè abundè (licet non quantùm dici poteſt) multa dixiſti. CARDINA. Hanc nunc facilitatem tibi pandere propono, prius non apertè cõmunicatam, quam ſecretiſsimam arbitror, puta: omnem præciſionem ſpeculatiuam, ſolum in poſſe ipſo, & eius apparitione ponendã, ac quod omnes qui rectè uiderunt, hoc conati ſunt exprimere. Qui enim unum tantùm affirmabant, ad poſſe ipſum reſpiciebant. Qui unum & multa dixerunt: ad poſſe ipſum, & eius multos apparitionis eſſendi modos, reſpexerunt. Qui nihil noui poſſe fieri dixerunt: ad poſſe ipſum, omnis poſſe eſſe aut fieri, reſpexerunt. Qui uerò mundi & rerum nouitatem affirmant, ad ipſius poſſe apparitionem, mentẽ conuerterunt. Quaſi ſi quis ad poſſe unitatis, uiſum mentis conuerteret: ille utiq;, in omni numero & pluralitate, non uideret niſi poſſe ipſum unitatis, quo nihil potentius, & uideret omnem numerum, non niſi apparitionem, ipſius poſſe unitatis innumerabilis & infinibilis. Numeri enim nihil ſunt, niſi ſpeciales modi apparitionis, ipſius poſſe unitatis. Et melius hoc poſſe apparet, in impari ternario, quàm quaternario, & melius in perfectis certis numeris, quàm alijs. Sic genera, & ſpecies, & quę́q; talia, referenda ſunt, ad modos eſſendi apparitionis, ipſius poſſe. Qui dicunt eſſe plures formas, quæ dant eſſe, ad poſſe ipſum quo nihil ſufficientius, reſpexerunt. Et qui plures dicunt ſpecificas formas: ad ſpecificos eſſendi modos apparitionis, ipſius poſſe, attendũt. Qui dixerunt, Deũ fontem idearum, & plures eſſe ideas, hoc dicere uoluerunt, quod dicimus, ſcilicet Deũ poſſe ipſum, quod uarijs & ſpecie differentibus eſſendi modis, apparet. Qui negant ideas & tales formas: ad poſſe ipſũ reſpexerunt, quod ſolum eſt id ipſum, quod poſſe omnis poſſe. Qui nihil poſſe interire dicunt: ad poſſe ipſum æternũ & incorruptibile, reſpiciunt. Qui mortem aliquid eſſe dicunt, & res interire putant: ad modos eſſendi apparitionis, ipſius poſſe, uiſum conuertunt. Qui dicunt Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ: id (quod nos dicimus) dicunt, ſcilicet, poſſe ipſum quo nihil eſt potentius, creare cœlum, & terram, & omnia, per ſuam apparitionem, nam in omnibus quæ ſunt, aut eſſe poſſunt, non poteſt quicquam aliud uideri, quã poſſe ipſum. Sicut in omnibns factis & faciendis, poſſe primi facientis, & in omnibus motis et mouẽdis, poſſe primi motoris. Talibus igit̃ reſolutionibus, uides cũcta facilia, & omnem differentiam, tranſire in concordantiam. Velis igitur mi Petre ualdè mihi dilecte, mentis oculum, acuta intentione, ad hoc ſecretum conuertere, & cũ iſta reſolutione, nõſtra ſcripta, & alia quę́cũq; legis, ſubintrare, & maximè te exercitare, in libellis & ſermonibus noſtris, ſingulariter de dato lumine, qui benè intellectus ſecundum præmiſſa, idem continet, quod iſte libellus. Item de Icona, ſiue uiſu Dei, & de quærendo Deum, libellos in memoria tua recondas, ut in his Thelogicis, meliùs habitueris: & illis memoriale apicis theorię (quod nũc quã breuiſsimè ſubijcio) magno affectu cõiũgas. Eris (ſpero) ualdè acceptus omnipotẽtis Dei cõtẽplator, & pro me inter ſacta, indeſinenter orabis.

Sermones. Liber de Dato lumine. Liber de Icona. Liber de Quærendo Deum.

APex theoriæ, eſt poſſe ipſum, poſſe omnis poſſe, ſine quo nihil quiſquam poteſt contemplari: quomodo enim ſine poſſe, poſſet? I.

ADpoſſe nihil addi poteſt, cum ſit poſſe omnis poſſe. Non eſt igitur poſſe ipſũ poſſe eſſe, ſeu poſſe uiuere, poſſe intelligere, & ita de omni poſſe, cum quocũq; addito: licet poſſe ipſum, ſit poſſe ipſius poſſe eſſe, & ipſius poſſe uiuere, & ipſius poſſe intelligere. II.

NOn eſt niſi quod eſſe poteſt: eſſe igitur, non addit ad poſſe eſſe. Sic homo, nõ addit aliquid, ad poſſe eſſe hominẽ, nec homo iuuenis, addit aliquid, ad poſſe eſſe hominem iuuenem, uel hominem magnum Et quia poſſe cum addito, ad poſſe ipſum nihil addit: acutè contemplans, nihil uidet quàm poſſe ipſum. III.

http://www.obrascatolicas.com

IIII. NIhil poteſt eſſe prius ipſo poſſe: quomodo enim ſine poſſe, poſſet? ſic nihil ipſo poſſe, poteſt eſſe melius, potentius, perfectius, ſimplicius, clarius, notius, uerius, ſufficientius, fortius, ſtabilius, facilius, & ita conſequenter. Et quia poſſe ipſū omne poſſe cū addito antecedit: non poteſt nec eſſe, nec nominari, nec ſentiri, nec imaginari, nec intelligi: omnia enim talia, id quod per poſſe ipſum ſignificatur, præcedit, licet ſit hypoſtaſis omnium, ſicut lux colorum.

V. POſſe cum addito: imago eſt ipſius poſſe, quo nihil ſimplicius. Ita poſſe eſſe, eſt imago ipſius poſſe: & poſſe uiuere, imago ipſius poſſe: & poſſe intelligere, imago ipſius poſſe. Verior tamen imago eius eſt, poſſe uiuere, & adhuc uerior, poſſe intelligere. In omnibus igitur uidet cōtemplator poſſe ipſum, ſicut in imagine, uidetur ueritas. Et ſicut imago, eſt apparitio ueritatis: ita omnia, non ſunt niſi apparitiones, ipſius poſſe.

VI. SIcut poſſe mentis Ariſtotelis, ſe in libris eius manifeſtat, nō quod oſtendant poſſe mentis perfectè, licet unus liber perfectiùs quàm alius, & libri non ſunt ad aliū finem editi, niſi ut mens ſe oſtendat, nec mens ad edendum libros, fuit neceſſitata, quia libera mens & nobilis, ſe uoluit manifeſtare: ita poſſe ipſum, in omnibus rebus. Mens uerò eſt ut liber intellectualis, in ſeipſo & omnibus, intentionem ſcribentis, uidens.

VII. QVamuis in libris Ariſtotelis, non contineatur, niſi poſſe mentis eius: tamē hoc ignorantes, non uident. Ita quamuis in uniuerſo nō contineatur, niſi poſſe ipſum: tamen mente carentes, hoc uidere nequeunt. Sed uiua lux intellectualis, quæ mens dicitur: in ſe contemplatur poſſe ipſum, ſic omnia propter mentē, & mēs propter uidere poſſe ipſum.

VIII. POſſe eligere, in ſe complicat poſſe eſſe, poſſe uiuere, & poſſe intelligere, & eſt poſſe liberè uoluntatis, nequaquam à corpore dependens, ſicut dependet, poſſe concupiſcentiæ deſiderij animalis. Hinc nō ſequitur, corporis infirmitatem: nunquam enim antiquatur aut deficit, ſicut concupiſcentia & ſenſus, in antiquis, ſed ſē per manet, & dominatur ſenſibus. Non enim ſemper ſinit oculum inſpicere, quando inclinatur: ſed auertit, ne uideat uanitatem & ſcandalū, ita ne comedat eſuriens, & ita de alijs. Videt igitur mens laudabilia & ſcandaloſa, uirtutes & uitia, quæ non uidet ſenſus, & cogere poteſt ſenſus, ſtare ſuo iudicio, & non proprio deſiderio. Et in hoc experimur, poſſe ipſum, in poſſe mentis, potenter & incorruptibiliter, apparere, & habere ſeparatum eſſe, à corpore. De quo minus miratur, qui uirtutes certarū herbarum, à corporibus herbarum ſeparatas, in aqua uitæ eſſe experitur: quando eandem uidet operationem aquæ uitæ, quam habuit herba, antequam in ipſa mergeretur.

IX. QVæ mens uidet, intelligibilia ſunt, et ſenſibilibus priora. Videt igitur mens, ſe. Et quoniam uidet, poſſe ſuum, non eſſe poſſe omnis poſſe, cum ſint multa ei impoſsibilia: hinc ſe non eſſe poſſe ipſum, ſed ipſius poſſe, imaginem uidet. In ſuo itaq; poſſe, cum uideat poſſe ipſum, & non ſit niſi ſuum poſſe eſſe: tunc uidet, ſe eſſe modum apparitionis ipſius poſſe, & hoc ipſum in omnibus quę ſunt, ſimiliter uidet. Sunt igitur omnia quæ mens uidet, modi apparitionis, ipſius incorruptibilis poſſe.

X. ESſe corporis, licet ſit ignobiliſsimum & infimum, ſola mente uidetur. Id enim quod ſenſus uidet, accidens eſt, quod non eſt, ſed adeſt. Hoc quidē eſſe corporis, quod non eſt, niſi poſſe eſſe corporis, nullo ſenſu attingitur, cum non ſit nec quale, nec quantum, ita non eſt diuiſibile, nec corruptibile. Dum enim diuido pomum, non diuido corpus: eſt enim pars pomi ita corpus, ſicut integrum pomum. Corpus autem eſt longum, latū, & profundum ſine quibus non eſt corpus, nec perfecta dimenſio. Eſſe corporis, eſt eſſe perfectę dimenſionis. Corporalis longitudo, non eſt ſeparata à latitudine & profunditate, ſicut nec latitudo, à longitudine & profunditate, ſic nec profunditas, à longitudine & latitudine: nec ſunt partes corporis, cum pars non ſit totum. Longitudo enim corporis, corpus eſt, ſic & latitudo, atq; profunditas. Neq; longitudo ipſius eſſe corporalis, quę eſt corpus. eſt aliud corpus, quàm latitudo

latitudo ipſius eſſe corporis, aut profunditas, ſed quælibet harum, idem corpus indiuiſibile & immultiplicabile: licet longitudo, non ſit latitudo, aut profunditas, eſt tamen principium latitudinis, & lōgitudo cum latitudine, principium profunditatis. Sic uidet mens, poſſe ipſum, in eſſe corporis unitrino, incorruptibiliter apparere. Et quoniam ſic uidet in eſſe corporis infimo, uidet & in omni alio eſſe, nobiliori: nobiliori & potentiori modo apparere, & in ſeipſo clarius, cū in eſſe ſenſitiuo, aut uitali, aut corporeo. Quomodo autem poſſe ipſum unitrinum, clarè appareat in mente, memorante, intelligente, & uolente: mens beati Auguſtini uidit & reuelauit.

XI. IN operatione ſeu effectione, certiſsimè mēs uidet, poſſe ipſum, apparere in poſſe facere facientis, & in poſſe fieri factibilis, et in poſſe connexionis utriuſq;. Nec ſunt tria poſſe, ſed idē poſſe eſt facientis, factibilis, & connexionis. Sic in ſenſatione, uiſione, guſtatione, imaginatione, intellectione, uolitione, electione, cōtemplatione, & cunctis bonis et ſtudioſis operibus: uidet unitrinum poſſe, relucentiam ipſius poſſe, quo nihil operoſius, aut perfectius. Vitioſa autem opera, quia poſſe ipſum, in ipſis non relucet: inania, mala, & mortua, lucem mentis obtenebrantia & inficientia, mens experitur.

XII. NOn poteſt eſſe aliud ſubſtātiale, aut quidditatiuum principium, ſiue formale, ſiue materiale, quàm poſſe ipſum. Et qui de uarijs formis & formalitatibus, ideis ac ſpeciebus locuti ſunt: ad poſſe ipſum non reſpexerunt, quomodo in uarijs generalibus & ſpecialibus eſſendi modis, ſe ut uult oſtendit. Et ubi non relucet illa, carent hypoſtaſi: uti inane, defectus, error, uitium, infirmitas, mors, corruptio, & talia, illa carent entitate: quia carent ipſius poſſe apparitione.

XIII. PEr poſſe ipſum, Deus trinus & unus, cuius nomē omnipotens, ſeu poſſe omnis potentiæ, apud quem omnia poſsibilia, & nihil impoſsibile, & qui fortitudo fortium, & uirtus uirtutum, ſignificatur. Cuius perfectiſsima apparitio, qua nulla poteſt eſſe perfectior, Chriſtus eſt, nos ad claram cōtemplationem ipſius poſſe, uerbo & exemplo, perducens. Et hęc eſt fœlicitas, quæ ſolum ſatiat, ſupremum mentis deſiderium. Pauca hæc ſola ſunt, quæ ſufficere poſſunt.

Dialogi de Apice theoriæ, finis.

DIALOGVS DE DEO abſcondito, duorum interlocutorum, quorum unus Gentilis, alter Chriſtianus. Editus à Do. Nicolao de Cuſa, Cardinale Sancti Petri ad Vincula.

GENTILIS.

VIdeo te deuotiſsimè proſtratum, & fundere amoris lachrymas, nō quidem falſas, ſed cordiales: quæro quis es? CHRIST. Chriſtianus ſum. GENT. Quid adoras? CHRIST. Deum. GENT. Quis eſt Deus quem adoras? CHRIST. Ignoro. GENT. Quomodo tam ſeriò adoras, quod ignoras? CHRIST. Quia ignoro, adoro. GENT. Mirum, uideo hominem affici ad id, quod ignorat. CHRIST. Mirabilius eſt hominem affici ad id, quod ſe ſcire putat. GENT. Cur hoc? CHRIST. Quia minus ſcit hoc, quòd ſe ſcire putat, quàm id quod ſe ſcit ſcire, ignorare. GENT. Declara quæſò. CHRISTIAN. Quicunque putat ſe aliquid ſcire, quum nihil ſciri poſsit, amens mihi uidetur. GENT. Videris mihi, penitus ratione carere, qui dicis nihil ſciri poſſe. CHRISTIANVS. Ego per ſcientiam intelligo, apprehenſionem ueritatis. Qui dicit ſe ſcire, ueritatem ſe dicit apprehendiſſe.

http://www.obrascatolicas.com

GENT. Et idem ego credo. CHRIST. Quomodo igitur poteſt ueritas apprehendi, niſi per ſe ipſã? Neq; tunc apprehenditur, quum eſſet apprehendens prius, et poſt apprehenſum. GENT. Non intelligo illud, quod ueritas nõ poſſit, niſi per ſemetipſam, apprehendi. CHRIST. Putas quod aliter apprehenſibilis ſit, et in alio? GENT. Puto. CHRIST. Apertè erras, nam extra ueritatem, non eſt ueritas, extra circularitatem, non eſt circulus, extra humanitatẽ, non eſt homo. Non reperitur igitur ueritas, extra ueritatem, nec aliter, nec in alio. GENT. Quomodo ergò mihi notum eſt, quid homo, quid lapis, & ita de ſingulis, quæ ſcio? CHRIST. Nihil horum ſcis, ſed te putas ſcire. Si enim te interrogauero de quidditate eius, quod te ſcire putas, affirmabis: quòd ipſam ueritatem hominis, aut lapidis, exprimere nõ poteris. Sed quod ſcis, hominem non eſſe lapidem, hoc nõ euenit ex ſcientia, qua ſcis hominem, & lapidem, & differentiam, ſed euenit ex accidenti, ex diuerſitate operationum & figurarũ, quę dum diſcernis, diuerſa nomina imponis. Motus enim in ratione diſcretiua, nomina imponit. GENT. Eſt ne una an plures ueritates? CHRIST. Non eſt niſi una, nam nõ eſt niſi una unitas, & coincidit ueritas cum unitate: quum uerum ſit unam eſſe unitatẽ. Sicut igitur in numero, non reperitur niſi unitas una: ita in multis, niſi ueritas una. Et hinc qui unitatem non attingit, numerum ſemper ignorabit: & qui ueritatem in unitate non attingit, nihil uerè ſcire poteſt. Et quamuis putat ſe uerè ſcire, tamen uerius ſciri ipſum, quod ſe ſcire putat, de facili experitur. Verius enim uideri poteſt uiſibile, quàm per te uideatur: uerius enim, per acutiores oculos uideretur. Non ergo à te uidetur, uti uiſibile eſt in ueritate, ita de auditu, & cæteris ſenſibus. Sed quũ omne id quod ſcitur, nõ ea ſcientia qua ſciri poteſt, ſciatur: non ſcitur in ueritate, ſed aliter, & alio modo. Aliter autem, & alio modo, à modo quo eſt ipſa ueritas, non ſcitur ueritas. Hinc amens eſt, qui ſe aliquid in ueritate ſcire putat, & ueritatem ignorat. Non ne amens iudicaretur ille cæcus, qui ſe putaret ſcire differentias colorum, quando colorem ignoraret? GENT. Quis hominum igitur eſt ſciens, ſi nihil ſciri poteſt? CHRIST. Hic cenſendus eſt ſciens, qui ſcit ſe ignorãtem, & hic ueneratur ueritatem, qui ſcit, ſine illa ſe nihil apprehendere poſſe, ſiue eſſe, ſiue uiuere, ſiue intelligere. GENT. Hoc fortè eſt, quod te in adorationem attraxit, deſiderium ſcilicet eſſendi in ueritate. CHRIST. Hoc ipſum quod dicis. Colo enim Deum, non quem tua gentilitas, falſò ſe ſcire putat, & nominat, ſed ipſum Deum, qui eſt ipſa ueritas ineffabilis. GENT. Rogo te frater, quum Deum qui eſt ueritas, colas, & nos non intendamus Deum colere, qui non eſt Deus in ueritate: quæ eſt differentia inter uos & nos? CHRIST. Multæ ſunt, ſed in hoc, una & maxima: quia nos ueritatem ipſam abſolutam, impermixtam, æternam, ineffabilemq; colimus: uos uerò, non ipſam uti eſt abſoluta in ſe, ſed uti eſt in operibus ſuis, colitis, non unitatem abſolutam, ſed unitatem in numero & multitudine, errantes, quoniam incommunicabilis eſt ueritas (quę Deus eſt) alteri. GENT. Rogo te frater, ad hoc ut me ducas, ut te de Deo tuo intelligere queam: reſponde mihi, quid ſcis de Deo, quem adoras? CHRIST. Scio, omne id quod ſcio, non eſſe Deum, & omne id quod concipio, non eſſe ſimili ei, ſed quia ipſe exuperat. GENT. Igitur nihil eſt Deus. CHRIST. Nihil non eſt, quia hoc ipſum nihil, nomen habet nihili. GENT. Si non eſt nihil, eſt ergò aliquid. CHRIST. Nec aliquid eſt, nam aliquid non eſt omne: Deus autem non eſt potius aliquid, quàm omne. GENT. Mira affirmas, Deum quem adoras, nec eſſe nihil, nec eſſe aliquid, quæ nulla ratio capit. CHRIST. Deus eſt ſupra nihil, & aliquid: quia ipſi obedit nihil, ut fiat aliquid. Et hoc eſt omnipotẽtia eius: qua quidẽ potentia, omne id quod eſt, aut non eſt, excedit, ut ita ei obediat, id quod non eſt, ſicut id quod eſt. Facit enim non eſſe, ire in eſſe: & eſſe, ire in non eſſe. Nihil igitur eſt eorum, quæ ſub eo ſunt, & quæ prævenit omnipotentia eius. Et ob hoc, non poteſt potius dici hoc q̃ illud: quũ ab ipſo ſint omnia. GENT. Poſt ne nominari? CHRIST. Paruum eſt, quod nominatur: cuius magnitudo concipi nequit, ineffabilis remanet. GENT. Eſt ergo ineffabilis? CHRISTIANVS. Non eſt ineffabilis, ſed ſupra omnia effabilis, quum ſit omnium nominabilium cauſa. Qui igitur alijs nomen dat, quomodo ipſe ſine nomine.

GENT

GENT. Eſt igitur effabilis, et ineffabilis. CHRIST. Neq; hoc. Nam non eſt radix contradictionis, Deus: ſed eſt ipſa ſimplicitas, ante omnem radicem. Hinc neq; hoc dici debet, quod ſit effabilis, et ineffabilis. GENT. Quid igitẽ dices de eo? CHRIST. Quod neq; nominatur, neq; non nominatur, neq; nominatur, et non nominatur: ſed omnia quæ dici poſſunt, diſiunctiuè et copulatiuè, per conſenſum uel contradictionẽ, illi non conueniunt, propter excellentiam infinitatis eius, ut ſit unum principium, ante omnem cogitationem, de eo formabilem. GENT. Sic igitur Deo non conueniret eſſe. CHRIST. Rectè dicis. GENT. Eſt ergò nihil. CHRIST. Non eſt nihil, neq; nõ eſt, neq; eſt, et non eſt: ſed eſt fons et origo omnium principiorum, eſſendi et non eſſendi. GENT. Eſt Deus fons principiorum, eſſendi et non eſſendi? CHRIST. Non. GENT. Iam ſtatim hoc dixiſti. CHRIST. Verum dixi, quando dixi: et nunc uerum dico, quando nego. Quoniam ſi ſunt quæcunq; principia eſſendi, et non eſſendi: Deus illa prævenit. Sed non eſſe, non habet principium nõ eſſendi, ſed eſſendi: indiget enim non eſſe, principio, ut ſit. Ita igitur eſt principium non eſſendi, quia non eſſe, ſine ipſo non eſt. GENT. Eſt ne Deus ueritas? CHRIST. Non, ſed omnẽ prævenit ueritatem. GENT. Eſt aliud à ueritate? CHRIST. Non, quoniam alteritas ei conuenire nequit: ſed eſt ante omne id, quod ueritas per nos concipitur, et nominatur, in infinitum excellẽter. GENT. Nõne nominatis Deum, Deũ? CHRIST. Nominamus. GENT. Vel uerum dicitis, uel falſum? CHRIST. Neq; alterũ, neq; ambo. Non enim dicimus uerum, quod hoc ſit nomen eius: nec dicimus falſum, quia hoc non eſt falſum, quod ſit nomen eius. Neq; dicimus uerum et falſum: quũ eius ſimplicitas, omnia tàm nominabilia, quàm non nominabilia, antecedat. GENT. Cur nominatis ipſum Deum, cuius nomen ignoratis? CHRIST. Ob ſimilitudinẽ perfectionis. GENT. Declara quęſo. CHRIST. Deus dicitur, à Θεωρέω, id eſt uideo. Nam ipſe Deus eſt in noſtra regione, ut uiſus in regione coloris. Color enim non aliter attingitur, quam uiſu, et ad hoc, ut omnem colorem liberè attingere poſsit, centrum uiſus, ſine colore eſt. In regione igitur coloris, non reperitur uiſus: quia ſine colore eſt. Vnde ſecundum regionem coloris, potius uiſus eſt nihil, quã aliquid: nã regio coloris, extrà ſuam regionem, non attingit eſſe, ſed affirmat omne quod eſt, in ſua regione eſſe, ibi non reperit uiſum. Viſus igitur ſine colore exiſtens, innominabilis eſt, in regione coloris, quum nullum nomen colorum, illi reſpondeat. Viſus autem, omni colori nomen dedit, per diſcretionẽ. Vnde à uiſu, dependet omnis nominatio, in regione coloris: ſed eius nomẽ, à quo omne nomen, in regione coloris, potius nihil eſſe quã aliquid deprehenditur. Eo igitur modo, Deus ſe habet ad omnia, ſicut uiſus ad uiſibilia. GENT. Placet mihi id, quod dixiſti, et planè intelligo, in regione omniũ creaturarũ, non repperiri Deum, nec nomen eius. Et quod Deus potius aufugiat, omnem conceptum, quàm affirmetur aliquid: quum in regione creaturarũ, non habens cõditionem creaturæ, non reperiatur. Et in regione compoſitorum, nõ reperiatur niſi compoſitum. Et omnia nomina, quæ nominantur, ſunt compoſitorum: compoſitũ autem, ex ſe nõ eſt, ſed ab eo, quod antecedit omne compoſitum. Et licet regio compoſitorum, & omnia compoſita, per ipſum ſint, id quod ſunt: tamen quum non ſit compoſitum, in regione compoſitorum, eſt incognitum. Sit igitur Deus, qui eſt ab oculis, omnium ſapientum mundi abſconditus,
in ſæcula benedictus,
Amen.

PRIMI TOMI
FINIS.

http://www.obrascatolicas.com

TOMVS SECVNDVS.

NICOLAI DE CVSA CARDINALIS, IN QVO QVID CONTINEAtur, proximè ſequens pagina indicabit.

http://www.obrascatolicas.com

Series eorum quæ continentur in Secundo Tomo.

1. De Annunciatione.
2. Excitationum lib.
3. De Æqualitate.
4. De Catholica concordantia.
5. Epistolarum lib.
6. De Pace fidei.
7. Cribrationum Alchorani.
8. De Nouissimo die.

NICOLAI DE CV-
sa, de Annunciatione glorioſiſsimæ Virginis Mariæ, deuotus Dialogus. Interlocutores:

AVTHOR, CHRISTIANVS, MARIA.

IA Dialogi, deuotus quidã cum Maria loquitur Chriſtianus, in feſto Annunciationis eius, cui nomen deuoto: Chriſtianus. Volens igitur hanc feſtiuitatem digne peragere, intrauit cubiculũ ſuum, & proſtratus humi, primò ſuam culpam dicebat, & poſt fletum & lachrymas, quadam intima deuotione, & feruenti deſiderio, cogitabat, ſi poſſet debitè memorare ea, quæ hoc die feſto memoranda erant: & occurrebat, hoc illi non eſſe poſsibile, quia idiota erat & ignorans. Et demùm cõfugiebat ad orationem, ut ei daretur ſapientia, apparuitq; illi uirgo glorioſa, & territus, hæſit pauimento, ipſa autem cõfortabat eum, dicẽs: Noli timere, ego ſum mater humilis, mater miſericordię, mater tua, & omnium hæredũ regni, cohæredum filij. Et tetigit eum tactu gratiæ & fortitudinis, & reſumpſit ſpiritum, & confortatus, ſe parùm & timidè erexit, dicens: CHRISTIANVS. Recede à me, mater regis cœlorum: quia peccator ego ſum, homo omnium hominũ ſordidiſsimus, domus hæc tota immũda eſt, propter peccata mea. MARIA. Quia te immundum cognoſcis, gratia non cares, & quantò te immundiorem eſſe reſpicis, tantò te meliùs cognoſcis. Ego autẽ mater ſum omniũ qui ſeipſos cognoſcunt. Illi etenim ſunt filij illuminati omni ſcientia: & ego ſum Maria illuminatrix. Vnde cum illis participo lumen, qui ſeipſos cognoſcunt, ſed eſto cõſolatus. Nam quum tibi peccata tua fœda ſint & immunda: ſignum eſt, quòd dignus es, ut à me uiſiteris, quæ ſicut myrrha electa, præbeo ſuauitatem odoris. Cui enim peccata ſua, ſunt fœtores diſplicentiſsimi: hic ſanus eſt, habẽs ſanum odoratum, hic habet lucidos oculos, qui ſuam intuetur uilitatem, & meretur ipſe, ut me ſibi repræſentem, quæ ſum mater pulchræ dilectionis, & eum ut mater diligã & paſcam. Sed quia toto corde flagitaſti, tibi dari ſapientiæ gratiam, ut dignè poſsis meam recolere feſtiuitatem: ecce ego adſum mater gratiæ, ut tuis petitionibus ſatisfaciã. Erectus itaq; pauliſper Chriſtianus, ad matrem gratiæ exorſus eſt. CHRIST. O mater gratiæ, dignum eſſet, quia ad meum miſerum tugurium dignata es deſcẽdere, ut te aliqua digna laude & ſalutatione recipere. Sed quis ego ſum, qui aliquid tale proferre ualeam, quod excedit omnem ualorem, quibus te laudibus efferam uirgo, quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio cõtuliſti. Regina es cœlorum, mater angelorum & hominum, iubilus Prophetarũ, & quicquid dici poteſt: tu excellis in eo, quòd mater Dei es & hominis. Quomodo agam, ſaltẽ pro meo debito? nam ut te decet, impoſsibile eſt aggredi. Contendere tamen debeo, ut in me non ſit defectus ullus, quin oĩa peragam. Ad hæc Maria. Pater omnium cœleſtis, qui te creauit & cũcta, te inſtruit quomodo me ut filij ſui matrẽ ſalutes. Nã nihil gratiùs fieri poteſt, q̃ ut fiat, quod Deus ordinauit, ut ſcilicet angelica ſalutatione utaris, quando humanæ, ad ſalutandã Chriſti matrem, deficiunt laudes. Confortatus eſt itaq; ſpiritus perſonæ deuotæ, & dixit: Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. Ad hæc Maria, quaſi in lætitia ſpiritus & claritate, ſuprà modum arriſit, deuotæ perſonæ, dicens. MARIA. Angelus mihi eam ipſam ſalutationẽ angelicè protulit, & quantò ipſam audio magis angelicè proferri, tantò magis gaudio adimpleor. Dum enim mihi memoria tantæ gratiæ, deuotè præſentatur: interno gaudio perfundor. Ad hæc CHRIST. Dic quæſò Maria, quo modo

http://www.obrascatolicas.com

ad hoc peruenire possim, ut angelicè à me saluteris? MARIA. Angelus spiritus est intellectualis, quantò igitur aliquis spiritualis magis est, et minus carnalis: tantò in eo spiritus est intellectualior, & minus distractus, sed collectior et feruentior, tantoq; magis angelizat. Cogita igitur, ut dum me salutas, nunquam te satis me angeliformiter salutasse, et semper iterando, contende interiori feruentia spiritus, uelle me salutare, et sic gratè perges. AVT. Deuotus Christianus, resumpsit altiori gradu salutationem, & uidit maiori lætitia inflammari Mariam, quæ eum amoroſiori intuitu aspiciens, aiebat: Fili, sic perseuera, et te non deseram ut mater fouere & nutrire, ut sis particeps hæreditatis filiorum Dei, & cohæredũ filij mei. CHRIST. Videtur Maria, quod in hac salutatione, sit festiuitatis hodiernę incipiẽda memoria. MARIA. Id rectè tibi uidetur: quia hæc est omnium festiuitatũ mearum, principium. CHRIST. Primò me mouet id, quod Lucas secretarius tuus, de te scribit, quomodo tu fuisti turbata, in sermone salutationis istius: & si turbata, quomodo delectaris? MARIA. Angelus hanc turbationem uidens ex timore prouenire, dicebat: ne timeas Maria. Non enim turbabar, tanq; in re ingrata & displicenti: sed celsitudo annunciationis terruit me. Non timebam, quia angelus mihi loquebatur, quasi ex nouitate (non enim fuit nouum mihi hoc, neq; hæsitabam, ob ipsum angelum uirtutis & fortitudinis Dei, qui mihi fuit familiaris) sed turbata fui, ut oculus turbatur, quando lucidissimus radius incidit in ipsum. Nihil enim luce delectabilius est uisui, qui tamen ab excellentia turbat nimiæ lucis, adeò ut lachrymetur. CHRIST. Domina cur cogitabas, qualis esset ista salutatio? tibi enim non defuit omnis intelligentia: attestante angelo, qui dixit, te plenam gratia. MARIA. Non cogitabam, quasi non intelligens salutationem, nec interrogaui angelum, ut mihi exponeret: sed quasi stupida, cogitabam circa salutationẽ, qualis scilicet illa esset, quæ mihi ancillæ & famulę, de cœlo intimabatur. Nonne si humili seruo, propter spem annunciarent, quomodo ipse, in regem electus esset, ob rei magnitudinem stupore suffunderetur? & dimissis officijs sensuum, animaſe in cogitationem contraheret, circa annunciationem electionis, cogitans qualis illa esset? CHRIST. Rectè erat domina admirandum de salutatione, & eius qualitate. Nam ea Dei fortitudo, de cœlo annunciabat, uerbis angelicis, non humanis. Esse enim virginem in plenitudine gratiæ, cum qua Dominus, & quæ cum sit uirgo, habeat benedictionem fœcunditatis, inter mulieres: fuit nouum, quod Deus fecit super terrã. Vt enim omnibus habitantibus in terra, Væ erat de terra: ita Aue de cœlo. Omnes filij iræ, & uitioſi, & subditi peccatis de terra: plenitudo gratiæ, de cœlo. Omnes sub potestate tenebrarum, de terra: Dominus autem omnium tecum, de cœlo. Omnes uirgines (te domina excepta) caruerunt benedictionẽ fœcunditatis. Omnes sub potestate tenebrarum (te una dempta) submissa sunt: nõ quod ceciderint omnes, sed quia cadere potuerunt. Non ab re igit mirandum & cogitandum. Sed, quia angelus dixit. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiã apud Dominum, scire uellem O Maria, an ne efflagitasti á Deo, ut in te hæc miranda fierent? MARIA. Postq; Deus, qui ante secula, me filij sui matrem elegit, & ea mihi secundùm suam misericordiam, dignatus est dare ornamenta, quæ decet habere matrem sapientiæ patris: nõ est passus, ut mihi quicquam gratiæ et benedictionis deesset. Dedit itaq; mihi sapientiam, & intelligentiam, super omnes homines & angelos, quæ mater esse debui sapientię, rationis, & uerbi. Cognoui igitur, Deum per suam misericordiam promisisse, se daturum semen, in quo omnes gentes benedicerentur. In quo autem tempore, semen illud iureiurando Abrahę fuisset ꝓmissum, mihi & omnibns fuit absconditum, simul & modus. Vidi afflictionem populi Dei, qui non potuit sine ꝓmisso semine, benedictionem sempiternam consequi. Orabam Dominum, ut dignaretur mittere illum quem missurus erat, qui tamen cũ in spiritu mecum esset, suprem o desiderio, optabam eum in carne uideri, ut tolleret è mũdo peccata. Cogitabam etiam, O q; felix erit puerpera regis, cuius regni nõ erit finis? O q; nobilis, O q; casta, O si hanc uidere ualerem, O si illi famulari, si inseruire possem? & dum sic contẽplarer, & in me non esset nisi Dominus, de cuius aduentu meditabar: annunciabit angelus, me inuenisse

uenisse hãc gratiam, ut scilicet ego uidere deberem, salutare Dei mei. Et addidit: Ecce cõcipies, & paries filiũ, & uocabis nomen eius Iesum: & hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur, quod Dominus Deus, dabit illi sedem Dauid, patris eius, & regnabit in domo Iacob, in æternum, & regni eius non erit finis. CHRIST. O q; exuberantẽ gratiam, felicissima uirgo, inueniſti, ut tibi hoc daretur uidere ex tuo uirgineo utero, quod optasti, ut esses tu mater pueri, quæ solum optabas, te humillimam ancillam fore eius matris. Hæc uerba angeli, exponunt salutationem, de qua stupebas. Quando enim te uirginem, inter mulieres benedictam, annunciabat, & nondum adiecerat, te uirginem in utero concepturam puerum: benè de qualitate salutationis fuit cogitandum. Sed eam soluit, dum dixit, te puerum concepturã. Dic quæso dulcissima uirgo, cur dixit angelus, ea quæ sequuntur: hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. MARIA. Ego Messiam promissum, talem esse credidi, & in spiritu concepi, qualem Angelus hic mihi annunciabat, me concepturam, ipsum simpliciter magnum, non secundùm aliquod particulare donum, scilicet magnum, secundùm sapientiam, ut fuit Salomon, qui habuit magnitudinem sapientiæ, inter reges Israel, neq; magnum secundum pulchritudinem, ut fuit Absalon, aut fortitudinem, ut fuit Sampson, aut prophetiam, ut fuit Helias, & ita de singulis: sed magnũ simpliciter, omni magnitudine perfectionis & gratiæ, ut sit ipse magnitudo, omnium magnorum. Conceperam enim spiritu, ut filium nõ nisi altissimi, ut posset sic esse magnus. Concepi igitur, authorem omnium & regem altissimum, altissimi filium, ut regnaret in sede Dauid, et domo Iacob in ęternum, cuius regni non erit finis. Nulla enim sanctior sedes quàm Dauid, nullus populus sanctior, q; duodecim tribus Israel, quæ sunt in domo Iacob. Vnde regnum eius, sanctitas, & iustitia, in ęternum. Et quia hęc omnia cogitauerã, quemadmodum & prophetæ, illa de ipso prædixerant: hinc angelus, qui mihi Iesum annunciabat, ne ex nomine illo, quasi alium quendam hominem communem intelligerem, cum plures homines hoc nomen habuissent, addidit ita, quomodo Iesus annũciatus, nõ esset quasi particularis saluator in bellis, ut Iosue, in consilijs ut Iesus Syrach, sed ipsa salutatio, quæ per me, in Messia fuit concepta. CHRIST. Dic quæso uirginum beatissima, quare replicasti angelo, dicendo: quomodo fiet istud, quia uirum non cognosco. MARIA. Angelus mihi dixerat, quomodo filius altissimi uocari deberet, & sedes patris eius Dauid ipsi dari, scilicet quomodo alterius, quàm meus filius esse deberet, quæ ipsum in meo utero generare deberem, hinc non concepi lege naturali, usualiue natura, aliter id fieri posse quàm per uirum: Et cum illum non cognoscerem, interrogabam, quomodo filium alteri parerem, sine eius, cui ipsum parerem, coniunctione. Ad hoc angelus satisfaciendo, respondit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. CHRIST. O Maria illũinatrix, explana mihi hæc altissima, diuini præconis angeli, uerba. MARIA. Dilucida sunt Christiane hæc uerba. Nam cum mihi dicere uellet: quomodo filius altissimi, quem concipere debui, licet Dauid pater eius nominaretur, non esset nisi Dei filius, & non hominis cuiusdam altissimi, dixit, modum esse in conceptu meo, ab arte spiritus, & uirtutis Dei. Si enim filius patris, est filius, propter uirtutem formatiuam patris, quæ capitur in utero mulieris: sic erit filius Dei, ubi nulla alia uirtus uirilis formatiua coextitit, præter Dei uirtutem. Sic ex spiritu sancto, non nisi sanctum, et ex uirtute altissimi Dei patris, non nisi Dei filius concipitur. Vnde cũ sanctus spiritus, amor sit & nexus: tunc charitas, quę est spiritus sanctus, superuenies in me operata est, & in eius operatione, uirtus altissimi est mihi obumbrata, quasi spiritus sanctus sit deferens, uirtutem seu uerbum Dei. Quando in me uerbum Dei, humanam induit naturam, mihi obumbrauit: quia in me absconsa uirtus Dei, lucem suam carneo uelamine texit. Obumbrauit igitur se mihi uirtus altissimi, cum scilicet se condidit in me, Dei filius. Vnde sicut uox, defert uerbum mentis ad auditum, & auditoris intellectus, uirtutem uerbi recipit, et in se concipit, uox autem fit coadiuuans quasi deferens, & non concipitur, sed mentale uerbum, obumbrat hominis intellectum,

http://www.obrascatolicas.com

ut ſic concipiatur: tali quadam ſimilitudine, uirtus Dei ſeu uerbum, per ſpiritum ſuperuenientem delatum, eſt ſolum in me incarnatum. CHRIST. O Maria gratioſiſſima domina, ſcribit Lucas, angelum adieciſſe hæc uerba: Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus illi, quæ uocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum, omne uerbum. Rogo mater piiſſima cur iſta adiunxit? Non enim locutus eſt angelus, niſi neceſſaria, maximè ad te, prudẽtiſſimam Dei electam ſponſam. MARIA. Sciuit angelus, me nullo ſuo uerbo hæſitare, quò ad id quod dixit: ſed ſolum circa modum, quo res fieri poteſt, quæ prius facta non erat. Vnde quia ſemen illud benedictum Abrahæ, qui eſt pater ſeminis factus, quia credidit Deo in ijs quæ ſecundum naturam, ſeu uſum communem, fieri nequiuerunt, non potuit concipi, niſi in fideliſſima: hinc ut quantùm in eo fuit, acceleratio fieret conceptionis, quam citò fieri optabat, ſummo ſtudio hæc adiecit, ut circà modum me ipſam quietaret. Nam inquirere apud Deũ, quomodo operetur, apud quẽ nihil eſt impoſsibile, eſt inconueniens: quia id quod uult, neceſſe eſt eſſe, non obſtãte uſu, naturæ contrario. Adduxit exemplum in cognata. Sic in Sara fuit fides confirmata, quando angelus eam inſtruxit, Deo nihil eſſe difficile. Nam ipſe, qui eſt pura neceſſitas, non aſtringitur ad modum, ut ſic aut ſic agat: ex defectu enim eſt, qui modus requiritur. Hinc ubi poſſibile & impoſſibile, quæ ſunt de mũdo, ubi regnat modus, non habet locum, ſed pura uoluntas, eſt abſoluta neceſſitas: ibi de modo inquirere, eſt ſuperuacuũ. Vnde ſic ſublata eſt à me omnis modi hæſitatio. Et ob hoc cum iam in me nihil niſi fides firmiſsima eſſet, conſentiens reſpondi: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Optabam enim ego, quæ eram ancilla Domini, ut id fieret, quod mihi annunciatum fuit, ut ſcilicet fierem mater Domini, quæ eram ancilla. CHRISTIANVS. O admirabile commercium, creator generis humani, de ſua ancilla inter creaturas, naſci dignatus eſt. MARIA. Natus ante ſæcula Dominus creator omnium, denuò in me conceptus eſt, & ex me naſci dignatus, filius hominis, ut homo natus, denuò concipitur, ut & renaſcatur filius Dei. CHRIST. O ſplendor omnis lucis intelligentiæ, hæc clarè explana. MARIA. Poſt hæc ſuo loco explanando, ſi ardenter inſtabis. Sed cum ſic integra fide optarem impleri uerbum angeli, eo momento concepi in utero filium Dei, & angelus expleto officio, à me diſceſſit. CHRISTIANVS. Recitat Lucas, quomodo tu exurgens, abijſti cum feſtinatione in montana Iudeę, in ciuitatem Iuda, & quomodo intrando domũ Zachariæ, ſalutaſti Eliſabeth. MARIA. Elizabeth fuit cognata mea, quæ in utero, maximũ prophetarum inter natos mulierum, geſtabat. Vnde cum mihi angelus hoc nunciaſſet, uiſus eſt & me ad ipſam mittere. Et ut ego ab ipſo angelo intellexi ipſam cõcepiſſe, pro meo gaudio: ita æquum fuit, ut & ipſa me ſciret fœcundatum pro ſue, et quum eſſem iuuenis, pro meo officio, uiſum eſt ut citò grauidam, annoſam cognatam uiſitarem, et ei ſeruitia impẽderem. nec ſtatim officium ancillæ poſtponerem propter maternitatem, ſed adaugerem potius per humilitatem, per quam Deo placueram. Et ſic cum feſtinatione montana tranſiui, ut fieri ſolet inter amicos, qui ſe ſtudent obſequio mutuo afficere: et intrando domũ Zachariæ, ea qua potui humilitate, et animi affectu, ſalutaui Eliſabeth cognatã, illi congratulata, quod iam in ætate ꝓgreſſæ, tantæ excellentiæ admirandus cõceptus. CHRIST. Præco Ioannes, fœlicitatẽ adaugeret, et multa attulit bona, hæc mea uiſitatio, grandęque matri. Nam ꝓpheta, in utero ſenilis parentis ſenſit, in meo Dominum ſuum aduenisſe ad ſe, cuius ipſe futurus erat præco, et puero paruo impleto ſpiritu ſancto, et in latebris uteri geſtiente, pariter impleta eſt Eliſabeth mater eius: ita ut ipſa peruenirẽt, confitendo quæ me narrante audire debuit. Exclamauit enim uoce magna, quaſi impetu diuini ſpiritus, ultrà uires inflamata, et dixit. Vnde mihi hoc, ut mater Domini mei, ueniat ad me? Cõfitebatur enim me matrem Domini ſui, quam confeſſionem, niſi ſpiritu ſancto repleta fuiſſet, nequaq; ꝓmere potuiſſet. Cum ipſa eſſet anus, et ego adoleſcentula, et uirgo: quo modo me aliter ſenſiſſet puerperam Domini ſui? cuius partus, ad ſeruitium Iesu Domini mei, mirabili Dei prouiſione fuit cõceptus, de patre Zacharia ſene, et ipſa

ipſa prouectæ ætatis ſterili? Cognata adiecit: Ecce enim, ut uox ſalutationis tuæ facta eſt in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, ut ſic non ſolum filium, ſed et ſe plenam ſancto ſpiritu oſtenderet, quando ipſe filius exultauit in utero, et hoc ipſa ſenſit, quod fieri nequiuit, ſine adimpletione ſpiritus Domini. Sanctificatus eſt Ioannes tunc in utero, prophetans ſigno, ſaluatorem adeſſe, ut ſic ipſe ad hoc in utero matris, propheta altiſſimi uocaretur, à cuius aduentu, ſpiritum tãtæ exultationis haberet. Vnde continuo Eliſabeth pariter ſpiritu ſancto plena, me benedictam inter mulieres exclamauit, quia ſciuit uirginem, et addidit hęc uerba ultrà ea quæ angelus mihi dixit: Benedictus fructus uentris tui. Ipſa enim eodem ſpiritu docta fuit, fructum quem geſtabam, eſſe illum benedictum fructum, quem olim Deus promiſit, & quem ego tandem cõcepi. CHRIST. O ſancta Eliſabeth, uideo matrem Domini ad te uenisſe, ut exultante puero propheta in utero tuo, ipſe pars uẽtris tui, prophetaret fructum benedicti uentris eius, ultrà omnes benedictũ. Et ſicut uirgo aſſecuta fuit omnem benedictionẽ, ultrà omnes mulieres, quia ſimul uirgo et mater; ita et filius eius, inter omnes filios benedictus, uenit ad Ioannem, ut ſuum præconẽ eum conſtitueret: uenit Maria ad Eliſabeth, ut ſe matrem benedictã, benedicti fructus audiret. O, quanti gaudij dies eſt iſta? Sed O uirgo feliciſsima, ut Lucas ſcribit, addidit Eliſabeth hæc uerba: Et beata quæ credidiſti, quoniam omnia perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Dic quæſo Maria, cur iſta dixerit? MARIA. Ego nihil ad hoc admirandum myſterium cõtuli, niſi fide. Et quia in me nulla alia poteſt cauſa, tantæ gratiæ, reperiri, rectè me ex fide ſolum, totum hoc Dei donum conſecutam, dixit Eliſabeth. Et qua uia poteſt creatura aliquid à Deo conſequi, niſi fide? Nemo enim ex ſe quicq; poteſt, et nihil eſt quod Deus non poſſit, qui ſolus uerax & fidelis eſt in promiſſis: quia ipſe eſt ueritas. Hæc eſt enim omnis iuſtitia noſtra, qui ex nobis iuſtificari non ualemus, ſcilicet Deo credere, qui potens eſt, omnia quæ dixit perficere. Nihil enim uincit hũc mundũ, et omnes leges naturæ, niſi fides. Quomodo poteſt ille decipi, qui ueritati credit, cui nihil eſt impoſsibile, nec difficile? CHRIST. Decantaſti canticum ô Maria, quod quæſo explanes, ut ſic lætè huius feſti tui memoriam perficiam, ſi te in hoc etiam audiuero. MARIA. Exclamatio Eliſabeth, quæ ob fidem me beatam dixit, me incitauit, ut decantarẽ: Magnificat anima mea Dominum. Hoc enim decantaui, quod anima Deo plena, dictauit Nam anima mea, ex quadam exuberantia ſpiritualis lætitiæ, prorupit in canticum laudis: ut illũ magnificarẽ, qui ſe mihi cum ſit maximus in filiũ dedit, & ſpiritus meus, qui eſt uita ſeu motio animæ, exultauit, nõ niſi in Deo ſalutari meo. Spiritus eñ eſt uita animę, q̃ uiuit uita abſoluta, qui Deus eſt: & non poteſt uita ſpũs, niſi in Deo exultare, q̃ eſt iubilus eius, amor, uita & deſideriũ. CHRIST. Dic uirgo, eſt ne aliud anima cũ ſpũs? MARIA. Anima eſt quæ animat & uiuificat corpus, cuius ſũt omnia opera uitæ, quæ uidentur in corpore: ſed ipſa anima habet in ſe potentiam, ſe á corpore auocandi, & ad Deum conuertendi, & tunc in ſpiritum tranſit. Vnde ſicut ignis circa ignibile ſe extẽdit, ut ipſum igniat, & ad hoc ut ſeorſum ad ſphæram ſuam ſe moueat, ſe unit in pyramidem magnæ potentiæ: ſic anima, animando corpus, ſe corpori uiuificando communicat, & in ea parte multùm corporeæ naturæ eſſe uidetur: ut ignis in ligno, multùm craſſæ naturæ. Sed dum ſe ſeparat & depurat, in ſpiritum fortiſſimum ſurſum tendentẽ, qui eſt ſpiritus charitatis, ſe reſoluit. Et eſt hic ſpiritus, acuties ipſa rationis & intellectus animæ. Quoniam autem anima, ſecundum animalitatẽ, ſe expandit per organa, & ſecundùm rationem eſt altior, & ſecundùm intellectũ adhuc purior, & cum nihil ametur niſi præcedẽte fide: eſt amor ipſa acuties intellectus ſeu fidei, quæ eſt intellecta. CHRIST. Proſequere uirgo prudentiſſima canticũ. Cur ita exultauit ſpiritus tuus, in Deo ſalutari tuo? MARIA. Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ, unde maximè meus exultauit ſpiritus, quia Dominus reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ancilla enim, quæ ſe noſcit ancillam, humilis eſt: quia non ſe niſi id eſſe cognoſcit, quod eſt. Hęc operatur omnia, quæ ancillæ ſunt. Omnia autem quæ ancillæ ſunt, ut ancillæ, ſolum huc tendũt, ut Domino placeant. Quod ſi Dominus reſpicit,

http://www.obrascatolicas.com

ſpicit,acceptando humilitatem ancillę ſuæ:non poteſt ancilla niſi maximè in ſpiritu exultare.Illa enim,id habet quod petit. CHRIST. Video, Deo nihil acceptius, q̃ humilitatem,& hoc deprehendo,ex tua doctrina.Quia ſi in te nõ reſpexit ad innumeras uirtutes tuas,quæ es gratia plena,ſed ad humilitatem,& mater meruiſti fieri, cum eſſes uirgo,propter humilitatem:tunc omni Chriſtiano,uideo humilitatem eſſe neceſſariam. MARIA.Non immeritò.Nam ut Dominum,quatenus Dominus eſt decet altitudo & ſublimitas:ita ſeruum,quatenus ſeruus eſt,decet humilitas,& omnis creatura ſerua,& ſolus Deus Dominus. CHRIST.Doce igitur me illam,gloriosa uirgo. MARIA.Via eſt,ut te noſcas.Nemo enim poteſt eſſe niſi humilis,qui aduertit, ſe nihil quantùm ex ſe,eſſe,& hæc omnia quæ habet,non eſſe ſua,ſed eius, qui ad beneplacitum reuocationis conceſſit,& ad finem ut ei ſeruiatur.Cogita igitur, quantò maiora bona Domini tui poſſides:quod tantò maiorem reddere teneris uillicationis tuę rationem.Et fac ſępè diſcuſsionem,quomodo his donis ſis uſus, quomodo uitæ dono,ſenſuum,& intellectus,quo modo dono omnium rerum, quo modo familia,uxoris,pueris,quomodo officio.Et ſi hoc unum habes, quod nunquam tibi uideatur ut paruitatẽ tuã quantùm ex te eſt ſufficienter recolueris,& omnibus tibi ad gloriam conceſſis,te non eſſe uſum ſicuti debuiſti:Et ſi te per te inutilem ſeruum reputas,tunc tua humilitas,qua ancillaris Deo grata eſt:quia hunc Deus reſpicit,qui ſe nihil reputando,ad ipſum confugit. CHRIST.Dic Maria,quæ ſunt ſigna humilitatis. MARIA. Omnia ęquo animo ferre.Qui enim iniurias patienter fert,ſe non reputat aliquid eſſe,cui quæuis iniuria inferri poſſit,quaſi ſit infrà id omne,cui iniuria inferri queat:ſed infirmitatem ita fert ut ſanitatem,& paupertatem ſicut diuitias,& uilia officia ita lætè peragit,ſicut non uilia.Quapropter exercitatio eſt conueniens,ut diſcas iniurias patienter ferre,& uilibus officijs ſępè te exerceas.Et ſingularius experimentum eſt humilitatis,quod quis amat,ſe humiliari & contemni:ibi enim ceſſat fictio humilitatis,quæ ſępè pro ueritate,ſe in hac uirtute offert. CHRIST. Quomodo ſit anima ancilla Dei? MARIA.Poſt humilitatẽ ſequitur ſeruitiũ, cum deuotione. Nam deuotio eſt beneuola promptitudo,qua mens afficitur in Dei ſeruitio:tunc ſe Deo deuouet,& omnes uirtutes ſuas & uires,ordinat ad Dei cultum.Et quãdo ſenſualitas obtemperat,ſine ulla reluctatione,ipſi rationi:tunc uincit ancilla,Deo auxiliante,maximè cum quadam dulcedine ſpirituali,et ardore deſiderij,per omnia ſenſibilia inconſolabili:agit enim amor Dei in anima,liquefactionem duri cordis,fruitionem,ſiue delectationem,languorem & feruorem,& gradus ſimiles ſunt in ſpiritu. Sed ancillaris eſt illa propriè q̃ anima in ſeruiendo habet,ut meliori & magis grato modo,Domino ſeruiat,et tantus eſt feruor,ut continuè ſtudeat melius ſeruire: qui nunq̃ ſe iudicat,quicq̃ pro debito ſufficienter feciſſe. CHRIST.Perge uirgo gloriosa,cur dixiſti:ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes? MARIA Quia Deus reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,quia fecit mihi magna,qui potens eſt,ut ſecundùm potentiam ſuam,quæ ſola eſt abſolutè potẽtia,cui nihil reſiſtere poteſt,me faceret Θεοτόκον.Omnes generationes me beatam dicent,& non ſolum Elizabeth cognata:ſunt omnes generationes,cum ego ſim mater,filij hominis & Dei.Et propterea elegit me uirginem,ut ipſe non ſit alicuius:ſed uniuerſaliter filius hominis,ſicut uirgo indeterminata ad uirum,potens eſt uniuerſaliter à uiro concipere.Ita partus uirginis,eſt filius hominis,non huius,aut huius,ut ſe nominat meus filius:ut ſit ſic minus,alius aut diuerſus,ab omni partu alio quocunq̃.Non enim habet Ieſus alium patrem quàm tu:quia pater eius eſt Deus,qui eſt pater omnium.Et ita eſt Ieſus frater omnium,ſed ipſe eſt primogenitus patris,& tantò uerior,quantò ipſe non habet alium patrem,ſecundum quemcunq̃ modum paternitatis, quemadmodum & nos.Sic Adam,non habuit alium patrem,q̃ Deum creatorem,ſed terrenus fuit.Vnde non fuit hic filius hominis: quia Adam,id eſt terrenus uocatur.Igitur ex terra, quia terrenus,et hinc Adam.Ieſus uerò,cum ſit filius hominis,& non potuerit talis eſſe niſi Adam factus fuiſſet homo:conſtat,Adam creatum ex terra hominem, ut Ieſus ex uirgine,filia Adæ,crearetur homo. Sicut igitur Adam propter Chriſtum,ita & nos

nos omnes,qui ex Adam ſumus.Tantò autem excellentior Chriſtus, quàm Adam: quantò initium Adæ ex terra humilius,cui in ordine, infuſus fuit ſpiritus uitæ,ut fieret homo.Sed Ieſus non ſic,ſed uirtus altiſſimi fuit,quæ aſſumpſit naturam humanitatis in uirgine.Ita Adam eſt de terra,Chriſtus de cœlo,ut origo utriuſq̃ pãdit.Chriſtus igitur,eſt complementum omnis generationis ex Adam,et finis.Hinc beatã me dicent omnes generationes.Adhuc autem dico tibi,quod filius meus,eſt pater benedictionis omnis.Nam ipſe efficit omnes filios Dei.Omnes igitur filij Dei, in ipſo cõſequuntur benedictionem.Quare ipſe eſt omnium regenerator,& ita pater regenerationis.Adhuc ipſe eſt fides omnium:quia ipſe eſt filius Abrahæ, in quo omnes fideles fuerunt,& omnes fideles uti Abraham,in ſemine eius,quod eſt Chriſtus Ieſus benedictionem conſequuntur.Vnde ipſe diſcipulos,& eos qui faciunt uoluntatem patris,dicit matrem & fratres.Ipſe igitur eſt filius,nos eius mater & fratres. CHRIST. Tu regina miſericordiæ,eſto nobis uera mater,& benedictus filius tuus,ut creatione,ſic etiam omni directione,ſit nobis miſericors pater. AVTHOR.Hoc dicto, diſparuit regina miſericordiæ,& recedens,repleuit deuotum famulum ſuum,omni ſpe,fide,et charitate.

Dialogi de Annunciatione;
finis.

EXCITATIONVM
ex Sermonibus Reuerendiſs. Patris
Nicolai de Cuſa Cardinalis, Liber Primus.

EX SERMONE, TV QVIS ES.

TV quis es? Reſpondit eis Ieſus:principium qui & loquor uobis,Ioannis.8. Propoſitum eſt pro exercitatione intellectus de principio,Dei dono quædam tangere.Eſt autem principium in Græco,fœminini generis,& in hoc loco accuſatiui caſus. Hinc Auguſtinus exponit,principium qui & loquor uobis me credite,ut non perdamini in peccatis ueſtris.Primum igitur inueſtigemus,ſi eſt principium. Plato(prout Proclus,in commentarijs Parmenidis ſcribit)aſſeruit, hunc mundum ex ſeniori cauſa in eſſe prodijſſe.Nam partibile,non poteſt per ſe ſubſiſtere,quod enim per ſe ſubſiſtit,hoc eſt quod eſſe poteſt. Partibile autem, cum poſſit partiri, poteſt non eſſe. Vnde cum quantum eſt de ſe poſſit partiri, & non eſſe: patet, quod non eſt per ſe ſubſiſtens,ſiue ἀυθυπόσατον. Item uiſibile agens,agit per uirtutem inuiſibilem:ut ignis per calorem,& nix per frigiditatem.Et ita generaliter agens,ſeu generans, eſt inuiſibile.Sed in per ſe ſubſiſtente,idem eſt agens & actum, generans & genitum. Non eſt ergo uiſibile. Item ſi diuiſibile eſſet per ſe ſubſiſtens, ſimul exiſteret, & non exiſteret: ſicut ſi calidum per ſe hoc eſſet, quod eſt,tunc ſe calefaceret,& ita eſſet calidum,& non calidum.Quomodo enim ſe calefaceret, ſi non eſſet calidum? & quomodo eſſet actu calidum, quando ſe calefaceret? Sic & per ſe motum,eſſe nequit.Sicut igitur omnis motus,eſt à cauſa immobili: ſic omne partibile,à cauſa impartibili. Corporalis autem iſte uiſibilis mundus,utique partibilis eſt naturæ,cum corpus ſit diuiſibile.Eſt igitur à ſeniori impartibili cauſa.Hoc exprimit Saluator noſter,quando dicebat:Quis ueſtrum cogitans,poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum

Principium.

Plato.

http://www.obrascatolicas.com

bitum ūnum? Lucæ.12. Qui enim est à causa, ille non potest adijcere, ut esse suum sit maius: sed ille dat incrementū, qui dedit & esse, scilicet Deus. Sic Paulus ait.1. Corint. 3. Neq; qui plantat est aliquid, aut qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Patet ex his, quod solum infinitum et ęternum, est ἀνθυπόστατον, siue per se subsistens: cum illud solum sit impartibile, & cui nihil adijci potest. Omni autem finito, addi uel subtrahi posse, non repugnat. Non est igitur finitum ἀνθυπόστατον, siue per se subsistens, sed à causa seniore. Quod autem non sit nisi una omnium causa, seu unum principium: di co secundùm doctrinam Christi patere, qui ait, unum esse necessarium. Pluralitas, qua si alteritas est turbatiua, non necessaria. Proclus ubi supra hoc tali ostenditratione. *Proclus.* Si enim essent plura principia, utiq; in eo uno similia essent, quia principia. Vno igit̄ participarent: participatum utiq; prius est participantibus. Non igitur plura essent principia, sed unum ante multitudinem. Etiam si diceres, plura principia sine participatione unius, sermo ille seipsum interimeret. Nam illa plura, esset̄ utiq; similia in eo, quia non participarent uno: & etiam in eo dissimilia, quia non participarent uno. Similia enim sunt, quę uno participant. Dissimilia igitur, quæ uno non participant. Patet igitur, non esse possibile, quod plura sint principia. Eadem ratione patet, nō plura esse entia ab uno deserta. Quando enim non participarent uno, foret simul & semel, & secūdū idē similia & dissimilia. Et hæc est Zenonis subtilis hypothesis, qui aiebat: Si plura sunt entia, simile est dissimile. Quā hypothesim, Proclus ut pręmisi, explanat. Vnde subtiliter consideranti, non est nisi unum necessarium, quo deserto ratio *Parmenides.* concludit, nihil esse posse. Cum igitur ad necessitatem essendi respicimus, Parmendem uerum dixisse uidemus, scilicet: nō esse nisi unum, quemadmodum & Christus, unum dixit necessarium. In multis igitur, non uidetur nisi turbatio et deformis infinitas, seu interminatio, nisi unum in multitudine uideatur. Arbitror autē Christum, ipsum unum nominasse necessarium, quia omnia necessitantur, seu uniuntur, seu constringuntur uno, ut sint. Et dum sunt, ne defluant in nihil. Quædam autem ut sint, uniuntur. Quædam uerò magis uniuntur, ut sint & uiuant. Adhuc strictius uniūtur quædam, ut sint, uiuant, & intelligant. Experimur enim, animam magis unitam quā corpus: nam ipsa in uitam suam unit suum corpus ab se factum, et tenet ipsum ne defluat. Videmus etiam, ab unione uirtutem generari, nàm quantò unio est strictior, tantò uirtus fortior. Vnde quantò essentia est magis unita, tantò maioris uirtutis. Ideò infinita & simpliciter maxima unio, quæ est & unitas, est infiniti uigoris. Et ideò hæc unitas, quæ unum absolutū nominatur, nisi adesset possibilitati essendi, non esset possibilitas, siue materia essendi. Vnde ens in potentia, non est ens: tamen ut in potentia uidetur, non uidetur absq; participatione unitatis, cum non sit nihil. Est autem nihil, aut penitus defluxum, aut nequaquam ut esse possit, necessitatum siue constrictū. Et ita ante ens in potentia, & adijciens: uidetur unum, sine quo neutrum esse potest. Hoc unū necessariū uocatur Deus, ut dicebatur Israeli: Audi Israel, Deus tuus unus est, & est pater Iesu, ut ipse ait ad Iudęos: pater meus quem uos Deum dicitis. De quo Actuum.4. Ille est ipsa unitas, quæ & ante unum, per se scilicet unum: licet melius sit omni nominabili, & ἀνθυπόστατον, ut infrà dicetur. Et non possumus negare, quin sein telligat: cum melius sit se intelligere. Et ideò rationem sui, seu definitionē, seu λόγον de se generat, quę definitio est ratio, in qua se unū necessariū intelligit, & omnia quę unitate cōstringunt̄, & fieri possunt. Et λόγος est substātiale uerbū, seu ratio definiti patris, se definientis, in se omne definibile cōplicans. Cū nihil sine ratione unius necessarij, definiri possit. Sic igitur Christus aiebat: patrē in se uitā habere, ita dedit et filio, in se uitā habere. Habere aūt, in diuinis est esse. Et igitur filius uita uiuificans, sicut pater, eiusdē scilicet naturæ, & essentiæ. Et ne hæsites, filiū esse principium, aduerte, principium esse æternū, cum sit principiū, & quod omnia quæ uidētur in æternitate, sunt æternitas. Tūc uides, quod non potest esse principiū in æternitate sine principiato in æternitate. Videre autem principiatū in æternitate, est uidere ipsum in principio. Vnde principiatū, est principium principiatum. Et scias, quod æternitas non est cōsiderāda, quasi quædā extensa duratio: sed uti tota simul essentia, quę & principiū.

Quando

Quando igitur æternitas consideratur principium, non est aliud dicere principium principiati, cū æternitas æterni, seu ęternitas principiati. Neq; aliud esse potest ęternitas, quàm æternum. Non enim potest æternitas prior esse duratione æterno. Aeternum enim, æternitati coæternum. Sic & principiatum, coæternum principio. Si enim principium est principiati principium, & hoc est idem, ac si diceretur, æternitas est æterni æternitas: patet clarè, principiatum æternum. Vides igitur principium sine principio, & principium de principio. Cum autem uideas principium, tàm sine principio, quàm de principio in ęternitate: uides etiā illius principij quod uides sine principio, & principij de principio, utriusq; principij principiatum, principiū scilicet, principiū de principio, & utriusq; principiatū: unā esse æternitatis substantiā, id est unam esse æternitatis essentiam, quam fortè Plato uocat unum. Nec uidetur hoc incredibile. Nam uidemus in natura temporali, principium sine principio, scilicet paternitatem et principiatum principium filiationis, et principiatum utriusq;, scilicet nexum amoris á principio utriusq; procedentem. Et quod sicut principium generationis sine principio, est temporale: sic et principium de principio, est temporalis principium amoris nexus, ab utroq; procedens: prima enim amicitia, seu primus naturalis amoris nexus, est patris et filij. Sicut igitur ista in tempore uidemus: ita et uerissimè in æternitate esse, non immeritò credimus, quum tempus se habeat ad ęternitatem, sicut imago ad exemplar, et ea quæ in tempore, similiter se habēt ad ea, quæ in æternitate. Ex his patet, uerbum quod loquebatur Iudæis ut in themate, esse principium de principio, et non recepisse nomen principij à mundo creato: sed antequā mundus fieret, in æternitate idipsum fuisse principium, et post mundi constitutionē in tempore locutum fuisse. Diceres: turbat audientē, quando dicis, principij esse principium. Hoc enim nullus Philosophorū admittit, ne procedatur sic in infinitū, er sublata sit omnis ueritatis inquisitio, quando ad primum principium pertingi nō posset. Dico non esse inconueniens principij esse principium in æternitate. Nam sicut albedo, est albi albedo: sic si album esset albedo, non uariaretur ueritas, si diceret albedo albedinis albedo. In æternitate autem sic est, quod æternum est æternitas, et principiatum principium. Ideo non plus inconuenienter dicitur principium principij, quàm principium principiati. Neq; transire in infinitum hoc impedit: quum hoc sit in infinito actu. Aeternitas enim, quæ est tota simul, nō est nisi infinitas actu. Sed ubi contractum, non est idem cum absoluto: ibi uerum est, & id quod Philosophi dicunt, scilicet, quod termini non sit terminus, ut humanitatis non sit humanitas: quia nunq; deueniretur ad principium, quum infinitum nequeat pertransiri. Hanc trinitatem (quā Christiani credunt) utiq; ut Platonici fateant oportet, qui plures ponunt trinitates, et ideò ante omnes unam æternam: sicut ante omne temporale æternum, ut ante hominem temporale æternum. Dicunt autem et Peripatetici idem de prima causa, quam tricausalem fatentur. Sic Iudæi, Deo æterno tribunut unum, intellectū et spiritum, et Sarraceni, similiter æterno Deo tribuunt unum, intellectum et animā ut patet ex libris eorum. De quibus aliás dictum est. Adhuc fortè de thematis intellectu hæsitas, quomodo uerbum est principium Dico esse (ut audisti) essentiale per se subsistens principium de principio. Et sua æternitas, quæ est et eius essentia, est λόγος seu ratio æterna æternitatis, et omnium quæ in æternirate complicantur. Neq; est quicq; possibibile fieri, cuius nō sit æterna essendi ratio. Omnia quæ per se non subsistunt, cum non sint suijpsius causa, neq; à casu et fortuna, quæ non sunt nisi causæ per accidens, et non per se, et essentiales: oportet quod à causa sint, quæ est per se subsistens essendi rerum ratio, sicuti absolutum unū exemplar, quod est per se ratio æterna, est cā oīs similitudinis. Sicut enim rō circuli, est ęterna, et per se subsistēs atq; absoluta: quēadmodū non est contrahibilis, aut sensibiliter designabilis. Sed oīs circulus non potest sine illa nec esse, nec intelligi, et est intellectuale æternū exēplar, omniū circulorū qualitercunq; sensibiliū: ita uniuersaliter, omne quod esse potest, in ipsa essendi omniū ratione, est ęternaliter, ut in ueritate exemplari, & est id, qđ est per ipsam sui essendi rationem. Vnde si aduertis, hæc uerba Euangelij, ubi ait Iesus:

Platonici. *Peripatetici.* *Iudæi.* *Sarraceni.*

principium

principium qui & loquor uobis, sunt ipsa lux intelligentiæ. Loquitur enim uerbum caro factum, hoc scilicet uerbum, quod & Deus, qui principiū loquitur sensibiliter. & non est difficile hoc capere, scilicet, quòd æterna essendi ratio, in ijs quæ per ipsum sunt sensibiliter, loquatur sensibiliter. Loqui est reuelare seu manifestare. Omne igitur subsistens, quum sit ab eo, est quod per se subsistit, quod est ratio substātiæ eius, & locutio est suijpsius reuelatio, siue manifestatio. Sicut quum omne calefactum, sit tale originaliter ab eo, quod per se calidum, scilicet igne: tunc ignis in omnibus calefactis loquitur, seu seipsum reuelat, licet uariè, secundùm calefactorum uarietatem, propinquius in pura flamma cꝫ fumosa, & purius in Carbone ignito, cꝫ calidis cineribus. Sic λόγος, in omnibus intellectualibus loquitur, se reuelans purius in Seraphicis spiritibus, quàm angelicis, et purius in angelis, quàm hominibus, et purius in hominibus, quorum conuersatio est in cœlis, quàm quorum in terra. Sed in Christo, supra omnem gradum, in quo λόγος nō loquebatur ut in alio, sed ut in puritate principij. Sicut si ignis non in alio calefacto, se reuelaret: sed in purissima flamma, quæ in ipso igne, indissolubili unione subsisteret. Diceres, cū statim Christus de patre suo loquatur, ut habet Euangelium: mirū est, quomodo se dicat principium, qui fatetur se filium. Dico, quòd nō esset propria locutio, si se principiatum diceret. Nam cum principium, nihil sit principiati: in natura diuina, ubi pater omnia dat filio, pater nō est aliud à filio. Et filius non potest propriè dici principiatum, cum principiatum sit aliud à principio. Sed sicut pater est principium: ita dat filio esse principiū. Est igitur principium de principio, sicut lumen de lumine, & Deus de Deo. Adhuc forte cogitas, an συνυπόστατον, conueniat uerbo, & uidetur quòd sic. Sequitur enim in Euāgelio: Tunc scietis quia ego sum. Solum autem quod per se subsistens est, ueraciter dicere potest, ego sum. Dico, quòd humanæ locutiones, non sunt præcisæ in diuinis, sed sicut Christus de diuinis humaniter locutus est, quoniam nō nisi humaniter capi possunt per homines: ita oportet nos presupponere has Euangelicas locutiones, humanomodo omnibus præciosiores, nam uerbū Dei, de se loquitur. Principium enim, cum non sit ab alio, per se subsistere dicimus: cū nihil esse concipere ualeamus, si ipsum non conciperemus esse. Primum enim quod se offert conceptui, est ens, deinde ens tale. Et licet principium entis, nihil entium sit, cum principiū nihil sit principiati: tamen nisi concipiamus principium esse, nullum de ipso formare possumus conceptum. Plato uerò, qui uidit unum ens, unam essendi potētiam, unum cœlum, unam terram, quasi unum in his omnibus passum, & contractum, & alteratū uidens: separans & tollēs omnia ab uno, uidit unum in se & absolutum. Et ut sic uidetur: nec est ens, nec non ens, nec est, nec subsistit, nec est subsistēs, nec per se subsistēs, nec principium, imo nec unum, imo nec esset apta locutio, unum est unum: cū copula illa, Est, non possit uni conuenire. Nec sine copula, dicendo sic, unum unum, esset apta locutio: cum omnis locutio, quæ sine alteritate aut dualitate non est ꝓferibilis, non cōueniat uni. Vnde si attēdis, tunc principium omnium nominabilium (cum nihil possit principiatorum esse) est innominabile. Et ideò etiam non nominari principium, sed esse principij innominabilis, innominabile principium, omne qualitercunꝫ innominabile antecedens. Sicut melius tu uides, contradictoria negari ab ipso, ut neꝫ sit, neꝫ nō sit, neꝫ sit & non sit, neꝫ sit uel non sit: sed omnes istæ locutiones, ipsum non attingūt, qui omnia dicibilia antecedit. Et licet hoc sic sit, & per se subsistere ipsi non conueniat, cum per se subsistere, sine dualitate & diuisione, non intelligatur, & unum sit ante omnem alteritatem: tamen nulli ueriùs conuenit per se subsistere, quàm ei quod est omnium subsistentium causa, cum nullum causatorum, eius respectu per se subsistat, aut sit, quicquid sit. Cui enim omnia uocabula aliquid significantia, ueriùs conuenire possent? quàm ei, à quo omnia habent, et quòd sint, quod & nominentur? Quæ uerior substantia, quàm illa, quæ omni substantiæ dat esse substantiale: licet melior omni substantia nominabili? Vidit Plato, quomodo per se ens, ante omnia entia alia & alia existit, ita per se homo, & animal, & ita de cæteris. Nónne hæc omnia, quæ per se subsistere uidit, non in alio, sed in se uidit notionaliter?

ter? sic etiam ea quæ in se uidit notionaliter, quasi in principio notionalium seu entium rationis, quæ sunt similitudines realium entium: uidit suprà se esse essentialiter, in conditore entium, sicut in se notionaliter, in cōditore notionum. Vnde hic in se uniuersalis intellectus, qui est aut conditor aut assimilator, conditor est essentiās, assimilator intelligens. Conditor in se omnia uidet, hoc est se omnium uidet conditiuum, siue formatiuū exemplar. Vnde eius intelligere, est creare. Assimilator intellectus, qui est conditoris similitudo, in se omnia uidet: hoc est, omnium uidet notionale, siue figuratiuum exemplar, & eius intelligere, est assimilare. Vnde sicut conditor intellectus, est forma formarum, siue species specierum, siue locus formabilium specierum: sic intellectus noster, figura figurarum, siue assimilatio assimilabiliū, seu locus figurabilium specierum, seu assimilationū. Adhuc ut circa hæc exerciteris, attentè considera, Christum dixisse: Anteꝫ Abrahā fieret, ego sum. Et alibi: ante mundi constitutionem, & anteꝫ mūdus fieret, & ante omnia. Nam per se, est ante omne fieri, quo modo enim per se subsistere uideē, post possibile fieri? quis deduxisset possibile fieri in esse? nónne qui actu est? Rectè igitur ante omne possibile fieri, uidetur per se actu subsistens. Sed quomodo potest uideri, ante omne possibile fieri? nónne futurum, semper ante fuit futurum? igitur posse fieri, semper est præsens, per se subsistenti. Vnde cum id quod fit, sit temporale: tunc posse fieri temporaliter; est præsens per se subsistenti æternaliter. Id autē quod uidetur æternaliter, apud per se subsistēs, est utiq; æternum: ante autem æternum nihil est. Est igitur similiter per se subsistens. Quod igitur fit in tempore, est per se in æternitate subsistēs. Sicut cum dicimus, nos aliquid facturos: utiq; hoc aliquid, anteꝫ fiat alijs uisibile, in nobis est, & in nobis uidemus, & id fit in tempore uisibiliter, quod est in uerbo seu conceptu mentis mentaliter, & in alijs omnibus inuisibiliter. Palàm omnia esse ab æterno, in æterno sunt omnia, ipsum æternum per se subsistens, à quo sunt quęcunꝫ facta sunt. Omnia temporalia, sunt ab intēporali æterno: sic omnia nominabilia, ab innominabili, & ita de omnibus. Ante omnia secula, æternum: ante ante, non est ante: absolutum ante, æternitas est: anteꝫ mūdus fieret, uidetur ante, & per nihil ante ante. In ipso igitur ante, anteꝫ mundus fieret, uidetur mundus non factus, ideò per se subsistens. Mundus igit qui uidetur anteꝫ fieret, est ipsum ante per se subsistens, & ipsum ante, est mundus per se subsistens. Vnde mundus per se subsistens, est ipsum ante, anteꝫ mundus fieret. Ab ante igitur, scilicet per se subsistenti, facta sunt omnia quę facta sunt. Sicut si dicit, anteꝫ domus fieret: domus utiq; quæ fieri debuit, iā est nominata ante, quādo dicitur anteꝫ domus fieret. Omne igitur quod factum est, fieri potuit, & ante nominatum est. Fuit igitur ante in uerbo cꝫ fieret, uti ibi, fiat lux, & facta est lux. Lux quæ fiebat, iā anteꝫ fieret, erat in uerbo: quia nomen eius lux erat. Nec aliud nomen lux facta habuit, quàm habuit anteꝫ fieret: sed anteꝫ facta est lux, quia erat lux, quæ fieri debuit, erat per se subsistens. Ante igitur omne factum, est ipsum per se subsistens: sicut ante temporalia, æternum. Proclus autem dicit, primò hoc nomen ἀνυπόστατον, conuenire tantùm ut causæ per se subsistentium, ut hominis per se subsistentis, quia æternus: tamen dicit ipsum unum, regem scilicet omnium, siue Deum deorum. Species enim, & alia quæ ponit æterna, & ideò per se subsistere: in primo, ut in causa & fonte complicari, & explicata in æternitate asserit, uti in mundo sensibili, temporaliter et sensibiliter, ita in æternali, æternaliter & intellectualiter. Et sicut negat unum, quod asserit omnia ut omniū causa, non subsistere per se, sed esse melius, & ante omne per se subsistens: sic etiam de omnibus. Nam sic ait unum nō esse, sed esse ante omnia quæ sunt: & non esse in loco uel tempore, sed ante omnia localia & temporalia, ita de omnibus, quoniam ante omnē affirmationem et negationem. Et in hoc rectè dicit: quia ante & melius oībus de quib. fieri possunt, locutiones affirmatiuę uel negatiuæ. Sed quòd plura possint esse ipsi coæterna, tribus suis hypostasibus exceptis, nō benè dixit: cū idem sit æternū & æternitas, quę plurificari nequit, sicut nec unum, ideò uti unū imparticipabile, ne sit minus unum ex multiplicabile. Vnde circa æternitatem, quam quidam durationem successiuam, licet infinitam putarunt, uidentur plures

Proclus

http://www.obrascatolicas.com

plures errasse. Sed qui principium considerat, æternitatem, & in ipsa ut principio & causa esse omnia ipsum unum principium: ille uidet ubi ueritas, & quicquid Parmenides concludit uia rationis, scilicet, omnia de ipso negando, & quod non plus unũ oppositorum quàm alterum, uel ambo de eo affirmanda, & quod non sunt multa seu plura per se subsistentia. Nam aut non participarent uno, & tunc in hoc essent similia, et iterum ideò non similia, quia uno nõ participarent: aut si participarent uno, tunc per se non subsisterent, sed per unum, quo participarent. Non erunt igitur plura per se subsistentia. Quare plura, quæ facta à per se subsistenti id sunt, quod sunt. Participãt ergo uno, cum plura sine uno quo participẽt, esse nequeant, sequeretur enim contradictoria simul esse uera, ut præmittitur. Dixi autem superiùs, per se subsistenti nullum nomen conuenire, quoniam innominabile, indicibile, & ineffabile est. Etiã ei unum propriè non conuenit: nos tamen (quoniam non possunt esse multa per se subsistentia) facimus de eo conceptum, ut de uno, & unum est quo ipsum nominamus, secundùm conceptum nostrum, & dicimus, unam esse uniuersi causam, in se omnium rerum species complicantem, super omnem contradictionem, positionẽ, & oppositionem, affirmationem & negationem exaltatam: quoniam illa indicibile non attingunt, sed inter effabilia, uerum à falso diuidunt. Sermo autem circa unum
Plato. non est, quia indeterminabile. Quare Plato, simul mentiri dicebat, affirmationes & negationes, in uno. Est ergò unum omni sensui, omni rationi, opinioni, & scientiæ, & omnibus nominibus incompræhensibile. Deo tamen, qui est omnium causa, unũ & bonum ꝓprius conuenire dicimus: quia unum & bonum, est ab omnibus desiderabile, sicut ab omnibus fugabile, nihil & malum. Deum autem dicimus unum, quo melius cogitari nequit, & non intrat in nostram cogitationem, aliquid melius esse
Proclus. eo, quod ab omnibus nobis desideratur. Hinc unũ & bonum ipsum Deũ dicimus, nec illa sunt in ipso diuersa, sed sunt ipsum unum. Quod autem unum Proclus nominat, neq; ipsum Deum unum, ut cognitum nominamus, quia ante omnem cognitionem, unum est desiderabile. Non est igitur Dei compræhensio quasi cognoscibilium, quibus cognitis, nomina imponũtur: sed intellectus incognitum desiderans, & compræhendere non potens, ponit denominationem unius, diuinando aliquo pacto hypostasim eius, ex indeficienti omnium unius desiderio. Quod autem Deus non accedatur intellectualiter, Proclus aiebat, ideò quia tunc solum intellectualis natura ferretur ad ipsum. Nam non intellectuales ipsam non appeterent, sed cum ipse sit, cuius gratia omnia id sunt, quod sunt: ab omnibus naturaliter desiderari debet, uti est ipsum unum & bonum, quod omnia appetunt, & omnia entia penetrat. Adhuc attende. Multitudo ab uno deserta esse nequit, ut patuit. Vnum igitur est hypostasis eius. Sed non unum participatum & coordinatum ipsi multitudini: quoniam tale in se, non subsistit, sed in alio, scilicet multitudine. Omne autem in alio, est ab eo quod in se: nam in se est prioriter quàm in alio, in quo non est nisi aliter. Aliter autẽ præsupponit in se. Hypostasis igitur quod in alio, est ab eo quod in se. Sic hypostasis coordinati ab exaltato, et participabilis ab imparticipabili. Omne igitur quod in cõsiderationem cadit, aut est unum exaltatum, aut coordinatum multitudini. Coordinatum uerò non habet hypostasim, nisi ab exaltato, Vnum igitur exaltatum, est hypostasis omnium hypostaseum, quo non existente nihil est, & quo existente omnia id sunt quod sunt, & quo existente & non existente, omnia existunt & non existũt. Entia igitur cum esse desiderent, cum sit bonum: unum desiderant, sine quo esse nequeunt, quid autem sit quod desiderãt: capere nequeunt: cum quodlibet entium sit unum, participatione unitatis participabilis, quæ habet hypostasim suam, ab imparticipabili. Participabilis autem, non est capax imparticipabilis: sicut capabilis, non est capax incapabilis, & causatũ causæ, & quod est secundæ, nõ est capax eius quod est primæ. Et licet non sit capax: non est tamen penitus ignorans eius, quod tantopere desiderat, sed certissimè scit ipsũ esse, quod desiderat. Et intellectualis natura, quæ ipsum esse scit & incomprehensibilem: tantò se reperit perfectiorem, quantò scit ipsum magis incomprehensibilẽ. Incomprehensibilis enim, hac scientia ignorantiæ acceditur.

ceditur. Parmenides hæc attẽdens, ad ipsum unũ exaltatũ respiciens, unũ ens esse dicebat. Vidit enim in uno ente, omnẽ multitudinẽ cõplicari. Et cũ multitudinis causa sit unitas, sine qua esse nequit: ideò ad uirtualẽ unitatis causam respiciẽs, ens unũ ꝓtulit, omnẽ multitudinẽ in uno cõsiderans. Zeno in multitudine entium, nõ uidens Zeno.
nisi unũ ens participatũ, dicebat: nõ esse multa quæ entia, ut eẽ multa, ab uno deserta nõ sunt: propter unũ igitur subsistũt. Non sunt igit multa quæ entia, nisi uno ente
participẽt. Vnũ igitur est hypostasis. Et Zeno nõ uoluit idem dicere, quod Parmenides: Parmenides.
nam nõ respexit ad unũ exaltatũ sicut Parmenides, sed participatũ. Melissus aũt Melissus.
accessit ad assertionẽ Parmenidis, multitudinẽ quidẽ in uno secundũ causã respiciẽs, unũ aũt in sola multitudine, saluare nõ potens. Vnum quidẽ secundũ se ante multitudinẽ est: multitudo uerò, omnino ex uno est quod est. Sed qui cõsiderat, omnẽ unitatẽ habere aliquam sibi coniunctã multitudinẽ, & quod omnis multitudo, ab aliqua sibi cõuenienti unitate cõtinetur: uidet unũ simul & multa entia, in unitate multa, & in multitudine unũ, sine quo nec esset ordo, nec species, nec quicq;, sed confusio & difformitas. Nec refert, si eo modo quo de unitate dictũ est, dicas de æqualitate, uti in prꝫcedẽti sermone habes: nam æqualitas est unificãs, & potest dici unionis causa, sicut unũ, sic bonitas, & iustitia, et talia. Adhuc attende, quomodo quidam dicunt de dualitate, quî sit unitas simul & multitudo: quoniã hoc uerũ eo modo, sicut id quod est causa unionis, secũdum causam est unũ, sic dualitas secũdũ causam est multitudo: dualitas eẽ, ubiq; mater est multitudinis. Dualitas aũt nõ est deserta ab uno, omne enim qđ post unũ est, uno participat, oĩa posteriora priorib. participãt, & non econuersõ. Dualitas non est prima unitas, oĩa antecedens, & exaltata suprà omnia: sed est participata unitas. Habet enim ab unitate qđ est unitas, & sic est aliqualiter unitas et dualitas. Et ita uidet unitas esse multitudo: sed est unitas, tanq; uno participans, & multitudo, tanq; causa multitudinis. Sic intelligo id quod quidã dixerunt: dualitatẽ neq; unitatẽ, neq; multitudinem. Plato autẽ post unũ, posuit duo principia, scilicet: Plato.
finitum & infinitũ, puta sicut numerus post unũ est, ex finito & infinito. Si enim unitatẽ unmeri, à numero separatam, cõsideras: monas est, & non est numerus, sed principium numeri. Si multitudinem ab unitate desertam, consideras: infinitas quędam est. Numerus igitur ex unitate & multitudine, tanq; finito & infinito, constitui uidetur, sic de omni ente. Capit autem infinitatem pro interminato & confuso, apto tamen terminari & finiri. Finitum uerò pro forma finiente & terminante infinitatem. Et si quis subtilius aduertit, non est Melissi positio ita absurda, sicut Aristotles eam Melissus.
redarguit: Nihil enim in omni consideratione uidetur, q; infinitas, scilicet: infinitas finiens, & infinitas finibilis. Infinitas finiens, est finis cuius non est finis, & est principium per se subsistẽs, omnem finem cõplicans, & est Deus ante omne ens. Et infinitas finibilis, est carẽtia omnis termini, & definitionis finibilis sine infinito, et est post omne ens. Quando igitur infinitum primũ, finit secundũ: oritur ens finitum, ab infinito principio, scilicet à primo, quod est plusq; ens, cum ipsum prꝫcedat, nõ à secundo, cum sit post ens. In primo infinito, sunt omnia definibilia actu. In secundo, sunt omnia definibilia, in respectu omnipotentiæ primi. Vti dicimus: per omnipotentẽ de nihilo omnia posse creari, non quòd in nihilo, sint omnia in potẽtia: nisi referatur potentia ad omnipotentiã, ubi coincidit posse facere, cum posse fieri, quasi cõcipias omnipotentis formæ ipsum nihil, esse materiam, quã ut uoluerit formet. Sed formæ non omnipotentis & finitę uirtutis, non esse nihil materiam, sed magis formabilem seu minus resistentẽ: ut est possibilitas essendi, hoc quod forma formare potest, tãq; apta & obediens, ut mereatur talẽ formam. Hoc dicebat Plato, quod formæ darẽtur Plato.
secundùm merita materiæ. Resumendo itaq; quæ tacta sunt, principium esse unitrinum, & ipsum ꝫternum manifestum. Dico, hunc mundum ab unitrino principio, id esse quod est, nec sunt multa principia ut patuit, non multa, non possunt nisi unum concipi. Ante igitur hunc mundum & multa, principium quod est non multa: sicut ante ens non ens, & ante intellectum non intellectus, & generaliter ante omne effabile ineffabile. Negatio igitur, principium omnium affirmationum: principiũ enim nihil

http://www.obrascatolicas.com

nihil eſt principiatorum. Sed cum omne cauſatum, ueriùs ſit in ſua cauſa, q̃ in ſe ipſo: igitur affirmatio, meliùs eſt in negatione, cum negatio ſit eius principium. Principium igitur, eſt ante maximum & minimum pariter, omnium affirmationum, puta, non ens entis principium. Sic uidetur ante ens, quod per medium coincidentiæ maximi & minimi, uidetur ſuperexaltatum: præcedit enim ens, quod pariter eſt minimè & maximè ens, ſiue ſic non ens, quod maximè ens. Non eſt principiũ entis, nullatenus ens, ſed nõ ens modo dicto: cum enim uideo ad principium entis, quod nõ eſt principiatum ipſum, uideo minimè ens eſſe, cũ uideo ad principiũ entis, in quo eſt melius principiatum q̃ in ſe, uideo ipſum maximè ens. Sed quia idem principium, eſt ſuper omnia oppoſita et effabilia, ineffabiliter: uideo ipſum ante maximum pariter & minimum, omnibus quæ dici poſſunt ſuprà poſitum. Quare conſequenter omnia, quæ de ente affirmãtur, pariformiter de principio negãtur, modo præmiſſo. Omnis autem creatura, ens aliquod eſt, non multa. Igitur omnium principium, omnia complicat: ſicut negatiua prægnans dicitur, affirmationis ſcilicet, ut non eſſe dicit ſic non eſſe, ut per eſſe ſignificatur, ſed melius eſſe. Principiũ igit̃ ineffabile, nec principium nominatur, nec multa, nec non multa, nec unum, nec alio nomine quocunq;: ſed ante omnia illa, eſt innominabiliter. Omne enim nominabile, aut figurabile, ſeu deſignabile, præſupponit alteritatem & multitudinem, & non eſt principiũ. Omnis enim multitudinis, unitas principium. Multa non poſſunt eſſe æterna, cum æternũ ſit æternitas, ut præmittitur. Principium aũt æternum, immultiplicabile, principium non eſt alterabile, nec participabile, quia æternitas. Nihil igitur in hoc mundo eſt, eius ſimilitudiuem habens, cùm non ſit deſignabile, nec imaginabile. Mundus autem, eſt infigurabilis figura, & indeſignabilis deſignatio: mundus ſenſibilis, eſt inſenſibilis mundi figura, & temporalis mundus æterni & intemporalis figura. Figuralis mundus, eſt ueri & infigurabilis mundi imago. Dum uideo per contradictoria principium, omnia in ipſo uideo. Eſſe enim & non eſſe, omnia ambit: cũ omne quod dici, aut cogitare poteſt, aut eſt, aut non eſt. Principium igitur, quod eſt ante contradictionem, omnia complicat, quæ contradictio ambit, principium uidetur in oppoſitorum æqualitate. Abſoluta æqualitas eſſendi, & non eſſendi, non eſt participabilis: cum participans, ſit aliud à participato. Æqualitas igitur, in alio non niſi aliter participabilis, non eſt æqualitas, quæ principiũ ſuperexaltatum, ſuper æquale & inæquale. Nihil igitur ex omnibus, æqualiter poteſt eſſe & nõ eſſe. Quare duo contradictoria, nõ poſſunt æquè de eodẽ uerificari. Omnis igit̃ creatura, imparticipabile principiũ in alteritate participat: ſicut æqualitas imparticipabilis, in ſimilitudine. Similitudo æqualitatis, cũ non ſit æqualitas, ſed eius ſimilitudo, nõ poteſt eſſe nec maxima, qua maior eſſe nequit, nec minima, qua minor eſſe nequit: quia nõ eſſet ſimilitudo, ſeu aut nihil, aut æqualitas. Participabilis igitur eſt æqualitas in ſimilitudine, quę alia et uaria eſſe poteſt, maior aut minor. Creatura cum nihil ſit, & totũ eſſe ſuũ habeat à cauſa: in principio eſt ueritas. Principiũ enim, ueritas eſt omnium creaturarum. Mundus igitur iſte, quẽ Magiſter noſter dicit conſtitutũ, quando ait: ante mundi conſtitutionem, non eſt ueritas, ſed eius principiũ eſt ueritas. Ob hoc in mũdo conſtituto, nihil præciſè uerum reperitur, nulla eſt præciſa æqualitas aut inæqualitas, ſeu ſimilitudo ſiue diſſimilitudo. Mundus enim, ueritatis præciſionem capere nequit, ut de ſpiritu ueritatis ſupercœleſtis, Magiſter noſter affirmat. In principio igitur, quod eſt ueritas, ſunt omnia, ipſa æterna ueritas: quia mundus conſtitutus per æternũ mundum, ſiue principium conſtitutus, nõ eſt in ueritate, ſed fallibilitate uarietatis poſitus: ſic non in bono, quod ſoli Deo, ſiue conſtituenti mundo conuenit, ſed in maligno poſitus eſt. Poſſet quis dicere, mundum omnia complecti, quoniam uidetur ante eius conſtitutionem. Et uidetur conſtitutus mundus ante conſtitutionem. In principio Verbum erat, & mundus conſtitutus, per ipſum eſt conſtitutus, ſicut uerbum ante deſignationem, & uerbum deſignatum. Quando enim intellectus, ſuĩpſius uerbũ mentale, in quo ſe intelligit, uult manifeſtare: hoc facit per elocutionem, ſiue ſcripturam, ſeu aliam ſenſibilem deſignationem. Verbum igitur

tur ante deſignationem, mentale eſt: deſignatũ uerò, induit ſenſibilẽ ſpeciem, & ſic inſenſibile, conſtitutum eſt ſenſibile. Sẽſibile autẽ, ad inſenſibile nullam habet proportionem. Sic ſe habet aliquo modo mundus conſtitutus, ad conſtituentem. Patet igitur, principium uniuerſorum, non eſſe neq; aliud, neq; idem reſpectu creaturarum ſuarum: ſicut uerbum indeſignatum, eſt neq; aliud, neq; idem ad ſuum deſignatum. Primum enim principium, eſt ante omnem alteritatem & identitatem, ſicut natura incolorata, neq; alba, neq; nigra dicitur: non ut illis priuetur ut materia, ſed per eminentiam, quoniam eſt ipſorum cauſa. Sic negamus uocem & ſilentium de anima: quoniam non eſt nec uox nec ſilentium modo, quo lignum, ſed modo quo cauſa nihil cauſati. Cauſat enim anima iſta in animali. Ita omnia de uno principio negamus, quæ ab ipſo procedunt. Et non eſt principium unum, dans omnibus hypoſtaſim, aliud aut idem: ſed ſuperexaltatum per eminentiam, & in omnibus per ipſum conſtitutis. Creator non eſt idem cum ſua creatura, ſicut nec cauſa cum cauſato, ſed non adeò longè abeſt, quod ſit quid alterum. Oportet enim ipſius & creaturæ, quæ numerum conſtituerent, eſſe aliquod principium: cum omnis multitudinis unitas ſit principium, & ita primum principium, non eſſet primum principium. Et hoc Paulus Apoſtolus expreſsit, cum diceret: Deum non longè à nobis abeſſe, cum in ipſo ſumus & mouemur. Quemadmodum etiam primiſsimam monadem, dicimus innumeratam, non tanquàm ſubmiſſam materiam numeris, & interminatam, ſed ut in ſe omnes numeros & ſpecies numerorum complicantem & producentem, quæ non eſt aliud aut idem, cum quacunq; ſpecie numeri: Sic de uno principio, quantum noſtra capacitas nobis ſuffragatur, conceptum facimus ſimilitudinarium qualitercunq;, licet ualdè infrà præciſionem: quoniam eſt unum principium immultiplicatum, omnem multitudinem complicans & explicans, ſeu producens, cui ſi addis aliquod quodcunque, puta dicendo unum ens, non manet unum ſimpliciter, & tranſit in multitudinem, multaque entia, habẽt ab uno primo principio, quod ſunt multa ab enter, quod ſint entia. Et ita omnis multitudo eſt ab uno, ut multitudo eſt, & contracta multitudo, contractionem habet ab uno contracto: ſicut multa entia ab uno ente. Ens ab uno habet quicquid eſt: uno enim ſublato, nihil remanet. Et ſi rectè attendis, additio ad unum, non eſt additio ad unum ſuperexaltatum, ſed eſt modus eſſendi, quod eſt ens entium unius participalis & contrahibilis ad uarietatem: ſicut de æqualitate imparticipabili, & ſimilitudine eius participabili, prædixi. Sic entitas, eſt uniuerſalis eſſendi modus, participabilis unitatis, & uita modus eſt eſſendi ſpecialior & perfectior, unitatis participalis. Et intellectus eſt adhuc perfectior modus. Sed abſolutæ unitatis, contrahibilis unitas, ſimilitudo eſt & imago, quæ non eſt niſi deſignabilitas ſiue reuelatio eius: uti deſignabilis indiuiſibilitas puncti, ſe habet ad indiuiſibile ſimpliciter indeſignabile, ſcilicet unum abſolutum. Patet, quod unum ens, ſe habet ad ſimpliciter unum, ſicut multa: & ad multitudinem entium, ſicut monas. In unitate entis, uidetur unum entialiter contractũ: & hoc ſine multitudine, non eſt poſsibile. Vnum uerò principium, eſt ſuper omnẽ multitudinem exaltatum et expaſſum. Vnum ens, in ſe omnem colligit, entium multitudinem: cum nulla entium multitudo, eſſe poſsit deſerta ab uno ente, & explicatur in multitudine unitas entis. Sic de uita uiuentium, & intellectu intelligentium, & omnibus: quoniam omnis multitudo, participat uno, & ad monadem ſuam unitur. Multitudo autem unitatum monadialium, in primiſsimo unum complicatur. Putarunt Platonici, unum principium primiſsimum Deum eſſe, & omniũ regem, & alios eſſe Deos, unitatem primò inter omnia etiam participãtes: nam primiſſimo Deo, uniuerſalẽ prouidentiam aſcripſerunt, ſed alijs Dijs partialem. Quemadmodum legimus, angelos præpoſitos regnis, & eis datum nocere terræ & mari. Putarunt etiã, Deos mœchanicis artib. præeſſe: ut Vulcanum, fabrili arti. Fatebantur autem omnes Deos, ſiue intelligẽtiales, ſiue cœleſtiales, ſiue mundiales: nihil habere, niſi ſibi datum à primiſsimo Deo omnium rege, quẽ louem appellauerunt antiqui, qui omniũ rex erat ſuo tempore nominatiſsimus. Hinc louis dicebant omnia plena, omnia ad unum reducentes: quia multitudo principum

http://www.obrascatolicas.com

mala, ſi eſt deſerta ab unitate, unitas autem, dat omni regno ſubſiſtentiam, & diuiſio deſolationem: ut nos docet princeps omnium, rex noſter Meſsias. Iſti utiq; ſi eſſent Dij, eſſent noui & recentes & creati, qui ante mundi conſtitutionem non fuiſſent, & propter mundum eſſent: & cum mundus ſit propter Deum, nos cum Paulo dicimus, quod nullus eſt Deus niſi unus. Nam & ſi ſunt qui dicantur Dij, ſiue in cœlo ſiue in terra (ſiquidem Dij ſunt multi, & domini multi) nobis tamẽ unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Et unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Et hic eſt de quo in themate ſcilicet principium, qui & loquitur, cui data eſt omnis poteſtas, quæ in cœlo & in terra, cui omnes illi Dij creati, de quib. dicunt præ dicti, ſiue uirtutes, ſiue poteſtates ſubſunt, cum ſit uerbum Dei uiui, per quod ſunt omnia, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ abſconditi: per quem ſolum, ſicut in eſſe, et ad ſeculum temporale peruenimus, ad intemporale eſſe, et perpetuam uitam, reduci poterimus, per uiam quã opere & ſermone oſtendit principium, & in omnib. principatum tenens, Ieſus Chriſtus, ſemper benedictus. Amen.

Ex ſermone, In principio erat uerbum.

DEum quia omnis boni & perfectionis, uirtutis & ueritatis, eſt origo, à nullo dependens, & à quo omnia: ipſum ſummum bonum eſſe neceſſe eſt. Summum autem in ſua ſupellatiuitate, nihil ſecum compatitur: alioqui ſummitatis rationem, penitus perderet. Quare unicus Deus, & ea ꝓpter ſimpliciſsimus. Summum nihil antecedit, partes prius ſunt toto, & earum unio, ex altioris uirtutis potentia dependet. Conſtat ergo ſummum bonum, ſolum perfectiſsimum eſſe unicum & ſimpliciſsimum, cuius eſſe, quia ſummum à nullo depẽdens: ideò propriè Deus, ſolus eſt. Quare inter alia Hebraica nomina, אֶהְיֶה אֲשֶׁר nuncupatur, id eſt qui eſt: ſicut alibi, ſum qui ſum. Hoc autem diuinum eſſe quia ſummum, per ſe & propter ſe, neceſſe eſt eſſe. Et cum nihil ſuiipſius cauſa ſit, alioqui eſſet anteq; eſſet, quod implicat; ideò æternaliter & incommutabiliter eſt, & in omni principio erat. Nam clarum eſt, perfectiſsimo, unico, ſimpliciſsimo eſſe diuino, nihil deeſſe: quia perfectiſsimè eſt, nihilq; conuenire, niſi quod ſummo bono concordat. Quod enim à ſummitate boni cadit, perfectiſsimo eſſe non conuenit. Patet nunc, quod ſummum bonum eſſe, ſumma duratio ſiue æternitas, ſumma uirtus, ſumma maieſtas, ſumma gloria, ſumma iuſtitia, ſumma ueritas, unus Deus ſimplex ſunt, extrà quem nihil ſummum eſt, nihilq; infinitum. Quare nec mundus æternus, nec quicquam infinitæ potentiæ uel uirtutis. Hinc hic Deus tàm immẽſus, ab omnibus creaturis inominabilis, inexpreſsibilis, quod ad plenum incognoſcibilis manet. Nominatur humanis diuerſis uocibus, diuerſis linguis diuerſarum nationum: licet nomen eius ſit unum, ſummum, infinitum, ineffabile, & incognitum. Aſcendens intellectus creatus, ad appræhendendam tàm ſummi boni uirtutem: reperit eum ſolum iuſtiſsimum prouiſorem. Hinc ipſi apud Iudæos אֵל nomen dedit. Repperit dominatorem uniuerſi, cuncta prævidentem, dixit: אֲדֹנָי. Repperit potentiſsimum dixit יה. Repperit manſuetiſsimum, dixit: יְהוָה צְבָאוֹת, & cætera. Et iuxta Hebræorum traditionem, talium nominum octo ſunt, unum tamen ſanctiſsimum, cuius interpretationem, humanus intellectus appræhendere nequit, à Deo datum, quod eſt Τετραγράμματον, id eſt quatuor literarum, eſt ineffabile, id eſt per intellectum inconceptibile. Neq; apud Iudæos niſi præcedenti ieiunio, ſemel in anno uoce profertur, quod uocatur יְהוָה. Et ubi in Bibliis, Hebræorũ ſcilicet, ponitur hoc nomen, ibi nos habemus Dominus. Quod quidem ſanctiſsimum & altiſsimum diuinum nomen, quia non ſecundùm aliquam particularẽ uirtutem extrinſecã ſicut reliqua, ſed ſecundùm omnipotentiam & proprietates intrinſecas, ſine reſpectu ad extrà. Deum ſignificat. Ideò Rabi Moyſes, in libro directionis perplexorum dicit, quod omnia nomina diuina, deriuata ſunt ab operibus diuinis, præter Τετραγράμματον quod eſt appropriatum altiſsimo creatori, quod ſignificat diuinã eſſentiam, cum proprietatibus intrinſecis, & maximi myſterij eſt. Habent itidem Græci, unius Dei diuerſa nomina, puta, ἰσχυρός, iuxta potentiam, κύριος iuxta

iuxta dominationẽ, & propriè uocatur Θεός. Et hoc nomen, ſicut & Græca, à Chaldæa ortum & deriuationem capiens, à Theu quod ſignificat bonum, nomen accepit. Et Latinè à Θεός, Deus deriuatur. Et Tartaricè Birteng, id eſt unus Deus bonus. Et Alemãnicè ein Got, id eſt ein gût, ita in lingua Sclauorum boeg, à bonitate. Et in Turcia, & Sarracenia, Alla uua iber, id eſt, iuſtus Deus magn9. Et in Chaldæa & Indica, Eſgi abhir, id eſt creator uniuerſi appellatur. Ita unus Deus, ſecundũ attributa diuerſa, à diuerſis gentibus, aliter & aliter nomen ſortitur, licet ſit unus in omnibus, & per omnia. Hic autẽ Deus ſummæ uigoroſitatis, nihil imperfecti, parui & minuti in ſua eſſentia habens: ocium neceſſe eſt abhorreat. Aliter ſummè ocioſus Deus eſſet, & ſic ſumma fœlicitas, eſſet in pigritia ac ocio, quod eſt impoſsibile. Et quoniã hoc ſic eſt, quod apud diuinam eſſentiam, impoſsibile eſt ocium reperiri: conſequens eſt, eum ſummæ actiuitatis exiſtere. In omni autẽ actione perfecta, tria correlatiua neceſſariò reperiuntur: quoniã nihil in ſeipſum agit, ſed in agibile diſtinctum ab eo, & tertium ſurgit ex agente & agibili, quod eſt agere. Erunt hæc correlatiua, in eſſentia diuina tres perſonæ. Quare Deum trinũ uocamus. Eſt enim Deus deificans, generans, iuſtificans, amans, cum cæteris perfectionib. quẽ patrem uocamus. Eſt Deus deificabilis, generabilis, iuſtificabilis, amabilis, & ita de reliquis: & hunc filium à patre procedentem, nominamus. Eſt poſtea deificare, deificantis & deificabilis, id eſt patris & filij, et ſic iuſtificare, generare, & amare amantis & amabilis: & hunc ſpiritum ſanctum, ab utroq; ꝓcedentẽ, nominam9. Huius ĩmenſæ, ineffabilis, ac incõceptibilis diuinæ trinitatis: humanus intellectus, per has ſuprà ſcriptas rationes, firmam fidem apprẽhendit, ac indubitatã, & auctoritatibus eorum, qui diuino ſpiritu locutiſunt, ſe iuuat. Ex ueteri enim teſtamento, iuxtà Hebraicam ueritatem, huius ſimplicilimæ trinitatis ſacramentum, ſæpè manifeſtatur. Principium enim ſacrarum literarum, dicit: In principio creauit אֱלֹהִים. Et Ioſue ultimo: Nõ poteris ſeruire Domino, quia אֱלֹהִים ſancti ipſe. Ac Hieremiæ. xxxiij. Peruertiſtis uerba Elohim uiuẽtiũ Domini exerciuũ, Dei ueſtri. Et in Pſamo. xlix. Deo9 deorũ Dñs loquut9 eſt, dicit Hebraicè: אֵל אֱלֹהִים יְהוָה. quia indiuiſa ſunt opera trinitatis, tres perſonæ, uuus Deus creauit terram. Verum Iudæi, uolentes trinitatem euadere, dicunt, per trinitatem quæ in eorum libris exprimitur, tres proprietates intelligi debere, ſcilicet diuinam ſapientiam, bonitatem, & potentiam, per quas proprietates dicunt omnia creata. Et hoc Nicolaus de Lira deſtruit in libello quodam contra Iudeos, pluribus oſtendens auctoritatib. ueteris teſtamenti trinitatem. Ego etiam aliquando diſputando: depræhendi, ſapientes Iudæos, ad credendã trinitatem inducibiles, et hoc non eſt eis difficile perſuadere. Sed quod filius in diuinis, ſit incarnatus: hoc eſt in quo ſunt indurati, nec rationes, nec prophetias audire uolunt. Sunt alia ſacra documenta, huius indubitatę ſanctiſsimæ trinitatis, quę nũc adducere, breuitatis cauſa ſuperſedeo. Nunc ad ſacri Euangelij intellectũ aſcendamus. In principio erat uerbũ: iſtud nos filium, in diuinis nũcupamus, & apud Grecã literam dicitur, ἔν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος: Verbum quidem non pro ſenſibili, ſed intellectuali capitur. Cum enim in eſſentia Dei, ſit neceſſariò Deus ſe intelligens, ſiue ſe concipiens, qui dicitur Deus pater: tunc eſt eius uerbum, ſeu ſuiipſius conceptus, filius eius, à patre in æternitate genitus. Erat itaq; in principio, ante omne tempus in ipſa æternitate, uel in ipſo ptincipio ſummo, id eſt in Deo patre, hoc ſanctiſsimum uerbum, procedens à patre, ab eius ſubſtantia & natura: quoniam יְהוָה Deus pater, dixit Domino יְהוָה, ſiue ut nunc habent libri, לַאדֹנִי, id eſt Deo filio, ſede à dextris meis. Tecum enim principium, in die uirtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum ex utero, id eſt ex propria ſubſtantia ante Luciferum, in principio mũdi creatum, genuiſte. Hoc clariùs habet Chaldæorum ueritas, quæ dicit: dixit Dominus uerbo ſuo. Loqui enim Dei eſt uerbum genuiſſe, ſecundùm Gregorium. Semel autem loquutus eſt Deus: quia aliud Verbum præter unigenitum, non habet. Loquitur enim Deus, & illud ipſum non reperit. Loquitur autem Deus uerbum: quia nullum tempus congruit Deo, nec præteritum, nec futurum. Firmianus Lactantius ait, Deus procedentem de ore ſuo uocalem ſpiritum, quẽ non utero, ſed mente conceperat:

http://www.obrascatolicas.com

inexcogitabili quadam mentis suę uirtute ac potentia, in effigiem, quæ proprio sensu & sapientia uigeat, conprænhendit. Vnde in Psalmo. xliij. Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Contestans uidelicet nulli opera Dei esse, nisi soli filio: qui est uerbum Dei, & quem regnare in perpetuum, necesse est. Melius Graeci λόγον dicunt, quàm nos uerbum siue sermonem. λόγος enim sermonem significat, & rationem: quia ille est & uox, & sapientia Dei. Quis digne fari posset, illam ineffabilem natiuitatem, qua de æterno natus est, & nascitur coæternus? Et quod genitus, ante secula genitus est: sic quod posterior non est genitore? Hoc enim uerbum quod in principio erat (ut ait Basilius) non est nec humanum, nec angelicum, sed est internalis Dei locutio. Hic Dei filius, est simul cum patre, una sapientia, & substantia, qualis enim pater, talis filius. O mira natiuitas, ubi generans suam essentiam, naturam, perfectionem, uirtutem, gloriam, infinitatem, & omnipotentiam, dat generato. Consubstantialis est enim patri filius: quia tres personæ, unus Deus, quicquid Deo conuenit, omnibus personis æqualiter conuenit, quamquam alius pater, alius filius, alius spiritussanctus. Non tamen alterius essentiæ est pater, nec aliud est pater, aliud filius, aliud spiritussanctus. Quia patris & filij & spiritussancti una est essentia, coæqualis gloria, coæterna maiestas. Cum itaq; filius iugiter in patre sit, per essentiam: ideò dicitur secundum Origenem, & uerbum erat apud Deum. Nec fuit in principio, in quo erat uerbum, aliqua separatio uerbi, & Dei uerbum proferentis, quia Deus erat uerbum. Quare nihil minus in filio, quàm in patre, quia Deus de Deo, lumen de lumine. Generationem hanc inenarrabilem, summa ueritas, si non plena luce, aliquali tamen radiolo, in paganitatis tenebris constitutis, aliquantulum aperuit: ut apud Firmianum Lactantium, in de falsa sapientia, pluríma exempla conscribuntur. Refert quidem Hermetem Trismegistum, in eo libro, qui λόγος τέλειος, id est sermo perfectus dicitur, his usum uerbis: Κύριος, καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν Θεὸν καλῶμεν, δεύτερον ἐποίησεν τὸν θεόν. id est, Dominus, & omnium factor, quem Deum nominare uidemur, secundum fecit Deum. Et sequitur, quia hunc fecit primum, solum, & unum: bonus ei uisus est, & plenissimus omnium bonorum, gauisus est, & nimis dilexit, uelut partum suum. Similiter Sybilla Erithræa, in carminis sui principio, filium Dei, ducem & imperatorem omnium prędicat, dicens: παντότροφον κτίσιν. i. omnium nutritorem conditoremq;, qui dulcem spiritum omnibus deposuit, & ducem Deum omnium fecit. Et alia Sybilla. Hunc oportet cognosci, ipsum scito tuum Deum, qui est filius Dei. Hunc filium ineffabilem, Hermes dicit. Quum autem huius causæ uoluntas boni, quæ Deum prouexit, cuius nomen non potest ore hominum fari. Et postea ad filium suum, Hermes loquitur: Est enim O fili, secretus quidam sermo sapientiæ, de solo Domino omnium præsciente omnia Deo, quem dicere, super hominem est. Zeno, λόγον siue uerbum, naturæ dispositorem, atq; opificem uniuersitatis appellat. Quem et fatum, & necessitatem rerum, & animum Iouis nuncupat, ea scilicet cõsuetudine, qua solent Iouem pro Deo accipere, sed nihil obstant uerba, quum sententia congruat ueritati. Est enim spiritus Dei, quem ille animum Iouis nominauit. Nam Trismegistus, qui ueritatem penè uniuersam (nescio quomodo) inuestigauit: uirtutem maiestatemq; uerbi, sæpè descripsit. Et alia Sybilla: omnia uerbo agens. Refert Augustinus libro. vij. Confessionum, apud Platonicos se Euangelij nostri principium inuenisse. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum, & omnia per ipsum facta sunt. Quod dubium non est, quia ea illis sententia placebat, ex nostris in suos libros illud transtulisse: omnia enim ab uno principio dependent, uoluntas increata omnipotens, una & æqualis potentiæ infinitæ, sicut uoluit cuncta perfecit. Sed quia uolentis patris ac loquentis uoluntas, sermo siue uerbum, filius exiſtit: hinc per ipsum uerbum, cuncta facta sunt: dixit enim & facta sunt, mandauit & creata sunt: dixit fiat lux, & facta est lux. Verbo enim Dei cœli formati sunt. Vnde psalmus. xlviij Deus deorum Dominus loquutus est, siue Deus Deus Dominus loquutus est, & uocauit terram. Hic enim dicit אֵל אֱלֹהִים יְהוָה locutus est, ostendens indiuisa esse opera trinitatis, coniungens

iungens אֱלֹהִים cum יְהוָה, ostendens per filium Dei terram creatam. Summa incommensurabilis bonitas uolens, nõ solũ intrà se ab æterno producere: multiplicauit etiã creando in tempore, extrà se suam bonitatem. Sed non potuit Deus optimus, ad imaginem alicuius extrinseci, creasse omnia, nec ad alium finem, nisi ad summum, scilicet seipsum cuncta creare. Quare ad imaginem diuinitatis, et ad Deum, cuncta per ipsum facta sunt. Quomodo autem cuncta fluant à Deo in esse suo, longum esset & impossibile mihi enarrare. Sed ut aliquantulum intelligamus, assumamus dictum cuiusdam philosophantis, in quodam libello suo, de forma prima, scilicet, quod quemadmodum artificiatum fluit à mente artificis: sic scilicet imaginando Deum summum artificem, cuncta quæ fuerunt, sunt et erunt, ab æterno in mente habuisse, & iuxtà uoluntatem suam per omnipotentiam in esse temporale posuisse, absq; medio uel iuuamine extrinseco: omnipotentia enim, nullius adiutorio indiget. Certè si artifex, formam domus aut arcæ in mente concipiens, eam per uoluntatem uelit in esse producere, quia in eo potentia non conuertitur cum uoluntate, sicut in Deo omnipotenti: oportet media multa habere, puta ligna, securim, & id genus plurima, ad introducendam formam præconceptam, quæ media, in Deo non sunt necessaria. Fluit enim à forma Dei ois forma, ab esse diuino omne esse, à bonitate diuina omnis bonitas, & à ueritate diuina omnia ueritas. Et talem fluxum creationem uocamus. Et quia unus Deus est trinus: fluunt triplices creaturæ à Deo, spirituales tantùm, corporales tantùm, & mixtæ. Spirituales sunt angeli, & intelligentiæ. Corporales, sunt uegetatiua, sensitiua, & elementatiua. Mixta natura, tanquã ab utraq; procedens, est homo. Et quia trinitas est in unitate, sequitur in natura spirituali trinitatem esse, scilicet tres ordines, & quilibet ordo, trinitatem complectitur. Sunt enim nouem chori. Ita in natura cœlesti, corporali, et natura elementari, sensitiua et uegetatiua, imago trinitatis consistit: ita & in natura mixta. Ordinem autem rerum, & monarchias has, pulcherrimum esset contemplari, quomodo sapientissimus cuncta quæ fecerat, fecit ualdè bona. Et per has contemplationes, sanctissimus Dionysius, ad Hierarchias ascendit. Sed quia trinitas in unitate est, gerit intrà se omne creatum in suo esse, imaginem trinitatis, per hoc quod habet esse, uirtutem, & operationẽ, per hoc quod est ex potẽtia, obiecto, & actu, per hoc quod est ex suis innatis correlatiuis. Sicut eñ diuina bonitas, est ex bonificante patre, bonificabili filio, & bonificare spiritu sancto, ita bonitas effluxa, hoc uestigium trinitatis intra se gerit, ut nulla bonitas creata, esse posit sine bonificante, bonificabili, & bonificare. Ita quidem de amore, esse, ueritate, & cæteris omnibus, à Deo effluxis. O si hic contemplator aliquis ascenderet, quàm dulcem speculationem inueniret? Profectò nullus infidelis, nullus superbus, auarus, impudicus, incastus, aut alijs sordidis peccatis inuolutus, hanc dulcedinem apprehendere poterit, nec quisquam ita durus, si in hanc contemplandi uiam intrauerit, qui non mollescat. Aduertat hic unusquisq;, quod Deus propter se cuncta creauit, ut omnis creatura suum optimum finem haberet. Creauit autem ultimo Deus hominem, tanquàm in quo complementũ, & creaturarum perfectio consisteret: hominis autem perfectio, in Deo est. Sic itaq; omnis creatura, per hominem in Deum ordinata est. Quare ineffabilis pietatis Deus, hominem in fine creauit, & donis ornauit, libero arbitrio & ratione: ut per rationem ortum suum, et sui conditorem intelligeret, & per liberum arbitrium amaret, ac principio sibi à Deo data naturaliter bona, ac in Deum ordinata, sursum erigeret, ac per uirtutem, obedientiam, & charitatem multiplicaret moraliter. Posuit Deus hominem in Paradiso uoluptatis: posuit animam mundissimam, in corpore terreo, aptissimo, flexibili & obedienti. Dedit ei potestatem totius Paradisi, totius corporis, ut omnium sensuum, corporalium, & spiritualium uti posset. Præcepit, ne comederet de ligno posito in medio Paradisi, ne scilicet per liberum arbitrium abuteretur ratione, & sua principia deordinaret, per superbiam in terram uertens inferius, quæ in obedientia fuerunt sursum plantata. Post quàm enim inuidia diaboli, parens ille primus Adam scilicet, spe seductus inani cecidit: tunc sine uerbo factum est nihil, id est peccatum. Nihil enim entitatis, peccatum

http://www.obrascatolicas.com

habet, alioqui effigiem trinitatis & bonitatis gereret. Confeſtim autem poſt peccatum, poſt deordinationem principiorum, tanquàm exul & peregrinus factus eſt de Paradiſo, quoniam rebellio orta eſt in corpore contrà animã. Hanc autem radicẽ peccati, propter naturæ humanæ naturam, à primis parentib. contractã, omnes ex Adã per propagationem traducti, contraxerunt & contrahunt. O perfidiſsima diaboli inuidia, per quam mors intrauit in orbem. O quàm magnum peccatum, quod omnes poſteros à fine priuaſſet, niſi Saluator miſericorditer ſuccurriſſet. Hîc autem nũc quàm breuiſsimè aperiam, cauſam cuiuſdam præ diſcordiæ, ante ſalutarem ſententiã incarnationis uerbi Dei. Homo creatus & ordinatus eſt ad ſalutem & ad optimum finem: peccatum deordinauit, iuſtitia condemnauit ad pœnam, miſericordia Domini & ueritas iuſtitiæ, ſibi obuiauerunt. Factum eſt itaq; pium bellum, coràm ſanctiſsima trinitate, quę אלהים dicitur, id eſt dij uel iudices. Inter Deum & hominem diuinitas, actor, homo reus, cauſa crimen læſæ maieſtatis, aduocati Dei, ueritas & iuſtitia,
Veritas hominis, pax & miſericordia. Allegabat ueritas contra hominem, criminis magni tudinem, dicens ſceleratiſsimum hominẽ, maieſtatis honorificentiam, & diuinitatẽ blaſphemaſſe: quia exiſtimauit Deum mẽdacem, diabolum ueracem. Deus dixerat, quacunq; die comederitis de ligno ſcientiæ boni & mali, moriemini. Subintulit diabolus mendax, nequaquàm moriemini. Diſcredidit ueritati affirmanti, & credidit falſitati neganti, plus credidit diabolo promittenti mendaciter: ſcit enim (inquit) Deus, quacunq; die comederitis, ſimiles ei eritis. O Deus, nónne odiſti operantes iniquitatem? Perdas itaq; omnes, qui loquuntur mendaciũ, & ſint extrà regnum tuũ, tales uenefici, impudici, homicidæ, idolis ſeruientes, & omnes qui amãt & faciunt mẽdacium. Et quia cõmiſit crimen læſæ maieſtatis, tranſeat hæc ſententia in poſteros: quia tu es Deus zelotes, iudicans peccatũ patrum in filios. Iterum ſecundò allegabat ueritas, Dei ſententiam, dicens: Domine, dixiſti, non eſt Deus quaſi homo ut mentiatur, neq; ut filius hominis, ut mutetur. Dixiſti Domine, quacunq; die homo prẽuaricatus
Miſericordia fuerit, moriatur, moriatur ergó in æternum. Miſericordia contra, defendendo hominẽ, nitebatur attenuare peccatũ per magnificentiã bonitatis, & dixit: Non decet ſummã bonitatem perdere hominẽ. Nã clemẽtiſsime Deus, tu creaſti hominem ad te, & hoc opus tuum Deus, uanum eſſet & uacuũ & imperfectum: niſi conſequeretur finem, quem ei deputaſti uia bonitate Deus. Cõcludit allegatio ueritatis, in angelis, q̃ nullo impellẽte, pecca uerunt & ceciderunt: homo autem deceptus, & ſuggeſtione et calliditate Sathanæ impulſus & deluſus, remedium habeat. Nunquid Domine iraſceris in finẽ? Memorare obſecro, quæ ſit humana ſubſtantia: non enim uanè conſti tuiſti filios hominum. Allegauit ueritas Domine, quod tu non potes eſſe mendax, & hoc ego ſcio: quia tu es, quo nihil uerius. Memorare ergò, ut adimpleatur inſiurãdũ, quod iuraſti ad Abraham famulum tuũ, ſcilicet, in ſemine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. Benedictus ergo Deus Iſrael, qui facit redemptiones plæbis ſuæ. Seruabis Domine promiſſa, & Dauid non fruſtraberis ueritatem tuã, nõ prophanabis teſtamentum tuum, & quæ procedũt de labijs tuis, nõ facies irrita. Dixiſti Domine: ſi autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtitias meas prophanauerint, & mãdata mea non cuſtodierint: uiſitabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberib. peccata eorum, miſericordiam autem meam nõ diſpergam ab eo, neq; nocebo in ueritate mea. Et ideò Domine, ſicut tu dixiſti: in æternum ſeruabis illi miſericordiam tuam. Hoc decretum Domine, quod eſt pietatis, immobiliter perſiſtet, ſtabit, propoſitum tuũ Deus, quo prædeſtinaſti conformes fieri imagini filij tui, ſtabit teſtamẽtũ, quod diſpoſuiſti electis tuis, ſicut dixiſti: Iurauí Dauid ſeruo meo, uſq; in æternũ, præparabo ſedem tuã. Dixiſti Domine per Hieremã: Repentè loquar aduerſus gentẽ, & regnum, ut eradicem, & diſpergã, & euertã. Si pœnitentiã gens illa egerit, à malo ſuo: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui facere. Pœ-
Iuſtitia. nitet mali ſui genus humanum, uſq; quò obliuiſceris in finem? Iuſtitia contra hominem, peccatum aggrauando dixit, quomodo peccatũ hominis læſiſſet ueritatẽ, inſurrexiſſet contra miſericordiam, paci contumelias irrogaſſet, contemſiſſet iuſtitiam,

nam

nam ueritas rõgauerat hominem ſaluandum, miſericordia prædeſtinandum, ut conformis fieret imagini filij Dei, iuſtitia meritum offerebat per gratiam in præſenti, pax præmium per gloriam in futuro, tu autem credidiſti mendacio ô Adam. Ecce non ſolum homo moritur, ſed ut aqua labitur, non pœnitenti, miſericordia non præbeatur Domine. Sed Adam pro pœnitentia uſus eſt blaſphemia, pro confeſſione contumelia. Dum enim Deus deambularet ad auram poſt meridiem: uocauit Adam ad pœnitentiam dicens: quis tibi indicauit quòd nudus eſſes, niſi quòd de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? Dixit Adam: mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi & comedi, quaſi diceret, tibi debet culpa imputari, qui uxorem dediſti mihi. Propterea iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Ideò iudica illum Domine ſecundum multitudinem impietatis, & expelle eum, quoniam irritauit te Pietas.
Domine. Pietas autem uidens, contrà ueritatem & iuſtitiam, non poſſe haberi argumenta pro homine: ſe poſuit ad orandum, pro reconciliatione hominis. Allegabat honorem deitatis du plicem, pietatis & honeſtatis. Honorem pietatis allegabat, orans ac dicens: Propter temetipſum Deus, cui proprium eſt miſereri, ſemper & parcere, inclina aurem tuam & audi: aperi oculos tuos, & uide deſolationem hominis, quem in principio ad tuam imaginem & ſimilitudinem creaſti. Auertatur obſecro ira & furor tuus, à plaſmatione tua. Item allegabat poteſtatem honoris dicens: iuraſti terram promiſsionis, id eſt gloriam dare patribus noſtris. Da ergò piſsime Domine, alioquí detrahetur per dæmones, & Aegyptios potentiæ tuæ, & dicent: Non poterat eos introducere in terram promiſsionis, propterea dimiſit eos ire in perditionem. Sit ergò pax in uirtute tua Domine, ad honorem poteſtatis tuæ. Intellectis allegationibus utriuſque partis, factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi media hora. Quia una hora eſt decurſus totius temporis, medium horæ, eſt tempus ante incarnationem. Altera medietas poſt, ut ſcriptum eſt: cum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, quaſi pro media hora à peccato hominis, uſque Chriſtum, in quo ſilentium fiebat, expectabatur confœderatio ueritatis & miſericordiæ, pacis & iuſtitiæ, Dei & hominis: tunc tractabatur in arcano diuini concilij, quomodo conſopiri poſſet querela inter Deum & hominem. Agebatur inter illos, qui teſtimonium dat in cœlo, pater, uerbum, & ſpiritus ſanctus: & cogitabatur cui illorum committeretur iudicium, inter miſericordiam & ueritatem, iuſtitiam & pacem, Deum & hominem. Pater propter familiaritatem ueritatis ſuſpectus: quia potens es Domine, & ueritas in circuitu tuo. Etiam iuſtitia eſt ei familiaris: quia iuſtus eſt, & iuſtitiam dilexit. Spiritus ſanctus etiam ſuſpectus: quia declinaret in partem miſericordiæ & pacis: ſcitur enim, quòd dulcis & benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. Per conſenſum partium clamatum eſt: Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Et factum eſt, ut pater miſericordiarum, omne iudicium daret filio, quia hic ſuſpectus eſſe non poteſt: quia licet Deus, tamen oculi eius in pauperem reſpiciunt. Ipſe arguet in æquitate, pro manſuetis terræ, & hic eſt Dei filius, quem Ioannes in Apocalypſi uidit ſedentem in ſede iudiciaria, habentem Iridem reconciliationis in circuitu, quia dictum eſt: Ponam arcum meum in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me & uos. Diſcuſsis meritis cauſæ, protulit definitiuam, ut iuxta allegationem pietatis, homo ſaluaretur, & ut immobilis ſententia ſit conditoris, moriatur unus pro populo, & non tota gens pereat. Homo itaque & non alius moriatur: quia dictum eſt, quacunque hora peccauerit homo, moriatur. Sed cuius hominis mors, poterit ſententiæ huic ſatisfacere? Inter natos enim mulierum, nullus idoneus inuenitur: quia angelus non redimet, ſed homo. Quo modo ergò homo inuolutus miſeria, corruptus culpa, redimet: quum redimere, ſit perditam innocentiam & gloriam, iuſto precio & digno recuperare? ſi ergò nec angelus, nec homo, nec aliqua inferior creatura ualet: ualet Deus tantum. Neceſſe itaque, ut Deus ſit ho-

http://www.obrascatolicas.com

mo: Deus propter allegationem pietatis: homo propter ſententiam conditoris. Sic miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, dum in unam confœderationis gratiam conuenerunt, ut homo per miſericordiam liberetur, & propter iuſtitiam, ſententiæ conditoris ſatisfaciat. Vult autem iuſtitia, ut qui pecauit ſatisfaciat. Homo peccauit, ſatisfaciat homo. Voluit homo eſſe Deus: peccauit ergo tantùm, quantùm eſt Deus: ideò homo Deus ſatisfaciat. Et quia homo uoluit eſſe ſapiens ut Deus, filius eſt ſapientia patris: ideò congruit ut nō pater, nō ſpiritus ſanctus, ſed filius patris factus homo, ſatisfaciat. Fiat itaque filius Dei, propter iuſtitiam, filius hominis, propter pacem. Hic aſcende, ad contemplandum bonitatem huius diuini iudicis, qui ut tibi pacem daret, ſententiam talem dedit, propter quam neceſſe fuit, ut ſeipſum exinaniret, & formam ſerui acciperet. O pietas patris infinita: quia proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Hic ſummi regis filius, quando ſuæ ſapientiæ placuit, ad executionem ſuæ ſententiæ, in medio mundi, in media hora temporis, poſtquàm nox tranſiuit, de ſinu patris deſcendit. Fecit autem ſuum aduentum ante præconiſari, & prædicere omni nationi, quoniam ſaluator mundi ueniet, dator uitæ, & regenerator & illuminator. Sed tenebræ eum non apprehenderunt. Expectabant eum ſedentes in tenebris, & umbra mortis, clamantes: Domine diſrumpe cœlos, ueni Domine, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ, ueni ad liberandum nos Domine Deus uirtutum. Memento beneplaciti tui, uiſita nos in ſalutari tuo. Multi ſunt inuenti uiri ſancti & prophetæ, teſtimonium dātes de aduentu eius, alij de loco Bethleem: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquàm minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Alij de mirabili conceptione: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium. Alij de gloriosa natiuitate eius: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Alij de præciſo tempore: Adhuc lxx. hebdomades: Et ueritas de terra orta eſt, id eſt Deus qui eſt ueritas, terrenum corpus accepit, ut terrenis, uiam ſalutis aperiret. Exultent cœli, nubes iuſtitiam induant, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Et Daniel: Ecce in nubibus cœli, & filius hominis ueniens. Ergò regi noſtro, iudici noſtro, miſeratori noſtro: pro tàm clementi miſeratione in nos, gratias agamus perennes, ſemper incomprehenſibilis beneficij memores, quem cum æterno Patre, patre miſericordiarum & totius conſolationis, cum ſpiritu ſancto ſuper dulci & benigno, decet omnis honor, & gloria, in ſæculorum ſæcula. Amen.

De eo quod ſcriptum eſt, Vita erat lux hominum.

PRomiſeram tibi Petre, aliqua de æqualitate conſcribere, ad exercitationem intellectus tui ueritatis auidi, & ad capacitatem apti, ut ſermones Theologicos ſubintrares: ſed me legationis Apoſtolicæ occupatio, citiùs & limatiùs adimplere, non permiſit. Suſcipe igitur grate, quod Deus miniſtrauit: quod Theologus Ioannes Euangeliſta, in his uerbis, uita erat lux hominum, propalauit. Deum patrem per conſubſtantiale ſuum uerbum, id eſt filium, omnibus dediſſe eſſe. Et quod ipſum eſſe omnium, eſt in uerbo ſiue filio ſuo, quia uita erat: & lumen rationis hominis, quia erat lux, quæ & uerbum. Hæc dixit, ut intelligeremus, per uerbum Dei nos tàm in eſſe prodiiſſe, quàm in illuminari in ratione. Poſt ſubiungens, nos poſſe illuminari per dictam ueram lucem, uſquequò perducamur ad apprehenſionem ipſius lucis ſubſtantialis, nos ſic illuminantis: & tunc beati & fœlices erimus. Nam quum intelligere noſtrum, ſit nobiliſſimum uiuere: ſi poterit intellectus intelligere lucem ſuæ intelligentiæ, quæ eſt uerbum Dei, tunc attingit ſuum principium, quod eſt æternum, & eius filium, per quem ductus eſt ad principium. Et hoc intelligere, eſt in ſe: quum intellectum & intelligens, non ſint alia & diuerſa. Erit igitur intellectus tunc cum unitate lucis, quæ uerbum Dei non ſicut uerbum Dei patris cum Deo patre, ſeu filius cum patre, in unitate ſubſtantiæ, quia intellectus

creatus, non poteſt increato Deo, in unitate ſubſtantiæ uniri. Sed homo benè uniturhomini, in unitate ſubſtantiæ humanæ: ideò uerbum caro factum eſt, ut homo, mediante homine, qui uerbum & filius Dei eſt, Deo patri, in regno uitæ æterna, inſeparabiliter uniretur. Hoc myſterium maximum, mediatoris & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, propalatum eſt in ſcripturis utriuſque Teſtamenti: nullibi tamen apertiùs, quàm in Euangelio Ioannis Theologi, cuius modus licet ſit inexpreſsibilis, & incomprehenſibilis, tamen in figura & ænigmate comprehenſibilium, deſcribitur. Volentes autem cum fide intrare in Euangelium, & modum myſterij, qualitercunque ſecundùm humani ingenij uires concipere: neceſſe eſt, ut habeant exercitatum intellectum, maximè circa abſtractiones, animæ noſtræ uires. Quæ igitur nunc circa hoc occurrunt, quàmbreuiſsimè tibi pandam. Legiſti in Beryllo noſtro, quomodo intellectꝰ uult cognoſci. Dico nūc hoc uerum eſſe, & à ſe & ab alijs, & hoc non eſt aliud, niſi quàm quod ſe & alia uult cognoſcere: quum in cognoſcendo, ſit uita eius & lætitia. Docuit autem me Magiſter, qui eſt uerbum Dei: uidere & cognoſcere, idem eſſe, ait enim: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Et alibi: Hæc eſt uita æterna, cognoſcere te Deum. Et iterum: Qui uidet patrem. Vbi uidere, cognoſcere eſt, & cognoſcere uidere. Loquamur igitur de uiſione, quæ cum cognitione hominis coincidit. Et pro ulteriori ingreſſu ad intentū premito: quod alteritas, non poteſt eſſe forma: alterare enim, eſt potiùs deformare quàm formare. Id igitur quod uidetur in alijs, poteſt etiam ſine alteritate in ſe uideri, quū alteritas non dederit ei eſſe. Viſus autem, qui uidet uiſibile, ſemota omni alteritate in ſe: uidet ſe non eſſe aliud à uiſibili. Se igitur refertur tàm ad uiſum quàm uiſibile, inter quæ non cadit alteritas eſſentiæ, ſed eſt identitas. Poteſt autem aliquid omni alteritate ſemota uideri. Id autem quod ſic uidetur, omni caret materia: ſubiectum enim alterationis, nō eſt nihil, nec forma dans eſſe, ſed id quod poteſt formari, quod ὕλην ſiue materiam dicimus. Intellectus autem, dum uidet intellectum in alio & alio intelligibili, & ſubiectum alteritatis materiam, quia per intellectum in ſe uidet: ideò uidet ſe ab omni materia ſeparatum, & uidet quomodo intelligentia, eſt per ſe intelligibilis, ob carentiā materiæ, & omnia quæ non carent materia, non eſſe per ſe intelligibilia, ſed oportere ipſa abſtrahi à materia, ſi intelligi debent. Ideò naturalia ſunt minus intelligibilia: quum habeant materiam, alteritati ualdè ſubiectam, ut patet in qualitatibus actiuis & paſsiuis, à quibus ſi abſtrahitur materia, non ſunt amplius entia naturalia. Mathematicalia autem, ſunt magis intelligibilia, quia materia non eſt tantæ alteritati ſubiecta: qualitatibus enim actiuis & paſsiuis non ſubiicitur, ſed quantitati, licet inſenſibili. Sic enim homo, non uidetur ab omni materiali & ſenſibili, quantificatiua & qualificatiua contractione abſolutus: ſed ens, ſeu unum abſolutum, uideri poteſt, ab omni quantitati & qualitate, etiam intelligibili ſeparatum. Videtur autem hic homo qui Plato, & alius homo, qui Socrates. Videtur igitur homo ſeparatus, ab iſta alteritate indiuiduali. Et hæc uiſio, non eſt ſenſibilis: ſed eſt abſoluta à ſenſibili, per remotionem contractionis indiuidualis. Et non uidetur homo, ſic ab omni materia naturali ſeparatus, ſed ſolum indiuiduali, remanente communi, puta eſt homo, quem ſic uideo, abſolutus ab hac carne & his oſsibus, non tamen à carne & oſsibus, alioqui non eſſet naturalis homo. Et ideò homo quem ſic uideo, eſt uniuerſalis, ſeparatus ab indiuiduis, & cognoſcitur tali uiſione homo, per uirtutem cognoſcitiuam, altiorem ſenſitiua, inferiorem tamen parte intellectiua & organo coniunctam, quæ etiā in brutis inuenitur, & dicitur imaginatiua. Videmus enim canes, hominem in genere, & hunc hominem cognoſcere. Sic uidet homo, hanc figurā, & figurā ab indiuiduali contractione ſeparatam, nō tamen ab omni materia: quoniā non uidet figuram, niſi quantā, quantitas autē materiā ſupponit. Et hæc uiſio, fit mediante ratione, quæ parum ad organum eſt contracta. Vi

Liber de Beryllo.

Viſio.

http://www.obrascatolicas.com

detur etiam Platonis & Aristotelis intellectus, in eorum libris, & intellectus separatus ab omni contractione & materia, siue quantificitiua, siue qualificatiua: & hæc ui sio, fit per supremam animæ separatam simplicitatem, quæ intellectus, siue mens dicitur. Omne autem id, quod uidetur in alio aliter, uidetur per id, quod est in se idem, cum anima uidentis. Videt autem homo, sensum esse alium in uisu, alium in auditu, et ita de reliquis, & sensum sic in alijs aliter existentem, in se uidet sine illa alteritate, esse idem cum anima rationali. Et ita uidet sensum in alijs, per sensum in se, qui est communis, & à contractione induiduali absolutus. Sic rectitudinem in alijs & alijs rectis, per rectitudinem in se. Ita formam in formatis, per formam in se: & iustitiam in iustis, per iustitiã in se: & generaliter extrinsecum cognoscibile, per intrinsecum consubstãtiale. Et hæc uia patet, quomodo intelligibile extrinsecum, fit in actu per intrinsecum, acsi intellectuale præsuppositum seu principium, de se generaret suiipsius uerbum, rationem seu notitiam: illa esset consubstantialis similitudo eius, quia esset ratio intellectualis naturæ, sicut intellectuale præsuppositum, in qua figura, substantiæ suæ principium seu præsuppositum clarificatur. Alio qui sine ratione tali, remaneret sibi & omnibus præsuppositum incognitum. Ex quibus procedit utriusq; amor, seu uolũtas: nam amor sequitur cognitionem, & cognitũ Nihil enim incognitũ, amatum. Et relucet in opere suo rationali, scilicet syllogistico, & maximè in primo modo, primæ figuræ, puta, anima uult ostendere omnem hominem mortalem, & ratiocinatur sic: Omne animal rationale, est mortale. Omnis homo, est animal rationale. Ergo omnis homo, est animal mortale. Prima propositio, est principium siue præsuppositum. Secunda ex fœcunditate primæ generata, est eius fœcunditatis ratio siue notio. Ex quibus sequitur intenta conclusio. Sicut prima est uniuersalis affirmatiua, sic secunda, sic tertia, & non est plus aut minus una uniuersalis, quàm alia. Vniuersalitas igitur in ipsis est æqualis sine alteritate. Sic etiam non plus continet in substantia, prima, quàm secunda, aut tertia. Nam prima, omne animal rationale complectitur, sic secunda, sic tertia. Non enim secunda, quæ de homine loquitur, minus complectitur: quum solus homo sit animal rationale. Sunt igitur illæ propositiones tres æquales in uniuersalitate, essentia, atque uirtute. Hinc non sunt tres uniuersalitates, nec tres substantiæ seu essentiæ, siue uirtutes: propter enim omnimodam æqualitatem, non est alteritas substantiæ in ipsis, secundùm omnem nostram appræhensionem, quî aliud rationale animal non cognoscimus, quàm hominem. Prima tamen propositio est prima, & sic per se subsistens, sic & secunda secunda, & tertia tertia: ita quod una non est alia. Tamen secunda totam naturam, substantiam, & fœcunditatem primæ explicat, sicut figura substantiæ eius, ita quod si prima diceretur pater: secunda diceretur filius, quia æqualis naturæ & substantiæ, in nullo minor aut inæqualis, de fœcunditate primæ genita. Ita tertia, quæ est conclusio utriusque propositionis, pariformiter se habet. Prima memoriæ similatur, quum sit principium præsuppositum, origine præcedens: secunda intellectui, quum sit explicatio notionalis primæ: tertia uoluntati, quum procedat ex intentione primæ & secundæ, uti finis desideratus. In unitate igitur essentiæ huius syllogismi, trium enuntiationum per omnia æqualium: relucet unitas essentialis animæ intellectiuæ, tanquàm in opere suo logico siue rationali. Nam per regulam præmissam, anima rationalis se uidet in syllogismo, ut in suo opere rationali in alteritate operis, uidet se sine illa alteritate, in se, & per uisionem sui in se, uidet se in opere. Et ita habes, quomodo anima pergit per se ad omnia, alia, & nihil reperit aliud, in omni uarietate intelligibile, nisi quod in se reperit, ut omnia sint sua similitudo. Et in uerius omnia uidet, quàm sunt in alijs ad extrà. Et quantò plus egreditur ad alia, ut ipsa cognoscat: tantò plus in se ingreditur, ut se cognoscat. Et ita dum par proprium intelligibile, alia intelligibilia mensurare & attingere satagit: per alia intelligibilia, suum proprium intelligibili, siue seipsam mensurat. Anima igitur, ueritatem quam uidet

quàm uidet in alijs, per se uidet, & est notionalis ipsa ueritas cognoscibilium. Quoniam anima intellectiua, uera notio est, uisione intuitiua per se lustrat omnia, & mensurat, & iudicat per notionalem ueritatem, ueritatem in alijs, & per eam, quam in alijs comperit aliter: ad se reuertitur, ut eam quam in alijs aliter uidit, in se intueatur, sine alteritate ueraciter, & substantialiter, ut in se quasi in speculo ueritatis, notionaliter omnia perspiciat, & se rerum omnium notionem intelligat. Anima uidet terminum, in omnibus terminatis. Et quum termini non sit terminus: uidet se terminum notionalem interminum, sine alteritate, & hic uidet se non esse quantam, nec diuisibilem, ideò nec corruptibilem. Est igitur anima interminabilis, rationalis terminus, & per consequens omnia ut uult, terminat, faciendo terminum breuem, aut longum, propinquum, aut distantem à principio. Et sic facit longas lineas, breues, & breues longas: & mensuras facit longitudinis, latitudinis, & profunditatis, temporis, & omnis continui. Et facit figuras, & quæque talia quæ sine rationali terminatore fieri non possunt. Et terminos imponit seu nomina, terminatis, & artes & scientias facit. Hæc omnia explicat, ex propria uirtute notionali, & de omnibus per se iudicat: sicut de iustitia causarum, per notionalem suam iustitiam, quæ est consubstantialis sibi, quia est ratio iustitiæ, per quam iudicat iustum & iniustum. Anima dum se uidet intrà se habere notionem mundi omnis, omnes omniũ mundi notiones complicantem: uidet se in se esse uerbum, seu conceptum notionalem uniuersorum, & nomen omnium nominum, per quod de omni nomine notionem facit, & uidet omnia nomina suum nomen explicare, quum nomina non sint, nisi rerum notiones. Et hoc est, quia ipsa etiam se uidet omnibus nominibus nominari. Adhuc anima, uidet se esse intemporale tempus: nam percipit tempus esse, in esse transmutabili, & quod non sit transmutatio, nisi in tempore. Percipit igitur tempus esse in temporalibus aliter & aliter, & tunc uidet tempus in se, semota omni alteritate esse intemporale. Vnde quum uideat numerum in uarijs numeratis: uidet etiam numerum innumerabilem, omnia numerantem in se. Et ita uidet tempus in se, & numerum in se, non esse alia & diuersa. Et quum uideat tempus contractum in temporalibus, & in se absolutum à contractione: uidet tempus non esse æternitatem, quæ non est contrahibilis, nec participabilis. Videt & in se non esse æternitatem: quum sit tempus, licet intemporaliter. Videt igitur se super temporalia, in horizonte æternitatis, temporaliter corruptibilem: non tamen est simpliciter incorruptibilis, quia incorruptibilitas, omnem alteritatem antecedit. Vnde uidet anima se coniunctam, continuo & temporali. In hoc enim sunt eius operationes successiuæ & temporales, quas per organa corruptibilia facit: ut est sentire, imaginari, memorari, & similes. Et uidet se absolutam à continuo, in opere intellectus ab organo separati: quia dum intelligit, subitò intelligit, & ita inter temporale & æternum, se reperit. Videt autem animam uti us, plus continuo & tempori siue successioni coniunctam, tardius peruenire ad intellectum: aliam citius, quia minus est immersa continuo, quæ citius se resoluit, habens aptiora organa ad operationem, & præcisiùs attingit. Ex quo uidet, animam nostram indigere organis, & successione temporali, ob suam imperfectionem, ut de potentia ad actum perueniat. Quare intelligentiæ perfectiores, quæ sunt in actu, non habentes necessitatem discursus, ut ad actum perueniant: magis accedunt ad æternitatem, & plus separatæ sunt à temporali successione. Quomodo autem se habeat uisio temporis, ita cõsidera. Hebræi temporis initium dicunt præteritum, cui succedit præsens, & sequitur futurũ. Si respicis ad præteritum, uti est tempus præteritũ: uides ipsum in præsenti esse præteritum, & in futuro fore præteritum. Si respicis ad præsens: uides ipsũ in præterito fuisse præsẽs, & in futuro fore præsens. Si respicis ad futurum uides ipsum in præterito fuisse futurum, & in præsenti esse futurum, & in futuro fore futurum. Et hæc anima in se uidet, quæ est intemporale tempus. Videt igitur se, intemporale unitrinum tempus, præteritum, præsens, & futurum. Tempus autem præteritum, quod semper est & erit præteritum, perfectum tempus est: & tempus præsens, quod semper fuit & erit præsens, perfectum tempus est: sic &

futu-

http://www.obrascatolicas.com

futurum, quod ſemper fuit & eſt futurum, perfectum tempus eſt. Et non ſunt tria perfecta tempora, ſed unum perfectum tempus, perfectum in præterito, perfectum in præſenti, & perfectum in futuro. Hoc tempus nunquàm deficere poterit. Præteritum ut præteritum, non deficit: quoniam ſemper eſt & erit præteritum. Sic nec præſens, nec futurum. Nihil igitur noui in illo tempore intemporali, ubi nihil eſt præteritum, quod non ſit præſens & futurum. Licet enim præterita in præteritis defecerint, & futura in futuris nondum ſint, ſed ſolum preſentia in præſenti: tamen ſecus de tempore præterito & futuro, ut prædictum eſt. Anima igitur, quæ eſt intemporale tempus, in ſua eſſentia uidet præteritum, præſens, & futurum: & nominat præteritum memoriam, præſens intellectum, futurum uoluntatem. Nam in natura intellectuali, præſuppoſitum ſeu quia eſt, eſt origo de ſe generans, ſui ſcilicet præſuppoſiti ſiue quia eſt, intellectum, ſeu quid eſt. Ad quæ, ſequitur intentus finis, qui uoluntas ſeu delectatio dicitur. Omnia igitur in quia eſt, ſunt: & uocatur ille eſſendi modus, memoria intellectualis. Omnia in quid eſt, ſunt: & uocatur ille modus eſſendi, intellectus, quoniam ut ibi ſunt, in ſua ratione ſunt & intelliguntur. Omnia in intento fine ſunt: & uocatur ille eſſendi modus, uoluntas ſeu deſiderium. Hæc conſideratio temporis intemporalis, manifeſtat animam eſſe æternitatis ſimilitudinem, atque quod omnia intuetur per ſe, tanquàm per ſimilitudinem æternitatis, tendens ad æternitatem uitæ, quam ſolum appetit: ſicut intellectualis imago, uitæ ſeu quietis æternę, ad ſuam ueritatem cuius eſt imago, ſine qua non poteſt habere quietem, quietis enim imago, in quiete tantùm quieſcit. Quod igitur anima in ſe reperit, de perfectione eſſentiæ ſuæ, eſſe ſcilicet unitrinitatem temporis intemporalis, & generationem ſecundi, primo tempori ſuccedentis, & proceſsionem tertij ab utroq́, & æqualitatem naturæ, in tribus hypoſtaſibus, intemporalis temporis, & inexiſtentiam unius hypoſtaſis in alia, & ita de reliquis: ad ſuum principium, quod eſt æternum tranſſumit, ut in ſe tanquàm in ſpeculo & ęnigmate, ſuum principium, aliquatenus poſsit intueri. Et hic intellectus animæ, quo in ſe intelligit mundum notionaliter complicari, quaſi in uniuerſali lumine rationis, lucis æternę, quæ eſt cauſa eius & omnium: ad hoc tantùm ordinatus eſt, ut dum in ſe omnia complicare notionaliter ſiue aſsimilatiuè intelligit, & ſuam notionem non eſſe rationem, ſeu cauſam rerum, ut realiter id ſint quod ſunt, ad cauſæ ſuæ & omnium inquiſitionem medio ſui, in ſeſe conuertat, & dicat: in cauſa mei, quæ in me cauſato relucet, ut ſim notionalis mundi complicatio, eſt neceſſariò eſſentialis omnium cauſabilium æterna complicatio, & adæquatiſsimè omnium & ſingulorum ratio, eſſendi pariter & cognoſcendi: in cuius uniuerſalis cauſæ ſimilitudine, participio eius dono intellectuale eſſe, quod conſiſtit in uniuerſali eſſendi & cognoſcendi ſimilitudine, uniuerſalis cauſa. In me enim relucet, uniuerſalitatis & omnipotentiæ ipſius cauſæ, uirtus rationalis: ut dum me intueor, ut eius imaginem, ipſum poſsim contemplando, per mei ipſius tranſcenſum, propiùs accedere. Vt enim me in omnibus uideam, alteritatem ab omnibus ſeparo: ut autem cauſam meam uidere queã, me ut cauſatum, & imaginem linquere oportet, alioquí rationis meæ uiuam rationem, non attingam. Ad hoc autem ut anima mundum hunc, & ſeipſam linquat, quæ ad uiſionem Dei, & ſuæ rationis anhelat, tendit doctrina Chriſti filij Dei, qui promittit nobis hac uia, oſtenſionem patris ſui, creatoris omnium, prout hæc in Euangelio explicatur. Adhuc autem, quía quidam dixerunt animam harmoniam, dicamus etiam de hoc. Harmonía, quæ uidetur de multis harmonicis cõcordancijs in ſe, uidetur eſſe anima. Et primò uidetur conſonãtia, deinde ratio eius, & ex his uidetur ſequi delectatio. Conſonãtia harmonica, uidetur quaſi quía eſt, & præſuppoſitum, & ipſa, ſuiipſíus numerum ſeu rationem generat, in qua, ſe ut in figura ſubſtantiæ ſuæ, intelligit ſeu intuetur: ex quibus oritur delectatio. Vt illius harmonicæ cõſonantiæ, quę dicitur διὰ πασῶν: ratio eſt habitudo dupla, in qua proportione, διὰ πασῶν (ſi eſſet intellectus) ſe cognoſceret & uideret, in adæquatiſsima & conſubſtantiali ratione ſui, ſicut quæ eſt figura ſubſtantiæ eius, in qua cognoſcit ſe, quid

ſe, quid ſit. Nam cum interrogatur, harmonia διὰ πασῶν in quo cognoſcitur? dici debet, quod in habitudine dupla: in illa enim ſe διὰ πασῶν cognoſcit, uti in conceptu ſeu rationali uerbo ſuo. Ideò ſi διὰ πασῶν eſſet intellectus practicus, & uellet ſe inſtrumentis Muſicis ſenſibilem facere: hoc faceret, medio rationis propriæ & conſubſtantialis, in qua ſe cognoſcit, ſcilicet medio habitudinis duplæ. Et uti de διὰ πασῶν dictum eſt, ita uniuerſaliter de harmonia, abſoluta ab omni contractione, διὰ πασῶν διὰ πέντε & διὰ τεσσάρων, prout in ſe uidetur: in qua eſt harmonica concordantia, memoria: ratio concordantiæ, intellectus, ex quibus delectatio, quæ uoluntas. Omnem igitur ſenſibilem harmoniam in alteritate, anima perattingit, ſicut per intrinſecum attingitur extrinſecũ. Sic uniuerſaliter, de omni tàm Mathematica quàm alia ſcientia, dicendum: per uerbum enim, per quod ſe attingit, etiam omnia attingit. Ac ſi circulus Mathematicalis eſſet memoria, ſe attingens in ratione ſua, ſcilicet, quia habet centrum æquediſtans circunferentiæ: in hac ratione cognoſceret ſe, & omnes formabiles circulos, quos etiam per hanc rationem formaret ſiue ferreos, ſiue æreos, ſiue magnos, ſiue paruos. In hoc (ut in ænigmate) anima uidet in æternitate, principium creationis æternum, per rationem ſuæ notitiæ, omnia creabilia creare. Sicut ſi entitas eſſet principium creationis, tunc per rationem entitatis ſuæ, omnia entia crearet, prout hoc exprimitur, per altiloquum Theologum Ioannem de λόγῳ, ſeu rationali uerbo principij, per quod aſſerit omnia facta eſſe. Et cum attendit, quomodo ratio quidditatis entis, eſt & ratio omnium formabilium entium, ac quod ratio illa eſt ante alteritatem, ſcilicet ubi uniuerſale & particulare, non ſunt alia & diuerſa, ſed coincidunt: tunc uides ipſam rerum rationem, ſic eſſe uniuerſalem, quod eſt & particularis omnium. Omne enim qualitercunq́ formabile, non eſt extrà illam rationem formabile, & non eſt in ratione, niſi ratio. Concipe igitur rationem formabilium, & formabile idem: tunc uides, quomodo eadem ratio, eſt omnium formabilium ratio. Quía ſicut uniuerſaliter eſt omnium, pariter & ſingulorum formabilium ratio: ita eſt uniuerſaliter omne, pariter & quodlibet formabile, cum in ipſo ſint idem. Creatura autem, quæ exit ab illa ratione, non ſic ſe habere poteſt, quod ratio & formabilitas eius ſint idem, tunc enim non eſſet creatura: ſed uerbum creatoris. Sed cum ſit ſecundùm rationem & formabilitatem propriam exiens, non eſt uerbum, ſed eius ſimilitudo, in eo ipſo, quod ſecundùm propriam rationem & formabilitatem (quæ in uerbo ſunt uerbum) exit. Sicut ſi Grammatica abſoluta eſſet intellectus, qui ſe in ſua præciſa ratione ſeu definitione, cognoſceret: in illa etiam omnia quæ ſciri, aut extrinſecè dici, uel elocutione proferri poſſent cognoſceret, quía ratio, illa uniuerſaliter & particulariter omnia talia, qualitercunq́ ſcibilia & dicibilia, complecteretur: ita quod nihil dici poſſet Grammaticè, quín ſecundum illam rationem & dicibilitatem, quæ in ratione Grammaticæ, erant eius ratio, exierint ad ſenſibilem mundũ, ſicut erant in ratione, ſeu uerbo Grammaticæ. Dico, ſicut erant in uerbo: quoniam non poſſent aliter exire, ſcilicet per alteritatem, quæ non eſt forma eſſendi, ſed ſicut erant in uerbo uerbum, quemadmodum prolatum uerbum eſt, quía conformatur interno, ſiue mentali. Exiuit enim de uerbo interno taliter, quod ſicut erat internum, ſic eſt & prolatum uerbum. Spiritus autem, ſine quo non poteſt fieri prolatio, procedit à patre uerbi & uerbo, & eſt conſubſtantialis eis, quía cœternus: præcedit enim creaturam, ſicut uoluntas extrinſecam locutionem, ut cauſa ipſius locutionis, quæ eſt tricauſalis, efficiens, formalis, & finalis, de quo alibi. Et ſicut de arte Grammatica dictum eſt: ita te eleues ad abſolutum magiſterium, in quo omnis ars & ſcientia complicantur, & pari modo uideas, rationem magiſterij illius ſe habere, ut de ratione Grammaticæ audiſti. Similiter & de ſpiritu, ſine quo non eſt internus motus, & conſequenter expreſsio magiſterij in creaturis, tàm intelligibilibus quàm ſenſibilibus. Dices. Cum magnus Auguſtinus dicat, animam, trinitatis imaginem habere, memoriam, in qua abdita intelligentia generatur, & procedit ex his uoluntas: quomodo

hoc

http://www.obrascatolicas.com

hoc uideri debeat? Dico memoriam intellectualem, principium esse notionum, sed non apparet nisi cognoscatur. Sicut non apparet, te memoriam habere primi principii, quodlibet est uel non est, nisi in lumine rationis manifestetur. Cum enim rationi manifestatur, statim uidetur semper fuisse uerum, & ita in memoria fuisse reperitur, sed non apparuisse, nisi ratione manifestante. Vnde memoria quæ principium, de se generat sui intellectum, sicut memoria de primo principio aliquod, de se generat sui notionem: hoc est quod dicitur, animam esse locum, siue complicationem specierum. Intellectiua autem memoria, est à materia separata, & ob immunitatem talem, potest reflecti super species intelligibiles, & eas intelligere. Et quia quod intelligitur, cognoscitur ut conueniens intelligenti: ideò consequitur uoluntas. Proprietas autem, consequens animam, inquantùm est specierum intelligibilium retentiua: Memoria dicitur. Illa uerò, per quam ad species intelligibiles conuertitur cognoscendo, Intelligentia dicitur. Sed illa, per quam ad eas intellectas afficitur, Voluntas nominatur. Quare qui dicebant, nostrum scire esse reminisci: si hanc additam memoriam intellectualem uidere potuerunt, non malè dixerunt. Adhuc dico. Nonne si memoriam in se uides, quã in alijs & alijs memorabilibus uidisti: comperis animam esse memoriam? sic de intellectu, in intellectis & in se, & uoluntate, in uoluntate affectis & in se? Vides sic animam esse memoriam, intellectum, & uoluntatem in se. Si autem memoriam uides in sua ratione, in qua se cognoscit, tunc etiam uides, quod in eadem ratione, omnia memorabilia cognoscit: palã qđ nihil cognoscibile, nisi memoretur. Si igitur memoria se ipsam cognoscit, & solum memorabile sit cognoscibile: utiq; dum in se omne memorabile cognoscit, omne cognoscibile cognoscit. Reuelat igitur intellectus, absolutã memoriam: cũ nihil sit intellectus, nisi memoriæ intellectus, et uoluntas nihil est, nisi memoriæ & intellectus simul uoluntas: quod enim in memoria & in intellectu simul, non reperitur, neq; in uoluntate esse potest. At dices: Apparet te nunc aliter dicere quàm suprà, ubi quia est attribuisti memoriæ, & quid est intellectui. Quia est autem citiùs uidetur, quàm quid est: quomodo igitur nunc ais, quod intellectus reuelet memoriam? Dico, quod quia est citiùs uidetur: sed non intelligitur nisi per intellectum eius. Priùs uidetur in memoria, sed ut ibi uidetur quia est, est & non quid est. Dicitur autem intellectualiter occultum, quàmdiu non uidetur in sua ratione, in qua solum intelligitur: omne enim extrà lucem intelligentiæ, quid sit ignoratur. Et cum anima intellectiua, in intelligere uiuat: quàmdiu aliquid non intelligit, in se illud non reperit uitaliter, sed est ei absconditum: sicut sensibile, uisui (quàmdiu id quod auditur, tantùm percipitur) manet absconditum, quousq; uideat. Oportet autem te attentum esse, ne te uarietas modi dicendi impediat. Nam intellectualem memoriam, sæpè doctores nominant intellectum, ut cum dicunt: intellectum, suæ intelligentiæ conceptum, siue uerbum, de se generare. Intelligas intellectum pro patre (quæ memoria intellectualis est) capi. Intellectus etiam capitur, ut est alicuius intellectus, scilicet memoriæ: sicut filius alicuius filius, scilicet patris. Et ita intellectus, est uerbum memoriæ intellectualis, qui λόγος Græcè dicitur. Dices, nònne uerbum se intelligit? & si sic, in uerbo igitur seu λόγῳ de se genito, se intelligit. Ita erit uerbum, uerbum generans in infinitum. Dico, sicut memoria se intelligit in uerbo suo, sic & uerbum se intelligit in memoria, non quod memoria sit uerbum uerbi: sicut & filius, se in patre filium intelligit, non ut à se genito, sed ut in suo principio. Memoria igitur, se & omnia intelligit, in uerbo à se genito. Verbum uerò se & omnia intelligit in gignente: quia uerbum seu ratio intellectualis genita, in se omnia complicans, sicut pater in suo filio, se nosci patrem, & filius in patre suo, se nosci filium. Miraris, quomodo se nosci uerbum, sine suiipsius conceptu, seu uerbo de se genito, cum intelligere, non sit sine concipere. Sed cum aduertis, quod concipere est comune ad generantem & genitum (pater enim generans, non potest se ut patrem cognoscere, nisi in conceptu geniti sui: & filius non potest se filium cognoscere, nisi in conceptu

ptu generantis sui patris) cõcipere non dicit generare in filio, sicut dicit in patre, sed generari. Vnde pater non habet à filio, quod se cognoscit: licet sine filio, non se cognoscit patrem. Cum autem sit naturaliter intelligens, naturaliter de se eum generat, sine quo nec se, nec quicq; intelligeret, nec intelligi posset. Generat igitur de sua intellectuali substantia, consubstantiale uerbum, in quo se & omnia intelligit. Verbum igitur illud, est sine quo, nec pater, nec filius, nec spiritus sanctus, nec angeli, nec animæ, nec ullæ intellectuales naturæ, quicq; intelligere possunt, & omnibus intelligentibus sufficit, ut intelligant. Et non habet opus uerbum, quod sibi & omnib. sufficit, ut suiipsius uerbum generet, cum sit omne uerbum quod generari potest, æquale scilicet genitori, patri æterno & infinito. Cognoscit igitur uerbum in se omnia, quia uerbum patris, in quo pater, & se & omnia cognoscit, quia pater uerbi: sicut uerbũ se & omnia cognoscit, quia uerbum patris. Dico autem, ex præmissis satis cõstare, quod loquens, si intelligit uerbum quod profert, ipsum sensibile uerbum extrinsecum intelligit, per insensibile intrinsecum, et est ipsum intrinsecũ uerbũ, ex sua intelligentia genitum, scilicet rationalis intelligentiæ conceptus, in quo intellectus se & sermonẽ extrinsecum, intelligit. Puta, esto quod intellectus loquentis, sit absoluta æqualitas, uerbum æqualitatis rationale, in quo se concepit, est conceptus simplex & immaterialis, cui nec quicq; addi, uel à quo nec quicquàm subtrahi potest, in eo cõceptu seu uerbo, suam quidditatem intuetur æqualitas. Et per hoc uerbum, omnem extrinsecum æqualitatis sermonem suum intelligit, & omnia æqualitatis opera facit. Et quàmuis nullum nomen nominabile, possit conuenire primo principio, cum ipsum omnem alteritatem antecedat, nomina uerò omnia ad discretionem unius, ab alio sint imposita: ideò discretio & nomen, non perueniunt ad principiũ, alteritatem antecedens. Tamen si æqualitas capitur, pro absoluto inalterabili, omnem alteritatem præcedente in esse & posse, ita quod nec est, nec esse potest aliud, aut recipere mutationem quantamcũq;, siue in plus siue in minus, siue aliter, cum illa quæ aut dici aut nominari, aut concipi possunt, sint post ipsam: tunc est æqualitas, nomẽ primi æterni principij. Ad damus igitur ob nostram infirmitatem, quod sit intellectualis æqualitas, licet plus sit in infinitũ quàm intellectualis, & dicamus, ipsum perfectissimum principiũ, quod est æqualitas, se utiq; intelligere, & ea quæ operatur. Hoc enim ad omnem factorem rationalem, nemo dubitat spectare, domificator enim se intelligit esse talem, & scit quid operatur. Nisi enim creator, creaturę se sciret creatorẽ, & quid crearet, nõ esset creatura plus creatura, q̃ non creatura. Et cœlum non esset plus cœlum, quàm non cœlũ, & ita de omnibus. Si igitur æqualitas absoluta, est idẽ quod creator cœli & terræ: tunc se scit esse æqualitatem, & scit omnia quæ facit. Necesse erit utiq;, quod uerbum cognoscentiæ suæ, in quo se cognoscit, sit suiipsius æqualitas: non enim potest æqualitas, per uerbum seu conceptum suiipsius alium formare, q̃ æqualitatis. Ratio igitur æqualitatis, per quam se cognoscit, quãnos nitimur exprimere per inalterabile, non est nisi definitio, seu figura substantiæ eius. Quare sic eius æqualitas, est æqualitatis æqualitas. Sequitur igitur, quod una est æqualitas, quę est æqualitas, & æqualitatis æqualitas. Est igitur æqualitas de se generans uerbum, quod est eius æqualitas, à quibus procedit nexus, qui est æqualitas: quem nexum, spiritum charitatis dicimus. Quoniam ex æqualitate generante, & æqualitate genita, non potest procedere, nisi æqualitas, qui nexus seu amor dicitur, ac si diceretur: absoluta æqualitas est charitas. Est igitur charitas intellectualis, de se generans conceptum essentiæ suæ, qui non potest esse, nisi charitas charitatis, à quibus utiq;, non potest nisi charitas, quæ est utriusq; nexus procedere. Non possunt autem esse tres æqualitates: quoniam si una esset una, & alia alia, utiq; alia ante alteritatem non esset, ubi solum æqualitas esse potest. Vnde impossibile est, plura omnino esse æqualia, cum plura esse non possint, nisi sint alia & alia, & distincta in essentijs. Non erunt igitur plures æqualitates, sed ante omnem pluralitatem, erit æqualitas generans. Verbum, æqualitas genita, & æqualitas, ab utraq; procedens. Et quàmuis generans non sit genita, nec procedẽs, nõ tamen est ęqualitas generans, alia ęqualitas quàm æqualitas genita, & ęqualitas pro-

http://www.obrascatolicas.com

procedens. Numerus igitur, quo nos numeramus æqualitatem generantem, æqualitatem genitam, & æqualitatem procedentem, cum sit ante alteritatem: non est numerus per nos intelligibilis, cum non uideamus numerum, sine alteritate in numeratis, nisi respexerimus ad numerum in se, ante alia numerabilia, ubi tria sunt ante tria. Tria enim dicimus, quę per tria numeramus, & numerum dicimus tria, per quem tria numeramus, numerus nō depēdet à numeratis. Vnde numerus in se quòad nos, nō est nisi anima, ut superiùs dictum est. Numerus in æqualitate absoluta, non est nisi æqualitas generans, genita, & procedēs, qua in æqualitate sunt numerus qui æqualitas: & non tria numero æqualia, sed tres æqualitatis subsistentiæ, uel hypostases. Videm, enim primò necessarium esse, ut affirmemus, primū perfecti ssimū principiū, ante alteritatem, æternum esse, & ideò nequaq; carere scientia sui, & suorū operū. Et ob hoc necessariò affirmamus, ipsum unitrinū, & (licet omnē nostrum conceptum excedat) ante alteritatem & numerabilia, principium unum esse trinum. Patet ex his, æqualitatem omnia uerbo seu ratione sua, creare. Ideò omnia intantùm sunt, inquantùm æqualitatis rationem participant. Quod autē nulla duo reperiantur omnino æqualia, hoc ideò est, quia duo æqualitatē æqualiter participare nequeunt. Nihil igitur est expers æqualitatis, cum ratio æqualitatis, sit forma essendi, sine qua non potest quicq; subsistere. Quidditas igitur omnium quę sunt, est ęqualitas, per quam omne quod est, nec est plus nec minus, sed id quod subsistit, quæ est omnibus æqualis essendi ratio. Hinc quidditas, non potest recipere magis nec minus, quia æqualitas. Nihil igitur omniū quæ sunt, est multiplicabile: quia omnia intantùm sunt, in quātùm æqualitatis rationem participant, quam plura, æqualiter participare nequeunt Entitas igitur immultiplicabilis, æqualitas est, ita substa ntia, & animalitas, & humanitas, & omne genus, & omnis species, & omne indiuiduū. Indiuidualitas enim, est immultiplicabilis æqualitas. Neq; est quicq; uerum, nisi inquantū participat æqualitatis unitatem seu rationem, sic nec iustū, nec studiosum, nec bonum, nec perfectum. Omnis scientia & ars, in æqualitate fundatur. Regulæ Iuris, aut Grāmaticales, aut aliæ quæcunq;, non sunt nisi participationes rationis æqualitatis. Reducere enim diuersitatem motuū astrorū in æqualitatem, est scientia Astronomiæ Reducere diuersitatem connexionū Grammatilitū in regulā, est scientia Grammaticę, ita de omnib. Neq; aliquod nomen habet quicq; ueritatis, in significatione, nisi in ęqualitate, significantis & significati. Sic & ars quæcūq;, fundatur in æqualitate, ut pictoria, in æqualitate signi & signati, imaginis & exemplaris, sic Medicina, ad æqualitatem complexionis respicit. Iustitia, in regula ęqualitatis, quod tibi uis fieri, alteri fac, fundatur. Sublata æqualitate, cessat temperantia, & omnis uirtus: quoniam in medio, quod est æqualitas consistit. Sine æqualitate, non intelligitur ueritas, quæ est adæquatio rei, & intellectus. Non est nec uita, nec esse, nec tempus, nec motus, nec continuū, sine æqualitate: nō enim est motus, nisi quietis continuatio, & quid quies, nisi æqualitas? Sic de Nunc, quoniam tempus nō est, nisi ipsius Nunc cōtinuatio. Et quid Nūc, nisi æqualitas, quę nec potest esse maior, nec minor? Sic linea, non est nisi puncti euolutio. Quid punctū, nisi æqualitas? & ita uides, penitus nihil posse subsistere, nisi in æqualitate. In omnibus enim quę sunt, quatenus sunt, relucet æqualitatis ratio. Et non est illa ratio multiplicabilis, aut alterabilis, aut corruptibilis: cum sit omnium essendi ratio adęquata, quę nō esset adęquata ratio, si non esset absolutę æqualitatis ratio. Vna est igitur omnium ratio, siue mensura adęquata, scilicet ęqualitas, quæ æqualitatis ratio, nec est maior nec minor, omnibus mensurabilibus. Sicut una ratio circuli, est omnium circulorū dabilium, pręcisa ratio & adęquata, cur nec plus nec minus sunt quàm circuli, siue circuli fuerint inter se æqles, siue inęquales quoad quātitatē, & cętera accidētia. Cōcordia, & pax, & ordo, ęqualitas sunt, per quę omnia & sunt & conseruātur. Sic pulchritudo, harmonia, delectatio & amor, & id genus talia, ęqualitas sunt. Non potes uidere plura inęqualia, sine ęqualitate: in hoc enim concordant, quod inęqualia. Concordia autem & similitudo, quid aliud sunt quàm ęqualitas? sic & delectatio & amicitia, & simile simili applaudit, ob ęqualitatem. Et quàmuis unitas, uideatur pater ęqualitatis, quoniā ęqualitas

litas est semel sumpta unitas, ut alibi habes: tamē æqualitas absoluta complicat unitatem. Id enim est æquale, quod uno modo se habet. In unitate enim, non nisi æqualitas uidetur. Sic bonum, cum sit suiipsius diffusissimum, non habet hoc nisi ab æqualitate, & æqualiter ab omnibus appetitur ob æqualitatem. Omnia sunt à se ipsis indiuisibilia, propter indiuisibilem cuiuslibet ad se æqualitatem. Et quodlibet, est modus quidam, participationis æqualitatis. Sicut si diceretur, quantitatem participare absolutam magnitudinem, & lineam quantam, esse talem modum participationis magnitudinis, scilicet secundùm longitudinem, & superficiem, secundùm latitudinem, & corpus, secundum profunditatem, & figuram, secundùm superficiem exteriorem terminantem, & circulum, secundùm figuram circularem, & sphæram, secundùm figuram sphæricam, & cubum, secundùm figuram cubicam, & ita de infinitis talibus, uari è magnitudinem medio quantitatis participātibus, quæ quidem magnitudo, non est nisi æqualitatis participatio. Quare similiter homo, non est nisi quidam modus participationis animalitatis, & sic leo & equus, & animalitas, est participatio æqualitatis. Aequalitas uerò, æqualiter omnem essendi modum, siue elementalem, siue uegetabilem, siue animalem, siue rationalem, siue intellectualem complicat, sed in alijs participatur aliter, cum præcisio sit impossibilis Aequalitas igitur, omnibus ęqualiter adest, sed non æqualiter recipitur. Sicut Solaris radius in prato, omnibus herbis æqualiter adest: sed non æqualiter recipitur, ut herbæ non sint, nisi uarij modi, receptionis uigoris radij solaris, qui per ipsas participatur. Nonne sublata æqualitate, nihil intelligitur, nihil uidetur, nihil subsistit, nihil durat: quantò enim complexio æqualior, tantò sanior, perfector, & durabilior. Aequalitas ipsa est æterna duratio. Aequalitas quæ uita, est æterna uita. Intelligere, intellectus est uiuere. Vita in æqualitate consistit. Si igitur anima omnia lustrans, uidet sublata æqualitate nihil remanere: concludit omnia ex ipsa, per ipsam, & in ipsa esse. Si tuum in his exercitaueris intellectum, & non ad uocabula, sed ad mentem applicaueris: multa præcisiùs semper, priùs tibi abscondita penetrabis. Nam id quod de trinitate, in sanctis scripturis et doctoribus, ipsas explanantibus, legis, qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus, & quòd filius sit æqualitas patri, & similiter spiritus sanctus, & quòd alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sanctus: utricq; dum ad dicta de æqualitate respicis, melius & firmiùs fide capies. Id etiam quod est omnium difficilium difficillimum, quomodo scilicet erit trinitas, ante omnem alteritatem: melius uidebis, dum attēdes, quomodo tres æquales personæ, non sunt æquales per accidens, sed per essentiam, cum sint sine alteritate æquales. Sic nō sunt, nisi eadem immultiplicabilis æqualitas, quæ cum non accidat personis, aut participetur ab eis, tunc est id, quod quælibet persona esset tialiter. Et nulla potest esse alteritas, ubi non est aliud, quàm immultiplicabilis æqualitas. Vnde quando legitur, quòd alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti, non potest intelligi, quòd sit alia per alteritatem, quam quidem trinitas illa præcedit. Et si id, per quod alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti, uidere uolumus: non reperiemus nisi æqualitatem, quæ est ante alteritatem. Vnde cum dico, æqualitas quæ pater est pater, æqualitas quæ filius est filius, & æqualitas quæ spiritus sanctus est spiritus sanctus: unum dico, non tamen dixi, nisi de una multiplicabili æqualitate. Nam non est uerum, quòd ęqualitas de qua primò dixi, cum dicerem, æqualitas quæ pater est pater: sit alia, aut non sit illa, de qua secundò dixi, æqualitas quæ filius est filius, & de qua tertiò dixi, ęqualitas quę spiritus sanctus est spiritus sanctus. Et quoniam has propositiones, ante alteritatem neras uideo, ubi pater non est aliud quàm æqualitas, sic nec filius, sic nec spiritus sanctus: ideò idem est ac si dicerem, æqualitas quæ pater est pater, sicut æqualitas quia pater est pater. Tunc uideo illam ueram, æqualitas qui pater est pater, & illam, æqualitas quia pater est filius: non uideo priori æqualem, aut æquè ueram. Et ex hoc affirmo, patrem non esse filium, nec spiritum sanctum licet sint eadem æqualitas, ante omnem alteritatem, & adiuuò conceptum ex æqualitate, quam de tempore, & anima, & syllogismo præmissis. Conuertas igitur ad sacratissimum Euangelium, cum exercitato in præmissis intellectu, & confide

http://www.obrascatolicas.com

ra quomodo Ioannes Euangeliſta,ſcripſit Euangelium ad aſtruendam fidem,quòd Ieſus eſt filius Dei, ut credentes in nomine eius,uitam habeant. Et quia audiuit,Chriſtum dicentem ad Deum patrem: Clarifica me tu pater apud temetipſum, claritate quam habui apud te priùs quàm mundus fieret. Et illud: Si cognouiſſetis me,& patrem meum utiq; cognouiſſetis. Et iterum: Qui uidet me,uidet patrem. Et alibi: Quęcunq; habet pater,mea ſunt,& omnia mea, tua ſunt,& tua, mea ſunt. Et ego ſum in patre,& pater in me. Dixit etiam: Ego lux in mundum ueni,ut omnis qui credit in me,in tenebris non maneat. Et alibi: Exiui à patre,et ueni in mundum Et iterum, Sermonem quem audiſtis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris. Et ad patrem dixit: Sermo tuus,ueritas. Dixit etiã,ſeuiã,ueritatẽ,&uiam,&quòd nemo ad patrem ueniret, niſi per ipſum. Et quòd pater dedit ei poteſtatem omnis carnis, ut daret eis uitam. Et hoc quod dedit ei, maius omnibus eſſe: & quòd omnia poſuit in poteſtate eius: & quòd dedit ei omne iudicium facere, quia filius hominis eſt. Dixit ſe filium Dei,& quod pater in eo manens faceret opera, qui & ea fecit opera,quæ nemo ante eum fecit: & quòd opera eius, teſtimonium perhiberent de eo, quòd Deus pater miſit eum,& quòd ipſe eſſet uita & reſurrectio,& panis uiuus,dans uitam æternam,& talia multa,quæ Ioannes audiuit & ſcripſit, quorum omnium reſolutionem, faciens Ioannes, præmiſit Theologiam ante narrationem illorum, oſtendens, quomodo hoc totum uideri poſsit uerum, dicens: In principio erat uerbum. Nam in principio,antequàm quicquàm Deus pater faceret, oportebat illud eſſe, ſine quo nihil factum eſt. Sed nihil à ſapientiſsimo Deo patre,&creatore omnium,ſiue λόγῳ id eſt ratione,ſiue uerbo,factum eſt. Erat igitur in principio,antequàm quicquàm faceret, λόγος, & non erat niſi apud Deum. Et quia non erat aliud, hinc etiam non erat ſic apud Deum,quaſi aliud,ſed erat idem Deus uerbum. Vnde patet, quòd neceſſe fuit,Deum patrem creatorem, habere uerbum rationale,non alterum,ſed conſubſtantiale ſuiipſius,ſcilicet conſubſtantiale uerbum,ſeu rationem,ſiue notionem, in qua eſſet ſuiipſius,& omnium creabilium cognitio. Et quia hoc uerbum erat conſubſtantiale,& eiuſdem naturæ cum patre ſeu creatore, à quo erat, ſicut notitia rei à re: ideò filius, genitus enim eiuſdem naturæ cum generante,filius eſt. Et hoc declarat illud, quod Chriſtus dicebat ad patrem: clarifica me ea claritate, quam habui apud te, priuſquàm mundus fieret, ſcilicet ut clarum fiat, me tuum conſubſtantialem filium eſſe. Hoc ut ait Euangeliſta,erat in principio apud Deum: quoniam Deus,uerbum ſic erat apud Deum,quòd Deus. Et ſic concludit, λόγῳ ante omnem creaturam,fuiſſe apud Deum. Purus enim intellectus, nunquàm eſt ſine ſuiipſius notitia: ſic æternus Deus pater,nunquàm ſine filio conſubſtantiali. Sequitur: Omnia per ipſum facta ſunt. Quoniam intellectualis operatio, omnia per rationem, quæ uerbum eius eſt,facit prout ſuprà dictum eſt,eandem eſſe rationem, qua creator ſe & alia,cognoſcit & creat,prout de circulo exemplum poſui. Et ita facta ſunt omnia, quòd ſine eo factum eſt nihil. Quoniam hoc uerbum, eſt præciſiſsima rationalis definitio & determinatio,omnium creabilium & intelligibilium, ita quòd ſi aliquid à Deo factum eſſet,aut fieret ſine λόγῳ: non eſſet illud rationaliter factum, & hoc de Deo ſapientiſsimo dici,blaſphemia eſſet. Quemadmodum igitur imperio ſapientiſsimi regis, quod ſermone ſeu uerbo promitur, omnia regia fiunt, qui ſermo non eſt niſi ratio(non enim participat rationem, ſermo ſapientiſsimi regis, ſed eſt ipſa ratio & ueritas)ſic uerbo Domini,cœli firmati ſunt, & ſilentio nihil. Quoniam autem in uerbo conſubſtantiali, neceſſariò erant omnia creabilia, ut in uiuifica concludente ratione,ratio autem uiua uita eſt: ideò omne id, quod per ipſum factum eſt, in ipſo uerbo, quod uita eſt, uita erat. Quare & in ipſo uerbo, uerbum. Ratio enim omnis rei,uiuit uita æterna: per rationem enim,per quam circulus eſt circulus, ſemper fuit & erit circulus,circulus ſine defectu. Quæ igitur creaturæ factæ ſunt, etiam ſi in ſe non uiuant: in ipſo uerbo tamen, cum ſint uerbum quod Deus, æternaliter uixerunt. Et hæc uita, non erat tantùm uerbum Dei, quod creat omnia: ſed etiam, per quod dirigit luce ſua hominem, lumine rationis pollentem

tem. Verbum enim Dei,eſt lucerna pedum,ad æternam uitam tendentium. Et erat lux in tenebris ignorantiæ lucens, & tenebræ ipſam lucem (quæ uerbum ſeu ſermo Dei,quo Deus multifariam multisq; modis ſua quidem natura, ſed ſupra noſtrã,in Prophetis loquutus eſt)non compræhenderunt. Fuit deinde poſt omnes Prophetas,homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic uenit in teſtimonium,ut teſtimonium perhiberet,de lumine lucis uerbi Dei,tũc exorto. Non erat Ioannes ille uerbum,quod lux,ſed uenit ut de lumine lucis,teſtimonium perhiberet. Erat autem lux uera,ipſum uerbum,quæ lux,illuminat omnem hominem ratione uigentem,in hunc mundum uenientem. In mundo erat λόγος ſeu ſermo ille, & mundus per ipſum factus eſt: quia Deus pater dixit,& facta ſunt omnia. Et mundus eum non cognouit. In propria loca patris ſui ſcilicet terræ ſanctæ uenit,& ſui eum,tanquàm Dei uerbum non receperunt. Quotquot autem ex ipſis,& omnibus gentibus receperunt eum,& ei ut uerbo Dei, à Deo miſſo, obediuerunt, dedit illis poteſtatem, quamuis eſſent homines,ut fierent filij Dei per gratiam,ſicut ipſe erat per naturam. Et illi qui ipſum receperunt,in ſpiritu ipſius,filij Dei generati ſunt: non generatione illa,qua ex ſanguinibus & uoluntate carnis,& uoluntate uiri, ſecundùm hunc mundum, homines naſcuntur,ſed generatione cœleſti,ex Deo,qui ſpiritus eſt,in ſpiritu nati ſunt. Hoc igitur uerbum,quod hæc omnia poteſt & operatur,eſt λόγος,ſeu filius Dei. Quod quidem uerbum,eſt caro factum: quia filius Dei,factus eſt filius hominis: Et habitauit inter nos,& uidimus gloriam eius,gloriam claritatis,non quaſi alicuius filij adoptionis Dei, uti multi uiſi ſunt, ſed tanquàm unigeniti Dei patris, à patre omnia quæ patris ſunt,habentis uerbum ſcilicet, plenum omni gratia & ueritate. Hæc eſt ſumma Euangelij,ſecundùm intellectum Ioannis altiloqui Theologi. Et hanc explanando ampliat,& probat teſtimonio Dei patris,Ioannis Baptiſtę,Apoſtolorum,miraculorũ,doctrina & aſſertione ipſius uerbi ueritatis,uoluntaria oblatione,ad turpiſſimam uſque mortem,pro ſalute omnium fidelium,& reſurrectione à mortuis. Quibus omnibus, manifeſtiſsimè oſtendit, Ieſum eſſe filium Dei, qui uerax eſt, loquutus eſt, & eius opera fecit,cuius uerba ſunt ſtabiliora quàm cœlum & terra,& promiſſa maxima, ſcilicet reſurrectionis ad immortalem uitã, quam ſolus Deus poſsidet,cuius poſſeſsionis hæres eſt ipſe Chriſtus, & credentes in eum corde & opere,cohæredes. Et fiunt hæc omnia in homine, per ſpiritum ſanctum, à patre & filio procedentem,qui eſt ſpiritus filij,qui & eſt charitas Dei. Quæ dum diffunditur per corda fidelium, facit eos Deo gratos, propter inhabitantem ſpiritum ſanctum, & unit eos nexu indiſſolubili,Chriſto capiti,hæredi, & poſſeſſori immortalitatis,ut in unitate corporis Chriſti, ſpiritu Chriſti uegetati, cohæredes ſint regni immortalitatis,& uitæ æternæ poſſeſſores fœliciſsimi. Hæc eſt ſumma Euangelij,in uarijs ſermonibus noſtris in infrà poſitis,uariè explanati, ſecundùm datam gratiam magis obſcurè dum inciperem in adoleſcentia,& eſſem diaconus, clariùs dum ad ſacerdotium aſcendiſſem, adhuc ut uidetur perfectiùs, quando Pontificis officio, in mea Brixinenſi eccleſia præfui; & legatione Apoſtolica in Germania, & alibi functus fui. Dabit Deus, ut adhuc proficiam, in ea quæ ſupereſt & adhuc reſtat ætate,& demum facie ad faciem ueritatem,in æterna lætitia,amplectar: quod ut ita concedat Deus,tu dilectiſsime frater ora.

Excitationum ex ſermonibus Reuerendiſs. Patris Nicolai de Cuſa,primi libri,finis.

http://www.obrascatolicas.com

Excitationum ex ſermonibus Reuerendiſſ.

Patris, Nicolai de Cuſa Cardinalis Liber Secundus.

Ex ſermone: Tu es Petrus.

Verbum. Veritas. Intellectus.

DVo ſunt, per quæ ſapientia magiſtri pellit ignorantiam, ab intellectu diſcipuli, ſcilicet uerbum, & ueritas: inſtruit per uerbum, & in uerbo, ueritas paſcit intellectum. Ob hoc fuit Chriſtus, uerbum & ueritas: uerbum creatoris, & ueritas omnium ſcibilium. Verbum creatoris ſeu patris ſolùm, eſt potens momentaneè tranſmutare, penitùs ignorantem, in penitùs doctum. Et non caperetur uerbum in intellectu, niſi eſſet ueritas: nam quicquid intellectus apperit, ueritas eſt. Et ſi paſcitur fallacia, non tamen niſi ſub ſpecie ueritatis, unde ueritas, eſt uita intellectus. Eſt igitur uerbum, ueritas & uita, ille, qui de Petro piſcatore fecit ſummum Theologum, quem ſanctus Dionyſius, appellat ſummum uerticem omnium Theologorum. Eſt enim Chriſtus manna abſconditum. Venit enim de cœlo manna, uti Chriſtus, & habet in ſe ſuauitatem, ſiue ſuauem paſcentiam intellectus, circa ſuam humanitatem et diuinitatem indignis abſconditam, quam ſiquis deguſtaret, ille diceret ad alios: Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt Dominus, beatus uir, qui ſperat in eo. Hanc dulcedinem deguſtauit Petrus, qui in Canonica ſua aperit, quòd Chriſtus non poteſt deguſtari, niſi depoſita omni malitia, dolo, & ſimulatione, inuidia, & detractione: nam (ut de ſe patet) illa omnia, ſunt contraria ueritati. Vnde oportet euacuare omnia ab anima, quæ contrariantur ueritati, & tunc euacuatur omnis animalitas, & quicquid ex terreno Adam contraximus, & erimus quaſi modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, & concupiſcemus lac illud ueritatis, ſi ſaltem ipſum deguſtabimus aliquando. Si deguſtabimus (ut ipſe ait) reperiemus, quoniam dulcis eſt Dominus. Quare hanc dulcedinem, non poſſumus, niſi ſemper concupiſcere. Et ita accedimus ad lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, ſcilicet ab illis, qui ex carne & ſanguine ſunt, ſed à Deo electum & honorificatum. Et tunc noſipſi, tanquàm lapides uiui, ſuperædificabimur in domos ſpirituales, in ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Subiungit Petrus, propter quod continet ſcriptura: Ecce ponam in Zion lapidem ſummum, angularem, electum, precioſum, & qui crediderit in eum non confundetur. Nobis autem honor credentibus, non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali, iis qui offendunt uerbo, nec credunt, in quo & poſiti ſunt. Vide quàm admirabilis eſt iſte Theologus, qui nobis aperit uertutes illius lapidis, qui Chriſtus eſt. Nam quamcunq; uirtutem uolueris habere lapidem illum, habet, ſi crediderís, non confunderis. Et non eſt uirtus, quæ appeti poſsit per intellectum, extrà hunc lapidem, quicquid impendis ei, recipies: ſi amorem, amorem, ſi honorem, honorem, ſi miſericordiam, miſericordiam, ſi pietatem, pietatem. Sic ſi offendis, offenderis, ſi maledicis, malediceris, ſi inhonoras, inhonoraberis, ſi accuſas, accuſaberis, ſi ſpernis, ſperneris, ſi iudicas, iudicaberis, & ſic de aliis. Nam lapis eſt uiuus, & eſt ueritas. Hinc eo modo uera fit reflexio, quomodo aut accedis, aut impingis, ſicut expoſcit ueritas. Eſt enim lapis candidus, ſpecularis, quia ſpeculum ſine macula: & uiuus, hinc prout tu te ei repræſentas, ſic tibi reſpondet. Sicut ſi ſenſibile ſpeculum, eſſet rectum & uiuum: tunc eo modo te reſpiceret, quomodo tu te repræſentares. Sic diligentes, diligit, & miſericordes miſericordiam conſequuntur. Quicquid das, dabitur tibi, & accipies retributionem centuplam, quia in poſſeſsione ſeu regno uitæ, fit retributio. Id quod tu das alicui indigenti propter ipſum, ipſi das: quicquid enim feceritis minimo eius, propter ipſum, ipſi facitis: quicquid facitis filio regis, propter regem, regi facitis. Imò quicquid cani regis facitis propter regem, regi facitis, ſed rex non retribuet, niſi ut rex, ſecundùm regnum ſuum: ita Deus rex regum, ſecundùm regnum ſuum, quod eſt regnum ueritatis, & perpetuæ uitæ. Adhuc circa lapidem illum, plura occurrunt, dulciſsimè ſpeculanda. Nam uirtus ineſt lapidibus.

Lapis precioſus.

Alius enim lapis, reddit hominem omnibus amoroſum, alius uictorioſum, alius ſanum cuſtodit, alius pellit morbum, alius phantaſmata, alius ſpiritum malignum, alius dirigit nautas per uiam ad intentum, & ſunt indicibiles uirtutes lapidum. Reperiuntur in lapidibus uirtutes cœli, imagines herbarum, arborum, hominum, piſcium, leonum, & cæterorum animalium, cum mirabiliſsimis uirtutibus. Vnde ualor lapidum precioſorum, excedit ualorem auri, in infinitum, paruus Diamas, multum ualet auri. Conſidera igitur, quomodo in lapide precioſo, eſt materia, quæ eſt dura & difficulter reſolubilis, tactui grata, & tranſparens, lucida, uariè terminata, & terminus eſt color oculo gratiſsimus. Deinde eſt uis in lapide, quæ eſt ſuper omnem ſenſum, quam ex operibus experimur. Conſidera igitur, ſi eſſet calculus paruus, cãdidus, ſeu lucidus, qui haberet in ſe complicitè, omnem omnium lapidum precioſorum uirtutem: ille certè calculus, quamdiu uirtus eius non eſſet cognita, pro nihilo haberetur, & quaſi petra ſcandali ſperneretur. Sed ſi quis crederet alicui maximo & doctiſsimo magiſtro, qui oſtenderet calculum, & annunciaret uirtutem eius: ille poſtquàm crederet, reperiret ita eſſe, & talis poneret lapidem illum, ſuper omnes lapides in Zion. Sic dicitur Chriſtus per ſimilitudinem lapis, qui reprobatus; factus eſt in caput anguli. Ille autem qui oſtendit primò calculum, fuit Ioannes Baptiſta, & oſtendit ipſum, ex reuelatione patris, & oſtendit ipſum, ut ſacerdos maximus, & completio ſacerdotij Veteris teſtamẽti. Ille qui oſtendit ipſum, poſtea ex reuelatione patris, fuit Petrus ſacerdos, in quo eſt complicatio ſacerdotij Noui teſtamenti, ut ex Euangelio hodierno. Vnde attende, quòd ſicut lapis candidus, ex puriſsimis guttulis elemẽtaribus, in terra uirtute cœleſti coagulatur, ita quòd lapis precioſus, incomparabiliter excedit matrem, & non habet alium patrem, quàm uirtutem cœleſtem: ſic Chriſtus, ex puriſsimis guttulis, uirginis glorioſæ, uirtute altiſsimi exiſtit compactus, & habet calculus ille, materiam ex terra uirginea, & de cœlo candorem, ſeu animam lucidam ſeu rationalem: quia lux ratio, de cœlo lucidiſsimo. Cœlum lucidiſsimum, eſt ſapientia ſeu ratio æterna: per quam omnia facta ſunt: nihil enim eſt, cuius ratio ut eſſet, non exiſtat. Habet uirtutem, quia candor ille animæ rationalis, eſt in luce originis ſuæ, & ita hypoſtaticè ſuſtentantur in uirtute, quæ eſt cauſa omnis uirtutis, & ita eſt uirtus diuina. Sicq; habet corpus, anima, & deitas, optimè figurari in calculo. Vnde non eſt hic calculus nominabilis, quia omnium lapidum nominibus nominari deberet, ſecundùm uirtutem eius, quæ eſt omnium uirtutem complicatio. Sed qui accipit eum, reperit in eo lapide, nomen ſcriptum, non eſt tamen illud alteri communicabile: ſicut Paulus, quando in tertium cœlum raptus accepit calculum, benè ſciuit quod recipit, non autem potuit hoc fieri, niſi reperiſſet nomen eius inſcriptum in eo, quod recipit, nomen enim eſt omnibus rebus inſcriptum, & quicunq; naturaliter accipit quamcunq; rem, ille reperit nomen eius in re, quia nomen eſt notitia. Intellectus ſi accipit, cognoſcit ſeu intelligit. Simul igitur cum re recipit nomen, alioqui non accipit, niſi ſimul nomen uideat in re, quam accipit. Accepit igitur Paulus calculum, & uidet nomen, ſed non potuit reuelare: quia non eſt poſsibile, quod reueletur, niſi recipienti calculum. At ſi aliquem fructum incognitum prius deguſtaſſet Paulus, cuius ſapor omnem ſaporem complicaret: non poſſet Paulus, tibi ſaporem quem deguſtaſſet reuelare, per omne nomen tibi cognitum, quia nullum ipſum nominaret, ſed poſtquàm deguſtaſſes fructum illum, tu reperires in guſtu, nomen non dicibile aliis. Sic Ioannes in Apocalypſi, manna abſconditum uidit cum calculo candido, dari uicenti. Et Iudæi neſciuerunt, quid eſſet manna, nec alter alteri dicere potuit ſaporẽ eius, hinc nominarunt מן הוא, hoc eſt, quid eſt hoc: omnem enim ſaporem in uno ſapore complicatum repererunt, & ſecundùm deſideria cuiuſque, reperiebatur ſapor. Sic Chriſtus, qua fide capitur, ea ſa-

Manna.

http://www.obrascatolicas.com

ſatiat,& quiſq; experitur ſecundùm menſuram fidei,ſe aſſequi deſideria, in Chriſto Ieſu Domino noſtro,ſemper benedicto.

Ex ſermone alio, ſuper Tu es Petrus.

Poteſtas. NOn diceret Chriſtus: Super cathedram Moyſi, ſederunt ſcribæ & Phariſæi, quæ dicunt facite:niſi ueritas eſſet alligata Cathedræ.Non enim eſt alius,qui ex cathedra præcidit, quàm Chriſtus,qui audiendus eſt. Nec diceret,quæ faciunt facere nolite,niſi illa duo ſtarent ſimul,ſcilicet ueritas doctrinæ,& peruerſitas uitę. Quàm firma igitur eſt eccleſiæ ædificatio,quia nemo decipi poteſt,etiam per malum præſidentem. Mandat Chriſtus, quòd ipſos prælatos audire debeamus,quia eos audiendo,Chriſtum audimus. Qui uos(inquit)audit,me audit.Si igitur ex præcepto Chriſti,obedire debeo prælato & præpoſito,etiam διυχόλῳ, ut dicit Petrus Apoſtolus: non poſſum igitur decipi, quando adimpleo præcepta Chriſti.

Ex ſermone:Simile eſt regnum cœlorum,homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

Regnum. OPortet Euangelizantem regnũ Dei,in ſe duo habere. Primò ſcilicet,quòd ipſe ſciret,illa quæ ſunt ſuprà omnem creaturam, quia quæ ſcimus,loquimur. Et deinde quòd illa humaniter nobis exprimeret, quia alioquí non intelligeretur. Hoc autem aliter fieri non potuit, niſi per eum qui uenit de regno cœlorum,& aſſumpſit organa humana,& locutus eſt ut homo. De ineffabili uerò non poteſt homo loqui,niſi per ſimilitudinem. Loquutio enim de ineffabili,eſt ſimilitudo exprimens id,quod uti eſt,exprimi nequit. Et ideò Chriſtus,multas ponit ſimilitudines regni cœlorum, quoniam nulla ſufficit. Vocatur autem regnum cœlorum : nam cœli enarrant gloriam Dei. Sunt autem cœli,intellectuales ſpiritus,fecit enim Deus cœlos in intellectu,id eſt,in regione intellectuali. Nam in illis cœlis intellectualibus,eſt unus rex,qui in omnibus præſidet,ſicut una uis regis eſt, ut regis, in omni loco regni,ſicut una uis animę uiuificantis,in omnibus uiuis membris animalis. Et una lux,in multis illuminatis,& una facies,in multis ſpeculis. Vocatur autem regnum cælorum,regnum ueritatis,quia ueritas non poteſt eſſe,niſi una:quod enim eſt aliud & diuerſum, non eſt uerum. Vnde propterea non eſt niſi unum regnum, quod uocatur ueritas, & illud eſt in multis cœlis : regnum enim, eſt unitas multitudinis cœlorum.

Ex eodem.

Bonum. Margarita. Nemo quærit margaritas, niſi quia bonæ ſint.Id igitur quod in margaritis quæritur,eſt bonum.Et quia bonum in omnibus quæritur:hinc bonum, quod nõ eſt in ſe, ſed in alio,nunquàm ſatiat negotiatorem,qui nũquàm ſatiatur,niſi inueniat bonum illud unum. Puta negotiator margaritarum nunquàm ceſſat, niſi quando inuenit illam unicam bonã,quæ quum talis ſit,quòd melior inueniri non poſsit, quando nec melior eſſe poteſt:ideò tunc eſt in termino motus,& ampliùs non quærit,nec quærere poteſt,quia adeptus eſt quæſitum. Quando quæſitum adeſt,quæri ampliùs non poteſt.Sed ſi illa margarita,eſt ita bona & precioſa, ita quòd melior eſſe non poteſt:tũc eſt incomparabilis, niſi negociator quantumcunq; diues, uendat omnia quæ habet, & emat eam.

Ex eodem.

Margarita. Regnum cælorum. Omnia à Deo habemus,ex nobis nihil. Quando igitur omnia uendimus,ſumus in omnibus pauperes, & nihil habentes,ut emamus unam illam margaritam,in qua habemus deſideratum, ſicut mœchanici in arte. Sicut ſi diſcipulus uenderet omnia, ut emere poſſet ſcientiam unam à magiſtro,qui omnem haberet ſciẽtiam. Aut ſi quis omnia quę haberet,reſolueret in pecuniam,ut illa emere poſſet agrum, in quo eſt theſaurus abſconditus,omnium diuitiarum. Et ita conſidera,quòd qui debet emere regnum

gnum cœlorum,oportet quòd uendat omnem libertatem, & faciat ſe ſeruum eius,à quo debet emere margaritã, uel agrum theſauri.Nihil enim illi manebit,omnia ſunt magiſtri aut mercatoris,qui uendit:ſi uiuis,uita non eſt tua,ſed Domini tui,cui te uẽdidiſti.Vide quomodo uendendo & depauperando, acquiris diuitias, mortificando,uitam.Si igitur uis immortalem ueritatem ac uitam aſſequi: oportet,quòd omnia membra tua,non ſint niſi inſtrumenta ueritatis,lingua non loquatur niſi uerum,manus ſine dolo,ſic pes,ſic oculi,ſine concupiſcentia rei alienæ. Conſidera,quomodo margarita generatur ex rore cœli, & quomodo efficitur nobilis & magna,ex conquaſſatione.Ita ſancta Margarita,facta eſt nobilis, ex conquaſſatione paſsionis.Dicit Euangelium,quod regnum cœlorum,eſt ſimile homini negotiatori,quęrenti bonas margaritas.

Conſidera,quomodo margarita eſt ſapientia,quæ eſt æterna, lucida,& quæ nunquàm marceſcit: in qua ſunt omnes theſauri abſcõditi: ſublata enim ſapiẽtia,non eſt theſaurus. Beſtiæ non habent theſaurum auri uel margaritarum:quia abſq; diſcretione rationali,non habet eſſe,nec ſcitur,nec cognoſcitur abſq; illa,ille theſaurus. Sicut color nõ eſt apud cæcum à natiuitate,quia nec ſcitur,nec cognoſcitur. Vnde ille,qui uendit omnia,& emit unam margaritam:habet in una margarita omnia ſua, & plus in centuplo. Nam ualor margaritæ, prævalet intantùm,quòd ſi aliquis haberet omnes denarios,adhuc non poſſet emere illam, quia ſemper plus ualeret. Oportet igitur eum adhuc uendere omnia:non enim emitur,niſi tantùm detur, quantùm habetur,& haberi poterit per ementem. Sicut igitur omnia per ſapientiam facta ſunt,ita per ipſam,omne deſiderabile attingitur.Sicut diſcipulus,qui conſumpſit totum patrimonium,ut acquireret aliquam particularem ſcientiam, habet in illa omnem theſaurum ſuum:quia ex illa uiuit, & extrahit quicquid ſibi fuerit opportunum, & profert noua & uetera.Et tamen non perit neq; minuitur theſaurus, ſeu ars,uel ſapientia:imò continuè plus augetur. Hæc ſapientia non poteſt haberi, niſi quando ratio ei deſponſatur,& induit eam. *Ex eodem Margaritę Sapientia.*

Ex ſermone:Filij huius ſæculi,prudentiores filij lucis, in generatione ſua ſunt.

Prudentia ſæculi. QVomodo filij huius ſeculi ſunt prudentiores,aſtuti, ut eſt prudentia ſiue aſtutia animalium,& ſerpentium. Nam quum animalia,non habeãt Meum & Tuum: habent aſtutiam ut uiuant, & illa eſt aſtutia propria cuiuslibet, quæ dici conſueuit,umbra intellectus,ut prudentia formicæ. Homo huius ſæculi ad hunc finem,ut habeat diuitias uitæ temporalis, ſe ſubijcit omnibus periculis,facit ſe ſeruũ,obedit,uadit per mare,decipit. Filij lucis ſeu æternitatis,pro æterna uita adipiſcenda,non habent talem prudentiam aliquo modo.Sicut alij filij ſæculi,alij lucis:ita alia prudentia ſæculi,alia lucis,& contrariantur,ſicut tenebræ & lux.Nam prudentia lucis,eſt ut ponderoſa & tenebroſa abijciantur, & ponit diuitias ſuas in paupertate,quoad hoc ſæculum, & in ijs quæ non ſunt temporalia,ſicut eſt iuſtitia,fides,ueritas,& facit opera lucis,& non tenebrarum. Prudentia uerò huius ſæculi,oppoſito modo,& opera lucis fugit,& facit opera tenebrarum. Opera tenebrarum,ſunt luxuria,furta,deceptiones,odia. Opera lucis ſunt:iuſtitia, ueritas, charitas,amor,pietas,miſericordia,& huiuſmodi talia omnia.

Ex eodem.

Prudentia lucis. Prudentiã debet habere filius lucis.Nam de bonis non ſuis,ſed Domini ſui,debet ſibi facere amicos. Quis eſt igitur illi Dominus ſuus? eſt ille diues homo Chriſtus, rex regum,in cuius manu omnes fines terræ.Ille te conſtituit uillicum, nam plura cõmiſit tibi de bonis ſuis,habet enim multos filios ille diues,quia omnes ſumus eius,et dedit omnibus filijs ſuis terram iſtam, & omne quod eſt pro indiuiſo, & docuit nos quærere panem noſtrum quotidianum. Deinde dedit tibi,quòd præ cæteris,maiori luce rationis polles,ut ſuper hunc communem panem, qui eſt noſter panis, uillicationem aliquam habeas.Iſte panis,eſt Dei & filiorum ſuorum:tu autem,habes uillicationem creditam,ut panem illum colligas & diſpenſes,ſecundùm legem Domini.

http://www.obrascatolicas.com

quæ eſt charitas. Si es auarus, & colligis panem Domini tui, & non diſpenſas ſecundùm legem: expectabis tormentum, quia tortoribus traderis.

Ex eodem.

Tempus. Æternitas. Tempus, eſt imago æternitatis. Diſſipare tempus, eſt diſſipare bona Dei, quum Deus ſit æternitas & tempus eius imago, fluens ab eo. Tempus aſſimilatur Deo, & hinc nihil eſt præcioſius tempore, in quo relucet æternitas. Æternitas, eſt ut linea recta infinita, ſeu ut rectitudo infinita. Tempus, ut curuitas ſeu incuruatio, cadens à rectitudine, quaſi linea curua circumferentialis circuli. Et eſto, quòd ſæculum ſit, ut una illius circuli reuolutio ſuper rectam, unde non tangit, niſi in puncto ſiue Nunc. Temporis ſubſiſtentia, eſt nunc æternitatis. Duratio infinita, aſſimilatur lineæ infinitæ, quia eſt rectitudo infinita. Curuitas non poteſt eſſe infinita, ut alibi habes: quia recipit magis, & minus. Circulatio, eſt prima curuitas, cadens ab infinita & æterna rectitudine. Et ideò eſt duratio temporalis, cadens ab æterna. Et gerit æternitatis imaginem, rotunditas circularis: quia principium & finis coincidunt. Motus circularis, eſt ſimilior æternitati, à qua cadit neceſſariò: quia circularis: homo filius huius ſæculi, ut filius huius ſæculi, eſt finis mundi huius, & omnis motus & temporis eius, & filius huius ſæculi, eſt filius alterius ſæculi, ſicut tenebræ uertũtur in lucem. Lux enim, eſt finis tenebrarum, & lux, in luce unde ortum habuit, quieſcit, tanquàm in principio & fine. Totus hic mundus, eſt propter microcoſmum hominem, ut ille ſit & uiuat, & eſſe eius & uita eſt, ut homo interior, ſiue ſemen diuinum excitetur, & uiuat æternaliter. Ecce eſt æternitas, à qua cadit tempus, & illud ordinatur, ad uitam intellectualem, quæ unitur æternitati. Sic eſt æternitas, α & ω. Ab æternitate, deſcendit duratio initiata intellectualis, ſed ſine fine. Deinde initiata, ſed cum fine. Deinde initiata, cum fine & ſine fine. Alibi tamen melius habes, quomodo æternitas primò, deinde intelligentia, deinde mundus, deinde homo. Sic etiã eſt hõ, deinde mundus, deinde intellectus, deinde æternitas.

Verbum intellectuale. Ex ſermone: Sic ueniet, quemadmodum uidiſtis eum euntem.

SI quis conciperet, uerbum internum intellectuale, in charta aliqua inſcribi, & deinde, poſtquàm ibi recepiſſet corpus, ex materia chartæ, quaſi literæ illic ſint extrà chartam eleuatę, ſicut ex lapide eleuãtur arte magiſtri. Deinde poſtquàm literæ illæ ſunt perfectè eleuatæ, ſeparentur, ita quòd non hæreant materiæ, & ſint tamẽ literæ ſubſiſtentes ſub illis figuris, & quantitate ſicut extractæ ſunt. Ponatur igitur, quòd illa dictio, quæ in ſe habet uerbum intellectuale, ſic ſe habeat, quòd uerbum illud uiuum liberetur, non à literis in quibus eſt, & quibus eſt uerbum inſeparabile coniunctum, ſed liberetur à corporalitate, & contractione literarum, ita quòd uerbum in literis permanens, non ſit reſtrictum ad modum literarum, ſed ab illa contractione ſit liberum, & hoc per mortem, per quam tranſit figura huius mundi. Vnde & ſi tunc uerbum in litera, ſit ſine modo literarum: poteſt tamen eſſe modo, quo uelit. Et tale uerbum, quando uoluerit, habebit modum eſſendi literarum, qui in oculis eſt inuiſibilis, uel propter paruitatẽ, aut magnitudinẽ, aut abſq; colore uiſibili.

Ex ſermone: Ego ſum panis uiuus.

Sapientia. DEſiderium ſapientiæ, eſt in omnibus hominibus: quia omnes homines naturaliter ſcire deſiderant. Eſt quædam uocatio, ſeu motio, ſeu attractio, nobis cognata, ut ſit à Deo patre crearore data. Quare niſi ſic traheremur, nũquàm ad ſapientiã peruenire mus. Habemus igitur quandã cognatã notitiam ſapientiæ, ad quam mouemur, ſed ipſam nondum appræhendimus, neq; apprehendere poſſumus, niſi in ſupremo magiſterio, ſcilicet in uerbo patris, in Chriſto Ieſu. Magiſter Chriſtus, eſt uitam præſtans, ſicut magiſter, qui in aliqua arte, dociles inſtruit. Nam quum ille ſit uiuens ſeuſciens, accedentem ad ipſum illuminat ſuo uerbo, & facit eum uiuum ſeu uidentem. Pater, eſt magiſter creans intellectum, & concreauit illi deſiderium ad ſapientiam. Et tunc qui docilis ad magiſtrum accedit, ut ex ſapien-

ſapientia magiſtri, fiat ſapiens & magiſter: ille eum per uerbum ſuum, ſcilicet Chriſtum uiuificat, & cœcum intellectum docilis illuminat, & ſic adæquat, uti magiſter in ſcholis, adæquat ſuo intellectui, intellectum diſcipuli. Sed non poſſumus ad magiſterium pertingere, in hoc mundo, quia ſumus in ſcholis, & diſcipuli. Et ideò quando eximus ſcholas iſtas, trãsferemur in magiſterium, & erimus ſimiles ei, Chriſti formes, & magiſtri, atq; ſapientes. Et hæc eſt reſuſcitatio, quãdo id apparet in re quod nunc gerimus in ſpe. Manna eſt figura panis uiui, uidere eſt uita oculi, & non attingit illud, quod eſt in literis, niſi per doctrinam. Sicut magiſter, facit uidere eſſe uiuum, uita intellectuali, ut uideat continentiam literarum: ſic ſapientia, facit uidere patrem creaturæ in creatura.

Ex ſermone: In hoc eſt clarificatus pater meus, ut fructum plurimum afferatis.

Præceptum. QVando in nobis loquitur Chriſtus, ſiue æterna ſapientia: tunc illa loquitur in ratione noſtra. Nam Chriſtus eſt ſapientia & ratio infinita. Præcepta rationis, ſunt præcepta æternæ legis, quæ eſt ſapientia patris. Et ſicut ars, non habet eſſe, niſi in intellectu, & tunc manet, quãdo ſeruat præcepta: nõ poteſt aliter manere ars intellectualis, niſi in ſeruando præcepta intellectus. Manere enim eius, eſt ſeruare id, propter quod conſtituitur in eſſe. Et hoc ſeruare, eſt manere, & hoc manere, eſt amare. Quando intellectus, præcipit arti ut ſeruet præcepta eius, & ſeruat: manet, ſeruare, obedire, manere, amare, idẽ. Si ſicut Chriſtus fuit obediens patri, uſq; ad mortem, ita & nos Chriſto: tunc uti Chriſtus manet in dilectione patris, ita & nos in dilectione Chriſti manebimus.

Ex ſermone: Gaudium meum in uobis ſit.

Vinum. IN uino eſt duplex natura, ætherea & elementaris. Sic eſt in homine, quò ad animam & corpus. Sed in Chriſto, quum ſit uti uinum optimum, quo non poteſt dari perfectius: tunc potentia illius, iũcta eſt infinitati. Sed infinitas, eſt Deus. Quare habes, quòd Chriſtus, quum ſit uti uis uini uitis ueræ, tunc eſt Deus & homo, tunc ultrà illa, uitis eſt per ſe integra, & in uirginea terra, recepit incrementum. Et non eſt niſi una terra ſacratæ uirginis, & una uitis, & unus agricola, pater cœleſtis, & unus calor decoquens. Vnde ad habendum uinum, eſt neceſſarium, quòd habeas uitem & terram fœcundam, & calorem cœleſtem ſeu ſolarem, & agricolam. Et non eſt poſsibile, quòd ſi debet eſſe uerum uinum, quòd aliquid alienæ mixturæ habeat, quòd etiam illud non requiratur item ueram. Et non poteſt eſſe, niſi una uitis perfecta: quia ſi plures, tunc quælibet poſſet eſſe perfectior, addita perfectione aliarum. Et ſic non eſt niſi una uitis, una terra, unus agricola, & una influentia ſolaris. Terra uirgo, uitis Chriſtus: calor ſolaris ſpirituſſanctus: pater de cœlis agricola: illa uitis quæ debet ferre fructum, non poteſt niſi fructum gaudij & uitæ ferre, uinum enim lætificat. Vnde quum uita non ſit niſi lætitia, ob hoc dicimus æternam uitam æternam lætitiam. Tunc illa uitis, eſt arbor uitæ infinitæ, & gaudij æterni. Impoſsibile eſt igitur, aliquem poſſe habere uitam, niſi ex arbore uitæ eam habeat, quę eſt Chriſtus ſemper benedictus. Amen.

Ex ſermone: Qui facit uoluntatem patris mei, qui eſt in cœlis.

Vua. Vinum. IN uuis eſt quædam uis ſpiritualis, quam ſine decoctione ſolaris influentiæ, non poteſt explicare, & quando iſte ſpiritus eſt conceptus, tunc fecit in expreſsione uuarum, quendam motum, per quem muſtum purgatur, & denuò naſcitur, ut fiat uinũ. Sic quidẽ genus quoddã diuinum (ut ait Paulus in Actibus Apoſtolorum) nos ſumus. Et hoc genus ſeu ſemen, in terra fertili gerimus, uti lignum ſemen ſuum: & in ſpiritu noſtro, recipimus ſpiritum, uti uua in ſpiritu ſuo, recipit ſpiritum ſolarem: & ſecundùm operationẽ ſpiritus Dei, in noſtro ſpiritu, facimus fructũ multum

http://www.obrascatolicas.com

& diuinum,ut ſimus uitam habentes in nobis, quando noſter ſpiritus, & in ſe geſtãs ſpiritum uitæ. Vna influentia Solis,efficit in omnibus uitibus uuas,ita ut ex omnibus poſsit uinum exprimi:ſed aliud eſt nobilius alio, & nullum uti aliud,quia aliter & aliter,idem radius recipitur,unde unum uinum debile, aliud forte. Et unum poteſt conuertere tertiam partem aquæ ad ſe,aliud plus. Sed ſolum eſt uinum, unum uinum,quod ſine menſura poteſt, & eſt ſpiritus uitæ noſtræ rationalis,quem omnis ratio participat uariè.Et hic ſpiritus,eſt ratio abſoluta, quæ eſt Deus,quæ ſolum in uiuo fructu,humanæ plantationis,eſt fructui unita,ſecundùm eſſentiam non participationem. Ecce quomodo hic homo eſt Deus, & eſt omnis lætitia hominis,& lætitia abſoluta,quę eſt rerum ratio.Eſt omnipotens,ad conuertendum ad ſe,& in ſe omnia rationalia,quæ ſe applicant unitioni:ſicut uinum,quo fortius eſſe nõ poſſet, omnem aquam,quæ ei uniretur,tranſſubſtantiaret in uinum. Ita ex unione ad rationem infinitam,quæ eſt in noſtra natura,in Chriſto Ieſu, cui aliter uniri non poſſemus: extrà naturam transferimur in filiationem Dei,qui ſumus filij hominum. Accipimus enim ſpiritum Dei,in noſtro ſpiritu, per quem efficimur hæredes Dei, & cohæredes Chriſti.In anima eſt ſpiritus uitæ,qui uiuificat ſenſibile corpus, animæ unitum:ſicut in uino eſt ſpiritus quidam, qui uiuificat omnem aquam ſibi unitam. Et hic ſpiritus eſt ille, qui omnia operatur, quæ ſunt uirtutis in uino. Vnde hic ſpiritus, habet centrum ſurſum,& ſeparat ſe ab aqua,quia deſurſum eſt. Et ſi penitùs poſſet ſeparari,non poſſet aliquo modo attingi aliquo ſenſu, quia non eſt de hoc mundo.Hic ſpiritus,quantò magis ſeparatus, tantò ſimplicior & conformior ſpiritui ſupremo,qui operatur omnia in omnibus,nam eſt in omnibus ille ſpiritus, ſicut & ſpiritus, qui in uino.Vnde de omnibus fructibus, fit quodam modo uinum. Et extrahitur aqua ardens de pomis,de ceruiſia,quia ibi eſt ſpiritus ille. Et ſicut in omnibus talibus,eſt uis diuini ſpiritus,omnia uiuificantis,qui uocatur ſpiritus uiuificans: ita in omnibus rationalibus ſpiritibus,eſt uis uerbi Dei, ſeu rationis infinitæ. Vnde ſpiritus rationalis, non eſt de hoc mundo,ſed eſt participatio diuini uerbi,& in ipſum uerbum ſurſum tendit,& in eo ſolùm quieſcere poteſt,uita lætitiæ ſempiternæ,quia ibi attingit ſe & omnia.

Ex eòdem.

Spiritus. Inſtruit nos Paulus,quòd ille ſpiritus,qui mortificat carnem, eſt ſpiritus qui nos efficit filios Dei.Spiritus filiationis,eſt ſpiritus, qui producit fructum optimum,licet lignum ſit diſtortum(nam eſt uitæ lignum)uitis, & ficus, fructum profert ualdè bonum.Sic & nos, in uaſis fictilibus portamus theſaurum hæreditatis æternæ:in ſpiritu enim Dei ducimur,ut clamemus ad patrem,abba pater. Fatemur nos filios,quando ipſum ut patrem inuocamus, ut ſpiritus ipſe, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſimus filij Dei,& hinc hæredes Dei,& cohæredes Chriſti.

Ex ſermone:Triſtitia ueſtra uertetur in gaudium.

Diſcretio. VNnde ſicut in uarijs ſenſibus,participatur ſpiritus diſcretiuus uariè:ſic ſpiritus ſanctus,in uarijs rationabilibus animabus. Et quia uis uiſiua, non participat uim diſcretiuam, niſi uiſibiliter, nec auditiua niſi audibiliter: tunc Chriſtus eſt, ac ſi eſſet uis omnis diſcretionis, in uno organorum, ſicut de ſtellis & Sole.Nã in Sole eſt omnis uis luminis,q̃ nõ eſt niſi in Luna lunariter,in Saturno ſaturnaliter.Sed quãuis nõ ſit uis omnis diſcretionis in oculo,habes tamen in oculo uim diſcretiuam,per quã habes in te teſtimoniũ,quòd ueraciter ſit aĩa rõnalis.

Ex ſermone: Amen amen dico uobis, ſi quid petieritis patrem.

Manna. SIcut in manna ſenſibili,fuit inuiſibilis cibus: ſic in Chriſto ſenſibili, ſpiritualis & immortalis. In manna fuit qualitas uiſibilis, deinde dulcedo fuit inuiſibilis,fuit cibus,ſolùm ſ̃tellectuali fide perceptibilis. Vnde Chriſtus eſt panis ſeu manna abſcõditum,quod nemo ſcit,niſi qui accipit:nam homo, uiſibilis, dulcedo ſeu ſapientia patris,inuiſibilis,& in illa pater præſtat uitam Pater noſter,eſt pater

pater omnis eſſe uitæ & intellectus. Ipſe præſtat omnia, quæ intellectum paſcere poſſunt,ut æternaliter uiuat in filio,ſeu arte,ſeu ſapientia eius.Sicut pater doctrinæ, præſtat per medium magiſterij ſeu artis,in ſenſibili uoce, diſcipulo pabulum doctrinæ O quantum erat gaudium Apoſtolis,quando petierunt in nomine Ieſu, & acceperunt,uidentes ſe aſſequutos eſſe deſideratum:certè plenum erat gaudiũ,ſicut quãdo dæmonia eis obediuerunt. Ac ſi diſcipuli doctrinæ qui ſummo deſiderio appeterent omnia ſcire, inuenirent uerbum abbreuiatum,quo breuiter & citò,apprehenſibilem Ariſtotelis aſſequerentur intelligentiam,certè magnum gaudium haberent; ſed adhuc maius,ſi etiam ſcientiam Platonis,adhuc etiam,ſi Hyppocratis.Sed maximum,ſi abſolutè omnium ſcibilium artem ibi eſſe,experirentur.Manifeſtum eſt autẽ,quòd pater oĩa in uerbo ſeu ratione creauit.In ratione igitur ſeu Ieſu,in quo diuina ipſa ratio habitat corporaliter, ſeu perfectè & ſubſtantialiter: omnia credere, & ſepare, & petere debemus.Et ibi accipere,eſt finis omnis inquiſitionis: quia ibi ſcire,eſt perfectiſsimam omnium cauſam,cognoſcere.

Ex ſermone:Fides autem Catholica hęc eſt.

SIcut ſuaue & utile ſe ingerit uoluntati, & probitas poſſeſſoris dilectioni, ſic quòd ſuauitas & utilitas,faciunt ſuum ſubiectum per ſe appetibile: ſic euidentia & ueritas,faciunt per ſe credibilia, quia fidem & credulitatem ingerunt.Ideò non eſt meriti & uirtutis ea credere, ſed cum improbabilia creduntur ex uirtute ipſius credentis,& non ex parte ipſius crediti ſe ingerentis. Sicut ſe habet lucidum ad uiſum:ſic probabile ad intellectum, & ſuaue & utile ad affectum.Sicut tenebroſum ad uiſum:ita improbabile ad intellectum.Nõ uirtutis eſt uidere lucidum, quoniam nullomodo pugnat contra uiſum,ſed ſemet ingerit;ita neq; probabile credere. Quod enim ignis aridum lignum ſignificat, non eſt arduum,quia ſignificabile, ſed benè ſi uiride. Similiter amare delectabile,utile uel ſuaue, eſt ignire ignibile proximum. *Fides.*

Ex eodem.

Probabilitas,eſt tenuis ſpiritualis lucis aſperſio & debilis,ideò nõ firmat,ſicut euidẽtia ueritatis fortiter penetrat,figit,& firmat certitudinem in intellectu.Ideò ex hoc manifeſtum eſt, quòd credere improbabilia, fortitudinis atq; uigoris noſtri intellectus eſt,ſicut amare damnoſa & moleſta,fortitudinis ac uigoris eſt noſtri affectus. Neceſſaria eſt lux fidei fortis,quæ tenebras irrumpat,multorum improbabilium ad fidem pertinentium,& ea lucida faciat.Et ſic patet, fidem eſſe primam intellectus gratiam, per quam uestitur gloria,& ſine qua gloria locum non habet.Et ſic totum hominem oportet eſſe religioſum,ſi cõſequi uelit gloriam,maximè caput, ſcilicet intellectum, per fidem oportet eſſe religioſum. Sicut enim uoluntas,contrà ſe neceſſariò dimicabit,ſi ad gloriam peruenire contendit:ita & intellectus,idem neceſſariò faciet. Et de operationibus intellectus,ſolum credere,bellum facit. Credere,& ſuſpicari & opinari,ui ad intellectum accedunt,& ipſe inuoluntariè ſuſcipit:non autem demonſtrata,ſic & probata,quia neceſſariò aſſentit.Scientia autem,habet uoluntariam inquiſitionem,à libris & doctoribus,ideò partim poteſt eſſe ſtudioſa, & partim non.Credere fundamentum religionis,habet cõtra ſe bellum diſputatiuum, diſſuaſiuum,cõtradictoriũ,& improbabilitatis,quæ improbabilitas dicitè pugnat cõtra rationẽ:quia ubi ratio deficit,fides ſupplet. Omne autè bellum,bellica uirtute agendum eſt:quia ſine uirtute,non peruenitur ad uictoriam,quare fides uirtus. Cuilibet enim per ſuaſionem creditur,Deo autem abſq; ſuaſione & probatione,per fidem creditur.

In hoc fidelis,Deum præ cæteris honorificat,quia ei citius credit.Intellectus quærit ob ſuam infirmitatem,fulcimenta & media probationum, quaſi adiutorio baculi ſe ſuſtentans,de una concluſione in aliam ambulans. Qui autem uirtute propria credit,fulcimento non eget, & magis credit: ſicut amans,qui uirtute propria amat,magis amat amatum,quàm ex ijs quæ apud amatum ſunt, alioqui eſſet amor curuus & reflexus,ſi illectus foret ab amato. Intellectus exquirens probationes,cõparatur uẽditori dignus exquirẽti,aliterq; nõ credẽti. Tale pignus,paganus exigit, antequàm credat. *Fides.*

http://www.obrascatolicas.com

credat. Sed Christianus sciẽs ex defectu credulitatis, pignus extorqueri à Deo, non exigit pignus ut ei credat, quia pignus signum incredulitatis iudicatur. Baculi infirmum non sanant, sic nec pignora intellectum, quare nec probum & studiosum faciunt. Fides non est quærenda ex signis, sicut faciunt Iudæi, nec sapientia uel arte, sicut Græci, sed uirtute. Certiùs enim uirtute, quàm arte cognoscitur. Ars est sicut pictura, formam extrinsecam ostendens, uirtus sicut odor & sapor, intrinseca propalans. Lumen quantò Soli propinquius, tantò nobilius: quantò fractius & remotius, tantò ignobilius, ita de calore ignis. Sic fides, à lumine luminum Deo, descendit per gratiam: probabilia, per lumen remotum. Igitur nobilius rectum lumẽ Dei, quàm à creaturis reflexum. Quare omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum. Igitur illa data super naturam, fortiora naturalibus, quia ad beatitudinem trahunt, hinc fide nihil certius. Est ergo fides gratia largitatis, & beneficentiæ ratione, per gratuitum bonum. Et est uirtus erigens, & firmans intellectum, faciens illum stare per se, & rectè ambulare, per uiam salutaris ueritatis, absque sustentatione uel suffultione baculorum, protegente ipsum ad uersùs iacula disputantium. & firmamentum supportans ipsum, aduersùs impulsiones & cõcussiones contradictionũ, & opinionum, & aduersùs propriæ infirmitatis & ponderositatis uigorem. Et est lumen, uincens lumina naturalia sensibilia, ipsius intellectus: sicut in sensibus uictis per fidem, in sacramento altaris constat, ubi Deo dignè, sine omni pignore creditur, & creditur ei ex uirtute obedientiæ. Et sicut intellectus, est nobilior pars animæ: ita eius religiositas in Dei operibus, & ipsius honorificentia per fidem, est prima. Et nulla est credulitas digna, fides uocari, quæ plus exigit, scilicet pignora. Christiana autem, quæ suum intellectum obedienter supprimit, credit, obedit, honorificat: non est peruersa generatio, signum quærens, sed gens cultui diuino dedita, inclinato capite, id est intellectu, Deum adorat. Et sic fides à fonte uitæ descendens, uiuificat caput hominis, id est intellectum. Iustus enim ex fide uiuit.

Ex eodem sermone.

Fides. Lumen diuinum à Deo descendens, est fides, & non à rebus. Erit una Fides uera, ab uno Deo descendens. Sicut uisio ab uno oculo, in multa se dilatat ab extrà, & radij unius Solis, multa illuminant: sic una est etiam fides communis credentibus, quẽadmodum articuli fidei, communes Christianis omnibus. Omnes autem homines, ad unum diuinum cultum obligati sunt, erit ergo una fides. Signum autem credulitatis est, quòd Deo impendas obsequium & cultum, ex amore recto & puro, quoniam ille est gratuitus, non ex timore pœnæ, aut pudore, aut spe remunerationis. In sic credente est purissimus & synceritsimus amor, & purissimus cultus. Et est gratuitus amor, quia gratis impenditur, quare remuneratione dignus, & solùm remuneratio ubi locum habet, propter amorem præcedentem. Qui autem aliter diligit, spe, timore, remunerationis causa, non propriè remuneratur, quia amor, extrà Deum aliquid tũc quærit, sed datur ei tunc merces, non remuneratio.

Ex eodem.

Sapientia incutit timorem, & pudorem, erubescentiam, formidinem. Quando enim Deum credis omnia tua scire & melùs te qualis es: times offendere, & te attendens, erubescis & formidas. Si absq; pudore & timore es, si autem non credis omnia eũ uidere, tã hereticus es, quanquàm in articulis fidei, hoc nominatur. Quia omnium
Hæresis. duorũ contrariorum, quorum alterũ est hæresis, alterum fidei articulum esse, necesse est. Quare est fidei articulus: Deum omnia uidere, & nihil ei occultum esse. Ex Dei bo
Benignitas. nitate siue benignitate, oritur in cultu gratiarum actio, benedictio, id est bonorum imprecatio, laudatio, id est creatoris magnificatio, glorificatio, quæ est illius prædicatio, publicatio, diuulgatio, famatio. Gloria enim: est clara, sublimis, lata fama. Ex benignitate siue misericordia Dei, in cultu oriuntur spes ueniæ, & gratia, quæ habet sub se deprecationem, pro malis leniẽdis & tollendis, orationem pro bonis obtinendis, afflictionem ut est ieiunium, & aliæ maceraciones, sacrificiũ ut eleemosyna tàm spiri-

spiritualis quàm corporalis. Iam manifestum est, quòd qui credit Deum summum bonum, & omnis boni creatorem, & totum uniuersum, à summo usq; deorsum, tenuissimum uestigium illius bonitatis, in quadam umbra comparatiuè se habere: eum purissimè diligit, & amat.

Ex eodem.

Remundus. Fides. Remundus. Fides est habitus bonus, per bonitatem datam à Deo, ut per fidem restaurentur illæ ueritates obiectiuæ, quas intellectus attingere non potest. Fides est magna per magnitudinem, ideò quantò maior, tantò melior. Magis autem credit Christianus de Deo: quia credit Deum trinum & unum, incarnatum, passum, à morte in immortalitatem excitatum, assumptum, omnium regnum habentem, & potestatem insuper, & septem sacramenta, nam incarnatio & huiusmodi, uidentur incredulo impossibilia. Intellectus potest habere habitum fidei & scientiæ, & habitum fidei, ut acquirat habitum scientiæ, ut dicit Esaias: nisi crediderítis, non intelligetis. Et sic Catholicus plus potest intelligere de Deo, quàm infidelis. Fides est uirtus cum iustitia: quoniam iustum est; ueritates illas credere de Deo, quas intellectus attingere non potest. Plura ponit fides Catholica de Deo uera, quàm alia fides. Ergò uerior fides, cum spe & charitate, causat delectationem. Fides est habitus, cum quo Catholicus credit distinctè in diuinis, ut præparet lumen intellectui: & intellectus intelligat clarè & non confusè, actus diuinarum rationum, & per hoc intelligat agentem, & agibilem, & actionem. Fides Catholica dicit, Deum tantùm in se posse agere, quantùm existere: quia apud Deum omnia possibilia. Hoc fides infidelium, dicit impossibile, quare trinitatem negat. Fides Catholica, est medium intellectui, ut melius sit illuminatus ad attingendum Dei altitudinem. Sicut aër, per lumen Solis est illuminatus, ut uirtus uisiua, possit uidere colorem & figuram. Fides, est quies intellectus per credere, & est secundaria quies: quia primaria est per intelligere. Altior tamen fides est, quàm intelligere: quia plus credit quàm intelligat. Intelligere, est cum labore & successione, non autem fides. Fides habet illustrationem ueritatis, animam eleuantis, & rectificationem auctoritatis, animam firmantis. Vtrumque per Christum est, qui splendor & uerbum.

Ex eodem.

Trinitas. Relucet in creaturis uestigium trinitatis, in magnitudine creaturarum potentia patris, in dispositione sapientia filij, in ornatu bonitas spiritus sancti. In quolibet indiuiduo, est unitas, species, utilitas. Et similiter, essentia, uirtus, operatio. In Sole: essentia, splendor, & calor. In anima, memoria, intellectus, & uoluntas. In tribus hierarchijs, trinitas. Et in qualibet hierarchia, tres ordines, trinitas in unitate. Et trinitas in omnibus creaturis generaliter, quia tres sunt. Nomen essentiale abstractum, non trahitur ad accipiendum pro persona, unde illa est falsa, essentia genuit essentiam: sed concreta essentialia benè, ut Deus de Deo. Duo Dei principalia sunt nomina, scilicet qui est, & bonum. Per primum, significatur esse Dei, infinitum absolutum. Per secundum, notatur esse diuinum, ut causa: fecit enim Deus omnia propter bonitatem suam. Per neutrum genus, exprimuntur substantialia: per masculinum, personalia: per fœmininum, notionalia.

Ex eodem.

Cognitio Dei. Volentes ad Dei cognitionem accedere, oportet primò peccatorum tenebras abijcere, & arma lucis induere. Oportet rationes naturales (quæ sunt ut lumen putridi ligni, in nocte lucentis, & in die nihil) abijcere. Oportet postponere commutabile bonum, & adhærere incommutabili. Tunc accedit ad Dei cognitionem, aut per inspirationem, aut per ratiocinationem, aut per creaturas, quæ sunt speculum creatoris in præsenti, sicut Deus, ueritatis speculum creaturarum in futuro.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex eodem.

Dionysius. Secundum Dionysium, per eminentiam cognoscitur Deus, ut cum in creatura inueniatur potentia: attribuenda est Deo, summa potentia. Quanquàm in Deo ex ipso & per ipsum, sint omnia, tamen incomprehensibilis à creatura: ambulat enim super pennas uentorum, id est super intelligentias angelorum.

Ex eodem.

Infinitas. In Deo idem sunt, potentia, essentia, uirtus, sapientia. Deus est infinitus intantùm. Quòd si mundi essent infiniti, ipse eos repleret: quia non habet finem, nec est finibilis sed finiens omnia. Incircumscriptibilis: quia non abest alicui loco, nec ullo capitur loco, omnia replens. Vbicq; præsens est, & ante mundi constitutionem in se fuit, sicut hodie est. Per naturam, ubicq; est Deus. Per gratiam, cum bonis. Qui (inquit) manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Per gloriam, sic est in rationali ut ueritas, in concupiscibili ut bonitas, in irascibili ut potestas. Per unionem, sic fuit in utero uirginis, unitus humanæ naturæ, in sepulchro carni, in inferno animæ. Et in seipso, est ut α & ω: in mundo, ut rex in regno, ubique regnat & imperat. Bernardus. In angelo, ut decor inquantùm ueritas, & sapor inquantùm bonitas. In Ecclesia, ut paterfamilias in domo. In electis, ut liberator à malis, adiutor in bonis. In reprobis, ut terror & horror. In fideli anima, sicut rex in regno, fons in ortis, lux in tenebris, carbunculus in annulo.

Bernardus.

Ex eodem.

Excellẽtia diuina. Diuinæ dignitatis excellentia tanta est, quòd mens de Deo cogitans, deficit, cum sit incomprehensibilis. Sensus non percipit, cum sit inuisibilis: lingua ipsum non explicat, cum sit ineffabilis: locus eum non capit, cum sit incircumscriptibilis: scriptura eum non explicat, cum sit inæstimabilis: uirtus eum non attingit, cum sit inaccessibilis. Et quia finiti ad infinitum nulla est proportio, creatura eum capere non potest, solus omnipotens, solus omniscius, solus seipsum cognoscens, in operatione quietus, miraculorum operator. Omnis multitudo, ab uno principiatur. Omnis ordo, habet prius & posterius. Omne imperfectum, ab perfecto trahit originem. Omnis connexio diuersorum, causam habet suæ conseruationis, aliquod unum primum, quod nos Deum dicimus. Et quia hic Deus est potentissimus, sapientissimus, & optimus: potest, scit, & uult se summè communicare, hoc autem est alijs maiestatis suę plenitudinem dare. Ergo Deus pater, ab æterno filium coæqualem genuit, cui diuinitatis suæ essentiam communicauit. Esaias: Si ego qui alijs generationem tribuo, ipse sterilis ero? Hæc perfectissima generatio, ubi genitum penitùs assimilatur generanti. Et sic patri attribuitur potentia, filio sapientia. Et pater omnia in sapientia fecisse dicitur, id est cum sapientia, quæ est filius. Filius, est æqualitatis genitæ imago patris, homo, est imago imitationis creata, mundus, imago creata repræsentationis, quia speculum creatoris, ut inquit Apostolus: uidemus nunc per speculum. Mundus ad Dei similitudinem factus est: quia aliud exemplar quàm seipsum, non habuit. Propriè creatura corporea, est Dei uestigium: spiritualis uerò creatoris similitudo. Ezechiel: Tu signaculum similitudinis.

Emanatio in diuinis duplex est: Vna per modum naturæ, & hæc est generatio: alia per modum uoluntatis, & hæc dicitur processio appropriatè, propriè autem spiratio. Et est spiritus sanctus amor, quare per modum uoluntatis, ab utroque procedit. A patre, mediatè & immediatè: mediatè, quia ipsum filius spirat, qui hoc habet à patre: Immediatè à patre est spiritus sanctus, amor essentialis, inquantùm unus Deus cum patre & filio. Ipsi tres, quia unum in essentia, amore essentiali se diligunt, qui appropriatur spiritui sancto. Et etiam amore personali, quia nexus patris & filij. Pater & filius se diligunt, amore ab eis procedente, qui est spiritussanctus. Dicitur amor exemplar: quoniam amoris gratuiti, qui est in nobis, spiritussanctus non solum causa efficiens est, sed etiam exemplar atque finis. Amor in nobis efficienter à spiritu sancto, in quantùm ipse est Deus, aut exemplar. Charitas qua diligimus Deum & proximum, dicitur spiritussanctus: sicut amor, siue spiritussanctus, procedens ab utroq; Sed & charitas quandoq; sumitur formaliter, per modum qualitatis acquisitæ, & sic charitas dicitur, uirtutis habitus in anima, quo diligimus Deum & proximũ, & secundùm hunc modum, spiritussanctus non dicitur Charitas.

Ex sermone: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.

Intellectus. INtellectus hominis, est tenebrosus & nocturnus, intellectus angelicus, clarus ut aurora, diuinus ut ipse Sol, quoniam illuminat omnem hominem, uenientem in hunc mundum. Labor hominis, est ad descriptionem orbis. Angelicus, ad annunciandum saluatorem, quem glorificant in cœlo, omnes supercœlestes uirtutes, & in terra homines pacis. Pietas saluatoris est, ut seipsum mundo manifestet.

Ex eodem.

Natiuitas uerbi in patre. Natiuitas filij Dei, est processus intellectualis uerbi, à Deo patre, uel diuini uerbi æterna productio. Cum enim Deus benedictus, sit principium intellectuale, omnis creaturæ, agens per intellectum & uoluntatem (omnia enim quæcunq; uoluit fecit) in ipso est intellectuale seu mentale uerbum, in quo se & reliqua omnia intelligit. Et de ratione uerbi, est quòd sit alterius uerbum: quia dicitur respectiuè, quasi uerbi loquentis, uerbum scilicet, à quo dicitur, id est dicendo producitur. Verbum diuinum procedit ab aliquo, à quo nimirum realiter distinguitur, eò quòd nihil procedit à se ipso. Sed & non procedit à creatura: ergo à Deo. Non autem procedit ab essentia diuina, cum illa non distinguatur realiter à filio, cum unaquæq; persona, sit essentia diuina. Igitur cum dicitur, uerbum procedit à Deo, Deus capitur personaliter, non pro essentia, sed persona scilicet patris. Et quia uerbum Dei, non potest esse accidens diuinæ mentis, sicut in nobis & angelis, propter ipsius simplicitatem, & immutabilitatem Dei, nec tanquàm aliqua creata subsistantia, ipsi intrinsecè adiacens, tanquàm forma uel aliquomodo extrinseca, cum illa diuinæ perfectioni repugnent, maximè quia omne creatum est finitum, & non possit esse infinitè repræsentatiuum. Cum ergo Deus in suo uerbo, se & omnia comprehendat: sequitur, quòd uerbum est substantia increata. Res increata & infinita, nulla alia esse potest, quàm Deus. Et quia tantùm unus est Deus, uerbum à Deo essentialiter & realiter non distinguitur, licet realiter personaliter à patre distinguatur. Omnis distinctio essentialis est realis, & non econuersò. Et licet, essentia diuina, sit quælibet personarum, & econuersò: tamen personis conuenit aliquid, quod non conuenit essentiæ, scilicet generare & spirare. Secundùm hoc formaliter aliquo modo conceditur ab aliquibus, essentiam distingui à personis Et sic in diuinis, est distinctio formalis & personalis, & uerũ est dicere, quod plures res in diuinis, scilicet tres personæ, sunt una essentia. Et quia hoc uerbum est infinitum, perfectione essentiali, quia Deus, & infinitum in repræsentando, quia uniuersalissimè, & tamen perfectissimè & determinatissimè repræsentet, plusquàm omnia uerba mentalia & uocalia, creata & creabilia, repræsentare possunt, prout diuinæ cognitioni perfectissimè congruit: Igitur unicum tantùm est, quod primariè Deum repræsentat, siue diuinam essentiam. Obiectum namq; primarium diuini intellectus, est ipse Deus. Ad quem sensum, Ioannes Euangelista dicere uidetur, uerbum erat apud Deum, eo modo quo dici consueuit, contemplatio illius apud ipsum, id est ipse est obiectum suæ contemplationis, siue sui conceptus.

Ex eodem.

Natiuitas uerbi in nobis. De spirituali Christi natiuitate in nobis, dicendum. Quoniam uerbum caro factum, habitauit in hominibus bonæ uoluntatis, quibus per uerbum pax data est. Ideo sciendum, quod talis quotidiana spiritualis natiuitas, quæ missio inuisibilis filij Dei, dici consueuit: nihil aliud est, quàm processus uerbi, siue genitæ sapiẽtiæ, à Deo patre, ad mentem rationalis creaturæ, pro ipsius creaturæ spiritualis gratuita illustratione. Quamquàm enim ubique est, & in qualibet rationali creatura per essentiam

http://www.obrascatolicas.com

tiam, Dei uerbum & diuina ſapientia, ſimul & tota trinitas, attinigens à fine uſq; ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter: non tamen eſt ubique per lumen gratui tum. Cum in mente tenebroſa, lumen diuinum oritur, ſiue in mente minus illlumina ta, maius lumen oritur: congruè filius Dei naſci perhibetur. Hoc opus licet à tota tri nitate fiat effectiuè, cũ opera trinitatis ſint indiuiſa: tamen iurè filio appropriatur, cũ ipſe ſit imago Dei, uerbum & ſapientia, & candor lucis æternæ. Verbi eſt, mentem illuminare, ſapientiæ ſapientem facere, & ſpiritualis imaginis eſt mentem cuiuſq; illi cuius eſt imago, aſsimilare & reformare, & candoris eſt, mentem candidam, purã, & ſanctam facere. Vnde de Dei uerbo ſcriptum eſt: in animas enim ſanctas ſe tranſ fert, & amicos & prophetas conſtituit. Et per talem ſpiritualem natiuitatem, filio Dei nihil acquiritur, ſed illi in quibus naſcitur, filij Dei efficiuntur, per gratiam in præ ſenti, & gloriam in futuro. Hoc habetur in Euangelio, quod ſic dedit nobis Deus po teſtatem, filios Dei fieri, non ex uoluntate carnis, nec ex ſanguinibus naſcendo, ſed ex Deo, per inſpirationem. Erigamus ergò contemplationem amoroſam, ad Chri ſti natiuitatem, ut dum eius ſuperadmirandam natiuitatem, mente pia & pacifica re colimus, illuminationem, calorem, & fructum ſentiamus.

Ex ſermone ſecundo, ſuper Gloria in excelſis.

Hypoſtaſis Chriſti.

NOn eſt Chriſtus compoſitus ex uerbo & homine: quia tunc cum nullum to tum ſit ſua pars, uerbum Dei quod Chriſtus eſt, non eſſet deitas nec De us, & pari ratione nec homo, nec Chriſtus fuiſſet ab æterno, ſed potius De us recens, nullumq; tale ſuppoſitum ab æterno fuiſſe, credendum eſt. Nec obſtat quod ſcribitur: ſicut anima rationalis & caro, unus eſt homo, ita Deus & ho mo, unus eſt Chriſtus: quia non exprimitur omnimoda ſimilitudo. Sed uult, quòd ſi cut perſona humana, in natura duplici, carnis & animæ ſubſiſtit: ſic perſona Chriſti, in diuinitatis & humanitatis gemina ſubſiſtat ſubſtantia. Concedi tamen debet, quòd Chriſtus compoſitus eſt ex corpore & anima: eſt enim homo, ſimilis ſpeciei nobiſcum, qui ſic componimur. Sed hæc denominatio ſolum conuenit diuino ſup poſito, per communicationem idiomatum, ratione ſcilicet unionis uerbi, cum hu mana natura. Eſt namq; ita mirabilis, profunda, atque intima hæc ſancta unio: quòd diuina natura in Chriſto manens, ſuppoſitum communicat, & uſurpat ſibi omnem denominationem, ſiue omne idioma, id eſt proprietatem, quæ humanæ naturæ aſ ſumptæ, in ratione ſuppoſiti aut perſonæ, conueniret. Sicut ſunt eſſe hominem, eſſe fi lium hominis, ſicut ſunt actiones, paſsiones, motus, quæ naturæ humanæ, concreti uè nata ſunt competere, prout ipſa natura, eſt eſſe ſpecificum. Econuerſò, denomi nationes & idiomata, quæ diuino ſuppoſito, conueniunt ratione eiuſdem unionis ipſo homine, qui Deus eſt, ueriſsima fide enunciantur. Veruntamen diuina & hu mana idiomata, non eodem modo Chriſto conueniunt. Nam diuina de eo dicuntur per ſe, & ſimpliciter, ſed humana non per ſe, ſe ſecundum quid, ſcilicet ratione huma næ naturæ. Hinc proueniunt mirabiles illæ loquutiones, quas fides aſſerit, ſcilicet, quòd immortalis moritur, inuiſibilis, in terris uiſus eſt: quòd Deus qui non muta tur, fatigatur ex itinere: impaſsibilis crucifigitur: & ab æterno genitus, hodie naſci tur: & quòd homo corporeus, eſt ubique: temporalis, eſt æternus: infirmus, omnipo tens. Imò tanta eſt tamq; admiranda unio illa, ut Chriſtum filium Dei, ad inferna de ſcendiſſe dicamus, quando mortuus fuit. Et non fuit uerum dicere, quòd fuit homo, propter ſeparationem animæ à corpore: non tamen fuit ſeparatum uerbum, ab anima & corpore, quia unio uerbi diuini ad corpus & animam, nunquàm fuit diſſoluta: imò Chriſtus ex eadem ratione, iacuit in ſepulchro, & deſcendit ab inferna. Et tunc Chriſtus ubique regnabat, in cœlo & in terra, iuxtà diuinam naturam. Hæc eſt ſuper admiranda unio, quam nullus niſi fide appræhendit, quam quia Adam per ſcire ap præhendere ſtuduit, cecidit. Sed quanquàm hæc profundiſsima diuina myſteria, à ſæculo in Deo abſcondita, iam in fine ſæculorum reuelata, ſint penitus inintelligibi lia, non tamen incredibilia: quoniam teſtimonia eius, credibilia facta ſunt nimis. Pri us

us ea narrauit, in ſcripturis populorum & principum, hoc eſt iuſtorum & patriar charum figuris, atque ænigmatibus, atque præconijs uarijs ſanctorum, qui à ſæculo ſunt prophetarum eius: nobis ea per Euangeliſtas, Apoſtolos, & doctores, & paſto res, quos uigilantes ſuper gregem inuenit, propalauit, quos & adduxit, ut uiderẽt hęc miranda in Bethleem, ubi cuncta reuelauit. Chriſtus fuit minimus homo qui un quàm fuit: quia ab inſtanti conceptionis perfectus. Et fuit diutiùs in utero, quàm ali quis homo, & qui plus nutrimẽti accepit à matre quàm cæteri, eò quòd ibi diutiùs fu it, & à minori quantitate augeri cœpit. Et ſic magis germanicè iunctus fuit matri, quàm cæteri omnes, quia talis ex conſubſtantialitate oritur, de qua Chriſtus plus ha buit à Maria matre ſua, quàm cæteri filij, à ſuis matribus.

Ex ſermone: Intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius.

Vnio.

DEo noſtro, oĩs creatura abſq; præſumptione aliqua, ex ſe ipſa purè & ſim pliciter credere & obedire tenetur, tanquàm infallibili ſapientiæ, & per o bedientiam concorditer adhæret præceptori, & conſequitur finem ſuum. Nam Deus omnia creauit propter ſe. Et quoniam ipſa ſapientia æterna do mum rationalis creaturæ ſibi ædificauit, in qua centraliter habitare delitiatur: tunc ipſa rationalis creatura guſtare poteſt, per adhæſionem ad ipſam creatricem ſapien tiam, refectionem illius ſupercœliſtis ſapientiæ, panem & uinũ. Hoc autem fit, per ipſam unitatem obedientiæ & charitatis, per quam ipſi rationales ſpiritus, unum ſunt cum Chriſto, & per ipſum Deo patri: ſicut filius eſt unum cum patre. Et hæc quidem unio, quando eſt perpetua & infallibilis in patria, dicitur triumphans: quando ad huc eſt in terra & peregrina, multis oppreſſa tempeſtatibus & periculis ſeparatio nis, dicitur militans: ſi ſe habet medio modo, dicitur dormiens. Vnde quanta ſit iſta connexio, omnium ſpirituum cum Chriſto in patria, Ambroſius in epiſtolis, elegan ter oſtendit. *Ambroſius.* Huic eccleſiæ militanti, quæ ſponſa immaculata dicitur, promiſſa eſt traductio ad regnum æternum, ad unionem triumphantium, ſi perfecerit per obe dientiam, uiam peregrinationis. Et iſta eſt eccleſia mater noſtra, quam ab initio uer bum Dei & patris ſapientia, ſibi deſponſauit, quod in paradiſo figurabatur, dum ex latere Adæ, Eua creata, matrimonium eſt inſtitutum, cum mandato obediendi ſub ſequente.

Ex eodem.

Ordo eccleſiæ. Liber de concordantia eccleſiaſtica.

Vide in libro tuo de concordantia eccleſiaſtica, quomodo ſicut in corpore huma no, ita eſt ſpiritus anima, ſicut in cœleſti Deus, angeli & homines, ſacramenta illumi nantia & purgantia. Eſt ſacerdotium paſtorale, purgatiuum & purgans. Eſt fidelis populus, qui purgatur. Mirabilis eſt hierarchia in ſacramentis, uſque ad ſacramen tum ſacramentorum. Nam ſicut facie ad faciem, in patria Deus ſe communicat: ita ſub ſpeciebus hîc. Et hîc ſicut ſacramenta ſunt: ita & quodlibet geſtat imaginem tri nitatis, quia eſt ſacramentum tantùm, eſt res tantùm, & res & ſacramentum. Ordo ſa cerdotij, per ſacramentum characterizatur, ſcilicet ordinis, ad ſuperiora diuina. Et in hoc ſacerdotio, eſt hierarchia ordinata, à pontificatu ſummo, uſque in laicum. Nam ſunt quidam ſuperioris ordinis, quidam inferioris, quidam medij, & in quoli bet tres chori, ſicut in angelis. Et habent ſe ſacramenta, ut ſpiritus: ſacerdotium, ut a nima: populus, ut corpus. Gregorius Nazianzenus, in Apologetico, in principio: *Nazianzenus* Sacerdotium in corpore eccleſiæ, officium gerit, quod anima in corpore, & ita conue nit eis illuminare, uiuificare, regere. Illuminare: quia lux mundi, & ſal terræ. Eſt præ terea in primo choro, pontificum ordo hierarchicus: quia in uno epiſcopatu per or bem diffuſo, propter unitatem, eſt differentia cum concordantia plurium in uno. Et neceſſariò deuenitur ad primum maximum pontificem, qui in terra habet poteſta tem ſummæ hierarchię, ut ſummus miniſter, ſcilicet angelus ſummus in cœlo. Fun gitur autem totum ſacerdotium, legatione pro Chriſto, quia dixit: ſicut miſit me ui uens pater, ita mitto uos, ſcilicet ſicut angeli ſunt nuncij Dei. Sacerdotium conſide ratur dupliciter, aut quò ad ordinem, quem habet ad regimen eccleſiæ, uti eſt neceſsi

http://www.obrascatolicas.com

tatis:aut quò ad unionem,quia anima regit & unit corpus.Quò ad primum,ſunt ordines hierarchici,uſq; ad pontificatum. Quò ad ſecundum,ſunt pro unione,ut ſit unitas.In eccleſia,eſt poteſtas diſpenſatiua relata,quæ eſt iuriſdictionis. Et hæc poteſtas ſacerdotalis,habet cathedram unam,ſicut habet unum epiſcopatum, & in illa cathedra,eſt ordo hierarchicus,quò ad præſidentes in illa. Habet cathedra Petri,promiſsionem ueritatis,& non eſt poteſtas ligandi & ſoluendi, niſi adhærenti Apoſtolicæ ſedi,neq; cenſendus in eccleſia,niſi Apoſtolicæ ſedi adhærens. Omnes epiſcopi,ſunt ut anima populi, ex communi conſenſu: & parochiani,in plebano:plebani, in epiſcopo:epiſcopi,in Papa:& per Papam, Petro,& per Petrũ,qui eſt lapis & fundamentum Eccleſiæ,Chriſto,qui eſt petra.

Ex ſermone:Ibant Magi,quam uiderant ſtellam ſequentes præuiam.

Chriſtus natus.

CReditur per uniuerſum mundum,Chriſtum Dei filium,de uirgine natum. hoc credunt Indi,hoc Mahumetani,hoc Neſtoriani,hoc Armeni,hoc Iacobini,hoc Græci,hoc Chriſtiani occidẽtales,ut ſumus nos,hoc Tartari nõ inficiantur,imò communiter credunt,licet non aduertant. Et nulla eſt hodie mundi natio,quæ non credat,Chriſtum uerum Meſsiam, quem expectabãt antiqui, ueniſſe:exceptis Iudæis,qui eum tantùm credunt uenturum.Eſt enim omnium uiuẽtium una rationis fides,unius ſummi cunctipotentis Dei,& ſanctiſsimæ trinitatis,ſi intelligerent,uti nos credimus.Quia putãt nos tres deos credere,noſtram fidem culpant. De incarnatione uerbi latiſsimè creditur, non tamen intelligent,uerbum Dei eſſe filium Dei,ut Chriſtiani.

Ex eodem.

Superſtitio.

Malefici Magi(non ij qui Chriſtum ſunt ſequuti) ſtellam ſequuntur. Et eſt ſtella quam illi ſequuntur,de quo in Apocalypſi: Tertius angelus tuba cecinit,& cecidit ſtella de cœlo magno,ardens tãquàm facula,& cecidit in tertiam partem fluminum, & fontes aquarum. Et nomẽ ſtellæ abſynthium, & multi homines mortui ſunt.Sunt multa & infinita ſuperſtitioſa, quæ omnem animam lumine deceptiuo diabolico ſeducunt, extrà uerum fundamentum fidei Chriſtianæ: qui autem à fundamento cadit fidei,perditionis filius eſt. Vnde tales ſuperſtitioſi expellendi ſunt, & non patiendi.Ex Deuteronomio:Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomniũ ſe uidiſſe dicat,& prædixerit ſignum atq; portentum,& euenerit:non audias uerba prophetiæ huius, aut ſomniatoris, quia tentat uos Dominus Deus ueſter, ut palàm fiat,utrum diligatis eum an non.In toto corde ueſtro,Dominum Deum ueſtrum ſequimini,& ipſum timete,& mandata eius ſeruate. Propheta autem ille fictor ſomniorum, interficietur:quia loquutus eſt, ut auerteret uos à Domino Deo ueſtro. Si uis beari, non reſpicias inſanias falſas. Deus enim odit omnes obſeruantes uanitates. Secundum leges,capite puniuntur,& eorum bona publicantur.Homines aliqui diabolica perſuaſione,aut caſu, aliquid ueritatis comperiunt: ſed poſt hoc,quando ipſi incipiunt animum ſuum illis implicare, multæ eueniunt dæmonum deceptiones: agunt enim dæmones hoc,ut ſuggerant ad idiolatriam. Et quamquàm nullam habeat diabolus poteſtatem,operandi quicquàm, niſi Dei permiſsione:tamẽ operatur Dei permiſsione,ſanando languidum,aut prædicendo futura,ut audientes & uidentes probentur. Ex illuſione enim diaboli,ortum & fundamentum capit ſuperſtitio.Ideò primò ſciendum,quòd diabolus ſenſum exteriorem hominis, poteſt illudere & immutare, ſicut homines coloribus ueris, ſic ſpiritus maligni, figuris fictis illudere poſſunt uiſum,ut ponit Auguſtinus, in de Ciuitate Dei. *Auguſtinus.* Ad Geomantiam pertinet id, quod quæritur in ſpeculo Apollinis,in manubrio,& lapidibus terſis,in ungue pueri. Aruſpicium in extis animalium immolatorum, & in ſpatulis.Augurium habet ſpeciem Genethliacam,Aſtrologicam. Fatum, habet auium garritum, ſternutationes,aut omen:quod fit,quando homo ex abrupto,ab homine prolatum, interpretatur ad futurum.Augurium habet ſub ſe Chiromantiam, armiſpicium,ſortes ad facienda occulta.

De uanitatibus.

ta.Quæ habent multa genera,in libris,taxillis, plumbo liquefacto,rota tacta,in inueniendis theſauris,aut furtis experimenta ferri candentis, aquæ feruentis,duelli & ſimilium.Quæ omnia prohibita, ex Deuteronomij.xviij.& xxvi.Solus Deus,& angeli,& homines,ex diuina gratia,habent poteſtatem ſuper dæmones. Non autem homo ex ſe:niſi inquantùm Deus dederit. Quare illi ruſtici, qui per characteres,& certa uerba,& carmina,nituntur dæmonium expellere, uirtute characterum,errant. Et licet aliquando diabolus cedat non cædendo,hoc tamen fit ut ſeducat.Fatui ſunt incantatores, qui in ungue,aut uitro, uolunt ſpiritum includere: quia ſpiritus non clauditur corpore. Fatui ſunt Aſtrologi, cum ſuis imaginationibus:quia nihil corporale agit in ſpirituale.

De uanitatibus. Perditorum hominum. ac mulierum.

Qui capiebant in nido matrem cum ouis, trahebant hoc ad fœcunditatem,& experimenta amoris.Præcepit ne mater caperetur,Deutero.xxij.Præcepit uaſa coperiri, propter Dñas Abundas. Sunt enim dæmones,quibus uetulæ offerũt eſculẽta & poculenta,quæ mundando domum,non comedunt,imò ſeducunt.Prohibuit,ne uir indueret ueſtem mulieris,& econuerſò, propter idololatriam: quia mulieres,ueſtes uiriles, & arma in honore Martis induebant. Et uiri muliebres,in honore Veneris. Hoc feſtum peragitur inter Chriſtianos,in Carniſpriuio. Cur ſtulte quæris à Sole adiutorium,per benedictiones,& incantationes, & à noua Luna ieiunando diẽ primilunij, ut te cuſtodiat? Dominus ſponſus tuus, eorum conditor.Et tu idololatra, quid quæris in breuibus, in characteribus,in nominibus diabolicis incognitis?Deus tuus unus eſt,in his omnibus diabolica ſeductio.Iam apparet ut uetula,puerum rapiens.Iam apparet ut puer,& dicitur commutatus puer,& dæmon euaneſcit.Iam permittitur diabolus occidere puerum, quem forſan nimis diligis, ut tu tenteris,an eapropter à Deo uelis recedere, & diabolo in ſpecie uetularum, ut puero parcat,diuinos honores impendere: O uetulæ maledictæ, in quibus omnes reliquiæ idolatriæ remanſerunt.

Non licet cuiquàm propria auctoritate,addere uel ſubtrahere in diuino cultu,ab inſtitutis ab Eccleſia.Eſt ſuperſtitio,quando cultus latriæ,alteri quàm Deo attribuitur,atq; etiam idololatria.Sic idololatria,eſt pactio cum dæmonibus,ſacrificia eis facta,conſilium ab eis acceptum,quærere ſalutem in characteribus, ligaturis,uerbis,et in ijs quæ medici damnant; quando dæmones manifeſtè inuocantur, maximè per mortuos,Necromantia dicitur.Si res conſecratæ, ad aliud quàm proprium uſum,applicentur,eſt ſuperſtitio:ut aqua benedicta,quæ bibitur contrà infirmitatem,uel ſpargitur ad fertilitatem,& datur aliquando brutis. Et de lumine cerei paſchalis,aquæ baptiſmatis.Abſtinentia à capite,in honorem ſanctæ Apolloniæ,uel Blaſij,luminis cõſecrati,crux facta de lignis palmarum, balnea in uigilia Natiuitatis,& Carniſpriuij contra febres,& dentium dolorem,non comedere carnes, in die Natalis Domini cõtra febres, uel ad honorandum ſanctum Nicolaum, pro diuitijs acquirendis,petendo eleemoſynam,eundo ad ſanctum Valentinum,contrà morbum caducum,ponderando puerum cum ſiligine uel cera,portare crucem circumquaq; per campum in uere,contrà tempeſtates, in certis oblatis ſuper altare, ſicut lapidibus in die ſancti Stephani, & ſagittis ſancti Sebaſtiani. De uerbis rebus mixtis,oriuntur ſuperſtitiones uariæ. De odio & amore, & malefica operatione diabolica,cum acu quæ tetigit ueſtem mortui,de lignis furcæ,de lignis coniungendis contra febres,de hoſtia non conſecrata contra febres,contra ictericiam,de urina,de pullis,& id genus deliramentis.

Chryſoſtomus ſuper Matthæum.Phariſæorum magnificantium fimbrias ſuas exemplo,nunc multi aliqua nomina hebraica Angelorum confingunt,ſcribunt,& allegant,quæ non intelligentibus ea,metuenda uidentur. Eſt cauendum, ne aliquid falſitatis contineant,quia tunc à Deo uero non ſunt.Nec credendum eſt,uerbis illis aliquam uirtutem ineſſe,quam Deus non dedit, ſicut credunt quidam, ſi portauerint Euangelium Ioannis, quod ſubmergi capiuẽ non poſsint. Cauendum etiam, ne ſacris uerbis aliqua uana ſint commixta,puta characteres ſigni crucis,aut ſi ſpes habeatur in modo dicendi,ſcribendi,aut legendi.Quæ omnia uana ſunt, & non ſunt eccle-

http://www.obrascatolicas.com

siastica. Euangelia, & oratio Dominica, & reliquiæ portari possunt: dummodo nihil uanitatis se immiscеat, quòd tali modo, aut in tali uase, aut ad tale factum. Et tunc habeatur respectus ad Deum, & non credatur præcisio, quòd sic scilicet, quòd habeant solùm uirtutem illa uerba, & non alia diuina, & non scriptura siue uerba, sed significatio & intellectus. De fortunio & infortunio, casualibus, sternutatione, ignis saltatione, calciatione, dierum obseruatione. Aegyptiacorum nefanda omnia illa. Obseruare tempora, quò ad naturales actus licet, in ijs autem quæ influentiæ non subsunt, non licet, sicut sunt electiones horarum, ad illa uel illa. Idem de inuentitijs, ut est nidus auis cum matre, quod signat fœcunditatem in bonis, & abundantiam, & de inuentione ferri, aut claui, aut oboli, quòd sit eufortunium, & inuentione thesauri, difortunium. Sed est nobis una fides Domini nostri Iesu Christi, hunc inquiramus, dimisso nostro lumine uenefico, & inquiramus eum suo lumine gratiæ, & nostro lumine amoris: nam in nobis natus est Christus. Sicut Sol super terram operatur: ita & in nobis inhabitans Christus illuminat, calefacit, & fructificat. Illuminat & clarificat nos, quò ad intellectum, per contemplationem. Et accendit siue calefacit nos, quò ad affectū per amorem & fruitionem, quę duo, uim contemplatiuam in nobis respiciunt. Et tertium, uim practicam in nobis fructuosam facit, per doctrinam prudentiæ, & uirtutum moralium, & donorum suorum exercitationem, ut eamus, & fructum afferamus, & fructus noster maneat. A' principio, generatio praua ecclesiæ malignantium semper cucurrit cum electis, & ecclesia prædestinatorum. Vnde inueniuntur Libri de diuinatione & præstigijs, ante diluuium in lapidibus insculpti per Hermetem inuenti: qui uenerunt ad Cham, & filium eius Canaam, Zoroastrem, & ad Ostanem, Zamolsim, Petosyrim, & post Democritum & Platonem: licet Zepher Razael, aliter dicat. Et traduntur multi modi diuinandi & incantandi, qui Christiano sunt prohibiti.

De sermone: Afferte Domino gloriam & honorem.

Ecclesia. POst Christum, immediatè sanctissimi Apostoli & discipuli, qui eundem in uniuerso mundo prædicauerunt. Et successiuè à principio mūdi usq; ad Christum, creuit Ecclesia in sanctitate, usq; ad caput sanctitatis Christum. Et à Christo, usq; in diem iudicij, decrescet sanctitas: quoniam Antichristus, Christo contrarius, est fons omnis malitiæ & peccati.

Imago Dei. In homine, debemus Dei imaginem honorare. Si imagini beatæ uirginis honor exhiberi mandatur: multò fortiùs imagini trinitatis, quæ in homine est. Et honorandi sunt homines, propter angelos, eis ad custodiam deputatos, & propter naturam humanam, diuinitati coniunctam. Serui contemnendi non sunt: qualem cupis ergate Deum esse, talis esto ipse, erga seruum tuum.

Ex sermone: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

Beatitudo. BEatitudo est quid optimum, delectabilissimum, & sufficientissimum. Et operatio perfecta, secundùm uirtutem perfectam: cōsistit obiectiuè in solo Deo & formaliter in Dei unione & fruitione. Deus enim est cibus & uestis sanctorum, imò omnis beatifica perfectio. Et hoc tàm effectiuè, quia in sanctis hoc efficit, quàm obiectiuè, quia circa seipsum tāquàm obiectum uiuificum, talimodo eos afficit. Visio & fruitio, est eorum cibus, potus & uestis. Habent etiam accidentalem beatitudinem sancti, quia gaudent de gloria singulorum, tanquàm propria, quia charitas perfecta ibi est. Quare proximi bonum, sicut proprium, eos beatificat. Gaudent se ibi esse, & tormenta euasisse, gaudent de suis gratijs & meritis. Virgo Maria, quia mater Domini. Apostoli, quia Domini & Dei discipuli. Gaudent uirgines, martyres, doctores, de aureolis. Tunc procidentes ante conspectu Dei laudant, benedicunt & glorificant eum, in sæcula sæculorum, orantes pro nobis, ut consortes regni efficiamur. Quare nos ijs iungamus hodie toto corde, qui nostram salutem

tem desiderant, qui nos precantes, audiunt & intelligunt, dicamus ad hanc Hierusalem: Lauda Hierusalem Dominum. O' Domine, fac nos te uerè amare, ut tibi iungamur in æternitate, mediante feruidissimo amore intimissimè. Domine qui dixisti eri piam eum, glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum: ostende nobis misericordiam tuam in hac uita, ut simus mundo corde beati, & in æterna patria, da nobis salutare tuum, ut te Deum uerum uidere ualeamus, qui es in æternum benedictus. Amen.

Ex sermone: Compleuit Deus die septimo opus quod fecerat, & requieuit.

IN æterna quidem prædestinatione, pater in diuinis ab antiquo formauit in sua idea ineffabili, hoc glorioſissimum uas, reparationis humanæ cōditionis, miro et ineffabili modo. Et Moses nobis hoc exprimens dicit: In principio, creauit Deus cœlum & terram, id est cælestem angelicam, & humanam terrestrem uitam, simul in uirgine Maria, quæ fuit altissima dignitate cœlum, & infima humilitate terra: cœlum, purissima uirginitate: & terra, fœcundissima maternitate. Erat autem hæc terra uirgine fœcundissima, in suis progenitoribus inanis & uacua à principio, & super faciem abysi, eius naturalis effluxus ab Adam, fuit tenebræ & nubecula. Et tunc spiritus Domini, ferebatur super aquas, id est super faciem omnis populi, per abyssum signati. Fuit enim quædam tenebrosa obscuritas originalis culpæ, & ferebatur spiritus Domini, id est amor & misericordia super aquas, id est omnes gentes. Et tunc Deus in secreto concilio suo dixit: fiat lux, has tenebras pellens & irradians, & facta est lux, lux scilicet mundi, quæ erat ualdè bona: & per hanc lucem, diuisit Deus diem à nocte. Expulit enim primò in hac luce uerbi sui Deus, tenebras omnes caliginosi peccati, cuius quidem peccati auctor, ita separatus à luce, in noctem uersus est, id est, in sempiternas tenebras, & carentiam ueri luminis, diuinæ uisionis. *Genesis.*

Ioannes, est stella lucifer: Maria, aurora: Christus, Sol. Si Ioannes annunciatus, uigil luciferum uidens clamat, auroram conspiciens tubicinat, Sol seipsum aperit. Secundùm Damascenum, sicut sterilis Anna, per uotum & repromissionem, Samuelem peperit: ita ex Ioachim & Anna, genita est precibus & repromissionibus Maria, & miraculosè concepta, etiam sine peccato originali, secundùm obseruantiam ecclesiæ hodie. Fuit tamen secundùm communem cursum naturæ concepta, & in utero sanctificata, multò amplius, quàm Ioannes aut Hieremias. Quorum Ioannes, ex eo quod digito Christum monstrare debuit, sanctificatus est. Et Hieremias, quia clariori prophetia aduētum explicauit, sanctificatus. Ergo fortiori modo, quia futura mater. Tanta enim puritate (secundùm obseruantiam ecclesiæ, quæ eius conceptionem celebrat) fuit, quod nunquàm habuit, nec originale, nec actuale peccatum. Ergò sanctissima in utero, quod nulli nunquàm alij, puro accidit creato homini. *Conceptio Mariæ.*

Cuncta opera nostra, per septem sunt distributa. In septem horis, conceptus se ad fœtum disponit: in septem diebus, se ad lineamenta aptat: in septies septem, ad rationalem animam: in septem mensibus, ad natiuitatem: in septem annis, ad facundiam: bis septem, ad pueritiam: in quater septem, ad adolescentiam: sic in septem ætatibus, mundus creatur: in septem diebus, septimana: in septem planetis, influentia: in septem ætatibus hominis, eius totalis uita, & septem sunt angeli, in Apocalypsi: & septem cādelabra aurea: & septem dona spiritus: & quum septimus angelus tuba canit, consummatum est mysterium, quia in septima est omnis quies. Primo gradu contemplationis ad ueram uitalem requiem, est ascensio, per opus generale primæ diei uitæ generalis, quæ est in omnibus corporalibus uiuentibus, & est uegetatiua. Secundus gradus, opus secundæ diei, uita sensitiua. Tertio gradu, ascenditur ad imaginatiuam. Quarto, ad uitam memoratiuam, quæ est communis doctis & indoctis. Quinto eleuatur ascendens, ad puram uoluntatem supernorum. Sexto, oculo intellectus puro ad uiuendum summum desiderabilem & amatum. Et tunc septima die & septimo gradu, appræhendit hæc uisio, mansionem ueræ ueritatis. Dicitur autem & alio *Septenarius.* *Gradus contemplationis.*

http://www.obrascatolicas.com

modo primus gradus, animatio. Secundus, sensus. Tertius, ars. Quartus, uirtus. Quintus, tranquillitas. Sextus, ingressio. Septimus, contemplatio, & possunt etiam sic appellari. De corpore, per corpus, circa corpus, ad seipsam, in ipsa, ad Deum, apud Deum. Et sic, pulchrè de alio, pulchrè per aliud, pulchrè contrà aliud, pulchrè ad pulchrum, pulchrè in pulchro, pulchrè ad pulchritudinem, pulchrè apud pulchritudinem.

Prima die fit uisio in sensu, secundùm imaginem, & tunc utitur mundo ut speculo. Secunda in imaginatione, secundùm imaginationem, & hæc non mundo, sed mundi imagine utitur, ut speculo. Tertia fit uisio in imagine secundùm rationem, quando ratio imaginis quæritur, & cum admiratione inuenitur. Quarta in ratione secundùm imaginationem, quando per uisibilium similitudines, ad inuisibilia rapitur. Quinta, in ratione secundùm rationem, quando ex cognitis ad incognita, ratiocinando progreditur. Sexta dies est super rationem, uidendo, in eleuatione ea, quæ mentis ratione latiabat, concidit. O fundamentum omnis humilitatis: uideo quòd non in comessationibus & ebrietatibus est uita, sed in cruce, & induere crucifixum. Quicquid enim alibi quæritur, ibi solum inuenitur. Non enim mundi sator & redemptor, angelicam sumpsisti naturam, quæ corpore caret: ut omnibus creaturis per assumptã humanitatem, præberes auxilium. Tua humanitatis est scala, per quam creatura in Deum ascendit. Finiti ad infinitum nulla est proportio, sed tuæ humanitatis ad creaturas, est symbolica concordantia. Ad te igitur per tui amorem ascendimus, & in te transformamur, & sic per te, ut tua humanitas Deo unita est, ipsi unimur, & in te, qui es caput nostrum, scilicet per nostrum ascensum charitatis, & tuum descensum unimur per tuam infinitam pietatem & gratiam, sicut Paulus ad Hebræos: propter te & in te, omnia esse dicit. Nihil ex nobis quantùm ex nobis, quia de nihilo, sed omnia per te. Tibi Deus data est potestas in cœlo & in terra: quia Deus & homo, & mortis uictor. Quare quantùm per Adæ culpam cecidimus, tu potentissimè potuisti restaurare, ita quidem per tuam mortem, translati sumus ad uitam, sicut presbyter, transubstantiat panem in corpus tuum in altari.

Statui uiæ, non competit Christum apertè uidere, propter uelamen ænigmatis, & meritum fidei. Non est dare alium cibum spiritualem communem & salutiferum, nisi corpus Christi uerum. Ideò ueraciter oportet ipsum in hoc sacramento esse, exigente hoc perfectione sacrificij, sacramenti unitiui & uiatici refectiui, quæ dat esse tẽpore noui testamenti, & gratiæ reuelatæ, & ueritatis Christi. Corpus Christi uerum non diuidi potest in partes. Est enim ibi corpus, anima, & Deus utrobiq; unũ & simplicissimum sacramentum. Et totum corpus, est ita sub tota specie, sicut sub qualibet eius parte, siue sit integra, siue diuisa. Et per hoc, non est ibi circumscriptum, ut occupans locum, ut habens situm, ut perceptibile, per aliquem sensum corporeum humanum: sed omnem latens sensum, ut fides habeat locum & meritum. Et propter hoc, ut non deprehendatur, accidentia habẽt omnem operationem, quam etiam habebant prius, licet sint præter subiectum, quamdiu habent intrà se corpus Christi, quod quidem est, quamdiu durant in suis proprietatibus naturalibus, & sunt idoneæ ad cibandum. Eleuetur mens nostra ad huius sacratissimi sacramenti mirandas suauitates, aliquantulum ruminandas, & dicamus: O Domine, quanta est dulcedo tuę bonitatis, qui uis ut in esu uitæ, mortem tuam quotidie annunciemus. Quid plus dare potuisti homini mortuo per esum, quam uitam per esum? O uitæ alimentum, cruci affixum. Quis hoc donum largissimum, mente capere potest, quòd tu altissimus, pissimus, nobilissimus, te ipsum in alimẽtum præstas? Hoc est omnem plenitudinem largitatis & dilectionis modum excedere, ubi donatum, idem est cum datore. Quæ est alia tàm grandis natio, quæ ita Deos suos habeat appropinquantes sibi, sicut uerus Deus ades nobis, sub alia quidem forma, in propria substantia? O cibus qui uerè nutrit, reficit, summeq; inpinguat, non carnem sed animam, non uentrem sed mentem. O memoriale nobilissimum, intimis commendandum præcordijs, firmiter animo alligandum, & diligenter in cordis seruandum armario: In qua quidem commemoratione, adsunt nobis suauitates, gaudiũ, & lachryme: lachrymemur, deuotè gaudentes. Namq; ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas. Quum me Domine ad tàm altam considerationem eleuo, cognosco, lumen meæ intellectus

Ex sermõne: Hoc facite in meam commemorationem.

Trinitas.

DOminus Deus infinitæ bonitatis, quã ab æterno in sua essẽtia, absq; ocio & torpore, bonificauit bonificabile, & amauit amabile, & intellexit intelligibile: habuit & bonificare, & amare, & intelligere, in unitate eẽtiæ, q̃ trinitas simplicissima, unitas est unissima. Facilè est hoc credere, unicuiq; uiuẽti. Quoniam si Deus est bonus, absq; ocio: hinc in sua essentia est bonificans, quem patrem appellamus, & in eadem essentia, est huius relatiuum, scilicet bonificabilis Deus, quem filium dicimus. Et utriusq; bonificare, quem spiritum sanctum appellamus. Placuit suæ bonitati effluenti, extrà suam essentiam bonificare & creare. Creauit itaq; triplicem naturam, spiritualem tantùm, corporalem tantùm, & mixtam. Spiritualis tantùm (ut paucis absoluam) ex libertate arbitrij, partim stetit recta humili, & charitatiua subiectione: partim per superbiam, rebellionem, & blasphemiam cecidit. Hominem autem, tãquàm mixtum ex corpore & spiritu, ad imaginem & similitudinem suæ sanctissimæ trinitatis & essentiæ creauit, quem foris amœnitate Paradisi decorauit, & intus plena rerum notitia, perfectissimè impleuit. Dedit quidem ei intellectum, uolũtatem, & memoriam cum angelis, & sensus corporeos cum brutis. Et qnemadmudum hic homo effluxit, à summo bono principio: ita ad summum finem, qui α & ω, eum armauit intelligentiæ ratione, per quam sensus subiugaret:

ret: uoluntate, per quam in Deum amando intraret: memoria, per quam se stabiliter firmaret. Dedit uim appetitiuam & concupiscibilem, per quas eum dilectione & affectione, in charitate erigeret. Dedit irascibilem, per quam Deo & suo amato, contraria repelleret, cum spe & audacia.

Concordia sensuum uolũtati & rationi, originalis iustitia, à sanctis uocatur. Hãc autem primi protoplasti paruipendentes, ordinem concreatum in Deum tendẽtem, peruertentes: se à Deo, per præcepti præuaricationem, separantes, tanq; imperialis iustissimi mandati, per esum pomi transgressores, grauissimè in pœnam mandato annexam, puta, qua hora comederitis morte moriemini, inciderunt. Non ipsi tantùm, uerùm cunctum humanum genus, quod eis ui quadam productiua, uel seminali ratione latiabat, concidit. O fundamentum omnis humilitatis: uideo quòd non in comessationibus & ebrietatibus est uita, sed in cruce, & induere crucifixum. Quicquid enim alibi quæritur, ibi solum inuenitur. Non enim mundi sator & redemptor, angelicam sumpsisti naturam, quæ corpore caret: ut omnibus creaturis per assumptã humanitatem, præberes auxilium. Tua humanitatis est scala, per quam creatura in Deum ascendit. Finiti ad infinitum nulla est proportio, sed tuæ humanitatis ad creaturas, est symbolica concordantia. Ad te igitur per tui amorem ascendimus, & in te transformamur, & sic per te, ut tua humanitas Deo unita est, ipsi unimur, & in te, qui es caput nostrum, scilicet per nostrum ascensum charitatis, & tuum descensum unimur per tuam infinitam pietatem & gratiam, sicut Paulus ad Hebræos: propter te & in te, omnia esse dicit. Nihil ex nobis quantùm ex nobis, quia de nihilo, sed omnia per te. Tibi Deus data est potestas in cœlo & in terra: quia Deus & homo, & mortis uictor. Quare quantùm per Adæ culpam cecidimus, tu potentissimè potuisti restaurare, ita quidem per tuam mortem, translati sumus ad uitam, sicut presbyter, transubstantiat panem in corpus tuum in altari.

Iustitia originalis.

Statui uiæ, non competit Christum apertè uidere, propter uelamen ænigmatis, & meritum fidei. Non est dare alium cibum spiritualem communem & salutiferum, nisi corpus Christi uerum. Ideò ueraciter oportet ipsum in hoc sacramento esse, exigente hoc perfectione sacrificij, sacramenti unitiui & uiatici refectiui, quæ dat esse tẽpore noui testamenti, & gratiæ reuelatæ, & ueritatis Christi. Corpus Christi uerum non diuidi potest in partes. Est enim ibi corpus, anima, & Deus utrobiq; unũ & simplicissimum sacramentum. Et totum corpus, est ita sub tota specie, sicut sub qualibet eius parte, siue sit integra, siue diuisa. Et per hoc, non est ibi circumscriptum, ut occupans locum, ut habens situm, ut perceptibile, per aliquem sensum corporeum humanum: sed omnem latens sensum, ut fides habeat locum & meritum. Et propter hoc, ut non deprehendatur, accidentia habẽt omnem operationem, quam etiam habebant prius, licet sint præter subiectum, quamdiu habent intrà se corpus Christi, quod quidem est, quamdiu durant in suis proprietatibus naturalibus, & sunt idoneæ ad cibandum. Eleuetur mens nostra ad huius sacratissimi sacramenti mirandas suauitates, aliquantulum ruminandas, & dicamus: O Domine, quanta est dulcedo tuę bonitatis, qui uis ut in esu uitæ, mortem tuam quotidie annunciemus. Quid plus dare potuisti homini mortuo per esum, quam uitam per esum? O uitæ alimentum, cruci affixum. Quis hoc donum largissimum, mente capere potest, quòd tu altissimus, pissimus, nobilissimus, te ipsum in alimẽtum præstas? Hoc est omnem plenitudinem largitatis & dilectionis modum excedere, ubi donatum, idem est cum datore. Quæ est alia tàm grandis natio, quæ ita Deos suos habeat appropinquantes sibi, sicut uerus Deus ades nobis, sub alia quidem forma, in propria substantia? O cibus qui uerè nutrit, reficit, summeq; inpinguat, non carnem sed animam, non uentrem sed mentem. O memoriale nobilissimum, intimis commendandum præcordijs, firmiter animo alligandum, & diligenter in cordis seruandum armario: In qua quidem commemoratione, adsunt nobis suauitates, gaudiũ, & lachryme: lachrymemur, deuotè gaudentes. Namq; ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas. Quum me Domine ad tàm altam considerationem eleuo, cognosco, lumen meæ intellectus

Eucharistia.

http://www.obrascatolicas.com

nihil posse, sed tu es, qui solus cuncta potes. Curiosi de causis quærunt, & rationibus & signis, ego per fidem ad te accedo. Quid mirum, quòd in tàm subita prolatione uerborum, transubstantiatio fit? Nonnè subitò ex calore, semen quoddam, in uiua animalia, quæ bombices uocantur, uertitur? Nonnè serpens uerbis incantatur, & obturat aures, ut non audiat uocem incantantiũ, ne auditis uerbis necessariò pareat? Nonnè tu Deus unico uerbo omnia fecisti? dixit & facta sunt. Nonnè uxor Loth, ex uisione uersa est in lapidem, seu statuam salis? Nonnè fontes certi, ligna in lapides, & ferrum in cuprum mutant? Quis miretur de tua potentia? Nonnè stomachus noster, in suam naturam, carnem & sanguinem, panem & uinum mutat? Nonnè uitrificator, de cinere silicis, pulchrum uitrum educit? Nonnnè ex percussione pyritis lapidis, subitò ignis emanat? Quid de hoc mirandum est, quòd tu Deus & homo, non contractus cum tota quantitate, qua pependisti in cruce, sis in sacramento? Nonnè in modico grano sinapis, est maxima uirtus, & magna arbor in potentia? Quid de hoc mirandũ quòd species super naturam, sunt sine subiecto? Figura, quòd sacramẽtum uelatum nobis sub speciebus dari deberet, fuit de Iacob, sub Esau specie, ubi Isaac deceptus fuit. Sic sensus decipiuntur omnes, uisus, gustus, tactus. Sed non in auditu fallebatur Isaac, quia uocem quæ de interioribus uenit, nouit: sic fides, non fallitur. Quid mirandum de hoc, quòd sacramentaliter corpus & sanguis, sunt in diuersis locis integraliter? Nonnè unus sermo à me prolatus, integraliter à pluribus æquè perfectè auditur, & intelligitur? scio enim, quòd Deo conuenit ubiq; esse: homini in uno loco tantùm. Quid mirum, si Deo & homini, medio modo non ubiq;, & non in uno loco tantùm, sed in pluribus? Nonnè una definitio speciei, pluribus individuis æquè cõuenit? Nonnè uerbum totum ab æterno, & in æternum apud patrem, etiam totum descẽdit in uterum uirginis? & qui totus unus ubiq;, uenit in carnem, ut pasceret homines, qui manebat integer apud patrẽ, ut pasceret angelos. Nec minus miror, quòd totus sub qualibet parte hostiæ, dum dividitur. Sicut enim in multis locis indiuisiuẽ totaliter est: ita sub qualibet parte hostiæ, unus totus Christus est? Nonnè in speculo est simile, quod capit figuram unam, etsi frangitur, fragmenta simul totum capiunt? Nonnè in homogeneis quelibet pars, pura aquæ est aqua, ita sicut tota? Nonnè qui plus collegit de manna, quod pluit in deserto, non plus quàm alius habuit? Nonnè anima in paruo homine, est ita magna, sicut in magno, & est tota in toto, & tota in qualibet eius parte? Mirandum minus est, quòd licet quotidie manducetur, non tamen minuitur, quia glorificatum incorruptibile, post resurrectionem. Non corrumpitur: quia non conuertitur in naturam alitì, sed cibum spiritualem sumens, in ipsum uertitur, per mentis excessum & amorem. Nonnè si multa lumina, ab una candela accenduntur, lumen tamen candelæ non minuitur? Nonnè de fonte aqua fluit, & non minuitur? quid mirum de fonte saluatoris? Quid de hoc mirandum, quòd hoc sacramẽtum, alijs prodest ad salutem, alijs nocet ad iudicium? Nonnè ex eodem flore, apis mel, & aranea fugit uenenum? & una est unius medicina, & alterius mors. Nonnè idem Sol dissoluit glaciem, & congelat lutum? De nullo Domine dubito, da ut uitam, quam tu promisisti, assequar per hoc sacramentum. O Domine, si ista uita, quæ est in concordantia animæ & corporis, plena miserijs, propè mortem uicinam, & nulla cõparatione ad æuiternitatem accedens, diligitur: quantò magis in te esse, qui es æterna uita? Euge dignè ad hoc sacramentum accedentes, quia de fonte uitæ hauriunt. Væ indignè, quia de fonte uitæ, mortem bibũt. Video Domine, quia hæc misera uita, plena fletibus, cum sua lætitia, diuitijs, & uoluptatibus omnes homines decipit. Quum cogito, eos te perdere uitam æternam, propter caducam & transitoriam: totus ingemisco & tremo, hæc uita, ad tuam est ordinata, qui hac abutitur, ad te non uenit. O quæ est ista fallacia, quòd maior pars hominum, tibi fictè seruit, periit ueritas, & est suffocata per falsitatem. O sacerdos, cogita de tua uita, cogita de tua potentia, cogita de uerbis & operibus, cogita de nobilitate officij.

Ex

Ex sermõne: Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole.

TRia tanguntur, quæ ad contemplationem requiruntur. Primò quies, quæ debet esse non solum exterior, sed etiam interior quies, à passionibus & phantasmatum euagationibus: oportet enim mentem esse tranquillã. Quare dicitur, uacate & uidete, quia ego sum Deus. In pace factus est locus eius. Anima enim quiescendo, sapiens fit. Secundò debet contemplatio à pedibus Domini fieri, & à sacrosancta humanitate, qua terrena tetigit, & ab illis ascendendum est, ad contemplandam diuinitatem, quæ (Paulo teste) est caput Christi. Et per pedem dextrum, intelligimus diuinam bonitatem, & per sinistrum, diuinam magnificentiam, prout sensibiles & corporales creaturas, in hoc mundo inferiori gubernat & ordinat: Et sic à terrenis incipiendum est, in contemplatione. Tertiò debet audire uerbum Domini, id est, non debet contemplans inniti sensui proprio, quin potius diuinæ reuelatæ fidei. Multa enim sunt, ad quæ infirma & angusta ratio non potest pertingere, quæ solùm oportet per fidem, tanquàm ex ore, reuelata credere. *Contẽplatio.*

Qui ad contemplatiuam uitam uult accedere, oportet secundùm Bernardũ, quòd apud eum sit sæcularis uitæ abscõsio, carnis afflictio, cordis cõtritio, frequens & pura confessio, lachrymæ. Et cum foràs emissa fuerit omnis immunditia, sursum meditatio Dei admirabilis eum extollat, & castæ ueritatis inspectio, oratio munda, subilum laudis, & desiderium ardens in Deum. Sex sunt præparata ad uitam contẽplatiuam: exercitatio in actiua, pòst sollicitudo, item mentis humilitas, munditia cordis. Beati inquit mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et quia summum bonum, non nisi mentibus purgatissimis cernitur, oportet quòd oculus ualdè sit purgatus & fortis, qui in illam claritatem figitur. Quintum est, feruor charitatis. Sextum est, mentis stabilitas. Sunt & alia, quæ promouent ad contemplationem, consideratio creaturarum, laudando creatore, qui omnia in numero pondere & mensura creauit. Sunt enim quidam radij diuinitatis, in uarietate formarum. Bernardus: & creatoris uestigia, in creatura relucent. Inuisibilia Dei, per ea quæ sunt facta, intellecta conspiciuntur. Secundũ Hugonẽ: Potentia Dei, appræhenditur per immensitatẽ creaturarum: sapientiã decor, benignitatẽ utilitas ostẽdit: immensitas, in multitudine & magnitudine attingitur. Decor, in situ, motu, & specie, & qualitate: utilitas, in grato, apto, commodo, necessario. Est enim mundus sensibilis, quasi liber, Dei digito scriptus, & hocmodo, incipientes contemplantur. Sed perfecti, in contemplatione creatoris tantùm persistunt, sicut uirgo beata. Per creaturas laudatur creator, sicut per artificiatum artifex. Et sicut pulchritudo creaturæ, auertit hominem per amorem eius, à Deo: ita etiam reuertitur per creaturam in creatorem, cum modis intelligendi. Secundum promouens ad contemplationem (ut uult Isidorus, in de summo bono) est suijpsius cognitio. Bernardus. Quantò in mei cognitionem plus proficio, tantò ad Deum propiùs accedo. Secundum interiorem hominem, tria in mente consistunt, quæ sunt Dei imago, quantùm ad proprietates naturales, quæ sunt memoria, intellectus, & uoluntas. Et hæc imago trinitatis, à potentia, sapientia, & puritate summæ trinitatis cecidit, per peccatũ in Adam, in oppositam trinitatem, scilicet infirmitatem, cecitatem, & immunditiam. Secundum Bernardum. Memoria erat ad similitudinem, patris, intellectus filij, uolũtas similatur Spiritui sancto, qui est amor. Homo, per memoriam reminiscitur, per intellectum intuetur, per uoluntatem amplectitur. Quærere uis inuisibilia, per uisibilia creata? nullibi melius, quàm in imagine Dei scilicet ĩ te, reperies. Syllogizat uiator, ex pulchris, pulchritudinem infinitam, ex amœnis, amœnitatem infinitam, ex luce, lucem infinitam, & ex dulci, dulcedinẽ infinitam. Et cum cuncta quæ uiator imaginatur, & in intellectu uidet humanitas: tamen distant, ab illa suprema deitatis gloria, quantùm fides à ueritate, tempus ab æternitate. Sũt & contemplatiui, qui in Deum proximiori gradu possibili eleuantur, ad eum uidendum: et illis mundus moritur, & Deus uiuit. Qui mundo uiuit, Deum non uidet: qui autem mundo moritur, per fidem & ardentem concupiscẽtiam, Deum quodã modo uidet. Augustinus inquit: Tunc fastidio sunt uniuersa uana, huicmenti, & sola puritas placet

http://www.obrascatolicas.com

cet,mentem in humilitate cuſtodiunt,ne per elationẽ contemplationem perdat. Cõ templatio altior de Deo trino & uno,& de Dei proprietatibus,& æqualitate attribu torum,de potentia Dei,quomodo omnia creauit, & quomodo in ipſo,& per ipſum fuerunt,& ſunt omnia,& quomodo ubiq; eſt & nullibi,& cunctis intendit,& omni bus dat eſſe,& cuncta conſeruat,& de ordine ſupercœleſti,& elementari,& de prin cipijs amoroſis per concordantiam uniuerſum tenentibus, & quomodo infinitus Deus,incognoſcibilis nobis & ineffabilis remaneat: licet hîc cognoſcatur per quia eſt,& in patria ſicut eſt,nullibi tamen quid eſt Deus,omnium creaturarum ſupergre ditur intellectum:ineſtabilis,nõ nominatur. Eum dicimus eſſentiam uel bonitatem, ſuprà omnia iſta eſt,ſecundùm beatum Dionyſium. Tertius gradus contemplatio nis,modo præ magnitudine deuotionis ſurgit, modo præ magnitudine admiratio nis,modo præ magnitudine exultationis,ut ſemetipſam mens hoîs nõ capiat, ſed ſu prà ſemetipſam eleuata,in alienationem tranſeat. Flamma quæ excreuit ultrà huma num modum,hominis mentem ut ceram reſoluit,ut ſæpè ſtupore ſupernæ pulchritu dinis alienetur,magnitudine exultationis, quando deguſtat intima ſupernæ ſuauita tis,& in alienationem mentis,tripudij nimietate ducitur. Et quando hæc in nobis, non ſentimus, minùs diligimus,quoniam ex feruenti dilectione,iſta eueniunt.

Ex ſermone:Remittuntur ei peccata multa,quoniam dilexit multùm.

Peccatum. PEccatum,eſt ſicut putredo in pomo. Quia putredo aufert colorem, ualorem,ſaporem,& odorem:ſic peccatum,aufert decorem uitæ,odorem famæ, ualorem gratiæ,ſaporem gloriæ.Eſt ſicut uulnus in corpore,quod cum eſt re cens ſe tangi & premi permittit, poſt triduum difficulter:ſic in peccatoribus. Et ſunt tres dies,ſcilicet perpetratio,conſuetudo,obſtinatio, tunc ſe tangi non per mittit.Iuxtà id Prouerbij:Peccator,cũ in profundũ peccatorum uenerit, contemnit. Excœcauit eos malitia eorum, unde etiam odio habuerunt,corripientem in porta.

Ignis gehennæ. Auguſtinus. Quantùm diſtat ignis naturalis,ab igne picto:tantùm infernalis à materiali,cuius tanta eſt uiolentia,quòd omnes mundi aquæ,eum in modico non re frigerarent.Hugo. Nutrimento iſte ignis ut ſemper ardeat non eget,ubi omnis ſpei ſalutis ablatio.

Dialogus. Maria peccatrix. Deuotus. Maria. Deuotus. Maria. Cur Maria ingreſſa,ad terram te ſecus pedes Domini proſternis plorãs? Reſpondit Maria: quia gratiam quæro. Veni ægrota ad medicum,ſine quo ſaluari non potui, & impetraui,ut oſculer pedes eius,& lachrymis rigarẽ.Quomodo intraſti? Maria reſpondit:Imperterritè. quia ualdè opus erat medico,& aſcendi uſq; ad pedes Domi ni mei,humiliata triplici gradu. Cum eſſem in terra peccatorum,ingerebat ſe timor ſupplicij,uidi præmium ſempiternũ,& amare cœpi,cogitaui à dextris,proſpera mũ di quæq; deſpicere,cum temperantia,& à ſiniſtris,in aduerſis patientiam habere. A ſcendi primum gradum,per mundi cõtemptum.Secundum,per mei abiectionẽ. Ter tium, per humilem Chriſti amorem. Et ſic certiſsimè inueni quæſitum breuiſsima uia:Plãxi & emiſi habenas lachrymarũ,ut me euacuarẽ aqua,& in me intrare poſſet ignis dilectionis,ligna compaſsionis,& uictima deuotionis.Portaui unguentũ præ cioſum,decorũ,odoriferũ:quia quæſiui,quod erat omni ualore præcioſiùs,odore de licioſiùs,decore gratioſiùs.Erat de nardo unguentum: quia ut arbor nardi,parua & odorifera,humiliabã me ad pedes magiſtri mei,ut mea nardus,daret odorẽ ſuũ.Incur uaui me ad pedes Domini,ut demũ aſcenderẽ:incineraui me,ut redolerẽ:mortificaui me,ut reſurgerẽ.fleui fletu compunctionis,cũ aſcenderẽ primum gradũ,ut mundarer in conſpectu tanti regis.Flebã in ſecundo gradu compatiendo,dũ ſtarem ad monu mentum,cũ unguento lenificatiuo.Flebã in tertio gradu,quando quæſitũ poſt reſur rectionẽ inueni,tunc aia mea in balneo fletus,liquefacta eſt. Flebã in primo gradu, quia me ipſam peccatricẽ immundã cognoui,et oculi mei deduxerunt exitus aquarũ. Flebam incolatum preſentis uitæ:hei mihi,quia incolatus meus prolongatus eſt.Fle bam,quia timebam infernum,plorans ploraui in nocte,id eſt peccato.In ſecundo fle bam,quia ſciui Chriſtum incarnatum, ut me miſeram liberaret, & iſtæ fuerunt mihi lachry

lachrymæ,panes die ac nocte:flebam,quia compatiebar humanæ miſeriæ. Flebam, ex deſiderio cœleſtis patriæ.Super flumina Babylonis ſedi,calcando mundi tranſito ria,& recordata ſum Zion,patriæ cœleſtis. Cur Maria dudum non fleuiſti,& tam *Deuotus.* diu expectaſti? Maria. Quia ſuperbię elatio me nõ permiſit. Alti montes,ſuperiùs a *Maria.* ridi ſunt,& ſolùm ualles humidæ.Infecta eram terrenis, cor induratũ habui,mens a lijs uoluptatum curis occupata,& exſiccata earũ calore, phrenetica & fatua fui. Gla ciatũ fuit multitudinẽ peccatorum cor meũ uſq; in hũc diẽ,caloris ſolis iuſtitiæ,Chri ſti Domini mei.Cogitaui ad Annam,de qua in libris Regnorũ:quæ cum eſſet amaro animo,orauit ad Dominũ flens largiter,& exaudita eſt. Cogitaui,per fletũ Ezechiã exauditũ.Vidi inquit lachrymas tuas,& ecce ſanaui te.Sic Thobias,ſic Sara lachry mis exaudiebantur,ſic Iudith,ſic Dauid:Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Et ſic perpendi, Deum qui cogi non poteſt,lachrymis cogi, hinc acceſsi,& plorauí. *Deuotus.* O Maria,cum hic tuus fletus fuerit pœnitentialis, qualis & quantus fuerit oſtende. *Maria.* Amoroſus, & doloroſus,ut peccata abominando diſplicerent,propter Dei offenſam,cum tanta menſura cordialis triſtitiæ,quòd nunquàm maiorem habui,nec habere potui. Et erat ſimilis,luctui unigeniti perditi, quia erat luctus perditæ animæ. Nihil mihi in mundo tantùm diſplicuit,quàm offendiſſe Deum:quia cum aſcendi ad Deum,quem ſuper omnia diligere propoſui, eius offenſa ſuper omnes offenſiones, grauis mihi meritò fuit. O Maria,quid impetraſti? Maria. Peccati dimiſsionem,gra *Deuotus.* tiæ acquiſitionem,& beatitudinem,& nouum ſponſum impetraui.Abluit enim gra *Maria.* tia Dei,mediantibus lachrymis meis, diſsimilitudinem & maculam animæ meæ,tu lit culpam & pœnam,& me ſibi gratam recreauit ſponſam. O Maria,quantam gra *Deuotus.* tiam tu inueniſti,ut non ſolùm culpa,uerumetiã pœna tuorũ omnium peccatorũ tol leretur,ut ab inferno & purgatorio liberata,ſolũ expectares immediatè gloriã. O quã ta tua cõtrito,Acceſsiſti audacter ad pedes Domini Dei & hominis, & oſculata es: dic quare.Maria.Oſculabar pedes eius,in primo gradu aſcenſus mei:oſculabat ma *Maria.* nus,in ſecundo gradu,tẽpore quo de cruce depoſitus:in tertio, oſculabar os contem plationis & pœnitẽtię eius,in deſerto.Nunc totũ apprehẽdo facie ad faciem,me ſibi in gloria iungo,humili cõuerſione oſculata ſũ pedes eius, pedẽ dextrũ miſericordiæ, pſternata oſculata ſum,& porrexit mihi Dominus in ſumma amicitia pedẽ mihi,uſ que ad illa tẽpora horribilẽ,ſcilicet iuſtitiæ & ueritatis,& ordine naturæ,in me eſt ac cenſa profunda dilectio,& ſic ipſe mei factus amator,charitatẽ & gratiã infudit.Et di miſit mihi peccata multa,quia dilexi multũ:fuit n. anima mea infecta,rubigino ſa mul tũ per peccata,quã magnus ignis charitatis,ſubitò purgauit.Cõuerſa ſunt cũcta quę in me uacua fuerũt,ad Dei culrũ:oculi lachrymarũ fontẽ, lauãdis pedibus dederũt,ca pilli terſerunt,unguẽto unxi deuotionis & cõpunctionis,& regenerata ſum in ſpon ſam Dei,quæ erã uilis,miſera,& peccatrix,& in me plantata eſt charitas,quæ quoad *Deuotus.* uixi,non ceſſauit in altũ feruidiſsimè creſcere. O Maria,cur te multũ dilexiſſe ait Do *Maria.* minus? Maria.Quia ſummũ bonum,eo ipſo quia ſummũ,ſummè eſt diligendũ,& eo tanq; ſummo bono, ſummè eſt fruẽdum,ſummè eſt ei adhærendum per amorẽ.& in *Deuotus.* eo quieſcendum,tanq; in fine. O Maria,dic quomodo intraſti in amorẽ? Maria. Cha *Maria.* ritas Dei,diffuſa fuit in corde meo, per ſpiritum ſanctũ ſuũ:eſt enim opus ſancti ſpi ritus.Habitaculum paraui Deo meo,& habitauit in me, ſua benigniſsima gratia,& ad amorem ſui mouebat me.Accendebat cor meum, excitauit dormiẽtem animam meam,& illuminauit tenebras meas.Habui ſpiritum ſanctum,per quem amaui,& ſi ne quo amare non potui, erigit eum affectum animæ ſolus ſpiritus, in Dei charita tem,qui affectus abſq; ſpiritu ſancto cupiditas eſt. Charitate anima mouetur ad fi nem,ad quem tendit,extincta fuit in me omnis cupiditas, ut creſcere poſſet charitas. Mota eſt anima mea ex charitate,ad fruendum Deo propter eum,& cunctis aliis pro pter eum. Quæ priùs cupiditate mota fuit, ad fruendum cunctis extra Deum, pro pter ipſa & non propter Deum: tunc primum ſoli Deo, amoris glutino hærebam, quando cuncta propter eũ ſpernebã. Mundi amor,Dei pellit charitatẽ,& contrà,De um neceſſe eſt ut habeat,qui charitatẽ habere ſtudet:qa Deus charitas eſt. O Maria. *Deuotus.* Au-

http://www.obrascatolicas.com

Audio terrena non posse commiscerí Dei amori, sed hæc omnia oportet obliuiſci. Et quia anima, ſine amore eſſe non poteſt, eſt inter creaturas poſita, ut aut ſurſum, proſpiciendo amet, aut deorſum mouendo. Cũ mundi amor dulcis ſit, quid te ab eius amore retraxit? Maria. Cũ oculo intellectus, cuncta creata uana cõſpexiſſem, & quòd omnis ſuauitas, iucũditas, potentia, & opulentia qualitercunq; me afficiebãt: non ſatiebant, quia mutabilia, in errore me eſſe cõperi. & conuerſa ſolũ Deũ quæſiui, & inueni quẽ amaui, in quo omnis plenitudo, in quo interior homo, omne delectamentũ abſq; ſenſibili ſapore, omnem pulchritudinẽ, abſq; colore, omnem dulcedinẽ, abſq; qualitate, oſculũ & amplexũ, abſq; tactu, ſentit. O Maria. Quid in ſecũdo gradu, cũ manus Chriſti oſculata eſſes, & circa eius ſepulchrũ plãgeres, de charitate ſentiebas? Maria. Creuit in me uirtus altiſsimi, reduxi in mentẽ meam, beneficia Dei mei, & opera manuũ eius, quòd mihi dedit & uiuere & intelligere, & quòd propter me factus eſt homo, & morti pro me ſe tradidit. Et ante omnia, hoc in mente habui & memoria, quòd dedit mihi meus amatus amorem, quo eũ amarẽ, ut uinculo fortiſsimo me ſibi alligaret, & liquefacta eſt anima mea. Flebã amariſsimè præterita tempora mea, quã do malè arſerat limoſa concupiſcentia mea, & Deum meum non cognoſcebam: Fleui, me tot tempora perdidiſſe. Fleui, me infeliciſsimã mulierẽ, eò quòd Dominũ nõ cognoui, quia Dominũ offendi, & roborata eſt in me charitas Dei mei. Quando trãſcurri ad cognitionẽ eius eſſentiæ, eius bonitatis, uirtutis, ueritatis, & gloriæ, & quando in ſumma humilitate me totam deſpexi, & mihi uiliſsimæ creaturæ, Deum tot bona tribuiſſe cognoui: fleui gaudio immenſo, ſentiẽs ſummã dulcedinẽ & pietatẽ, me ſcilicet deſpectiſsimã creaturã, illi amoris nexibus alligari & roborari. Roborata eſt in me charitas, ut demũ perficeretur. Senſi Deũ charitatẽ: quia cũ in me eſſet charitas, ſolius Dei beneplacita & præcepta dilexi, nihil mũdanæ cogitationis, in cor meũ intrauit, cuncta Deo placentia placebãt, diſplicentia diſplicebãt. Tunc ex tota anima, & omnibus uiribus meis, Deũ dilexi, quando per charitatẽ, in anima mea habitauit. Cognoſco ò Maria, quòd Dei opus eſt charitas, & non hominis, licet præceptũ habeat homo, de diligendo Deũ, hoc licet ex ſe non poſsit: poteſt tamẽ, ita quòd nihil æqualiter uel ſuprà Deũ diligat, & quòd omni poſsibili modo ſe amori approximet, & habilitet, licet illũ gradũ amoris ex tota anima, mente, & uiribus nõ ſemper quiſq; acquirat. Da igiſ conſolatrix, uiã ad amorẽ. Maria. Offer cor cõtritũ, & te totũ Deo: ipſe.n. implet omne aĩal benedictione. Sit in te dolor de cõmiſſis, propoſitũ bonũ de futuro, audias diligẽter uerbũ Dei: ſicut ego frequẽter ſedebã, ad pedes Domini, audiẽs eiꝰ ſermonẽ. Habeas boni operis prõptitudinẽ: quia amor, ocioſus eſſe nõ uult: & hæc ſunt ſigna primi gradus amoris. Sed roborati gradus, feruens conſcientiæ examinatio, in oĩbus mortalibus & uenialibus, concupiſcẽtię diminutio, ſenſuũ ſpiritualium uitalis exercitatio. Sicut corpus uiuere probatur, per ſenſus exteriores: ita anima, per exercitium ſenſuum interiorum, ſtudioſa mãdatorum obſeruatio, diuinarum ueritatũ manifeſtatio. Sicut ego Maria, uerbum Domini publicè prædicaui. O Maria dic mihi, Tertij gradus charitatis, & tertij oſculi, ſigna. Maria. Moriebar indies, pro Deo Ieſu meo in corde, amoris ſtimulis, nihil mihi ſapiebat mundus, cupiebam diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Petij deſerta, quia cuncta mihi uileſcebant, deſiderabam, pro Deo, aut proximo in Dei honore quotidie mori. Diligebam inimicos, & eis pro Deo benefeci. Omnia aduerſantia gaudenter ſuſcepi, & patienter ſuſtinui. Omnibus renunciaui Chriſtum ſequendo, ſolùm Deum filiali timore timui, ne illum amatum perderem, profunda & intima mentis ſuſpiria emiſi. Quando memoria amati mei, intima mentis tetigit: amor amoris nuncios ſuſpiria emiſit. Alta fuerunt deſideria mei: quia altiſsimum ſolum uolui. Languidæ fuerunt cogitationes meæ: quia ubi theſaurus meus, ibi cor meum. Præ magnitudine amoris, omnia præter amatum, in faſtidio contempſi. Languebam, quia eum ſolum cupiebam, quem nondum habebam, ut cupiebam. Amabam in primo gradu ſcalæ, primo oſculo pedum: ardebam, in ſecundo gradu, & oſculo manuum, languebam in tertio. Amant incipientes, ardent proficientes, languent perfecti. Expectabam in tædio & lan-

Maria. *Deuotus.* *Maria.* *Deuotus.* *Deuotus. Maria.* *Deuotus.*

guore diſſolutionem, & eſſe cum Chriſto. Datæ mihi fuerunt alæ altiſsimæ contemplationis, & manna cœleſtis dulcedinis triginta annis in deſerto. Rapiebar ſepties in die in Deum, eleuato corpuſculo à terra, per maxima deſideria eſſendi cum amato. Expectabam ut morerer pro amato, & in amato, cum magna expectatione. Cum enim amor tendit in rem amatam, nihil uelociùs, nihil acutiùs, nihil penetrabiliùs, nihil ſubtiliùs: quia ſuapte natura non quieſcit, donec ſupernaturaliter penetrauerit totam profunditatem, & tranſierit amabilis totalitatem quantùm poteſt, licet intranſibilem. Et ideò quando curſus huius amoris impeditur, uel qualitercunq; tardatur: tota mens turbatur, & attædiatur in expectatione. Cecidi ſæpiſsimè in extaticas affectiones, in mentis excuſſu: quia propter uehementiſsimum amorem meiipſius non fui, ſed amati, ad quem ſpiritum ita ardenter miſi, ut in mentis excuſſu cum amato eſſem, qui enim perfectè amat, nõ ſibi ſed Deo uiuit, quẽ amat, à quo amato dirigitur, regitur, & docetur. O mulier, quando tibi datæ ſunt alæ duæ aquilæ magnæ, affectus & intellectus, ut uolares in deſertum contemplationis & pœnitentiæ, ubi in arduis poſuiſti nidum tuum, & in petris, & in præruptis ſilicibus morabaris? quid tecum habeas paupercula? Maria. Non eram paupercula, quæ ſubſidio angelorum, quotidie ſepties ad contemplandum illum, quem dilexit anima mea, eleuabar. Habui aurum probatum, & ferrum ignitum ductile, & uinum conditum dulce, acutum, & forte: quia dilexi fortiter, prudenter, & perſeueranter. Habui aues rapaces quæ rarò niſi cum prædantur, terram contingunt. Habui ingentem maris nauem, quæ flatu ſpiritus ſancti, ducebatur. Habui mortis malleum, quo carnem mortificarem. Habui fontem & puteum uiuentis aquæ, quæ mundano aëri contrarius erat: frigidus enim erat in æſtate, & calidus in hyeme, & eius urna pendebat in funebenè torto, qui fortis eſt. Habui canem uenaticum nobilem, qui ſpinas non ſentit dum quærit. Erat domus mea, de latere benè cocto, quæ non diſſoluebatur tempeſtatibus, & imbribus, & pluuijs. Habui arbores fructiferas, quę habebãt fructus pietatis, flores honeſtatis, folia ueritatis. Habui ueſtem nuptialem, mirabilis texturæ, rubro colore, multùm flagrãtem amatoriè, quam ignis ſpiritus ſancti texuerat, et ex Chriſti rubricauerat ſanguine. O Maria. Si non habuiſti alia quàm prædicta, adhuc pauperrima eras: quia non eſt requies amantis, niſi in amato. Maria. Fuit ſemper mecum ſponſus animæ meę: Subarrauit me Dominus in remiſsione peccatorum, & ſancti ſpiritus ſui donis, & læua eius ſub capite meo, & dextra eius amplexata eſt me. Copulabam me illi, & ſtringebat me ei arctiſsimè, funis amoris, & indies arctiùs illi colligabar, catenis amoris. Purgauit me igne amoris, & ornauit, & illum inauit tabernaculum animæ meę in quo habitaret altiſsimus, dilectus meus. Exuſsit præteritas informitates meas igne, ut puriſsimus locum in me aptũ inueniret. Cogitaui et reuolui pulchritudinem amati mei, quodq; tantus à me diligi uoluit, qui prior me dilexit quàm eum cognoſcerem, & exarſit ignis dilectionis eius exuberantiſsimè: & tamen languebam, quia non tantùm eum ut uolebam diligebam, & creuit ex languore amor. Et quantò hic amoris ignis plus creuit, tantò dulcior, & tantò clariori uiſione, ſpirituali & amplexu, appræhendit me ſponſus meus, & dum uellet ſuo amore, conſolari animam meam, fortius uulnus infligebat amoris. Et dum oſculabatur me oſculo oris ſui, mel & lac ſub lingua eius, & fauus diſtillans labiorum eius: prouocauerunt internum deſiderium, crebriùs & profundiùs oſculandi eũ. O mulier dic. Cum ſepties in die à terrenis te ſurſum angeli, id eſt profundiſsimæ & ſubtiliſsimæ & ignitæ affectiones & deſideria eleuaſſent, uerſùs tuum amatũ: quæ fuerunt iſtæ tam ardentes affectiones? Maria. Cũ me ad amatũ totaliter conuertiſſem, dixi amori meo, ut me ad aliquem gradũ magni amoris dulciter eleuaret. Amor reſpondit: Cogita amorẽ amati tui, & naturam illius omnibus incomparabilẽ: qui finiti ad infinitũ nulla comparatio. Et cogita, quæ amoris infiniti & finiti cõnexio; quia creaturæ ad creatorẽ nulla mirabilior, & nulla altior. Ecce cum hæc intellectus & affectus amoroſè cogitarent, & in memoria reponerent, aſcendi ad gradum primũ. Reuerſa de hoc aſcenſu, non contẽta, dixi amori, eleua me plus iterum ad ſecundùm gradum. Et dixit amor: Reſpice modò cuncta ſub cœlo

Deuotus. *Maria.* *Deuotus.* *Maria.*

http://www.obrascatolicas.com

cœlo posita, qualia sint in comparatione, ad amatum tuum. Et respiciendo, illorum caducitatem fugi, & per amorem supernorum, eleuabor in secundum gradum, & quæ quæ terrena & creata, & contempsi amare, & in cunctis creatis, eum solum amaui. Et iterum rogaui amorem, ut me rursum eleuaret, ad tertium gradum. Et dixit: Cogita æternitatem dilecti tui, & quòd æternaliter eum pro amato possidebis, quantò ardentiori amore eum appræhenderis: tantò iucundiori modo eum possidebis. Et eleuabar. Creuit in me perseuerantia continua, ut continuè in amore crescerem. Et iterum eleuauit me amor, amore inseparabili, quia non potui rimari aliquo tempore, bonitatem amati mei, quamuis semper contemplarer. Et iterum rogaui, ut eleuaret me amor altiori gradu. Et dixi: Deus amatus tuus, subtilissimus spiritus, omnipotens, & omnium creator, tantò profundiori amplexu iungitur amanti, quantò spiritualior factus fuerit amans, & quantò plus passus fuerit amans pro amato, tantò plus amatus retribuet & eleuabar in desiderio, ut absoluta ab hoc mortali corpore, propter amatum, coronarer martyrio. Et iterum sextò rogaui amorem, ut me adhuc altiùs eleuaret in dulcedinem amoris. Et dixit mihi: Sentis ne in te amatum tuum? Et dixit: sentio, sed parùm. Et dixit: multiplica affectum & intellectum, in conditionibus amati tui. Et feci: & ascendi, & non fuit adhuc amore saturatus, quia quantò plus ascendi, tantò insatiabiliùs amor creuit. Et cum multum adhuc insatiabiliter famescerem, rogaui amorem, ut me eleuaret adhuc ad amatum. Et septimo me eleuauit altissimè, & cum incœpissem ex maxima fame, auidissimè dulcedinem mei amati parum degustare, inflammatum est desiderium meum ardentissimè, & quanto plus, tanto magis famescebam quàm ante. Et uulnerauit cor meum amatus meus, amoris sui igne, & languebam: quia amatum non habebam totum, ut desiderabam. Et ligati sunt in me, omnes sensus corporis mei: quia anima circa amatum uacabat, postulans ut uulnus inflictum sanaret, cui ipsa alligata est indissolubiliter. Et reuersa est intercisè anima mea ad opus suum, ut membris motum præstaret, nec tamen ab amato recessit, & nullam uoluit anima admittere consolationem, quia cuncta illi mortua fuerunt, & solum amatus, qui eam uulnerauit, illi uiuebat. Et similis hic amor, habenti maximam sitim, cui etiam si daretur quantacunque pars nectaris ad bibendum, non minus, imo plus sitiret, & nunquàm satiaretur, nisi totum mundi in se nectar haberet. Ascendi sic quotidie, & quantò plus & plus bibi, tantò plus & plus sitiui. Circuiui uicos & plateas uulnerata, ut morerer ex amore, & mori non potui. Et quanto plus quæsiui mori per amorem: tanto amor in me plus uiuebat. Rogabam amorem, ut me duceret ad mortem potius, quàm me tot uulneribus & languoribus conficeret. Et ecce amor plusquàm triginta annos me pauit, & demum languere fecit, cogitauit me uelle exaudire, quia illi fideliter seruiui. Et duxit me per totum mundum in spiritu, ut uiderem quomodo amatus meus, est ita parum notus & honoratus in mundo. Duxit me per idololatras, blasphematores, superbos. Duxit me per omnia loca mundi, ad bella, ad schismata, ad hypocritas, ad adulteros, ut tantùm dolorem conciperem, ex inhonoratione, ex uilipendio, & peccato contrà amatum, ut moriendi desiderio multùm cruciarer, & languerem, & nec sic adhuc mori potui. Duxit amor ad infernum, ut uiderem quot ibi essent animæ, ad imaginem Dei creatæ, & æternaliter mortuæ, & in comparatione paucæ saluatæ, & tristissimè affligebar, nec tamen moriebar. Et dixit amicus ad me, uis omnino in amore mori? Et dixi: ut in te solum uiuam, hoc solum desidero. Et dixit amicus ad amorem: due amicam in Hierusalem. Et duxit me in Hierusalem, & ibi uidi ciuitatem sanctam Hierusalem, & tot sanctos Dei amatores: uide uirginem gloriosissimam Mariam, cum innumeris amicis Dei: uidi dulcem Christum natum: uidi in cruce leuatum. Et cũ uidissem in cruce meũ amatũ, inuasit me infirmitas ad mortẽ, quia uidi iustissimum, pijssimum, dulcissimũ amatũ & amatorẽ, opprobriosissimè suspẽsum, & mori iã uolentẽ. Et mortuus, positus ẽ in sepulchro. Ad quod me duxit amor dux meus. Et intraui sepulchrũ & tetigit me mors amati mei, telo amoris sui, & continuo mortua sum cũ amato in amore, & amor me sepeliuit cũ amato, & repẽtè surrexit amatus, cũ quo anima mea unita,

unita, spiraculo odoris immortalis eius reuixit, & perduxit me secum in æternam patriam, ubi amatum meum, nunc in plena satietate æternaliter possideo. Ad quam beatitudinem & fruitionem, perducat uerus Deus & homo Christus Iesus, suos (ubicũque locorum sint) ueros & affectuosus amatores. Amen.

De sermone: Respexit humilitatem ancillæ suæ.

Si fieri posset, quòd arenæ puluis, & undæ, undarum guttæ, rosa, gemmæ, lilia, flammæ, æthera, cœlicolæ, nix, grando, sexus uterq; uentorum pennæ, uolucrum, pecudum genus omne: linguæ cuncta forent, minimè depromere possent, quæ sis & quanta uirgo, regina Maria. *Laus Mariæ*

Ex alio sermone super: Respexit humilitatem ancillæ suæ.

Dicitur de Adam, quòd si sola Eua peccasset, nõ fuisset transfusio facta: quia pater, est principium motiuũ generationis, & principium transfusiuum in posteros. Ergo si solus Adam peccasset, contraxissemus. Nec peccatũ hoc est in anima per uiam traductionis, quia non traducitur, nec in carne, quia non est capax uirtutis aut uitij: sed est ibi potentialiter respectu animæ in carne, ex diuinæ sententiæ districtione. Scilicet, quando anima carni coniungitur, quòd tũc ipsa careat iustitia originali, & diuina gratia. Ideò nihil profuit nobis, remissio peccati originalis Adæ, quia non ut naturale, totam naturam humanam concernens, fuit remissum, sed ut personale. Sic baptizati parentes, adhuc generat filios, in originali peccato existentes: sicut granum mundum à palea, generãt granum in spica, & circumcisus incircumcisum generat. Contrahit anima pueri à carne concupiscentiam, & culpam originalem: sicut optimum uinum, in putrido uase inficitur, & pulcher homo, in lutum cadens maculatur. Et per gratiam, concupiscentia, pœna originalis peccati, non extinguitur, nisi in beata uirgine, quæ habuit hoc singulare sola. Sic habetur, naturã per personam corrupram, & corruptam naturam, dietim corrumpere personam. Libido transmittit peccatum ad posteros: & propter inobedientiam spiritus Deo, facta est caro inobediens spiritui. Quare libido, quæ remanet in carne, contrà spiritum est: quia omnes nascimur filij iræ. Propter hoc, multiplices defectus incurrimus, scilicet mortis, amissionis diuinæ uisionis, & gloriæ. Vnde in non baptizatis, in quibus non fuit peccatum actuale per auersionem, hoc peccatum operatur pœnam damni, non tamen sensus: non enim dolent de hoc. Sunt sapientes spiritus: ideò non dolent quòd gloriam non habent, quia sciunt se nunquàm habiles, per gratiam gratum facientem, fuisse, sicut ne quisquàm sapiens dolet de hoc, quòd uolare nescit, quia alas nõ habet. Aliæ sunt pœnæ: puta ignorantia, pronitas ad peccandum, infirmitas. Hæc beatissima uirgo non sensit, sciuit tamen, quòd nisi Christo saluatori, per gratiam & per merita eius, incorporaremur, qui est ipsa uera ueritas & uia: ad patriã nunquàm quisquàm ueniret. *Peccatum originale.*

Sacra scriptura, omnes scientias ipso loquutionis suæ more, transcendit: quia uno eodemq; sermone, dum narrat gestum, prodit mysterium. *Sacra scriptura.*

Charitas est uinculum perfectionis, secũdum Apostolum. Qui habet charitatem, omnes morales uirtutes habet, & qui eam non habet, nullam habet, & crescente ea, crescunt cæteræ uirtutes, quælibet in sua specie, sicut crescente manu, crescunt digiti, auriculari tamen semper remanente minore alijs. Sed differunt multipliciter, uirtus infusa & acquisita. Primò uirtus infusa, cum fine charitate esse non possit: cum peccato mortali non stat. Sed benè uirtus acquisita: nam propter unum actum luxuriæ, totus habitus castitatis, non subitò corrumpitur; quin adhuc ad studiosum inclinet actum, unde reuersus, grauiter dolet. Secundò uirtus infusa, stat cum habitu uitioso. Deus potest dare charitatem, habenti adhuc habitũ, & maximã inclinationẽ ad uitium, secus in acquisita. Tertiò uirtus infusa, patitur circa materiam propriam inor- *Charitas. Virtus.*

di-

http://www.obrascatolicas.com

dinatas paſsiones,& tentationes:ſed non acquiſita, quæ ſubiugauit appetitum ſenſitium rationi,&tamen infuſa eſt adhuc excellentior,quia dirigit in finem ſuperiorem.

Excitationum ex ſermonibus Reuerendiſs.Patris Nicolai de Cuſa,Cardinal.Secundi libri,finis.

Excitationum ex ſermonibus Reuerendiſſ.

Patris, Nicolai de Cuſa Cardinalis Liber Tertius.

Ex ſermone ſecundo ſuper:Maria optimam partem elegit.

Verbum. VErbum Dei,in nobis poſuit ſui ſimilitudinem, cum ſit λόγος ſeu ratio,in rationali ſpiritu lucere uoluit: In quo poſuit deſiderium ueritatis,deſiderium uitæ,& legem æternam,per quam poteſt intrare in ueritatem & uitam.Chriſtus eſt uerbum,quod eſt ueritas,uita,& uia. Appetimus autem ueritatem:Chriſtum igitur appetimus. Appetimus uitam: Chriſtum appetimus. Quærimus qua uia pertingamus:Chriſtus eſt uia,quia deus eſt charitas. Charitas eſt uia ad ueram uitam.Omnes hæc,in ratione noſtra characterizata ſentimus: quia nemo eſt, qui non afficiatur ad ueritatem,nemo eſt,qui non optet immortalitatem, nemo eſt,qui non amet. Sed in hoc mundo,ignoramus quid ueritas, quid uita,quid uia,lex,ſeu charitas,unde Chriſtus intrauit in hunc mundum,ut nobis hæc omnia oſtenderet.

Ex ſermone:Ne timeas Zacharia,quoniam exaudita eſt oratio tua.

Cõtemplatio. Actio. QVanquàm non omnis uita contemplatiua,qualibet actiua ſit melior,ſicut actio prædicationis & doctrinæ, quæ deſcendit à contemplatione, ſimplici contemplationi præfertur:non tamen in alijs operibus exterioribus, quæ ſunt opera miſericordiæ, actio contemplationi præfertur. Et ſimpliciter contẽplatio actione melior eſt,tametſi ſecundùm quid,agibilitas propter neceſsitatem præſentis uitæ,præeligenda eſt: ſicut unum ſimpliciter melius eſt aqua,tamen in caſu aqua eſt præeligenda.Et ſimiliter contemplatiua uita,ſimpliciter maioris meriti,quàm actiua:eò quòd ipſa immediatè & directè reſpicit dilectionem Dei,actiua autem proximi.Bonitas autem,penes charitatem attẽditur.Igitur ex maiori charitate,qui exercet actiuam quàm alter contemplatiuam, illi præfertur. Operatio actiuæ uitæ,nunquàm poteſt eſſe dignior in ſe,contemplatione. Primus effectus fidei eſt,timor.Euellit enim & extrahit cor ab immundis affectionibus.Secũdus gradus eſt,ſpes eleuans mentem à peccatis euulſam,& adhuc depreſſam, per deſiderium ad ſuperiora,& uniuerſas mundi uanitates, cœleſtium prẽmiorum expectatione,contemnit.Incipiens ſuſpirare ſurſum, & mente aſpirare ad illud ſublime gaudium,quod ſpes interiùs repræſentauit. Quando igitur cor tuum à malo per timorem euacuaſti,imple affectione ſpirituali ſpei:ſpes enim facit tibi ſapere cœleſtia,euacuata limoſitate peccati,per timorem.Sicut homo inferioribus annexus,fit impurus:ita ſuperioribus annexus,fit purus. Imaginare ergò ſuprà te locum tutiſsimum,puriſsimum,quietiſsimum:infra uerò periculoſiſsimum,immundiſsimum,turbulentiſsimũ,& te eſſe in medio.Quantò plus ad cõcupiſcẽtias deſcendis infrà:tantò inquietior & impurior. Quantò ad cœleſtia deſideria, per mediationẽ continuam,deſideriũ & ſpẽ aſcenderis:tantò ſtabilior & purior. Tertio aſcende per charitatẽ,ad uiuendũ & intrandum in Deũ,multis uigilijs,laboribus,& ſtudijs, tranſcende hos gradus incipientiũ & proficientiũ,demũ cõplebis.Præteritam uitã dimittere,plangere peccata,non eſt paruus labor: maior eſt labor, inueteraram conſuetudinem priorum uincere,inordinatã affectionẽ deſerere,peccata ſingula extinguere,& totum animum, per

per ſpem ueniæ, ad cœleſtia erigere, quàm ulterius aſcendere ad charitatem, poſt multas aſcenſiones prædictas, transformando naturam in uirtutes quodammodo. Tunc quoniam induit per affectum uirtutem, & eam ſibi conſuetudinem facit, non timore pœnæ, nec ſpe remunerationis, ſed ſolo bonitatis affectu,in Deo delectatur, Et eapropter,malitiam & immunditiam perhorreſcit,& omnia uirtuti contraria.Talis operatur bonum, boni delectatus affectu, & in nulla re impuritatem concipit. Et ſicut eſt affectus habituatus uirtutibus: ita per ardentem amorem,unitur Deo,& in diuina ſpeculatione erectus,eius ſtudio ſemper feruet.

Dicitur magna cupientibus:quid prodeſt homini,ſi uniuerſum mundum lucretur? Dicitur rapacibus & diuitibus: Nolite ſperare in incertum diuitiarum. Et diuitiæ ſi affluant,nolite cor apponere. Dicitur opes ſuas nimis amantibus:dormierunt ſomnum ſuum,& nihil inuenerũt diuitiarum in manibus ſuis. De elatis dicitur:ſi exaltatus fueris ut aquila,& ſi inter ſydera poſueris nidũ tuum,inde te detrahã,dicit Dominus. De cupidis dicitur: qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum, & deſideria multa inutilia, quæ mergunt in interitum & perditionem. Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Dicitur hanc uitam diligentibus: dulce lumen & delectabile eſt oculis, uidere Solem, ſi annis multis uixerit homo, & his omnibus lætus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum. Dicitur pigris: uade ô piger ad formicam,& conſidera uias eius,& diſce ſapientiam, quæ quum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, præparat in æſtate cibum.

Aſcendẽdum eſt primò ad cor.Secundò,cor purum. Tertiò,cor purum & inflammatum.Peccatum mortale,triplici deſcenſu complicuiſti:per auerſionem à Deo,per ſuperbiam, in qua eſt formalis ratio peccati, per conuerſionem ad creaturam, per delectationem, per operationem contrà legem Dei. Surge, triplici gradu.Primò, auerte cor à creaturis,& habeas firmiſsimum propoſitum, etiamſi mori millies deberes, Deo ſeruiendi, & non creaturis ſubiiciendi, dolendo de auerſione: & talis gradus uocatur cotritio, quando cor durum ita mollitur, & conteritur, & liquefit. Secundò,quia Deum contennendo,per ſuperbiam contempſiſti: ideò neceſſe eſt ut te homini, Dei uicario claues habenti, ſubdas humiliter,& ei tanquàm Chriſto Domino iudici, humiliter contrité & doloroſè peccata tua confitearis, & tunc ſecundùm intentionem conpunctionis, & humilem uerecundiam, peccata tibi in confeſsione remittuntur.Tertiò,ſicut exhibuiſti membra tua,arma diaboli per peccata;ita facias arma iuſtitiæ, in ſanctificatione, ut contraria contrarijs cures, ſatisfaciendo,tunc rediiſti ad cor.

Adijcere aliquid regiæ imagini, piaculum eſt. Tu nutrix Deum offendis, ſobrietatem ſuffodis, zelotypiæ accendis flammas: ne ſis temulenta,garrula,laſciua:ne in nouam teſtam ſemines mala:nutrias ſobriè,inſtruas in lege Dei. Pueri pubeſcentes, propter inclinationem ad libidinem, ſunt exercendi laboribus debitis,ne ſicut terra non arata,ſpinas & tribulos germinent:aliquo exercitio ſemper uexandi ſunt, & do mandi laboribus honeſtis. Si tu es adoleſcens, uide ſi ita uirtute ſicut ætate creuiſti. Sunt laudanda in adoleſcente taciturnitas,continentia,& uerecundia. Laudandi ſubiecti,obedientes,& obſequioſi. Educatio.

Ex ſermone:Ieſum quæritis Nazarenum.

Mors Chriſti. QVamquàm anima fuit ſeparata à corpore,remanſit tantùm deitas unita utriq; Non tamen per triduum nõ fuit.Et ſic patet,quod mors abſorpta eſt per uictoriam, in morte Chriſti: mortem enim noſtram, moriendo deſtruxit, & uitam reſurgendo reparauit.

Dialogus. Deuotus. Maria. Vt dulcedinem huius myſterij aliquantulum capiamus, & nos ipſos excitemus, in hoc diluculo ſummæ feſtiuitatis,alloquamur Mariam Magdalenam;plenam triſtitia & charitate,& compaſsione,& dicamus: Dic nobis Maria, cur te cum Maria Ioſeph,collocaſti contrà ſepulchrum?Maria.Theſaurum cordis mei,quem mihi abſtu-

Ee lerunt

http://www.obrascatolicas.com

lerunt perfidi, deſerere in morte nolui, quem ſemper multùm amaui. Sedebam ergò omnium mulierum mœſtiſsima, triſtiſsimè afflicta, ut ſaltem locum conſpicerẽ, ubi amatum meum reconderent: accedere paſſa non ſum propiùs, ideò contra ſepulchrũ ſedebam. Deſiderabam ſaltem, ſaluatoris mei fragrantia, ego triſtiſsima, à longinquo refici, quæ propiùs accedere non ualui. Non uiuebam tunc ego, omnium infœliciſsima: quia cor amati mei, in quo reſidebat uita mea, uidi lancea perforatum. Quomodo tunc ſuperuixiſſet in me, alicuius fortitudinis ſpiritus? conſternebam me laſſam in terram, ut reſiduum ſpiritus uitæ, à me tolleretur, & ſepelirer cum amato, quæ prohibita ſum accedere corpus, cum quo delegi, me uinculis dilectionis, inſeperabiliter eſſe aſtrictam. Sed dilectus meus in pace conſtitutus, iam quum ſabbatum appropinquaſſet, intrà præcordia mea non mortuus, ſed plus uiuus, quia propter me, & me uidente mortuus dixit: ſurge, propera amica mea, uides quoniam cuſtodibus circunuallatus eſt, locus depoſitionis meæ, inuanum expectas, hortus concluſus eſt, non deſpera, me non perdes. Et ego: O quale hoc Domine conſolamen, & quia uideo fontem uitæ te Dominum, magno lapidè ſignatum & ſigillatum, credo quod nullus te auferet inde. Vadam ergò: ut antequàm prohibear à ſabbato, parem unguenta, & corpus ſanctiſsimum lachrymis lauem, & tunc mortuum inungam, ſicut quondam uiuum. O fons uitæ, præſta mihi, ut aliquod antidotum uitæ inueniam, ut corpori tuo tradam: quia miſera ego, tibi mortis quodammodo occaſio, in prima unctione fui, quando Iudas ex ea re commotus, te tradere inſtituit. Quid mihi infœlicius accidere potuit, ea hora qua tu propter me, traditorie per Iudam morti extas præſentatus, quæ ſaluari, merui à te benigniſsime Ieſu? Tu qui ſolus cuncta potes, da inuenire aliud unguentum, huic contrarium, ut uiuificetur uita uiuentium. Hoc animo dulciſsime Ieſu, à te diſcedo: diſcedo inquam corpore, non anima, qua tecum ſepulta quieſco: diſcedo inquam citiûs, ut & cuſtodes diſcedant, qui quum neminem uiderint, etiam

Deuotus. abire ſtatuent, & tunc ego ſubitò reuertar. Dic, quid interea Maria egiſti? Maria. Certè antidotum nardi piſtici odoriferi, ueri amoris recollegi, in uaſe claro alabaſtrino cordis mei, & clauſi ſignaculo forti, ne expiraret unguentum, ſed in ſe, per gyrum continuum igniti odoriferi uaporis, fortiùs digereretur, per totum ſanctum ſabbatum, inſtar mei amati in ſepulchro concluſi: ut fortè ſi mihi locus accedendi daretur, caliditſsimum antidotum, aperto & uulnerato corpori, ſubitó infunderem, & me totam uiuam ardentem, corpori mortuo circũuoluerem, ut ſpiritu uitæ immortalis, anima dilecti mei excitaretur ad reditum, & reuiuificandum corpus ſuum odoriferum, nitidum, & cum conſtrictura cordis mei calefactũ, & lachrymis meis lotum. Eapropter, quum tranſiſſet ſabbatum, citiùs quò potui (non enim obdormiui, ſed ſemper uigila uit cor meum) ſola intraui: nec milites qui cuſtodiæ deputati erant, timui: nec Caluariæ locum, cadauarib. mortuorum horrendum, noctis caligine perhorrui: ſed quum tenebræ eſſent, cum unguento monumentum acceſsi, & quum ad monumentum irẽ, intrà me dixi: O diem fauſtum, ſi mihi accideret propoſitum, ut euigilare dilectus meus poſſet, intrà amplexus meos? Quid dicam quum acceſſero, certè cum Dauid & Prophetis alloquar eum, audiet demum, qui uenit de cœlo in terram (ut cecinerunt antiqui) clamorem patrum: mitte Domine, quẽ miſſurus es. Quod ſi uerbum caro factum eſt, pro ſalute populi, & ad eiulatum & clamorem Adæ, deſcendit de cœlis: erit mihi ſpero poſsibile, dulciſsimis orationibus & deuotiſsimis fletibus, quum me diligat, exorare eum, ut redeat anima deitati unita, ad corpus deitati unitum, quia iam in inferno ſatis ſtetit, ut & eos conſolaretur, & ſaluaret ſumma beatitudine, quam iam conſecuti ſunt. Hoc infinitæ deitati, multò ut ſpero facilius erit, quæ iam utriq; unita eſt, quàm beatiſsima incarnatio: licet ipſi diuinitati, nihil non ſolum impoſsibile, imó nec difficile ſit. Et reducam ei ad memoriam, quomodo ipſe per Prophetam locutus eſt: Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me uſq; in finem. In quo ueraciter fatetur ſuam reſurrectionem, & dicam: Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara. Detrahe inferni ſpolia citò, & exurge lumen oculorum meorum. Et ſi propter me mortuus es Domine, & non dignaris me exaudire: reſpice ſaltem matrem tuam, &

fratres

fratres tuos diſcipulos & Apoſtolos, & propter gemitum & miſeriam pauperum, exurge Domine. Quis dubitat de te ſcriptum, exurgam diluculo? præcucurri itaque ut te excitem, & egreſſus tuus, iuxtà Oſeæ uaticinium, præparatus fit quaſi diluculum? Sed ego miſerrima, quum iam multa concepiſſem, illi in aures per planctum uelle ſignificare, ut excitarem eius pietatem & potentiam, ut uiueret, qui præſtitit aquilæ renouare iuuentutem, & leoni reſuſcitare catulum per rugitum, & Phœnici uitam per cinerum combuſtionem, & de figulo qui ex luto fracti uaſis facit aliud, & de Iona qui de uentre ceti illeſus exiuit, & de frumenti grano, quod in terram cecidit & multum fructum fecit, & de ceruo qui reſumit cornua, & de Sampſone qui tulit portas, & de Ioſeph educto de carcere, & totius dominus Aegypti conſtituitur: interim acceſsi, & uidi lapidem depoſitum. Et quis tunc potuit ſimilis cogitari dolor? tota ſpe fruſtrata ſum, quia ſublatum credidi à perfidis amatum. Non inueni; quem quæſiuit anima mea. Dixi, O miſerrima mulierum, quanquàm adhuc ſunt tenebræ, tamen nimium tardè ueniſti, quia præceſſerunt qui tulerunt Dominum. O negligentia irrecuperabilis, cur abſceſsiſti à ſepulto theſauro, quem nunc alius effodit, & tibi ſubtraxit? Et quum hæc cum eiulatu non paruo dicerẽ, intellexi me non poſſe proficere, quia Chriſtus meus ſublatus, ea hora à me nõ inueniretur, quia indignè quærerem: erant enim in me adhuc tenebræ, incredulitatis reſurrectionis, nec mihi ad plenum ſatisfaciebat, ueteris & noui teſtamẽti ſcriptura. Sed cucurri ſubitò ad Petrum Apoſtolorum & Eccleſiæ principem, qui Chriſtum plus alijs dilexit, an ne mihi ſuffragium, quærendi præſtare poſſet. Acceſsi etiam ad Ioannem, quem Chriſtus ſingulari amore dilexit, an ne Chriſtus forſan illi in cœna, ueteris teſtamenti ſcripturas aperuiſſet, ut eorum adiutorio, inuenirem amatum. Succurrerunt ſubitò Petrus & Ioannes, & Ioannes iunior, citiùs Petro. At Petrus prior intrauit, & poſt eum Ioannes, & uiderunt me uerum dixiſſe. Et quanquàm apertæ erant ſcripturæ, quòd eum oportet reſurgere: nondum tamen intellexerant, quibus ad propria redeuntibus, remanſi ego ſola, ut fletibus ſolarer animum, foris ſtans, quæ intus non reperiſſem amatum. Et quum plorans iterum me inclinaſſem, ut uiderem ſepulchrum, uidi angelos, ubi Ioſeph & Nicodemus poſuerũt Dominum. Quum ergo tu Maria introſpiceres, & uideres locum, ubi poſitus erat tuus amatus: dic nobis, quid dixiſti? Maria. Dixi Deus meus, ut quid me dereliquiſti in finem? nunquàm te dereliqui. Optabam tecum mori, & tu noluiſti. Fac ut apud ſepulturam tuam Domine moriar, ut ibi ſaltem ſemper inueniar, ubi tu eras collocatus. Reſpicio Domine circumquaq;, & non eſt qui conſoletur me. Non quæro angelos Domine, ſed te creatorem angelorum. Quid mittis ad conſolandum creaturas, quum te ſolum quæram, te diligam? non poteſt eſſe, quin diligentes te diligas. Quomodo diligis Domine, ſi tantùm me affligis? Non quæro pulchros ſpiritus, & miniſtros. Maria angelos uidiſti: ſed an ne uerba ab eis audiſti? Maria. Quando me amoroſè in ſepulchrum inclinaui, uidi angelos, & angelos audiui. Et dixerunt: quid ploras mulier? Iam ſcimus, quia Ieſum ſaluatorem quæris, quæris illum Nazarenum, pulchrum, & ſpecioſum, præ filijs hominum, quem Iudæi tàm uiliter tractauerunt, uelantes eius luminoſam faciem, & deſiderabiles oculos, per quos diuinæ ſapientiæ emicabat radius, eius manus arctiſsimè uincientes, tanquàm fur fuiſſet atq; latro, alapis iniurioſè cædentes, in ſanctam faciem ſpuentes, regem gloriæ ſpinis coronantes, ſubſannantes, flagellantes, ut in eo non appareret ſpecies neq; decor, cum iniquis turpiſsima morte deputantes. Quæris illum ô maria? Quibus reſpondi: illum ipſum quæro ô angeli, illum quæro animam, illum ipſum uitam meam, illum uulneratum & mortuum quæro, & quæro, & nuſquàm miſera inuenio. Tulerunt enim Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Et reſpiciens circumquaq;, uidere uiſa ſum hortulanum. Cui ego infelix & deſolata me interroganti, quid ploras, reſpondi. Domine ſi ſuſtuliſti illum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, ut ego ueniens tollam eum. O Maria, quum uideres retrò, quem putabas hortulanum, & dixiſti Domine, iuxta uulgare Syrorum, ſi ſuſtuliſti eum dicito mihi: quem eum eſſe, putabas intellecturum ipſum. Maria. Miſera,

Deuotus. Maria.

Deuotus. Maria.

Deuotus.

http://www.obrascatolicas.com

Maria. putabam omnem uiuentem, neceſſitates et dolores meos tàm magnos, non poſſe
Deuotus. non ſcire, et non uidere. Quum autem tibi diceret. O mulier quid ploras: ubi fuerũt
Maria. aures tuæ, quæ Dominum tuum non norunt? Maria. Alia eius erat diſpoſitio quàm
quondam Domini mei: quia ille longè aliter prius diſpoſitus mortalis, ſecundum
humanitatem multa paſſus, quàm tunc ut apparuit mihi hortulanus. Nec permitte-
bat immenſum deſiderium, ut attenderem, niſi quando illi placuit. Ideò dixi: ſi tu ſu-
ſtuliſti eum, dicito mihi. Et quando tibi dixit Maria: cur nouiſti? Maria. Influebat tũc
Deuotus. mihi lumen conſolationis et gratię, amatus meus, ut cæca uiderem, & intelligerem,
Maria. et animaduerterem, quod me noſceret qui nominaret, et conſiderarem tunc profe-
rentẽ. Iam tunc ſubito radio ſuo me illuminauit, ut uiderem quæ cæca dudũ quęſiui.
Inardeſcebam enim in quærendo, dũ non inuenirẽ. Paſſus eſt inflammari deſideriũ,
ut ſtudioſiùs quærerẽ, et maiori delectatione inuenirẽ. Cecidi tuncad terram, intelli
gens, quia ita diuina ordinatione fieri oportuerat, quod uerbũ incarnatũ Dominus
meus, & deſideratus meus, pro ſalute humani generis moreretur, et pro reparatione
humani generis, deſcenderet ad inferos, et tertia die corpore glorificato et incorru-
ptibili, iuxtà ſcripturas reſurgeret, et redemptos in gloriam à mortuis reſuſcitatos,
Deuotus. in corpore et anima beatificaret, quos præcederet, ut pontifex maximus penetrans
Maria. cælos. O Maria quantum tibi tunc gaudium extitit. Maria. Nimirum immenſum,
quando inueni uitam meam immortalem, amplius quando uidi, uictorioſiſſimum
triumpharorem mortis et inferni, unicum deſiderium meum, in corpore immorta-
litatis ſtola præfulgentem, gloria et honore coronatũ. Tunc rectè dixi, hæc eſt dies,
quam fecit Dominus, exultemus et lætemur in ea, in qua die, reſtituta eſt humanæ
naturæ plena reparatio. O dulce Apoſtolicum mandatum, mandauit mihi Domi-
nus, ut nunciarem Apoſtolis. O quantam gratiam mihi contulit, ut hanc excellen-
tem lætitiam, primò ipſis nunciarem, qua decãtarent Alleluia, per omnes uicos Hie
ruſalem. Non mihi mandauit, ut glorioſiſsimæ uirgini matri nunciarem, quæ ſine
dubio ſicut unica in fide cum Chriſto ſepulta, ita et reſurrexit, quæ ut inſeparabiliter
firma fide et claro intellectu, adhæſit filio in morte: ita et in reſurrectione. Sciuit ita-
que ipſe, et meritò ſciuit, nec dignus erat alius nũcius quàm filius, hoc gaudium ma-
tri intimare. Nunciaui, cucurri hinc inde, prædicaui, uiſa aperui: ſed dura diſcipulo-
rum corda, ut poſteris maior reſurrectionis fides daretur, adhuc dilectus meus hæſi-
tare permiſit.

Euchariſtia. DElectatio intrà noſipſos per uiatici refectionem, iuxtà quòd competit ſcilicet
tempori gratiæ, ſtatui, uitæ, & capacitati noſtræ: iuxta tempus debet eſſe pura
& plenaria oblatio noſtra, & nulla eſt, niſi in cruce oblata. Hinc in Sacramento,
non tantùm ſignificatiuè, ſed uerè eſt Chriſtus. Nec debet ſignificare dilectionem
ſolùm, & communionem: ſed inflammare ad mutuam charitatem, & maximè uni-
re, membra unitati capitis, à quo per uim amoris diffuſiuam, unitiuam, & transfor-
matiuam, manat in nos, dilectio mutua. Hinc in hoc Sacramento, continetur unum
corpus Chriſti, & caro immaculata, ut ſe nobis diffundens, & nos inuicem uniens,
& in ſe transformans, per ardentiſsimam charitatem, per quam ſe nobis obtulit, &
reddidit: uſq; in finem mundi nobiſcum exiſtat. Et non competit ſtatui uitæ, aperтè
uidere, propter uelamen ænigmatis, & meritum fidei. Nec conuenit, carnem Chriſti
immaculatam dentibus atterere, propter horrorem crudelitatis, & immortalitatem
corporis, poſt reſurrectionem. Ideò tradita eſt, uelata ſacratiſsimis ſymbolis, & ſimi
litudinibus congruis & expreſsiuis: ſcilicet ſub pane triticeo de multis granis, & ui-
no de multis uuis expreſſo. Continetur ſub qualibet ſpecie poſt conſecrationem,
totaliter, non circumſcriptibiliter, ſed ſacramentaliter totus Chriſtus. Nam ſi ordo
ſacerdotalis, cum intentione conſecrantis, & debita prolatione uerborum ſuprà de
bitam materiam concurrant: tunc uerus Chriſtus, corpus, & anima, & Deus quia
indiuiſibilis, eſt ſub qualibet parte totus, omnem ſatens ſenſum, ut habeat fides me-
ritum. Et ut non depræhendatur, habent accidentia omnem operationem. Non eſt
acce-

accedendum ad ſumptionem ſacramentalem tantũ, quia q̃ ſic accedit, iudicium ſibi
manducat: ſed ad rem ſacramenti, ſcilicet ſpiritualem eſum, per fidem & charitatem,
& ad rem & ſacramentum, ſcilicet corpus Chriſti myſticum. Res ſacramenti, eſt cor-
pus Chriſti uerum, quod corpus appræhenditur ſpirituali eſu. Et quàmdiu homo eſt
in carne, indiget refectione uitali, quæ reficiat totum hominem, quæ ſolum eſt in uer-
bo incarnato. Verbum uitæ: eſt refectio ſpiritus: uerbum incarnatum, refectio homi-
nis. Oportet quotidie ſpiritualiter edere, & amorſè nutriri, hac dulci uitali refectiõe,
in qua eſt uia, ueritas, & uita: aliter uitam non poteſt quis habere, niſi per hunc ſpiri-
tualem cibum uiuat. Et hoc non in fermento nequitiæ, ſed in azimis ſynceritatis &
ueritatis. Per dentes ſpirituales, intellectum ſcilicet, memoriam, & effectum, cibus iſte
eſt dulciter maſticandus & glutiendus, ut digeratur homo in Chriſtum, quia cibus
grandium eſt, qui in ſe conuertit dignè manducantem. Omnis autem qui Chriſto
incorporari debet, abſque mortali peccato ut exiſtat, neceſſe eſt, licet ſacramenta-
lis ſumptio, uenialia tollat. Per ſpiritualem diſcretionem, ad ſacramentalem
perceptionem, aſcendendum eſt, ut iam coincorporatus Chriſto, nutriatur
& creſcat.

Accidentia non ſubſiſtunt, uirtute naturalis ſubiecti, ſed diuina uoluntate. Ex quo
elicias, tuam uoluntatem in omnibus dependere debere à uoluntate diuina, per quã
tantùm ſubſiſtat. Sicut accidentia, panis ſunt indicia, & tamen non eſt, quia ſubſtãtia
tranſſubſtantiata: ita per uehementiam amoris, affectus transformatur, ita ut ſola ap-
parentia ſit hominis, cum exiſtentia deitatis. Accedens dignè, cognoſcat ſe uitam im-
mortalem, ex glorificato immortali corpore conſequuturum, gratiã uitalem ab ani-
ma, & uitalem gloriam à deitate, corpori & animæ unita: Et accedentem ad eſum hu
ius agni, ut recondat in uas ſuum mãna, quantùm poteſt capere gomor: oportet uas
nouum habere, à uetuſtate totaliter depuratum, in quo non ſit macula, & tunc inue-
niet omne delectamentum, in hoc pane ſuauiſsimo, omne medicamentum in ſe ha-
bente: Et debet agnus ſumi iuxta mandatum, ſuccinctis renibus, cum propoſito refre
nandi malas concupiſcentias: & calciatis pedibus, cum parato corde, currendi uiam
mandatorum Dei: armatos pedes habendo, ne offendamus, ad lapidem uel ſpinas &
tribulos huius ſæculi, pedes noſtros: ſuſtentaculum habẽtes in manibus, diuino adiu-
torio non noſtra præſumptione, nos committendo: & edere ſalſam de lactucis agre-
ſtibus, cum amaritudine pœnitentiæ, paſſionem Domini recolendo, et comedere feſ
ſtinanter, cum magno deſiderio & feruore, & ſenſibili deuotione, ſi haberi poteſt,
aliàs ſufficit propoſitum non peccandi.

Ex ſermone: Verbum caro factum eſt.

CVm ſancto Auguſtino, tertio Soliloquiorum, dicamus. O uerbũ, per quod Verbum.
facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil, uerbum ante omnia, ante q̃ Incarnatio.
nihil, uerbum creans omnia, ſine quo nihil omnia. Verbum per quod à prin-
cipio dixiſti: fiat lux, & facta eſt lux. Dic nunc fiat lux, et facta lux, ut uideam
lumen, & cognoſcam, quicquid non eſt lumen: quia ſine te, mihi tenebræ lumen, &
lumen tenebræ ponuntur. Et ſic ſine tua luce, adeſt error, & adeſt uanitas, non eſt ue-
ritas, non eſt diſcretio, eſt confuſio: adeſt ignorantia, non eſt ſcientia: adeſt cæcitas,
non eſt uia, neque uita. Dic fiat lux, ut uideam lucem, & uitem tenebras, quæ te non
compræhendunt. Da ergo lumen in corde, uerbum in ore. Aperi ſanctarum ſecreta
ſcripturarum, & profunda myſteriorum regni tui, & cum Dionyſio oremus: Domi-
ne ſancte pater, qui es pater luminum, à quo omnis illuminatio in cœlo & in terra
(illuminas enim, ut illuminando, lumina efficias, & in tui luminis claritatem, tene-
bras creaturarum attrahas, & in unitate tui luminis tecum unias, & in hunc finem
Ieſum tuum principale lumen, illuminans omnem hominem uenientem in hunc
mundum, nobis hodie miſiſti) per ipſum tuum unicum filium, nos illuminare digne-
ris. Et ut hoc fiat, matrem incarnati uerbi accedamus: quia uerbum caro factum eſt de

http://www.obrascatolicas.com

carne eius,tunc quando ipsa dixit:fiat mihi secundum uerbum tuum,ut ipsa pro nobis ad filium intercedat,ut mereamur exaudiri.Cognitio in uerbo,uocatur matutina:& rerum in proprio genere,uocatur uespertina.

Origenes,super In principio erat uerbum.Vox(inquit)altiuoli uolatilis, non aërem corporeum uel æthera,uel totius sensibilis mundi ambitum superuolitans, sed omnem theoriam,ultrà omnia quæ sunt & non sunt,intimæ Theologiæ pennis,clarissimæ supremæq; contẽplationis obtutus,transcendens.Dico uerò quæ sunt,quę siue humanum,siue angelicum non omnino fugiunt sensum: quæ uerò non sunt, uoco,quæ profectò omnis intelligentiæ uires relinquunt.Superuolat Beatus Ioannes Theologus,non solùm quæ dici aut intelligi possunt: uerumetiam, quæ superant omnem intellectum,significatione superuehitur. Extrà quæ omnia, ineffabili mentis uolatu,in arcana unius omnium principij exaltatur, incomprehensibilemq; ipsius principij & uerbi,filij unicam superstantialitatem purè dignoscens, Euangelium inchoat,In principio erat uerbum.

De Tarentasia. Ex alienis. Petrus de Tarentasia,in principio tertij dicit, exemplum insertionis conuenire incarnationi:hoc dempto,quòd non sint eiusdem naturę,& speciei,& loco situs intelligatur ordo,ut natura humana intelligatur in ordine,in diuinam inserta.

Thomas. Sanctus Thomas,in compendio suo,quod incipit Aeterni patris,dicit similitudinem unionis humanitatis cum diuinitate,tenere unionem accidentis cum substantia:quia unitur accidens,& subsistit in substantia,et non perdit naturam suam.Et sic est de hypostasi,personalitate & suppositio subiecti,licet natura humana non sit accidens in unione.Idem quomodo est persona hypostasis et suppositum,dicatur ratione complementi ad esse:ut in lapide,qui sine anima rationali est,potest dici lapis suppositum.Homo autem ex commixtione elementorum,non dicitur propter rationalem naturam,superuenientem quæ completa in Christo,non est suppositum hypostasis uel persona,nisi ex anima, corpore, & diuinitate.

Clemens papa. Clemens papa,in sermone de circumcisione,comparat uestito Christum,dicens, humanitatem pro ueste capiendam,tum quia uestis uestito conformatur:quia uestis in uestito sustentatur,& uestitus in ueste manifestatur.Ita humanitas fuit in Christo excellenter formata,in suppositio uerbi Dei sustentata,per quam est deitas manifestata.Videtur quòd similitudo,quomodo cõceptus intellectualis,induit artẽ dicendi,sit apta.Creat intellectuale uerbum,ad sui similitudinem linguã quam induit: ut si inuentor linguæ Latinæ,creator diceretur,& illam quam fecit multis communem assumit ut propriam,se illa induens,ut se alijs quibus communis est manifestet.

Ex sententia.

Magnes. Posset etiam dici exemplum in præmissis.Sicut in attrahente, attractum. Nam uis attractiua Magnetis,in se quiete subsistere facit ferri naturam, sic quòd ferrum si in se subsisteret,inniteretur grauedini suæ,& descenderet. Sed nunc quum in se non subsistat natura eius,quæ attracta est, sed in natura attrahentis magnetis,hinc manet unitum ei. Omnia quæ sunt, à uerbo sunt, omnia per ipsum facta sunt,omnia quæ uiuunt,à uerbo uiuunt:sed esse et uiuere,in uerbo non distinguntur:quia quod factum est,in ipso uita erat.Quæ habent lucem uitalem,siue uiuam lucem,illam habent à uerbo,quia uita erat lux hominum.Nam quum dicat,uerbum illuminare omnem hominem,uenientem in hunc mundum:loquitur de hoc mundo,regionis naturæ humanæ,in qua regione, reperitur participatio uenientis lucis uiuentis,quæ intellectus dicitur.Esse igitur,uiuere,& intelligere:reperiuntur in hoc mundo. Et hinc,quum illa sint non à se,sed à Deo:tunc non sunt à Deo nisi ut à patre,& principio fontali ipsius esse,uiuere,& intelligere.Et quia omnia quæ sunt, sic sunt à principio,quod est à nullo:hinc hoc principium,est ipsa æternitas. Principium igitur est ipsa absoluta necessitas,quum sit æternitas.Principiata igitur ab ipso, non necessitant ipsum principium.Sunt igitur principiata,quia placet principio,& ita ex bonitate principij,seipsum diffundentis sine sui immutatione & diuisione, sunt omnia. Concepit igitur Deus id quod creauit,& id quod concepit,uoluit. Qui uult, aliquid

aliquid uult:procedit igitur uelle, à uolente & uolito.Vnde si Deus pater uoluit tũc præconcepit id, quod uoluit. Præconcepit igitur Deus creaturam,& præconceptus placuit, & ita in esse prodijt. Habet igitur creatura omne id,quod habet à principio paterno,secundum quod ab eo præconcepta est, & ei placuit. Præcessit igitur omnem creaturam,principium quod ipsum præconcepit, & cui præconceptus placuit. Tempus autem,quum sit mensura motus creaturarum;non est ante creaturam. Ante igitur omne tempus, principium creaturæ & conceptus,& ipsius dilectio extitit. Sed ante omne tempus, est solum æternitas, æternitas autem est una simplex, quia aliter non esset æternitas, si partes haberet & diuisibilis esset, tunc enim esset post principium,& non ipsum:& esset quantitas & tempus. Principium igitur præconceptus,& dilectio,est una essentia, quæ dicitur æternitas. Principium est pater: præconceptus est uerbum, seu filius procedens à patre: dilectio est spiritus sanctus, procedens à patre & uerbo.Istud ex Genesi, uidit Deus quod esset bonum, & ait: faciamus hominem ad imaginem nostram. Vidit antequàm esset, in præconceptu scilicet æterno,& placuit. Expressio bonitatis,est ostensio uoluntatis, quia bonum de se appetitur.

Ex sermone:Iesus autem emissa uoce magna,expirauit.

PRimo quidem, in nomine Iesus, intellectum in fide eleuabo. Non enim est opus, ut aliud intelligas si saluari quæris, nisi ut credas,quomodo hic est saluator, hoc est Iesus. Paulus, oportet accedentem credere. Omnium hominum bonorum, & ideò uerorum, est una sententia : animam nostram esse immortalem,atque hominem etiam,si temporaliter moriatur resurrecturum.Est omnium hominum alia sententia, uitam nostram ex fonte uitæ esse, scilicet ex Deo, in quo omnis uita, quoniam nihil temporale est ex se. Est omnium ratione uigentium sententia, nihil perpetuum ex temporaliter ortis, nisi per unionem ad immortale,quoniam quidem Deus est, qui solus immortalitatem inhabitat. Solus ille homo immortalis est, qui Deo unitus est. Ille autem homo,in sua perfectione summa, totius humanæ naturæ complicat uirtutem: quum non sit nisi una humanitas integra in quolibet, perfectissimè in eo diuinitatem personaliter participans. Hic igitur homo,omnium est saluator,qui ei sicut natura,ita & formata charitate,unitur.Nec hoc quidem sensum habentes, Iudæi aut Gentiles negare possunt? Omnes enim mediatorem,pro unione sua cum Deo, necessarium affirmant:in hoc autem excæcati sunt, quoniam non credunt Iesum hunc esse.Nos autem Christiani ipsum Iesum,passum, Christum esse affirmamus, in quo salutem quærimus. Non enim possibile est,hominem Deo non hypostaticè unitum,ea opera fecisse, quò ad sensibilem apprehensionem, tàm clara ratione uiguisse, tàm superexcellenti intellectuali claruisse doctrina. Quomodo poterat ille non esse Deo unitus, qui quum homo esset,egit ut Deus, & quum esset Deus,egit ut homo? Habemus igitur saluatorem,qui est mediator omnia adimplens, primogenitus creaturarum. Hic Iesus, à mundi exordio,in saluatis membris suis, unicam uocem emisit, & gradatim crescentem, quousque maxima fieret in ipso, quando expirauit.Et hæc quidem unica uox est, non esse uitam,nisi in uerbo,in quo omnia facta sunt.Et sicut mundus exiuit in esse per uerbum,ita quidem in esse per uerbum conseruatur, & reducitur ad principium. Hæc autem reuersio est, ut inferiora per superiora reducantur ordine suo, primitiæ autem omnium Iesus. Non possunt inferiora ad gustum fœlicitatis reuerti, nisi desinant esse inferiora feculenta & spurca, ut sic sint spiritualia & apta. Necesse igitur est, si ad gustum dulcedinis, fœlicitatis æternæ reuerti uolumus,ut ad hoc in natura apti simus. Deinde, ut post aptitudinem, caduca calcemus, & temporalem uitam atque hunc mundum nihilifaciamus.Deinde ueritatem uitæ,in sua puritate & iustitia,huic temporali sensibili motioni præferamus: aliter enim impossibile est nos reuerti. Hæc est illa uox magna,in mentibus nostris sonans, auribus nostris à Prophetis insinua-

Iesus.

http://www.obrascatolicas.com

ta,ut creatorem unicum ueneremur, ut idola ſpernamus, ut uirtutem colamus: quia ſunt conditiones ueritatis, uitæ per nos deſideratæ, ut uitia, cum ſint auerſiones à uita, fugiamus, ut ad ſaluatorem confugiamus, in quo apti ſimus, ut ſenſibilem uitam nihilifaciamus. Poſtq; hæc uox annis multis inſonuit, & continuè creuit uſq; in Ioannem, qui uox clamantis erat in deſerto, & digito ſaluatorẽ oſtendit: uox illa magna incarnata eſt, & poſt multos gradus uocis doctrinæ & miraculorum, omnium terribilium terribiliſsimum, mortem ſcilicet ſenſibilem, propter ueritatem eligendam eſſe oſtendens, emiſſa uoce magna, expirauit.

Ex ſermone. Chriſt iſt erſtanden. Chriſtus reſurrexit.

Mors immortalitas.

HVmanitas unita diuinitati in una perſona, per illam fuit immortalis, ſed per unionem formalem, ad hominem Chriſtum contractam, fuit mortalis, hoc eſt, quod uita ſeu forma humanalis, potuit remanens in unitate immortalis Dei, deſerere hominem, hoc eſt, ceſſauit eſſe unio animæ & corporis. Hinc homo fuit mortalis: quia ſeparatio animæ à corpore fuit poſsibilis. Et ideò quando humanitas ſubſiſtit actu in homine, mortuo homine, deficit humanitas hominis, ſiue humanitas in cotracto eſſe numerali. Exemplum huius eſt lux Solis, quæ eſt & forma ignis. Pone, quod lux Solis per radios ſuos, in ſpeculo ignem efficiat, qui ardeat in ſtupa: lux illius ignis in ſtupa ceſſat, quando ſtupa conſumpta eſt, ſed non ceſſat in Sole. Eſt igitur lux illa in Sole hypoſtatizata perpetua, quia in perpetuo ſuppoſitata, & in hoc igne contracte ſuppoſita, ſecundum corruptibilitatem ſuppoſiti corruptibilis Reſurrectio non fuit poſsibilis, niſi in Chriſto, nam ad incorruptibilitatem non poteſt quicquàm reſurgere, non ſuppoſitum aut non inſertum in incorruptibili.

Ex ſermone: Accepiſtis in quo ſtatis.

Religioſus

VIdetis enim in Republica huius mundi, quoniam doloſa ſtatera, odioſa eſt & offendit. Qui enim piſtorẽ, aut alterius generis mœchanicũ ſe profitetur, & doloſa ſtatera uſus fuerit, pro uero triticeo pane, apparentem & deceptorium uendendo; hic non iuſtam ſed doloſam ſtateram deferens, Reipublicæ nõ tantũ nõ ſeruit, ſed ipſam plurimũ offendit. Quapropter uiſitatur opera eorum, ut reformentur. Hinc in ſacris Concilijs, ſæpiſsimè definitum legimus, placuit, ut quiſq; ſecundum Etymologiam nominis ſui uiuat: monachus quidem, ſecundum ſuam deriuationem, quaſi unus ſolus & triſtis, deflens delicta ſua. Canonicus: quaſi regularis, qui ſe regulis ſanctorum aſtrinxit: Ita quidem Epiſcopus, quaſi ſuperintendens: Presbyter, quaſi ſenior, & alijs uiam ſalutis prebens. Dico uos maximum aliquod accepiſſe in ſtatu ueſtro, quia peculiares ſeruos Chriſti uos conſtituſtis, ut Deo qui ſpiritus eſt, in ſpiritu ſeruiatis. Hoc quidem eſt, quia uitam ſanctorum profitemini, qui ea quæ huius mundi ſunt abdicarunt, ut ſe totos Deo dedicarent: regularium etenim uita, à mundo abſtracta eſſe debet, ut ea quæ ſurſum ſunt, ſapere poſsint. Neque credatis, multum inter uos & monachos differre: nam una fuit ſanctorum conſideratio, quod in abdicatione proprietatis rerum mundi, in mortificatione carnis, atque in reſignatione libertatis arbitrij, conſiſteret, receſſus de hoc mundo, ut Deo adhærere in ſpiritu poſſet. Et hæc omnium religionum ſubſtantialia ſcitis exiſtere, ſunt enim illa, quæ ea quæ in mundo ſunt, mortificant. Omnia enim quæ in mundo ſunt, in concupiſcentia carnis, in cõcupiſcentia oculorum, & ſuperbia uitæ conſiſtũt, hæc autẽ tria, relegare manifeſtum eſt. Religio igitur munda & immaculata illa eſt, quæ ſcit huius mundi inquinamenta relegare. Regulæ igitur patrum, non aliud continent q̃ hoc ipſum, per quod mundo deſerto, Deo adhæreatur, & hoc eſt quod accepiſtis. Aís fortaſſis: Non accepimus illam ſtrictitudinem uitæ, quam mortui mundo, quos & monachos dicimus: nam & propria poſsidere poſſumus, & alia quædam facere, q̃ mortuis nõ conueniũt. Reſpondeo. Nemo negare poteſt, nos Canonicos religioſos eſſe debere, licet in modo ab alijs, qui ſtrictiorib. regulis conſtringuntur, differamus.

Monachus. Canonicus. Epiſcopus. Presbiter.

Ex hoc ſermone uidetur Cui ſa de ſtatu fuiſſe Canonicorum, ſed non conuentualium id eſt cœnobitarum.

Nam

Nam ſicut omnes mundi religionum diuerſitates, in prætactis ſubſtantialibus conueniunt, ita tamen quòd una ſit aut remiſsior aut ſtrictior alia: ita quidem & Canonicorum regula, quamuis laxiorem gradum in modo teneat, latitudinem tamen religionis non egreditur: quoniam & ſi nobis adminiſtratio permiſſa ſit reddituum eccleſiæ, de quibus uiuimus: non tamen in illis ultrà uictus & ueſtitus neceſsitatem, quicquàm iuris accipimus. Et ob hoc donare, & teſtari, & alia facere quæ proprietario conueniunt, non ualemus. Parùm igitur refert inter nos, & Conuentuales regulares, ubi uni adminiſtratio conceditur: cum unicuiq; noſtrum non alia lege, quàm ibi uni præſenti concedatur, ſed ſolum in peculijs & ſucceſsionibus differimus. Deinde etſi ante ſacros ordines, ad matrimonium nobis conuolare concedatur: tamen cum ordine, caſtitatis uotum aduenit, propter regulas patrum, obedientiã ſatis aperte uouemus ſuperioribus. Accepimus igitur uitam religioſam, quoniam ſub ſtipendio uictus & ueſtitus, mortificati in carne, per uitæ caſtimoniam, & in uoluntate per obedientiam, Deo nos ſeruire cõſtrinximus, ut ſaluemur: hoc eſt fratres iugum Domini, quod accepiſtis. Deinde quomodo in eo quod accepiſtis ſtare ualeatis reſpõdeo, quòd ſtatis tunc, quando Domino, cui uos mancipaſtis, ſecundùm ipſius Domini conditionem ſedulò ſeruire laboratis. Nam cum Deus nihil huius mundi habeat, quia regnum eius non eſt de hoc mũdo: neceſſe eſt, ut & uos omni ſtudio hunc mundum deleratis. Tunc enim regnum ipſius ut beati aſſequemini, quando eritis pauperes ſpiritu, cuius quidem regni, tantò altiorem gradum adipiſcemini: quantò plus mundum iſtum paruipendetis. Si enim etiam affluentibus diuitijs, cor nõ appoſueritis, ſi delectamenta carnis ſpreueritis, ſi omni arrogãtia ſemota, in humilitatis ſubiectione, uos ipſos ſpernendo, uixeritis: ſtare uidemini, in eo quod accepiſtis. Si conſideraueritis Deum ueritatem eſſe dicentem, Ego ſum ueritas, & non dixit ego ſum conſuetudo, & ipſum in ueritate coloueritis, ipſam ueritatem amplectendo: ſtatis in eo quod accepiſtis. Ita quidem de iuſtitia, pietate, conſtantia, fortitudine, & charitate ipſa, idem intelligatis. Deus enim ipſa uirtus eſt abſtractiſsima, cui nemo ſeruire poteſt uitioſus. Charitas quidem eſt: non ergo ſtat in eo quod accepit, qui charitatem non habet. Diligite alterutrum, fratres eſtis in Chriſto, qui charitas eſt: in hoc cognoſcite uos ſtare, ſi dilexeritis inuicem. Non ſint inter uos contentiones, neque rixæ, quaſi adhuc carnales ſitis, neq; idolorum ſeruitus auaritia, inter uos regnet. Sed hoc agat unuſquiſq; alteri, quod ſibi uelit fieri: fratres enim eſtis, alter alterius onera portate, non iudicet alter alterum. Nolite cum huc aſcenderitis in templum, Phariſæi ſiue diuiſi uideri, uoſ ipſos iuſtificantes: ſed recordamini iuſtificati publicani, in conſpectu Domini uos humiliantes. Non ſitis acedioſi in eius ſeruitio, cui ſeruire in hoc loco propoſuiſtis, ſed diligentes & ſeduli, non ore tantùm, ſed corde & animo, nam te totum uult Deus. In his ſi ſteteritis, ut decet Chriſti milites, id quod accepiſtis tenetis, & de uirtute ad uirtutem aſcenditis, de humana conuerſatione in angelicam transferimini, de cæcitate ad uiſum, de ignorantia ad ſcientiam, de terrenis ad cœleſtia: hoc quidem eſt ſtare, in quo eſt aſcendere ſurſum continuè. De ipſa ſaluatione quæ promittitur ſtantibus, reſpondeo: quia cor hominis non eſt capax felicitatis ultimæ, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Nam id quod maximè per omnia quæ ſunt diligitur, eſt ipſum eſſe: nihil enim ipſi eſſe tantùm opponitur, quantùm non eſſe. Id uerò quod maximè per ea quæ uiuunt diligitur, eſt ipſa uita, nihil enim horribilius morte: id uerò quod maximè amatur per ſpiritum intellectualem, eſt intelligere, cui ignorantia mors eſt. Sicut enim uitæ, uiuere eſt eſſe: ita & intellectualibus ſpiritibus, intelligere eſt eſſe. Aſſequeris igitur in his omnibus, gradum maximum & incorruptibilem in ſaluatione: in eſſe, æternitatem exiſtentiæ: in uita, immortalitatem uitæ: in intellectu, appræhenſionem ueram, omnis deſiderij indefectibilem. Et in hoc, in ipſa intellectuali uiſione, Deum uti eſt uidebimus, et Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: ad quam uiſionem, nos perducat idem ſaluator, in ſæcula ſæculorum benedictus.

http://www.obrascatolicas.com

Similitudo Christi & ecclesiæ.

In paraſceue.

ADhoc ut manuductio uulgi ſit clarior, exemplũ prẽmittatur. Habuit rex unã filiã adoptiuã, quæ per deceptorẽ educta, in inſulam remotã deportata extitit. Et quoniã deceptor ille ipſam multis annis, ſuis moribus enutriuit: quẽdã amorẽ ad ipſum ipſa concepit. Fecit itaq; rex, per filium ſuum unigenitũ undiq; perquiri eam, qui cum eã in deſerto ærumnoſo reperiret, reuelauit ei originem eius, & adoptionem in filiã ſummi regis, & cohæredẽ ſuã, quodq; miſſus eſſet à patre, ut eã reduceret. Quę cũ uellet multa inquirere de ueritate huius, & filius reſponderet, non potuit hoc ei tacilè perſuaderi, ut crederet eſſe patriam meliorem, quodq; ipſa regina illius ſieret. Sicut nec potuit ipſi perſuaderi, quod filiꝰ æterni regis, ſine patre, de matre natus fuiſſet naturaliter, & in utero ſtetiſſet nouẽ menſib. Nam uiſum fuit ei, q ratio hoc non attingeret, & ob hoc credi non deberet. Vnde ipſa diu refutauit, omnia tanq; mendacia, ſed multis miraculis & ſignis, eam credulã facere cœpit aliquantulũ. Verum deceptor ille, quantum potuit perſuaſit ei, ne crederet, ipſa nihilominus ſæpe audiens filium, & eum amabiliſsimũ conſpiciẽs, illi credidit. Et quia comperit, quod filius eam ardentiſsimè amauit: ipſa eundem ualdè redamauit. Sed poſtq; ipſa ſe uidit, ex loco & ſocietate deceptoris, multas infirmitates contraxiſſe, & qđ illos defectus ſciret, filius regis: optabat diligi, & timuit ſe nunq; diligi poſſe. Doluit igitur, & non ceſſauit gemere & plorare. Et q̃uis filius conſolaretur eam, tamẽ ipſa reſpondit ſe non poſſe credere, quod ipſe eam poſſet amare, quia ipſa turpis & infirma facta eſſet. Filius autẽ nolens, quod ipſa tantũm ſe affligeret, cogitauit quomodo conſolaretur eam: & non reperit modum, niſi quod defectus eius aſſumeret. Aſſumpſit igitur defectus iuuẽculæ, ut ipſa animũ caperet exſimilitudine, & ſic cõſolaretur eã. Diſpoſuit autẽ ut iuxta mandatum patris, ipſam ad regnum reduceret. Et cum ipſam per aquam ueheret, & ipſi regnum patris, atq; uiam ad ipſum, oſtenderet: inſequutus eſt deceptor, ut eam detineret. Factum eſt itaq; prælium magnum, in littore aquę, ubi in regnũ uia extitit. Et armauit ſe filius armis ſuis, & iniit certamen cum deceptore, ut ſineret iuuẽculam progredi ad patrem. Et dum in conflictu ſunt, ſubiugauit filius deceptorem, & eum ferreis catenis conſtrinxit indiſſolubiliter. Sed dum cõſtringeretur deceptor, aſtu iniquo letaliter uulnerauit filium regis, qui mox (poſtq; deceptor conſtrictus fuit, & miſſus in ſtagnum ignis) etiam mortem oppetijt. Iuuencula illa uidens filium regis propter ſe mortuum, certiſsima quod omnia uera eſſent, quæ per mortẽ probauit: remanſit ibi in mœſtitia, & ædificauit in loco mortis domunculam, & arma filij in ea ſuſpendit, ut nunq; à memoria excideret ſponſus ſuus, qui eam uſq; ad mortem dilexit. Vnde cum ſic ex intimis ad Deum clamaret, aiebat: Dixit mihi ſponſus meus, qui non potuit mentiri, quomodo tu rex eſſes ille, qui eum miſiſti, & pater eius, ac quod non haberet patrem alium, q̃ te Deum, & ſecundum ſimilitudinem naturæ noſtræ, matrem uirginẽ. Si igitur tu, qui es Deus, hunc filium ſine uiriliſemine de uirgine naſci, & eum pro me mori uoluiſti: fac ut propter me uiuat, quoniam in unum me eduxit de deſerto, ſi eo non debeo frui. Pater motus propria bonitate, filij dilectione, & ereptæ adoleſcentulæ commiſeratione: filium ſuſcitauit. Sicitaq; filius à patre reſuſcitatus eſt, cui adhæret ſponſa illa, fidelitatis mortis ſemper memoriam agens. Paſcitur enim amor eius cibo memoriæ mortis, & conſeruatur incorrupta & caſta, hac ſuprema fidelitate. Sed ſponſus & ſi uiuat, tamen cum patre eſt. Et uti ipſe, de patre & uirgine eſt: ita & ipſe de ſponſa uirgine quam amat, cohæredes generat, per ſpiritum amoris ſui, quem habet ſponſa eius, ſicut ipſe à patre qui eſt in cœlis, per ſpiritum amoris patris, in hoc mundo genitus eſt de uirgine. Mittit autem illi ſponſa omnibus diebus, fructum uentris, & cohæredes, in quibus ipſa ſucceſſiuè ad regnum aſcendit: quos ſecundum arma ſponſi ſui, & in ſimilitudinem eius ornat, ut ſint patri ſuo grati, & intromittantur in regnum uictoriæ, arma & ſigna uictoris deferentes, & protectionis. Hinc morituris, ponit hoc ſignum ante conſpectum filiorum, facitq; id, quouſq; numerus electorum fuerit adimpletus, qui numerus eſt ut partes corporis ſponſæ, in quo eſt ſpiritus ſponſi, ut non ſit ſponſa niſi ſponſi. Vt mẽbra

bra ſponſæ, itã ſint ipſius ſponſæ, quod mediante ipſa ſponſa, quæ eſt ſponſi, ſint ipſa etiam ſponſi. Hæc eſt ſimilitudo Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ eius. Ex hoc exemplo anima deuota, quæ es ſponſa Chriſti, aduertere debes: quomodo ſponſus tuus Deus & homo, à patre miſſus in hunc mundum extitit, ut tibi ueritatem tuæ originis panderet, & te induceret, ut cognoſceres te eſſe in manu deceptoris, ut tibi fidẽ aperiret, & deſiderium inflammaret, perueniendi ad regnum uitæ, ad quod te adoptauit rex uitæ. Et quomodo ad hunc ipſum finem, ut cognoſceres, quantum te pater tuus in cœlis dilexit, ipſum filium unigenitum ſuum, tibi in ſponſum dedit. Et ut poſſet eſſe ſponſus tuus, & ipſum amare poſſes, eum de uirgine naſci, & ſpecioſiſsimum præ filijs hominum eſſe uoluit. Commiſit eidem filio, ut te tenerrimè amaret, & per amorem traheret, ut eum ſequendo, ad patrem peruenires. Venit filius obediens patri per omnia, & te inſtruxit de ueritate, & aperuit ad quod adoptata ſis. Et quia fuit tibi difficile credere, fecit ſe medicum tuum, & miniſtrum amabiliſsimum, ut diligere eum inciperes, & per mirabiles curas credere. Et factum eſt, quod cum difficultate te uicerit, ut appræhenderes ipſum te amare. Dubitabas an fingeret, quia reſpexiſti te, per conſortia lenonis turpem, & unioculam, & infirmam: unde ut certa fores de amore, obtui conſolationem, eaſdem elegit infirmitates. Et quia iam amore conſtricta eſſe cœpiſti, uoluit filius obediens eſſe patri, & te funeamoris, in ſequelam trahere, iuxtà quod de te ſcriptum erat: trahe me poſt te. Duxit itaque te, per lauacrum aquæ, per quod exuitur, inſularis huius mundi amoris conſtrictio, ſed deceptor inſequutus eſt te, qui eſt ſpiritus malignus, odio & inuidia pleniſsimus, & detinuit te, ne poſſes ſequi ſponſum. Vnde ad hoc, ut ſponſus obediens eſſet patri, & experimento comprobares, omnia eſſe uera, quæ tibi euangelizauit (quàmuis ſciret, ſe à principe mundi deceptore fallace, & mendace, multa uſque ad crucis mortem paſſurum) in conflictu eum adijt, uicit moriendo, ſe pro te, cum magno clamore & lachrymis offerendo. Hęc uox in cœlo audita fuit, iuxta quod ſcriptum eſt: audiui uocẽ magnam in cœlo, dicentem: nunc facta eſt ſalus, & uirtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Noli igitur anima Chriſtiana, hodie ſi audieris uocẽ eius, obdurare cor tuũ: pro te enim clamat, & exauditur pro ſua reuerentia. Attentè conſidera. Ad cõflictũ propter te peruenit, fideliſsimè & cõſtantiſsimè pugnauit, uincẽdo mortuꝰ eſt. Attẽde q̃s ille ſponſus tuus, quia ſpecioſsimus & ſapientiſsimus, quomodo in eius memoria, mortis eius anniuerſarium eſt agendum. Indeſinenter eſt memoria mortis, in corde tuo rememoranda, quia alium ſponſum talem non reperies. Vide quomodo deflent caſtæ mulieres, probos & dilectos ſponſos ſuos, & quomodo impudicæ, poſt planctum de facili obliuiſcuntur. Excita te ad compaſsionem, quando audies, Dominum tuum ſponſum pati. Quæ ancilla, ſi uideret dominam ſuam nobilem laborare, non incitaretur ad ſimiliter laborandum? Conſidera, ſi non potuit Chriſtus propter te miſſus, ad patrem reuerti, niſi pateretur: quod meritò & tu pati debes, ut ad domum ſeu regnum, ad quod non es nata, ingrediaris. Quæ uerecundia eſt, dominum redire de bello, confoſſum uulneribus mortalibus, & militem intactum uelle conregnare ei? Compatiendo conregnabimus. Lacerare igitur debet miles Chriſti carnem ſuam, & hoc per mortificationem deſideriorum carnis. Nam ſi ſanus eſſe uelis, qui es infirmus, & de hoc mundo, oportet ut putridas carnes abſcindas. Latro enim patitur ſibi obſcindi manus potiùs, quàm uitam perdat. Patientiam igitur habere debet Chriſtianus, in omnibus aduerſitatibus, quam nutrire debet, pane memoriæ patientiæ Chriſti,
ſcilicet in tribulationibus, in paupertate, in deſpectu,
& eiuſmodi pro Chriſto ęrumnoſis
concuſsionibus.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Voca gentes.

Numisma regium.

COnsidera qualis erit iudex in iustitia, quãdo non ueniet mãsuetè, sed terribiliter in terribili iudicio, ubi exigere uoluerit, an templũ Dei (quod estis uos) sit seruatum mundum, ut debet esse domus Dei, & deuotionis, & orationis, siue loquutionis hominis cum Deo, & Dei cum homine. In te enim loquitur Deus, & tu illi, cum intras intrà te: nam ipse est centrum animæ, & regnum cœlorũ intrà nos. Et si uiderit te esse nummularium, & ementem & uendentem animam intrà te repererit: te eijciet à se, & ad tenebras exteriores. Non uult enim, quod in templo suo reperiatur, nisi una & sua & regalis moneta, tenens ipsius imaginem & superscriptionem. Exiget enim à te rationem horribilem, ut ostendas numisma unum tibi datum, cum suprascriptione, dicens ad te: cum homo sis ex nomine, si hæc est superscriptio imaginis, ostende hanc imaginem sanam & non falsificatam, scilicet qđ sis homo, & non habeas nũmos alios bestiales, falsos, & adulterinos, quoniam suprascriptio dicit, quòd sis homo: sed homo est animal rationale. Vide quomodo fœdata est imago monetæ, quia ratio est mixta, & transiuit per cõmutationes nummulariorum, ementium & uendentium, et nõ apparet imago cœlestis, sed terrestris. Exiget à te, an homo Christianus, ut ostendas numisma si Christianus, si religiosus, ostende numisma. Si ordinis sancti Benedicti, & ostende. Nummularij, & emẽtes & uendentes sunt, qui affectionem diuidunt, in uarios amores Sed Deus non uult nisi animam integrã, et unitam: una est columba mea perfecta. Amor Dei attrahit ut Adamas, sed non nisi purum ferrum. Solliciti (ut inquit Apostolus) seruare unitatem spiritus. In uinculo pacis, est charitas, quæ conseruat uitã & unitatem cũ Deo, & ijs qui Dei sunt, scilicet cũ proximo, sicut circulꝰ circũcingẽs doliũ uini, et fasciculꝰ merces.

Sermo: Cum clamore.

Ch. ritas.

CVm clamore magno & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia, ad Hebræos quinto. Hinc si hodie uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Reperio charitatem, causam mortis Christi. Nã ita Deus dilexit mundũ. Descẽdit de cœlo, ut nos ascẽdere faceret in cœlũ. Hoc autẽ factũ est, ordine optimo, atq; cõgruẽtissimo. Nã cũ homo ignoraret Deũ, & seipsum: non fuit homo conuersus ad finem suum, quem ignorauit, neq; expectauit hæreditatem uitæ, sed in tenebris ignorantiæ ambulauit. Venit igitur uerbum illuminans de cœlo, & induit carnem, ut in similitudine carnis, posset nos homines illuminare, & nobis reserare abscondita, & euangelizare regnum spiritus immortale. Omnia igitur, quæ ad Rabi et magistrũ atq; Dominũ et præceptorem, instruere & dirigere uolentẽ, spectare uidẽtur, ad eũ finẽ ut eius doctrina capiatur, assumpsit: & discipulos simplices, & nõ addictos aut capistratos, auctoritate alicuiꝰ doctrinæ alienę, simpliciter instruxit. Et palã et publicè, hominis initiũ, & posse eius docuit. Cuiꝰ hæc fuit doctrina: qđ hõ à Deo sit, à quo habet spiritũ immortalẽ, qui non est de hoc mũdo corruptibili, sed de mũdo intellectuali, ubi est regnũ Dei, & uita beata & æterna: qđq; hic spiritus habet posse redire ad Deum, à quo per creationẽ exiuit, si huic uitæ huius mundi, uitam illam intellectualem, prætulerit. Sed nõ in uirtute propria, quoniã spiritus hominis nunq; fuit, antequàm esset in corpore terreo. Non enim rectè uidit Plato: animas prioriter fuisse ante hominẽ, terrena enim habitatio, quæ aggrauat spiritũ, non esset, ei tunc naturalis, unde esset ipsi tormentũ et infernus. Et hic spiritus noster, à Deo per creationem in esse prodiẽs, in corpore creatur, ut exercitio aliquo, ad qđ excitatur mediante corpore, acquirat uitales alas, ascendendi ad regnũ intellectuale scilicet intellectũ & affectũ. Docuit etiam, quomodo ad hoc, q̃ spiritus noster posset duci in regnũ uitæ, etiam si alas haberet desiderij ad ipsam, adhuc deficeret, nisi Deus spiritui hominis, uitã diuinã uniuisset: ut sic per descensum infinitæ uitæ, ad spiritũ hominis, omnis spiritus hominis, participatione illius confortatus esset. Quasi paralyticus ille, circa probaticam piscinã, qui iam cõcepit fidem posse sanari, & paralysi curari, scilicet posse de uita corruptibili & debili, ad integram transferri, & in eo creuit ex fide spes,

spes, & amor ad ipsam: sed non potuit (quia paralyticus) in aquam saluationis, ubi spiritus cœlestis fuit, se mittere. Igitur quamdiu non habuit hominem qui eum mitteret, remansit paralyticus. Simile est etiam de uulnerato in uia, qui per Samaritanum, est ductus in Hierichunta, & curatus est. Vnde hæc fuit euãgelizatio eius, scilicet regnum uitæ posse ingredi: sed non nisi per ipsum, quia ipse est, in quo est omnis suppletio defectuum, uia & ostium, & cibus uitæ. Sed tenebræ hanc doctrinam non cõpræhenderunt, quia exemplo pueri in insula positi, non potuit ratio ascendere, ut attingeret suum principium, & uoluerunt potius credere sibi, q̃ ei. Vnde cogitauit eos ducere ad hoc, ut ostensione miraculorũ, illi crederetur, & aliqui crediderunt ex simplicioribus. Demum morte sua, firmauit ueritatem.

Ex sermone. Verbum caro factum est.

Verbum.

Diuina generatio.

VErbum dicitur à uerberare, hoc est aerem uerberando, uerbum producere. Ideò in diuinis, ratio uerbi, includit generatiuam productionem, secundum illud: Eructauit cor meum uerbum bonum. Hæc autem diuina natiuitas, est processus intellectualis uerbi à Deo patre. Est enim Deus principium intellectuale, omnis creaturæ, agens per intellectum & uoluntatem, omnia enim quæcũq; uoluit, fecit. Ideò necesse est, quod in ipso sit mentale & intellectuale uerbum, in quo se & cætera intelligat. Et quia uerbũ respectiuè, quasi alterius scilicet uerberãtis uerbũ dicitur, à quo scilicet dicẽdo producitur, à quo etiã realiter distinguitur: quia nihil procedit à se ipso, nihil enim gignit seipsum Hoc uerbum, non procedit à creatura, ut notum est: ergo à Deo. Et non ab essentia diuina: quia talis realiter non distinguitur à filio, quia una q̃q; persona, est essentia. Procedit ergo à Deo patre. Nam cum dicimus, uerbum procedit à Deo: ibi Deus capitur hypostaticè, pro persona, & non pro essentia. Hoc autem diuinum uerbum, non potest esse in Deo accidens, sicut est in nobis & angelis: cum in Deum propter eius immutabilitatem & simplicitatem, non cadat accidens. Nec est aliqua creata substantia, tanq; forma intrinsecè adiacens, uel aliquomodo extrinsecè, hoc enim repugnat diuinę perfectioni, & est impossibile: quia omne creatum, finitum. Ideò infinitum non posset representare, sicut Dei uerbum, Deũ & cuncta creata, representat. Ideò est res increata infinita, quæ est Deus. Et quia est unus Deus, à Deo quod est in Deo omnium rerum principio, est Deus. Et quia est unus Deus, à Deo nõ distinguitur realiter & essentialiter, quàmuis à patre distinguatur personaliter & realiter. Omnis distinctio essentialis, est realis, & non econuersò. Est secundum doctores, fomalis siue modalis distinctio, quoniam aliquid affirmatur de uno, negatur de alio, licet unum non negetur de alio: ita essentia diuina, distinguitur à qualibet persona, quia aliquid affirmatur de qualibet, qđ non de essentia, quia ista est uera: pater generat, et nõ illa: essentia generat. Nõ miꝰ tamẽ quælibet persona, est essentia diuina, & econuersò. Realis distinctio, est quando inter se unum negatur de alio. Et hoc dupliciter: aùt in aliqua re conueniunt, sic realis personalis distinctio, est in diuinis: quia licet pater nõ sit filius, est tamen aliqua res quæ est filius, cũ uterq; sit unus Deus. Pater & filius sunt unum, quàmuis non unus. Est distinctio realis & essentialis, sic quelibet persona & essentia, à qualibet creatura distinguitur: prima, est debilis: secunda, maior: tertia, maxima. Formalis & personalis distinctiones, in diuinis sunt tamen reperibiles: plures namq; res in diuinis sunt una essentia, scilicet tres personę. Quæ tres res, quarum una nulli alteri innititur, tanquàm pars toti, uel forma subiecto, uel suppositio alieno ipsum suppositanti. Et hoc diuinum uerbum, est infinitum in perfectione essentiali, quia est Deus. Et infinitũ in representando: quia uniuersalissimè, & tñ perfectissimè pluscq; oĩa creata, & creabilia mẽtalia & uocalia uerba. Ideò unicũ uerbum, in diuinis ponere est necessarium, quod primariè diuinam essentiam representat. Obiectum namq; primarium diuini intellectus, est Deus, de quo secundũ Ioannẽ dicitur: Et uerbũ erat apud Deũ. Sicut dici consueuit, cõtemplatio istiꝰ, est apud ipm: id est ipse est obiectũ suæ cõtẽplatiõis, siue sui cõceptꝰ, sicut dicit imaginatio illiꝰ, est apud illã uel illã rẽ. Non aũt potest Deus ferri extrà se p extasim, sicut cõtingit in homine, uel angelo, alteri tei plus contẽplando intẽdere, q̃ sibiipsi: sed tanq; nullo

http://www.obrascatolicas.com

nullo extrà ſe egens, in ſeipſum per contemplationem & fruitionem reflectitur, & cū infinita delectatione, beatificè quietatur. Secundariò tamen, hoc idem uerbum, creaturas omnes perfectiſsimè repræſentat, quarum ideæ & exemplares rationes, ſunt in mente diuina, quæ eſt omnium cauſa, eo modo, quo in mente artificis, actu uel habitu relucet, omnis ſpecies artificij, cuius ipſe eſt factiuus. Et hoc modo omne quod factum eſt in ipſo uerbo, æternaliter uita erat, non ſcilicet realiter, ſed intellectualiter. Inter gradus nempe uitæ, uita intellectualis, ſupremum locum obtinet. Hinc uerbum Dei, dicitur imago Dei inuiſibilis, cum ſit æterna mentalis expreſsio, in qua ſe Deus tanquàm in imagine ſiue naturali ſimilitudine, conpræhendit. Eadem ratione dicitur ſplendor gloriæ, figura ſubſtantiæ Dei patris, candor lucis æternæ: cum tanquàm intellectuale lumen, & tanquàm conceptualis figura, & coæuus ſpiritualis candor, de lumine Dei patris, intellectualiter ſplendeat. Dicitur etiam reſpectu creaturarum, exemplar ideale, inquàmtum omnes creaturæ, ab æterno in eo relucebant. Dicitur ars Dei: inquātum per ipſum operatur; lex Dei, inqātum in ipſo iudicat: aſpectus uel introſpectus rerum, inq̄tum in ipſo omnia nuda & aperta ſunt: ueritas Dei, inq̄tum in ipſo omnia uera ſunt, quæ Deus uerè appræhendit: ſplendor animarum ſanctarum, inquamtum per ipſum, in animas ſanctas, lumen gratiæ uel gloriæ transfunditur. Et ſic patet, quod uerbum per modum intellectus, à Deo patre, & per modum naturalis ſimilitudinis, & mentalis imaginis, procedit. Cum autem omne ſuppoſitum uiuum uita intellectuali, uel animali, procedens à ſuopoſito uiuo uita intellectuali uel animali, per modum naturalis ſimilitudinis, ad minus ſpecificè, aut proprijſsimè ſecundum identitatem numeralem eſſentiæ uel naturæ, dicatur filius eius à quo procedit: liquet ſecundùm proprijſsimum modum loquendi, uerbum Dei, Dei filium dici. Quare eius proceſsio, dicitur filiatiua. Hoc apud Propheram loquitur idem uerbum: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, id eſt in æternitate, ubi nūquàm heri uel cras. Semper enim Deus uerbum gignit & intelligit, quia purus actus, ſemper enim in actu. Quare ſemper uerbū. Nunqd ego qui alios parere facio, ipſe non pariā, dicit Dominus? Ab hoc patre & filio per modum uoluntatis, procedit ſpiritus ſanctus, eo modo quo mens noſtra per ſuum uerbum, ſentit amorem ſiue uolitionem, cum in nobis nihil ſit uolitum, niſi cognitum.

Ex ſermone: Aue.

Mors pellicium.

DVm ſtudet homo præcauere mortem, in uia mortis, non agit, niſi ut uitam perdat. Nam induit ſe homo pellicijs, laborat in terra, ut contrà mortē medicamenta quædam eliciat. Credit delectationes ſenſibiles in uia mortis, eſſe uitales, & ignoranter plus morti inuolutiur. Sicut lepus in rete, quantò plus laborat ſaltando ut exeat, tantò ſtrictiùs conſtringitur. Chriſtus autem uenit, ut nos doceret, non poſſe mortem niſi morte euadere: quoniam uita eſt, quæ per mortē attingitur. Vnde omnem ſolicitudinem huius uitæ, oſtendit opera inuolutionis mortis eſſe, & opera mortis, docuit adijcere, quę ſunt ſolicitudines, ut abundemus cum iactura illarum, dum non facimus alteri, quod uellemus fieri nobis.

Ex ſermone: Oportuit pati Chriſtum.

Satisfactio. Aſſequutio uitæ

OPortuit pati Chriſtum, quia aliter ueritati maximum teſtimonium ferre nō potuit: ipſe enim ad hoc natus fuit, ut teſtimonium perhiberet ueritati. Anſelmus quærit: an aliqua neceſſitas coegit, ut altiſsimus ſic ſe humiliaret, & omnipotens ad faciendum aliquid, tantùm laboraret. Reſpondet: omnis neceſsitas & impoſsibilitas eius ſubiacet uoluntati: quod uult, neceſſe eſt eſſe: & quod non uult, impoſsibile eſt eſſe. Sola igitur uoluntate, & quæ ſemper bona eſt, ita quod ſola bonitate hoc fecit. Hæc omnia humanā naturam, ut ad hoc reſtitueretur propter qd facta erat, neceſſe erat facere. Et nec illa, nec quicquid Deus non eſt, ad hoc potuit ſufficere. Nam homo ad hoc ad quod inſtitutus eſt, non reſtituitur, ſi non ad ſimilitudinem angelorū, in quib. nō eſt peccatū prouehitur: q̄ eſt impoſsibile fieri, niſi omni per-

percepta remiſsione peccatorum, quæ non fit, niſi mediante integra ſatisfactione, quam oportet talē eſſe, ut peccator aut aliquis pro illo, det aliquid Deo de ſuo, quod debitum non ſit, quod exuperat omne, quod Deus non eſt. Nam ſi peccare, eſt Deum inhonorare, & hoc homo facere non deberet, etiam ſi neceſſe eſſet quicquid eſt, qđ Deus non eſt, perire: utiq; ueritas immutabilis, & ratio aperta exigit, ut qui peccat, reddat Deo pro honore ablato aliquid maius, quàm ſit hoc, pro quo illum exhonorare non debuit. Quod quia humana natura ſola non habuit, quæ nec ſine debita ſatisfactione reconciliari poterat: ne iuſtitia Dei in regno ſuo, peccatum inordinatum relinqueret, ſubuenit bonitas Dei. Et eam in ſuam perſonam aſſumpſit filius Dei, ut in ea perſona eſſet homo Deus, qui haberet quod ſuperaret, non ſolum omnem eſſentiam quæ Deus non eſt, ſed etiam omne debitum, quod peccatores ſoluere debēt. Et hoc cum nihil pro ſe deberet, ſoluit pro alijs: pretioſior namq; eſt uita hominis, quàm omne illud, quod Deus non eſt, & ſuperat omne debitum. Si enim interfectio illius, ſuperat omnem multitudinē & magnitudinem peccatorum, quæ cogitari poſſunt: palàm eſt, quod uita eius magis bona eſt, quàm ſint omnia peccata mala. Hanc uitam ille homo, qui ex debito mori non debuit, quia peccator non erat, ſponte dedit de ſuo ad honorem patris, cum eam ſibi auferri propter iuſtitiam permiſit, ut exemplū omnibus daret, iuſtitiam non eſſe deſerendam propter mortem, aliter ſic homo ex Adam, ſecundùm naturalem originem, ad hanc uitam huius mundi omne deſiderium ſuum dirigit. Neſcit enim appetere homo huius mundi, id quod eſt contrà hunc mundum: ſicut oculus neſcit appetere auditum, ſed appetit tantum perfectionem ſui actus, ut uideat benè. Deſiderium autem huius mundi, trahit hominem, ut hic quietem quærat. Sed quia homo neſciebat, ſe ad aliam uitam habere capacitatem: hinc nec illam deſiderare potuit. Fuit igitur homo à natiuitate ignorans, ſed ad hoc, ut ſapiens fieret, & altiſsimum finem attingeret. Sapientia ſibi humanam induit naturam, & factus eſt Chriſtus Dei ſapientia, Deus & homo, noſtra ſapientia, ut alterius mundi deſideria, in ipſo experiremur. Et quia noſtra natura caduca non potuit ſurſum ferri, niſi deſideria illa terrena, in ipſa noſtra natura mortificata forent: hinc Chriſtus eſt, in quo eſt plenitudo, replens omnes defectus noſtros. Oportebat igitur in eo, qui adimplere uenit omnem defectum noſtrum, purgationem reperire omnium deſideriorum temporalium. Horum autem purgatio, eſt per ſenſibilem pœnam. Attende. Si concipis, omnium hominum Chriſtum humanitatem habere, & ipſum eſſe hominem, non in latitudine ſpeciei humanæ, nec̄ extrà, ſed ut terminum ſpeciei perfectiſsimum: uides planè, quomodo tua humanitatis natura, in ipſo multò intimius eſt, quàm in fratre, filio, aut patre. Et quæ in præciſiori identitate, quæ ſalua numerali differentia, dabilis eſt, omnem plenitudinem aſſequitur Sed non poteſt natura humana, uitam alterius mundi conſequi, niſi in ſpiritu intellectuali. Et quia terminus motus ſpiritus, eſt terminus amoris ſeu deſiderij: ideò ſi per Chriſtum, ad Deum patrem ſe conuertit uia recta, finem attingere poterit. Si uerò ſe auertit, ſalutionis finem amittit.

Ex ſermone: Seraphin duabus alis.

POſtquàm anima credit, non eſſe uitam niſi in uita trina & una, & extrà illam eſſe mortem: uult fugere mortem, quia timet abſorberi à morte, & eleuat pennas, & ſic motus initialis, eſt à timore. Deinde quum ſe mouere incipit à morte, & uolat uerſus uitam: deſiderat in uita quieſcere, & continuò quantò plus accedit per receſſum à morte, tantò à uita plus uiuificatur, & motus eius uiuacior eſt, & pennæ maiores. *Motio ad uitā*

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone. Paracletus autem spiritus.

Gratia. Charitas. Spiritus sanctus.

DVpliciter Deus est in creatura: aut per essentiam, præsentiam, & potentiam, et sic ubiq; aut gratuitè et spiritualiter, dando dona gratiæ, sic est hic. Venit enim cum dono. Charitas (inquit) Dei, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Per gratiam gratis datam, nemo saluatur: sed per gratiam gratum facientem, scilicet charitatem, quia sine spiritu sancto, non saluamur. Si enim charitatem non habeo, nihil sum. Hæc charitas, animam per amorem Deo iungit dulciter, & uocatur amor fruitiuus, & imperat omnibus uiribus animæ et corporis, ut dilecto seruiant, in omni loco et tempore. Et dicitur amor diuinę concupiscentiæ, quia concupiscit Deo seruire, seu uocatur operatiuus seu practicus. Alius est gradus: per quem anima stimulat amatum, ab omnibus amari, laudari, & benedici: et tunc effluit charitas proximi, et appropriatur spiritui sancto, quamuis indiuisa sint opera trinitatis ad extrà, quia per modum doni procedit. Spiritus sanctus sanctificando uenit, quia sanctus. Missio spiritus sancti, est progressus amoris, à patre et filio ad creaturam, pro ipsius creaturæ sanctificatione. Solùm rationalis seu intellectualis natura, est sanctificabilis: quia solùm capax est Dei, per intellectum et affectum. Nec aliud est sanctitas, quàm gratum faciens gratia, aut charitas, quam spiritus sanctus, suo aduentu infundit. Et oritur primò meditatione peccatorum, rigore iudicis, & meditatione pœnæ, & est timor seruilis, & initium sapientiæ. Deinde cogitat bona creatoris, quæ dedit, & offensam erubescit, & est initialis, per quem spiritus sanctus mentem primò ingreditur. Et ubi cogitat non sua, non pœnam, sed quæ sunt Dei honoris & reuerentiæ: tunc erit filialis, & est donum primum. Deinde mens pia efficitur, scilicet liberaliter benęuola, nitens Deo, pro omnibus quæ tribuit, rependere, & proximo propter ipsum, quicquid ualet compassionis, & est secundum donum. Sed quia huic discretio est necessaria, uenit donum scientiæ, quę est supernaturalis discretio in agibilibus. Et quia tali adueniunt, aduersitates tentationum, sequitur donum fortitudinis. Deinde donum consilij, ad feruenter exequendum ea, quæ illi consulta sunt, & sunt dona circa actiuam uitam. Deinde sequitur donum intellectus, in cõtemplatiua, per quod intelligat admirabilem Dei potentiam, & mirabilia opera eius, & de lege eius. Deinde donum sapientiæ, ut gustet, quàm suauis est Dominus. Sunt quædam dona spiritus, cum quibus non cõfertur, gratia gratum faciens: ut timor seruilis, & fides informis. Quædam cum quibus non semper: ut donum linguarum, miraculorum, prophetiæ. Alia sunt, in quibus sanctitas semper confertur, imò sunt sanctificatio creaturæ: ut est charitas, quæ Deo hominem charum facit, siue gratificat, hoc est sanctificare. Sic in infusione charitatis, spiritus sanctus datur: est enim uirtus uirutum, & forma earum, dans esse meritoriũ: quod sine ea nequaq; haberent, nam sine charitate, homo nihil est. Sola enim charitas, diuidit inter filios Dei et perditionis. Et nõ id potest, habitus ex actibus frequentatis acquisitus, cum humana exercitia, quantumcunq; conentur, non possint in ultimum finem modo supernaturali, quali modo charitas mẽtem mouet, tàm hic q; in patria: sed est habitus à Deo infusus, per spiritũ sanctum appropriatè, & inter dona creata excellentissimum, quinimò participatio quædã, doni increati, scilicet spiritus sancti, à quo immediatè emanat in spiritum rationalem, & subiectiuè in uolũtatem, uiuificans omnes uires animæ, & in Deum dirigens. Sicut enim spiritus sanctus, est nexus & gluten indissolubile, quo pater & filius se & nos diligunt: sic uirtus charitatis nexus quidam est, quo formaliter nos Deo amorosè connectimur, atq; proximo in Deo conglutinamur (& hoc est Deum in nobis manere, & nos in Deo) nõ ut morales amicitiæ, quæ propter bonũ honestum, delectabile, seu utile homines nectũt, prõpter communicationem politicam. Sed hæc est altissima, in communicatione diuina & beatifica. Habet ordinem, quia primò fertur suprà se in Deũ propter ipsum: qui enim confitebitur Deo, quando benefecerit ei, plus se q; Deum diligit, & extrà charitatem est. Secundò fertur in se, ut se diligat participem gloriæ Dei. Tertium in id quod est iuxtà se, ut proximum, tanq; beatitudinis socium: qui autẽ proximum, non

Spiritus sanctus.

Dona Spiritus sancti.

nõ propter Deum, sed seipsum diligit, in charitate nõ est. Quartò in id qđ est infrà se scilicet in proprium corpus, ut illud nutriat, gubernet, castiget, ut beatitudinis particeps fiat, et non est charitas, diligere carnem in desiderijs. Quum igitur charitas sit uita animæ, omne peccatum, quod est contrà charitatem, mortale est. Contemptus enim facit peccatum mortale, quia charitati obuiat. Et ita omne peccatum, est contra spiritum sanctum, diffusiore modo. Sed sunt aliqua peccata enumerata, quæ dicuntur principialiter in spiritum sanctum. Nam aliqua sunt in patrem, quæ fiunt ex infirmitate, contra potentiam quæ attribuitur patri. Aliqua contra filium, ex ignorãtia, contra ueritatem seu sapientiam, quæ attribuitur filio. Aliqua contra bonitatem, quæ attribuitur spiritui sancto. Et illa quæ fiunt ex malitia, dicuntur in spiritum sanctum, tali scilicet malitia, quæ contemnit et abijcit ea, per quæ peccatum uitari possit. Et quia misericordia et iustitia Dei, nos sollicitant ad spem et timorem: tũc desperatione et præsumptione, peccatur in spiritum sanctum. Duo se tenent ex parte donorum Dei: cognitio ueritatis, et auxilium interioris gratiæ. Contra quæ, impugnatio ueritatis agnitæ ut liberiùs peccetur, et inuidia fraternæ gratiæ, quando inuidetur quod gratia crescit in mundo. Duo etiam sunt in peccato, quæ nos retrahere debent, scilicet: actus turpitudo siue deordinatio, et delectationis quæ in peccato acquiritur, paruitas siue breuitas. Primum abijcitur per impœnitentiam, habẽdo propositum non pœnitendi: secundum, per obstinationem, nam firmat mentis propositum, ut peccato inhæreat. Ista peccata non habent excusationem, et propterea non remittuntur. Sed quia misericordia Dei, potest succurrere aliquibus, ut redeant ad cor, et contritionem recipiant de certis peccatis, de illis etiam fit remissio. Spiritus sanctus est aqua, ignis, unguentum, et omnia illa quæ germinare, purgare, aut sanare faciunt. Ignis ardens, crescit uento aduersitatis, sic habens spiritum sanctum, feruorem sentit increscere diuinæ dilectionis. In tribulatione (inquit) dilatasti mihi. Et Apostoli gaudentes ibant à conspectu Concilij, quoniam digni habiti fuerant, pro nomine Iesu, contumeliam pati.

Ex sermone: Paracletus autem spiritus sanctus.

CReauit Deus pater hominem, regenerauit Deus filius ipsum, instruit eum Deus paracletus. Habemus esse quoddam naturaliter, ut in hoc mundo id simus, quod sumus, et hoc à patre. Habemus posse suprà hoc mortale esse, ad spirituale æternum peruenire, et hoc per regenerationem in filio, hoc esse spirituale, in spiritu attingimus, per spiritum sanctum. Spiritus sanctus, qui est creator, est nexus patris et filij, siue unitatis et æqualitatis: ab unitate, æqualitas: ab unitate et æqualitate, connexio. Hic igitur spiritus, est uis connexionis, omnium creaturarum, et à Platonicis anima mundi, ab alijs fatum, ab alijs dispositio diuina, rebus immobiliter inhærens, uocatur. Nam sicut ab unitate, descendit alteritas siue possibilitas, et ab æqualitate, qua nihil maius aut minus est, actus possibilitatis siue formatiua à connexione, descendit motus. Nihil enim potest de possibilitate in actum duci, nisi per motum. In artificialibus ita uidemus, quomodo forma, per motum introducitur. Motus igitur uniuersitatis, descendit ab infinita connexione. Deus igitur est omnipotens, et ipsa absoluta necessitas, per quem est possibilitas rerum, est sapientia infinita per quam est discretio et dispositio formalis. Est bonitas infinita, per quam est attractio. Creat igitur, disponit, et attrahit. Descendit itaq; à spiritu uniuersorum motus uniuersitatis. Et hic motus, uariè participatur: nam aliter in natura intellectuali, aliter in rationali, aliter in sensibili. Quędam enim participant hunc motum cõnexionis, in hunc finem, ut sint, qnædam ut uiuãt, quædã ut intelligant. Spiritus Domini, repleuit orbem terrarum, ut ait Propheta. Et Rursus: Emitte spiritum tuum, et creabuntur. Nos autem homines, participamus hunc motum uniuersitatis, non tantùm ut simus, non tantùm ut uiuamus, sed ut simus et uiuamus, et intellectualiter ipsum esse omnipotentiæ, et ipsam uitam sapientiæ æternæ, ac ipsam bonitatem, in fonte degustemus. Quies igitur infimarum creaturarum, spiritum uniuersorum in umbra participantium est: ut hoc sint in hoc mundo, quod sunt. Quies autem animalium, est ut

Pater. Filius. Spiritus sanctus. Motus.

Motus.

http://www.obrascatolicas.com

uiuant ſenſibiliter: quies intellectualium, ut uiuant in appræhenſione uitæ, & eſſe intellectualis, ſcilicet in appræhenſione ueri, uerum enim eſt obiectum intellectus. Habet autem ſpiritus noſter, motum unum animalem, quo motu mouet corpus, ut animaliter uiuat. Et hic motus, tantum apparet in pueris et inſipientibus. Habet motum ut Dei imago, in quo omnia ſe facit, quia rerum ſimilitudo, et hic motus apparet in uſum rationis habentibus. Et hos duos motus, habet ſpiritus noſter, ex natura ſpiritus uniuerſorum participatione, in ſuo ordine, quoniã eſt rationalis. Sed per hos motus, non poteſt attingere ad quietem. Nam quum ſit motus eius ad ueram, non attingit motu animali uerum, ſed uitã corruptibilem. Nec motu rationali, quo motu ſe facit rerum ſimilitudines, quum ſimilitudo non ſit ipſa ueritas, ſed per infinitum ab ipſa cadens. Vnde in his, omnis humanus motus eſt quieſcens, ſcilicet, uel in uita ſenſibili huius ſuppoſiti, uel in quadam immortali uita, ſenſibili tamen. Et in hoc fuit omnium ignorantia, quoniam rerum ſenſibilitatem ſeu ſimilitudinem ueri nemo exire potuit, et hinc, hunc mundum omnem ſibi finem poſuerunt. Chriſtus autem qui ueritas eſt, de alio ſpirituali quodam mundo et regno nos inſtruxit, et illius capaces in ſeipſo effecit. Aperuit igitur Chriſtus in nobis, quoniam ſpiritus ille, qui finem ponit extrà Deum in mundo, eſt malignus ſpiritus, non habens requiem, quoniam eius motus, non eſt ad ueritatem, ubi tantùm eſt quies intellectus, ſed eſt à ueritate in ſimilitudinarias phantaſias. Vnde hi omnes ſpiritus, ſunt motum falſum et erroneum habentes, quorum caput eſt princeps huius mundi, qui tamen non habet in ueritate, ſeu de Chriſti ſpiritu, quicquã poteſtatis. Sicut umbra non habet poteſtatem in lucem, ſed ueniente luce cedit, et ad nihilum redigitur potentia eius. Sũt igitur naturæ quædam intellectuales, quæ ſe inuoluerunt umbris ignorantiæ, et mouentur recedentes á bono, uero, et iuſto. Alij uerò ſunt ſpiritus, qui mouẽtur ad bonum, uerum, iuſtum, et hoc deprehendimus, in motu noſtri ſpiritus. Nam noſter ſpiritus, licet à Deo creatus ſit bonus: tamen motus eius ut ſit rationalis, ei diuinum motum altiori gradu participans, liberi arbitrij eſt. Si igitur à bono ſe auertit in motu, ad falſum et malum: tunc huic motioni conſenſum præbet. Motio igitur illa, cui ſic conſenſum præbet, ab aliquo apparenti bono perſuadetur, hinc ad hunc motũ excitari dicimur, ſeductione motoris maligni. Qnare ſpiritum malignum tentatorem, nobis iſta ſuggerere credimus. Vnde quemlibet hominem habere ſpititum malignum, et etiam ipiritum bonum, doctores affirmant Sed is ſpiritus malignus, generaliter ad mala inducit, et ſubeſt iuſsionibus principum, qui concurrunt in ſeducendo. Vnde quum ad peccatum luxuriæ inclinatur, euexit motus à ſpiritu fornicationis, et ita de reliquis. Omnis enim motus auerſionis à Deo, medio alicuius particularis delicti, ſub principe aliquo mundi, exiſtit: omnes autem mũdi principes, ſub uno. Sic omnes uirtutes ſunt intellectuales ſpiritus, et ſunt uirtutes, quæ ad uirtutes mouent, et inclinant. Et ſunt ſpiritus uarij huius ſummi principis, ſcilicet ſupremi ſpiritus, naturam bonam participantes, qui ad ipſum ſunt conuerſi, et ad ipſum conuertunt. Et qui ſunt auerſi, auertũt: operantur enim omnes ſeparati ſpiritus, uti ſunt, ſcilicet auertendo à uirtute altiſſimi, quæ ſpiritus ſanctus eſt, quia ſunt auerſi: aut conuertendo, quia ſunt conuerſi. Dicit autem Chriſtus, quod angeli eorum ſcilicet hominum, ſemper uident faciem patris. Ii angeli de nobis curam habent, et nos mirabili ſtudio cuſtodiunt, et extremam diligentiam faciunt, ut nos præſentent altiſſimo. Nam ut ait Origenes: ex hoc, ſe Deo grate ſeruire ſciunt. In omni igitur motu ad finem, aſcende ad quoddam contractum principium ipſius, & ibi intellige, uirtutem diuinam ſeu angelum præſidentem. Vides motum alium in ſpecie leonina: alium in lupina, alium in ouina, et ita de omnibus ſpecificis naturis. Hanc igitur uirtutẽ, quã in omnibus ſpecificè unitis, uides in diuerſitate exiſtere, affirmat Dei uirtutem, ſic cõtractione participatam. Dei autem uirtus, aliquando angelus uocatur, ut à Chriſtianis. Philo ait, qui Platonicus fuit. etiam dæmonia. quaſi ſcientifica animalia uocari. Vnde alij ſunt ſpiritus, qui motibus elementaribus præſunt: alij, qui motibus ſtellaribus: alij, qui motibus ſenſibilibus. Eſt tamen unus diuinus ſpiritus, uariè ſic participatus

patus et multiplex, ut in organo unus ſpiritus, in uarijs cannis aut fiſtulis receptus, eſt unus in ſe et multiplex in operatione, ſecundum uarietatem recipientium fiſtularum. Sic quidem omnia regna, certis in ſuo motu regiminis, ſubſunt ſpiritibus: ut de regno Perſarum, legitur in Daniele. Eccleſia igitur uniuerſalis, rectori ſubeſt, ſic quælibet cõgregatio, ſiue religioſorum, ſiue ciuium. Sicut diuinus ſpiritus, eſt amor ſiue charitas ſeu connexio, ita omnes uirtutes ſeu ſpiritus tales, unionum ſunt conſeruatores et pacis. Maligni autem ſpiritus, ſunt qui ſe à pace auerterũt, et charitate, et ſunt diuiſionum ſuggeſtores. Conſidera igitur, quæ geruntur bella inter ſpiritus, et quid mali euenit ex maligni uictoria. Quum alij ſint ſpiritus, quorum motus eſt à Deo, alij quorum à principe mundi: ſæpè decipitur homo, ſpirituum diſcretionem ignorans, quando Sathan ſe figurat in angelum lucis. Iubemur igitur, ut conſideremus et probemus ſpiritus, ſi ſint adeò. Sed niſi nos doceat ſpiritus ſanctus, et nobis ſuggerat uerba ueritatis: diſcretionem non attingemus, in ſpiritu ſancto datur ſpirituum diſcretio. Spiritus igitur Domini eſt, per quem motus eſt omnium, quæ mouentur, et in quo omnia quæ mouentur: quoniam ipſe eſt principiũ, medium, et finis omnis motus, omnia continens, omnia replens.

Quomodo nos parare debemus, ut nobis mittatur ſpũs ſanctus? Dico, quoniam ſpũs ſanctus eſt uirtus Dei, non mittetur niſi in uirtute præditum ſpiritũ: nõ enim poteſt uirtus eſſe in ficto, et non probo. Debet autem ſpiritus probus, ſecundum motũ ſuum ad unum eſſe, ad uerum, et ad bonum. Primò quidem, ut nõ moueat ſe, niſi ad unum, qui eſt ipſum eſſe, hoc eſt ad patrem: non niſi ad uerum, hoc eſt filiũ: non niſi ad bonum, hoc eſt ſpiritum ſanctum. Motus enim qui eſt ad unũ, uerũ, bonum: eſt in quo poteſt habitare pater, et filius, et ſpiritus ſanctus. Qui Deũ omnibus quæ ſunt in mundo præfert, de mundo qui in diuiſione multa, et in maligno poſitus eſt, ſe mouet ad patrem. Qui ueritatem omnibus præfert, ſe mouet de fallaci deceptione huius mundi, ad filium Dei. Qui bonum in ſua puritate eligit, omnem boni apparentiam huius mundi relinquit, et ad ſpiritum ſanctum ſe mouet. Qui ſpiritum ſuum his motibus habituat, ipſum ſtudioſum facit: nam totus homo ſtudioſus erit, ſi ſpiritus extrà uiam hanc, non ſinit ſenſibiles motus effluere, ſed fræno et calcaribus, animale corpus domat. Hic enim exornat domum ſuam: prudentia, fortitudine, iuſtitia, et temperantia, ut in ipſo poſſint eſſe Theologicæ uirtutes, fides, ſpes, et charitas. Tunc oportet aduertere, quomodo uerba Chriſti, ſunt ſpiritus et uita. Oportet illa tenere, et ſedere, et meditari, et cogitare, quod niſi ſenſualis præſentia abeat, quod non poterit in ſpiritu eſſe, oportet illum orare, petere, pulſare, et pulſanti ex bonitate, qui uidet in occulto, aperietur. Domus, ſollicitè præparetur, purgetur, per immunditiæ peccatorum purgationem: quia non eſt ſpiritus, ſicut porcus, et animalitas deponatur: quia animalis homo, non percipit ea, quæ ſpiritus ſunt. Sicut enim aqua et ignis ſe non compatiuntur: ita carnales at ſpirituales delitiæ, et hoc eſt expellere ſpiritus immundos. Poſt purgationem, oportet domum ornare, uarijs picturis ſanctarum meditationum. Et per orationis inſtantiam, oportet quod inuitetur: quia non eſt ſimilis ioculatori, qui uadit ad nuptias, nõ inuitatus. Apoſtoli orauerunt pro ſe et pro alijs. Inuitatus citò uenit. Optaui (inquit ſapiens) & datus eſt mihi ſenſus. Inuocaui, et uenit in me ſpiritus ſapientiæ. Et tempeſtiuè ipſum debemus inuocare, non in ultimis diebus.

Ex ſermone: Dicite filiæ Zion.

Aduentus.

DIcite filiæ Zion. Ecce rex tuus uenit tibi, Matthei 21. Sed Zachariæ. 9 dicitur: Exulta ſatis filia Zion, lubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus ueniet tibi, iuſtus et ſaluator, et ipſe pauper, et aſcendens ſuper aſinam, et ſuper pullum filium aſinę. Quadruplex eſt eius aduentus. Primus, in carne. Eſt aduẽtus in nos duplex, ſpiritualis, et ſacramentalis Eſt aduentus eius in nubibus. Et aduentus ad iudicium. Venit in carnem, rex omnis terræ Deus, beatus & ſolus potens rex regum: ut in ſe compleretur, regnum omnium creaturarum. Nam quum eſſet creator omnipotens, et creaſſet ſibi regnum: non fuit regnum eius perfectum, niſi

http://www.obrascatolicas.com

terminatum in ipso. Rex itaque ipse est per naturam, quoniam in ipso, ut in complemento omnis possibilis perfectionis creaturarum omnium, quiescit omnis creatura, ut in fine. Si Deus omnia quæ non habent rationem, subiecit rationi, ut oues et boues, insuper et uniuersa pecora campi: tunc homo est rex, secundùm naturam nobilitatis rationis, super omnia bruta. Eadem ratione, quantò ratio est perfectior in homine aliquo, tantò ipse secundum naturam (ut ait Aristoteles) plus participat de rectoratu. Hinc dicit sapientia: per me reges regnant. Et alibi: Vę terræ, cuius rex puer est. Constat igitur, quod angeli qui habent magis claram, et minus umbræ immersam, rationem: sunt præpositi hominibus. Sed non dubium, quin ipsa ratio absoluta, cuius participatione, omnes rectores naturales subsistunt: sit rex uniuersitatis, omnis esse et uitæ. Si igitur aliquo modo augeretur ratio gradatim in hominibus, ut unus esset rationalis, secundum unum gradum, alius secundum maiorem, secundum rationem graduum participatio esset regiminis, ut uni regimen uillæ, alteri ciuitatis, alij comitatus, alij prouinciæ deberetur: non dubium, si infinita ratio reperiretur in homine, sine mensura, quin ille homo secundum naturam, sine fine et termino rex esset, huius potentia se extenderet à fine usque ad finem. Hac consideratione uerbum seu ratio, incarnata in Christo Iesu, per se nobis manifestat: quomodo ipse etiam si posset esse, quod non esset creator, esset nihilominus rex regum, et Dominus dominantium, propter excellentiam naturæ rationis, quæ in omnibus est causa regnandi. Et hoc habemus, quomodo ipse est rex noster, at hinc nos ministri et serui eius, si digni ut serui eius. Hinc hoc sentire debemus, quod est in Christo Iesu, scilicet, quod quum nos simus simpliciter serui, sicut ipse est absolutè rex: tunc non debemus obedire secũdum quid, hoc est in eo, in quo nobis uidetur: sed usque ad mortem, et turpissimam crucis mortẽ. Scimus autem, quod uerus rex non præcipit quicquam mali, sed ordinat ad finem boni, omne imperium suum. Quare etsi hoc uideatur durum et asperum, dum est in fieri, et dulcissimum in fine: nemo dubitat, quin hoc sit faciendum, quod ratio dictat. Quæ sunt igitur præcepta regis nostri, sunt præcepta rationis incontaminatæ, incontractæ, scilicet iustæ, ueræ, bonæ, perfectæ, fortis, sapientis, et omniprouidæ rationis: scilicet illum diligere, qui dedit omne id quod habes, et posse ad appræhendendum id quod uis, uitam scilicet uel mortem in manu tua. Et hic nònne tibi potentissimus, optimus, largissimus, iustissimusq; uidetur? quis est igitur ille? ipse iure est Dominus uirtutum, rex gloriæ, pater et principium rationis essendi, uiuendi, et intelligendi. Diligere debeo igitur uirtute tota, integra, et absoluta: qui princeps uirtutum est, qui est optimus, et per se diligibilis, à quo omne donum optimum. Secundo: Nemo hæsitat, quin si diligi et amari debet Deus, qui est ueritas et iustitia: tunc nihil debeat ei præferri. Qui igitur aliquid præfert ueritati (quum Deus sit ueritas) aliquid præfert Deo. Hic contra suum esse rationis est, et seipsum dat in mortem. Aliud præceptum rationis est, ut facias alteri, quod tibi uelis fieri: si hoc feceris, Deum diligis et proximum. Istis præceptis rationis, quis homo non affirmaret obediendum? nec Iudæus, nec paganus negare potest, si homo est, et rationem habet. Rex noster non aliud præcipit nisi ut id agas, quod si non feceris, teipsum ut condemnes necesse est. Rex noster non alia præcipit, sed addit id, quod nemo ante eum potuit scire: quia nemo habuit oculum, ut uideret ultra cœlum stellatum, aut qui uideret incorporalia, nemo audiuit mortuos, sed ratio quæ in omnibus aliis fuit, secundum mensuram aliquam fuit, nullius ratio, potuit attingere suipsius initium: sicut si puer natus poneretur in insula, si hic puer solitarius, usque ad annos adolescentiæ de suo initio cogitare deberet, nihil inuenire posset. Et si quis ueniret, qui fuisset pater et generasset filios, et illi narraret, quomodo stetit in utero clausus nouem mensibus, et tandem ex utero natus, adhuc difficulter crederet, quia obsisterent, quod sine inspiratione et respiratione homo non uiueret: fuisset igitur suffocatus. Vnde Christus uenit, et narrauit, de cœlo spiritus nostri initium, et finem, et uitam, quæ est in regno patris spiritus nostri, promittens hoc regnum, seruantibus præcepta: et ei non crediderunt, dicentes: quomodo posset esse alia uita, quàm ista in hoc mundo

Seruus.

Præcepta.

mundo, quũ uideamus nos deficere, quam citò regionem mutamus in terra? etenim aqua suffocamur, et in igne cremamur. Christus aũt instituit ut crederẽt, et reperirent hoc uerũ: quia quamuis eorũ hominũ ratio, hoc nõ attingeret, tamẽ ratio infinita, q̃ oĩa lustrat et penetrat, uidens ita præterita sicut præsentia, ita futura sicut præsentia, hoc sciret, et testimonium de hoc redderet, et uerum esset testimonium, et hoc experiretur, qui caperet. Et quia non recipiebatur doctrina, per paruam et tenebrosam rationem hominum, sicut scriptum est, lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non compræhenderunt: addidit multa super rationem miracula, ut saltem sic crederent testimonio eius, quoniam ratio infinita hoc egit in uirtute sua, quod rationes hominum apprehendere nequiuerunt, et tamen uerum uiderunt. Voluit eos cõuincere, quod non essent excusati, in non recipiendo à rege et principe rationum, nisi ea quæ ipsi laudarent in sua ratione, et attingerent. Et quia neque hoc sufficiebat, quin hanc uitam homines, uitæ spiritus præferrent: aiebat rex pijssimus: peccarum ignorantiam intulit mundo, ut in maligno positus sit, ita quod ei dominatur, princeps mendacij et tenebrarum. Bonus pastor, ponit animam suam pro ouibus suis. Et quum non possit negari, quin hoc sit testimonium maximum, de alia uita æterna, si illa datur in testimonium, ut uita æterna acquiratur: elegit mortem uoluntariam, ut in testimonio sanguinis sui, firmaret fidem Euangelij, seu bonæ annunciationis, præmij æterni. Et mortuus est, ut nos uiuificaret, et ut nos crederemus ipsum esse, qui de cœlo descendit, ad annunciandum cœlestia, ut nos per ipsum ascenderemus. Hinc credere, est fine quo nemo saluus fit, est per quod speramus attingere euangelizata, per regem nostrum, et si in fide steterimus, per eum qui sit in sæcula benedictus, attingemus.

Ex sermone: Remittuntur ei peccata multa.

ADmiranda est ista doctrina Christi. Vt ego consequar pascentiam spiritus mei hominis, alium hominem pascere debeo. Quod tibi uis fieri, alteri facito. Si tibi aliquid de iure faciendum esset ab aliquo, qui non haberet id efficiat, ab eo consequeris retributionem, qui est ipsa iustitia, scilicet à Deo, qui est retributor omnium bonorum, ut nullum bonum sit irremuneratum. Non retribuit iustitia minùs debito, quum sit iustitia, ad effectum, non ad hoc quod ago respiciens, ut sit iustitia retributiua, secundùm conditionem suæ excellentiæ, cum qua coincidit largitas, benignitas, et misericordia superogans, scilicet soluendo centuplum, pro corruptibili incorruptibile, pro plumbo aurum: pro temporali refectione, uitam æternam. Sumus nos homines omnes, in uno Christo homine fratres, qui est filius hominis, et uinculum unionis naturæ humanæ cum diuina, creatrice omnium. Christus enim, sic omnem tollit remotionis differentiam, ut barbarus et Scytha non sint in ipso diuersi, sed fratres. Si igitur ego misericordiam ostendo fratri in Christo: consequor in Christo, qui est plenitudo gratiæ, secundum magnam misericordiam eius, retributionem. Id enim quod proximus restituere nequit, licet obligetur, ille restituet, in quo ipse proximus est potens, scilicet Christus, in quo frater, in Christo potens est, cũ in Christo sua humanitas, quæ est ipsa Christi humanitas, sit plena omni gratia, et omnibus diuitijs. Mea enim humanitas in Christo, est in eo principio scilicet uerbo per quod creatus sum, unita, sic et cuiuscunque hominis. Et hinc quod cuicunque minimo fit, Christo fit: cum cuiuscunq; hominis, tàm magni quàm parui humanitas, sit suo principio in Christo unita. Retribuit igitur unusquisque in Christo, non quasi in alio, sed ut in sua humanitate, unita principio uitę. Et ita retribuit humanitas unita uitæ, uitam diuinam, quando ego mihi ipsam in homine feci debitricem, et est retributio uitæ, scilicet quando ipsa humanitas, est uitæ unita in Christo, me hominem ad participationem assumit: ut sic ego homo in mea humanitate, quæ est in Christo Iesu assequar participationem uitæ diuinæ, quæ est unita humanitati, in Christo. Sicut ego in eo quod sum hic homo, ex participatione humanitatis, assequutus sum uitam humanam: illam assequutus sum, per contractionem speciei humanitatis, ut per humanitatem sic contractam in suo descensu et casu, à plena sua ueritate

Doctrina Christi.

Natura humana.

http://www.obrascatolicas.com

ritate et perfectione, in uarijs defectibus inuolutam, ſim hic talis homo, ut humanitas ſit contractè ſuppoſitata, in hoc indiuiduo, ubi participatur: licet ipſa in ſe non ſit diuiſibilis, et contrahibilis, uti eſt eſſentia ſpecificè abſoluta; ſed humanitas in Chriſto, non eſt ſic contractè ſuppoſita: ſed in ſumma altitudine ſua permanens, ait enim quòd dedit mihi pater, maius omnibus eſt. Vt ipſe ſit ſolus altiſſimus, ſecundùm naturam humanitatis, non cadens à ueritate, ſed ei inhærens: inhæret enim puriſſima humanitas ueritati ſuæ eſſentiæ, quæ eſt uerbum Dei, per quod omnia facta ſunt. Vnde licet omnes homines, per participationem humanitatis ſint homines: tamen in nullo homine, participat ipſa humanitas ſicut in alio, in uno clariùs, in alio obſcuriùs In ſolo Chriſto uti eſt in ueritate, in omnibus aliter, cum caſu à ueritate puritatis et perfectionis. Aſſequimur igitur obſcuram humanam uitam, et uariè defectuoſam: quia humanitatem, in caſu à ueritate participamus. Sed ipſa humanitas Chriſti, quum ſit in ueritate eſſentiæ ſuæ, unita uerbo uitæ: illa poteſt ſe illi, ubi fuit obſcurè participata, cum defectibus multis, in altiori gradu ueritatis eſſentiæ et uitæ uerbi, in quo ſubſiſtit, participabilem facere, aut communicare, ut ſic nos defectuoſi homines, in eo quod Chriſtus ſe nobis participabilem facit, uitam diuinam aſſequamur. Sicut ignorans diſcipulus, aſſequitur perfectionem, quando eſt uti magiſter, participatione doctrinæ magiſtri. Nam una quædam communis eſt, ſpecificaque natura magiſtri et diſcipuli, quæ quum ſit perfecta in magiſtro, quòad magiſterium, & imperfecta in diſcipulo: tunc perfecta perficit et ad ſe uocat imperfectum, per ſui participationem, & ita perfecta uita diuina, paſcendo ad ſe conuertit, et paſcentia, eſt participatio.

Iuſtificatio. Ipſe creator etiam eſt et iuſtificator. Sicut enim requirit omnipotentiam, nihili eleuatio ad eſſe: ſic etiam et impij ad iuſtificationem translatio, non minoris uirtutis opus eſt. Infinita enim bonitas, hoc ſolum efficere poteſt, quum in nullius finitæ uirtutis potentia, hoc eſſe poſſit. Quomodo enim mortuus, ſeipſum ad uitam reſuſcitabit, quando uirtus uitæ in ipſo ceſſauit? Sic etenim nec impietas, ſeipſam ad iuſtitiam eriget, quum ipſa iuſtitia in impio, penitus ſit extincta. Eiuſdem igitur hoc erit efficere, cuius eſt de nihilo aliquid, et de morte ad uitam transferre. Et hinc hoc pabulum ſpiritus aſſequuti ſunt diſcumbentes, ut conciperent Chriſtum, tanquam remittentem peccata, iuſtificantem, reficientem, & ſaluantem ſecundùm uitam ſpiritus.

Fides. Dixit Ieſus ad mulierem, fides tua ſaluam te fecit, uade in pace, ut ſic eos, hoc admirando doctrinę pabulo confortaret, ſcilicet non poſſe niſi fidelem aſſequi ſalutem, et quod fides illa coincidit cũ ſaluatore, ut id ſit ſaluatoris, quod eſt fidei. Nam Chriſtus quum diceret, remittuntur tibi peccata, ipſe erat qui remiſit, ut rectè intelligebant ſimul diſcumbentes. Sed nunc dicit, fidem eam ſaluam feciſſe. Erat igitur Chriſtus fides, quæ eam ſaluam fecit, qui peccata dimiſit. Chriſtus igitur non ſaluat niſi credatur ipſum eſſe ſaluatorem. Fides igitur, quæ accedit ad Chriſtum, tanquam ad ſaluatorem, hoc agit, ut Chriſtus ſaluet, ut ſic ſaluatio ſit Chriſti et fidei, non tanquam duorum, ut alia ſit fides, et alius ſit Chriſtus, ſed per coincidentiam, ut Chriſtus ſit fides quæ ſaluat. Tranſit enim in unitatem cum Chriſto, ſpiritus fidem habens Chriſti, ut operatio ſaluationis, non ſit Chriſti, quaſi alicuius ſeparati à ſpiritu qui ſaluatur, nec ſit fidei quaſi potentiæ, quæ non eſt Chriſtus: ſed ſit unius, qui eſt Chriſtus ſaluator, & fides ſaluati. Hic autem qui ſic ſaluationem attingit, quia ipſe per fidem in Chriſto, & Chriſtus per ſaluationem in ipſo iubetur ire in pace per Chriſtum, nam ipſe iam ad finem uię peruenit, in quo eſt quies, ut non amplius ad pacem quærendam, opus habeat ambulare, ſed eſt in pace inuenta. Sicut diſcipulus ignorans, diù perquirens magiſtrum, ipſum inueniens in pace eſt, quando ipſum quem quæſiuit inuenit: ſed nondum ſimilis magiſtro, quare habito magiſtro in pace ambulat, ſcilicet proficiendo.

Ex

Ex ſermone: De peccato.

Peccatum. IN nobis habemus cognoſcentem ſpiritum, qui ex ueritate eſt, qui nos inſtruit, quando aliquid repræhenſibile egimus, contra legem illam æternam: nam cor noſtrum, ſcilicet intellectuale, nos repræhendit. Sed cum Deus maior ſit corde intellectuali, quia eſt fons lucis cognitionis, ex cuius emanatione, anima noſtra aſſequuta eſt lumen cognitionis: hinc Deus nouit omnia noſtra intrinſeca. In nobis igitur experimur, nos apud Deum iudicari repræhenſibiles, aut non, & hoc cognoſcentes, in conſpectu eius ſuademus, id eſt diſcutimus corda noſtra, ibi enim experimur, ex repræhenſione cordis, repræhenſibiles coràm Deo nos eſſe: quod ſi non repræhenderit nos cor noſtrum, fiduciam habemus. Cum nemo poſſit dolere, niſi cor ſuum repræhendat, patet, quomodo contritio de peccato, ex lumine diuinę cognitionis exoritur: ſed ſi cor noſtrum non repræhendit, non reperimur de quo doleamus. Hinc non uidentes nos in tenebras cecidiſſe, ſed in ueritate lucis ſtare, fiduciam habemus ad Deum. Iudicamus igitur (ait Ioannes) nos tunc mandata cuſtodire, & quæ ſunt Deo placita facere. Quare hoc eſt peccatum, tranſgredi mandatum lucis, & non agere opera lucis, quæ ſunt opera ueritatis Deo placita, quia ipſe eſt lux ueritatis, ſine omni tenebroſitate. Vnde peccatum eſt, in lumen intelligentiæ offendere. Ita Chriſtus nos docet: Si non ueniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent. Nam penitùs ignorans in actuali peccato excuſationem habet, quia non offendit in lumen intelligentiæ. Lumen autem intelligentiæ, quod nos geſtamus in ſimilitudine lucis diuinæ, quæ eſt ipſa ueritas: eſt lumen rationis, & ipſi rationi naturale, ſine qua ratio noſtra, non eſt perfecta ratio. In illo lumine, uidemus quæ legis ſunt, ſcilicet datorem uitæ Deum, & in Deo fratrem, ſcilicet proximum diligendum, ſicuti & diligi optamus. Sed non uidemus in eo lumine potentiam ſpiritus, quæ eſt unio eius cum ipſa uida ueritate, ubi eſt ſumma fœlicitas Sed Chriſtus, cuius rationalis intelligentia, eſt ſummæ unita diuinæ ueritati, ut ſplendor radio, ſicut & omnis rationalis ſpiritus, ſuo modo diſtanter ut ſimilitudo ſeu imago exemplari, ut aer illuminatus ſplendori radij: uenit, & nos inſtruxit, quomodo poſſumus filiationem Dei aſſequi. Et hoc lumen, eſt lumen gratiæ, quod intelligentia noſtra per fidem Ieſu Chriſti conſequitur. Lumen igitur diuinum intelligentiæ, ſic per Chriſtum qui uenit, exuberanter factum eſt unctio, nos omnia inſtruens, quæ offenditur, quando Chriſto non creditur, & proximus non dilligitur Qui igitur Chriſtum non recipit, quamuis lumen rationis habere uideatur, in quo uidet Deum colendum, & proximum diligendũ: tamen in tenebris manet ignorantiæ, cum non recipiat lumen gratiæ, quod ſpiritũ ad filiationem Dei uehit. Nunquam enim talis (agat etiam quæcunq; uelit) ad quietem ſpiritus intelligentiæ, quæ conſiſtit in appræhenſione ueritatis uti eſt, attingere poterit, cum in lumine ſuo naturali, omnis humanus ſpiritus, impotens ſit ad iſtam uiſionẽ: quæ quidem impotentia, ſuppleri ſolùm poteſt, in uerbo incarnato Qui igitur lumen fidei, filiationis Dei, nõ eſt aſſequutus, in eo eſt peccatũ manens, quia fœlicitatem illam ſupremam quam nec credit, nec ſperat, aſſequi nequit ſecundùm iſta, plane ſcitur, peccatum mortale tunc per nos committi, quando mandata luminis intelligentiæ, tranſgredimur. Lumen enim tale nos inſtruit, iuſtum ordinem ſeruandum, qui eſt ut incommutabile bonum commutabili, honeſtum utili, Dei uoluntas noſtræ uoluntati, ratio ſenſualitati, præponatur. Peruerſio huius ordinis, quoniam in ipſum lumen intelligentiæ nequit conſentire, peccatum eſt auerſionis à uita, hinc mortale. Vnde licet dicatur, conſenſum rationis efficere mortale, in peruerſitate iuſti ordinis: tamen eſt hoc ſanè intelligendum, ſecundum præmiſſa, ſcilicet quando ſuccumbit ratio, ut tunc dicatur conſentire. Quæ uti ratio, nunquam conſentit, ſed præualet motus ſpiritus tenebrarum, mundi, & carnis, licet ipſa reclamet: quia tamẽ poteſt uincere ratio reclamans, quamuis ei uis quædã uideatur inferri, hinc captiuitas ei imputatur. Et ideò quando ſic ſuccumbit, in ſeruitutem ſpiritus tenebrarum

http://www.obrascatolicas.com

redigitur, tantò ſtrictius, quantò in ea liberior fuit uis reſiſtendi. Sicut negligentia in prælato, eſt mortale peccatum, quando poteſt auertere ſubditum à peccato magno, & non facit. Vocantur igitur motus illi ſpiritus tenebrarum, tentationes: quia tentant potiùs, quàm uim rationi inferant, cuius potentia eſt ſuprà omne id, quod eſt huius mundi, & eius principis. Cedere tentationi, ignominioſum eſt potenti uincere. Et non poteſt imputari, non potenti reſiſtere. Hinc in primis motibus, nondum rationis iudicio præſentatis, non eſt tranſgreſſio: ſed ubi repugnans, permittit conſentire ſenſualitatem, ordo iuſtitiæ in rupturam tranſit, & oritur peccatum, pro ut præmittitur. Aliquando enim ſine peruerſione iuſtitiæ, quia ſcilicet commutabile bonum, incommutabili non præfertur: turbatio in ordine fit, & eſt peccatum, ſed dignum uenia: quia ſine illo, ob naturæ fragilitatem, uix quiſquam eſſe poteſt. Peccatum mortale, ſicut morbus incurabilis, reddit animam perpetuò inhabilem ad hoc, quod fiat ſponſa Chriſti: cum oporteat ſponſam Chriſti eſſe ſine macula. Veniale peccatum, facit animã ad tempus inhabilem, quouſque purgetur. Vnde eſt ut ſcabies (cuius ſunt diuerſæ ſpecies) quædam citò purgabiles, quædam morpheaticę & quædam quaſi lepræ ſimilitudinem habentes.

Quomodo ratio diuina ſit uita.

Ratio. Vita. FAteor uti ais amice optime, maximè profunditatis uolantis aquilæ, ſcripturam Euangelicam, non poſſe ſufficienter explicari, licet quiſque modo ſuo, aliquid ab alio differenter attingere poſſit. Atque ideò ingreſſum facilem in ipſam, à me fruſtra exigis, niſi & mea delecteris qualicunque coniectura: quam ut nunc ſpiritus miniſtrat, gratè recipito. Scis omnem illius ſcripturæ ſanctæ cauſam, Theologum Ioannem affirmare Chriſti notitiam, ut oſtendatur Dei filius, in quo credentes uitam habent ſempiternam. Ad hanc ipſam aſſertionem, omnes qui rationis diſcurſu gaudent perducere ſatagẽs: primum quid per Dei filium uelit oſtendit, ſcilicet ipſum eſſe abſolutam rerum omnium rationem, ſeu patris ſapientiam: nihil enim omnium, ſine ratione eſſe poteſt. Sicuti enim in homine, alia eſt ratio oculi, & alia auris, & alia manus, ut nullum membrum abſque legitima ratione exiſtat, quæ quidem ſingulorum membrorum rationes, in ſimplici ipſa totius hominis ratione complicantur, quæ eſt ratio una omnium rationum: ita eſt una ſimpliciſſima uniuerſi ratio, in ſe omnium menbrorum uniuerſi rationes complicans: quæ eſt ratio, ſine qua, nec uniuerſum, nec quicquam uniuerſi, eſſe poteſt. Hæc autem ratio abſoluta omnium quæ uel uerbum, uel λόγος, uel ſapientia dicitur, extra principium non eſt. eſſet enim principiata, ſi extrà principium eſſet. Omne autem principiatum, cum à ſe eſſe nequeat, ſine ratione non eſt. Et non eſt ſuiipſius ratio, quia principiatum: implicat enim ſuiipſius rationem, pariter & principiatum exiſtere. Hinc abſoluta ratio, cum ſe neget principiatam, ſe in principio eſſe fatetur. Eſt igitur in abſoluto rerum principio, uerbum, λόγος, ſeu ratio rerum. Et hoc quidem non eſt aliud quàm apud patrem uniuerſi, quem omnes Deum dicimus, eſſe ipſam rerum abſolutam rationem: non eo modo, quod uerbum quod eſt apud Deum patrem, coincidat cum patre, quia apud ipſum eſt. Alioqui enim ſi coincideret, non eſſet apud patrem, ſed ipſe pater. Sic itaque eſt ratio in principio & non coincidit cum patre, apud quem eſt, licet ipſi omne id conueniat, ut rationi abſolutæ, quod patri conuenit ut patri. Si patri conuenit principium ut patri, conuenit rationi ut rationi. Si patri conuenit deitas ut patri, conuenit deitas rationi ut rationi. Si conuenit patri æternitas ut patri, conuenit ſimiliter rationi ut rationi. Quapropter, cum abſoluta ratio ſit per quam Deus fecit & ſæcula: erit Deus qui ſæcula fecit, ut pater ſeculi: erit ratio abſoluta, omnia patris habens: patris ſapientia, ratio ſeu filius, ut ipſe ſit filius æternus æterni patris, per quem fecit uniuerſa. Sic itaque abſoluta rerum ratio, eſt patris filius: quia nihil niſi à patre, & omnia quæ & pater, habet. Oportet enim abſolutam rationem adæquari potentiæ creatiuæ, cum nihil ſine ratione, in eſſe prodire poſſit. Sic omnipotentia creatiua, perfectiſſimè relucet in abſoluta ratione. Nam cum ſine ratione nihil eſſe poſſit, & abſoluta ratio ſit omnium creabilium adæquatiſſima, perfectiſſima, atque ſufficientiſſima ratio: manifeſtum eſt, omnipotentiam creatiuam, in perfectiſſima ſui relucentia, abſolutam generare rationem, omnium creabilium complicatiuam. λόγος igitur abſolutè prolatus, eſt Deus, filius Dei patris: non alius in deitatis natura, quia Deus erat uerbum, nec eadem quæ Dei patris perſona, quia λόγος licet ſit in principio, quod eſt omnipotentia creatiua, non tamen ipſe Deus pater, ſed apud ipſum. Hæc autem omnium creabilium abſoluta ratio, eſt omnia: ut uita omnium ratio. Omnia igitur ut ſunt in ipſa ratione, ſunt ipſa uita abſoluta: nihil enim extra rationem uiuere poteſt. Ratio igitur eſt uita.

Chriſtus prædicauit, hunc mundum penitùs eſſe derelinquendum, ob alium, et uitam hanc ſenſibilem, propter aliam intellectualem. In mundo intellectuali, non reperitur niſi ueritas, ſcilicet obiectum intellectus, ſicut in cœlo uiſibili, non niſi color qui eſt obiectum uiſus. Oſtendit autem Deus ſupremo teſtimonio, hanc uitam eſſe paruipendendam propter ueritatem, quæ eſt uita intellectus alterius mundi, quoniam ad hoc uenit in mundum, & mortuus eſt, ut teſtimonium in ſanguine ſuo perhiberet: qui enim moritur pro ueritate, maius teſtimoniũ perhibere nequit. Sic mors Chriſti, certificauit nos & liberauit ab ignorantia, & ab omni malo, ſi recipimus teſtimonium eius. Si non, tunc non habemus excuſationem, quia maius teſtimonium ferri non potuit. Deo qui eſt ueritas, non poteſt non credi. Sed dubium eſt ſolùm, an ſpiritus ſit ex Deo. Vnde conſtante, quod filius Dei ſit ille qui loquitur, & promittit gloriam æternam: tunc non eſt hæſitatio de promiſſis, & omnia recipiuntur quæ mandat, & non poteſt eſſe fides maior quam illa, ideò per fidem illam, omnia aſſequitur credens. Experitur autem qui accepit, quoniam Deus uerax eſt. Quod autem quis accipiat uerba Ieſu, ut filij Dei, inducitur ex ijs, quæ ſupra hominem operatus eſt. Et ex ijs quæ mandauit, quæ talia ſunt, quæ ſtante ueritate quæ Deus eſt, illa mandata neceſſariò probantur eſſe ex ueritate. Nam quicunque credit, Ieſum eſſe filium Dei: ille non poteſt niſi mandata eius obſeruare; ſcilicet dilectionem, quam præcipit, & pro illa promittit uitam æternam. Si uis uitam ingredi, ſerua mandata. Qui non ſeruat mandata: ſignum eſt, quod adhuc non habet completã fidem, quod mandans ſit Deus, aut filius Dei. Fides autem eſt neceſſaria, ſine qua nihil, & per quam omnia. Veritas. Vita. Fides.

Chriſtus dicit, Deum (qui eius pater eſt) eſſe ueracem & bonum: ideò eſt obiectum rationalis ſpiritus, qui non appetit niſi ſcire uerum, & habere bonum. Deus igitur eſt uita animæ rationalis. Videt igitur intra ſe anima, id eſſe Deum ſuũ, quod inſatiabiliter appetit. Et dum diſcurrit per omnia huius mundi, non reperit niſi ſimilitudinem aliquam eius, quod quærit, & niſi linquat mundum, non pertingit ad quę ſitum: nam Deus quem quærit, exemplar eſt, & abſolutus ab omni eo, cuius eſt exemplar.

Ex ſermone: Conſtitute diem ſolennem.

DEus creauit hominem rectum. Nam in primis parentibus, natura ipſa, auerſa eſt à rectitudine, & conuerſa eſt deorſum. Ac ipſa curuitas, ita contracta, in auerſione à iuſtitia rectitudinis: ſeipſam in rectitudinem reducere non ualuit. Non enim poteſt curuum, niſi per potentiam altiorem, reduci in rectũ. Deus dedit leges multas purgatorias, & cõſeruatorias, & non ſolũ dedit leges, per quas anima ad maiorem curuitatem non rueret, ſed ſeipſam ad rectitudinem, quantùm humaniter poſſet reduceret. Vt ſic non ſolum capax fieret gratiæ altioris: ſed etiam, ut ſic anima in æqualitate & paritate uirtutum, corpus etiam minùs inficeret, nam paſſiones animæ, corpori influunt impreſſiones. Sicuti uidemus ex ira frequenti, choleram augeri. Etiam uoluit Deus per legem, homines ſeminis Abrahæ, abſtinere à carnibus immundis, & illis omnibus, quæ complexionem inficiunt, & ſanguinem à ſua puritate detrahunt. Rectitudo. Curuitas.

Tàm eſt excellens uirginitas in altitudine gratiæ, quod in ipſa coincidit fœcunditas. Benè eſt iſta benedicta inter mulieres, quæ cum ſit uirgo, eſt ſumma fœcunditas, Virginitas.

http://www.obrascatolicas.com

quæ tamen mulier in utero geſtans fœtum, eſt uirgo pudiciſsima. Vide, ſterilitas nō eſt ex benedictione. Virginitas ex eo non eſt magis Deo grata, quia non fœcunda: ſed uirginitas in fœcunditate, & fœcunditas in uirginitate, Deo eſt gratiſsima.

Homo. Homo eſt ſexta dies, ſeu microcoſmus. Deus in uerbo omnia creauit: uerbum autem, eſt ut ars infinita: creaturæ autem ſunt participationes artis infinitæ: ars autē illa, uerbum ſeu mens ęterna, eſt lux infinita, ſeu ſapientia. Quomodo autem lucem illam æternam participando, omnia creata in eſſe gradatim prodierunt, Moſes deſcribit, & quomodo ultimo, ſcilicet ſexto gradu, hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Hominem autem ſurſum creauit ad ſe: omnia enim animalia, & omnia creata, in homine, quaſi in fine quieſcunt, homo autem, non niſi in die ſeptimo ſeu ſabbato, quieſcit. Sabbatum autem, eſt lux quæ non legitur creata: ſed Deus benedixit diei ſeptimo. Vnde ſolùm in hac luce increata, quæ ſabbatum dicitur, eſt quies hominis: & non eſt hominis lux benedicta, niſi in ſabbato.

Ars diuina. Ars diuina, eſt lux infinita, quę lucet in omnibus, ſicut lux lucet in colore uario. Et eſt omnis ars, forma, ſeu ratio, in qua omnia ab æterno. Sicut uerbum mentis noſtræ, ratio eſt, quæ complicat in rationali arte omnia artificiata, ſupra tempus & diuiſionem: artificiata autem explicant: eccleſia ſeu domus in artifice eſt abſq; diuiſione abſolutè: in contracto artificiato, contractè & compoſitè. Et aſcende per gradus in arte, nam ars ſuperior, complicat inferiores, & ideò nobilior eſt: ſic ars infinita maxima. Quomodo autem per uerbum omnia creata ſint, & quomodo opera trinitatis ſint diuiſa, exemplum à noſtra arte. Quia primò concipitur forma artis, & concipiens amplectitur conceptum: dixit, & uidit quia bonum. Quomodo autem per creaturas, aſcenditur ad artem infinitam? Dico, ſicut ex artificiato ad artificem, quem iu dicamus perfectum ex opere. Quomodo mundus, in uerbo Deo? Dico quòd archetypus mundus, ut in forma artis, Deus eſt: ut participatur, contrahitur, & ita exeunt creaturæ, ſicut in artificiato. Item de Sole, prout uirtus eius conſideratur, ut eſt in radice fontali: tunc tantùm eſt una magna ſolaris uirtus, in qua uirtute, ſunt omnia uitalia ſenſibiliter. Prout autem contrahitur uirtus participatiuè, in hoc uegetabili: tunc ſtante uirtute Solis, in ſua unitate ſimplici incorruptibiliter, participatum aliud nomen aſſequitur. Aſcende igitur ad uerbum uitæ, quomodo omnia in ipſo uita, & de uita in egreſſo participatiue alia uegetabilis, alia ſenſitiua, alia rationalis, alia intellectualis.

Ex ſermone: In nomine Ieſu.

Fides. VEritas, non aliter quàm fide attingitur. Nā fides eſt ueritas reuelata, quæ in humilitate apprehēſionis recipitur: licet conatu ex noſtris uiribus elicito, non attingatur.

Raptus Pauli. Duo uidet Paulus in raptu uidiſſe in tertio cœlo, ſcilicet intellectuali, quia dicit, neſcio an in carne an extra, quæ tantùm arbitratus eſt ſe ſcire: ſcilicet Chriſtum, & hunc crucifixum. Et quamuis Paulus in cœlo intellectuali, ſuper omnem rationem, intuitus ſit Chriſtum: tamen non ipſum in hac uita mortali, nobis reuelare potuit, ut uidit: quia ſenſibiliter ſic capi nequit. Neq; uidit ut uiſibilis eſt, ſed uti eſt. Quia ſic tantùm ſupra tertium cœlum, & omnes cœlos, ad dexteram patris in gloria eſt, extra gloriam non uiſibilis. Sed tantùm uidit in cœlo intellectuali, eum confiten dum in gloria eſſe, per omnem linguam. Aperit autem Paulus uiſionem, qua intellecta, duo ſequuntur, genuflexio & confeſsio.

Viſus. Poſſe uidere eſt ſine termino, neq; oculus uiſu, neq; auris auditu, ſatiatur. Viſio igitur, per quam eſt ipſum uidere, id quod eſt, eſt actus. Poſſe uidere ſine termino, oſtendit actu abſolutam infinitam uiſionem, Deū eſſe: & hoc agit intellectus, nō oculus. Et ita de ſenſibilibus omnibus, aſcende uſq; ad ſenſum communē, et de illo uſq; ad rationem, & de ratione ad intellectum: & ſic qualitercūq; poteris uidere, quomodo hoc eſt ueriſsimū, quòd ſine uno puriſsimo actu, nihil eſſe poteſt, licet ille actus, non ſit uti eſt compræhenſibilis: quia ſemper plus poteſt per intellectū compræhendi. Oſtendit ipſum Chriſtum, Deum, & uerbum, ſeu nomen, ſeu æqualitatem patris.

Aequalis

Æqualis eſt Deo patri, filius in diuinis. Quomodo potentia omne id quod eſt, eſt ab actu: & potentia actui commenſuratur? actus puriſſimus & infinitus, eſt actus infinitæ potentiæ ſeu uirtutis. Infinitas autem actus, & infinitas potentiæ, eſt una infinitas ſeu deitas. Filius igitur eſt æqualis patri, & eſt ipſa æqualitas, ſeu ueritas, per quam omnia id ſunt, quod ſunt: omnia enim quę ſunt, inquantum ſunt, non ſunt minùs, nec maiùs quàm ſunt. Æqualitas igitur omnia eſſendi, eſt ueritas eſſe cuiuslibet quod eſt, & ita potentia patris, & abſoluta æqualitas.

Ex ſermone: Alleluia dies ſanctificatus.

Homo. HOmo creatus eſt die ſexto, & eſt completio creaturarum. Et ſicut omnes dies antè ſextum, oſtendunt omnia creata, finem capere in homine: ita homo in ſe finem non habens, ſed in die ſexto ad hoc creatus fuit, ut in ſanctificatione & benedictione Dei, quæ eſt ſupra omnem creaturam, quieſceret in apprehenſione uitæ, & lucis æternæ, in die ſeptimo Sed homo ad hoc, ut de ſexta die tranſferretur in requiem, iuſſus in obedientia ſtare, & expectare, ut ille eum in quiete collocaret, qui ipſum de terra finxit, & in ipſum ſpiraculum uitæ inſpirauit: ſed homo cecidit.

Incarnatio. Incarnatio uerbi, eſt complementum & quies creationis. Nam in illo opere, qui eſcit potentia in ſeipſa. Creata enim quacunq; creatura, cuiuſcunq; perfectionis: perfectior potuit creari, quantùm erat ex parte potentiæ Dei. Sed quando creatura in ea eſt perfectione, quod in Deo ſuppoſitatur, completa eſt potentia creandi, quæ eſt Deus: quoniam tunc non eſt medium, inter creaturam & creatorem, & eſt unio qua nulla ſtrictior eſſe poteſt, & hinc eſt quies potentiæ in ſeipſa. Et quia homo eſt complicatio creaturarum, non potuit creatura, aſſumi à creatore, in unitate ſuppoſiti, in qua omnis creatura, quietem in ſua natura attingeret, niſi in humana natura aſſumpta. Et hoc modo dicimus, Chriſtum primogenitum omnis creaturæ, non ſecūdum diuinitatem tantùm, ſed ut Chriſtum Deum & hominem, non ex apparitione temporis: quia uerbum æternum, in quo ſuppoſitatur creatura, ante omne tempus eſt. Et Chriſtus ſic eſt ante omnem creaturam, & apparitio, quæ uenit in tempore quòad nos, non mutat primogenituram quòad creatorem, cuius eſt creatura. Sicut in mente artificis, priùs eſt quod eſt perfectū, ſcilicet domus ipſa, quæ tamē eſt ultima in exequutione: ita quidem dicimus, omnia facta propter ipſum, & quod ipſe ſit primus. Et ipſe quia unus, eſt unus mundus, & propter ipſum, omnia quæ in mundo ſunt, id ſunt quod ſunt.

Primogenitus.

Conſidera benè & ſubtiliter, quod apud Deum non eſt tempus, & omnia quæ ſunt præterita & futura apud nos, apud ipſum ſunt præſentia, & non eſt Adam ante Chriſtum, nec Chriſtus ante Adam apud ipſum. Si igitur concipis omnes creaturas ſimul uti ſunt, ſemper in conſpectu Dei: illa pluralitas creaturarum, ita per intellectum noſtrum pluraliter concepta, apud Deum in quadam unitate ordinis exiſtit. Et ſic primus Chriſtus, principium & caput. Sicut ſi conciperes, alicuius regis familiam totam ſimul, qui haberet filium, tunc ad hoc, quod ſit una cura unius regis ex multitudine, ordo eſt: quia primus inter familiam eſt filius, qui eſt caput familiæ & princeps, deinde magiſter curiæ, deinde comites, & ita deinceps. In hoc ordine non reſpicitur ad tempus: quia filius, & ſi ſit tempore cæteris iunior, eſt tamen in familia prior.

Ex ſermone: Ecce euangelizō.

Gradus. Dies. ALiqua participant lucem in infimo gradu, ut elementa, aliqua in uegetatiua uita, aliqua in ſenſitiua, aliqua in rationali. Per gradus, exprimuntur hi dies. Nam omnia fecit Deus ſimul, dixit enim & facta ſunt: ſed explicatio gradu alis deſcribitur per Moſen, in participatione lucis & diei.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex ſermone: Allelu ia dies ſanctificatus.

Septenarius. SEptenarius numerus, eſt numerus naturæ humanæ, quoad fœtum in utero, & quo planetæ influunt. Primò, in ſeptem horis ſemen colligitur, ſeptem diebus ad partum putreſcit, ſeptíes ſeptem uiuificatur, ſeptimo menſe perficitur, natus ſeptem annis, ad locutionem de infantia pergit, bis ſeptem ut ſit puer, ter ſeptem ut ſit adoleſcens, quater ſeptem ad complementum ſtaturæ, ut ſit iuuenis, ſeptíes ſeptem ut ſit in complemento uirium & uirilitatis. Nouies ſeptem ad caſum, qui eſt annus 63. qui eſt annus fatalis, decies ſeptem ad debilitatem. Sicut in utero, per numerum menſium: ita extra uterum, per numerum ſeptenarium annorum Et ſic octonarius ſemper eſt reiteratio, poſt complementum. Hic mundus ſeptem ætatibus, rotatur in octauam. Sunt anni quibus monarchia creſcit ſeptingenti, ut de Romana & Babylonica: deinde decreſcit. Sunt ſeptem ſpiritus Dei, quibus mouetur ſpiritus noſter, uti in Apocalypſi: ſunt ſeptem ſpiritus mali. Et omnium conſummatio eſt per ſeptem, & renouatio in octaua, ut in harmonia, quia octaua repetit primam, ſed in uario modo. Et quomodo Eccleſia regitur per diſtinctiones ſeptenarias, ut in Apocalypſi, quando ſeptimus angelus tuba canit, conſumatur myſterium.

Menſura- Menſuratur tempus ex motu ſiderum, modo Paganorum & Aſtrologorum. Ex cognitis in tempore, menſuramus abſcondita. Et hoc modo poſſumus dicere, quòd Iudæi menſurant, quia ponunt initium mundi. Ex diuinis menſuramus humana, & hic modus Chriſtianorum. Pagani ex aſtris, Iudæi ex geſtis in Biblia, Chriſtiani ex Chriſto.

Nomen. Nulla res habet nomen præciſum: nam in qualibet re reperitur eſſentia, uirtus, & operatio. Per operationem, deuenimus in notitiam uirtutis: per notitiam uirtutis, in notitiam eſſentiæ, ſcilicet ad notitiam, quia eſt eſſentiæ à poſteriori. Et denominamus eſſentiam, ex ratione uirtutis. Sic dicimus animam, rationem: quia reperimus in ea, uirtutem ratiocinandi. Ita dicimus ipſam mentem, quia intelligit. Sed quidditas animæ, non eſt nominabilis: quia ipſa præcedit id, quod ratio apprehendit. Vnde anima eſt aliquid, quod habet omnes iſtas iam dictas, & alias innumerabiles pene uirtutes, & ignoratur per omnem rationem quid hoc ſit, ſic de Deo.

Ex ſermone: Dies ſanctificatus.

Nomen Dei. Pulchrum ABraham quæſiuit nomen Dei, & dixit Deus: cur quæris nomen meum, quod eſt admirabile? cur admirabile: quia non attingitur. Nam hæc eſt omnium prudentium concors ſententia, quòd nomen eius non eſt nominabile, quoniam admirabile eſt nomen eius, in uniuerſa terra: quia eleuata eſt magnificentia eius ſuper cœlos intellectuales, qui bene enarrant gloriã eius, & opera eius annunciat firmamentum. Sapiens, aſcendit in ſpiritu ſurſum & deorſum, ſed non reperit nomen eius. Sed quid ait ipſe, uideatur in litera: quia enarrat uiſionem uiri, cum quo Deus, & qui Deo ſecum commorante, confortatus ait: ſtultiſsimus ſum uirorum, & ſapientia hominum non eſt mecum. Et poſtquàm opera Dei aliqua enarrauit, dicit: quod nomen eius eſt, & quod nomen filij eius ſi noſti? omnis ſermo Dei ignitus: clypeus eſt, omnibus ſperantibus in ſe. Quid igitur attingit omnis creatura de Deo? nam in operibus eius, attingit ipſum admirabilem, ſed ipſum non attingit. Vide ubi reperiuntur nomina colorum, nonne in regione uiſus? Nam ſublato uiſu, non eſt color. Apud cęcum, non eſt color: in omni enim regione, quam cæcus attingere poteſt, non reperit colorẽ. Eſt igitur color, in regione uiſus: ſed non attingit omnis color uiſum, nam uiſus non eſt coloratus. Eſt igitur uiſus, extra omnem regionem coloris. Et potiùs uiſus indicatur in regione coloris nihil, quàm aliquid: quia nullum eſt nomen, aut nulla eſt notitia in regione coloris, niſi de colore, nec ſciret color dicere aut nominare, nõ coloratum. Et ſi quæratur Deus, in regione coloris: tunc non reperitur, niſi quid optimum coloris, ſcilicet ubi eſt omnis coloris perfectio & pulchritudo, & ita de omnibus alijs ſenſibus. Sicut igitur ob hoc oculus

ſus in centrò uiſus, non habet colorem, ut ſit omnis coloris principium, medium, & finis, & ita de alijs ſenſibus: ſic ſenſus communis, nihil habet ſenſuum particularium. Intellectus nihil habet de omnibus, quæ in regione rationis & ſenſus ſunt, ut ſit ſe habens ad ipſa, ſicut oculus ad colores. Sic Deus, ſe habet ad omnes creaturas. In regione igitur omnium creaturarum, non reperitur Deus, nec nomen eius, niſi ſecundum naturam illius regionis, ſcilicet ſecundum perfectionem ultimam, in illa regione poſsibilem. Intellectualis autem perfectio, eſt ultima, illa Deum, purum intellectum nominat, hoc eſt ueritatem, & purum affectum, hoc eſt bonum, & ita de reliquis. Sed non eſt aliquod nomen tale Dei, ut ex præhabitis patet. Secundum igitur omnem creatum intellectum, Deus potiùs nihil eſt, cum non ſit de ratione intelligibilium, quám aliquid, cum regio illa non attingat niſi intelligibile. Et quia omne uerbum ab intellectu emanat, cum ſit ratio (uerbum enim, non eſt niſi intellectus in ratione) hinc Deus per intellectum nominatur in ratione, ut quia intellectus attingit in ſuo cœlo, opera diuina, reperit ſcilicet uirtutes, potentias, & id genus, & Deum ſic nominat in ratione: quia nihil reperit in regione ſua, de cauſatis omnibus, à cauſa priori altiùs perfectiusq;. Sicut fabrum, qui ex auro & argento fabricat, aurifabrum dicimus à digniori. Et quamuis uiſus non attingat niſi coloratum, attingit tamen lumen, ſe ingerens in uiſum non coloratum, non tamen attingit definitiuè lumen, cum non ſit de regione coloris. Neſcit enim quid ſit lumen, licet ſit ei delectabile & gratiſsimum ſuper omnia, cum ſine illo lumine, nihil in ſua regione attingere poſsit. Sicut igitur lumen corporale, ſe habet ad oculum corporalem: ita ſpirituale lumen, ad oculum ſpiritualem, ſcilicèt intellectum. Non ingerit ſe hoc lumen ſpirituale mentibus, & non appræhenditur definitiuè, & eſt extra regionem intellectualium appræhenſionum, ſed tale in quo ſicut oculus attingit omnia, quæ in regione uiſus ſunt, ſic intellectus omnia ſuæ regionis intelligibilia. Sic igitur patet, quòd ſicut oculo lumen corporale eſt admirabile, & ei ineffabile, ſed gratiſsimum, ſine quo nec uidere poteſt, nec quicquàm uiſibile eſt, ut ſit lumen ipſum, per quod & in quo fit omnis uiſio: ſic lumen intellectuale eſt diuinum, & admirabile, & ineffabile ſeu innominabile, & gratiſsimum ſuper omnia, per quod, & in quo fit intellectio. Et hoc eſt lumen reuelationis & gratiæ. Nam ſicut lumen oculis reuelat colores, & ponit uiſum in actu, qui erat in potentia: ſic hoc lumen eſt lumen reuelationis & gratiæ, reuelans intellectui noſtro intelligibilia. Et hoc eſt fortaſsis, quod omnes ſapientes Prophetæ & Sancti, nobis in ſcripturis inſinuant, quomodo reuelatione ipſius Dei ſolùm, appræhenſio eſt poſsibilis. Reuela inquit oculos meos, & conſiderabo mirabilia, de lege tua, quoniam ex nobis nihil poſſumus. Et hoc eſt quod Salomon uidetur dicere, poſtquàm ignorantiam noſtram nominis Dei & filij eius præmiſit, dicit: omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt, ſperantibus in ſe. Ne addas quicquàm uerbis eius, et arguaris, inueniarisq; mendax. Docemur igitur ab omnibus ſanctis, ſine illo lumine nihil eſſe in homine, quod poſſit quicquàm uitæ habere, in regione ſua. Nam uidere, oculo eſt uiuere: ſic intelligere, intellectui eſt uiuere. Non igitur uiuit intellectus, quando hoc lumine caret. Quare hæc eſt omnis omnium ſapientum traditio, ut cognoſcamus, nos ex noſtra præſumptione, non poſſe uiuere uita intellectuali: ut docemur per exempla angeli, & hominis Adæ, qui hoc lumen, non ex gratia ſed præſumptione, ſe habere iactabant, uolentes ſimiles eſſe altiſsimo, qui ſolus alio non indiget: & ad humiliationem deducamur, ſcientes omnem reuelationem, ſeu uitam dari gratuitè, ut illam impetremus. Ita Salomon cui Deus hæc reuelauit, ſcilicet quòd ſapientia habetur ex gratia: non aliud docuit, de modo ipſam acquirendi, niſi quòd ipſa diligenter inquiratur per amorem, & petatur ſicut & ipſe petijt. Mitte mihi (inquit) ſedium tuarum aſsiſtricem ſapientiam. Debet quæri cum auiditate maiori, quàm qua pecunia quæritur, & tunc dabitur: quia à Deo eſt ſapientia, & de ore eius prudentia procedit. Nam omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Emitte (ait Propheta) lucem & ueritatem tuã, ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montẽ ſanctum,

http://www.obrascatolicas.com

ctum tuum, & in tabernacula tua. Et sic scimus, ex traditione sacrarum literarum, reuelationes aliquas circa nomen Dei, ut de nomine τετραγράμματῳ, & alijs diuinis nominibus. Et non est nisi unum nomen, supra regionem intellectualem, scilicet
Iehoua. יהוה: quod nō est de regione intellectuali, quia non intelligitur, neq; ipsum signat Deum secundùm aliquam rationem, sed ut omnis rationis & intelligentiæ fontem, & principium. Alia sunt nomina diuina, sed de regione intellectuali, quorum aliqua sunt nobis explicata, per uigorosos intellectus, qui sanctitate luminis reuelationis, præ cæteris claruerunt. Alia sunt nomina, sapientum, Chaldæorum, Græcorum, Aegyptiorum, Paganorum, nationum, linguarum: alia, uniuscuiusq; deuoti uiri, qui Deum uariè nominat. De nomine creaturarum, notitia, est nominis causa. Notitia, ex intellectu est: motus rationis, imponit nomina. Nam sicut lumen, est causa colorum (nam color non est, nisi terminus lucis in diaphano) ita gratia diuina est causa rerum. Non est igitur nomen omnis rei, nisi terminus nominis Dei, nam creatura, non est quicquàm ex se. Tunc patet, quòd creatura ut est ex se, non habet nomen, nisi nihili nomen, & ut est ex Deo, non habet nomen, nisi Dei nomen, sicut filius hominis, homo nominatur. Sed quia diuersitas terminationis luminis gratiæ, est causa uariationis creaturarum, ex unitate lucis: tunc creatura sortitur nomen discretiuum, per aliquam rationem, qua discernitur una creatura ab alia. Vnde non est creatura ibi nominabilis, ubi non est creaturarum diuersitas, scilicet in lumine: nec est nominabilis, ut est extra illud lumen, quia extra ipsum nihil est: neq; est nominabilis ex termino, ubi scilicet terminatur lux illa, quia nec lux est terminabilis, in alio quo extra se, quum nihil sit extra ipsam: nec in se terminatur, quum termini non sit terminus. Vnde non est compræhensibilis aliqua creatura, uti est. Quare nominatio eius, est ex ratione dependens, per operationem diuersam, & de illa se ad uirtutem rei eleuante, & ipsam rem quam non apprehendit uti est, sed in operatione, quę ab ipsa emanat: nominante secundum rationem operis, aut aliam rationem discretiuam. Et scias ex hoc esse, quòd secundum uarietatem motus rationis, est uariatio nominis. Nomen cuiusq; rei, & uerum nomen, ineffabile est: & omnia nomina rationis motu impositа, sunt explicantia in aliqua similitudine, uerum nomen rei, quod non attingimus in rationali regione. Nemo enim poterit scire, quid sit, aut quod nomen eius, nisi in lumine gloriæ & fœlicitatis suæ ultimæ. Et sic solùm ille qui uicerit, sciet nomen suum, quod erit ei nouum, & manifestabitur ei, & erit tale, quod os hominis nunquàm nominauit: & damnati, nunquàm scient nomen suum, & morietur intellectus: quia uitam, quæ est intelligere, perdet: & hic est scriptus in libro uitæ, qui habet nomen, & ideò uiuit notitia eius, quem Deus ex nomine noscit. Sicut Mosen scriptum in libro uitæ, Deus dicit se noscere ex nomine. Collige mysterium, quomodo angeli, non habent nisi nomina, quæ sonant terminum lucis, scilicet: Michael, quasi fortitudo Dei: Raphael, quasi medicina Dei, hoc est ubi relucet in termino fortitudinis lumen illud, aut in termino salutis, secundùm interpretationem nominum illorum. Et non reperiuntur nomina esse intellectualium spirituum, nisi quædam terminationes lucis diuinæ, secundum regionem intellectualem, sic etiam de alijs, in sua regione Quemadmodum in Mathematicis, ex terminatione superficiei, figura nomen sortitur, trigona, tetragona, hexagona, quia totangulis claudit. Sicut etiam aurum, uariè terminatum in figuris, uariè nominatur: nam nominatur calix, uel candelabrum, uel annulus, uel crater, uel quippiam similium. Sic etiam diuinum lumen, licet sit unum, ex termino tamen uario, nominatur uariè. Ille autem qui scit quòd candelabrum illud est ex auro, nominet candelabrum aureum: & qui scit colorem iridis, ex termino lucis Solaris esse, potest nominare, & definire colorem iridis esse colorem lucidum, & hoc secundum, est propiùs exemplum. Sicut qui sciret unde esset creatura, ille secundum hoc, nomen imponeret. Sed quamdiu ignoratur nomen Dei, à quo omnia: necesse est & ignorare nomen creaturæ, quod est similitudo nominis Dei. Elicias ex hoc, quomodo homò in nomine suo, quærere debet Deum, ut inueniat nomen suum uerum: nam tollere debet

bet omnes figuras, quas figurat nomen suum, & intra se reperiet lumen, sicut Dionysius docet, per ablationes ascendere. Sicut faciētes coclear in ligno: id enim quod Cochear.
uidit intellectus, per fidem in ligno, anteq; esset in sensu, factum est præsens sensui. Sic in hoc mundo, per rationem Deum quærentes, tollimus omnia, ut Deū qui per fidem nobis præsens est, anteq; quæratur ratione, fiat etiam præsens oculo intellectus. Sed non possumus ad purum lumen impermixtum, per quem cūq; ascensum & abstractionem peruenire, sicut nō potest statuarius in ligno formam, quam priùs uidit per conceptum in intellectu, per quamcunq; ablationem pertingere, quin remaneat semper aliquid de eo, quod auferre deberet, & nōdum abstulit, ut ad purum conceptum uti est, deueniat. Vnde in hac uita, Deum non posse uideri: Deus Mosi oranti, ut eius faciem uideret, reuelauit. Habemus igitur, quomodo in lumine gratiæ, seu lumine reuelato, seu in luce stellæ, si diligenter ambulauerimus & quæsiuerimus: poterimus ad aliquem locum perduci, ubi est rex Iudæorum, sed ipsum in puritate uti est, non inuenimus: sed ducit nos lumen ad Iesum, ut in puero regem attin- IESVS.
gamus. Nam si legimus diuinum Dionysium, has ascensiones aperientem: tunc remittimur ad Iesum, qui est splendor patris, ut medio splendoris, quem in Iesu nobis secundum humanitatem communē reperimus, saluemur: attingentes in puero regem gloriæ, hoc est, attingentes in homine puero, nondum apparente rege in hoc mundo, regem sæculi alterius. De nomine Iesu nota, quòd omnis impossibilitas & defectus, infirmitas & ignorantia, in Iesu & in nomine seu notitia eius, adimplentur, finem capiunt, & eliminātur. Nam si ipse Iesus nobis innotescit in nomine, quia saluator: tunc hæc est ostensio, ubi reperimus omne desideratum. Ducimur autem ad Iesum, tāquàm ad eum, ubi in nostra natura reperimus omnem sufficientiam, seu perfectionem, ad aliquam deductam. Nam lumen quod in nostra natura, in Iesu reperimus, non est lumen refractum, intelligentiam restringens: sed est ostensio lucis, in quo & ipsam lucem, supra omnem potestatem, uirtutem, atq; omnes inhabitatores intellectualis regionis, appræhendimus. Non enim splendor est alius, Iesus quàm patris, & figura substantiæ eius, & ipsa lux in hypostasi uiua & uera. Et ob hoc illuminationes Iesu, quæ ab ipso ut exēplari & magistro processerunt, non sunt de regione mundi huius, sed de regione patris, & æternitatis, per quæ ducti sumus, ut appræhendamus hoc nomen, ei competere: quia non effluxit in opere eius, nisi saluatio. Ac quòd ea propter ipse sit saluator, & nomē eius Iesus. Et hoc est nomen, supra omne nomen cœlestium, terrestrium, & infernorum: neq; est aliud nomen, in quo est salus. Reperitur igitur Iesus, medicina & medicus, ad quem pertingere possumus in regione nostra, quia homo est & creatura, in quo appræhendimus nos in quiete, quia Deus est. Et ob hoc Iesus dicitur, à saluatione, quæ est creatoris: illius enim est saluare, cuius est dare esse, & non esset saluator, si esset extrà naturam nostrā, nobis imparticipabilis, cui adhærere non possemus. Iesus igitur, est nomen saluatoris, saluantis nos æternaliter, quod dicit, in sua uirtute eum cuius est nomen, Deū esse & hominem, creatorem & creaturam. Qui igitur sitit appræhendere sapientiam, uti Magi, & illam diligēter inquirit: ducitur lumine gratiæ ad Iesum, ut ad mediatorem perueniat, sine quo incapax esset natura quærētis, quęsitæ gloriæ. Nomen τετραγράμματον dicitur ineffabile, fortè quia non est nisi unitas omnis uocis. Nam si rectè consideras, tunc non est יהוה, nisi collectio uocalium, in unitate י. ה. ו. ה. Sunt quatuor Iehouah
literæ, & dicitur τετραγράμματον, quasi quatuor literarum. Non tamen exprimitur per illas literas, sed sunt puncta expressionis, quæ signantur, quatuor uocalium: scilicet i e o a. Et in Vau litera, est nota expressionis de o: licet ipsa sit u, nam o & u uocales, coincidunt in radice uocalitatis. Hinc in Alphabeto Græco, non reperitur u. Et in Alphabeto Hebraico, non reperitur o. Et ita habes secundum Latinos, in nomine יהוה, non esse nisi uocalitatem omnem: h enim, non est litera. Ineffabile igitur est hoc nomen, quod omnem uocalitatem in se complicat. Siue igitur ad Græcam, siue ad Hebraicam, siue Latinam linguam respicias: non aliud habet hoc nomen, quàm quòd in se complicat omnia, per quę uocale uerbū formatur. Est igitur forma

uerborum.

http://www.obrascatolicas.com

uerborum. Vnde est forma, sine qua non potest uerbum uocale fieri: sine enim uocali, non fit uerbum. Vnde est uerbum Dei, scilicet uerbum, per quod omne uerbum, et in quo omne uerbum. Iesus autem uocatur Hebraicè ישוע, et est uerbum Dei, cum S litera, quæ dicitur Sin. Et interpretatur Sin elocutio, quasi uerbũ Dei elocutum. Est igitur ישוע seu Iesus, uerbum Dei elocutum. Verbum autem Dei elocutum, est in quo omnia sunt facta: dixit enim, et facta sunt. Quid igitur Iesus, nisi complementum uerbi elocuti, seu saluatio et perfectio? Quod nota, et hinc os Domini nominauit hoc nomen. Sed Deus loquitur per intellectum, et intellectus per rationem, et ratio per sensum. Audiam (inquit Propheta) quid in me loquatur Dominus Deus. De nomine ego, quomodo Deus dixit, ego Deus omnipotens, et ego sum, et ego sum qui sum, et Christus dicit, ego sum α et ω. Vnde ego, non conuenit nisi Deo et Domino Iesu: quia alia suppositа, non propriè subsistunt, quum hypostasis eorum, non sit æternitas.

Ex sermone: Sedete, quoadusq; induamini.

Pax. Quies.

CVm in hoc mundo, non habeamus ciuitatem permanentem, sed simus peregrinantes: ad aliquid tendit nostra peregrinatio. Si igitur motus non habet in se finem, sed in quiete: motus peregrinationis nostræ, petit finem in pace et quiete. Et quum pax et quies sint terminus motus: non erit pax illa in tempore, quum tempus non sit finis motus, sed concurrat cum motu, ut mensura cum mensurato. Pax igitur est ita finis temporis, sicut finis motus. Tendimus igitur in nostra peregrinatione, qua ut homines ratione uigentes peregrinamur, ad pacem stabilem et æternam, ad illam autẽ non ambulamus, si per uiam desiderij carnis pergimus: quia finis huius motus, est maior instabilitas et corruptio. Hinc restat, quum in nobis motus rationalis, quod in uia desiderij spiritus sit ambulandum, quum ipse noster spiritus per sibi inditum desiderium, ad æternum et immortale feratur.

Dilectio. Coincidentia.

Theologia Christiana est, quod fides formata charitate est cognitio, cui coincidit cognosci. Et hæc Theologia, aliam nobis subinfert, scilicet coincidentiam appropriatorum in Deo: quia si quis diligit Deum, ille diligitur à Deo, & est cognitus à Deo. Quare diligere et cognoscere, in Deo unum sunt. Qui igitur diligit Deum, omne bonum consequitur: ille à Deo uiuificatur, pacificatur, glorificatur, et ita de omnibus, quæ Deo attribui possunt, cum illa omnia, in Deo cum dilectione unũ sint. Hanc arbitror doctrinam, Christi scilicet, diligere secundum potẽtiam spiritus, qui potest diligere secundum naturam suam, supra hunc temporalem & transitorium mundum, stabilia et æterna, scilicet ueritatem et uirtutes. Vult igitur Christus per amorem uitæ, secundùm quod ipsam intellectualiter participamus, nos ad apprænsionem fœlicitatis uehere, et omnem defectum nostrum, in se ipso supplere, ut sic nobis per gratiam eius nihil desit, (quamuis pusillus grex, et ex nobis insufficientissimi simus) quin possimus, eo mediante, finem desideriorum nostri spiritus, cõprænsionem. Dilectio subinfert dilectionem, ut sit coincidentia, amare cum amari. Omnis itaq; Christi sermo, siue modum teneat disciplinæ, siue mandati: in uirtute charitas est. O admiranda doctrina, ut sola dilectione seruiamus Deo patri, quam quidem seruitutem, magister nobis à patre auersis, uidens ex nobis quantùm ex nobis impossibilem, in se ipso gratioſè possibilem fecit. Per gratiam igitur, quam in ipso cõsequuti sumus, solo amore, in libertate spiritus, seruire possumus Deo. Et quæ est hæc seruitus? certe seruitus illa, est supra coincidentiam oppositorum: amare etenim sic est seruitus, quod non est seruitus, sed libertas: sic est seruire, quod est regnare: sic est amans seruus, quod amicus, cui omnia nota fiunt, sunt etenim ciues et domestici Dei, sic seruientes. O admiranda retributio, huius seruitij amoris: nam tantùm assequitur amans in amato, quantùm amat. Si te liberaliter amori eius, in tota uirtute spiritus, donas: tantùm assequeris amati, quia et ipse amor. Si igitur tanta est retributio, quãtus est amor: amor tuus, est mẽsura retributionis amoris. Ait enim Christus, remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multùm, cui autem minùs dimittitur, minùs diligit. Imò amor tuus est ipsa uita seu retributio tua: quia Deus est charitas, et

Spiritualis seruitus.

retributor

retributor absolutè. Ita charitas tua, licet non sit Deus, quia non absoluta, sed tua: est tamen retributio, non absoluta, sed tua. Ita quidem charitas tua, est uita tua: quia est participatio absolutæ charitatis & uitæ, ut secundum ascensum tuum in charitatem, sit descensus charitatis in te. Est enim amor, transformatorius amantium. Dilectio Dei, est Deum uenire & manere. Nam uenire Dei, cum manere coincidit. Sed uenire dicitur per amorem: quia nos uenimus ad ipsum, per amorem: uenire ad eum omnes oneratos, est eos reficì. Si uenimus propter ipsum pauperes, flentes, tristes, defectuosi ad ipsum: ad nos uenit adimpletio, & plenitudo, solatium. Venire enim ad Deum, est acquirere finem desideriorum. Per Theologiam enim coincidentiæ oppositorum, intelligimus, hoc esse Deum, qui est ubiq; per essentiam, ad nos uenire, quod est nos ad ipsum ire. Neque est aliud uenire in nos uitam, quàm nos in uitam ire. Et quum ipsum ad nos uenire, sit nos ad ipsum ire, est spiritus noster amans templum Dei amati, & cœlum empyreum eius, & ipse amatus, quies, cœlum, & pax amantis spiritus.

Venire. Manere. Ire.

Paracletus est consolator. Nam quum spiritus noster est ingemiscens & ardens, ut ea intelligat & capiat, quæ sibi præsentata sunt, sub signis sensibilibus: tunc consolatur, quando per recessum à signis sensibilibus rapitur sursum, in absolutionem, ut sic attingat.

Spiritus.

Dixit magister, uado & uenio ad uos. Nam ire ab eis ad patrem, qui est spiritus: est ipsum uenire ad eos in spiritu. Quare si hoc benè aduerterent, non turbarentur, et si eum diligerent, gauderent.

Spiritus Christi, & omnium Christianorum, spiritum Christi habentium, est spiritus qui est liber, & nõ subest principi huius mundi, qui est spiritus desideriorum carnis. Et sicut spiritus Christi, uicit mundum: ita omnis, eius spiritum habens. In spiritu igitur Christi, præcipitur potestatibus tenebrarum, & principibus huius mundi, & cedunt quasi uicti.

Ex sermone: Sedete quo adusq;

Spiritus. Missio iuisse.

SIcut spiritus bonus in aëre, transfert fluctuantem nautam, ad quietis portum, ad quem sine eo peruenire nequit: ita nos, sine spiritu alterius mundi, de hoc mundo ad cœlestem pacem transferri, non ualemus. Et sicut nauta nõ curat, dummodo periculum euadat, nauis destructionem: sic nec nos curare debemus, si spiritu Domini, ad portum salutis ducamur, cum omni periculo corporis. Et quia sine spiritu non transferimur, hoc agamus, ut spiritum bonum habeamus, qui nos ducat in terram rectam æternæ fœlicitatis, de residuo non curantes, quomodo ad eam perueniamus, aut cum uno oculo, aut uno pede, uel qualitercũq;. Nam mercator nauta, qui tendit ad montem aureum, quem in conspectu habet: non curat ob periculum, res suas eijcere de naui, dummodo ad montem perueniat, ubi est thesaurus inexhauribilis, omnem defectum adimplens. Spiritus, qui solùm capax est amoris, tunc perit, quando eo caret quo uiuit: sicut corpus nostrum tunc perit, quando non recipit spiritum. Quando enim spiritus, animale corpus uolẽs uiuificare, se sua naturali uiuificante natura, corpori participabilem reddit, & corpus ipsum non recipit: tunc perit corpus. Hoc quidem, quia perit in uita, in qua solùm delectabiliter esse potest. Non uergit in nihilum, sed in essendi modo perit, id est cadit à uita. Veruntamen uidens spiritus, uiuificans in sua ratione corpus indispositum, pro receptione uitæ: quicquid habet donat, ut corpus curetur & uiuificabile fiat. Et non potest maior esse dilectio in homine uno, quàm dilectio spiritus ad corpus: quamuis sit rebellio in corpore secundùm carnem. Sic quamuis mundus in rebellione et maligno positus sit, non potest tamẽ maior dilectio esse, quàm Dei est ad mundum, pro quo omnia quecunq; habet, donat. Omnia enim quæ pater habet, filij sunt: filius igitur, est id omne quod pater habet. Omnia autem tunc dat pater, ut mundus non pereat, quando amans dat amatum, quando pater dat filium: pater enim ut pater, quia non aliud quàm pater, paternitas in eo non est aliud, quàm ipse pater, non habet nisi filium, sicut amans ut amans, non habet nisi amatum. Et hinc Deus dedit filium suum unige-

http://www.obrascatolicas.com

nitum,ut clarè exprimat, patrem nihil retinuiſſe ut patrem, quod non dederit ne mundus pereat. Non miſit filium,ut iudicet mundum,ſed ut ſaluetur mundus per eum,ſic eſt idem,dare et mittere. Et non miſit ut iudicet,nam iudicare habet condemnationem:omnia enim,immunda ſunt in cõſpectu eius. Vnde miſit ut ſaluatorem, cuius eſt ſaluare,non ut condemnatorem. Et ideò qui credit in eum,quum ille eum recipiat:hinc et ſaluationem habebit, quia ſaluatorem recipit, hinc non iudicatur ſeu condemnatur. Qui uerò non credit in eum,iam iudicatus eſt. Quaſi nobis uelit hanc Theologiam exprimere,quod condemnatio non eſt ex Deo,qui eſt ſaluatio, uita,& gaudium,ſed ex eo,qui non recipit in ſpiritu fidei filium unigenitum. Sic lumen eſt medium,per quod oculus attingit uiſibile. Oculus igitur, qui recipit hoc medium,per illud peruenit ad quietem,quia oculus quietatur,in appræhenſione uiſibilis. Sed ſi non recipit medium,non attingit:non quia lumen cauſet hoc, ſed quia lumen non recipitur. Nam iudicium quo ille iudicatus eſt,eſt ex auerſione ipſius iudicati:quia lumen quod in tenebris lucet,non recipit per amorem, ſed plus inhæſit amore,ipſis tenebris. Quando enim doctrinam Chriſti,quæ lux eſt, nolumus intelligere,ut benè agamus:præferentes tenebras luci,condemnationem conſequimur,ut in aſſecutione eius,quod plus diligimus,puta in aſſequutione tenebrarum,eſt condemnatio ſpiritus intellectualis. Viſus enim intellectualis,ſi in tenebras ignorantię ſua delectatione perducitur,condemnatur,quia eius uita eſt apprehendere uerum. Sicut ſenſus uiſus,eſt in tenebris condemnatus:quia id aſſequi nequit,in quo fœlicitatur aut quieſcit.

Opera mala,quia mala auertunt operatricem animam à bono,quum ſe ad id conuertat quod agit. Indiuiſibilis etenim ſpiritus,ſecundùm impetum intentionis,ad id fertur quod agit. Quando autem uenit in mundum lux, hoc eſt quando in ſpiritu tuo,oritur lumen,per quod uides quid agendum,tu magis eligis tenebras, nolendo illud eligere,quod in lumine eligẽdum aſpicis:rectè in teipſo te iudicatum comperis. Malè itaque agere,eſt odire hoc lumen vultus Domini, ſuper nos ſignatum, quod nos inſtruit non ita agendum. Si enim amaret lucem intelligentiæ,quæ in eum uenit,ipſam reciperet. Et quoniam lux illa eſt,quæ oſtendit malè acta(quoniam iudicauit illa fieri non debere)malè agens non uenit ad Deum,ne arguatur,et ſic iudicatus eſt. Condemnatio enim eſt,ad Deum non uenire. Sed quia lux illa ueritatis, eſt ipſa ueritas,quæ Deus eſt:tunc qui facit ueritatem,ad lucẽ uenit,et hæc eſt fœlicitas. Et in hoc aperitur nobis,quomodo ſpiritus noſter,quia in eo eſt lumen diuinum, ſtudet occultare mala opera,et manifeſtare bona.

Et quoniam ſpiritus ille,eſt id quod cõtinet omnia:tunc omnia in ipſo, et eſt uti ſcientia uocis. Nam ſicut quidditas uocis ſignificatiuæ,eſt intellectus uocis:ita ſpiritus Domini,eſt quidditas abſoluta omnium creaturarum. Et ſicut Deus non eſt attingibilis in hoc mundo,quia eum hic mundus nec ſcire nec uidere poteſt,quoniam eſt ſpiritus quem mundus capere nequit:ſic quidditas rei, quæ eſt ſpiritum ſpiritus Dei participans, non eſt aliquo ſenſu,neque in hoc mundo ſenſibili attingibilis:habet enim ſe omnis ſpiritus,ſicut motus quidam. Nam et motus aeris, qui uentus dicitur,cum ſit motus et ſpiritualis,hoc eſt inuiſibilis,ſpiritus dicitur.

Spiritus,eſt uirtus,ſiue potentia,ſeu poteſtas. Et ut eſt uirtus abſoluta,eſt Deus, per quem omnia creata ſunt. Virtus igitur creatiua, eſt Deus. Vnde ſi illam uirtutem ſpiritualem,in ſimilitudine corporea attingere uolumus:tunc eſt uirtus illa,quaſi ignis in hoc mundo elementali,ut pulchrè deducit Dionyſius, ignis conditiones exprimens,quæ uirtutis diuinæ ſimilitudinem,aliquantulum licet remotiſſimè,exprimere uidentur. Nam eſt in ſe inuiſibilis,& ſolùm in ignito uidetur,et eſt inuiſibiliter per omnia corporalia ſeminatus,immixtè per omnia incẽdens,abſolutus ab omnibus cõtractionibus impuritatis,irretẽtibilis,ſeperatiuus omnium,lucidus,ſenſibiliter incognitus,cõmunicatiuus:quia ignita ignificat,et nõ minoratur. Hæc uirtus ſenſitiua omnium,eſt ſicut uirtus caloris influentialis Solis,omnium terræ naſcentium: exemplum uides in homine,uarios ſermones uno ſpiritu proferente. In eodem ſermone,

mone,uariè per uarios recepto,et intellecto:ita quod unus plùs de ſpiritu ſeu intellectu participat quàm alius. In uitrificatura,ubi ſpiritu oris uaria uaſa efficit. Et quia eſt una uirtus abſoluta ſeu omnipotentia:tunc quum ipſa non ſit multiplicabilis,uti eſt,pura,una,& abſoluta,hinc oriuntur plura creata, ipſam participantia. Pluralitas enim,eſt explicatio unitatis,cadens à uirtute infinita unitatis. Sicut enim numerus, explicat uirtutem unitatis,cadens ab interminabili uirtute unitatis,in terminatã numeralem:ita pluralitas rerum,eſt exiens ab una uirtute infinita,à qua cadit ſcilicet ab eius unitate infinita,in finitam pluralitatem. Participat enim entium pluralitas, modo quo poteſt meliori,ipſam unitatem infinitæ uirtutis. Quare pluralitas, quantùm poteſt,nititur unitatem participare. Vnde cum ordo,ſit ipſa participatio unitatis,in pluralitate:tunc omnia quæ à Deo ſunt,ordinata ſunt. Imo ſicut unitas eſt id, quod ordinem infert in pluralitate;ſic uirtus diuina, quando conſideratur ut creatrix(eſt uirtus ut ad Deũ pertingat)quaſi ipſum aſſociantes,præſentant Deo, dum hũc mundum exit. Sic etiam ſpiritus maligni,præſunt motibus uarijs cõcupiſcentiæ,quæ quidem concupiſcentia principatum tenet,& includit omnes motus mundanos. Vnde dum maligni ſpiritus aggrediuntur ſpiritum noſtrum,ut ſe ad extra moueat, eum ducunt:aut in regnum poteſtatis auaritiæ,aut ſuperbiæ, aut luxuriæ, & his regnis præſunt principes tenebrarum. Sunt et multæ prouinciæ magnę,in quolibet regno, ſicuti ſunt multæ ſpecies auaritiæ,multæ ſuperbiæ,& multæ luxuriæ,quibus ſingulariter præſunt maligni. Vnde ſpiritus illi maligni,per quorum dominia hic ſpiritus pergit,ipſum concomitantur,ſeductionibus,& blanditijs,& apparentijs bonis,ut exutum & redire non potentem,ipſum principi tenebrarum præſentent. Et cum noſter intellectus humanus,non poſſet ſe ob ſuam infirmitatem iuuare,ratione aut ſenſu,ut ad ueritatem quæ Deus eſt attingeret,cum Deus non ſit ratione attingibilis, nec ueritas uti eſt,ſed imago ueritatis:hinc remanſit homo ignorans,& inuolutus umbris & ſeductionibus,& ſub poteſtatibus illis aeris & tenebrarum. Volens itaq; Deus in homine,quaſi in natura in qua mundus eſt,ut μικρόκοσμος dicatur,unire, finire,& perficere uirtutem creatricem,& oſtendere potentiam ſuam,à ſæculis abſcõditam &,infirmitatem humanam eripere de poteſtate principum tenebrarum, & ad ſummitatem uehere:deſpexit tempora ignorantiæ,& miſit filium ſuum,in quo reſtaurauit uniuerſa,in quo credentes,renaſcimur ſpiritu ſancto, lucem recipientes ſpiritualem,in participatione lucis ſpiritus Chriſti:cum quo uniti, filij adoptionis Dei,& reſurrectionis uitæ,in ipſo efficimur,in hoc mundo per fidem,ſpem & charitatem,recipientes ſic ſpiritum ſanctum,qui eſt ſpiritus translationis,in quo, de hoc mundo,ad regnum æternæ pacis,glorioſa fruitione tranſferimur. Nos in eſſe peruenimus,per uirtutem patris creatoris,& eſt hoc eſſe naturæ. Deinde per uirtutem uerbi incarnati,poſſibilitatem filiationis Dei aſſequimur,& hoc eſt eſſe gratiæ. Vltimò hanc poſſibilitatem filiationis aſſequimur,per uirtutem ſpiritus ſancti,& hoc eſt eſſe gloriæ. Creat Deus hominem,quia pater:adoptat filium,in filio:inſtruit,in ſpiritu ſancto,ut regnum adipiſcatur. Noſter igitur ſpiritus,iam diſcernere poteſt,& probare ſpiritus ſi ex Deo ſunt,ſi ſcilicet ſunt inſtigãtes aut pellentes ad motum charitatis, pacis,& ueritatis,aut ſi ſunt alij ſpiritus,ut ſic motum ſpiritualem acceptet,aut refutet. Et uider,quomodo renaſci debet in ſpiritu Chriſti,et captiuare ſuum intellectũ in ipſius miniſterium,ut ſit ſpiritus ac uirtus Chriſti in eo operans & uiuẽs,& ipſum à mortuis reſuſcitans,ad uitamque perducens,ſicut & Chriſtum reſuſcitauit: ut ſic noſter ſpiritus,per inhabitantem ſpiritum Chriſti in eo,& eius uirtutem: in unitate Chriſti,adoptionem filiorum Dei aſſequi ualeat, regnaturus in iucundiſſima uita, cum Deo ſemper benedicto:

Venari poſſunt ſpiritus,ex ſpecifica differentia motuum: uti Philoſophi dixerunt de intelligentijs,tot ſcilicet eas eſſe, quot orbes: & tot orbes, quod uarietates motuum in cœleſtibus. Virtus enim illa quam motus explicat,poteſtas ſeu ſpiritus dici poteſt. Vnde quando in uarijs indiuiduis eiuſdem ſpeciei, eundem inſtinctum ſpiritualem reperimus,ſpiritum quendam dicere poſſumus,cuius uirtutem partici-

Ordo.

http://www.obrascatolicas.com

pant individua. Et sic cœlum, seu regnum illius spiritus, est species illa, quasi orbis cui præest. Sicut in elementis, uarios & specificos motus seu instinctus experimur, & in elementatis, mineralibus, uegetabilibus, sensibilibus: ita & conuincimus, uarios spiritus esse, & hi spiritus sunt intellectuales, quia secundum ordinem unum, regulariter & rationabiliter mouent, & sunt ut intelligentiæ separatæ, rectrices specierum seu orbium. Vnde species humana, secundum animalitatem, inclinatur instinctu animalitatis, ad motum desiderij carnis seu animalitatis. Sed quia homini præest proprius & nobilis spiritus: tunc in potentia illius sui proprij spiritus resistit, & experimur in nobis illum spiritum esse: quia resistimus inclinationi carnis, per ieunia, castitatem, & uirtutes. Vnde ultra inclinationem, quæ est secundùm animalitatem, sub principe huius mundi, habemus spiritum qui est liber, altus, & nobilis, qui nulli rectori subest, nisi se subijciat per consensum. Nititur autẽ princeps animalitatis, ipsum in seruitutem redigere, & sibi subijcere. Et hunc sibi subijcit, seruiendo per peccatum desideriis animalitatis. Verum si hic spiritus hominis, subijcit sibi spiritum animalitatis, ut scilicet animalitas ipsi seruiat, ad complendum sua spiritualia desideria, quæ secundùm naturam spiritus Dei præsidentis, sunt instinctus optimi, ad uitam, & ueritatem spiritualem: tunc absolutus de corpore animalitatis, ad cœlum redit, cui præest magni consilij angelus, scilicet uirtus diuina, infinita, quia uirtus illa infinita, erexit hominem secundum animalitatem de terra, & tenebræ erant super faciem terræ. Ita ad hoc potestas tenebrarum, est super faciem terrenæ animalitatis: sed inspirauit in ipsum, spiraculum uitæ, ut sic homo secundum hoc spiraculum uitæ, in imagine & similitudine Dei, creatus uiueret. Vnde secundum spiritum illum quem habemus, qui secundum Deum in nobis creatus est: habemus naturam seu instinctum diuinum, qua absoluti de animalitate, cũ in nobis potestas tenebrarum nihil habeat, in regionem lucis transferimur, ubi est cœlum lucis quæ Deus est, in quo non sunt tenebræ ullæ. Et sicut sub principe tenebrarum, sunt multæ potestates tenebrarum, qui sunt administratorij spiritus ad motum desiderij, secundum hũc mundum tenebrarum, qui motus etsi sint ordinati secundum hunc mundum, non tamẽ secundum mundum, de quo est spiritus intellectualis, qui capax est amoris ueri & boni, & eius degustationis in fonte: sic sunt multi spiritus lucis, qui & angeli dicuntur, qui sunt administratorij, ad participandum regnum lucis, cui præest Deus gloriosus, creator uniuersorum. Vnde sicut homo, secundum sensibilem mundum, potest uariè tentari, ut conducatur in seruitutem, secundùm principem tenebrarum: ita habet custodes & administratores, sibi instinctum lucis suggerentes, hoc ita ordinante ad eius salutem, qui omnium uitam uult, & nullius mortem. Cui sit gloria in sæcula, Amen.

Excitationum tertij libri finis.

EXCI;

Excitationum ex sermonibus Reuerendissimi Patris Nicolai de Cusa Cardinalis, Liber quartus.

Ex sermone: Ego resuscitabo eos in nouissimo die.

QVi uoluerit uenire ad uitæ fontem, qui est pater: nam dicitur origo seu dator uitæ, & nemo Iudæorum de hoc hæsitabat. Qui hoc dicit, negare nequit, quin uita ad se trahat uiuificabile, non in se habens uitam. Quo modo enim peruenire non uiuens ad uitam, nisi per uitam uiuificantem? & quia non uiuens, non habet in se uitalem motũ: oportet quod uita descendat, ad uiuificandum non uiuens, sicut Christus dicit, uitam descendisse de cœlo uitæ. Hic autem descensus, est missio uitæ, siue filius patris uitæ: quia id quod à patre uitæ mittitur, est filius uitæ. Receptio autem uitæ missæ in non uiuo, est attractio non uiui ad uitam. Sic uenire ad uitam, coincidit cum attractione uitæ, per regulam coincidentiæ: uiolenter enim regnum uitæ rapitur. Discipulus, uim facit doctrinæ ut instruatur, quia diligenter se adaptat, ut magister illi eam infundat. Et sicut doctrina magistri, mittitur per uerbum ad discipulum, et discipuli ignorantia trahitur per magistrum ad intelligentiam, ut sic non uiuens seu ignorans intellectus, ueniat ad cognitionem uerbi: sic pater uitæ, per uerbum uitæ, trahit omne id, quod ad uitam uenire debet, & diligens sollicitatio uenire cupientis, seu impetus uenientis, uim facit rapiendo uitam. Ita trahere, uenire, & rapere, in Theologicam coincidentiam pergunt. Vita

Christus est, in quo est abscondita uita omnium uiuentium, ita quando de fide translatio fieri debet, ad appræhensionem: tunc uita, quæ fuit per fidem abscondita, & spe solùm uiua resurgit per reuelationem, sicut absconditum est mortuum quoad oculum, & tunc quando reuelatur fit oculis uiuum, & dicitur in reuelatione resurgere de mortuis ad uitam. Sic Christus, qui reuelator est uitæ nostræ absconditæ per fidem in Deo: quando nobis absconditam uitam reuelat, nos resuscitat. Nemo enim nouit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Ex sermone: Ex ipso & per ipsum.

DIcturi pauca de sacratissima trinitate, uia potius exercitationis ad admirationem, quàm ostensionis incompræhensibilis Dei trini & unius: ad hunc finem, ut ad ipsum honorãdum & glorificandum eleuemur, oremus pro Dei gratia.

Genus Dei sumus, spiritum habẽtes ad Dei imaginem formatum, quasi semen uitæ, quod fructificare potest uitam non secundum carnem, sed secundum eum Deum scilicet cuius est imago. Sed non potest in actum prodire hoc semen ex seipso, sed ex sublimitate uirtutis Dei. Sicut in grano tritici, est thesaurus quidam uegetabilis uitæ in fictili uase, puta elementato illo, composito plurimum ex terra: sed nõ potest hic thesaurus prodire in actum, ut actu sit uita uegetabilis, nisi ex sublimiore uirtute, Solis scilicet. Et tunc operatur illa sublimitas uirtutis Solis, in ponendo semen uitæ uegetabilis in actum: quando granum se in terra abscondit, et uas fictile mortificat, ut sic ei non obsit uas illud, quin multum fructum facere possit. Ita quidem in nobis opus est, si semen uitæ spiritus in actum, per sublimitatem uirtutis Dei, prodire debeat: quod nos hoc uas fictile, per humanitatem abscondamus in terra, unde origenem traxit, meditando, quomodo cinis de cinere sumus, ut sic penitus non gloriemur, et Deus dabit gratiam prævenientem, scilicet imbrem humectantem terram sensibilitatis nostræ, ut sic moriatur duritia corticis, quæ resistit motui spiritus. Deinde dat gratiam gratum facientem, per uirtutem sublimen, quæ de potentia in actum ponit uitam spiritus, ut sic proferat fructum. Et sicut non stat per solem, quin in grano frumenti, uirtutem operetur uitę sensibilis, sed in agricola, qui non applicat granum Soli modis congruis: ita non stat per uirtutem Dei, quin influat nobis Semen, mortificatio.

http://www.obrascatolicas.com

nobis omnia, quæ sunt necessaria ad ponendam uitam spiritus in actum, si debitam applicationem fecerimus. Regula aut debitæ applicationis, est Christus Dominus, in quo statuit iudicare mundum. Insequi enim uestigia eius, est ad perfectionem uenire per ipsum, sine quo nemo assequi potest, fructū uitæ gloriosum. Sublimitas uirtutis, id efficit actu in semine tuo diuino, quod est alterius mūdi, quod tu mortificas in hoc mundo. Nam sicut exemplum seminis grani aperit, tunc ad uitam sensibilem acquirendam, præcedere debet, mortificatio uirtutis elementatiuæ, quæ consistit in quadam harmonica proportione elementorum in grano: Et quando in animali debet animalis uita nasci, oportet ut uegetabilis moriatur: & si debet intellectualis nasci, oportet quod animalis moriatur: et sic si debet aliquid è potētia educi ad actum, oportet mori potentiam, ut amplius non sit, si actus esse debet. Quare si aliquid alterius mundi assequi intendimus, secundùm id quod in hoc mundo habemus, in quo est illud alterius mundi quasi thesaurus, in uase fictili: oportet ut illud huius mundi mortificetur, ut thesaurus extrahi possit. Hinc si quis uoluerit sapiens esse, secūdum sapientiam alterius mundi, scilicet quæ est abscondita in sapientia huius mundi, tanquam in uase fictili: stultus fiat, scilicet secundùm hunc mundum. Et hoc est mortificare, illud uas fictile mundanæ sapientiæ, ut sic per sublimitatem uirtutis Dei, fiat sapiens: nam sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum. Ex contrario ergò contrarium, scilicet ex paupertate & mortificatione diuitiarum huius mundi, oriuntur diuitiæ spirituales, & ex mortificatione lætitiæ huius mundi, lætitiæ oriuntur alterius: nam hic sensibilis mundus, est similitudo seu figura mundi æternalis intellectualis, qui est regnum Dei. Et præterit hæc figura mundi, quia euacuatur similitudo & imago, dum ad uerum & perfectū peruenitur. Vita igitur istius mundi, non est uita, sed imago & umbra uerę uitæ. Ita de sapientia, prudētia, & alijs. Quare oportet illas similitudines mortificare, quę in se gestant semē ueritatis intellectuale, ut sic dimissa umbra & imagine, ad exemplar perueniatur. Et sicut lætitia huius mundi, est imago & umbra, lætitiæ regni Dei: sic tristitia huius mundi, est imago tristitiæ, regni principis tenebrarum. Ex ijs conijcias, quātùm gaudij habent sancti, in regno Dei, & quātùm tristitiæ damnati. Ad ostensionem gloriæ magni Dei, omnia id sunt quod sunt. *Gloria Dei.* Quare tu homo, omnia quę tibi adueniunt, aut tibi à Deo donantur: cum tale admirationis bonitatis Dei, susci pe dicendo: mihi Deus dedit esse, ut ostendat magnitudinem bonitatis suæ in me, qui nihil fui, ut sua uirtute omnipotenti id sim quod sum. Fecit me hominem, ut ostenderet in me uirtutem magnam, quando me eleuabit ad societatem angelorum. Fecit me debilem et infirmum, ut ostendat in me suam uirtutem, quando in me sublimia operabitur. Permittit me peccare, ut ostendat in me, uirtutem misericordiæ & gratiæ suæ, quando ad ipsum conuersus fuero. Permittit me errare, ut ostendat in me uirtutem sapientiæ suæ, qua me potens est eleuare, in admirabile lumen, cognitionis ueri & ueræ uitæ. Permisit omnes homines peccare, ut omnes indigerent gratia, ut ostenderet diuitias gratiarum suarum, in Christo Iesu saluatore omnium. Dic post innumera talia cum Paulo, permittit me infirmari, ut inhabitet in me uirtus Christi, quæ in infirmitate perficitur: cum essem primus peccatorum, misericordiam consequutus sum, ut ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi, in uitam æternam. Et dum sic ascenderis, clamabis, regi cœlorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

Lux inaccessibilis. Deus inhabitat lucem inaccessibilem. Vnde nemo ipsum uidit, nec uidere potest: quia lux illa excellit potentiā uisus intellectualis. Secundùm hoc igitur, nō potest uideri: quia inuisibilis. Nec potest concipi aliquid simile ei, nec in cor hominis trāsiuit. Igitur nec nominari potest, sed est ineffabilis. Quare secundùm habitationē illā, qua inhabitat lucem inaccessibilē, quæ est ipsa sua diuinitas benedicta, nec est nominabilis per unitatē, nec per trinitatem: sed eius nomē est suprà omne nomē nominabile, siue in cœlo siue in terra, licet sine eo nihil sit nominabile, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso, omne nominabile nominatur. Et sic Deus, est ipsa absoluta infinitas, inattin-

gibilis. Alio modo consideratur Deus, ut est Deus noster, & creator omniū, existens in mundo, ut causa in causato. Tunc quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, tanquam causata in causa: sicut ex causatis ad causæ trinitatem ascendimus, ut sine eo factum est nihil, sed omnia per ipsum, & ipse tricausale principium & Deus unitrinus, ut essentia sua, est causa omnis esse. Sed quomodo hoc attingere possimus, ut uideamus Deum trinum & unum: non est etiam hac uia ascensus de causatis ad causam, nobis possibile capere, nec mihi possibile tradere, cum essentia seu quidditas, etiam specifica & contracta, secundùm speciem attingi nequeat, nisi per quia est. Sicut humanitatem uidere non ualemus, per appræhensionem quiddi tatis eius: sed solum quia est, à posteriori ab hominibus humanitatem participantibus. Sic aliquantulum ad quia est diuinæ trinitatis, eleuari possumus, in quadam altitudine nostræ illuminationis, fide nos dirigente, ut cum spiritibus Seraphicis in spiritu existentes, clamemus, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. *Trinitas.*

Ducam uos sic fide: quia creditis Deum esse, & hunc optimum, atq; creatorem omnium. Sic igitur uidetis ipsum in excelsis, quia ascendendo per omnes creaturas usq; ad Seraphim, adhuc ipsum non uidetis, quia creaturæ sub eo sunt, et ipse supra Seraphim in excelso solio. Et licet sit supra, est tamen intra omnia. Licet non inhabitet in templis manufactis, quia est omnium artifex: tamen non longè ab unoquoq; est, quia in ipso uiuimus, & mouemur, & sumus. Et Paulus alibi dicit: ipsum super omnes, & in omnibus esse. Et ita uides, quomodo ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Nullum tamen horum est, quæ attingi aut nominari possunt: licet sit omnia in omnibus. Sicut humanitas, non est aliquis hominum, & tamen omnes homines ex ipsa, per ipsam, & in ipsa sunt, id quod sunt. Et ob hoc humanitas, nulli hominum longè abesse potest: quia in ipsa omnes sunt, uiuunt, & mouentur, secundùm quod homines, sicut in Deo creatore, secundum quod creaturæ. Deinde uidemus, omnes creaturas omne id habere, quod habent ex dono Dei: nihil autem dat, quod non habet. Habet igitur Deus omnia, quæ reperiuntur in creatura, non quod aliud habeat quàm se ipsum, cum extrà ipsum, nihil esse possit: & ita eius habere, est esse. Quidquid igitur reperitur in creaturis, reperitur in Deo, hoc est dicere id est Deus. Sed pluralitas, non est nisi unitas sic participata. Quare omnia plura, quæ in creaturis reperiuntur, sunt participatio uniuſ uirtutis infinitæ, quæ sic uarie recepta reperitur. Et uarietas modorum receptionis, uariat nomina. Deus igitur, est uirtus infinita, unica, & simplicissima: quæ replet totam domum creationis eius. Nos hanc uirtutem participatam, secundùm unum modum, nominamus esse, secundum alium uiuere, secundum alium intelligere, secundum alium ueritatem, secundum alium bonitatem. Itaq; dicimus Deum: ens, bonum, uitam, intelligentiam, & ita de omnibus. Vt de per illa omnia nomina, quæ sic Deo attribuimus: non aliud dicere intendimus, quàm Deum esse infinitam simplicissimam uirtutem. Reperimus autem secundum hominem tria, quæ quidem sunt naturalissima, & sine quibus hic mundus non posset subsistere: scilicet fœcunditatem, prolem, & amorem seu nexum. Nam cum non possit hic mundus participare uirtutem diuinam, scilicet æternitatem & immortalitatem absolutam, quam solus Deus inhabitat: hinc cadens ab æternitate absoluta, ipsam in uarijs modis participat, & hic sensibilis mundus, ipsam participat cum tempore & motu, & sic cadit in instabilitatem & corruptionem. Tunc nisi hæc uirtus diuina, quæ sic participatur, haberet in sua essentia fœcunditatem, prolem, & amorem, sic quod hęc tria sint ipsa simplicissima uirtus, quę suo modo à creatura participatur: nō posset uirtus illa, esse omnipotēs & naturalis, sic quod potuisset mūdus iste, reperi eius maiestate, ut fuisset hic mūdus. Reperit igitur in participata essentia mūdi, fœcunditas, proles, & cōnexio: quā trinitatē, in effluxu recepit. Crescite inquit & multiplicamini. Et ideó in ipso creatore, ut in fonte est; Esaię ultimo: ubi probatur; pro hoc quod alijs generationē tribuit, ipsū & illā habere. Hęc fœcunditas, proles, & nexus, est ipsa simplex essētia cuiuscunq; rei: & sortiuntur hęc tria uaria nomina, in superioribus & inferioribus, in generibus, speciebus, et individuis. In omni enim quod est, reperitur *Fœcunditas. Proles. Amor.*

http://www.obrascatolicas.com

reperitur à quo est, & est fœcunditas: per quod, & est proles: & in quo, & est nexus. Reperit in genere animalitatis fœcũditas, proles secundùm eandem, & nexus: quæ sunt ipsa essentia simplex animalitatis, ita in speciebus. Vnde in essentia specifica humanitatis: fœcunditas, proles, & nexus, sunt ipsa humanitas, & fœcunditas, de tota essentia generat prolem, & est fœcunditas in prole, & proles in fœcunditate, & in amoris nexu, fœcunditas cũ prole, & nexus in fœcunditate & prole. Et ideó qui nominat fœcunditatem humanam, licet non nominet prolem, nec nexum, nominat tamen essentiam ipsam, quoniam in fœcũditate sunt proles & nexus. In essentia perfecti syllogismi, sunt tres propositiones maior, minor, & conclusio, & non tres propositiones, aliud quàm syllogismus. Et in maiori, sunt minor & conclusio uirtualiter, & est ipsa fœcunditas syllogismi: & minor, proles fœcunditatis, quia ex maiori explicatur: & conclusio, est nexus utriusq;. Vnde in minori, est maior, & conclusio: Maior, quia est explicatio uirtutis maioris: & conclusio, quia complicatur in ipsa, sic & in conclusione. Vnde si posset concipi, quod maior esset syllogismus, & sic minor, & conclusio: aliqua esset hæc similitudo, quãuis remota. Sic est exemplum in perfecto magisterio. Nam in essentia perfecti magisterij, est operatio, ars, & delectatio, ex operatione ars, ex operatione & arte delectatio. Et quia fabricando fabri fimus: operatio est fœcunditas, ars proles, delectatio nexus, & est propinquior similitudo, temporalis magisterij, ad eternum magisterium creationis. Sic in essentia exercitij, est faciens fœcũditas: id qđ fit, proles: & facere ipsum, qđ procedit à faciẽte, et eo qđ fit, nexus. Ista consideratio fœcũditatis & prolis, reperitur in anima: memoria, est fœcunditas, intellectus proles, uoluntas nexus, seu amor, uel delectatio. Sic in essentia intellectus, est fœcunditas intelligendi, ipsum intellectiuum, est proles, ipsum intelligibile: & communis nexus, qui est intelligere, ipsius fœcundæ intellectiuitatis, & intelligibilis prolis. Ita de amore seu uoluntate, pariformiter, & in omnibus quæ sunt, quæ aliter esse nequeunt, nisi in participatione unitrinę essentię diuinę, ob quã participationem, habent naturam: quæ est fœcunditas, proles, & amor, in simplicitate essentiæ, sine quibus naturã habere nõ possunt, nec naturaliter & perfectè esse. Et naturæ intellectuales, hanc unitrinam essentiam, suo modo participant, ut in eis, fœcunditas, proles, & amor sit intellectualis, sicut in specie humana humanalis, & in herbis herbalis, & in elementis elementalis. Et hac uia concordanter cum scriptura diuina, quæ nominat fœcunditatem patrem, & filium prolem, & amorem spiritum sanctum, quantũ datur nobis, ascendentes in inuestigatione unitrinę diuinę essentię, propriùs meo arbitratu, iuuamur.

Syllogismus.

Magisterium.

Anima.

Ex sermone: Qui manducat.

Eucharistia.

CHristus cum sit uita uiuificans, & uita nostra non possit sine cibo conseruari: ipse qui est dator uitæ, est & conseruator. Quare est panis uitæ. Et quia ut est panis seu cibus uitæ, tunc non potest attingi nisi fide: illud enim quòd uiuificat, spiritus est. Spiritus autem nõ potest cognosci, unde ueniat aut quò uadat, ut habet doctrina Christi. Non potest igitur attingi scientia. Sed quia ad spiritum uitæ, nos uenire oportet, si uitam assequi intendimus, & non possumus scientia hoc efficere: oportet quod uirtute illa hoc fiat, quæ est suprà scientiam, quæ est fides. Fides autem illa, quæ attingere debet uitam spiritus: oportet quod sit uictoriosa & militans, & in obsequium Christi, intellectum captiuans, ut sic sit uictoriosa fides & uirtuosa. Virtus autem non perficitur, nisi in aduersitate. Quare oportet quod fides illa, ut perficiatur uirtuosè, & sit fortis, habeat difficultates, & tantò plures, quãtò magis esse debet uirtuosa. Sed si fides tantæ uirtutis esse debet, ut attingat in spiritu, uitam æternam spiritus: oportet quod sit uirtuosissima, hinc & uictoriosissima. Quare & obuiantia, quæ uinci debent, necesse est apparentissima esse, & talia, quæ sua ostensione maximè oppugnent fidem, uti est certitudo, quæ est in sensibus. Quoniam cum nihil sit in intellectu, quod priùs non fuerit in sensu: maximè uirtutis fidei, est intellectum captiuare, ut id credat, cuius oppositũ ostendit sensus. Vnde euenit, quod Christus illis intellectualibus nostris spiritibus, se panem uitæ offert, qui per uictoriam

uictoriam sensibilium, se per fidem captiuatos reddunt, & indubiè hoc uerum credunt, quod sensus negat. Quod quidem ex hoc solo euenit, quia credit eum quem hominem uidit, Dei filium: in consequentia huius fidei, omnia credit, quæ ille enunciat & euangelizat, tanquam uerbis Dei, apud quem nihil impossibile. Sed quantò aliquid secundùm hunc modum, impossibiliùs: tantò ad ostensionem omnipotentiæ & magnæ gloriæ eius, apud ipsum possibiliùs. Ostendit autem, Euangelicum cibum habere uitæ eruditionem, quia uerbum uitæ æternæ: & iustificationem, ut unus sit cibus uitę, uerbi incarnati uti euangelizantis, & incarnati ut hostiæ iustificantis. Verùm quia ad hoc, ut fide panis uitæ attingatur, per uictoriam apparentiæ, de contrario sensibilis mundi, necesse fuit omni tempore hanc militiam esse, ut sicut hoc pabulum nobis semper necessarium est, ita semper per fidem potentissimam attingi posset. Ob hoc recessurus de hoc mundo, promisit se nobiscum esse uelle, usq; ad finem sæculi, modo quo nobis sua talis præsentia, ad appræhensionem uitæ conferret. Et quia uidit maximè conuenire appræhensioni uitæ, ita se cibũ uitæ spiritus, occultare sub speciebus sensibilibus, cibũ corporalẽ gestantibus, scilicet panis & uini, quemadmodum cum ipse corporaliter apparuit: uerum cibum uitę spiritus gessit occultatũ in cibato corpore ex pane & uino, scilicet carne & sanguine. Hinc egrediẽs de hoc mundo, nobis reliquit Sacramentum, in quo ipse Christus latet sub sensibilibus signis sacramẽtalibus, qui est cibus intellectualis. Sicut dum corporaliter ambularet, cibũ uitæ gestauit in carne & sanguine occultatũ, ut in illis cibis, in quibus mortale corpus assequitur, refectione deficiente corruptibilis mannę, etiam spiritus per fidem, assequatur cibũ incorruptibilis panis, de cœlo descendentis: ut fides sit, quasi spiritum suo feruore in panẽ uiuum injiciens, ut in uita uiuat, sicut stomachus in suo feruore est cibum de pane corruptibilis mannę attrahens, ut reficiatur. Quapropter uti ipse erat quasi à patre missus, magister in uerbo uitæ, quod habuit, cibum uitæ ministrans, & se cibum offerens: sic misit Apostolos & discipulos, atq; eorum successores, usq; in finem sæculi, quemadmodũ & ipse missus fuit à patre, ut & ipsi in uerbo uitæ, cibũ uitæ ministrarent, & ipsum ut uitæ cibũ, in corporalibus cibis offerrent. Et ita uides, quomodo in euangelizatione ministratur uitæ cibus, sicut in oblatione. Et est tantò perfectior euãgelizatio: quãtò ipsa magis fructificat, & sæpè in ipsa est dulcissima oblatio, mystici corporis Christi. Causam institutionis tangamus. Et est una tacta in principio, scilicet, ut sit ita Christus nobiscum, ut per fidem, uitæ alimentum haurire ualeamus, scilicet, ut cum sit nobiscum ut hostia iustificans, quæ data est pro mundi uita, modo quo attingi nõ potest per sensum: uitam ex forti fide, in oblatione inuisibilis hostię, in uisibilibus signis cõtentę, haurire ualeamus. Alia causa institutionis elicit, quæ est singulariter notanda: scilicet, quòd Christus accepit panẽ, & gratias agens, fregit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam cõmemorationem: uolens ostendere, quòd corpus suum uerum tradendum erat pro illis, ut scilicet ipsis uitam daret, sicut panis ille, quem fecit corpus suum, fuit unus & diuisus, & pro quolibet, & quisq; ex eo comedens refectus, sic de calice. Vnde sicut Christus uita uiuificans, totũ corpus fidelium in unitate uitæ unit, ut ipse sit uita, & fideles corpus: sicut instituit hoc Sacramẽtum, ut in ipso ipse sit cibus uitæ, & participantes de uno pane, unum corpus Christi, de uno pane uitę refecti. Vnde uoluit Christus, quòd in memoriam illam, quòd ipse qui uita est, pro fidelibus traditus est: panis cõsecrari deberet, et tradi fidelibus. Ad fidelẽ igitur requiritur, ut de corpore Christi participet, quod est in sacramento panis: ut se sic fateatúr memoriã traditionis Christi pro eo habere, & hoc in unitate corporis Christi mystici, in quo corpore existẽdo, participat de pane fideliũ, et simul cũ illo corpore mystico in unitate Christi, qui in sacramento participatur. Non enim sufficit dilectio proximi, nisi illa sit etiã in Deo, nam res sacramenti est de necessitate salutis, scilicet ut sis continuè in unitate corporis Christi, & capitis scilicet Christi, aliàs nõ potes esse in uita. Deinde oportet ut huius unitatis sacramentũ recipias, ut ore ostendas, te credere incorporationẽ talẽ, esse de necessitate salutis.

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Memoriam fecit mirabilium.

Eucharistia.

INtrauimus omnes de exteriori mundo, in domum Domini ad intrà, cum campanarum pulsu, accessimus omnes usq; ad altare: omnes ibi sacramentum Deo patri obtulimus: omnes in Christo immolati: omnes ad ipsius communionem admissi, & sacramento Eucharistiæ refecti. Hæc quidem egimus sensibili motu, uia signi: sed quid hæc signa significent, quæ sunt mirabilia, & cuius memoriam agant, & quis sit spiritus, qui sub his lateat pensitemus: nam non aliud, quàm fidei nostræ significatio. Sicut enim sensibilẽ sub sensibilibus signis, Christum portauimus: ita quidem ipsum spiritualem sine signis, in nostro spiritu portandum esse, credere debemus. Debet autem spiritus, in cuius medio Christus, qui lux mundi est portatur, sacer esse, uti sacerdos, gestans signum uictoriæ militiæ Christi, quæ est uictoria fidei, mundum uincens: debetq; lucere, ut ardentes candelæ, in amore puro, & lætitia spirituali. Non enim habitare potest sensibilis uita, nisi in lætitia, sic necuita spiritualis, nisi in amore seu lætitia spirituali: & signa huius lætitiæ, sunt munditiæ, cantici, hymni, associatio, decor, insequi uestigia Agni desiderãtium. Deinde cum in ecclesiam intratur, credere debemus, nos de hoc mundo ad cœlum, seu Dei habitaculum sanctum & mundum ornatissimum, plenum odoribus sanctarum orationum, cum lætitia & pulsu campanarum intraturos, usque ad altare, hoc est usque ipsum Christum, qui est hostia, altare, & sacrificium: & ibi nos oblaturos Deo patri Christum, qui in nobis est, & nos ipsos in illo: & quòd Deus pater hanc oblationem recipiet, & nos ipsius in Christo Iesu, suæ communionis participes faciet, & æterna uita reficiet. Escam autem spei nostræ haurire debemus, ex memoria, mirabilis institutionis huius sacramenti. Nam huius sacramenti institutio, ita facta est per Christum, quòd panis in corpus Christi, & uinum in sanguinem conuertitur pro esca spirituali, sub speciebus sensibilibus. Hoc est enim omnium mirabilium excellentissimum. Fecit Deus omnia mirabiliter, & nihil omnium est, in quo (si consideratio figatur) aliud quàm admiratio, finaliter reperiatur, ita quòd sicut Deus noster occultus est, ita fecit omnia, & omnium entitatem occultam, ut nihil uti est, scire ualeamus. Inter ea autem quæ fecit, sunt aliqua de quibus uulgus singulariter admiratur, scilicet quomodo semen subitò in bombyces conuertitur, superueniente calore: quomodo uxor Loth, in statuam subitò sit uersa: quomodo fontes, ligna, corium, in lapides uertant: quomodo stomachus, panem in carnem & uinum in sanguinem: quomodo de cinere fit uitrum: quomodo ignis de pyrite, subita percussione egreditur: quomodo ciconia in ouo: quomodo mons in oculo auiculæ: quomodo in qualibet parte speculi mundus, sicut in toto speculo fuit: quomodo arbor in sinapis grano: quomodo omnes homines in Adam: quomodo Adamas trahit ferrũ, & absoluit à grauedine: quomodo idem uisibile in multis oculis, & idẽ audibile, in multis auribus: & una animalitas, in multis animalibus: & una humanitas, in multis hominibus: & una candela, infinitas accendit, sine sui diminutione: & fons semper aquam ministrat: & ex flore, apis mel sugit, aranea uenenum: & Sol, soluit ceram, indurat lutum. Multa sunt horum mirabilia in mundo, & in teipso habes consimilia: una est in te anima uiuificans corpus, tota in toto, & in qualibet parte, uidens in oculo, in aure audiens, in stomacho digerens & transmutans. Sed mirabilissimum est, quòd creatura, scilicet panis conuertitur in carnem Christi, hoc est in totum Christum, Deum & hominem uiuum animatum, & uinum in totum Christum, scilicet in sanguinem, & hinc concomitanter in totum Christum: ita quòd in uirtute uerborum, per sacerdotem cum intentione prolatorum, Christo operante, talis transsubstantiatio fit panis in carnem Christi, quæ non est sine sanguine, anima, & deitate. Sicut in nobis operatione animæ nostræ, per calorem stomachi, panis conuertitur in naturam substantialem nostram, scilicet in carnem, quæ non stat in nobis, sine sanguine & anima. Sicut autem potentia uirtutis nostræ, non est nisi secundùm mensuram in hoc corpore, cum calore naturali stomachi, hanc operationem faciendi, scilicet panem uita carentem, in uitam transsubstantiandi, ut sit

ut sit uiua caro sensibilis: ita in potentia uirtutis Christi, quæ est plenitudo uirtutis, omnium uirtutem participantium, est in uirtute scilicet spirituali uerbi, substantiam panis ab omni quantitate & accidente separatim intellectam, in carnem Christi, pariformiter in sua ueritate pura substantiali intellectam, conuertendi, ita ut sub accidentibus, sit corpus Christi uerum, totum in tota quacunque hostia, & in qualibet parte eius. Et quoniam solo intellectu, qui denudat substãtiam ab accidentibus, substantia pura attingibilis est, licet non uti est: sic sola fide, quæ est uirtus intellectualis, hoc est attingibile, et nullo sensu seu ratiocinatione. Hoc est admirandum sacramentum, dans nobis escam, ut simus firmi et roborati in spe, quam à Christo habemus, scilicet quod ad filiationem Dei, in ipso transmutemur. Si enim substantia panis et uini in corpus et sanguinem Christi, per Christum, medio sacerdotis possunt transsubstantiari, absque hoc quod Christo quicquam accrescat, dum fit consecratio, aut decrescat, dum fit sumptio: fortissima roboratione in hac esca firmamur, ut spera re ualeamus, substantiam nostram corruptibilem, per Christum posse transferri, ad Christi conformitatem, ut sic in unitate cum ipso, æternam uitam assequamur. O esca admiranda, quantùm lętitiæ & gaudij, spei nostræ infundis: quoniam eo nos ducis, ut confortati super omne creatum aspiremus, ut non satiemur: nisi super omne huius mundi delectabile, super omnem pulchritudinem cœli et terræ, et eorum quæ in eis sunt, in Christiformitatem transformemur. Nam quid est conuertere panem in te, nisi te in panem? quando enim tu Domine panem in tuum corpus conuertis: nónne tu uitam pani tribuis? Nam quid est panem in carnem nostram conuerti, quàm animã uiuificando in panẽ descendere? Sic igitur spes mea Domine, firmamentum, & refugium, tu cibus & gaudium & panis uitæ, in uitam conuertimur, nõ quidem in uitam, cui quicquam uitæ deesse possit: sed in uitam intellectualem, omnem uitam sensibilem & rationalem ambientem, omnem lætitiam et omne gaudium in se habentem. Et hoc modo escam spei meæ, reperio in memoria mirabili, huius sacramenti. Dedit nobis escam ipsum timentibus, in pabulum amoris. Ipse Dominus noster, nos usque ad mortem dilexit, & uitam suam tradidit, ut nos uiuificaret. Viuificatio autem, per esum & potum conseruatur, hîc in mundo peregrinantibus. Vnde quoniam ipse Dominus à nobis recessurus erat sensibiliter, memoriam reliquit dilectionis suæ, qua nos morte sua uiuificauit. Hinc ut omnia, maximè atq; perfectissimè compleret, quæ maximus amor exigere posset: posuit in potentia suorum discipulorum & sequacium, quos usque ad finem dilexit, id est supremè, ipsum in ijs presentem habere, quę principalia sunt uitę alimenta, scilicet in pane triticeo & uino: ut sic edẽtes & bibentes, sensibili masticatione, & calicis sumptione, & Christum sacramentaliter præsentem habentes, iugem memoriam gererent mortis sensibilis Christi: et intellectus appræhenderet, quomodo spiritualis uiuificatio, nobis per mortem Christi data, conseruatur, cibatione intellectuali suijpsius, ut affectu auidissimo, cibus uitæ amplecteretur. Et hinc hæc esca amoris, scilicet memorari mirabilium operum, amoris maximi. Cuius enim amor, non nutritur ex beneficentia, qua maior esse nequit: in illo nullam esse uitam spiritus, qui amor est, necesse est. Nã sunt diabolicæ Salamandræ, quæ igne non calefiunt. Et ad hoc ut uos qui ligna uiridia, & mortui carbones estis, plærunque per insufflationem spiritus Domini, per me indignissimum instrumentum, posităs charitatis escam gustare, rememorationem faciã largitatis & beneficentiæ creatoris, & Domini nostri Iesu Christi. Recogitanda sunt autem, primò naturæ beneficia, quibus uiuimus & sumus. Deinde, super naturalia. Si enim crederetur Deus dator, & cognosceretur, quomodo posset nõ diligi? vnde mortiferum gelicidium, si creditur & non amatur? dæmones credunt & contremiscunt, sed non amant. Diabolica igitur est fides, credere & non amare. Quis non diligeret eum, qui ei oculum donasset? cur non diligitur, qui dedit esse & uiuere? quis es tu, nisi aceruus & cõgeries donorũ Dei? quid habes? qđ non accepisti? hinc non es nisi rogus siue aceruus ignium ardentissimus beneficiorum Dei, dum ea quæ habes enumeras, multas amoris faces comperis: si non ardes, mirabile est.

Attende

http://www.obrascatolicas.com

Attẽde in te inſtillatum diaboli uenenũ: quia totus ignis, frigidus eſt in te & gelatus. Et ad hoc ut caleſias non perfunctorié, ſed durando et perſeuerãdo, meditare. Quomodo ſi rex maximus, totam latiſſimam familiam ad hoc ordinaſſet, ut omnes tibi gratè placeant, et omnia diſponant quæ tibi tribuunt, ut benè et lætè uiuas, imò et ipſemet non ceſſaret, per ſeipſum continuè tibi aſſiſtere, te protegere, te conſeruare, qui et te uocat ut ad hæreditatem regni peruenias, imò non regnum, ſed ſeipſum mercedem tibi offerret, ſi uelis: nónne hic rex, merito à te ſuprà omnia, ex toto corde diligendus eſſet? Vide igitur, quid imperator cœli et terræ, tuus creator tibi contulit. Nónne omnia quæ in cœlo et in terra ſunt ordinauit, ut tibi ſeruiant? Aſpice enim ad terram, ipſa eſt quaſi promptuariũ; de quo educit tibi Deus uictum et ueſtitum, uinum et granum, animalia, oues et boues, et iumenta, ut ipſa te paſcant, te ueſtiant, te uehant. Reſpice ad aquam, quanta tibi affert ſeruitia in piſcibus, lotionibus, uectionibus, & huiuſmodi, quę penè ſunt innumera. Ad aërem, quoad reſpirationem, quoad refectionem ſpiritus, item quoad uentum qui purgat et ducit per maria, quo ad nubes, pluuias, quibus terram fœcundat. Quid de igne? quòd remedia contra frigora, contra cruda, & mille affert nobis commoda. Quid de ſole? qui eſt lucerna dei pro te et beſtijs, qui fructus maturat, aërem temperat, germinantia educit. Quid de ſtellis omnibus? quæ omnes concurrunt, ut influant ad tui ſubſiſtentiam. Quid de angelis? quoad cuſtodiam & protectionem à malis aduerſitatibus, quoad directionem in bono. Quid de ſanctis? quo ad interceſſionem & impetrationem, apud principem Deum: omnia enim propter te, imò et ipſe infernus, ut terrendo te à malo retrahat, ut in te peccantibus iuſtam ultionem retribuat, et ſpiritus maligni, ut eis tentantibus uictor coroneris, et in aduerſitatibus, uictor uirtuoſus comproberis, omnia enim tibi conferunt. Deinde aſcende ad dona gratiæ infinita: quoniam te uocauit ad uitam intellectualem æternam, in ipſo qui eſt uita, poſſidendam: et ad hoc, ut illam conſequi ualeas, factus eſt homo, ſe omnibus ſubiecit, te inſtruxit, deduxitqûe per uias rectas. Tandem tibi ueritatem oſtendit, per mortem ſuam ipſam confirmando, et per multos teſtes, qui in ſanguine ſuo, teſtimonium ueritatis tibi oſtẽderunt. Et quum de hoc mundo exire uellet, ipſe qui ſola pura bonitate te creauit, ſolo puro amore ut te exaltaret, humiliatus eſt uſque ad incarnationem et mortem, etiam qui conſtituit pro ſummis delitijs eſſe tecum, uſque ad conſumationem. Aſcendit, ut promiſſum adimpleret, quoad ſaluationem in beatitudine glorioſa. Pariteret remanſit tecum in hoc mundo, ubi ueritas non attingitur, niſi in figura, eo modo, quo in hoc mundo participationem communionis ſui, tibi facere conueniebat, ſcilicet ſub figura ſacramentali, ſub ſenſibilibus ſignis, ut eo in patria, ſecundum illius regni uitæ habitudinem, ſicuti eſt, frui ualeas: & hic in hoc mundo, ſecundũ huius mundi conditiones, in figura et ænigmate: ibi ſcilicet, per appræhenſionẽ ipſius, qui eſt uita per apertã uiſionis intuitionem, hoc eſt per purum et clarum, abſq; ænigmate, intellectum ueritatis, quam intelligere, eſt ei unirí in uita æterna. Et hinc, per fidem hoc eſt per donũ, quo intellectus ſuprà ſe in ænigmate attingit uerum, ſub ſpeciebus palliatum. Nam intellectus noſter, non uidet uitam in pane et uino, etiam corporalem, ſed ipſam (natura ducente) ſcit ibi eſſe, & recurrit ad illa pro refectione, & dum per fidem ad panem et uinum pro refectione uitæ ſenſibilis recurrit, ibi refectionem reperit, quo natura duce recurrit, et non in alijs omnibus, quia ad illa non ducitur. Sic non uidet in pane cœlí uitam cœli, ſed per gratiam fidei ducitur, ut ibi quærat refectionem ſpiritus, et ibi eam reperit. Hic igitur maximè paſcitur charitas ſpiritus noſtri. Nam dum præmiſſa recolit, ac Dei immenſam charitatem, qua nos ante dilexit, & non deſiſtit diligere, ſed ſine intermiſſione continuat, & non diligit nos propter aliquid, quod ſibi deſit & nobis adſit, quum ipſe ſit, ipſa ſufficientiſsima & nullius indiga bonitas, & non diligit nos etiam ut diligatur, quum ſit ipſa charitas: hinc tunc non deſerit diligere nos, quando ſumus derelicti ob ſenium, ob infirmitatem, ob paupertatem, ob mortis horrorem, imò ſemper æqualiter nos diligit, etiam quando morimur, & ſumus abominatio omnibus

nibus hominibus, non deſinit nos diligere, quum eius eſſe ſit charitas, & eius eſſe eſt eius operari: hinc ſi eſt, diligit. Et quum ita nos diligat, ſemper gratiam largiter donat, ſi acceperimus eam: ſemper miſericors, ſi petuerímus miſericordiam, ipſe refugium noſtrum, ipſe ſub ſpecíebus ſacramentalibus, nos ſine differentia, ſanos & infirmos, reges & ſeruos, diuites & pauperes, ſapientes & indoctos paſcit, uiſitat, conſolatur, ſtudioſo imperio amoris, quo nos amat, ſpiritum noſtrum in ſuum ſpiritum amoris conuertere, ſicut imperator, uoluntate ſua uoluntatem ſubditi quem diligit, in ſuam uoluntatem transfert. Et huius tranſlationis ſacramentum charitatis, ubi uerbo ſubſtantiam panis in corpus ſuum transfert: nobis ſummum memoriale inſtituit. Quis igitur ſe poteſt abſcondere à calore eius? nullus enim, niſi ſpiritus, diabolico portento frigiditate infinita mortificatus, & inſenſibilis & immobilis, ut gelu indiſſolubile, tanto fulgore lucis non poteſt non illuminari, tanto ardore non poteſt non calefieri, tanto amore non poteſt non inflammari, tanto uino iucunditatis non poteſt non inebriari, tanta ſuauitate cibi non poteſt non refici, & tanto bono non poteſt non bonificari. Sic huius ſacramenti memoria, eſca eſt admirabilis fidei, quia Deus miſericors ipſum inſtituit: eſca eſt admirabilior ſpei, quia miſerator Dominus, ſubſtantiam panis in carnem, & uini in ſanguinem ſuum transferendum inſtituit. Eſca admirabiliſsima charitatis, quia Dominus omnium, creator & largitor omnis boni, in memoriam dilectionis, qua nos dilexit, inſtituit. Paſcamur igitur hoc cibo uitæ, ut in uitam perennem transformemur, ubi regnat uita, ſine morte, in æternitate, Amen.

Ex ſermone: De Sacramento.

CHriſtus ait, qui me inueniet, inueniet uitam. Venire ad ipſum, eſt hoc opus Dei, quo creditur in eum. Nam uenire eſurientem, ad receptionem refectionis uitæ: eſt amplius non eſurire, ſi refectio eſt indeficiens. Illa autem refectio eſt indeficiẽs, quæ eſt uita per ſe. Sicut ſi infrigidatus eſurit calorem, & uenit ad ignem: quum calor in igne nunquàm deficiat, ille amplius non patietur eſuriem caloris. Vita Chriſti, eſt ſicut calor in igne, ſeu lux in Sole. Et ſicut omnis calor, in calore ignis recipit indeficientem paſcentiam, ut nunquàm deficiat: ita omnis uita, in uita Chriſti. Nam panis, qui de cœlo deſcendit: dat uitam mundo. Sicut calor ignis, eſt complicans calorem omnium calidorum: ſic uita Chriſti, eſt complicãs uitam omnium uiuentium. Et hoc eſt donum uitæ Chriſti, quo mundo uitam donat, quod eſt explicatio compaſsionis. Sed etiam uenit Chriſtus, ut abundantiùs uiuant. Hæc eſt alia uita, quam gratioſè donat uiuentibus hominibus, ut non ſolùm uiuant uita naturali, per quam ſunt humaniter uiuentes, ſed etiam uita diuina, ſecundum ſpiritum in imagine Dei, homini infuſum & inſpiratum. Et ut talem uitam donaret, ueritas uitæ diuinæ, de cœlo altitudinis, deſcendit in uitam imaginis diuinæ, hominis: ut ſic uita ueritatis, in unitate imaginis, poſſet accedentes, eandem imaginem Dei habentes, uiuificare. Sicut quum ignis deſcendit de altitudine ſuæ incomprehenſibilitatis, ad ignibile latens in ligno, quod quidem ignibile eſt, in ſe habens imaginem uirtutis ignis, occultatam in ligno, & dum ſic deſcendit, ut ex igne & ignibili ligno unum fiat, quod ex igne & ligno ſurgit: à tali ardenti ligno, dari poteſt ardor multis lignis, imò omnibus mundi huius lignis, ſi appoſita fuerint. Tali quidem ſimilitudine, uita diuina unita humanitati in Chriſto, uitam dat hominibus, qui uenerint ad Chriſtum, etiam ſi uenirent infiniti. Hæc duo: uidere ſenſibiliter hominem, & credere illum eſſe Dei filium, eſt donum Dei, mediante quo conſequitur talis, ut habeat uitam æternam. Videre etenim ſenſibili uiſione humanitatem, & credere filiationem Dei, non poteſt niſi dono Dei eſſe. Caro enim & ſanguis, non reuelauerunt Petro, ut Chriſtum Dei filium crederet, ſed pater. Et hinc illi cui hoc donatum eſt, uita æterna donata eſt, quę eſt hoc ipſum diuinum donum. Habetur etenim uita diuina in fide, per donum fidei tale, ut ſit idem fides, & id quod creditur, & idem ſit habere, non eſſici, non perdi.

Euchariſtia.

Ad me igitur attinet, qui ſcio quæ ſit ueritas uitæ, quæ fide habetur: ut ita fide abſcondita

http://www.obrascatolicas.com

abſcondita in uiatore, in nouiſsimo die peregrinationis reueletur, quæ erit reſuſcitatio. Sicut ignis in actu in ardenti ligno, ignem abſconditum in potentia ligni, adhuc uiridis & uegetabiliter creſcentis, poſtquàm lignum exciſum eſt, & ſubſtractum de uita uegetabili, & appoſitum eſt igni, ducit de potentia in actum, ut ſic reueletur abſconditus ignis. Vt hoc ſit abſcondità reuelare, quod eſt reſuſcitare.

Refectio uitæ ſpiritualis & intellectualis, non præſtatur in pane, ſed in uerbo Dei: ſicut intellectus docibilis, nõ papyraceâ charta paſcitur, ſed uerbo magiſtri, ut uiuat intellectualiter. Hic panis, qui hanc refectionem præſtat, eſt qui deſcendit de cœlo, ad hunc finem, ut de eo manducãs non moriatur. Nam panis de cœlo deſcendens, habet indeficientem refectionem, adaugentem cõtinuè uitam, ſicut uerba magiſtri, continuè uiuificant adaugendo intellectum diſcipulorũ, ut ait diuinus ſermo. Audiens ſapiens, ſapientior erit, maximè quando inexhauribilis eſt doctrina magiſtri. Vnde quum panis cibalis materialis, nõ poſsit ſemper adaugere uitam, imò nec ſemper reficere aut conſeruare, & ob hoc finaliter uita deficiat ſenſibilis: contrarium agit panis intellectualis, qui ſemper adauget uitam intellectualem, in lætitia uiuacitatis, nunquàm moritur ſpiritus intellectualis, qui tali pane indeſinenter reficitur.

Panis qui ſemper reficit, non eſt panis, in quo eſt uita in potentia, ſicut in pane triticeo qui non uiuit, ſed in potentia habet uitam, quæ ex eo elicitur, per uirtutem uitalis caloris comedentis. Sed Chriſtus qui eſt panis, qui ſemper reficit, de ſe dicere potuit: Ego qui ſum talis panis, ſum panis uiuus, qui ſcilicet actu uiuifico, & educo de potentia in actum. Sicut ignis in actu, educit de potentia in actum ignibile, & intellectus in actu in magiſtro, educit de potentia in actum, intellectum docibilem diſcipuli. Vt ſic intelligamus, panem illum non tranſire in ſubſtantiam aliti, ut in pane materiali: ſed potiùs hoc ſecretiſsimè aperuit, ſcilicet hunc panem manducare, eſſe manducantem ſpiritum, tranſire in ipſum, ut ſic manducare coincidat cum manducari, quod eſt ſummopere conſiderandum. Chriſtus miſſus à patre, ſciuit quibus pater dedit ut credant, & in hoc eſt alta conſideratio prædeſtinationis. Sed quum dare coincidat cum uenire, ut illi à patre ſit datum, qui fide uenit ad filium: nemo hæſitare poteſt, quin ſibi ſit datum. Sed quantum in eo eſt, uenire accelerauit: credere etenim, nemini eſt impoſsibile. Non igitur deeſt donum patris accedenti: uti ignis eſt calefacere, & ex dono eius eſt, ut omne frigidum calefiat, & nihil calefit niſi dono eius: tamen omne id quod accedit ad ignem, hoc donum calefactionis conſequitur, ut nihil omnium hoc dono priuetur, niſi id ſolùm quod non accedit. Ita nos admonet ſcriptura, accedere ad Deum, ut illuminemur. Tranſite (inquit) ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Ille autem qui ſcit quod in homine eſt, & cui uia hominis, uſque ad finem præſens eſt: cognoſcit an accedat, an non, ut per hoc donum patris, datum uel non datum, uideat. Hic ab initio, in puncto ſeu momento complicante omne tempus, & periodum hominis: ſcit an & qui credentes. Et non currit uita hominis, ſecundùm hanc ſcientiam, quaſi ſcientia quæ eſt infallibilis, ſit uitæ periodum præueniens: ſed nec ſequitur ſcientia periodum, quaſi ſcientia ex curſu periodi, à parte poſt oriatur, ſed abſq; prioritate & poſteritate, ſcientia eſt cum periodo: licet periodus ſecundùm hunc mundum ſit in tempore quanto, & ſcientia ſupra hunc mundum, ſit ſupra omnem temporis quantitatem.

Ignis.

Electio. Præſcientia.

Credentibus, hoc Dei donum ſuperuenit, ut cognoſcant. Cognitio intellectualis, eſt delectabiliſsimum omnium deſiderabilium. Et tantò quidem illa cognitio deſiderabilior: quantò propiùs acceſſerit ad puram ueritatem, quæ Deus eſt, ut hæc ſit fœlicitas ſumma, Deum altiſsimè cognoſcere. Quare maxima eſt hæc conſolatio Chriſtianorum, quia per fidem in hac uita eleuantur, in Dei cognitionem, uti Apoſtoli cognouerunt Chriſtum Dei filium, modo quo in hac uita, mediante fide cognitio creſcit, quouſq; in alia uita ueniat cognitionis perfectio. Et uerè potuit Chriſtus Apoſtolis ſuis dicere: Sicut per hoc quòd ego uos duodecim elegi, nõ eſtis omnes tales, quales ego uellem uos eſſe, quum unus ueſtrûm ſit diabolus, ſic quòd electio mea nõ abſtulit à uobis, quin potuiſſetis iuxta libertatem arbitrij, aliud agere q̃ id, ad quod

quod uos elegi: ſic à contrario, nemo putare debet, ſe non poſſe ad me uenire, propter meam præſcientiam. Sicut enim electio, nõ tollit arbitrij libertatem: ſic nec præſcientia, quamuis & hoc uerum ſit, ad me uenire ſine dono patris, nemo poteſt.

Ex ſermone: Vt manifeſtetur.

Furtum Platonicorum.

AVguſtinus (ut in Poſtilla Iordani reperitur) dixit, ex Platonicorum libris haberi Euangelium Ioannis: In principio erat uerbum: uſq; hic, Fuit homo miſſus à Deo, quia illa uerba ibi non habentur. Sed benè legitur ibidem, & hominis anima, quamuis teſtimonium perhibeat de lumine: nõ eſt ipſa tamen lumen, & ita Ioannes Baptiſta, eſt ut hominis anima.

Lex. Gratia.

Dicitur, legem per Moſen datam, ſed gratiam & ueritatem per Ieſum Chriſtum factam. Quod enim per Moſen datum eſt, ut fieret: per Ieſum Chriſtum factum eſt, ſic ut non ſit opus, ut amplius ſic fiat. Et ſit Chriſtus completio legis, ſicut ueritas completio figuræ: Et ſic in completione legis, in Chriſto gratia & ueritas nobis facta eſt, qui ad legem non aſtringimur: quia ſi Chriſtus in nobis eſt, in Chriſto eam adimplemus, cuius gratia ſaluamur. Vnde per hoc Ioannes parans plæbem perfectam, in prædicando baptiſmum pœnitentiæ & remiſsionis, ut homines faceret gratiæ huius participes, & regnum Dei annuncians illis, qui gratiam Chriſti adepti fuerint: regnum cœlorum uſq; in ſuũ tempus incognitum, poſuit in notitia hominum, & uias oſtendit ad ipſum ſcandendi tales; quod ſe, regnum ſemper abſconditum, occultare amplius non ualens, rapiatur quaſi id quod uim patitur: quia uiolenti, & ardentes in deſiderio, per uias quas Ioannes oſtendit pergentes, ipſum rapiunt: & ſunt uiæ Ioannis, uiæ receptionis gratiæ Chriſti.

Nuncius & Chriſti præco, ut in ſe teſtimonium Chriſti aperiret, aiebat: ſe non dignum, ut ſolueret corrigiam calceamenti Chriſti. Nec in hoc aliquid finxit Ioannes, omnium natorum ex mulieribus maximus, ſed inſtruebat auditores; qualis habendus eſſet Chriſtus, ſi ipſe qui ab omnibus Chriſtus æſtimabatur, indignus eſſet, ad minimum Chriſti ſeruitium. Oſtendit Chriſtum quem filium Dei aiebat: improportionabiliter, omnes qui in humanitate apparere poſſunt, excellere; quando omnes homines indignos, humillimo ſeruitio eius (in æſtimatione, qua ipſe maximus habitus, & indignum ſe aſſeruit) clariſsimè oſtendit: Deinde tantam aiebat Dei excellentiam, ſupra omnem intellectualem noſtram uiſionem, ut nemo hominum ipſum unquàm uiderit, ſed adiunxit, unigenitũ Dei filium, qui eſt in ſinu patris, hoc reuelaſſe. In hoc admirabilem Chriſti uirturem, ſupra omnes homines enuncians, ut ſolùm Chriſtus ſit, qui Deum patrem uidere poſsit, qui reuelauit, Deum neminem uidiſſe, per hoc omnes ueteres ſcripturas declarans, quæ loquuntur de apparitionibus Dei. Sunt adoleſcentes, ſuo modo in deſerto ſimiliter nutriendi, ut uitent colloquia & conſortia praua, quibus labor indefeſſus miniſtrandus eſt, ut aſſueſcat corpus fatigari, ne per otium ſubintret uitium, & nequaquàm comeſſationibus & potationibus uacent, nec quicquam temporis habeant, ubi non ſit aliquid agendum, ut tempus interpellet & admoneat ſemper, iam hoc, tunc illud agendum, hac hora ſurgendum, tunc primò poſt excitationem orandum, ſic die una, ſic alia, tali modo die una, tali alia, & hoc in ſeptenaria uariatione. In Dominica cogitandum, quid tota ſeptimana actum, & quid malè, & quid omiſſum: & tũc neglecta ſunt ſupplenda, ſunt in memoria habendi amici, qui uiuunt, & qui mortui. Et hoc omni die ante dormitionem, & pro ipſis aliquid ſemper orandum, aut aliquid faciendum, eorum nominibus. Deinde ordo in laboribus dandus, ut omnia fiant bono ordine, & diabolus ſemper inueniat omnem hominem occupatum. Viri & mulieres, & quiſq; modo ſuo, uitare debet uinum, & ſiceram, & omnem potum inebriatiuum: & plus omnibus, mulieres honeſtæ, ſacerdotes, ſtudentes, ſapientes, rectores populi. Cadunt enim multi, propter comeſſationes & ebrietates. Et ad religioſum Chriſtianum, ſpectat uinum compunctionis, non inebriationis, bibere. Quod quidem uinũ compunctionis, inebriando non ſuffocat, ſed inflammat ſpiritum, amore diuino.

Præcepta.

Huic

http://www.obrascatolicas.com

Huic mundo et uitæ iuſtitiam præferentes, arguamus iuxta noſtram miſſionem uitia, etiam ſi propterea moriendum ſit, ut mortuus eſt ſanctus Ioannes.

Ex ſermone: Vidi ciuitatem ſanctam.

Regnum cœleſte.

NIhil eſt ſubſiſtens in hoc mundo, in quo non reſplendeat regnum cœlorum, cum omne ſubſiſtens, in amore, concordia, ſeu pace ſubſiſtat. Et in tantùm ſubſiſtit, in quantùm ibi regnat concordia. Et hinc quum ſpiritus uiuificans, ſit charitas & lætitia (triſtitia enim & odium, exiccant & mortificant, & poſt omnem triſtitiam reuertimur ad lætitiam, quaſi ad uitam: ſine qua ſpiritus non uiuit, qui potiùs uellet non eſſe, quàm ſemper in triſtitia, ſine ſpe lætitiæ eſſe) regnum uitæ æternæ eſt in ſpiritu ſancto, qui eſt amor gaudium & lætitia. Vnde cũ unio ſit amor, & unio ſit unitatis & æqualitatis unio: hinc unio unitatis & æqualitatis, eſt ſpiritus, nexus, ſeu charitas. Et eſt ſpiritus ſanctus unitatis, ut principij ſeu patris: & æqualitatis, ut filij: æqualitas enim, non poteſt niſi unitatis eſſe æqualitas. Subſiſtentia igitur omnis eſſe, eſt unitatis & æqualitatis, in amore ſeu nexu. Et ita in quolibet quod ſubſiſtit, eſt ſimilitudo regni cœleſtis, ſcilicet regni amoris, ſeu ſubſiſtẽtiæ omnis ſubſiſtentis. Regnum enim cœleſte, eſt unitatis & æqualitatis in amore. Abſoluta unitas, & abſolutæ unitatis æqualitas, regnat in abſoluta charitate, quę eſt lætitiæ & gaudij nexus.

Finis creationis.

Deus creauit nos omnes, qui ſumus ex Adam in uno Adam, in quo omnes fuimus, ut in patre ſecundum carnem, licet ſucceſſiuè apparuerimus in hoc mundo, ducti de potentia in actum: ſed ſimul apud illum, apud quem omnia ſunt in actu, et nihil per priùs in potentia et poſtea in actu, quum fluxus temporis, ſit in nunc æternitatis. Deus igitur omnia ſimul creauit. Et ſicut in uno homine, omnes homines: ita & in una creatura, quæ poteſt dici mundus, omnes fecit creaturas: creando mundum creauit omnia: creando hominem, creauit omnia hominis membra. Sicut artifex primò concipit totam ædem ſacram, quæ in tempore explicatur, et id quod alijs eſt futurum, qui in tempore uidebunt explicari ſucceſſiuè ædem ſacram, artifici eſt præſens. Deinde ſicut artifex concipit ædem ſacram, quæ non eſt ædes ſacra ſine altari ut altare ſit pars ędis ſacrę, et finis ædis ſacræ eſt altare: & finis altaris eſt oblatio, quę eſt ſignum honorificentiæ Dei: ſic Deus mundum totum creauit, in uno nunc æternitatis, quaſi ædem unam ſacram, in quo altare quod eſt Chriſtus, & ipſe oblatio eſt ſuprema honorificentiæ Dei, in quo coincidit altare cum oblatione, ut ipſe ſit finis completus, tàm creaturarum, quàm cauſæ creationis earum. Vnde ſicut finis præcedit omnia, tanquam id ad quod omnia ordinantur: ſic Chriſtus eſt, non tempore ante creaturas, ſed primogenitus, quia finis omnium creaturarum, licet ſecundùm hũc mundum temporalem, poſt Adam et Abraham uiſus ſit. Chriſtus igitur eſt α et ω, primus et nouiſsimus, principium et finis omnium creaturarum, omnes etenim creaturæ, in ipſo quieſcunt: creatura enim, in eo altiſsimum aſſequuta eſt ſtatum, atq; optimum finem: ſcilicet hypoſtaticam unionem, cum fonte ſui eſſe, ſcilicet cum Deo, ut in unitate perſonæ, creatura ſit cum creatore. Vnde quum omnia creator propter ſe ipſum operatus ſit: tũc ibi quieſcit creatura, ubi in unitate perſonæ, eſt unita creatori, & ſic hæc creatura eſt, in qua oẽs creaturę habent finẽ & principiũ. Sicut igit Chriſtus eſt prioriter apud Deũ, quia finis creaturæ, ſic p ipſum fecit & ſæcula, quia ſæcula in ipſo, ut in fine quieſcũt. Sicut oẽs fuimus in Adam, non modo ſenſibili, quo hodie ſumus: ita Adam ſemper fuit, quãdiu fuit mũdus, licet non modo ſenſibili, ſecundũ hũc ſenſibilẽ mundũ. Et nunc̃ defecit Adam, nec̃ deficiet, nec̃ nos deficiemus, nec̃ aliquod entiũ deficiet in eſſentia, quæ eſt incorruptibilis ſecundũ Dionyſiũ: licet in modo reſpectiuo, & ſecundũ rationalẽ ſcientiã noſtrã, quę cũ tẽpore rerũ duratio nẽ mẽſurat, in nihilũ cadere uideat. Id em, cui Deus dedit eſſe, in nõ eſſe ruere nequit, licet in ſic eſſe, & modo uti uideẽ nõ perſiſtat. Vnde Ioannes Baptiſta dixit: qui poſt me uenit, ante me factus eſt, & nõ debet hoc intelligi, ſecundũ diuinitatẽ: quia ſecundũ illam, nõ eſt factus nec creatus, ſed genitus à patre. Intelligi igitur debet, Chriſtũ priùs factũ, modo præmiſſo. Sicut quãuis nõ uidiſſet Abraham uiſu tali, quo in hoc mundo

Ioannes.

mundo uidentur uiſibilia: tamen antequàm Abraham ſic fieret uiſibilis, dicit ſe eſſe: non dicit ſe uidiſſe, ſed eſſe. Non quod tunc uiſus ſit, quia non fuit eo modo, quo uiſibilis fuit ſenſibiliter: ſed modo illo quo eſſe, præcedit ſic eſſe. Eſſe enim ſic eſſe præcedit, & quando eſſe, ſic eſſe aſſumit, uidetur priùs non fuiſſe, quia ſine ſic eſſe, non fuit uiſibile. Sicut color, non eſt de eſſentia rei quia res ſunt, quæ non ſunt coloratæ, ſic uoces, & dulce, & calidum. Vnde ſi accideret enti non colorato, quod coloraretur, uiſus iudicaret, rem illam priùs non fuiſſe, quia non attingit poſsibile eſſe, rem non uiſibilem exiſtere. Sic uiſus negat roſam eſſe in roſario in hyeme, quia illam experitur ſolùm in æſtate: non enim attingit uiſus, modum eſſendi in potentia, quo modo roſa in hyeme eſt in roſario, ſed ſolum attingit modum eſſendi in actu obiectali. Hoc enim quod actu eſt uiſibile, obiectũ eſſe dicit, quia extra hũc modũ uiſibilitatis, nihil eſt uiſibile, et ſic etiam ſecundum uiſum eſſe nequit appræhenſibile. Deus maſculum & fœminam creauit, & eos in ſaramento unitatis carnis iunxit, ad finem magni ſacramenti, quod in unitate ſpiritus cõſiſtit. Nam in explicatione magni ſacramenti, unitatis ſpiritus, præcedit ſacramentum unitatis carnis. Paulus ait, priùs id quod animale, & poſtea ſpirituale: nam ultimum in exequutione, eſt primum in intentione. Oportet enim unitatem ſpiritus incorruptibilem eſſe, & corruptibilem naturã, oportet induere incorruptionem, & mortalem immortalitatem, & tempore fluidam & in ſtabilem, ſtabilitatem & permanẽtiam. Si igitur corruptibilis & mortalis natura humana & rationalis, debet ſuperueſtiri immortalitate: neceſſe eſt, quod priùs explicetur imperfectum corruptibile, quàm hoc fiat quod eſt perfectũ & ſtabile. Quod Hieruſalem ſit mater noſtra, aduerte, quod ſicut Maria eſt mater Chriſti, qui eſt filius hominis: ita & Eccleſia, eſt mater noſtra, ut ſimus filij Dei. Chriſtus qui fuit ab æterno Dei filius, ſeu uerbum, denuò conceptus eſt in Maria, & ex eius utero genitus, ut eſſet in humanitate filius hominis. Sic nos qui ſumus in humanitate nati, ut ſumus filij hominum, naſcimur: dum autem ſic nati ſumus, denuò in utero matris Eccleſiæ renaſcimur, ut generemur ex utero matris Eccleſiæ, ſcilicet Dei. Oportet autem quod hic conceptus ſit in ſpiritu: quia ſponſa eccleſia, in unitate ſpiritus, unita Chriſto ſponſo, nos in ſpiritu denuò generat. Nam Eccleſia catholica, de ſpiritu ſancto ſuperueniente in ipſam nos concipit, non ex alio quàm ex uirtute altiſsimi, ut conceptus ſit filius Dei. Vnde qñ ſpiritus tuus debet denuó naſci, utpote quando ſpiritus induit Chriſtum, ut ſit in unitate Eccleſiæ, quæ eſt ſponſa Chriſti: oportet qđ recipiatur in utero Eccleſiæ, quæ eſt caro de carne Chriſti, & os de oſsibus eius. Et hoc fieri nequit, niſi per uirtutem transformatiuam ſpiritus, qui eſt amor ſeu charitas, & eſt ſpiritus ſanctus. Per ſanctam igitur charitatem, tranſit ſpiritus in nouum cõceptum, ut denuò generetur, ſed fidem præcedere charitatem, neceſſe eſt. Non poteſt enim ſpiritus intellectualis, niſi intellectualiter per charitatem transferri. Vnde ad penitus ignotum, charitas eum non uehit. Quare ad id tantum mouetur per charitatem, quod credit amabile. Eſt igitur fides, per quam in utero Eccleſiæ, concipitur ſpiritus noſter, ut denuò naſcatur filius Dei, ſcilicet fides Chriſti, quod ſit Dei filius, & quod in eo ipſo qui eſt homo, ſpiritus hominis, poteſt filiationem Dei attingere. Vnde hac fide, quæ ſic prædicatur in Eccleſia, & unit fideles: illa nos unit fidelibus, qui ſunt membra Chriſti per fidem, & ponit nos in utero ſuo, id eſt matris Eccleſiæ, quę eſt corpus Chriſti, ex membris Chriſti compactum: in quo corpore, eſt unus ſpiritus Chriſti, cui ſe noſter ſpiritus ſubijcit, & ſucceſsiuè per charitatem unit: ut ſic in ipſum plus & plus transformetur, quouſq; exuti hoc mundo corruptibili, regeneremur in ſpiritu, in Chriſtum transformato, qui ubi ad renaſcentiam concepti fuerimus, filiationem Dei aſſequemur. Et aduerte ad coincidentiam, ſine qua non capitur hæc altiſsima regeneratio. Quoniã ſicut una eſt fides Chriſti, in omnibus Chriſtianis: ita una Eccleſia, in omnib. Te enim concipi in utero Eccleſiæ, eſt in te concipere Eccleſiã, & hoc eſt denuò te naſci, ſecundum ſpiritũ filiũ Dei, quod eſt filiũ Dei in te naſci. Renaſcentia enim iſta, quæ in ſpiritum uiuificantẽ, quandã habet ſimilitudinem, quã Chriſtus dicit de ſpiritu aeris. Nam aer tranquillus, aptus ut moueatur ad omnes differentias

Natiuitas. Conceptio.

http://www.obrascatolicas.com

Aer. Ventus. ferentias loci,in se concipit quendam spiritum,ut fiat uentus ualidus,ut totus aër sic fiat in motu,quasi sit uiuus,& tamen ignoratur unde ueniat ille motus, aut quo tendat. Sic in anima rationali,quæ ob libertatem arbitrij,apta est ad omnem motum spiritualem,unde ipsa concipit in se fidem,& excitatur sic ad apprehensionem,per motum uiuum charitatis. Et resoluitur sic anima quæ caruit uita & motu,in spiritum uiuum,ut sicut aër denuò natus est uētus:sic in anima denuò nata,fit amor apprehensionis eius,qđ concepit per fidem,scilicet filiationis Dei,per fidem Christi filij Dei. Sed nō potest sciri,unde hic partus uiuus oriatur,aut ubi terminetur:sed hoc solùm scitur,quòd sicut natum de carne caro est,sic natum de spiritu spiritus est. Et quū in nobis motus ille in spiritu,sit ad adipiscendum cœlestia spiritualia,scimus ipsum ex superueniente spiritu sancto esse. Sed quia ille spiritus est Deus incognoscibilis,& est uita æterna:tunc non possumus scire unde,aut quomodo hoc fiat, quū unde,& quomodo non habeāt locum apud Deum. Sed scimus,quòd de gratia Dei, hoc est de spiritu sancto,hic motus in nobis est,qui animam nostram transfert de morte ad uitam,& eam resurgere facit in spiritum uiuificantem,qui est spiritus Christi. Ita habemus,quomodo per fidem Christi,renascimur in spiritum uiuificantem Christi. Et ita nos per matrem Ecclesiā regeneramur,ut simus corpus Christi,quod est ipsamet mater,quæ spiritu Christi uiuificatur. Christus enim est ut sponsus, Ecclesia ut sponsa:et in Ecclesia generatur filius Dei per spiritum sanctum,& uirtus altissimi,quę est Dei filius incarnatus,in spiritu nostro obumbratur. Sic Episcopus est sponsus Ecclesiæ suę ministerialis,& in spiritu uerbi eius,uirtus Christi obumbratur in Ecclesia ipsius,et prius natus concipitur per fidem,denuò in ablutione baptismatis,ut nunc sit in utero Ecclesiæ conceptus denuò. Unde officium Episcopi est, ut Pauli quasi ut sponsi,qui dicit:filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis,& hoc est Christum formari in eis,scilicet in ipsis esse spiritū Christi:& hoc est,quando ipsi sunt concepti in corpore eius,quod est Ecclesia.

Ex sermone: Respexit humilitatem.

Conceptio. COnsidera,quādo Maria dixit ad angelum,quomodo fiet istud, quia uirum non cognosco:quòd Maria circa modum hæsitans,& causam hæsitationis exprimens,adiecit modum necessarium conceptionis,secundū naturę cursum. Et angelus dixit,quòd spiritus sanctus superueniet in te,& uirtus altissimi obumbrabit tibi. Dixit,non modo tali,sed superueniet spiritus sanctus. Et ne Maria iterum circa modum quo spiritus sanctus in eam superuenire deberet,hæsitaret:adiecit angelus,& uirtus altissimi obumbrabit tibi,ac si diceret:non credas spiritum sanctum superuenire aliquo modo ueniendi,quo de loco ad locū uenitur, modo descensus,quo uel graue descendit,uel columba de turri ad aquas,uel radius de Sole ad terram,aut alio quocunq; modo:quia operationes Dei sunt ab omni modo absolutæ,ut Deus sit ipsum absolutum,& modus creatura. Vt omne id quod exigit ad hoc quód sit,modum aliquem,sit creatura:ut ad hoc quòd generetur homo, exigitur talis modus. Omnes igitur modi,qui necessariò concurrunt ad aliquid ut fiat, ostendunt defectum. Unde in Deo,nō est necessarius modus aliquis,ut sit,aut agat, aut ueniat,aut superueniat,quia uirtus eius est absoluta,& omnipotens,& irrestricta,& incontracta ad modum. Quare angelus dixit: & uirtus altissimi obumbrabit tibi,ac si diceret:id quod dixi,spiritum sanctū debere superuenire in te,intelligas uirtutem altissimi obumbrare tibi. Nam Deus,qui non est aliquo loco exclusus,uenit per gratiam in animam,quādo uirtute diuina,anima Deo fit grata. Sic uenit per sanctificationem,quando uirtute diuina,anima fit sancta:& per iustificationem,quādo fit iusta,& ita de singulis. Ita per creationem,quando uirtute diuina oritur creatura: ita per conceptionem,in uirginem gloriosam,dicente angelo,concipies; quādo uirtute diuina,fuit in uirgine conceptus filius. Unde hic conceptus,quia sine modo uirilis cōmixtionis fuit,per uirtutē altissimi,uirginem obumbrantē: hinc filius Dei uocabitur. Nam sicut filij patris,ex eo filij uocantur,quia per uirtutem paternā, quæ est in semine patris,sunt concepti:ita Iesus uocabitur filius Dei secundùm conceptum uirginis,

uirginis,quia sine modo uirtutis seminis,patris fuit conceptus,& non potuit sine uirtute cōcipi. Hinc uirtute altissimi, quæ supra omnem modum est, qui est Deus benedictus,cōceptus eiusdem,filius uocabitur,sicuti in renascētia spiritus. Nam sine uirtute,non possumus denuò nasci:quoniā non potest sine ea in anima nostra,nasci partus spiritualis,nec potest illa uirtus esse, secundùm aliquem modum: quia non potest in nobis nasci talis spiritus, quo aliquid sensibile nascitur, quoniam ex sensibilibus modis, non uenit nisi sensibilis partus. Unde ad hoc,quod in nobis nascatur partus spiritualis,qui omnia scrutetur, etiam profunda Dei,& qui uiuat fœlicissimè: oportet quod uirtute altissimi,obumbrantis animam nostram(quod est spiritum sanctum superuenire) hoc fiat. Obumbare,est cōmunicare se protectiuæ uel sanatiuæ:ut umbra Petri,sanauit:& sub umbra alarum tuarum,protege me. Et ideò id quod tunc nascitur,filius Dei uocabitur. Partus enim ille,in quo sic renascimur,est ex uirtute Dei, hinc Dei filius. Unde conceptus uirginalis nos instruit, quomodo renascamur denuò in spiritu(quæ est necessaria,ut ait Iesus ad Nicodemum)per uerbum Dei uiui,& permanentis in æternum. Sicut in aere oritur spiritus spirans,qui tamen sine uirtute oriri ibi nequit,ubi non erat: & tamen uirtus illa non potest attingi, quia nescitur unde ueniat spiritus ille,aut quo uadat. Sic dum in anima oritur spiritus,qui ponit animā in motu diuinæ charitatis: ille spiritus est qui uiuificat animam, & in anima natus,sicut uentus aerem & in aere genitus. Et non est aliud uentus, quàm aer uiuus seu motus,& sic aer denuò natus,sic & spiritus,non est aliud quàm anima uiua, & per uiuificationem denuò nata. Et quum sic sit, tunc scitur, quod ex uirtute uiuificante hoc procedit. Sed attingi illa nequit,quæ sic est principium et finis spiritus. Unde modus, est supra modum omnem, sed attingitur in similitudine, sicut generatum de carne caro est,ita quum spiritus reperiatur,natus scitur ex spiritu,non modo carnis,sed modo qui est suprà omnem modum. Unde quum Nicodemus non hæsitaret, dictum Christi circa renascentiam esse uerum, quem fatebatur magistrum, & ex Deo uenisse: dubitauit tamen de modo, causam hæsitionis adijciens: quomodo potest homo nasci, quum sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suæ denuò introire,& nasci? Iesus respondit ei, quomodo ipse Nicodemus loquutus est de nascentia, qua intratur in hunc mundum. Sed ipse Christus intendebat de ea, qua intrare debet regnum Dei, quod non est de hoc mundo,quia caro et sanguis illud non possident. Qui enim sunt nati ut intrent in hunc mundum, illi priùs fuerunt in utero, in quo concepti & uiuificati,& demum nati. Dum autem sunt sic nati semel, tunc sunt in hoc mundo, in quo oportet denuò concipi & uiuificari,non secundùm carnem, ut in utero materno, sed secundum spiritum,ut natiuitas sit introitus in regnum Dei. Et hæc cōceptio,est per fidem formatam charitate:fide enim concipit spiritus,cuius sacramentū est aqua baptismatis,quæ ostendit fideles esse renatos,quasi modo genitos infantes. Sed spiritus sanctus uiuificat hunc conceptum,& est uirtus charitatis,sine qua non potest anima uitam habere. Sola enim charitate,anima mouetur. Sicut enim spiritus qui uentus est, aerem mouet:ita charitas animam.

Partus. Partus iste,fide concipitur,spe conseruatur,charitate uiuificatur. Et est spiritualis: quia fides est in intellectu,qui est spiritualis. Partus iste est naturæ spiritualis,& generatur id quod fide concipitur,scilicet Christus.

Filius hominis. Christus nominat filium hominis,& non huius aut huius hominis, sed hominis. Vt sicut uniuersalitas concipiendi est in uirgine,quæ est indeterminata, ut ab illo aut illo uiro concipiat, quàmdiu adhuc incorrupta est per uirum:ita partus uirginis,est partus uniuersalis, scilicet hominis, & non huius. Unde Iesus, est filius Dei, qui est pater uniuersorum.

Sicut hic mundus sensibilis, est similitudo quædam alterius intellectualis, & in illum à quo per similitudinem depēdet, per ueritatem ordinatur, sic humana propagatio, de generatione in generationem, ab unigenito Dei filio, per similitudinem dependet, & in ipsum per ueritatem ordinatur.

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Maria optimam partem elegit.

Ratio. DOcti, de uerbis Christi haurire debent, profundam quandam doctrinam; puta: quomodo spiritus noster rationalis, participat rationem rationis diuinæ, quæ uerbum siue λόγος dicitur. Et ob hoc, quòd ex lumine illo diuino, quod illuminat omnem hominem, uenientem in hunc mundum: ea in nobis in potentia apprehensionis, per innata desideria esse sentimus, quæ uerbum incarnatum se esse fatetur, scilicet ueritatem, uitam, & uiam. Si enim diuina ratio, ad cuius imaginem nostra ratio creata est, & à qua lumen rationis habet, se illa esse fatetur: non mirum, si nos magno desiderio inclinamur ad ueritatem, ad uitam scilicet, ueram & indeficientem. Et in nobis est lex æterna, ut in sua imagine, quæ est uia ad ueritatem et uitam. Sed quia ratio nostra, quæ est lux de luce diuina, lucet in tenebris huius corporeæ atq; carneæ substantiæ, ita quòd spiritalis eius natura, in corporali umbra, comprehendi non possit, quinimò existente spiritu rationali, quasi in carcere carneo, non ualente nisi per fenestras corporis, alimẽtum spirituale uenari: omne alimentum medio sensibili hauritur, & disproportionatum manet, ut non sit uerum & uitale & formatum, modo quo exigit rationalis spiritus. Hinc ratio incorporata carni, non potest quęsitum in ueritate attingere. Sicut nec oculus per medium imputrum, puta coloratum uitrum, potest ueritatem obiecti attingere. Hanc ignorãtiam nostram miseratus Deus, misit in carnem ipsam rationem absolutam, siue uerbum, aut filium consubstantialem, ut nos instrueremur, quomodo desideratam ueritatem & uitam, quæ non est in hoc mundo, attingere ualeamus. Et idipsum nos instruit, modo plano & facili & breui, in hoc Euangelio, ubi nos instruit, quomodo anima rationalis, quæ fuit tàm in Martha quàm Maria, duplex potest habere exercitium: in inquirendo circa unum ueritatem, aut uitam, aut uiam, ut sic pascatur in spiritu: aut scilicet in pluralitate frequentis exercitij. Exercitium quod est in pluralitate, est turbatiuum & temporale, & non habet ueritatem, uitam, aut uiam: quia ueritas est permanens, imperturbabilis. Et id quod pascere debet spiritum, incorruptibili uita, nõ potest esse diuisum in plurima, in quibus cadit instabilitas turbatiua. Quare satagere circa frequens ministerium plurimorum, non est pergere uia æternæ & incorruptibilis legis. Hinc quum plurima turbationem inferant spiritui, qui pacem quærit, tunc unum est necessarium, ut spiritus eligat: unum enim, est unitiuum. Quare uiuificatiuum & æternificatiuum. Ratio igitur quæ potest eligere, aut secundùm partem illam, quæ est inferior, uersari in ministerio plurimorum, quæ sine diuisione plurima esse nequeunt, et hinc turbatiua sunt, aut secundùm partem superiorẽ uacare in uno, quod est principium in se subsistens, æternum, & quietum, absq; omni turbatione: si eligit unum necessarium finem, optimam partem eligit, in qua quiescet æternaliter, & quæ non auferetur ab ea. Plurima etenim, quum sint multa: nõ possunt nec ex se esse, nec per se subsistere, quum pluralitatis principium, sit unum necessarium. Id enim quod est necessarium ad subsistentiam plurimorum, est unum, sine quo nõ est possibile plura esse. Hoc igitur unum, quod est necessarium ad positionem plurimorum, est causa, principium, medium, & finis, ex quo, per quod, & in quo plura subsistunt. Fatigari igitur in plurimis, est nõ rectè ad quietem pergere: quum plurima nihil habeant ex se, sed solum unum est quies eorum. Solum autem unum, quum sit finis desiderij rationalis spiritus, est necessarium, ita ut solum in ipso uti in absolutè necessario: rationalis spiritus, tanquàm in principio medio & fine suijpsius, & sui desiderij, scilicet ueritatis uitæ & æternitatis, fœliciter quiescere queat, quum solum tũc redeat spiritus supra seipsum, reditione completa. Nõ enim sic attingit finem, quasi in alio, sicut qui in pluralitate finem quærit, hic enim non potest finem, nisi in alio reperire, & hinc non reperit nisi aliter, & sic defectuosè et turbatiuè. Qui autem in uno necessario finem quærit, ipsum reperit non ut in alio, sed ut in uno necessario: unum enim, in quo uno necessario, per quod est unum, solum indefectibiliter se attingit. Sicut forma sigilli in cera, indefectibiliter solùm se attingere potest, in sigillo cuius est imago: attingit enim suam mensuram in ueritate, solum enim ibi exemplar est,

Vnum. Multa.

uera

uera mensura exemplati. Et sicut perfectus est discipulus, quũ factus fuerit sicut magister, & tunc quietẽ attingit: ita nostra ratio, perfectè quietatur in uno necessario, scilicet in ipsa ratione infinita, quia non ut in alia sed nostra, quum enim apparuerit in illa, quiescens erit sicut illa. Et nunc poterimus uelut docti, ex hac Christi doctrina, omnium Philosophorum profundissimos labores, qui uidentur studentibus perdifficiles, cum facili explanatione capere. Platonici etenim (prout ex libro Parmenidis liquet) à multitudine se auertentes, ad unum se cõtulerunt: quod quidem unũ, est ipsa absoluta necessitas, & ratio omnium quæ sunt. Omnia enim in tantùm sunt, in quãtũ unũ sunt: & absolutè unum, est omnia uniter. Cõplicat enim omnia ut causa, & præcedit unum omnia: ante enim omne expressibile, unitatem semper præmittimus. Ex quo habemus, omne expressibile post unum, per ipsum, ex ipso, & in ipso: unũ omnia suo modo participant: & unum, ineffabiliter & incoordinatè est super omnia exaltatum. Quicquid igitur nominatur, est minus ipso. Sicut quicquid ciuitatis nomina tur, est minùs ipsa, nam quicquid uniuersi, minùs uno. Vnde Martha, quæ per uaria ministeria ad plurima descendit, turbabatur meritò: quũ à solo uno sint omnia. Nam unũ, quũ sit unum, non potest ex alio esse, quia ante omnẽ alteritatem est unitas, ita ut alteritas sit casus ab unitate, uel defectus in accessu ad unum. Agit igitur unũ ut unũ, hoc est sicut calidi est calefacere, ita unius est unire. Vnde agere unius, est ad suã unitatẽ, non unũ uocare. Et quia de sui natura est immultiplicabile (nã bis unum, nõ est unum; sed aliud ab uno, scilicet duo) ideò quando unum uocat non unum, hoc est purũ nihil ad suam unitatem inattingibiliter, tunc exurgit creatura in assimilatione. Sic habes, quia unũ, ideò omnia, & ita ad oĩa unũ est necessariũ. Si igitur penit9 nihil unitatis habẽs, scilicet ipsum purũ nihil, omnipotentia unius, surgit in assimilatione unius. Omnis igitur creatura, quia non potest esse nisi sit una: reperitur in assimilatione unius absoluti & superexaltati. Plures autem creaturæ, non possunt unum & eundem gradum assimilationis habere: quia unum immultiplicabile. Quare quælibet creatura, suo singulari modo, in assimilatione unius absoluti, reperitur. Plures autem creaturę, quũ non reperiantur nisi in assimilatione unius absoluti: hinc erũt in diuersitate singularitatis cõcordãtes, et hęc est harmonia mũdi. Oĩs igitur creatura, sicut ab uno habet, quod est una: ita habet & unire. Quare omnis operatio creaturarum, pariformiter reperitur in assimilatione: calidum, dum calefacit, ad se non calidum uocat. Sed quum ad identitatem inattingibilis unitatis suæ, attingere nequeat non calidum, tunc surgit in assimilatione. Sic de intellectu, cuius operatio, quum sit non intellectum ad sui unitatem uocare, reperitur in assimilatione, ita in omnibus naturalibus, & artificialibus. Hæc enim est Christi admiranda doctrina, ut quicunque quærere uoluerit ueritatem, non se fatiget in pluralitate entium, ut scilicet quærat, quid cœlum. quid terra, sic de alijs: quoniam si hæc omnia per se considerantur, nihil ueri in ipsis, ut in pluribus reperietur, sed turbatio mentis: quoniam post infinitas fatigationes, se comperit nihil præcisionis attigisse, & tempus inutiliter contriuisse. Sed cum in omnibus, ad unum se conuertit, tũc ipsum unum, comperit absolutam omnium necessitatem: quoniam quia unum absolutum, hinc omnia: causa enim causarum, & omnis esse, alia nõ est, nisi quia unum. Hinc in omnib. quærit pacem & requiẽ: quia unum, omnium attingit necessariã causam. Is rectè utitur libro, Dei digito scripto, puta mundo creato, qui omnem creaturam, unius scit assimilationem: qui scit unum cœlum, in assimilatione unius absoluti, surrexisse de non uno uocatum, & tanto plus accessisse in assimulatione ad unum, quantò plus à nõ uno eleuatũ: Hic quiescit circa pedes sensibilis mũdi, ut audiat, quid in eo loquatur spiritus rationalis: quia in qualibet creatura, ut in assimilatione unius, ipsum unum necessariũ intuet, & ipsam eligit. Videt ibi arborẽ unã, & ibi lapidem unũ, & animal unũ, & ibi stellã unam: unde facilè intelligit, quũ illa oĩa in unitate solum concordent, qđ tunc hæc omnia ab uno sunt, in quo habẽt, qđ sunt in uno unita. Et quoniam non potest esse nisi unum, unum: habent omnia suam unitatem ab uno. Sed quia arbor non est stella, nec lapis: tunc de essentia unius non est, quod sit arbor uel lapis, uel aliquid aliud nomi-

Vnum Plato-nicorum.

http://www.obrascatolicas.com

nabile,ſed unum abſolutum,eſt ante omne nominabile.Et omne nominabile, mo-
dum quo unum nominatur habet:quia non attingit unũ immultiplicabile,ad quod
uocatum eſt.Et hinc eſt in aſsimilatione,ut unum cœlum ſit aſsimilatio unius, talis
quæ cœlum dicitur,& unus homo ſit aſsimilatio unius, quæ homo dicitur, & una
eſſentia,ſit aſsimulatio unius,quę eſſentia dicitur,& una uirtus,ſit aſsimilatio unius
ſic dicta.Hæc eſt facilitas difficilium,ut in omnibus unum neceſſarium, & omnia in
eius aſsimilatione eſſe cognoſcentes,ſedeamus & audiamus,quomodo in noſtra ra
tione,omnia loquantur unum,et quòd omnia nitantur ipſum unum exprimere,per
aſsimilationem,& tamen hoc facere nequeant,quum aſsimilatio ſemper deficiat ab
uno.Sic noſtra uis intellectiua,ad uerum inclinata,aduertit ueritatem, æqualitatem,
ſiue ſummam aſsimulationem unius,& unum inattingibile:quia unum,omne intel-
ligibile & effabile antecedit,in ſumma aſsimilatione æqualitatis,quæ ſcilicet in ipſa
ueritate unius attingitur.Veritas enim unius,eſt ſumma præciſio ſimilitudinis.Vn-
de hæc præciſio,quæ ueritas dici poteſt,eſt illa,in qua noſter intellectus,unum abſo-
lutum cupit attingere.Afficimur ad ueritatem:quia ueritas eſt,unius ſumma æqua-
litas. Verum enim quando de auro profertur, ut uerum aurum:tunc nihil aliud ab
auro admittit.Verum igitur,eſt ſumma æqualitas & aſsimilatio, nihil alteritatis ad-
mittens.Quando igitur unum attingimus in ueritate,quæ etiam λόγος,ſeu uerbum,
ſeu filius dicitur:tunc ipſum unum ſicuti eſt,hoc eſt in præciſa ſimilitudine, attingi-
mus.Et ita unum attingere,eſt attingere ipſum,uti per ipſum intellectum eſt attingi
bile,licet in ſe omnem intellectum exuperet.Et dum ſic attingitur per intellectum,
tunc quietatur & fœlicitatur in ueritate,intellectualis uita, quæ tũc deficere nequit,
& ſic pars,unius neceſſarij electa,nunquàm auferetur ab ipſa anima. Verba Chriſti
fuerunt,ut inſtrueret Mariam,ſecus pedes ſuos ſedentem, quæ turris illuminata di-
citur. Quoniam ſpiritus,immortalitatem uitæ intellectualis,ex intimis naturæ ſuæ
deſiderijs appetens: eſt ut illuminata turris,tunc edoctus, quando id quod appetit
ſcit unum eſſe,quod non reperitur in diuiſa pluralitate,licet ſine ipſo,nihil eſſe poſ-
ſit.Quaſi ſi unius oculus,uelit ueritatem uitæ ſuæ quærere,ut ſciat ubi uerè uiuat:nõ
debet ſe oculus,ad aliquod membrorum corporis conuertere, quaſi ab illo uitam
habeat,quoniam nullum tale,eſt cauſa ſeu ratio uitæ eius, quamuis ſibi perſuadere
membra uideãtur,ſed uitam dare,puta manus quæ cibum miniſtrant,& ſtomachus
qui decoquit,& omnia alia mẽbra,quæ conſpirare uidentur ut oculus uiuat.Illa ete-
nim omnia ſic diſtincta membra uiuentia,non ſunt uita uera oculi, ſed ueram uitam
oculi,ſuo modo participantia,quorum quodlibet uitam habet ſuo modo,in aſsimi-
latione uitæ fontalis,ad quam ſunt conuerſa,& in qua quieſcunt,cui omnia ſeruiũt:
uiuunt enim illa cũ oculo una uita,quæ eſt anima.Quare oculus,quando in illis plu
ribus,exiſtimaret fontem uitæ ſuę eſſe,& reperiret turbari in ipſis uitam:turbaretur
in corruptibilibus exiſtimaſſe ueritatem uitæ ſuæ. Cum uidet manum à uita defice-
re,quia areſcit,& nihilominus ſe adhuc uiuere:ſcit uitam membrorum,ab una uerio
ri uita dependere,quæ non deficit in ſua ueritate,etiam ſi membrum deficiat. Ad ui-
tam igitur unam,cuius participatione,omnis uita membrorum eſt id quod eſt, tan-
quàm ad unicam & neceſſariam cauſam omnium uiuentium,membrorum ſe con-
uertit:puta ad animam ipſam,& eam ut optimam eligit partem,tanquàm ueritatem
uitæ ſuæ,& eam colit & amat,ut fontem uitæ ſuæ, & non auferetur uita ab oculo,
quamdiu oculus in unitate uitæ animæ,remanet unitus.Et tũc uidet quomodo mem
brá uiua,& uiua manus,ſtomachus:ad ſeruiendum uitæ ſuæ,hoc habent,quòd ſunt
uiua,non conferendo uitã.Intellectus in homine,quaſi Deus in mundo exiſtit:non
eſt enim immerſus,ſed abſolutus.Vocat omnia unus ipſe intellectus ad ſe,ut uiuant
in unitate uitæ eius:ſed eius unitas,eſt multiplicabilis. Omnia igitur membra homi
nis, ſuo modo eius uitam participando, uitam habent, in aſsimilatione uitæ eius.
Aequè autem ſe communicat unitiuè uita ipſa intellectualis animæ:ſed in uaria aſ-
ſimilatione,reperitur in uarijs membris:aliter enim & obſcuriſsimè,in capillis & ar-
guibus, aliter in manibus, & aliquantulum clariùs, adhuc clariùs in oculis. Sic

unum

unum ipſum abſolutum,quoad omnia huius mundi ſe habet membra,quorum quod
libet ſuo modo unum eſt,in aſsimilatione unius abſoluti. Et ſicut unus intellectus,
in ſua unitate complicat omnia, ſuo modo uniter, hoc eſt intellectualiter: ſic unum
abſolutum,omnia uniter abſolutè. Et ſicut ab explicatis per intellectum, unitiuè du
cimur ad complicationem, ut unitatem intellectus attingere aliquantulum ualea-
mus: ſic de unitatibus multis, unitiuè eleuamur ad ipſum abſolutum, ut ſic ad unum
neceſſarium perueniamus,quod eſt ex eo optimum,quia unum ſuperexaltatum.Bo-
ni enim eſt,ad ſe uocare & bonificare:quia unum cuius eſt unire, optimum eſt unum
abſolutum,præciſè atque ſupremè, ſeu optimè aſsimilatum. Si igitur Maria Mag-
dalena, ſedens ſecus pedes Ieſu, ex auditu uerborum eius, peruenit ad electionem
optimi ſuo modo, ſcilicet uti Maria Magdalena: O quàm excellenter tunc eleua-
ta uirgo Maria, ſuper omnes cœlos, ad electionem optimi perducta eſt, quæ electa
eſt,eſſe mater Ieſu,& uerbi,& lucis, & rationis, & ueritatis. O quàm altè ſuper om-
nes uiſiones intellectuales, ipſa unum illud inuiſibile uidet: & quàm ſano palato,
unum fontem uitæ guſtauit, & guſtat. Si Dauid ad hoc eleuatus eſt, ut diceret gu-
ſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt Dominus: meritò ipſa, quantò altior omnibus
Prophetis,tantò perfectiùs uidet,uidit,guſtat & guſtauit ipſum, apud quem eſt fons
boni,qui ſolus eſt hoc unum bonum, quod omnia appetunt.Elegit igitur ipſa hanc
optimam partem, quæ non auferetur ab ea: quoniam eligere eſt unire. Vnita eſt
igitur uis intellectiua Mariæ, ſcilicet intellectualis ſpiritus, optimo. Non poteſt
igitur auerti anima,ob optimo per ſe eligibili, quod eſt cauſa electionis eius. Si om-
nia bonum naturaliter appetunt: tunc quando intellectus intellectualiter optimum
elegit, non poteſt unquàm non eligere ipſum. Tunc autem intellectualiter eligit,
quoniam ipſum intellectualiter præguſtauit eſſe unum neceſſarium, & uenit hic gu-
ſtus ex adminiſtratione refectionis uitæ ſpiritus, quæ fit illuminatione uerbi Dei,
quod illuminat:uti Maria Magdalena ſedens,audiendo uerbum Ieſu illuminabatur.
Vnde quàmuis multæ filiæ ſeu animę rationales,illuminatæ uerbo uitę,uia electionis
optimi diuitias congregaſſent:ſola illa illuminatiſsima turris Maria, Θεοτόκος & Dei
mater, ſupergreſſa eſt uniuerſas, ut meritò illi illud in excellentia conueniat,quod
adepta eſt Maria Magdalena: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Poſt labores actiuæ uitæ, ubi quis per exercitia iuſta domuit carnem,& de bene-
ficijs ſibi à Deo collatis, in charitate ſe miſericordem fecit, ut ſic in ipſo nec auaritia,
nec ſuperbia,nec luxuria, nec gula, nec acedia,nec ira, nec inuidia locum habeat, ſed
ſola humilitas: uita eſt quæ hanc ſequitur, Deo ſimpliciter per charitatem,Deifor-
miter adhærere, & peruenire ad ſabbatum requiei in hoc ſeculo, uacare ſcilicet & ui-
dere,quoniam ſuauis eſt Dominus.Tunc enim iam aſſuefactus in dulcedine ſancta-
rum orationum,& cordis compunctione,mundi negocijs euacuatis: in ſola Dei di-
lectione,mentis oculo intendit,gaudium fœlicitatis, magno deſiderij ardore prægu-
ſtando, & ſe ſublimiter (quantùm diuino dono conceditur) ad ipſum in mentis ex-
ceſſu eleuando. Hæc eſt optima pars uitæ Chriſtianæ, quæ non auferetur, nam hîc *Contemplatio.*
incipitur,& in æternitate perficitur.Hîc autem incipitur ſedendo & meditando, cir-
ca pedes Ieſu, in humilitate ipſius Ieſu: quomodo hunc mundum intrauit, & in eo
ambulauit,meditando non perfunctoriè, ſed formam illam induendo, & uerbum ip-
ſius in aure cordis recipiendo. Verbum autem ex capite diuinitatis emanans, non
huius mundi eſt, ſed alterius, ut ſic contemplator, inflammatus deſiderio fœlicita-
tis, totam ſuam ponat conuerſationem in cœleſtibus. Tunc enim quum ſic ad cœ-
leſtia toto niſu aſpirat,ex calore charitatis cor dilatatur,& Deus teſtimonio conſci-
entiæ adeſſe ſentitur, & ſpiritualiter uidetur oculo animæ, qui eſt intellectus. Vbi
enim ardẽter deſideratur,adeſt,& ibi manſionẽ facit,& in ſanctas illas animas ſe trãs
fert.Oritur ex hac dulci uiſitatione,qua ſic quaſi fulgor momentaneus,ſe adeſſe oſtẽ-
dit:mentis ſubleuatio, & inter brachia amati, incipit aliquantulum conſopiri, ut non
ſolùm delectabiliter, ſed tenaciter illi adhæreat,ut quaſi ui quadam, ab omnium ui-

http://www.obrascatolicas.com

ſibilium ſenſu & memoria abſtrahatur,& penè ſuimet obliuiſcatur,iuxta illud: egò dormio,& cor meum uigilat,ſimilis ſoporanti,& nondum dormienti. Et hic amor Dei cum intelligentia conditus, inebriat mentem, & abſtractam ab exterioribus, Deo ſuo conglutinat. Et quantò amor ualidior,& intelligentia lucidior: tantò ualidiùs in ſe mentem rapit,quouſq; omnia tandem quæ ſub Deo ſunt,abijciat,& perſiſtat quaſi in coruſco lumine. Senſus enim per ſe,pauca poteſt uix tenuiter cogitare, ſubleuatus autem afflatu ſuperni luminis,tantò plura ſimul intuetur,quàtò ſupra ſe, ſublimiùs eleuatur. Et quia corpus aggrauat & deprimit ſenſum,& huius mundi occupationes reuocant animam ad ſeipſam:hinc cum Paulo clamat, infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? ſtatim enim relabitur ad inferiora,anima contemplans,& paſcitur ex memoria eorum quæ uidit ſuauiter. Sic deuoti uiri,de incircumſcripto lumine,furtim aliquid et tenuiter attingunt,et redeunt ad ſuas tenebras ſuſpirando. Et in hoc gradu,diuerſæ ſpecies deuotionis,ſe manifeſtant: ſcilicet iubilus,ebrietas ſpiritus,liquefactio,& ſpiritualis iucunditas. Deinde peruenitur ad mentis alienationem, modo præ magnitudine deuotionis, modo præ magnitudine admirationis,modo præ magnitudine exultationis,ut ſemetipſam mens hominis non capiat,ſed ſupra ſemetipſam eleuata,in alienationem tranſeat. Flamma enim quæ excreuit ultra humanum modum, hominis mentem ut cæram reſoluit,ſicut excellens lumen,obfuſcat uiſum. Et ſæpè ſtupore ſupernæ pulchritudinis alienatur,magnitudine exultationis,quando deguſtat intima ſupernæ ſuauitatis,& in alienationem mentis, tripudij nimietate ducitur, & quamdiu hæc in nobis non ſentimus,minùs diligimus,quum iſta ex feruenti dilectione emanent. Et poſſunt hi gradus contemplationis notari ex Euangelio: quia gradus infimus dilectionis, notatur in ſeſsione circa pedes Ieſu. Charitas enim hoc egit, ut ſederet,& ſe aptaret ad ſuſceptionem uerbi amati. Secundus gradus ſubleuationis mentis,notatur in eo, quòd mens uerbo uitæ paſcebatur, & ſurſum eleuabatur, ut uideret ueram uitam. Tertius gradus alienationis in electione notatur ipſius optimi: tranſiuit enim mēs, cui oſtenſa fuit uita ſuperna,in alienationem ſui,optimam uitam eligendo. Sed inter omnes homines, Maria Θεοτόκος, tàm in actiua quàm contemplatiua, optimam partem habuit: ipſa enim ſanctiſsima fuit, quia tabernaculum altiſsimo ſanctificatum. Vnde fuit ipſa uera Martha, quæ in domo ſua Dei uerbum hoſpita ſuſcepit, & circa frequens miniſterium eius ſatagebat, & miſericordiæ opera in ſummo exercuit. Nam quum gradus habeant illa opera, ex maiori charitate, uel quia magis indigenti, uel magis digno indigenti, uel ex maiori effectu impenſo, uel ex magis neceſſario & minùs ſuperfluo: hæc omnia in ſummo, in Maria uirgine concurrebant. Quia in ipſa, maxima charitas, & omnium creaturarum maximè indigenti, tribuit: quia nemo inter uiatores pauperior Ieſu, digniſsimo pauperi tribuit, quia nemo dignior mendicus, quàm Ieſus. Nam opus miſericordiæ maius eſt, ſi fit Epiſcopo quàm laico, æquè indigentibus, hinc maximum quod Deo. Maximum effectum miſericordiæ impendit, quia loco bonorum, miſeris captiuis dedit Deum in pretium, famelicis in uiaticum, laborantibus in præmium, infirmis in medicamentum, & cum ipſo dedit regnum cœlorum. Non fecit opera miſericordiæ de ſuperfluo, ſed de neceſſario, filio ſuo pauperrimo & peregrino, de proprijs ſanguinibus tunicam polymiticam fecit, in gremio uteri ſui hoſpitio ſuſcepit, de proprio corpore cibauit & lactauit. Fuitq; ipſa Maria contemplans in omni excellentia. Nam quum ipſa intellectuali guſtu, ſuauitatem ipſius unius, præ omnibus mortalibus profundiùs, & lucidiùs guſtaſſet: omnem cōtemplationem ſupergreſſa eſt. Deus enim non poteſt niſi maximè diligi, quando maximè attingitur intellectu. Alij homines, etſi aliquando in raptu, ſaliuam à capite diuinitatis in os deſcendentem deguſtent: non poteſt tamen uenter deglutire, quia mens eſt diſtenta ſolicitudinibus, & per memoriam phantaſmatibus eſt obnubilata. Non redit ad ſe, quia concupiſcentijs illecta, & non reuertitur ad ſe, per ſalutis æternæ deſiderium: & ſi reuertitur, cum difficultate multa hoc fit, cum non rectè & plenè priùs guſtauit dulcedinem Domini. Sed beatiſsima uirgo Maria,

Iubilus. Ebrietas Spiritus. Liquefactio. Iocunditas. Mentis Alienatio.

Opera miſericordiæ per Mariam ſummæ.

go Maria, plenè guſtauit, & æterno deſiderio abſq; faſtidio accenſa, continuè plus eſurijt, & ſitiuit appræhenſionem tanti boni, in æterno amplexu. Hinc ſemper creuit, & ſic optima pars, nunquàm fuit ab ea ablata.

Scimus igitur ex hoc Euangelio, quod anima, quæ ſe ad unum neceſſarium, aliquando non conuertit, ſed ad alia quæcunque: nunquàm in pace erit. Omnia enim quæ præter unum elegerit, non poſſunt ei uitam quietam præſtare, cum non habeant dare, ſolùm unus eſt fons uitæ, qui dare poteſt affluenter: auferetur autem omne id, quod eligitur, præter unum neceſſarium. Et hoc eſt mori ipſi animæ amanti, quando aufertur amatum. Sicut eſt mori uiſui uidenti, quando obiectum uiſibile aufertur, tunc enim nihil uidet, non quod cæcatus ſit oculus: ſed quia deſijt ipſi uiſibile. Sicut non deſinit appetere cibum ſtomachus, quando aufertur cibus, ſed magis cruciatur, cum plùs eſuriat, & minùs habeat. Sic abſentia ſeu auerſio à uero, eſt mors intellectus, quia non habet unde paſcatur. Sic igitur ſecundùm ardorem charitatis, iungitur anima uitæ ſuæ, quæ non auferetur ab ea, cum ſit perennis fons uitæ.

Ex ſermone. Confide filia, fides.

Amor. Fides.

AMor, qui eſt forma, dans complementum fidei, & confidentiæ ſiue ſpei: eſt qui apprehendit, conſtringit, & immutat. A Chriſto petebatur ſaluatio, & reſpondit fidem & confidentiam præſtare, hoc quod amatur & petitur. Nihil enim ex deſiderio petitur, niſi quod amatur: amatur ſaluator, & ſaluat: amor ſaluat, quia amor eſt ſaluatoris amor. Ineſt igitur in amore amatum. Quare ſaluator amatus, in amore eſt. Deus enim charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in ipſo. Completa igitur fides ſiue confidentia, quæ eſt fides formata charitate, illa eſt quam ſaluator dicit ſaluare. Quare qui ignorat Chriſtum, & ad eum non pergit, & ſi pergit non tamen attingit, & ſi pergit & attingit, non tamen capit aut cōſtringit: ille priuatus eſt ſalute.

Motus? Appetitus?

Omnis motus clauditur terminis ſpeciei, quieſcit enim omnis res, in natura ſua ſpecifica: ſpecies enim, eſt cœlum quoddam, ambiens omnem indiuidualem motum ſuæ naturæ. Hinc extra ſuum cœlum, non mouetur quicquàm: ſed motus cuiuſq;, eſt attingere perfectionem ſpeciei ſuæ, extrà quam non iudicat ſe poſſe perfici, imò omnem perfectionem iudicat in ſuo cœlo includi. Quare non eſt oculus inquietus, quia non audit, aut quia non guſtat: quia non iudicat oculus, audire, guſtare, tangere, aut odorare, eſſe perfectionem, quæ per oculum deſiderari debeat. Solùm igitur oculus appetit uidere, & in uidendo habere omnem perfectionem, quæ in uidendo attingi poteſt. Et hinc inquietus eſt oculus, quàmdiu omne uiſibile non uidit: ita inquieta eſt auris, quàmdiu omne audibile non audiuit. Nō ſatiatur oculus uiſu, nec auris auditu, ſic pariformiter nullum indiuiduū unius ſpeciei mouetur, niſi intrà ſpeciē ſuam. Nō enim uelle poſſet canis, quòd eſſet catus, aut aſinus, aut auis. Sic nec homo poteſt appetere, quod ſit alterius ſpeciei, etiam angelus. Non autem quietatur homo in ſpecie ſua, quæ eſt ſpecies animalis rationalis, habentis intellectum: niſi immortalis ſpeciei ſuæ conſequatur perfectionem. Vellet igitur homo in ſua humanitate, quam exire non uellet, conſequi omnem perfectionem. Homo autem habet uitam. Non igitur uellet homo aliud, quàm habere perfectam & indeficientem uitam. Et quia perfectior eſt uita rationalis ſenſuali, quam habent & bruta: tunc in uita rationali, uellet habere perfectionem, potiùs enim uellet homo non eſſe, quàm non eſſe animal rationale, quia non eſt appetibile per hominem, quod ſit brutum alterius ſpeciei. Appetit igitur omnis homo, in ſua humanitate, habere perfectam rationalem & indeficientem uitam, ſic appetit intelligere perfectè, omne intelligibile. Nam ſicut uidere eſt uita oculi, ita intelligere, eſt uita animæ intellectiuæ. Nunquàm igitur ſatiatur intellectus, in particulari appræhenſione intelligibilium: quoniam eius motus non quietatur, niſi omne intelligibile attingat. Sic uelle, nunquàm

http://www.obrascatolicas.com

est satiabile per acquisitionẽ bonorum, nisi omne bonũ acquiratur. Non igitur quietatur homo, nisi attingat in humanitate sua uitam, quæ est ratio omnis uitæ, ueritatem, quæ est ratio omnis ueri & intelligibilis, bonum, quod est ratio omnis boni, & omnis appetibilis. Et cum homini insit hic motus, à natura humanitatis suæ: hinc sequitur, in ipsa humanitatis specie, quietem motus attingere posse hominem, qui nec frustra mouetur, nec extrà speciem. Humanitas autem est una, per quam omnes homines sunt homines, & non est alia humanitas unius, quàm alterius, licet homo unus non sit alter: sicut hoc album, non est illud albũ, licet una sit albedo, per q̃ tàm hoc q̃ illud sunt alba. Nec potest humanitas esse absq; homine, nã hoc est humanitatẽ esse: homo em̃, est esse humanitatis. Motus igitur humanitatis meæ est, ut in homine meæ humanitatis, consequar quietem. Sed cum nihil maiùs aut meliùs dici, excogitariue possit, q̃ id qd̃ me quietare debet, scilicet uita sine corruptione, ueritas sine fallacia, bonum sine omni malo: tũc dico hoc esse Deum. Deus enim, est id maximũ atq; optimum, quo maiùs aut meliùs cõcipi nequit, sed tale, quies est atq; terminus, motus spiritus intellẽctualis. Hinc motus humanitatis meæ est, ut in homine meæ humanitatis attingam Deum. Reperio igitur in meipso hominem humanitatis meæ, qui ita est homo, quod est & Deus, & hic est homo, in quo solũ ego in mea humanitate, quietem attingere ualeo: quies enim, Deus est. Homo igitur ille, qui est et Deus, est ille, ad quẽ omnes homines secundũ naturam humanitatis, mouentur: & hic est Christus Iesus benedictus. Hic Iesus fuit occultus, desideratus omnib. gentibus, et uenit in hũc mundum, post longam expectationem, & ostendit se admirandum, per hoc quod cum esset homo, operatus est suprà omnem hominem, tanq; potestatem habens. Calcauit mare, sanauit ægrotos, restituit uisum cæcis, mortuis uitam: per quę quidẽ signa, cum habitu esset ut alius homo, se & Deum ostendit. Christus enim cum interrogaretur à discipulis Ioannis, an ipse esset, an alius expectaretur? respondit, quod Ioanni renunciarẽt, quomodo cæci, claudi, & leprosi sanarẽtur, ut hæc audiẽs Baptista Ioannes, scilicet qd̃ morbi hominis, sanarentur per Iesum, ipsum sciret uerum Messiam, hoc est Christum, omnem nostrũ defectũ adimplentẽ. Et hæc est ostensio Messiæ nostri, q̃ Iesus nominatur, scilicet saluatio, quæ uisa est fieri in hoc mundo per ipsum. Reperimus igitur Iesum, qui filiam principis resuscitauit, & mulierem à fluxu sanauit, filiũ hominis esse, fratrem nostrum, primogentũ omnis creaturæ, per quẽ nos in nostra humanitate finẽ pacis, & quietis terminum, rationalis motus nostri spiritus, attingimus. Hic est igitur princeps ille, quẽ omnis creatura ingemiscẽs desiderat. Omnis enĩ creatura, desiderat meliori modo esse, quo potest: & hoc aliter esse nequit, q̃ in homine, oẽs naturas inferiores, in intellectuali sua cõplicante, qui sit & Deus. Gustare autẽ & uidere lætitia inenarrabili, quæ est uiuens uita spiritus nostri, id ipsum quo uiuimus, mouemur & sumus: omnis rationalis anima, ingemiscẽs gemitibus inenarrabilibus, desiderat, quàmdiu absens est ab illa gloria fruitionis. Nihil igitur aliud est, quod omnia desiderẽt, q̃ caput principiũ q̃ nostrum, Dei filium, primogenitum omnis creaturæ, per quẽ oĩs creatura in esse exiſtit, & in quẽ redire expectat, & gemit, quouscq; redeat ad quietem. Vide ergo, quomodo Christum in nobis reperimus, & quod ipse est perfectio nostra, omnia adimplens, quæ appetimus, & motum nostrũ quietãs, quãdo nos in ipsa nostra humanitate, in ipso diuinã uitã, & omne desideratũ attingemus. Filius ipse est Dei per naturã, & nos in ipso adoptionem filiationis consequemur, ut simus & nos filij Dei per ipsum, ipse est hæres uniuersorũ, & nos in ipso hæredes, qa cohæredes, ueritas est ipse, & nos in ipso ueritatem appræhẽdemus, ut simus in ueritate, sicut ipse est ueritas. Sumus igitur in ipso sapientes, intelligentes, uiuentes, gaudentes, & in æterna requie, gloriã sanctorum, cum inexpressibili lætitia, appræhendẽtes. In ipsa em̃ humanitatis natura, quæ una est ipsi & nobis, ei ipsi capiti nostro ut mẽbra corpori, in triumphanti gloria uniemur, sicut ipse unitus est patri, cum una sit deitatis natura utriusque, & hoc est gaudium immensum, quod nemo tollet à nobis.

Fides. Per fidem accedimus ad saluatorem: nam fides, ponit nos in motu. Si enim agricola non haberet fidem, quod terra deberet reddere semen cum usura, non moueretur ad

ad seminandum? Habemus omnes panem per fidem, sine qua non haberemus sata, nónne plantationes fiunt per fidem? Quia credit uiticola, uitem producturam post triennium fructum, nunc plantat, & ita mouetur per fidem: sublata fide, nullum fructum uitis, pomorum, aut arborum habemus. Nónne per fidem quam habemus, quod instrui literis aut alia arte debeamus, accedimus ad magistrum, rudes, & indocti? Et sublata fide, nunquàm caperemus disciplinam. Ante omnem perceptionem, præcedit fides: neque intellectus noster percipit, nisi fide motus sit, ad appræhensionem, sicut scribitur: nisi crediderit is, non intelligetis. Sicut autem nec ueritas attingi potest, nisi per fidem: sic nec fallitas, nam solùm credens decipitur. Nec diabolus decipit, nisi sibi credentes: sic nec mundus, nec caro decipit, nisi credentes. Fide igitur ad omnia pergimus, scilicet ut simus diuites, & ut simus etiam pauperes. Qui igitur mouetur, ad ueram salutem appræhendendam, oportet quod ille credat, salutem ueram attingi posse, & quod p Christum & in Christo attingatur. Ille qui sic credit, intrà se concepit id quod sperat sibi futurum, licet non uideat aut cognoscat, nisi in ænigmate, Et hæc fides reputatur ad iustitiam: quia homo Deo offert suum supremum spiritum, scilicet intellectum, & despondet ei illum, faciendo illum seruum Dei. Tũc enim seruum se facit intellectus, quando fidem assumit: nam intellectus, uellet secundùm libertatem suam, priùs intelligere quàm credere, sed in seruitutem redigit intelligere, & assumit fidem credendo. Sicut infirmus ad hoc quod sanus fiat, credit medico, non interrogans de conditione medicinæ, antequàm eã sumat, sed simpliciter credit medico: per hoc enim quod sic credit medico, se ægrum & ignorantem fatetur, & medicum fatetur talem, cui credendum sit. Euenit autem, quod si medicus est ueracissimus, & summæ auctoritatis, & tu hoc credis, qd̃ eius manus te saluat. Iustus autem ex fide uiuit, ipsa enim est cibus spiritus nostri, & operatur in spiritu, effectum cibationis, prout cibus materialis in stomacho: aliter autem operatur cibus in homine, quàm in alio animali. Si autem non credit, & ob hoc non suscipit cibum uitæ, non poterit uiuere abstinens. Animæ enim non credentes uitam æternam, & credentes, sed non in Christo; sunt priuatæ ob infidelitatem, uia ueritatis ad uitam: motæ enim non sunt ad uitam, quam non posse consequi se credunt. Et si motæ sunt, quia credunt, non tamen per eum, qui uia est ueritatis, ad uitam capessendam. Omnis igitur anima, quæ credit ab alio quàm saluatore se uitam consequi posse, aut salutem: illa non rectè credit, nec in uia ad uitam est, sed de uita cadens, mortem recipiet. Et hinc omnes artes magicæ, & omne præstigiosum, et id quod diuinationis est, damnationi subest: solùm enim iustus, ex fide habet uitam. Quando igitur à uia rationis auertuntur homines, ad uiam bestialem: tunc bestialitatem induunt, ut homo non sit homo animal rationale, sed bestialis naturæ: uolucrum per superbiam, uel quadrupedum, qui uentri & libidini uacant, aut serpentum, qui auaritiæ terrenæ, insatiabiliter operam dant. Hæc trinitas, unius huius mundi exiſtit. Nam mundus habet concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam uitæ. Qui igitur ad hanc mendosam unitatem & trinitatem se conuertit, & imaginem corruptibilis hominis, incorruptibili ueritati Dei, trini & unius præfert: idololatra, non fidelis dicitur. Fides igitur Christi, iustis est resurrectio, & cibus uitæ, & iniustis ruina, & cibus mortis: quia non ad uitam isti, sed ad iudicium ducentur per fidem. Nam cum fides dicat hominem Christianum, & spiritus sit bestialis, qui cibum hunc sumpsit: iudicatur ille per ipsam rationem, filius potiùs mortis esse, qui cibum spiritus uitæ diuinæ, ministrauit bestiali spiritui, dicens se esse Christianum, cum longè cor abesset. Sed cum cor de hoc mundo, qui Christo inimicatur, esset, mentiebatur se non de hoc mundo, sed de regno Christi & uitæ, atq; ueritatis exiſtere. Fides igitur nostra, quæ est fides ultimæ quietis, cibus grandium est, uincens hunc mundum, nihil eum ueræ uitæ habere asserens, quæ nostrum spiritum in uia ponit, extra quam omnis errat, qui uitam quærit: quoniam sine illa, impossibile est placere Deo. Si toto corde exquiris Deũ, ipse est pietas, quæ non potest deserere sperantes in se, sed omnes beatos facit sperantes in se.

Multa accidere solent, quæ ex impressione passionis in spiritum, corpus alterant, ut de

http://www.obrascatolicas.com

ut de Phyſicis ligaturis Medici tractant. Non tamen decet Chriſtianum cõfidere, in ſuperſtitioſis, quę ratio non attingit, in illis enim ſe ſępè immiſcet ſpiritus malignus: ſed recurrat ad Chriſtum, & confidat, & ſibi in eius nomine, manus imponi ſupplicet, cum oratione deuota. Et dicat manus imponens: Domine qui dixiſti, quod ſi
Fides quis haberet fidem ut granum ſinapis, montes de loco ad locum mutaret, & qui dixiſti Petro, qui ſuper aquas ambulare dubitauit: modicę fidei, quare dubitaſti? & qui mulieri dixiſti: confide filia, fides tua ſaluam te fecit: hanc infirmitatem tolle, de ægro fideli & confidenti in tua uirtute, ſuper quem iuxta mandatum tuum, in nomine tuo quod eſt Ieſus, manus impono. In talibus quidem & ſimilibus deuotionibus confide: quoniam benigna eſt miſericordia Domini, qui exaudit omnes ſperantes in ſe.

Charitas Charitas, eſt forma ſeu uita omniũ uirtutum. Nam ſi charitatem non habuero, ero ſicut æs tinniens, & nihil uitæ habens.

Oportet autem eum qui rectam charitatẽ habere uult, mittere foràs omnem timorem, & amorem imperfectum. Nam ſi timet, nondum perfectè diligit: timor enim, dicit timentem nolle aliquid perdere propter amatum, nolle perdere dicit, adhæſionẽ ad id, quod nollet perdere. Sed perfecta charitas, eſt ad unum amatum: minus enim ille amat, quàm amare poteſt, qui diuidit amorem, & diuerſa diligit. Mittit igitur charitas foràs omnem timorem, ſolum timens amatum offendere. Et ob hoc, nihil perdere timet, perfectè Chriſtum amans, quia nihil amat niſi ipſum, & omnia propter ipſum. Charitas quæ eſt uinculum unionis & concordiæ, conſtringit omnia, ut id ſint quod ſunt. Mũdus iſte, ut ſit unus mũdus perſiſtẽs, cõſtringitur quadã uinculatione amoris, diffuſi per omnia quæ mũdi ſunt. Vita etiã iſta ſenſibilis, nõ aliter ſubſiſtit, q̃ amore. Nã ſpiritus quidã cõmunis, inter animã & corpus, qui eſt de natura animæ, inquantũ anima deſcẽdit ad uiuificandũ corpus, & de natura corporis, in quantũ corpus aſcendit, ad aptandũ ſe ad receptionẽ uitæ: hic ſpiritus, eſt uinculum amoroſum utriuſq; Quoniã anima deſiderat uiuificare corpus, hoc eſt eſſe in corpore, quia diligit corpus: & corpus diligit animã, ſine qua nõ ſubſiſteret. Sed ſicut oĩs res, ad nihilũ & ad mortẽ uergit atq; ad deſtructionẽ, ceſſante uinculo colligantiæ, ſcilicet charitate: ita deſinit corpus uiuere, quando ei deficit uigor illius ſpiritus. Quãdo enim calor naturalis deficit: tũc ille ſpiritus, qui ſine calore non poteſt eſſe, etiam deficit, & ita mors ſeu ſeparatio animæ oritur, deficiente uinculo. Et aduertas, q̃d ſicut ſe habet anima ad corpus: ita ſe habet Deus ad animã, nam corpus ex ſe nihil habet uitæ, niſi ipſi ab anima detur. Sic uita animæ noſtræ, à uita uera exiſtẽs, animæ noſtræ, per gratioſum deſcẽſum uitæ ueræ, qua id ſumus q̃d ſumus, tribuitur. Prior igitur dilexit nos Deus, qui nihil odiſſe poteſt eorũ quæ creauit. Sed non dedit nobis ut ſimus tantũ, ſicut Soli ſuo, quem facit oriri ſuper bonos & malos: ſed dedit etiam nobis uitã talẽ intellectualẽ, per q̃ ſpiritꝰ noſter, ſe poteſt ex data uita intellectuali, ſurſum eleuare, & ſe fõti uitæ ſuæ uinculare, ſicut corpus animæ, ut uiuat uita animæ. Sed ſicut corpus non aliter quàm ſpiritu calido, qui uiuit per continuam adminiſtrationem humidi radicalis, quod fouetur per humidum alimentale, uinculari poteſt animæ: ita ſpiritus noſter intellectualis, nõ aliter uinculatur uitę ſuę, quàm calore amoris intellectualis. Amor igitur, ita uinculat ſpiritum noſtrum ad fontem uitæ, ut ſit ei intimè conſtrictus, ſicut uita corporis, uitæ animæ. Solus igitur amor ſeu charitas, eſt complementum, quo poſsidemus in noſtra uita, uitam amatam. Spiritus noſter, uiuens intellectus, amor quidam eſt. Nam quid aliud eſt uita, ſi rectè conſideretur, quàm amor, ſeu hilaritas, ſeu gaudium? Et hinc uitam æternam, æternum gaudium uocamus. Sed natura amoris eſt, nunquàm quieſcere. Ideò amorem, cor uigilans in dormitante corpore, figurat. Eſt etiam amoris natura, libertas: nam liberè mouet amor, ob nobilitatem ſuam, nec poteſt cogi, & ſi ſubeſt coactioni, non poteſt eſſe uerus amor, ſed ſimulatus: natura enim amoris puri, eſt libera, & eſt natura eius, conuerti in amatum. Spiritus noſter liber eſt, & poteſt ſe ſurſum aut deorſum amando conuertere. Et hinc, dum ſe conuertit ad inſtabile & defectuoſum per amorem, hoc eſt per ſeipſum

ſeipſum, & ibi figitur, & in illud amatum conuertitur. Vnde ſi ibi ſe reperit, quando corpus hoc derelinquit: ibi & remanebit, ſcilicet per conuerſionem in naturam amati. Quare ipſe in inſtabilitate extra gaudium, pacem, & quietem torquebitur, ſecundũ naturam amati, in quod conuerſus eſt. Linquamus igitur dum peregrinamur in hoc mundo, palpitantes & quęrentes bonum ſtabile, ea quæ nobis obueniunt, ſub ſpecie boni delectabilis & amabilis (tranſibit enim mundus, & concupiſcentia eius) et conuertamus nos ad fontem amoris & boni indeficientis, ubi quies eſt, electionis omnis deſiderij amantis ſpiritus. Alioqui ſi reperiemur conuerſi adhuc ad mutabile, dum egredimur: perpetuæ mutabilitati, ſemper diſplicenter inhęrebimus. In Chriſto enim pacem, in mundo preſſuram habebimus. Qui enim mundum diligit, neceſſe eſt ut ſæpè preſſuram habeat, quia uidet & experitur ſibi ſuſtrahi, id quod amat. Qui autem Chriſtum diligit, & de mundo non curat: nulla aduerſitas huius mundi eum affligit, quia nihil mundi habet, de cuius ſubſtractione doleat. Sic amicitia mundi huius, inimica eſt pacis, & ob hoc inimica Dei, cum Deus pax ſit. Coniugium, nobis aperiat ſimilitudine ſua intellectum. Tu qui liber es, potes cum quacunq; libera contrahere, deliberas cum qua uelis, eligis unam, quæ ſub ſpecie amabilis tibi præſentatur, quoniam pulchra, iuuenis, diues. Sed quando te ei conſtrinxiſti, ita quod amplius exiuiſti peregrinationẽ tuã, ubi in libertate ambulabas, nunc unã nunc aliã amando: reperis illam quam elegiſti inſtabilẽ, inconſtantem, inquietã, ſine pace. Nónne magna eſt tribulatio iſta, adhærere perpetuæ inquietudini?

Arbitror enim ordine mundi, noſtrum intellectualem ſpiritum, in ſimum gradum intellectualis naturæ habere, ut de ſua natura, ſit in potentia ad intelligendum, non tamẽ actu intelligat, ſed de potentia ad actum, excitatione admirationis, deducatur. Quæ excitatio, motu ſpecierum, quæ de mundo ſenſibili recipiuntur, exoritur ut fiat uigilans intellectus, quando admiratur. Admiratio enim, quærere facit admirantem, quid ſit, quod admirationem inducit. Et ſic fit uigil, ſicut uox fortis, ſenſum auditus percutiens, dormientem excitat ut uigilet. Tunc enim noſter intellectus, quaſi dormiens, & in potentia exiſtens uitæ intellectualis, quæ eſt intelligere ſeu uigilare, in actũ ponitur, ut uigilet: & intenditur hic, ut ardeat amore appræhenſionis illius, qui eſt dator omnium. Nã quãdo ſpecies coloris ſe oculo ingerit, ſpiritus in oculo ſentit obuiationem, & ita anima ſenſibilis, ſe conuertit ad illam ſpeciẽ, & admirãdo inquirit, cuius ſit ſpecies. Intellectus uerò excitatur, ut quidditatem inquirat per uiſum, mediante ſpecie ſenſus, dicit hoc, cuius eſt talis figura eſſe hominem. Admiratur intellectus, quid ſit homo, & ita ponitur in motu, ut ita intelligat actu ueritatem, entitatem, ſeu unitatem hominis. Hanc arbitror cauſam, cur ſpiritus intellectualis, ad tempus corpori unitus eſt, qui de ſui natura infima intellectuali, dormiens & in potentia tantùm eſt, ut per figuram huius mundi, ad cognitionem, quæ eſt uita aut uigilia actu, excitetur. Seruit igitur ſpiritui noſtro totum corpus, & totus hic mundus, ut in amorem uitæ ſuæ excitetur, & ſic cum alijs ſpiritibus angelicis, qui actu in uita uiuunt conſtrictione amoris, ſimiliter uiuere ualeat, ſecundùm gradum uinculi amoris, amatæ uitæ inhærendo. Et hinc ut capiamus uitam, amemus ipſam maximo amore, quem nobis concedat Deus, qui charitas eſt, in ſæcula benedictus. Amen.

Rarò uel nunq̃ in diuerſis locis reperiuntur æquales piſtores, neq; etiam in uno loco, neq; eſt in poteſtate piſtoris, ſemper facere æquè bonum panem. Sic de prædicatione exiſtimate: quoniam inter eos eſt differentia magna, ſicut inter piſtores. Sed illi ſunt boni prædicatores, qui granum frumenti, qui Chriſtus eſt, ſciunt benè molere, ut perueniatur ad medullam purgationis tritici, & ſciunt poſtea facere panes uarios, pro uarijs ſtatibus nobilium, mediocrium, & infimorum, & qui miniſtrant Eccleſiæ illos panes ſimul, ut quiſq; ſecundùm ordinem ſuum reperiat, ubi reficiatur. Et non poteſt piſtor, ſemper æquè benè facere panẽ: quia hoc à gratia Dei depẽdet. Nec uos reſpicere debetis, quis ſit piſtor, ſed ad panẽ: quia ſi non eſuritis, non iudicabitis panẽ bonum. Sed ſi ex deliderio guſtatis, & uidetis panem, eius ſuauitatem appręhẽderis, *Prædicatio.*

& ubi-

http://www.obrascatolicas.com

& ubicũq; eſuriens potuerit habere panem, non interrogabit de conditione piſtoris, cuius uitæ, cuius nationis, & an mundus ſit necne, ſed ſolũm attendit ad panem. Et ſi non poteſt habere panem ſuæ conditionis & ordinis, ſcilicet nobilem, qui nobilis eſt, recipiet alium, quia eſurit. Ita chariſſimi, nemo oſtendat ſe non eſurire, ſed ſi fueritis eſurientes, replebimini bonis: & ſi pleni & faſtidioſi diuites, remanebitis inanes. Illi autem non ſunt eſurientes, qui ſunt curioſi, ad ſciendam conditionem piſtoris, & coci, antequàm comedant: aut qui reperiunt panem, non undiq; nitidè purgatum, & ob hoc negligunt capere: aut qui faſtidium capiũt, de copia panis, ſi eſurirent, copiã non ſpernerent, & conſeruarẽt pro ſucceſſiua refectione: aut qui ſunt infimi & groſſi, & conſueti comedere furfureum panem, & habent faſtidium de ſimila, uel econuerſo. Nam & ſi expectabunt, quouſq; omnes panes ſint extracti de furno per piſtorẽ, reperient etiam panem conſuetudinarium, quiſque in ordine ſuo. Conſulo tamen, ut diſcatis nobiles fieri, & nutriri de nobiliori: quia homo etiam de pane angelorum edere poterit, ſi ſe adaptare ſtuduerit. Oremus igitur, ut piſtor gratiam habeat, nobis panem, omne delectamentum in ſe habentem, communicandi.

Ex ſermone. Martinus hic pauper.

Paupertas.

CVm Deus noſter ſit abſoluta entitas, incontracta ad hoc uel illud: nihil habere ipſi conuenit. Via paupertatis, eſt tollere habere. Hac igitur uia, ſi Deus inquiritur, reperitur.

Omne quod habet partes, Deus non eſt: tollere partes, eſt uia modicitatis ſeu ſimplicitatis. Quare & hac uia ad Deum itur. Non eſt igitur Deus aliquid, qđ habet principium: ſed eſt principium abſolutum, abſq; principio. Non eſt igitur Deus in pluralitate, quia pluralitas, principium ſcilicet, unitatem habet: ſed Deus eſt unus, non plures. Non eſt Deus in ſenſibili mundo, cum ibi regnet corporea magnitudo, non ſimplicitas: nec eſt in rationali mundo, cum ibi regnet pluralitas, non unitas ſimpliciſſima. Quapropter, Deus non eſt nec cœlum, nec Sol, & ita de reliquis, nec aliud quodcunq; uiſibile, aut ratione attingibile: nec habens motum uitæ uegetabilis, aut ſenſibilis, aut rationalis, ſeu intellectualis. Quare nec arbor, nec lapis, nec metallum, nec animal, nec homo, nec angelus. Nihil enim horum eſt, qui aliquid habent: ſed ipſe eſt theſaurus, de quo eſt omne habere. Nam ſunt entia tantum, quæ habent eſſe: hoc quidẽ eſſe qđ habẽt, ab ipſo qui eſt abſoluta entitas, habere neceſſe eſt: omne enim ens, quomodo abſq; entitate eſſet? Semota igitur entitate, non poteſt cõcipi aliquid qđ habeat eſſe. Sunt deinde entia, quæ habent uitam, hanc autem non à ſe habent, nihil enim poteſt eſſe cauſa ſuiipſius, neq; ab alio habent, aliud enim à uita, non dat uitam: ſed ab ipſa abſoluta uita habent, ſine qua, nullum ens uitam habere poteſt. Sunt entia, quæ intellectum habent: quare illum habent, ab abſoluto intellectu. Deus igitur, qui hac uia paupertatis inuentus eſt, eſt theſaurus ditiſſimus, à quo fluit omne id, quod habetur. Vnde ipſe eſt hoc ipſum bonum, quod dat omnia, nam ipſe eſt ens entium, uita uiuentium, lumẽ intellectuale intelligentium. Potuit hic ſanctus noſter, in hac paupertatis uia, non ſolùm attingere unitatem abſolutam, quæ Deus eſt: ſed & unitrinum Deum: nam aut reſpexit ad plures creaturas, aut ad unam alí quam Si ad plures, illas uidit plures, inæquales, & diſtinctas. Et cum pluralitas ſit ex unitate, inæqualitas ex æqualitate, diſtinctio ex connexione: uidit principium trium. Si ad aliquam unam, uidit eam habere unitatem, æqualitatem, & connexionem. Vnitas, eſt ipſa entitas. Aequalitas, eſt ipſa formalitas, quæ non eſt nec maiùs nec minùs, ut res hoc ſit quod eſt: & eſt connexio, qua entitas ipſa, formalitati connectitur. Hanc trinitatem, habet omnis res à Deo trino, qui eſt unus: unitas pater, æqualitas filius, connexio ſpiritus ſanctus.

Licet ſanctus Martinus, immenſo gaudio perfunderetur, quia ad uenam boni peruenit: tamen ſe, deſideratum non poſſe attingere, conſpexit. Erat enim lux infinita, quam oculi cernere non poterant, ſed ad appræhenſionis contuitum excæcabantur: erat ignis conſumens, qui appræhendi & teneri non potuit. Et quia reperit

rit quod non potuit non uelle uideri, guſtari, appræhendi & poſsideri, quia abſoluta bonitas: quæſiuit per quem uideretur & poſsideretur, & non potuit niſi in natura humanitatis ſuæ querere, quoniam ſe uidit hominem, & appetere guſtum boni huius ſummo deſiderio. Reperit igitur hoc naturale deſiderium, humanæ naturæ ineſſe. Quod quidẽ deſiderium, cum haberet à uena boni: hinc uidit non eſſe fruſtra, ſcilicet ſciuit, nullam creaturam altiorem perfectioremq; poſſe eſſe illa, quæ ſubſiſteret in unione immediatiſsima & uniſsima, in uena ſui eſſe. Vidit igitur in cœlo intellectuali, ſe nõ niſi in illo perfectiſsimo, atq; ſolo altiſsimo, & pleniſsimo, cũ gratia poſſe apprehendere theſaurum diuinum. Reperit igitur theſaurum, quem uidit intellectualiter à longè, in agro naturæ ſuæ: non enim erat ager ille illius, niſi eum emeret, nec eum emere potuit, niſi uenderet uniuerſa quæ habebat. Chriſtus erat ager ille theſauri, quem niſi haberet, uidit ſe theſauro priuatum iri. Nemo autem participare poteſt de theſauro, niſi partem habeat in agro, quam habere nequit, ſi aliquid retinet. Vendidit igitur uniuerſa, & fecit ſe ſeruum Chriſti theſaurarij, & ut eſſet acceptior apud ipſum theſaurarium, omnia quæ habuit, liberaliſsimè atque hilariter ualdè ei contulit.

Vt eſſet liber libertate Chriſti, Chriſto ſe uendidit. Non enim habuit uitam, ſed dixit: non uiuo ego, qui uitam meã quam habui, uendidi Chriſto: ſed ille in me uiuit Chriſtus, cuius eſt uita mea. Non habuit uelle aut nolle, quia uoluntas eius, non ſui ſed Chriſti erat. Non habuit corpus uiuum, nam uita corporis, eſt uita ab anima procedens: ſed hæc uita erat Chriſti. Igitur uitalis ſenſus qui in eo erat, Chriſti erat. Cur hæc omnia: ut uita ſua quam Chriſto dedicauerat, abſcondita eſſet in uita Chriſti. Habitauit igitur in eo Chriſtus, quia ipſe in Chriſto, non erant membra eius, niſi Chriſti ipſum inhabitantis. Pauper Chriſtus qui ait, filium hominis non habere ubi reponeret caput ſuum, & modicus, quia uermis & non homo, atque abiectio plæbis; in ipſo habitabat. Erat igitur ipſi idem uiuere & mori, qui ſuper omnia oppoſita æqualiter ambulabat, & idem abundare, & penuriam pati. Nec mori timuit, nec uiuere recuſauit.

Quarti libri excitationum, ex ſermonibus R.P. Nicolai de Cuſa Cardinalis. Finis.

Excitationum ex ſermonibus Reuerendiſsimi Patris Nicolai de Cuſa Cardinalis, Liber quintus.

Ex ſermone. Amen amen dico uobis quicquid petieritis patrem in nomine meo.

EXiuit igitur filius patris æterni, de regno patris inuiſibili, ad hunc mundum, ut hunc mundum ſibi ſubiugaret, ut ſic omnia ſubijceret Deo patri, & debellaret principem mundi. Vnde illum non potuit uincere, niſi quando in mundo putabatur Ieſus uictus. Quare mortem morte interfecit, & pater mundo manifeſtatus eſt morte filij, & illa manifeſtatio, eſt uictoria. Venit igitur de patre, quaſi lumen candelæ, quod deſcenderet & illuminaret, ac inflammaret & ſineret ardere, & iterum aſcenderet, ſicut de candela ſeu cæreo paſchali Hieroſolymis, legitur: aut ſicut magiſter, qui artem occultam, per ſenſibilia uerba tradit in una regione, & deinde recedit.

Mors Chriſti.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Benedicta sit sancta trinitas, atq; indiuisa unitas.

Fides. BEnedicta sit sancta trinitas, atque indiuisa unitas. Confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam: Quomodo omnis rationalis creatura, per ea quæ in cultu religionis operatur, fidem ostendit. Ex operibus enim fidem uenamur. Nulla gens est, quæ non credat Deum, & hunc maximum, à quo omnia. Et quia sancta catholica Ecclesia, credit trinitatem in unitate, principium nostrum: hinc tàm trinitatem sanctam quàm unitatem benedicit, seu benedictam ueneratur. Vnde qui credit Deum comparatione ad creaturam in excellentia esse, puta sapientissimum, potentissimum, iustissimum, nam talia uidet in creaturis: hic talis tanquàm omnia uidentem & potentem timet, se coram illo inclinat & humiliat, se quantùm potest mundiorem repræsentat, eum adorat, & ueneratur. Sic uidemus cultum ex fide.

Theologia affirmatiua & negatiua. Docet nos Dionysius, quomodo ad Deum affirmatiuè, & quomodo negatiuè ascendimus: affirmatiuè, per excellentiam, affirmando ea de Deo, quæ reperimus bona in creatura: negatiuè, scilicet omnia negãdo, quia nihil omnium est qui super omnia. Paulus, postq; ad altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ eleuatus fuit, & uidit quomodo iudicia Dei incomprehensibilia, & uiæ eius inuestigabiles sunt, admirans unde omnia, eleuatus aiebat; ipsi gloria in sæcula.

Trinitas. Tres sunt uirtutes Theologales, quę nobis sunt necessariæ, tanquàm nostra trinitatis imago, in uera trinitate: scilicet fides, ex qua spes, ex quibus charitas. Fides, transfertur in certitudinem, spes in apprehensionem, charitas in connexum, & non perit: quia charitas est nexus.

In candela ardente est ignis, & ille de se ardorem generat: & ex igne & ardore, flamma. Et sicut candela accendit candelam, mediante flamma: ita Deus mediante spiritu omnia, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, et spiritu oris eius, omnis uirtus. Et attende quomodo uitrificator, in spiritu, optima uasa uitrea format.

Ex sermone. Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum.

Iesus. VOcabis nomen eius Iesum, quia saluum faciet populum suum. Hoc nomen quasi unguentum saluans tunc, quando est effusum. Est enim suauitas odoris eius & uirtutis, incognita, quãdo est in clauso uase: sed quando aperitur & effunditur, percipitur, tunc ad se trahit, sicut inquit sponsa: trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

Ex sermone: Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis.

Mensura. MEnsurare, uenit ex ratione, unde bruta non mensurant. Pars illa quæ mensurat, recipiet remunerationem. Capax est igitur intellectus remunerationis æternæ. Aliqui mensurant uera mensura: & illi capiunt ueram remunerationem à principe ueritatis. Alij falsa & dolosa: & illi capiunt remunerationem à falso & doloso principe.

Ex sermone: Erant appropinquantes ad Iesum, Publicani & peccatores, ut audirent.

Appropinquatio. Coincidentia. NOta coincidentiam, nam appropinquare peccatores ad Iesum, est appropinquare Iesum ad peccatores. Et non põt talis appropinquatio fieri ad perditum, nisi per illum, qui scit quærere & reperire. Vnde ouis nescit redire, neque drachma: ideò perdita dicitur, ob hoc est tanta lætitia dum reperitur, quia perierat.

Non potest perueniri ad domum pacis æternæ, nisi per Christum portetur. Vnde inducatum eius ui ratiocinatiua non peruenitur, sed quando in humeris portatur, & hoc est per fidem: sic enim compellimur intrare. Homo enim se habet ad diuinitatem

tem Christi, sicut ouis ad hominem (ut iumentũ inquit factus sum apud te) & ad humanitatem, sicut appretiata hominis similitudo seu imago ad mulierem. Nam drachma, imaginem hominis cuius est imago, gestat appretiatam.

Gaudium. Gaudium patris & magistri est, instruxisse filium & discipulum: & gaudium confratrum & condiscipulorum, est congaudere magistro & patri: & gaudium discipuli & filij instructi, coincidit cum gaudio patris, nam gaudiũ eius est gaudium patris. Gaudet pater, in filio se sapientiam generasse, suæ sapientiæ æqualem: gaudet filius, se sic sapientem à patre factum, quod pater de hoc gaudet. Item gaudent confratres, fratrem sic patris doctrinam recepisse, quod pater habet in eo gaudium, & bonam complacentiam. Sic quando misericordia diuina conuertit peccatorem, tunc omnes conciues cœli, congaudent Deo, quia reperit quod perdiderat, ita gaudent de repertione perditi.

Ex sermone. Filius hominis uadit.

Veritas. MVlta sunt altissima & penitus inexplicabilia mysteria, quæ latẽt in uerbis Christi, omnib. & singulis, cum ipse sit ueritas quæ loquitur. Et in simplicitate sensibili uerborum, uti in forma seruili humana: latet inaccessibilis altitudo diuini uerbi. Induit enim formam serui, forma Domini & Dei.

Christus dicit se ire, ut scriptum est de illo. Nam festinare habemus, ut simus parati ad eundum cum eo: ipse enim est qui uenit de cœlo, & solus potest nos ad cœlũ ducere. Oportet igitur ut simus unum cum eo, quia solus ipse potest intrare in cœlum, q descendit, ipse est qui ascendit Oportet igitur nos ambulare, sicut ipse ambulauit, & esse unum cum eo. Sicut enim pellis mortua quam induis, peruenit tecum ad cõspectum regis: sic tu si unitus fueris Christo, intrabis cum eo. Sed oportet ut magis sis ei iunctus, scilicet ut sis membrum eius.

Sicut enim seruus non potest nec cõtrahere, nec aliquem actum liberi hominis exercere, nisi fuerit de seruitute, ad libertatem translatus: sic nec homo, nisi translatus de mundo, ad regnum Christi. Quando autem sic homo translatus est, quasi ad portum de turbido mari positus, ut ambulare possit: tunc debet considerare, quomodo cum Christo proficisci possit. Nam omnia in Christo reperiet: quia ipse est filius hominis, & frater omnium. Similiter in omni humano transeundi modo reperitur: si enim minister es, ipse & minister est: si seruus, seruus: si magister, magister: si rex, rex, omnia in ipso. Sed quid est ipse in omnibus? Certè ipse est humilis & mitis corde, iustus & pacificus: oportet enim te sic ambulare, & tollere iugum eius, quod est suaue & leue. Deponite igitur sarcinas graues peccatorum, quæ impediunt cursum cum Christo.

Si igitur cum Christo ire uolumus, attendere debemus, ut sic agamus uti hodie legimus, & factum Christi repræsentauimus. Primò oportet recedere de Aegypto, lauari in mari rubro, perseuerare in deserto, & hoc secundùm lectionem, quæ est considerandа, ut sine murmuratione recipiamus de cœlo panem. Oportet secundò attendere, ut post lotionem & pœnitentiam, obuiemus saluatori regi nostro, qui rex est per naturam, & recipiamus eum, & in ipso consideremus mansuetudinem & ueritatem. Oportet tertiò altiùs nos rapi cum Paulo in epistola, ut Christum quem ut regem recepimus, cognoscamus. Oportet quartò Christum sequi per mortem, secundùm passionem.

Ex sermone. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Natura humana. Fides. SIcut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Natura nostra ut est ex Adam, tunc non est unibilis diuinitati: sicut tenebræ, quæ non sunt unibiles luci, & lux, non possunt se mutuò compati. Secundum Adam, natura ex terra ortum habuisse describitur, quæ est opaca & tenebrosa: secundum Christum, de cœlo lucido. Secundum Adam, natura est semen mortis, & infirmitatis, & ut sic, non est unibilis uitę, quia cinis in cinerem reuertitur. Sed non est

http://www.obrascatolicas.com

natura languida, ſecundùm ſeipſam: quia non ſentit ſe languidam, non eſt infirmus, qui non ſentit ſe infirmum, ſecundum ſuum iudicium. Sicut natus paralyticus aut cæcus, non habet ſcientiam infirmitatis. Nemo poteſt ſcire quid cæcitas, niſi ſciat quid uidere. Vnde ſecundùm Adam, natura eſt ut cæcitas, in qua naſcimur, ex qua poſſunt ſequi pericula, quæ cæcis aduenire poſſunt, ſcilicet caſus in foueam. Secundum Chriſtum, uidendi poſsibilitas. Et nota, quòd natura humana, ut eſt quaſi rationalitas in animalitate: eſt ſicut lux in lucerna, ita quòd rationalitas per animalitatem operatur, ſicut candela ardens & ſplendens per lucernam. Et cum ratio ſequitur animalitatem, eſt ſicut ſi lucerna eſt ex tranſparenti, colorato tamen uitro, & lux candelæ ſic reſplendet, & ita eſt ex Adam. Sed ut eſt animalitas in rationalitate, eſt quaſi lichnus in ardenti candela, & ſic eſt ex Chriſto. Nam Chriſtus, non eſt niſi uerbum, ſeu ratio, ſeu lux quæ illuminat. Homo ſecundùm Adam utitur ratione, ſicut utitur candela in lucerna, & querit per diſcurſum ſibi conueniens, ſecundùm animalitatem. Homo ſecundum Chriſtum, utitur animalitate, ut ratiocinetur: ſicut flamma candelæ utitur lichno, ut ardeat & ſplendeat. In ratione eſt uis intellectiua: illa uis eſt, ex qua homo acquirere poteſt, artes mœchanicas & liberales. Vis illa ſemper fuit in anima, ignorabat tamẽ anima potentiam ſuam, quòd ſcilicet poſſet habere artem ſeminãdi. Venit unus, qui hanc artem primò ex ſe habuit, & aliis tradidit, & aiebat populus: benedictus Deus, qui dedit hãc poteſtatem hominibus, ſic de arte medendi, de arte ſcribendi. Sic uenit Ieſus, qui ex ſe habuit omnem ſcientiam & artem, omnium ſcibilium, inter quas artes eſt ars uiuificandi: nam omnes aliæ artes mechanicæ & liberales, ad uitam ordinantur. Ars igitur uiuificandi, omnes includit. Et hãc artem ſanandi, & uiuificandi, et communicandi ſe aliis, ex ſe habuit Chriſtus, & quicunq; receperunt eum in eius doctrina, facti ſunt ut ipſe erat filius Dei, etiam & ipſi filij Dei. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

Fides. Et hæc ars, eſt fides, ut quantùm credere poſsis, tantùm aſſequaris. Recta fides, eſt omnis ſtabilis perfectio in hoc mundo. Sicut cæcus, dum offendit ad murum caput, ſentit triſtitiam ex cęcitate ſibi euenisſe: ita ſentit gaudium ex potentia uidendi, quando non ſolum euadit periculum, ſed lumen uidet omnibus delectabile. Quare humana natura, de ſe eſt ut oculus, quæ ſecundùm Adam eſt ut oculus talpæ, ſecundum Chriſtum, ut oculus aquilæ.

Ex ſermone: Videte ne contemnatis unum ex his puſillis.

Vita. Moys. COnſidera de uita æterna, & eius contrario, ſcilicet igne æterno, & quòd ille ignis ſit gehenna. Ex quo habes, animam in igne æterno, ęternaliter eſſe, et ita non perit: & tamen eſt ſine uita, hoc eſt quòd anima, eſt ut oculus uerus in tenebris. Eſt enim & ſine uita ſua, caret enim luce, ſine qua actu non uidet. Sic anima, quæ luce caret illuminante mentem, non uiuit, licet ſit.

Intellectus ſeu ratio. In nobis eſt quoddam ſemen diuinum. Hoc ſemen, eſt uis quædam intellectualis, & eſt in terra ſenſibilis uitæ ſeminata. Et in parte illa, in qua contingit uitam ſenſibilem, eſt ratiocinatiua: nam eſt ſeminata illa uis, ut proficiat, nõ ut ait Plato. Oportet igitur concitari admiratione, ut pergat & inquirat Deum, & nõ eſt Deus, in ratione aut ſenſu attingibilis: quia eſt in regno ſuo, quod non eſt de hoc mundo. Illa uis intellectualis, quidditatem rerum inquirit: & hoc eſt Deum quærere, qui eſt cauſa cauſarum, & habet lumen rationis, in quo relucet lumen æternæ rationis. Et poteſt intellectus concitatus, quaſi ignis ex ſilice elicitus, per lumen quod ex eo reſplendet, creſcere ſine termino: ſicut uidemus intellectum ſemper poſſe proficere, & nunq; ſatiari, & proficit in ſchola Chriſti, quia ipſe eſt magiſter. Et docuit nos Chriſtus, quomodo proficere poteſt, uſq; ad filiationem Dei, hoc eſt cognitionẽ Dei. Solus enim filius, per ſe cognoſcit patrem: adoptiuus autem, ex reuelatione ueri filij, ſeu ex gratia. Nam adoptio, eſt gratia. Vnde adoptiuus non per ſe, ſed per Ieſum: ſicut homo tranſit mare, non per ſe, ſed defertur in naui, & per ſpiritum ſiue uentum. Ac ſi quis uellet effici filius, quia hoc extra filiationem eſſe non poſſet: oporteret illam indui, ſic de arte. Sicut autem argẽtum uiuum, habet in ſe uim conuertibilem, ita quòd per unam

unam decoctionem, operatione naturæ, conuertitur in plumbũ, per aliam in ſtagnũ: ſic ſpiritus noſter, conuertitur per decoctiones, ad ſimilitudines perfectorum metallorum. Perfecta metalla, ſunt ſpiritus intellectuales, actu ueritatem appræhendentes, & uidentes, qui quidem ſunt angeli. Eleuatur igitur ſpiritus noſter, ad ſocietatem angelorum, ſecundùm quod in hoc mundo profecit in ſcholis.

Ex ſermone. Quodcunq; ſolueris ſuper terram, erat ſolutum & in cœlis.

Fides REſponſio hominũ, eſt coniecturalis. Nã eſt ex aliqua nota ſimilitudine arguens, ſed ueritas non attingitur ex coniectura. Ob hæc fides noſtra nõ eſt ex homine, quia nulla coniectura ad ipſum attingit: ſed reuelatione patris, ut Magiſter ad Petrum loquens, atteſtatur. Vnde euangelizatio, eſt eius annunciatio, quæ ſine uerbo, occulta maneret: fides enim ex auditu, auditus ex uerbo, ex uerbo reuelatio. Verbum reuelat patrem ſuũ, aliàs incognitum, nemo ſcit quis ſit interior ille homo, niſi reueletur, nam nemo ſcit quid ſit in homine, niſi ſpiritus hominis, qui eſt ipſe interior homo. Et hic ſpiritus eſt in uerbo, in quo ſeipſum reuelat: pater in filio reuelatur, & omnipotentia patris, reuelatur in arte, ars autem in opere. Vnde opera Chriſti, perhibent teſtmonium artis omnipotentię. Inſeperabilis autem ars omnipotentiæ, uirtus eſt ab eſſentia creatoris, per q̃ Deus fecit & ſæcula, quæ eſt ut uerbum omnipotentis, cui omnia obedire neceſſe eſt.

Mens. Sicut Deus eſt eſſentia eſſentiarũ: ita imago Dei eſt mens, quæ eſt ſimilitudo ſeu ſpecies ſpecierũ. Et hinc ſicut cõuenit Deo dicere, & hoc eſt ſui ſimilitudinem explicare: ſic mens humana explicat, dicendo ſuam ſimilitudinem. Chriſtus, eſt filius hominis, ut ſit omnium frater, & cuilibet uolenti proximus.

Ex ſermone. Manducauerunt & ſaturati ſunt.

Verbum Dei. Paſtus. PRædicante Ieſu, anima rationalis unibilis eſt uitæ perpetuæ, ubi in eo, per hãc unionem, paſcitur uita eius, qui ſolus habitat immortalitatem: illa enim uita, eſt animę perpetua lætitia, quia ad ipſam ſummo deſiderio fertẽ, quaſi corporalẽ famẽ patiens, fertur ad deſiderium paſcẽtiq;. Et ad hoc ut experirẽtur, q̃to deſiderio anima mouetur ad cibũ uitæ, permiſit eos capi deſiderio audiẽdi uerbũ, unde paſcitur anima, uſq; ad neglectũ corporis, tanta fames ipſis orta fuit, qđ diceret: miſereor ſuper turbã. Et deide oſtẽdit potẽtiã uerbi, excitato appetitu, et docet omnẽ paſcẽtiã ex uerbo. Sed ex eo uerbo, in cuius porẽtia eſt, oĩa ſenſibilia paſcere per ſenſibilia, intellectualia per ſeipſum: quia ueritas, quę ſola paſcit intellectũ. Vnde cũ turba multa ualdé fameſceret, & parũ eſſet prouiſionis ad refectionẽ, ſcilicet ſeptẽ panes et duo piſciculi, et tamen omnes poſt benedictionẽ & diſtributionẽ fuerunt ſaturati: intellexerunt non eſſe panẽ & piſces (qui uix fortè quatuor hominib ſuffeciſſent) qui paſcebant, ſed Dei uirtutem, per quam panis habet ut paſcat. Vnde clariſsimè ſunt experti, illam uirtutem eſſe infinitam, quæ præſtat pani ut paſcat. Et ob hoc non refert, an ſint pauci an multi panes: quia non refert uirtuti infinitæ, in paucis uel multis paſcere. Quare hæc uirtus infinitæ uitæ, pabulum ſine faſtidio ſemper præſtare poteſt: quia paſcendo uitam, paſcit deſideriũ ad uitam. Vnde nunquàm dicit oculus ſufficit, quando ei delectabile obiectum præſentatur: nam paſcitur uita eius (quæ eſt uidere) per obiectum, & non ſolùm uita eius, ſed & deſiderium ad ipſam.

Rex. Sicut in apibus rex, & in gruibus & aliis, rex reperitur naturalis, quem comitantur multæ apes & grues: ita Chriſtum, non propter ſaluationẽ & pabulum, ſed quia rex eſſet naturæ, turba multa ſemper per deſertum & ultra aquas ſequendo, eum non deſeruit, ipſe uerò ſaluationem præſtitit, quia rex & Dominus. Si enim aliqui homines contra uenenum ſerpentis, ſolo tactu leguntur per genealogiam curaſſe, & Titus Imperator cęcum: potuit Chriſtus ſecundùm naturam omnia, quia in eo complementum perfectionis naturæ.

Spes. Deus ad finem ut cognoſcatur, permittit negotium conduci ad illum terminum, quod eſt deſperatio de omni humano ſubſidio, & tũc qui ſperãt in eo, experiunt eius

http://www.obrascatolicas.com

pietatem & misericordiam. Quamdiu igitur potest alteri ascribi effectus, permittit cursum, & de hoc, experientias plures uidi.

Ex sermone: Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur.

Obedientia. DValis numerus, est cadens ab unitate, sic est diuisionis. Duplicia sic se habent, quòd unum est contra unum. In rege et suo officiali, non sunt duo domina: ideò non teneor obedire officiali, nisi inquantùm officiali. Quare si aliud mandat, quàm uult dominus, non ei sed domino obediendum est.

Amor. Christus dat doctrinam. Vnus homo, non potest nisi ad unum amorem habere: & ideò non potest non odire alium ab eo, quem diligit, diuisum. Capacitas uoluntatis, licet sit potentiæ infinitæ, tamen quando actu eligit, per electionem terminatur. Sicut in luto figuli, est potentia ad omnia uasa cuiuscunq; formæ, quæ terminatur per actum. Anima igitur tunc dicitur diligere, quando eligit: & sic amor est forma, informans uoluntatem. Et sicut materia prima, nunquàm quietatur sub una forma, quia data una, est in potentia ad aliam: sic uoluntas nunquàm quietatur per amorem, quia dato uno, est in potentia ad alium. Sed si materia prima adipisceretur formam, quæ terminaret omnẽ potentiam materiæ, tunc quiesceret, sicut in corporibus cœlestibus. Ita in uoluntate, quoad ipsam charitatem absolutam, quæ Deus est. Vt forma cœli, est ut forma formarum huius mundi, in quo mundo formæ generantur, & corrumpuntur, & quicquid formalitatis habent formæ generabiles, habent participatione formæ cœli. Quare ut materia quiescit in forma cœli: sic uoluntas in charitate, quæ Deus est. Sicut materia metallaris quiescit in auro, quia est complicatio uirtutis, omnis formæ metallaris: sic Deus est complicatio uirtutis omnis amoris. Ideò non quiescit in alio uoluntas, quia semper plus habere potest, quàm habet: & nunquàm quiescit, nisi id habeat, quod in se complicat omne amabile.

Ex sermone: Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit unanimes in domo.

Pax. Vnanimitas. SPeculatio, est habitatio in pace: nam est quies rationalis spiritus, seu ultima fœlicitas. Est pax Dei, in loco sancto suo, & est suus ille locus quem sibi elegit, & est templum, de quo dicitur, fideles esse templum: sicut regia celsitudo est, & conseruatur in fidelitate subditorum. Deus facit habitare unanimes in domo. Omnis enim uirtus & fortitudo plæbis, est ex unanimitate, quãdo est anima una in multis, siue cor unũ, ibi pax & firmitas, uti inter membra unius hominis, quia non habent nisi unam animam.

Pax. Nulla salutatio est sine pace, & quantò plus pacis affert: tantò pulchrior & gratior. Pax igitur, est ipsa pulchritudo, quæ omnia efficit pulchra. Quælibet res in sua pace consistit. Nam quietatur quodlibet in sua specie: quoniam in specie humana, complicantur omnes species animalitatis, sub principe intelligentiæ, cum homo mouetur ad similitudinem specierum brutalium, recedit à pace humana, sicut ebriosi, luxuriosi, ad porcorum naturam, iracundi ad leonum. In homine sunt, spiritus, anima, & corpus, sicut in mundo elementalia, uitalia, & intellectualia. Et quoniam necesse est, si pax debet seruari, quòd quòdlibet membrum seruet officium suum: tunc est unitas in corpore, sicut concordantia in organo, & harmonia in cantu.

Ex sermone: Iesu præceptor, miserere nostri.

Caro. HOMO non potest facere omnia quæ uult, ex eo quòd uoluntas est ad optima inclinata, & nihil uolitum, nisi sub ratione boni eligatur: sed facere non possumus omnia, quia caro aduersatur. Sicut sessor in equo rebelli, uellet citò attingere locum, sed equus cum pungitur, retrocedit, & non obedit.

Ex ser-

Ex sermone. Annulo fidei suæ, subarrauit me Dominus.

Amor. SIcut in nuptijs est amor sponsi & spõsę, ita quod amor ibi de uitio carnis, translatus est in sanctificationem, ubi quisq; possidet uas suũ in sanctificatione: talis est similitudo amoris nuptiarum, ad amplexum animæ cum sapientia.

Amor sapientiæ. Habemus stimulũ animæ rationalis, quo stimulamur ad desideria spiritualia, quæ quidẽ desideria sunt scire. Amor concupiscentiæ quò ad carnẽ, amor scientiæ quò ad rationalem spiritũ, insunt nobis. Sicut igitur cõcupiscẽtia in regno mũdi huius, translata ad sacramentũ matrimnonij, quiescit in sanctificatione: sic amor scientiæ, translatus ad ueras nuptias sponsi, quiescit. Vnde quámdiu rationalis spiritus, à uero sponso diuisus, fertur illimitatè ad uanas artes, non inuenit id, ad quod natura stimulat, sicut qui luxuriatur cum omni scorto. Oportet igitur quod ad nuptias transferatur, & desponset sibi non instabilem, sed æternam sapientiam, & illam non potest appetere, nisi in natura sua.

Ex sermone. Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.

Denarius. Intellectus. DEnarius, est numerus, in se complicans omne numerabile. Valor denarij, est mẽsura, in qua omnium ualor attingitur. Valor equi, ualor uini, attingitur in ualore denarij. Denarius, est complicatio potentialis, numeri, ponderis, & mensuræ.

Vnde sumus secundùm spiritum intellectualem & incorruptibilem, quasi aurum uiuum uita intellectuali, quod potest seipsum conformare omnibus. Sicut si cæra esset uiua uita intellectuali, ipsa se conformaret literis & figuris rerum. Quia tamen nõ est sic uiua, tunc per intellectum extraneum hominis, ad hoc ducitur. Hanc naturam habemus ab artifici omnipotente, qui est omnia in omnibus: dat nobis imaginem suam uiuam, secundùm quam possumus non formare omnia ut ipse, sed assimlare & conformare nos omnib. Sed uis assimilatiua, non est nisi ad uim formatiuam cõuersa, quia in tantùm est assimilatiua, inquantum formatiua: ita non quiescit uis illa assimilatiua, nisi in formatima. Et potest ex litera dici, nos sic conductos primo mane, & ita missos in uineam huius mundi. Deinde uenit illa natura nostra ad tertiam, quando Sol est eleuatior, qui illuminat uim nostram & ociositatem, quæ secundum illam naturam est, quãdo non operamur secundum eam, & tunc conducimur, ut exeramus ex illa potestate, labores intellectuales. Et potest dici tempus illud, quando discretio incipit apparere: & tunc quasi pueri, qui ponuntur ad scholas, incipimus proficere in Grammatica. Et incipit apparere in nobis uis rationalis: & hora sexta, ad altiores facultates, puta Logicam: hora nona, ad Philosophiam: undecima, ad Theologiam. Item primum mane, ad tempora prima post Adam, usq; ad diluuium. Tertia, usque ad Abraham. Sexta & nona, de Moyse per Prophetas, usq; ad Christum. Vespera, de Christo, usque ad aduentum eius secundum. Et primum mane, potest dici uis sensibilis, tertia imaginatiua, sexta rationalis, nona intellectualis, uespera intellectibilis siue diuinalis. Item prima, potest dici creationis. Tertia, recreationis in Christo. Sexta & nona, & uespera, profectus supererogationis. Primò es homo, Secundò Christianus, Deinde uocatus ad hoc uel illud, puta es agricola uel uiticola, ne sis ociosus, uel ut sis religiosus. Et potest dici, quod primò es aurum, deinde monetatum, deinde superscriptum. Denarius, est bonus & uerus, si habet omnia illa, scilicet ueritatem auri, ueritatem imaginis, & ueritatem superscriptionis: & Deus est ueritas denarij. Denarius qui est uerus denarius, secundum naturam auri incorruptibilis, est à ueritate quæ est pater, secundum imaginem, à filio omnia formante: secundùm rotunditatem, à spiritu sancto, in sua æternitate omnia continente: nam spiritus est hoc, quod continet omnia.

http://www.obrascatolicas.com

Ex ſermone. Beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Verbum. SIcut uerbum, in humanitate uirgineæ carnis habitans, naturam humanã eleuauit, attrahendo in unionem perſonalem: ita uerbum in humana mente habitans, ad unionem attrahit animam rationalem, ſicut magnes ferrum.

Dæmon. Quibus non eſt intellectus, in his dæmon habet poteſtatem. Vnde dæmon, intellectuali noſtræ naturæ illabi nequit. Omne enim quod ligat dæmon, per ſeipm, & per ſuum illapſum, ligat. Sicut frigus, per illapſum ligat aquam, quia ſubintrat, & intrãdo ſtringit: ſicut uis coagulatiua coaguli, coagulat lac per illapſum. Sic ex Marci ſeptimo, lingua muti ligata fuit, & ſolutum eſt uinculum linguæ eius. Sed rationali ſpiritui, non poteſt quicquam illabi, niſi uerbum Dei: quia eſt ſimilis Deo qui eſt ſpiritus, & inter ipſum & Deum, non mediat natura. Inter enim ueritatem & intellectũ, nulla natura media eſſe poteſt. Deus ueritas eſt, ueritas autem capitur in intellectu. Solus igit Deus, illabitur intellectuali naturæ. Et ſicut frigus poſsidet aquam quam ligat: ita uita ueritatis, per illapſum intellectualem, animam poſsidet, ſicut conceptus lætitiæ lætificat, & magnæ lætitiæ multum lætificat, ita æternæ lætitiæ æternaliter, & lætitiæ abſolutæ abſorbet penitus, & hæc delectatio lætitiæ apprænditur per eos, qui intrant in gaudium Domini ſui. Et ſicut malignus ſpiritus, per accidẽs congelat: ita bonus ſpiritus liquefacit. Propter hoc, charitas ſiue ſponſa ait: Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus meus loquutus eſt mihi.

Peccatum. Ex ligatione, ueniunt peccata, ſicut ſi fluxus fellis ligaretur, ut augeretur, homo efficeretur iraſcibilis. Sic ligari poteſt ſpiritus uitalis, ſic fit homo luxurioſus. Per accidens incitamur ad uitia, quibus impedimento ſublato, naturali motui præſtito, per rationem reſiſtere poſſumus, licet etiam moueamur.

Verbum. Verbum uidet omnia, per quod omnia, & ipſum auditur in omnibus: quia omnia ei obediunt. Videre eſt regni, ubi Deus, audire autem huius regni. Audiam dicit Propheta, quid loquatur in me Dominus Deus. Non eodem modo uidet Deus & dæmones. Nam dæmones uident per rationem diſcurſiuam: Deus, per ueritatem intuitiuam. Dæmon, cogitationes uidet in coniectura: Deus uti ſunt. Quare diabolus, in ſignis conceptum legit, ſicut homo, in literis conceptum ſcribentis: Deus autem nõ literis ſeu figura legit, ſed intuetur. Videre autem cogitationes, eſt ſolius Dei.

Si unitas eſt de eſſentia omnis regni, non eſt aliud regnum Dei, niſi abſoluta unitas, ſeu pax.

Ex ſermone. Qui habet aures audiendi, audiat.

Vnitas. VErbum dum induit carnem, habitu homo uidetur, dum reſurgit à mortuis, oſtẽdit uirtutem ſuam, quia Deus: ſolus enim Deus dominatur morti, quia auctor uitæ. Litera, mortua uidetur & immobilis, & ſenſibilis, & eſt, nec mouent literæ, non habentem aures audiendi. Si enim idiota reſpicit literas, non mouetur, quia ſunt mortuæ illi: ſi uerò habens intellectum eas legit, mouetur ex ſignificato. Dicit paterfamilas fac hoc, & ſeruus facit. Verbum ſenſibile non mouet: quia etiam barbarus & ignarus linguæ, ſenſibiliter audire poſſet, & tamen non moueretur. Intellectus igitur, qui eſt ſpiritus ſenſibilis uerbi, latitans ſub ſignis ſenſibilibus, mouet, uiuificat, cibat, delectationem affert, illuminat. Oportet igitur diſcipulos Domini habere aures audendi uerbum, quod ſeipſum uerbo exprimit.

Ex ſermone. Eſtote parati, quia qua hora] non putatis.

Tranſitus. CVm ſponſus pulſat, confeſtim aperire debemus, & ſi aperimus, tunc facit nos diſcumbere: & tranſiens miniſtrat, ſicut Sol tranſiens oculis lumen miniſtrat. Aliter non eſſet claritas, uiſum in actu ponens, ſed exuperans, propter improportionem infiniti ad finitum. Sed ſi Sol ſtaret, nihil poſſet

poſſet ſufferre uirtutem eius, ideoque eſt ſemper tranſiens, ut uitam ſenſibilem influat, & miniſtret.

Ex ſermone. Diabolus reliquit eum, & ecce angeli acceſſerunt.

NIhil maiùs per fidem ſperari poteſt, quàm quod Deus ſe, & ſuum regnũ donet confidenti. Nam aſſequitur quiſq; ſecundùm fidem. Quando quis baptizatur, tunc abluitur imago diabolica ueteris hominis: Quaſi ſi aliqua fœda imago, in pariete ablueretur, ut noua in eo depingeretur, uel ſi ars falſa, tolleretur per uerum magiſtum, qui fuit deceptus, tunc poſtea imbuitur arte uera. Sed quando imbui debet, oportet quod ſe retrahat in deſertum, & abſtineat (ut Salomon) à uino, quando ſapientiæ ſe dedit. *Fides.*

Nota uerbum, ubi dicit tentator: ſi filius Dei es, dic ut iſti lapides panes fiant. Ecce quomodo uerbum Dei, omnia penetrat, & id omnia audiunt, & ei obediunt. Si enim omnia, per hoc quod audiunt uerbum, id ſunt quod ſunt: omnia fieri poterant id, quod uerbum dixiſſet: & lapis audit, & obedit: & aqua audit, & obedit: & aqua quæ erat in ſua aquea regione, ſeu natura, uadit ad regionem uini, quia uerbum ſic mandat, cuius uis eſt omnipotens. Et uerbum loquitur in radio Solis, ad omnia quæ generantur: & unum eſt, & ſimplici elocutione, uarietas rerum prodit ad ſenſibile eſſe, uti uerbum imperatoris exercitus, in tuba omnibus loquitur, & quiſque facit ſuum opus in uerbo illo. *Verbum.*

Ex ſermone. Magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis.

VErbum Dei, facit immobile moueri. Sicut nauis in mari, aut ſtagno, eſt de ſe immobilis, & mediante ſpiritu ſeu uento, nauta ipſam mouet quo uult, ſpiritu non deficiente: ſic fides eſt conceptus, fortificans ſpiritum noſtrum, ut poſſit in opera ad quæ non potuit. Chriſtus operatus eſt miracula, & dicit a libi: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Coincidunt igitur, fides & uerbum. Et attende, ſi per exorciſmos curantur homines à ſpiritu maligno, ſiue illi fuerint filij Iudæorum, ut Chriſtus dicit, & filij ueſtri in cuius nomine ejciunt: tunc exorciſta non operatur, ſed fides, et fides, eſt ut nomen ſeu uerbum Dei. Chriſtus habuit maximam fidem, quia uerbum ipſum, potuit igitur omnia Vnde dicunt Apoſtoli: adauge nobis fidem. Potuit fides augeri: non ergo habemus fidem, quæ non poteſt augeri. Et ideò noſtra fides, eſt ex participatione abſolutæ fidei. Sicut igit bonitas abſoluta, eſt ipſa maximitas, & ob hoc eſt omne id, quod eſt omni bono, quoniam bonum non eſt extra bonitatem: ſic fides abſoluta Chriſti, ſe habet ad omnẽ fidem. Vnde abſoluta fides, omnia indifferenter operata eſt in Chriſto, ſed in alijs non indifferenter: alius enim habuit operationem unam miraculoſam, alius aliam. Vnde in miraculoſis operationibus, deuenimus in notitiam fidei: fides enim eſt ſupra naturam. Spiritus noſter, non inquantum animat naturaliter mouendo, ſed ut concipit uerbum fidei, operatur ſecundùm conceptum. Et hæc eſt doctrina Chriſti, habere fidem, per quam unimur uerbo omnipotenti. Fides, donum eſt: ſed rationalis ſpiritus, ad capiendum, ſe adaptat humiliatione. Nam de ſe patet, humiliationem requiri neceſſariò ad fidem, qui credit, redigit intellectum in ſeruitutem, & humiliationem. *Fides.*

Ex ſermone. Vigilate, quia neſcitis diem, neq; horam.

VIrginitas, eſt potentialis fœcunditas, actu infœcunda. Sic anima rationalis, in potentia eſt fœcunda, actu adhuc non fœcunda, ſed conceptione uerbi fœcundatur. Sicut anima fœcunditate carens artis, fœcundatur poſt conceptionem, ut actualiter artem habeat fœcundam. Sic aduerte, quomodo ars eſt quædam fœcunditas rationis, ex conceptione uerbi eam exerentis, & ars eſt quædam fœcunditas, quæ exerit formas actuales ſenſibiles. Sic De- *Fœcunditas.*

http://www.obrascatolicas.com

us pater, est intellectus: filius, est ars intellectus, & unio seu amor intellectus & artis, est spiritus.

Ex sermone. Iam patres & frattes.

Victoria. Arma victoriæ

CVm omne nostrum studium ad hoc tantùm tendat, ut Deum quæramus, inuentumq; non perdamus: Paulus doctor noster, per Ephesios nos instruit, quibus regulis id fieri possit, non enim aliter ad Deum patrem peruenitur, nisi per filium. Solus enim filius nouit patrem, & nemo alius, nisi filius ei reuelauerit, qui est uia, ueritas, & uita. Est enim uia, per quam si quis introierit, pascua inueniet: quid est autem quod nos pascit, nisi Deus? Constat autem, ueritatem obiectum esse intellectus, in qua pascitur. Veritas igitur est uita rationalis spiritus. Vnde quum uerbum sit caro factum, & habitet in nobis: constat in nostra humana natura, nos uiam habere ad ueritatem, quæ est uita nostra immortalis. Oportet igitur nos per Christum, Deum patrem quærere, & tenere. Et quia nostra uirtus parua & infirma, non potest nisi per uictoriã aduersarij, Christi uiam tenere: tunc Paulus nos instruit, quomodo infirmitas nostra, in Christo Iesu, uincit principem tenebrarum. Christus enim, est lux rationis: uincit lux tenebras. Princeps tenebrarum, quem, ait Apostolus rectorem huius mundi, mendax ab initio, & non ducit ad ueritatem. Et ut ualeamus tenere confessionem nostram, opus habemus maxima, & uigilantissima, & uictoriosissima diligentia. Sumus autem in hoc mundo, ubi regnat princeps, qui aduersatur nostræ saluti, illum autem debellare, quis non uideat difficilimum? Docuit Apostolus, aliquorum qui per Christum Deum repererunt, bellum esse contra carnem & sanguinem, & mundanas istas cupiditates: sed aliorum, quibus mundus iste cessit cum concupiscentijs suis, bellum esse acrius contra insidias diaboli, principis mundi huius. Et hi sunt in comparatione ad primos, ut anima rationalis ad corpus se habentes: & ob hoc, uocãtur spirituales, & à Deo electi, & in eius sortem translati. Hi tales sunt, quibus Paulus scribit in epistola: confortamini in Domino, & in potentia uirtutis eius. Non enim ex nobis aliquid possumus, contra tot insidias, nos à uia retrahentes, sed in illo tantùm, qui ait confidite, quia uici, in eo enim princeps huius mundi, nõ habet quicquàm. Docet nos ex ordine Apostolus, quomodo spirituales, ad euadendas insidias diaboli, se habere debent. Omnis miles primum eligit principem, & confidit sub eo posse uictoriosè militare, sine qua confidentia, nequaquàm bellum intraret. Sed non est contra mendacium potestas, nisi illius qui est ueritas, & hic est Dominus dominantium. Confidenter igitur in uirtute illius, hoc bellum intrari debet. Deinde docet, sine armatura non esse bellandum, etiam sub potentissimo duce. Vnde docet armaturam accipiendam, & illam ait induendam, & sit armatura una, scilicet Dei, quæ est tantæ efficaciæ, q; insidiæ diaboli, nihil contra eã possunt, & non cadet seu succumbet, sed stabit sic armatus. Causam cur hoc sit necessarium, subiungit: quia non est nobis colluctatio, aduersus carnem & sanguinem: in illa enim colluctatione, armatura est, ad tegumentum carnis & sanguinis. Et quia hæc reluctatio, est aduersus principes, & potestates, & aduersus mundi rectores tenebrarum harum, & contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus: propterea accipi debent arma cœlestia, contra nequitias cœlestes, ut in die malo, possint perfecti milites stare. Deinde docet, quæ sint illa arma, dicens. State ergo succincti lumbos uestros, in ueritate, & induti lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, ut possitis omnia tela ignea nequissimi extinguere, galeam salutis, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei: per omnem orationem & obsecrationem, omni tempore orantes in spiritu, & in ipso uigilantes.

Ex

Ex sermone: Tertia die resurrexit.

TRes dies considerãtur. Prima dies est, quæ est una, & in principio: hæc dies est in principio. Principium autem est æternum. Si enim non esset æternũ, ab aliquo esset: nihil enim quod initium habet, à se habet esse, sed ab alio, quod est principium, & ipsum principiatum, principium igitur æternum. Dies igitur, quæ est in principio, est æterna. Hæc est dies, quæ est principium absq; initio. Et sicut in luce ostenduntur omnia: ita in illa die sunt omnia, ut in luce uiua: & est hæc dies æternitatis, ratio, siue λόγος rerum, nam non uidetur res in ueritate, nisi in ratione. Scire, est rem per causam cognoscere. Ita ratio est ueritas rerum, sic omnia quę sunt in ratione æterna, sine initio sunt, ratio enim est causa: coincidunt enim, causa, ratio, & principium: quare æterna. Hæc ratio, est ars seu sapientia æterna, in qua, & ex qua, & propter quam, sunt omnia. Est ars creatiua, complicans omne creabile: ars omnipotentiæ, complicans omne possibile. Hinc ei nihil accrescere potest, nihil ab ea tolli potest, quum sit omne quod esse potest. Hæc ars diuina, est uerbum, per quod omnia fiunt, & est ars æterna æterni intellectus: quam quia ex se æternaliter exerit intellectus æternus, æterno amore ipsam complectitur. Neq; potest non amplecti uerbum seu ars ipsum intellectum, per quam est intellectualis essentiæ. Et ita in die prima, quæ est ueritas, ars, seu sapientia æterna: omnia ab æterno sunt sine initio, ipsa ars sapientialis, quæ est filius patris. Hanc diem nominat Moyses unam, sine initio, in qua una die omnia unum, quæ alia die sunt reperta diuersa (ut dicit Ioannes) quoniam omnia quæ facta sunt in secundo die diuersa, in Christo uerbo unum erant, scilicet uita æterna, siue ratio uiua. Et hæc dies, non est alicuius temporis, sed ipsam Dauid nominat hodiernam ibi, ego hodie genui te. Nec est aliud dicere, ego hodie genui te, ut pater dicit ad filium: quàm quòd pater semper generat filium, & quòd generare, coæternum est generanti, sicut uidẽti, & intelligere intelligenti, & scire scienti. Sed sicut scitum coincidit cum scire, & intellectum cum intelligere: sic Deo nihil potest esse nouum, sed in eius intelligere, semper fuit omne intelligibile intellectum, & in eius scire, semper fuit omne scibile scitum, & in arte eius creatiua, semper fuit omne creabile creatum. Et sicut coæternum est intelligenti intelligere: sic & intellectum, quod coincidit cũ intelligere, ita de reliquis. Vnde cum ipsũ durare æterni durãtis, coincidit pariformiter omne duratum, ut in hodie, omne tempus. Nullum enim tempus, extra hodie esse potest. Hæc dies uocatur hodie, extra quam nihil est, sicut tempora extra hodie non sunt. Et hæc est prima dies sine initio, quæ est uerbum Dei, ratio, ars, seu sapientia omnia complicãs, & est una & simplex. In prima die, omnia temporalia, sunt ipsa ars æternitatis. In secunda die, ars æternitatis, est omne id quod est tẽporale. Et aduerte, quomodo ueritas imaginis, est exemplar, quantò enim uerior est imago: tantò uerior relucentia exemplaris. Imago in se, nihil est: sed omne id quod est in imagine, est exẽplar. Infinitas artis ut est infinitas, non potest meliùs relucere, q; in unitate multitudinis. Multitudo enim, sine pluralitate non est: pluralitas, sine alteritate: & in uaria alteritate imaginum, harmonica unitas. Infinitum exemplar, sic optimo modo quo potest relucet. Ita uides, rationem exemplarem diuinæ artis, in hoc die esse. Sed quia adhuc uniuersitas uariarum imaginum artis, quæ sine uarijs gradibus participationis artis, esse non possunt, non peruenirent ad perfectam artis explicationem, nisi ars ipsa in sua plenitudine perfecta maximi gradus, qui maior esse non posset, explicaretur: hinc ob hanc perfectionem uniuersi, ars æterna in imaginem descendit. Quasi ars uestiaria, ex qua procedũt omnes uestes, in uestem quæ de arte exiuit descenderet, ita quòd ars ipsa uestiaria, non solùm reluceret in ueste, quæ ab ea exiuit, sed etiam sic esset, quòd ex ueste & arte fieret unum suppositum. Sic in omnibus relucet ratio æterna creatoris: sed clariùs in speciebus rationalibus, quæ sunt quasi se habentes ut uestes seu receptacula. Vnde ratio seu ars æterna, ut omnia completa essent, & singulariter ad tollendum omnem defectum rationalis corruptibilis scilicet humanæ naturæ: induit ars creatiua æternæ rationis, humanam naturam, ut ars ipsa unum suppositum fieret

Dies. Ratio. Ars.

http://www.obrascatolicas.com

cum artificiato, & ita quieſceret in arte artificiatum, quando eſſet unum in complemento cum ipſa. Tertia eſt dies, quæ habet principium, ſed non finem: & eſt dies, in qua deſcenſus artis in corruptibile artificiatum, reducto corruptibili ad incorruptibile, reuertitur. Tunc enim ars ipſa exemplaris, quæ occubuiſſe in imagine uidebatur, reſurgit per uictoriam ſubiectionis corruptibilium, in quibus occumbebat. Tunc omnia noua, quando dies ſecunda, ueſpera prima diei, inchoata ueſpere ſabbati termina ta, tranſit in quietem ſabbati interminabilis. Sanctificationem ſecundæ diei, celebramus in die natalis Domini, cantantes, dies ſanctificatus illuxit nobis.

Ex ſermone. Dies diei eructat uerbum.

Confeſſio. DVm eſſem legatus, & ponerem confeſſores, primò non benè attendens ad hoc Euangelium, inhibui confeſſoribus, ne pecuniam ſumerent: ſed non minùs munera receperunt, imò ob quæſtum, pœnitentiæ ſacramento ſeruierunt. Demum mandaui confitentibus, ne quicquàm darent, aliqui non abſoluerentur, & profeci.

Ex ſermone. Reſpice Domine in teſtamentum tuum, & animas pauperum ne derelinquas in finem.

Memoria. DErelinquere, eſt obliuiſci: & eſſe in memoria, eſt uiuere, quia in memoria æterna, erunt iuſti. Semper uiuere, eſt eſſe in memoria Dei. Fatui, qui ſibi quærunt poſt mortem, longas in hoc ſæculo memorias, ut qui uiuere nequeunt in ſe, in alijs tamen uiuant: habent quendam motum naturæ, quod memoria ſit quoddam uiuere. Sed Chriſtianus quærit uiuere, in memoria immortali, & hoc eſſe nequit, niſi in charitate abſoluta, quæ Deus eſt. Deus enim charitas eſt, & in memoria illius manere, eſt in Deo manere. Sed nemo poteſt manere in charitate, niſi qui amat. Si uis amari, ama: ob hoc, charitas habet legem illam, nam ſolùm amans, uiuit in amato.

Vita. Fides. Charitas. Vt uiuamus, iubet lex, fidem charitate formari. Deus quaſi incognitus, nõ poſſet diligi, niſi fides præcederet. Inconpræhenſibilis intellectu, ſola fide attingitur, & ſecundùm fidem, charitate amplectitur.

Impoſsibile eſt, quod lex dilectionis Dei adimpleri poſſet per eum, qui non recipit filium, & eius reuelationem, & Euangelium.

Ex ſermone. Quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris.

Sapientia. SApientia ex ore altiſsimi prodiuit, primogenia ante omnem creaturã, hæc uocatur λόγος, ratio, ſeu uerbum: quam Plato & Philoſophi, nominant intellectum, Deum de Deo, Deum creatorem, á patre primo Deo. Iſta ſapientia, omnia formando luſtrat, & ubiq; lucet. Quæſiuit in omnibus requiem, ſed pater eius, quem nominat creatorem omnium, & etiam ipſius ſcilicet ſapientiæ: quæ ante creaturam prodijt ab æterno, ut in creatura conſpicitur, dicitur creatura. Ac ſiquis diceret uidendo librum Platonis, ecce Platonem, & opus Platonis (eſt enim intellectus Platonis, ſub ſignis latitans, qui non eſt opus Platonis, & eſt liber qui eſt opus) ita nominatur in creaturis ſapientia Dei patris, creatura. Et quid eſt aliud creatura, quàm ſapientia Dei ſic oſtenſa? ſicut liber Ariſtotelis, non eſt niſi ſapientia Ariſtotelis, ſic communicata et oſtenſa. Duplicem igitur hîc potes mũdum intueri: unum in ſapientia, ante omnem creaturam, ſicut in arte: alium in explicatione, uti in uiſibili effectu. Videtur in ſapientia increata mundus, ut in cauſa cauſatum: uidetur in mundo ſapientia, ut in cauſato cauſa. Creator omnium, creauit ſapietiam. Si enim omnia creata reſpicis, non aliud creatum eſſe comperis, quàm ipſam ſapientiam, nam illa ſemota, nihil eſt creatura. Dicit omnium ideò litera, quia non poteſt ſapientia uideri creata, niſi ſimul omnia uideantur: ſicut non poſſum magiſterium ſtatuarij uidere, niſi totam ſimul

ſimul concipiam ſtatuam. Si enim ſeorſum pedem aut manum uideo, & non totam ſimul colligo in mentem, neq; ordinem, neq; proportionem, neq; pulchritudinem, aut magiſterium uideo. Deus pater quieſcit in tabernaculo ſapientiæ, quod eſt creatura, quæ eſt capax ſapientiæ, & eſt natura intellectualis. Ideò Geneſis declarat, Deum ultimò creaſſe hominem, & eidem inſpiraſſe ſpiritum uitæ. Et non eſt proprie ſpiritus uitæ, niſi intellectus, qui ex ſe ſpirat uitam, ut Plato etiam uidebat, ex quo in ſe uitam ſpirat, & exerit natura illa, ideò immortalis. In illa creatura, ubi eſt tabernaculum ſapientiæ, quieſcit creator, ut & Moſes uidit, & deſcripſit creatorẽ non quieuiſſe, quouſq; ſpiritum infudit in hominem, in quo eſt capacitas ſapientiæ, ut poſſit alijs animantibus præeſſe.

Ex ſermone: Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere.

Domus ſapientiæ. IN nobilitate rationalis ſpiritus, eſt manſio ſapientiæ, quæ alibi manere non poteſt. Veritas, non habet manſionem, niſi in intellectu. Reperimus in nobis lumen, in quo experimur, in nobis habitare ſapientiam. Ex lege enim æterna, quæ in nobis lucet, & mandat alteri fieri, id quod nobis optamus, hoc experimur. Nam ſicut domus, quæ eſt locus habitationis creaturarum, transfertur á ſua propha natione, ut ſit domus Dei: ſic anima rationalis, per ſapientiam ædificata, demum transfertur, ut ſit domus ſapientiæ.

Sine loco, nihil eſſe poteſt: unum quodq; enim quieſcit in loco ſuo. Et hic ordo rerum, uenit ex ſapientia incompræhenſibili. Sapientia igitur, quæ attingit á fine uſque ad finem, & omnia diſponit: omnia ordinauit ad ſe, ut in omnibus reluceat. Si igitur omnia non aliter quieſcere poſſunt, niſi in locis ſuis: erunt omnia loca, manſiones quietis. Vnde formę omnes, quietes ſunt quædam: quia quum res perueniunt ad ſuas formas, quieſcunt. Sunt igitur loci formales. Sed locus omnium formalium locorum ſeu ſpecierum, eſt anima intellectiua. Locus igitur ſapientiæ, ubi ſapientia quieſcit, eſt anima intellectiua. Nam ibi delitiatur & quieſcit localiter. Locus tamen eſt accidens locati, ita non eſt de eſſentia ſapientiæ, ut ſit in anima rationali, ſed ibi quieſcit tanquàm in fine & complemento operum, ut in loco ſpecierum. Eſt igitur uita rationalis, finis omnium uiuentium uitarum, pulchritudo eius, finis omnium pulchrorum. Omnia igitur propter intellectualem naturam, & cœlum & terra. Plus ualet igitur una anima rationalis, quàm cœlum atq; terra.

Ex ſermone: Habẽti dabitur.

Otium. Negotium. INtellectus, qui fuit in potentia intelligendi, per lumen uerbi, ponitur in aliquo actu. Sed quia negligit negociari, aufertur ab eo lumen diuinum, gratioſè commiſſum. Et ſic intellectus manet in tenebris ignorantiæ. Finis pecuniæ, eſt negociatio. Si igitur quis habet abſconditam pecuniam, ille non habet pecuniam, & ideò aufertur ab eo, etiam quod non habet. Verum ſeminator lucis, non eſt inuidus (ſeminat enim ubique) ſed capitur uariè, capitur enim contractè: ſeminatur ignis, & aliter capitur in palea, aliter in ligno, & aliter in lapide. Vbique eſt infinitæ potentiæ, ſed contractè capitur. Ignis, eſt in lapide abſconditus: ignis, in palea eſt in aperto & in negociatione, quia ardet. Sed gradus caliditatis illius ignis, eſt paruus. Maior gradus eſt in lignis, & in illis differenter, ſecundùm magis compactam lignimateriam. Benè unita ligna, in maiori gradu recipiunt ignem: ſed quòd unum lignum eſt citiùs inflammabile, ut rarius, & aliud tardiùs, ut compactius, habet ſimiliter à Deo.

Ex ſer-

http://www.obrascatolicas.com

Ex ſermone. Benedicta tu in mulieribus.

Maria. NOn debuit ſemen illud, medio concupiſcentiæ carnis, de potentia explicari, ſi debuit eſſe purgatiſsimum. Concupiſcentia enim ex peccato exorta, ſemini ex concupiſcentia exorto, ita inhæret, ut ſemen illud, concupiſcentiam non dimittat in ſuppoſito, ab eo procreato.

Fœcunditas in uirginitate, eſt maxima. Vna enim mulier, fœcundior eſt alia, & ci tiùs & fœcundiùs poteſt mediante uiro in actum, q̃ alia. Illa autem quæ ſine uiro, poteſt ex ſeipſa fœcunditatem explicare, ſuper omnes eſt benedicta.

Eua, dicta eſt mater uiuentium, ſecundũ conceptũ ex Adam. Maria, mater illuminatorum & regeneratorum, ſecundũ conceptum ex ſpiritu. Eua, nos generat animalia terreſtria huius mundi: Maria, cœleſtia. Omnes regeneramur in ſpiritu, per ſpiritum & Mariam, ut ſimus fratres Ieſu, & cohæredes: Maria, eſt Eccleſia.

Virgo glorioſa, fide concepit filium. Hæc enim generatio, eſt ſimilis generationi diuinæ, ubi tanta eſt fœcunditas patris, quod ipſa fœcunditas ex ſeipſa generat. Sic fœcunditas in uirgine, quia mater & uirgo, ſemen Abrahæ, ſine uirili ſemine.

Sicut Eua fuit in Adam, & ex illo ſine ſemine educta eſt mater uiuentiũ: ſic de Maria, Chriſtus. Maria enim erat illa mater, quæ circundabat uirum, qui eſt Chriſtus. Et ſicut Eua uocatur prima mater uiuentium: ita Maria, ſecunda mater. Nam ipſa Maria, nomen ſortitur ex ſecũdo Adam, ſcilicet uiro, quem circũdedit: ſicut prima ex Adam, uirago. Et attende, quod ſi ſemẽ tritici ſeminatur in terra pluries, ut plus & plus in bona terra melioretur, & in fine ſit optimũ, & illud triticum cenſeatur ſemen Abrahæ, & terra optima corpus uirginis glorioſæ, & ſit quaſi ex tritico panis, cuius portio recipiatur & conuertatur in corpus Chriſti, per uirtutem ſpiritus ſancti, ſicut per ſacerdotem in altari tranſſubſtantiatur: ſic cenſendum eſt, ſemen Abrahæ, quod latitabat in ſemine, de quo nata eſt uirgo Maria, eſſe purificatum in materia, de cuius ſubſtantia erat, et eſt tranſſubſtantioſacta, quia in ſubſtantiam Ieſu conuerſum eſt, uirtute ſpiritus ſancti. Nam Ieſus eſt alius homo quàm mater, licet non ſit alia humanitas matris quàm filij.

Omnis fœcunditas ſecundùm naturam humanam in Adam fuit, ex qua, Eua mater uiuentium ſecundum naturam. Sic omnis fœcunditas in Maria, ex qua Chriſtus, pater omnium uiuentium, ſecundum fidem. Et ſicut Chriſtus eſt ſecundus Adam: ita Maria ſecunda Eua, ſcilicet mater omnium uiuentium, ſecundùm fidem, & Chriſtus pater. Et hoc eſt mirãdum, quod filius pater, Chriſtus pater, Maria mater, in qua Chriſtus pater ſicut Adam pater, in quo mater Eua. Et ſe habent contrario modo iſtę generationes, ſicut cœlum & terra, una eſt cœleſtis, alia eſt terreſtris.

Ex ſermone. Mitto angelum meum ante faciem.

Aduentus. DIcit Chriſtus, Vado & uenio. Recedit, ut paret locum, & reuertitur ſimul. Recedere ſenſibiliter, eſt accedere intellectualiter. Vnde Apoſtoli, illi aduentui pararunt uiam. Paratur autem uia per angelum, cuius officium eſt purgare, illuminare, & perficere: ſicut pictor, intendens pingere imaginem regis in pariete, purgat parietem, illuminat, ſeu dealbat, deinde perficit intentum.

Ex ſermone. Intumini quantus ſit iſte.

Viſio. Iuſtitia. INtuitio, eſt uiſio cum diligenti attentione. Attentio autem, non niſi ex uirtute animæ eſt. Vnde mens, dicitur oculus animæ rationalis, & ſine oculo tali, non fit perfecta intuitio, & in illo oculo, uidemus in ſenſibili intellectuale: ſicut in uerbo ſenſibili, uidemus intentionem proferentis, quæ non poteſt niſi attentione adhibita oculo mentis intueri. Dicit autem, quod ipſe ſit rex iuſtitiæ, clarum eſt, iuſtitiam non poſſe uideri oculo carnis. Nam quum iuſtitia non ſit principiata (neque enim ipſa ab alio aliquo eſſe poteſt, ſed eſt, per quam omnis

nis iuſtus, eſt iuſtus) iuſtitia unicuique dat, quod ſuum eſt. Omne igitur quod cœlum et terra, & quæ in eis ſunt, habent ut ſint hoc, quod ſunt à iuſtitia. Cuiuslibet particularis natura, iuſtitia habet quod habet, id enim quod creator uult, iuſtitia eſt, ſicut uoluit, omnia fecit. Vendicat ſibi igitur omne id qđ habet eſſe, à Deo de iure ſuum eſſe, quia à iuſtitia habet, quæ ſic ei diſtribuit. Intuimini igitur, quantus ſit ille rex, iuſtitia: per quam iuſtitiam, omnia ſe iuſtè poſſident. Vnde & ſi ego nihil habeam, q̃ non receperim, & Dei gratia id ſum quod ſum: tamen manus mea eſt mea, & pes meus eſt meus. Et ideò iniuriatur mihi ille, qui me impedit, quò minus uti poſſim, manu & pede tanquàm meis. Qui autem iniuriatur, contra iuſtitiam agit. Intuimini igitur, quantus eſt ille rex, diſtributor & largitor omniũ: ſed lex naturæ, quę eſt iuſtitia, illa iubet ut iuſtis iuſtè utar: Vnde donis diuinis, quę iuſtè poſſideo, aburi nõ debeo. Oia quæ mihi Deus dedit, iuſtè poſſideo. Iuſtum autem non poteſt eſſe malum, aut Deo auerſum, à quo eſt: ſed abuſus eſt malus. Data eſt mihi ratio, ut habeã rationalem uitam, ſed rationalis uita debet eſſe libera, aliàs non eſt iuſta, ſecundũ naturã rationalẽ. Habeo igit̃ in iuſta poſſeſsione mea, liberã uoluntatã, utendi uel nõ, ratione. Iuſtitia, ẽ ipſa natura. Operatio ſecundũ naturã, eſt iuſta operatio. Vnde rationis natura, eſt iuſtitia: & agere ſecundùm naturam rationis, quæ deprecatur ſemper ad optima, eſt iuſtè agere. Peccare, eſt uenire contra rationem. Vnde peccatum, contrariatur rationi. *Peccatum.* Perdit igitur peccator priuilegium, quod ex ratione ſuper animalia habet, & efficitur beſtialis, & iudicium eſt de eo, ſicut de alijs beſtijs, iuxta illud, homo quum in honore eſſet, non intellexit, comperatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Efficitur igitur ſeruus, qui fuit liber. Triplex eſt ordo in homine: ad ſe, ad Deũ, ad proximum. Quò ad ſe, omnes actiones, & operationes, regula rationis menſurare debeẽ. Quò ad Deum, regula legis diuinæ. Quò ad ciuilitatem cum alijs: regula legis humanæ. Peccat igitur contra rationẽ guloſus, luxurioſus, prodigus, & cæteri. Atq; contra ordinem legis diuinæ: hæreticus, ſacrilegus, & blaſphemus. Contra ordinem ciuilitatis: fur, homicida, adulter. Ob primum, remoſus conſcientiæ: ob ſecundùm, ſubſtractio gratię: ob tertium, punitio in terrena ſubſtantia, uel corpore. Anima diſtribuit uarium eſſe membris, ita Deus uniuerſis.

Ex ſermone. Verbum caro factum eſt.

Productio. Proceſsio. INuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, conſpiciuntur. Inuiſibilia Dei, dicit conſpici, & hoc medio eorum, quæ ſunt facta & intellecta: ſempiterna quoq; uirtus eius, & diuinitas. Inuiſibilia conſpici, eſt docta ignorantia, aliquid eſt factum à Deo inuiſibili, quod eſt uiſibile, ut ſe oſtendat. Hoc medio me ad ipſum cõuerto, ut ad cauſam. Ita neceſſe eſt, quod iuuemus nos. Producens, eſt in producente, & eſt in ipſo, ut ſemen in principio, ſeu ut uerbum in dicente: eſt in ipſo, ut ratio in qua, & per quam procedit, quod producitur à producenre: productum diſtinguitur à producente. Et ideò dicitur, & uerbum erat apud Deum. Apud, ſonat æqualitatem. In analogicis, procedens eſt inferiùs, & inæquale, eandem naturam non participans: ſed in æqualitate, procedens eſt filius producentis, qui eſt alius in perſona, non aliud in natura. Et ideò eſt id ipſum uerbum, quod pater. Quare ſequitur, Deus erat uerbum. In analogicis, procedẽs eſt ĩferiùs, non apud: & eſt aliud in natura, à producente. Sed ut eſt in principio, non eſt aliud in eſſentia, neq; in natura. Arca enim in mente, non eſt arca: ſed uita, & intelligere artificis, & ipſius conceptio actualis. Verba Euangelij, de proceſsione diuinarum perſonarum, & docent hoc ipſum eſſe, & inueniri, in proceſsione & productione, omnis entis naturæ & artis. Arca procedens in eſſe manet in artifice, etiã ſi foris corrumpatur. Ideò ſequitur, hoc erat in principio apud Deum.

Præmiſerat enim, quod in principio erat uerbum. Vide Eccardum, quem ſine nomine recitat lordanus, in ſermone huius feſtiuitatis.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex secutdo sermone, super Verbum caro factum est.

Lux. Anima. Mundus.

VErbum, uita, & lux, idem significãt in hoc Euangelio. Vnde λόγος, quia ratio, est uita & lux. Ratio enim illuminat, & intellectũ dat paruulis. Dicit qđ uerbũ erat lux uera. Nã est lux per se, nõ ab alio esse lucis habens, & ita est lux illuminãs omnẽ hominem, nam nõ est aliud lumen rationis omnis hominis qui uenit in hũc mundũ, nisi illuminatio lucis illius. Ex quo habes animã rationalẽ depẽdere ab illa luce æterna, à qua habet omne id quod est. Et non depẽdet ab ijs quæ sunt in hoc mũdo: quia uenit in hunc mũdũ à luce illa quæ dixit: fiat lux & facta est lux. Et anima rationalis nõ est lux illa, ut quidam putarũt quod esset una anima q̃ Deus, & illa per omnes homines distributa, sed est illuminatio illius. Sicut multitudo stellarum, est ex lucis solaris illuminatione. Et stellæ non sunt ipsa lux solis, neq; partes eius, sed effectus. Homo nominatur à forma principali scilicet intellectuali, quæ non est de hoc mũdo: sed uenit in hũc mundũ, descendẽs à patre luminũ. Dicit enim oẽm hominẽ uenientẽ in hũc mundũ. Quando igitur uenit in hunc mundũ: tunc de alio uenit. Est igitur alius mũdus rationis absolutæ, in quo sunt omnia in ratione. Et ab illo, descendit rationis illius imago, siue lucis illuminatio, siue uitæ uiuificatio. Anima igit intellectualis quũ sit imago uerbi æterni, habet intrà se omnia ut imago. Et est ꝓpterea sic rerum similitudo, sicut exẽplar eius, rerũ ueritas. Veritas enim est eius obiectũ. Nam ab ipso habet omne quod habet, sicut uisus habet ab obiecto, esse suũ uitale scilicet uidere, & coincidit uideri cum uidere. In mundo erat & mundus per ipsum factus est. Nihil sine causa & ratione est, ideò ubicũq; aliquid est: quũ sine ratione non sit, non sine uerbo est, ideò uerbum semper in mũdo erat, nam & mũdus per ipsum factus est. Sed mundus nõ cognouit eum, cuius mundus sit factus per ipm: uidetur tamẽ quod semp fuerit. Sicut radius semp fuit quando sol, licet sit à sole: semper enim fuit creator, & nõ est apud ipsum pmutatio, neq; uicissitudo, unde mũdus semper fuit, nã nec esse nec concipi potest aliter: quia creator eius æternus, & quia semp fuit mũdus in potestate creatoris eius: ideó semper fuit in creatore mũdus. Quãdo autem dicitur qđ mũdus æternus est factus, quũ nõ sit aliud æternus mundus q̃ ipse creator, tũc occurrit quomodo est factus: sic mundũ uisibilem esse per ipsum factũ, est ipsum inuisibilẽ per seipsum, uisibilẽ factum. Et hoc totũ, est mundũ æternũ & inuisibilem, factũ esse temporalẽ, & uisibilem: sicut si semper inuisibile, uellet se uisui ostendere ꝓ sua ipsius gloria, tunc faceret seipsum uisibile, assumẽdo uisibiles qualitates. Aeternũ, non potest aliud coæternum creare. Nõ enim possunt duo aut plura æterna esse Quare qđ mũdus æternus, seipsum ostẽderit seu fecerit tẽporalẽ: euenit quia aliter fieri nõ potuit, ut se ostenderet. Aeternitas enim nõ potest se extrà se nisi non æternaliter aut temporaliter ostẽdere: sicut pulchritudo uisibiliter. Exemplum huius qualecunque facito, de libro sapientiæ. Nam sapientia uolens se ostendere, de se librum edidit. In libro igitur sapientiæ, semper erat sapientia, & ipse liber, per sapientiam factus est. Et liber non cognouit sapientiam, & liber non nisi sapientiam continet, modo quo optimè est communicabilis, & ostensibilis sensibiliter. Non tamen est sapientia, forma libri, sed in se manet absoluta. Mundus, est ut liber artis æternæ, seu sapientiæ. Vnde adhuc, sapientia creauit aliqua capacia sapientiæ, quæ habent similitudinem eius magis propriam, & sunt intellectuales naturæ, & quàmuis illa quæ sic sunt capacia sapientiæ, sint ipsius sapientiæ propria, & ad illa tanquàm in sui capacia propiùs descenderit, tamen illa sua propria ipsam non receperunt. Sapientia absoluta quæ est ars omnipotentiæ, non fuit neque in angelis, neque hominibus, neque prophetis uti est, recepta. Ob hoc opera artis illius, remanserunt imperfecta.

Sapientia.

Sapientia filius Dei, & ubi recipitur, recipitur & filiatio Dei. Nam generatur filiatio in illo recipiente eam: sicut sapientia Platonis ubi recipitur, efficit Platonicos. Sed hæc filiatio, non est nisi ex Deo nasci, nemo enim fit filius Dei, nisi ex Deo nascatur. Ex Deo autem nasci est quando spiritus rationalis fit similis filio, qui est sapientia æterna. Ille autẽ ad possessionem peruenire potest, scilicet cognitionem seu

uisionem facialem patris. Et licet illa filiatio non fiat nisi uoluntate concurrente: tamen non ut ex sanguinibus, uel uoluntate carnis, uel uiri.

Ex sermone, Nunc dimittis.

Lumen.

CHristus est lumen ad reuelationem luminis gentium. Sicut lumen materiale ad reuelationem luminis materialis gẽtium, est à Sergio papa institutum: sic sapientia quæ Christus est, est lumen luminis gentium. Nam lumen gentiũ, est lumen scientiæ rationalis. Lumen autem Christi, lumen scientiæ diuinalis. Et hoc lumen uidetur oculo intellectus, & in eo uidẽtur omnia lumina: quia principium, medium, & finis omnis rationalis luminis.

Omne quod mẽs inquirit per motum, est pax. Pax illa, est salus, salus illa est lumẽ, lumen illud est gloria, gloria est felicitas, & finis, seu ultimitas desiderij spiritus.

Satisfactio.

Sicut Christus tanquàm peccator iudicatus est blasphemus, qui erat ipsa ueritas: ita uirgo gloriosa iudicata est mulier immunda, quę erat ipsa uirginitas uirginũ. Et sicut Christus factus est iustitia peccatorum & satisfactio: ita uirgo gloriosissima satisfactio parturientium, quò ad legem purgationis. In ipsa enim purgatione Mariæ, lex adimpleta est pro omnibus parturientibus, sicut in oblatione Christi satisfactio est pro omnibus peccatoribus: qui secundùm legem ad oblationem pro peccatis astringerentur.

Cereus.

Apis quasi spiritus sanctus, ex flore mel colligit & ceram, & non est uisibile mel illud in flore, neq; cera uidetur: ita spiritus sanctus ex flore uirginitatis gloriosissimæ uirginis Marię collegit materiam ceream, & melleam carnem, & ossa, & quicquid ad hominem erat opportunũ: & fecit habitaculum uerbo Dei. Cereus quid est aliud secundum ceram: nisi corpus? & secundùm lychnum: nisi anima? Et nisi superueniat ignis de cœlo, & uniat se mediante lychno ceræ: non erit candela uiua & uera. Christus est uerũ lumẽ, quod illuminat omnem hominem, sicut in figura quando ignis excutitur de silice, & iungitur cereo paschali, fit candela ardens & illuminans omnes candelas, quæ illi iunguntur. Christus ergò qui est sapientia, in omnibus humanis intellectibus per fidem receptus: lumen est illuminãs, quasi lumen de lumine, sine quo omnis anima est tanquàm lychnus cærei non accensi: habens aptitudinem ut accẽdatur, actu lumine carens. Omnis igitur ratiocinatio gentium: non habet reuelatum lumen sine sapientia quæ Christus est.

Ex sermone secundo. Nunc dimittis.

Lumen.

VNde lumen non uidemus nisi lumine: quia nihil sine lumine uidemus, sed lumen est medium ad seipsum, ideò nisi reuelet se, non uidetur: & sicut in lumine stellarum, uidemus stellas, & in lumine lunæ, lunam: sic in lumine solis, solem, & in lumine stellarum benè uidemus stellas: sed alia obscurè. In lumine lunæ benè lunam: sed alia imperfectè. In lumine solis optimè omnia uidemus: sed excellit oculos sol ipse. De lumine igitur animæ rationalis, scilicet sapientia æterna, in respectu ad intellectum, qui est oculus animæ, concipito sicut de lumine solis, in respectu ad oculum corporis.

Ex sermone, Tibi dabo claues regni cœlorum.

Potestas Ecclesiæ.

IN cœlo, primus est motus, á quo omnes motus recipiunt ut sint. Sic in Sole, plenitudo lucis, & in igne, plenitudo caloris, in corde, plenitudo uitæ, in capite, plenitudo sensus, in imperatore, plenitudo ciuilis imperationis. Sic in Petro, plenitudo auctoritatis à Christo commissæ, quæ descendit in omnes pontifices, & sacerdotes in Ecclesia.

Non est

http://www.obrascatolicas.com

Pax. Non est laus communis, nisi ubi pax Dei: non est pax, nisi ubi mandata seruantur.

Ex sermone. Reliquit eum diabolus, & ecce angeli.

Tentator. QVoties oritur tibi appetitus ad ea, quæ non sunt de regno ueritatis, toties circūspicias ad tentatorem: quia cum homines tali desiderio se immiscent, accedere consueuit. Cautè ergo circūspicias, in omnib. huius mundi illecebris, quàmuis non appareat aliquid minùs iustum: Nā latêre potest anguis in herba. Ecce dubitabat an esset filius Dei, licet sciret eum esurientem. Non igitur hæsitabat, filium Dei esse posse filium hominis, & esurire posse ut hominem. Esurire igitur, non certificabat, eum non esse Deum. Sed quia Deus & homo esurire potest, & mutare lapidem in panem, quem comedat: ideò in mutatione naturarum, uoluit de eo certior fieri. Et aduerte, quomodo arguit tentator: si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, nam uerbum filij Dei audiunt omnia, imò & mortui, audiunt uocem filij Dei. Quando enim uerbum Dei, uocat ea quæ non sunt, ut sint tanq̄ ea quæ sunt, cū uocare ipsius, sit dare esse: tunc omnia obedire necesse est. Deus loquitur lapidibus, & audiunt, & obediunt ei: quia non loquitur per extrinsecas aures, sed ut uirtus intima essentiæ. Cum uis infinita uult, tunc necessariò omnia obediunt. Miracula transmutationum, sunt opera filij Dei. Hinc si experimur, talia fieri per hominem, hunc filium Dei credimus. Sancti igitur, qui miracula super naturam facere probantur, inter filios & sanctos Dei computantur, siquidem aliter fideles reperiantur. Attende quomodo spiritus, qui tendit in filiationem, postquàm se quantùm potuit adaptauit ad filiationem, timere habet tentatorem, qui tentat eum per miracula.

Si dicere filij Dei, uertit lapidem in cibum siue panem, qui præstat uitam: multò efficaciùs uerbum Dei est, in quo homo uitam accipit, sicut in uerbo magistri, pascitur anima discipuli, cum sapientia.

Diabolus diligit, similis altissimo reputari: & hoc est peccatum, in quo manet ab initio. Nā procidere & adorare, habet in se cōfessionē, supremæ reuerentię, quę altissimo tantū debetur. Voluit similis esse altissimo: unde quia non potuit esse altissimus, appetebat similis esse. Et quia nec hoc fieri potuit, cū illa similitudo altissimi, quæ est ipsa maxima æqualitas, non sit nisi Deus: cecidit in regionē dissimilitudinis, qui usq̄ ad impossibile ascendere nitebatur. Et nunc in hac regione dissimilitudinis, non cessat hoc persuadere, ut saltem pro altissimo ueneretur, q̄uis non sit. Sicut hypocrita, studet omni conatu persuadere, quibuscunq̄ signis & nutibus, ut pro sancto uenere tur, quàmuis non sit, imò eo ipso quod sic suadet, ostendit se non esse id, quod affirmat, & falsum seipsum prodit & damnat.

Ex sermone. Miserere mei, fili Dauid.

Donum. Peccatum. SVnt septē motus spiritus sancti, scilicet gratiæ seu dona in anima, per quę anima ad uitam mouetur. Et septem mali motus, per quos anima uexatur, & ducitur ad mortē. Et quādo in seruitutē spiritus mortis se dedit, taliter obediendo, malis uexationibus: tunc deseruit uitam & salutē. Transit liber rationalis spiritus per consensum, in seruitutē maligni: ideò non est peccatum, ubi hic consensus esse nequit. Cum uoluntas eligit, tunc se stringit ad id quod eligit, sicut in matrimonio, & omni amore. Amor. Cum se astringit ueritati, tunc efficitur unum corpus cum Iesu, qui est ueritas ab initio. Anima nostra, unitur ueritati per amorem, qui dicitur charitas. Et hic est amor temperatissimus, scilicet calor spiritualis, habens pietatem humectantem, & continuè uiuificantem animam. Sed motus malignus, est amor concupiscentiæ, inclinans deorsum, & separans à uera uita spiritus, conuertendo ad uitam carnis, quæ est mors spiritus, secundùm Paulum. Peccatum. Recedit enim à ueritate ordinis, & lege æterna, quæ est regula omnium actuū humanorum. Omnes res, ordinantur ad debitum finem: hinc deuiare à fine, est peccare. Homo autem habet oculos sursum, & inclinatur ad uitam æternam, quam desiderat. Ideò sursum aspicere debet homo, ut ex uisione generetur amor, ex amore desiderium, ex desiderio acquirendi studium.

studium. Recta ratio, est mensura siue regula actuum humanorum. Qui ergò mensurat sine illa, peccat. Anima enim est illius naturæ, quòd potest capere omnes scientias & ueritates, & esse habitaculum Dei. Sed peccatum naturam talem destruit, ita quòd anima perdit illam capacitatem, sicut frigus facit in aqua. Nam ante frigus, aqua capit corpora, quæ immittuntur: sed frigore constringente, non. Oportet igitur, quòd glacies resoluatur per charitatem. Peccatum, corrumpit naturalem pulchritudinem animæ, quæ est splendor diuinæ lucis: quia diuidit inter Deum & hominis animam, ponens peccatum in medio, propter quod manet tenebrosa. Creatura quælibet, ordinatur ad operationem: operatio, ad delectationem. Operatio hominis, est intelligere ueritatem, & amare bonitatem: quod corrumpit intelligere, est peccatum. Et propter peccatum primi hominis, totum genus humanum est inuolutum, & obtenebratum, & manet ueritas uti est, incognita ab omnibus, licet quisq̄ appræhendat aliquid. Plenaria igitur ueritas, ob peccatum, in hoc mundo manet incognita. Peccatum enim, est tanquàm macula, quæ impedit uisum. Sicut infirmitas, à corpore, modum, speciem, & ordinem tollit, quia attenuat, deformat, & ordinem humorum destruit: sic peccatum est priuatio modi, speciei, & ordinis animæ.

Fides. Fides sanat, sicut baptismus lauat: mira res est fides, quæ sanat & iustificat spiritum: nam est conceptus saluatoris in anima. Quando igitur fortis est talis conceptus, & magnus: est sicut ignis, consumens omnem maculam, & illuminans omnes tenebras & perficiens omnes uires, & actuans omnem potentiam.

Charitas. Quamdiu desiderauerit aliud anima, quàm uitam suam, quæ Deus est: non perueniet ad illam magnam fidem. Quare Paulus dicit, quòd transferre montes per fidem, non sit habere fidem, de qua hîc loquitur Christus: sed requiritur fides, formata charitate, charitas enim est uita. Vnde anima, sine illa est mortua, tanquàm extinniens. Malignus spiritus aduersarius unitatis, & ueritatis, & charitatis: dominatur fidei illi, quæ est sine charitate. Cum fides est formata in homine: tunc uoluntas solùm uult Deum, & stat hominem attigisse talem fidem, & non facere miracula. Sicut Ioannes Baptista, maximus omnium indubiè attigit, nec tamen fecit aliquod miraculum. Ex miraculis, non possumus arguere, quenquàm esse scriptum in libro uitæ: nisi concurrant alia, ut nos docet Christus: non debere nos lætari, si nobis subijciuntur spiritus, sed quia scripti sumus in libro uitæ. Christo omnia subijciuntur: ideò ubi ipse habitat per fidem in anima, tantæ uirtutis est anima illa, quòd omnia fiunt ut uult.

Vbi uerbum est in anima, ibi uoluntas habet in uirtute sua, uirtutem omnipotentiæ, secundùm gradum fidei: magnam, si magna fides est. Nunquàm peruenitur ad scientiam, nisi fides præcedat, qua ducitur ad eam. Si enim non crederet se posse assequi eam, non studeret. Postquàm fide pergit, non pertingit, nisi fides sit magna, & desiderio magno inflammata. Nam aliâs de facili non continuaret studium, sed uel minimo impedimento superueniente, desperaret. Desperatio enim, euenit ex parua fide.

Ex sermone: Beatus uenter qui
re portauit.

Vnio. OMnis subsistentia, est unio. Et ob hoc, regnum æternum est pax, quies, & unio infinita. Vita est unio, mors diuisio. Regnum uitæ, est in charitate, quæ est unio: regnum mortis, in odio, quæ est diuisio.

Potestas. Anima, quæ in se per fidem formatam collegit Iesum, & cum ipso, & de eius regno existit: omnia potest in potentia regis. Sicut fidelis officialis, diligens Dominum suum in se per fidelitatē, habet spiritum Domini sui, in cuius uirtute, omnia quæ Dominus potest, ipse operatur, sicut fidelis & prudens seruus, quem Dominus constituit, super omnem familiam suam.

http://www.obrascatolicas.com

Ex ſermone: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum.

Principium. DEus creauit omnia, nihil ſe creare potuit. Omnia quæ intellectus noſter capere poteſt, habent principium, unde ſunt id quod ſunt: & illud, eſt neceſſariò æternum, quia principium, & in illo ſunt omnia, ut in principio & cauſa. Cauſa autem & ratio ſeu principium, communicauit omnibus ſeipſum & manet ab omnibus abſolutum. Nã cum ſit æternitas ſeu infinitas, non poteſt multiplicari, ob ſuam perfectionem, quæ non capit augmentum. Omnia procedunt ab eo, qui in ſe omnia intuitus eſt, & bona eſſe uidit, & ſic prodierunt in eſſe. Verbum autem, eſt conceptus ſeu ſimilitudo intellectus, ſeu ars omnipotentiæ, complicans & explicans omnia. Vnde quando res explicantur, in ſimilitudine uerbi ſeu conceptus explicantur: & res omnes de ſe ſuam multiplicant ſimilitudinem, ut experimur medio ſpeculi. Vnde ſicut ſimilitudines illæ, tantùm habent ueritatis, quantùm aſſimilantur exemplari à quo procedunt, & participant ipſam ueritatem ſuo modo, remanente ueritate rei abſoluta: ſic omnis creatura, eſt imago abſolutæ ueritatis, quæ eſt uerbum. Creauit autem Deus intellectualem naturam, cui dedit artis creatiuæ altiorem ſimilitudinem: fecit enim eam talem, ut ipſa ex ſe poſſet artem ſeu uerbum producere, & per medium illius formare. Sed formæ illius artis, ſunt figuræ uerarum formarum: ſicut intellectus, eſt ſimilitudo diuini intellectus, qui eſt creator rerum. Ineſt rationali creaturæ deſiderium, ut ſimilis fiat altiſſimo, & hoc tàm in angelis, quàm primis parentibus peccatoribus, experti ſumus. Sed hoc deſiderium, habet rationalis anima à Deo. Modus uerò datus fuit eidem, ut non præſumptione ſuæ uirtutis, aut adiutorio cuiuſcunq; creaturæ: ſed humilitate & obedientia, crederet aſſequi finem deſideriorum. Vnde angeli præſumptuoſi, & primi parentes, qui quęſiuerunt medio eſus, apprædendere uerbum ſeu ſapientiam, & ſimiles ei fieri: perdiderunt finem ſuum. Et hinc Deus uolens ſaluare, uenit, & factus eſt Ieſus.

Ex ſermone: Hic eſt uerus propheta, qui uenturus eſt.

Paſcentia. Viuificatio. CHriſtus paſcit corporalem & ſenſibilem uitam, per cibum corporalem conformen illi naturæ, & animam rationalem, per uerbum. Ratio enim, non niſi uerbo paſcitur. Ignis mediante aëre calefacit: & Sol, mediante aëre illuminat terram: ſed Sol non illuminat radium, mediãte aliquo alio. Sic uerbum illuminat animam rationalem, quaſi radium ſuum, mediante ſeipſo: & mediante radio, illuminat uitam naturalem. In reſpectu ad omnipotentiam, panis eſt in potentia ad panes: ſicut granum ad grana. Et uis nutritiua finita, extẽditur per uirtutem infinitam: ſicut unum uerbum, ſub una combinatione literarum clauſum, multiplicatur in multa uolumina, ex quibus omnes ſtudentes paſcũtur. Anima uiuificat per motum, qui eſt ſecundùm eleuationem & depreſsionem, ſicut patet in pulſu: ſic anima uiuificatur per motum in altum, ſcilicet amore cœleſtium, & per motum in infimum, ſcilicet timorem infernorum. Si habet talem motum, uiuit, aliter non.

Anima uiuificat per calidum, tanquàm inſtrumentum, & ſine eo non eſt uita: ſic per calorem amoris, Deus uiuificat animam.

Anima uiuificat per cibum, ſine quo longo tẽpore, non poteſt uiuens uiuere: quia calor ignis, conſumit humidum radicale, quo conſumpto, conſumitur uita, ſicut de igne patet in lampade. Quare requiritur cibus ad refectionem, deperditi. Sic anima cibatur, mediante uerbo Dei, non in ſolo pane. Sicut homo non potens ſumere cibũ, uel ſaltem retinere, non poteſt uiuere: ita anima, quæ non poteſt audire uerbum Dei, & cuſtodire illud, non uiuit. Sicut nec corpus ſine humido: ita nec anima ſine humido deuotionis, ſine quo eſt arida & ſicca, & per conſequens mortua.

Quòd una culpa obligat ad gehennam, nec ſolùm Deus eſt amicus, unius particularis hominis, ſed totius ſpeciei, & cum bonum commune excedat particulare, iuſtũ eſt pro cõſeruatione multitudinis, q̃ ipſe puniat hominẽ particularẽ. Sic agricola, arboſcentẽ ramũ tollit, ſic medicus, mẽbrũ putridũ abſcindit, & iudex latronẽ ſuſpendit.

Deus

Deus agit ut lux, quæ ſe communicat omnibus, prout eſt capacitas recipientium, & actus actiuorum.

Deus diligit, ſed proprium bonum, non ſolùm ſecundùm quod in ſe eſt, ſed ſecundùm quòd eſt in ſua ſimilitudine, ſicut pater diligit filium, quia eſt quoddam bonum patris. Et ſicut artifex diligit ſuum artificium, & poëta ſuum poëma, inquantùm ſunt ſimilitudines, effluxæ ab anima artificis: ſic Deus diligit hominem, quia opus ſuum, & quædam ſimilitudo boni diuini. Homo enim nihil eſt, niſi quoddam diuinũ bonum participatum. Amor transformat amantem, in amatum. Deus autem nequit transformari, cũ ſit inalterabilis: ſed diligendo hominẽ, ad ſe trãsformat, de carnalis faciẽs ſpiritualẽ, & de terreno cœleſtẽ. Et ob hoc diligẽtes Deũ, filij Dei uocãt: filio habet formam patris. Poteſt etiam dici quòd amor diuinus, Deum in amatum trãsfert, quia exinaniuit ſeipſum, formam ſerui accipiens. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat uitam æternam.

Deus diligit nos, ut bonum nobis influat. Bonum enim eſt communicatiuum ſui ipſius. Omnes res naturales, quæ excellunt in aliquo, influunt in alia: ut Sol, influit lumen illuminatis: & ignis, calidis. *Cõmunicatio.*

Omnia tendunt ad unitatem: natura, ex diuerſis elementis, facit unum: & quælibet creatura, ſiue res, deſiderat aſſimilari ſuo creatori, qui eſt unus. Nam aſſimilatio, eſt cauſa dilectionis. *Vnum.*

Amor, eſt cauſa donationis. Qui uult habere diuina dona, debet ab eo amari: & qui amari uult, debet ei aſſimilari: & qui uult ei aſſimilari, debet ad unitatem ſtudere. Hanc autem unitatem facit amor. *Amor.*

Ex ſermone: Si quis ſermonem meum ſeruauerit.

ILle libenter audit uerba Dei, qui habet intellectum, uti ex Dei eſt, ſcilicet purũ, & liberum, nulla paſſione infectum, ſimplicem, ſanum, & clarum. Nam talis intellectus ab eo deſiderat paſci, à quo habet eſſe, & hoc quia ſanus. *Intellectus:*

Intellectus qui eſt à ueritate, inclinatur ad ipſam. Principiũ intellectus, ſcilicet ueritas, eſt etiam obiectum eius: ac ſi color eſſet creator uiſus, ſicut eſt obiectũ eius. Quare ſi intellectus liber, adeò ſe conuertit, ut induat conditionem & contractionem hominis, puta quia fit Platonicus: talis non audit cũ delectatione & guſtu, niſi uerba Platonica. Et licet Ariſtoteles meliùs diceret, non poſſet diſcernere, quia non eſt Ariſtotelicus. *Intellectus ad aliud conuerſus.*

Sermo Dei, in ſe continet uiuificationem animæ, ſicut lux illuminationem aëris. Si enim aër illuminatus, per lucem Solarem, ſeruaret ipſam illuminationem: in æternum, nunquàm tenebreſceret, quando Sol ei nunquàm deficeret. *Sermo.*

In pane uiſibili, eſt cibatio inuiſibilis, ſub uiſibili ſpecie, & ſub ſermone audibili, eſt uerbum cibans animam. Vnde uerbum magiſtri, non eſt ipſa ſapientia, ſed eſt lumen lucis ſapientiæ. Vnici autem atq; maximi magiſtri Ieſu ſermo, ſecum defert lucem, animam illuminantem: non lucem lucis, ſed lucem ipſam. Et in hoc eſt differentia, inter ſermonem unici & maximi magiſtri, & aliorum, qui non niſi participatione ſunt magiſtri. Spiritusſanctus, qui procedit à patre & filio, in corda fidelium, per ſermonem Chriſti: ille eſt uiuificans animam illam, quę ipſum ſeruauerit. Sed ſpiritus ſanctus, non eſt niſi charitas, diffuſa in cordibus fidelium. Vnde nemo ſeruat ſermonem, niſi qui credit Chriſtum filium Dei. Ille enim qui credit, ſermonem eſſe ſermonem filij Dei, miſſi à patre: ille recipit ipſum, non hæſitans ipſum efficaciſsimum, & nihil dubitat de ueritate eius: hoc credere, eſt ſeruare ſermonem Ieſu. Non enim poteſt quis non ſeruare ſermonem filij Dei, qui nihil hæſitat, ipſum eſſe filium Dei, qui loquitur. Verbum igitur Dei quo uiuit & paſcitur anima, ſe transfert in animã, quæ ipſum recipit fide formata: et immergitur uita rationis in ratione, ſicut amor, animam amantis facit uiuum amorem. Sed uita illa quæ fide capitur, durante fide, non appareret uti eſt: fide enim tenetur, & uiſione nondum cernitur. Fides, ex auditu eſt. Verbũ

http://www.obrascatolicas.com

Dei, ſeu ratio infinita, lux eſt omnis rationalis uirtutis, ideò p̃ſtat uitã æternã rationa li ſpiritui. In charitate, eſt uerbũ illud patris omnipotentis. Indiuiſa. n. ſunt opera trinitatis. Mediante charitate ſeu ſpiritu ſancto, immittit ſe uerbũ & pater in animam. Vnde promittit Chriſtus habenti charitatem, ſe ei oſtenſurum, & quòd pater ſit in
Euangelizãs eo, & quòd ipſe & pater, apud illum manſionem facient. Euangelizans, ſe debet habere quaſi uir fortis & ſerioſus, ſine peccato, omnino uerax, nam uices Dei aget: & ſi deles, ad uerbum audiendum ſe habere debent, non ſecùs quàm ad Euchariſtiam.

Euangelizare, non competit omnibus ſacerdotibus, ſicut cõſecrare: imò eſt altioris uirtutis, & primis in Eccleſia Dei, qui ſunt ſucceſsores Apoſtolorum, competit, & alijs tunc tantùm, quando ipſi per illos mittuntur.

Vita æterna. Intellectus, eſt uiſus animæ rationalis. Vnde anima ibi uiuit in æternum, ubi non uidet mortem, ſcilicet in intellectu. Si enim intellectus, qui eſt in ſe habens ſapientiã Dei, eſt intelligens ſeu uidens uitã ſuã, quia intelligere eius eſt eius eſſe, & eſſe intelligens ſeu uidens, eſt eſſe uiuens æternaliter: talis non uidebit mortem in æternum. Viuens enim ut uiuens in ſe, non uidet niſi uitam, & nequaquàm mortem, cũ mors non ſit, niſi priuatio uitę: uidere enim, ſolùm competere poteſt uiuenti. Mors igitur, per uentẽ non eſt uiſibilis, qui oĩa uidet, nõ uidet mortem: nã mors, nihil eſt omniũ. Anima rationalis, quæ eſt capax uerbi, ſola habet uiſum incorruptibilem, quia æternum & infinibilem, poteſt enim paſci uerbo æterno. Et ideò ſicut uis uiſiua ſenſibilis, eſt infinibilis, per omne uiſibile (nunquàm enim ſatiatur oculus uiſu) ſic uiſus intellectualis, nunquàm ſatiatur uiſu ueritatis. Semper. n. acuitur, & fortificatur uis uidendi: ſicut experimur in nobis, quòd quantò proficimus plus in doctrina, tãtò capaciores ſumus, & plus proficere appetimus, & hoc eſt ſignum incorruptibilitatis intellectus.

Memoria. Orant ludæi ad Deum, ut ſit memor promiſſionum, factarum Patriarchis. Si igitur in memoria Dei, qui uita eſt, ſunt Patriarchæ & Prophetæ: nõ poſſunt eſſe mortui. Memoria. n. Dei, eſt Deus, qui eſt uita, & extra illam ſunt, qui in conſpectu eius ſunt mortui. Vnde memoria Dei, eſt liber uitæ, & mortui, ſunt deleti de libro uitæ.

Imago. Pater, eſt filij pater, & pater eſt in filio, & filius in patre: ſicut æqualitas in qua non eſt niſi unitas, & in unitate non niſi æqualitas, & in imagine perfectiſsima, nõ niſi exemplar: & uiua imago intellectualis, non uidet in ſe, niſi id cuius eſt imago. Vnde ſi diceret talis imago uiua uita intellectuali, ſe nõ cognoſcere eum, cuius eſt imago, mẽdacium diceret: aliud enim diceret, quàm intra ſe concipit. Cõcludit igitur Chriſtus: Scio eum, & ſermonem eius ſeruo.

Immolatio. Abraham uidit Chriſtum, quando fide non hæſitauit, in ſemine ſuo eſſe Chriſtum promiſſum. Vidit autem in reuelatione, quę ſibi facta fuit in immolatione Iſaac, Chriſtum in Iſaac uerè immolandum. Chriſtus uti fuiſſet Iſaac uolũtate patris Abraham, ita uoluntate patris ſui, fuit immolatus: & gauiſus eſt, quando ſcilicet uidit diem illũ, in quo ſemen in Iſaac, efficaciter perficere debuit immolationem, ſecundũm ordinationem patris cœleſtis, qui iubebat quòd Iſaac immolaretur.

Abſconſio. Diem ſeu tempus immolationis uidit & gauiſus eſt: quia erat tempus redemptionis eius. Ieſus ſe abſcondit, & exiuit de templo. Abſcondere hîc, eſt tollere notitiam: omnis cognitio à uerbo, quod λόγος, ſeu ratio dicitur. Vnde non communicare influxum lucis, eſt excæcare cognitionis oculum, ſicut oculus quò ad uiſionem excæcatur, quando lumen ei ſubtrabitur.

Ex ſermone: Promiſi hodie.

Animà immortalis. QVi ex Deo eſt, uerba Dei audit. Loquitur de anima, quę ſolùm poteſt uerba audire, aures autem, uocem audiunt. Si igitur anima quæ audit uerba, non eſt ab alio, quàm à uerbo immediatè: tunc anima ipſa, eſt immortalis & incorruptibilis. Sicut omnia uidemus ſemper eſſe, quę immediatè à Deo creata ſunt: ut cœlum, terra, elementa. Deus per uerbum ſuum creat: uerbum eius, ars eius eſt. Creat igitur per artem, animam artis capacem. Vnde anima, q̃ eſt ipſa capacitas artis, menſurat omnia, ſcilicet tempus, & motum, & quicquid eſt. Non eſt igitur temporalis, quæ ſuperponitur tẽpori quod menſurat. Omnis enim artifex

tifex, producit opus ſuum, optimo modo quo poteſt: ſic producit potentia infinita, opus ſine fine, finita cum fine. Quare quicquid à Deo, mediante creatura finita producitur, quæ non poteſt habere potentiam infinitam: habet finem ut homo ab hominibus productus, eſt mortalis. & ita de plantis. Creatura, quæ poteſt Deum diligere, & colere iuſtitiam, & ueritatem, & uirtutes immortales: poteſt etiam à Deo diligi immortaliter. Et quia dilectio, non ſolùm in uoluntate, ſed operis exhibitione, debet oſtendere beneuolentiam, boni autem in hoc mundo opprimuntur, & eis oſtendi non poteſt beneuolentia immortalis: ideò in mundo incorruptibili eis oſtenditur. Iuſtitia enim Dei, requirit ut fiat retributio meritorũ. Quomodo fieret illa ei, qui eligit mori pro iuſtitia, ſi moriendo ſecundùm hunc mundum, eſſet penitùs extinctus? Eſt autem anima, ſpiritualis ſubſtantia, non habens contrarium, in corpore ut in carcere, ſeu ut natura in naui, quę non corrumpitur, carcere uel naui corrupta. Ideò dixit Dauid: Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo. Corpus eſt inſtrumentum animæ, ſicut malleus artis fabrilis, quæ deſtructo malleo, non perit. Vt Ariſtoteles fidem etiam facit, dicẽs: ſi ſenex haberet oculum iuuenis, uideret ut iuuenis. Et experimur per beryllum, animam non ſeneſcere, ſed membrum. Anima eſt in corpore, ſicut lux Solaris in aëre, quæ & ſi deſerat aërem, non tamen Solem. Sic non perit anima uegetatiua, ſicut ignis in carbone: ſenſitiua, ſicut in candela: rationalis, ſicut radius in aëre. Videtur operatio animæ non ſubeſſe tempori. Nam res cognoſcitur per ſuam operationem: operatio autem temporalium, eſt temporalis. Sicut corpus temporale, temporaliter moritur, & ſicut uolens ire Romam, ambulat per dies plures. Operatio autem animæ, eſt ſine tempore, ut experimur nos cogitare, & concipere ſubitò, ultrà mare nos eſſe. Homo poſitus eſt in medio, inter ſuperiorem angelorum naturam, & animalem inferiorem: eſt enim ſuprà omnia animalia. Medium autem, ſortitur naturam utriuſq;. Quare ſecundùm ſpiritum rationalem, eſt naturæ ſuperioris incorruptibilis. Ex his & alijs perſuaderi poteſt, animam immortalem eſſe. Et quia immediatè eſt à Deo, & non eſt à ſeipſa: non poteſt ipſa in ſe ipſa uitaliter ſubſiſtere, niſi ſuæ fontali origini inhærea: ſicut radius Solis, non poteſt eſſe in ſe abſciſſus à ſole. Paſcitur igitur continuo influxu Solis. Sicut igitur nubes eleuãtur à terra, per quas impeditur, influxus claritatis Solaris radij: ſic ex animalitate terrea, quæ ex Adam, oriuntur tenebræ, obſcurantes rationem, quæ ſunt peccata, & uarietates peccatorum ſiue nubium. Ventus autem qui eſt ſpiritus, oritur in aëre, & aut reſoluit nubes in pluuiam, aut expellit. Sic & in ánimam, uenit ſpiritus purgans, & reſoluens denſitatem nubium, aut ſubitò expellens, ut radius ſolùm ſubſit ſine impedimento ſoli, tunc enim uiuit ſub claro influxu principij ſui eſſe. Hic autem ſpiritus datur per uerbum. Nam fides eſt per quam recipit anima fortitudinem purgandi ſe, & pellendi denſitatem. Et ardor qui in anima oritur ex conceptu, qui ex fide eſt, uocatur charitas, operiens multitudinem peccatorum. Sicut gutta olei, immiſſa papyro uel pergamento denſo, facit quòd tollitur opacitas, & oritur claritas: ita purgãda eſt anima ab opacitate, ut poſsimus ſub influentia Solis iuſtitiæ, recipere paſtum uitæ. Eſt autem Euchariſtia ſacramentum, in quo fide attingimus cibum uitæ. Oportet igitur ſi ratio debet cibari uitaliter, quod ipſa appetat cibum: non autem appetit, niſi famescens. Vnde non credentes cibũ eſſe, illum non appetunt. Quare pueri, qui diſcretionem non habent, inter cibum corporis & cibum rationis, nec ludæi, uel infideles, capere poſſunt iſtum cibum, qui ſolùm per intellectum fide formata, capitur. Fides enim, eſt ut uis digeſtiua, qua non exiſtente, nihil operatur cibus. Famelici autem, ſolùm delectabiliter paſcuntur: nec; alij uita illa paſci poſſunt, quæ eſt delectatio & lætitia, quàm qui famescunt, & ſunt illi, qui omni amore alieno, & appetitu corrupto carent. Appetitus corruptus tollitur, ſublata materia peccante, de qua ortum habet. Vnde ſi ſentis in te, famem ueritatis & iuſtitiæ, tunc cibus ille animæ erit tibi conueniens. Signum autem iſtius famis eſt, quia frequentas omnia loca, quærendo ſemper id quod appetis, ſicut famelicum animal, quærit gratum paſtum circumeundo. Quare ſæpè & ſollicitè & lætanter quærere magiſtrum, qui te inſtruat de ue-

Purgatio. *Paſtus animæ.*

Euchariſtia.

http://www.obrascatolicas.com

ritatẽ, frequentando ſermones, ſignum eſt te uerè fameſcere, & appetitum habere rectificatum. Et ſi uis experiri inte, an fames ſit magna, uide, quid faceret famelicus homo, ne fame moreretur, nihil enim ille præferret cibo, omnia uenderet, ut emere poſſet cibum uitæ: ſi ſic eſuris & ſitis iuſtitiam, quòd omne id, quod non eſt iuſtitia, paratus ſis dare, ut iuſtitiam aſſequaris, beatus es: quia tales (ut ait ueritas) ſaturabuntur. Quamdiu hoc non fuerit, adhuc non plenè fameſcis. Oportet igitur te purgare & euacuare meliùs, quouſq; eueniat talis fames, ac talis appetitus:

Ex ſermone: Verè filius Dei erat iſte.

CHriſtus mortuus eſt, ut omnia eſſent cõſummata per ipſum. Et fructus mortis eſt, ut omnem conſummationem aſſequamur, ut contra ignorantiam, illuminationem conſummatam aſſequamur. Ex teſtimonio mortis, & fides, in qua lucet lux illa, iuſtitiam aſſequimur conſummatam, iuſtificati in ſanguine Agni immaculati. Si recipimus Chriſtum, aſſequemur obedientiam cõſummatam, humilitatem conſummatam, pietatem conſummatam, filiationem conſummatam, Deiformitatem conſummatam, ſpiritum Dei ſeu charitatem conſummatã, gaudium, pacem, & quicquid ſpiritus appetere poteſt conſummatum, remedium cõſummatum contra erroris ſpiritum huius mundi, & contra aduerſitates ſenſibiles.

Intellectus. Si conſideremus, quomodo intellectus ſe communicat cum gaudio, ut experimur per ſcripturas, quibus niſi ſunt ſcribentes, ſuum communicare intellectum: nihil mirum uideri poterit, ſi Deus, qui eſt puriſsimus intellectus, uoluit diuitias ſuas communicare, & notas facere. Et in hoc, homo eſt eſt finis creaturarum: quia habet intellectum, qui eſt capax notitiæ, quem Deus (ut noſcatur) creauit: quantò quis doctior, tantò libentiùs communicat doctrinam: quantò regis gloria notior, tantò rex gloriosior. Ignotus rex, non differt à non rege: ſed quia homo non potuit attrectare Deum, qui eſt homini inuiſibilis, cum non poſsit ipſum, aut ſpeciem eius uidere, aut uocem eius audire: tunc finis creationis eſt homo, qui eſt filius Dei. Filius enim eſt patris filius, ſicut uerbum intellectus. Verbum enim uiuum, cum ſit conceptus intellectus, exit ab intellectu, & ſcit unde ſit, & cognoſcit intellectum. Sicut uerbum, quod ſub ſcriptura doctoris latet, ſi eſſet uiuum, uti intellectus à quo exiuit: cognoſceret patrẽ ſuum, & reuelaret ipſum, mediante uiua uoce, ſicut uerbum mortuum, mediante uoce mortua, quæ eſt ſcriptura. Vnde niſi Deus talem creaſſet hominem, cuius intellectus, fuiſſet exaltatus ad unionem uerbi Dei: remanſiſſet Deus hominibus incognitus. Eſt igitur propter talem omnis creatura, quia ipſe finis. Et hic eſt magiſter, qui poteſt tollere ignorantiam, & illuminare omnem hominem, uenientem in hunc mundum: dum modò recipiatur doctrina eius, quaſi unigeniti patris, in plenitudine gratiæ & ueritatis: ſine illo, nemo poteſt attingere finem, cum finis ſit cognitio Dei.

Verbum. Ad hoc autem ut recipiatur, omnia ſcripta per ipſum conſummata ſunt. Chriſtus igitur, eſt uerbum patris abbreuiatum ſuper terram. Humanitas Chriſti, eſt quaſi liber uiuus, in ſe habens uerbum uiuum patris, & eſt quaſi concluſio omnium librorum, & ſcripturarum, & figurarum, & formarum, & artium, ſcibilium, & operabilium: ſicut concluſio eſt breue uerbum, complicans omnia in uirtute, quę per libros multos, non poſſunt ſufficienter explicari. Concluſio autem eſt, propter quam ſcribuntur omnia, & ſimiliter per quam omnia ſcribuntur. Nam quæ ſcribuntur, non ſunt niſi explicatio eius. Sicut uides, quomodo uerbum eſt manens apud patrem, & eſt miſſum in mundum, mediante natura humana: ſicut uerbum intellectuale magiſtri, manet apud magiſtrum, & mittitur in chartam, mediantibus literis, & figuris. Et ſicut magiſter, mittit uerbum ſuum, mediantibus literis cognitis, ijs ad quos mittit, aliter fruſtra mitteret: ſic Deus miſit uerbum nobis, mediante habitu humano, nobis à natura cognito, alioqui fruſtra miſiſſet. Chriſtus loquitur ea, quæ pater in ipſo, ſeu loquens in ipſo, ſeu mittens: ea enim quæ patris ſunt, eius ſunt, & econuersò, & pater in ipſo, & ipſe in patre, & qui recipit eum, recipit & patrem, & qui uidet eũ, uidet & patrem, & non poteſt ad patrem quiſquàm uenire, niſi per eum.

Ex

Ex ſecundo ſermone: Verè filius Dei erat iſte.

HIc docemur ex geſtis, quomodo hoc uerbum, eſt uerbum charitatis. Nam ab ipſo charitas effluit. Deus charitas eſt, uerbum Dei, uerbũ charitatis. Quid quærit amor, niſi amari? hoc amari, eſt cognoſcere amorem. Intellectus per amorem ſe communicat. Sed quia Deus eſt intellectus, qui eſt charitas, non aliter poteſt cognoſci, niſi dilectione. Qui igitur diceret, ſe Deũ cgnoſcere, & illum non diligeret, mendax eſſet, & qui diligit, cognoſcit quem diligit: & gradus dilectionis, eſt oſtenſio gradus cognitionis. Et quia Deus excellit omnem intellectum, ideò nunquàm ſic diligitur, ſicut diligibilis eſt, quia eſt charitas ipſa. Ieſus, eſt uerbum charitatis, in eo non loquitur niſi charitas. Solus Ieſus amat patrem, modo quo amabilis eſt: quia cognoſcit eum, modo quo cognoſcibilis eſt. Nititur amans ut amans, ſuum amorẽ, omni poſsibili modo oſtendere, ut cognoſcat. Sic experimur, Ieſum oſtendiſſe per omnia quæ fecit in hoc mundo, charitatem abſolutam, cuius ipſe erat legatus, & uerbum. Deus pater non pepercit filio ſuo, ut oſtenderet, quòd magis nos diligere non poſſet. Filius non pepercit animæ, ſeu uitæ ſuæ, ut oſtenderet, ſe uerum legatum charitatis. Non potuit maior eſſe amor patris, & hoc oſtendit, quia non præpoſuit ei proprium & unicum filium. Nec potuit eſſe maior amor filij ad nos, quia ut adimpleret legationem amoris, non præpoſuit uitam ſuam amori. Videamus, quibus ſignis Ieſus ſe oſtendit, uerbum & legatum charitatis, & ſigna ex hiſtoria elicia mus. Vnum ſignum habemus, ex geſtis in cœna in Bethania, quæ fuit ante ſex dies Paſchæ. Aliud ſignum, ex geſtis in die Palmarum, & duobus diebus ſequentibus. Tertium ſignum, ex geſtis in ultima Cœna. Sed ultimum & maximum, ex geſtis in die Paraſceues.

Amor.

Ex ſermone: Paracletus autem ſpiritus ſanctus, qui à patre procedit.

SI quis prædicaſſet de manna ſcilicet quomodo eſt cibus, omnem in ſe habens delectationem, ita quòd ſapor eius, complicet omnis guſtabilis guſtum carnium, piſcium, & reliquorum guſtabilium: quia talis ſapor, habens in ſe omne id, quod uoluerit deguſtans, nunquàm fuit alicui cognitus, ideò non capitur talis cibus eſſe, licet credatur dicenti. Eſto igitur, quod ſapiditas illius cibi, immittatur ſaliuæ, ita quòd guſtus immutetur aut attrahatur ad appræhenſionem eius: tunc guſtus intuetur illius ueritatem, quod priùs fide percepit. Ecce ad talem guſtum non ſufficit, quòd organum ſit ſanum, puta lingua & ſpiritus, ſenſitiuæ uirtus, ſublilis & clarus: ſed requiritur etiam, quòd in eo generetur ſapor ignotus. Homo fuit totus carneus, & priuatus omni ſanitate ſpirituali, & Chriſtus uenit, & deſanando homine omnem curam egit, & primò hominem ſanari poſſe, uſque quò æternam uitam adipiſcatur, euangelizauit: & quomodo homo ſe parare debeat, & guſtum uitæ deperditæ per originale peccatum recuperare, inſtruxit: deinde quis cibus talis uitæ foret, propalauit. Non poterãt homines hunc cibum quem nunquàm deguſtarunt, intelligere, niſi conſolator paracletus, manna ſcilicet ſapor illius cibi, deſcenderet in linguas, quo ueniente in Apoſtolos, ipſi omnia intellexerunt.

Manna.

Magnes. Chriſtiformites. Trinitas.

Species magnetis, habet eſſentiam, uirtutem, & operationem. Ab eſſentia, generatur uirtus: ab utroq;, procedit operatio. Virtus prædicat eſſentiam, ſed non poteſt capi, niſi per explanationem explanetur. Ferrum eſt ab illo. Magnes enim eſt principium ſeu mater ferri. Species ſeu forma magnetis, trahit ad ſe ferrum, ſed non niſi ſpiritus à forma & uirtute procedens, mittatur ad ferrum, poſtquàm ſpiritus ille miſſus eſt ad ferrum, ita quòd ibi maneat: tunc mouetur ferrum in illo ſpiritu, ad uirtutem, & eſſentiam magnetis. Et prout mouetur magnes, ſic & ferrum, nam ſpiritus magnetis, uinctus eſt ſpiritui ferri, ita quòd nexus eſt indiſſolubilis, & non mouetur magnes ad motum ferri, ſed econuerſò. Et licet magnes diſtet per medium ligneum, lapideum, ſeu laminæ aureæ, uel argenteæ à ferro, tamen hoc non impedit ſpiritum ſubtilem magnetis: & ferrum induit formam magnetis, per fortem unionem ipſius

http://www.obrascatolicas.com

pſius cum magnete,adeò quòd opera facit quę magnes. Sicut qui induunt Chriſtum per inhabitantem ſpiritum Chriſti in eis,efficiuntur Chriſtiformes. Et hîc aduerte, quomodo hæc ſimilitudo, uidetur ualere ad qualemcunq; intellectum ſpiritus ſancti. Nam forma magnetis,eſt ut pater cœleſtis, qui eſt forma formarum:uirtus, eſt ut filius:operatio,ut ſpiritus ſanctus. Et hic ſpiritus,tranſmittitur & uiuificat. Ferrum enim ſine motu,eſt mortuum:ſed uiuificatur,ueniente ſpiritu tali,& non mouetur,niſi ad principium,unde ſibi uenit uita illa,ut moueatur. Et ſi ferrum audiret uirtutem magnetis,prædicantem de forma ſua admirabili,quæ dedit illi eſſe, quomodo & dare poſſet ei motum uitæ: non caperet ferrum uerba uirtutis, quia nullum cognoſcit motum,niſi ut graue mouetur deorſum, & motum alium, qui eſt attractionis,non poſſet intelligere, niſi ſpiritus attrahens miſſus doceret. In abſoluta eſſentia attractiua, uideo attrahentem,& eus uirtutem,atq; nexum. Et tota eſſentia, eſt ſpiritus. Virtus autem induit formam, quaſi formam ferri, ut omne ferrum ad ſe trahere poſsit. Sed non poteſt attrahi aliquod ferrum, niſi ſpiritus attrahentis patris mittatur in ferrum,mediante quo ſpiritu pater attrahit ad filium,omne quod uenit ad filium. Poſtquàm eſſentia attractiua,eſt æternitas ipſa,& uitaliter per ſpiritum ſuum,attrahit ſpiritum hominis præmortuum,eum uiuificando:tunc ſpiritus ille,qui miſſus eſt ad ſpiritum hominis,eſt donum & pignus,perpetuæ unionis ad uitam,quum ſpiritus ſit nexus,quo ſpiritus uiuificatus,nectitur uitæ attrahenti. Niſi enim in ferro eſſet uis, cui uis attractiua magnetis poſſet uniri,nunquàm moueretur ferrum ad magnetem. Amor ſapientiæ,dici poteſt charitas,ſiue eſſentia attractiua,ſiue bonitas. Communicare enim ſe prout amor,& bonum quod eſt ſuiſpſius diffuſiuum, & lux,ſe communicant:eſt ad ſe attrahere. Sapientia patris,induit naturam humanam, ut patrem oſtenderet,& hoc fecit uerbo:ſed niſi ſpiritus,qui & charitas ſeu amor ſapientiæ, à patre procedens, in ſpiritum hominis miſſus fuerit, ſcilicet ſapor ſapientiæ (guſtata enim ſapientia,charitas eſt) non mouetur ſpiritus hominis, nec uiuificatur uerbo ſapientiæ. Reperitur uis attractiua,in omni re in ſimilitudine,ſicut in Deo:omnis enim res,conatur in ſui ſimilitudinem aliam trahere,& hoc, eſt ſe communicare. Nam omnis forma eſt bona,& quia bona,diffundere ſe conatur: ſed quia omnis forma formata ſeu creata,nõ eſt per ſe bona,ſed participatione boni per ſe, ſicut nec per ſe forma:ideò non attrahit ad eſſe,ſed ad ſimilitudinem ſuæ formæ. Deus autem attrahit ad ſe,& oritur eſſe participatum, ſcilicet ſimilitudo diuini eſſe, quod quidem eſt eſſe ſubſtantiale. Reperitur etiam inter ea quæ ſunt differenter, differentia attractionis. Nam ſicut magnes uſq; ad unionem ſui attrahit ferrum, & diffundit in ferrum uirtutem attractiuam: ſic reperiuntur lapides, licet rari nobis ſint, qui aurum attrahunt, aliį argentum,aliį carnem humanam,ut ſcribunt ueteres. Imò fertur fructum quẽdam eſſe,qui ſi applicatur naribus, attrahit ſpiritum totaliter de corpore. Sed ſpiritus rationalis,non ponitur in motu,niſi attrahatur à ſpiritu,qui non eſt de hoc mundo ſenſibili,ſed de mundo intellectuali,ſcilicet cœleſti ſeu diuino. Verbum enim Dei,ſiue ſapientia patris,mediãte ſpiritu ſancto, quem mittit in ſpiritum rationalem,attrahit, & ponit in motu ipſum. Sapor enim ſapientiæ, immiſſus in guſtum rationalis ſpiritus,diffundit charitatem in animam:nam non poteſt ſuauitas illa, & dulcedo ſapientiæ,non amari per rationem,quum ſit uita eius. Vnde uti ferrum attractum per ſpiritum magnetis,amoroſè quaſi ad uitam mouetur:ſic & ratio ad ſapientiam. Sed quantò ferrum,fuerit magis ſubtile & purum tantò uelociùs & intimiùs adhæret. Sic ratio,quantò abſolutior & ſpiritualior, atq; clarior, & à cura carnis, atq; ab omni alia concupiſcentia ſeperatior:tantò intimiùs & uelociùs, atq; ardentiori charitate,ſapientiæ adhæret,ita ut fiat unus ſpiritus cum ea. Quæ autem ferrum impediunt,ne moueatur ad magnetem:ſunt, quæ non ſinunt ſpiritum magnetis iungi ſpiritui ferri,uti eſt rubigo ferri,fœtor allį, & ſpiritus diamantis. Quæ quidem, in anima dici poſſunt triplex ſpiritus:huius mundi ſcilicet eruginoſæ auaritiæ, fœtidæ luxuriæ,& potentis ſuperbiæ. Conſidera,ſpiritus ſanctus deſcendit in igne, in figura linguarum, in Apoſtolos. Nam quum Apoſtoli miſsi eſſent, ad euangelizandum regnum Dei, &

& adhoc opus erat ignito eloquio,imò uehementer ignito, ut ſic ſpiritus hominis, deſiderio regni accenſus,ipſum rapere poſſet,quod aliter haberi nequit:ideò ſub tali figura deſcendit. Et ſcias,quòd euangelizans lingua ignea, non eſt ſine ſpiritu ſancto. Impoſsibile enim eſt, quòd uerbum ardeat ſine charitate,& impoſsibile eſt, quòd charitas ſit ſine ſpiritu ſancto, & impoſsibile eſt, quòd ſpiritus ſanctus ſit ſine ſapientia,nam eſt ſapor ſapientiæ,& impoſsibile eſt, quòd ſapientia ſiue uerbum,ſit ſine eo cuius eſt ſapientia,ſcilicet patre. Tota igitur trinitas, operatur in uerè euangelizante,ita enim ait ueritas: Non enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris mei,qui loquitur in uobis. Elocutio enim uerbi patris,eſt ſpiritus ſanctus:in elocutione, eſt uerbum patris:& elocutio, eſt nexus uerbi cum patre. Chriſtus nos docet, quomodo parare nos debemus,ut ſpiritus paracletus in nos ueniat, ſcilicet, ſeruando mandata eius,uti filij Dei,& petendo à patre, qui dat ſpiritum bonum, & ſedendo,atque auidè expectando, quouſque induamur uirtute ex alto, & pro certiſsima fide tenendo,quòd pater nobis eum mittet. Ad dilectionem Dei, ſequitur dilectio proximi:ut de acu quæ eſt in pyxide,quadrante,aut horoſcopo, habet ſpiritum charitatis à magnete,& mouetur ad motionem ferri. Ferrum eſt ut proximus,& compatitur ei.

Ex ſermone: Nemo poteſt uenire ad me,niſi pater ttaxerit eum.

Paracletus. Pax.

OPera ſpiritus paracleti,ſunt incorruptibilia,& ideò habent fructum uitæ æternæ & permanentis. Opera ſpiritus huius mundi,qui eſt ſecundùm carnem operans,ſunt corruptilia, ſic & habent fructum mortalem corruptibilem. Opera ſpiritus paracleti, ſunt opera pacis:ſpiritus Chriſti,eſt ſpiritus paracletus. Huius donum,eſt pax Chriſti,non quomodo mundus dat, ſed eſt pax æterna,quæ exuperat omnem ſenſum. Pax quam dat princeps huius mundi, eſt pax temporalis,apparens,inſtabilis.

Ex ſermone: Veniens offeras munus tuum.

Gratia.

PEcunia,eſt Domini,& lucrum ex pecunia,nõ poteſt eſſe ſerui: quia quicquid ſeruus acquirit,Domino acquirit,ſed ſufficit ſeruo gratia Domini.

Iuſtitia abundans non concludit,quòd nobis detur regnum cœlorum: ſed quia iuſtitia in ſeruo,gratiã meret Domini. Gratia igitur Dei,eſt uita æterna.

Ex ſermone: Cœlum & terra tranſibunt,uerba autem mea non tranſient.

Princeps huius mundi.

PRinceps huius mundi,eſt princeps tenebrarum, quem neceſſe eſt expelli: tenebræ enim niſi cedant,non ueniet lux.

Quando mundus debet innouari,& aliam formam ſumere,præcedit corruptio, ſicut quando ouum debet fieri pullus. Sic quando homo debet fieri filius Dei, qui eſt ipſe per fidem,& in potentia,ut pullus in ouo. Ex ſimilitudine ficulneæ, Chriſtus docet nos,quòd regnum Dei, eſt in comparatione ad iſtud, ſicut æſtas ad hyemen,æſtas ſcilicet fructificans. Nam in hoc mundo (ſicut ficulnea in hyeme) concipimus fructum per fidem: & in æſtate ſeu alio mundo, ex concepto humore,uireſcimus & fructificamus. Cũ arbores ex ſe fructũ producunt, tunc eſt æſtas. Sicut arbor,in hyeme nõ producit ex ſe fructũ,ſed cõcipit,neq; uidetur, neq; cognoſci poteſt fructus in hyeme, ſicut nec roſa in ſpinis, neque alicui ignoranti poſsibile uideretur, ſi oſtenſa illi ſpina diceretur, in æſtate ex iſto ſicco & aſpero ligno, & penitùs deformi, roſam pulchram uita uegetabili creſcentem, & ſuauiſsimos odores ex ſe ſpargentem,oriri: ſic conceptus in ſpiritu hominis,per fidem Chriſti,fructus ſpiritus Chriſtiformis, uitalis uita creſcenti in uitam orietur, ſed ignorantes, rudes, agreſtes,& infideles non credunt. Duo dicit Chriſtus, ſcilicet quòd mundo ſenſibili & corruptibili, tendente ad occaſum: oritur ſignum redemptionis, ſicut hyeme ad finem tendente, oritur ſignum futuræ æſtatis. Per hoc intelligo, quòd ſicut ſigna corruptionis, præcedunt interitum mundi, ſtante generatione:

Regnum Dei. Ficulnea.

http://www.obrascatolicas.com

sic etiam orientur signa, appropinquationis regni Dei, scilicet quòd tunc spiritus fortificabitur in electis & fidelibus: quia aduentus Christi, qui erit uisibilis in die iudicij, erit in nubibus cum potestate magna & maiestate, in nubibus scilicet illis, quæ uolãt ut nubes, in quibus occultatur Christus. Et hic aduentus, præcedet diem interitus mundi huius, ut habetur hîc. Sic enim dixit Christus: Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant: omnia scilicet priùs dicta, scilicet signa in Sole, & Luna, & stellis, & pressura gentium in terra.

Resurrectio. In die illa, erit terra noua & cœlum nouum, & in renouatione, ueniet filius hominis. Nam homo resurget incorruptibilis & immortalis, & tamen ille idem, qui nunc mortalis. Quare habebit uerum corpus, ex ueris elementis compactum, ut priùs, & oculos habebit illos, quos habuit: sed omnia induent immortalitatem. Sicut homo renouatur per resurrectionem: ita omnia, sine quibus homo hodie non est. Sed hodie ad esse hominis, totum uniuersum influit, scilicet cœlum, terra, & qui in eis sunt: sic illa omnia, hoc est totum uniuersum, necesse erit renouari, homine ad immortalitatem translato. Sicut igitur homo transibit: ita cœlum, & terra, & omnia. Solùm igitur uerbum, per quod omnia in esse prodierunt, non transibit: quia per ipsum omnia erunt noua. In uerbo omnia sunt, ut in conceptu Dei æterno, & permanente, & ex illo quasi ex thesauro patris, procedunt noua & uetera. Et qui hoc uerbum ignorat, ille de ueritate nihil capere potest.

Deus sicut uult, ita res se habent, quia est principium liberum, omnipotens: potest enim de lapidibus mortuis, suscitare filios Abrahæ, & corruptibile induere incorruptionem. Multa exempla, transitus corruptibilis in incorruptionẽ, habemus. Metalla, habent eadem principia, & transeunt de maiori corruptione, in minorem, per digestionem longiorem, usq; in ultimam perfectionem, quæ est auri. Sic in cineres, resoluitur herba, & ex illis ut ignis, uitrum solidum, & clarum, atq; uix unquàm amplius in cineres resolubile, excitatur.

Maria. Rectum. Virgo glorioſa, quum esset prædestinata ante sæcula, ut ex ipsa reciperet Dei filius, naturam humanam, ut Deifilius, fieret filius hominis: ita concepta est, ut dignum ab hoc habitaculum fieret. Induere se debuit Deus humanitate Marię: quare humana natura uirginis, digna facta est ab initio. Nam etsi ipsa concepta fuit ex uirili semine, uia propagationis ab Adam, & quantùm ad suum initium indiguit liberatore, quia in Adam nisi liberẽtur aut præseruentur, omnes moriuntur, ut in Christo omnes qui uiuificantur: tamen sicut anima eius rationalis, nullo tempore fuit, antequàm esset corpori unita, ita ipsa dum crearetur sancta creata fuit, sic etiam quòd nulla duratione fuit uerum dicere, uirginem fuisse sub peccato. Secundùm enim instans naturæ, ipsa ex Adam non fuit, uti omnes indigens gratia, quam assequuntur quando possunt: sed non possunt nisi priùs sint capaces, hoc est post infusionem animæ, quæ sola est capax gratiæ. Gratia igitur affuit ei in creatione, quando ipsa fuit capax eius: ita ordine naturæ, nõ priùs fuit, uti omnes ex Adam, sed assequuta est priùs omnibus gratiam. Nam Ioannes Baptista, & Hieremias, sanctificati in utero, citiùs sanctificari potuerunt, uirgo autem non. Vnde in nullo instanti aut naturę aut temporis, quod sequitur instans naturæ, post unionem animæ & corporis, fuit sub peccato. In umbra enim & in animalitate, ex terreno Adam nascimur, quæ quidem umbra, in nobis nõ illuminatur actu, per superueniẽtem radium rationis, siue animam rationalem. Quoniam non nisi scintillam secũ ducit, in similitudine lucis intelligentiæ, ex qua potest per spm sanctũ ignis accẽdi, ita ꝙ est semẽ lucis & nõ lux. Neq; fiet lux, si spiritus sanctus non insufflauerit: sicut de igne scintillari, concepto in combustibili, in quo latitat, quousq; per spiritum seu uentum, in tempore excitatur ut ardeat. Verum si cum uehementi spiritu seu gratia, quod idem est: anima quæ creando infunditur in tenebras, creando adorneretur, sicut quum aër generatur in die, generando, aër induitur radio lucidissimo Solis, qui subitò nunquàm priùs tenebrosam habitationem illuminat, etiam instanti naturæ, & instantibus instans naturæ sequentibus. Opera enim spiritus, nesciunt moras, cui subitaneo operi assimilatur illuminatio sensibilis.

Nam

Nam Sole in oriente existente, sine mora, radius illuminat occidentem. Sic arbitror, animam conceptam, in corpore prædisposito, materiæ ornamentum gratiæ recepisse, à lumine Solis iustitiæ, & nunquàm ea caruisse, ita quòd non fuerunt ullę tenebrę per aliquod instans aut tempus imperceptibile, originalis indispositionis. Omnes gratiæ cæteris sanctis datæ, quæ dona gratis data dici possunt: sunt quasi quædam lumina censenda, animæ addita, quæ dum infunderentur, non expulerunt omnẽ male uolentiam tenebrosam, quam ex Adam, natura habet humana. Ideò semper inclinationem & fomitem, atque in concupiscentia & ira, & motibus animæ sensibilis, deordinationem, & impetum contra rationem, experti sunt: quia animalitatis natura, rationi in toto non cessit, in uno tamen plùs, in alio minùs. In uirgine autem gloriosa, tota natura de seruitute illa liberata est, omnibus istis motibus, per lumen rationis extinctis & subactis: ita quòd etiam fomes, seu habitualis inclinatio, & murmuratio, & contradictio, quæ mansit in membris Pauli, ibi non maneret. Talem enim naturam exigebat filius hominis, qui & filius Dei, qui uenit tollere peccata mundi, & in Adam mortuos, regenerare in uitam. Ideò quia hæc erant futura filio Dei ex uirgine, ab initio cõceptionis, oĩa pordinata sunt, sine qbus mater Christi esse nõ debuit.

Hæc tàm sancta conceptio. Nam Christus Dominus noster, in quo tantùm sanctificari poterimus, pro nostra salute incarnatus est, in ea uirgine semper benedicta inter omnes mulieres, ut & Iesus Christus, qui ipsam benedixit, sit & eius fructus benedictus, qui nobis ex ipsa uirgine, factus est fructus uitæ immortalis.

Adam habuit innocentiam, in perfectione uirilitatis, in qua dominabatur usus rationis: propterea nihil concupiscebat animalitas, nisi sub freno rationis. Quasi equus benè frenatus, qui non mouetur, nisi quo ducitur per sessorem, ipsum dirigentem per frenum. Sed permisit Adam animalitati, suum cursum naturæ, quem ut animal habuit, communem cum alijs animalibus (ac si deposito freno, equus permitteretur suæ libertati naturali) & sic facta est rebellio. Nam postquàm iuxta animalitatem, ad desideria bestialia ductus est, cessauit innocentia: quia orta est reluctatio, & inobedientia, & rebellio contra rationem, & malitia in loco innocentiæ exorta, lege sua scilicet bestialitatis, se uiuere assuefecit. Et ita pugna orta est, & diuisio inter spiritum rationalem, & carnalem animalitatem. Hanc animalitatem, transmisit Adam in posteros. Contrahimus enim à parentibus, hanc sensibilem uitam. Et ita anima sensitiua, quam ex propagatione habemus, est per quam ab adolescentia nostra ad malum, & contra ea quæ rationis sunt inclinamur; sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Et ea quæ consequuntur hanc animam in parentibus, etiam uidemus plærunq; in filijs, sicut sunt furor, infirmitas, & id genus. Et uidemus, quòd ante omnem usum rationis, animalitas dominatur, cum qua currit quædam similitudo innocentiæ: quia nihil imputatur puero ad peccatum actuale, quamdiu caret usu rationis. Ipsa innocentia, est de se amabilis, sed puer transit in adolescentiam, & usum rationis, prædominante animalitate, quæ iam prouecta est in eo, usu rationis primùm inciptente. Et sic experientia in nobis comprobatur, plùs esse animale quàm spirituale. Et pronitas bestialitatis, & inobedientia, quò ad rationem, ostendit in nobis quendam motum concupiscentiæ esse fœdum, quò ad rationem, per quam quasi oculis rationis clausis, opera carnis præponimus, operibus spiritus. Et hanc fœditatem quasi fontem, unde effluit motus concupiscentiæ, contractam à parentibus, abominatur spiritus. Et hinc originale peccatum, diuidit hominem ex Adam à Deo, qui est spiritus: & non reparamur, nisi per spiritum Christi, uia regenerationis. Sed coinfusa fuit, & in gloriosa uirgine, quando anima infusa fuit superaddita gratia, quasi ignis illuminans & ornans, & penitùs non admittens fontem concupiscentiæ. In alijs uerò in utero sanctificatis, post animæ infusionem, superaddita est gratia, quasi ignis consumens, & exsiccans fomite concupiscentiæ, & purificans atq; expellens, contagiosam fœditatem. Sicut si uino in uas fœtidum infuso, statim post superueniret flagrans odor, omnem uasis fœtorem expellens. Nam sicut anima, superueniens post corruptionem materiæ, unit sibi ipsam, &

effi-

http://www.obrascatolicas.com

efficit ſibi eã uiuã, & corpus ab omni putrefactione fœda cõſeruat, & ea rece dẽte, corporis unitas ſoluit & putreſcit: ſic ſe habet gratia in anima rationali. Et hæc eſt gratia q̃ in ſpiritu rationali, ex participatione diuini uerbi, quod eſt pabulũ uitæ rationalis, exiſtit. Et ſicut anima uariẽ uiuificat corpus, una perfectiũs q̃ alia, qa corpus unius, meliũs diſpoſitũ eſt ad recipiendũ illũ influxũ, q̃ alterius: ſic etiã aia una meliũs diſpoſita eſt ad recipiendũm influxum gratiæ, non eñ eſt defectus, in anima uiuificãte. Nã anima, ſe habet quodãmodo ut flãma cãdelę. Non eñ ſtat p ipſam, q̃ nõ ſemp illumi net æquè claré & lucidè: ſed p cãdelã & materiã. Sic nec ſtat p uerbũ, q̃ minus illumi netur anima. Sicut non ſtat per magiſtrũ, quò minus unus diſcipulus illumi netur per doctrinã ſuã q̃ alius, ſed ſtat per capacitatẽ: quoniã unus habet capaciorẽ intellectũ, q̃ alius. Et ſicut homo iuuat ſe arte Medicinæ, quãdo ſentit corpus minus capax uiuificationis, ad indigeſtos humores in eo exiſtẽtes, ſe per abſtinentiã macerãdo, aut per pharmaca purgãdo, quouſq̃ ſit corpus reductũ, ad meliorẽ capacitatẽ influxus uitæ: ita anima ſe purgat, quãdo ſentit ob uitia & malas conſuetudines, ſe incapacẽ influxus gratiæ. Vnde adhibet medelam, per abſtinentias, ut concupiſcentiã expellat, & p opera charitatis, & aſſuefactiones in operibus miſericordiæ, & deinde per orationes & contẽplationes, ut ſic fiat demũ anima capacior gratiæ. Omnia aũt in uirgine glorioſa, ab initio ſic ſe habuerunt, quòd ipſa fuit capax gratiæ, nõ ut cæteri diminutè ſed plenè: ita quòd nõ habuit opus in uita ſua, purgatione, ſed conſeruauit animam ſanã, quia actualiter, taliter nunquàm peccauit, quòd aliquid plenæ gratiæ perdiderit confirmata in gratia, qa lex mẽbrotũ, ſtimulus ſcilicet peccati & fomes, nõ regnauerũt in ipſa: ſingulari.n. priuilegio, fuit exẽpta, de principatu & legibus principis huius mũdi. Vas.n. corporeũ, in quo recepta eſt anima illa glorioſa, & reſplendẽs gratia, ſanctificatũ, purificatũ, & odorificũ factũ eſt, priuſq̃ illa in eo reciperetur, & creando infunderetur, neq̃ in eo remãſerat ulla infirmitas, aut ad infirmitatẽ trahẽs ꝑclititas, à progenitoribus contracta. Ad ipſam igitur fœcundiſsimã matrẽ gratiæ, nunquàm egenã gtatiæ omnis egens recurrat: qa ipſa eſt gratia plena, cum qua Dominus gratiæ. Tanta eſt gratia in uirgine, ut ſit optima aduocatrix pro gratia, habenda à Domino, qui cum ea eſt, de cuius Domini plenitudine, omnes gratiam pro gratia recipimus, qui eſt uentris uirginis fructus, Ieſus ſemper benenictus. Amen.

Spes.

Ex ſermone: Quæcunq̃ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

SPes uera, eſt in incorruptibili mente. Vnde ſpes uera & perfecta, eſt gratia nutriens ſpiritum, ſpe enim uiuimus. Spes igitur, eſt uita animæ rationalis, unitæ animalitati. Si enim anima rationalis, haberet quod ſperat: ceſſaret ſpes, & eſſet anima ſeparata à tempore, in quo expectat id quod futurum eſt, ſuprà tempus. Et ita eſſet extrà hunc mundum ſenſibilem, qui tempori ſubeſt. Quando igitur corde credimus ad iuſtitiam, & id quod credimus, indubia ſpe tenemus: tunc id quod poſt mundum iſtum, futurum expectamus, in nobis iam eſt abſconditum, ſpes enim, eſt ipſa expectatio. Si ſperamus filij Dei fieri, uti Chriſtus: iam Chriſtus in nobis abſconditus eſt, in quo filiationem Dei expectamus. Quare in ſpiritu mentis noſtræ, per gratiam uiuificantem, habitat ſpiritus filij Dei, in quo clamamus Abba pater. Et ſic paſcimur in gloria, appræhendentes Deum, & fruentes Deo, ita hîc nos credentes. Neq̃ eſt alius cibus ille, qui in re nobis dabitur tunc, quàm quem modo tenemus in ſpe, qui nobis Chriſtianis, per Euãgelium & ſcripturas miniſtratur, ſed miniſtratio eſt diuerſa. Nam ibi Chriſtus, miniſtrat cibum in ueritate: quia eſt regnum, in quo miniſtratur regnum ueritatis: hic miniſtrat in ænigmate ſub ſpe, quia iſte mundus non eſt capax ueritatis. Miniſtratur igitur, ſicut capi poteſt. Sicut non eſt alius Chriſtus, in gloria & in ſacramento: ſed in gloria, uidetur in ueritate, hîc creditur. Paſcentia igitur ſpiritus, ſpes eſt: & experimur nos ueram ſpem habere, ſi patientiam habuerimus.

Religioſus.

Verus religioſus intrat monaſterium, ne decipiatur, & ut pœnitẽtiam agat. Ficto, omnia ſunt grauia: uero, omnia leuia. Erit igitur mihi facilè experiri, qui ueri ſint, & qui ficti

qui ficti, nam obedientia oſtendet. Verus accuratiſsimè ſtudet, non minus ſuperiorum quàm Dei obedire mandatis, & ſit tanquàm iumentum, quod oneratur, nec dicit ſufficit, quamdiu ſub onere nõ ſuccumbit. Sed fictus religioſus, minus agere uult in religione, quàm egiſſet in mundo, putans ſe ex religione dominum eſſe, & ocio & delitijs uacare debere: quia propterea religionis nomen aſſumpſit, ut deſideria carnis, meliùs expleret. Si igitur ficto imponitur aliquid, aſperitatem aut macerationem carnis habens, ſtatim maleuolentiam ſuam palliare nequit.

Ex ſermone: Pariet filium, & uocabis nomen eius Ieſum.

MIrabile, ex ſpiritu ſancto, habuit in utero. Nam non dicitur ſpiritus ſanctus pater, à quo habuit in utero: ſed ſicut uis quædam, quæ ſine artifice faceret ligna moueri, ut fieret domus, uis illa non eſſet domificator, ſed quędam altior natura, ſic naturam mouens. *Spiritus ſanctus.*

Cum profertur uerbum quod debet concipi: tunc præcedit quidam ſpiritus proferentis, qui mouetur per aurem audientis, & in ſe defert uerbum, quod debet concipi in interiori parte animæ, ſcilicet intellectu, neq̃ ad intellectum aliter peruenire uerbum. Spiritus igitur ille diſpoſitor eſt, ut capiat uerbum. Sic ſpiritus ſanctus, qui eſt charitas, facit uenire conceptum, ad animam uerbigenam.

Ex ſermone: Pax hominibus bonæ uoluntatis.

FInis, eſt principium & ultimum, ubi intentio eſt executio: ibi tunc incipis uidere pacem. Artifex operans propter finem, habet finem in intentione, & omnẽ laborẽ adhibet, ut efficiat id quod intendit. Sic finis, eſt cauſa cauſarum: quia quòd efficiens & forma cauſant, habẽt à fine. Qui igit talis eſſet artifex, quòd eius intentio eſſet ſimul & executio, hic per intellectum concipientem, produceret ſimul in eſſe, rem conceptam: in illo, æ & ω, principium & finis, coinciderent. Hæc coincidentia in ſe conſiderata, eſſet pax tricauſalis unitatis: nam efficiens, formalis, & finalis, eſſet cauſa una & trina. In efficiente enim, ſi rectè conſpicis, ibi reperies finalem & formalem. Sic in formali, efficientem & finalem: & in finali, formalem & efficientem. Sicut intellectus, extra quem nihil eſſe poſſet, quia non poſſet eſſe locus, quem non ambiat infinitus intellectus: hic intellectus intelligendo ſe, eſt efficiens, formalis, & finalis, neq̃ efficit, neq̃ format, neq̃ intendit aliud q̃ ſe. Et quando illum conſideras efficientẽ, in ipſo uides, formã & finem. Et quando conſideras, formã ab efficiente genitã, in ipſa uides efficientẽ & finem. Et quãdo uides finẽ ſeu intellectionẽ, procedentem ab efficiente & forma: in ipſa intellectione, non potes non uidere, efficientem & formã. Vnde hæc pax, quæ trinitas, eſt locus eius & habitatio, quam Propheta dicit eſſe, in monte Zion, ſiue in altitudine ſpeculationis. Et hic eſt Deus, quem etiã gentilis Ariſtoreles tricauſalem, atq̃ cũ hoc unã ſimpliciſsimã uidit cauſam, ſine qua nihil ſubſiſtere poteſt. Exprimit aũt Plato tricauſale principiũ, in epiſtola, per triplicẽ modũ eſſendi rerũ in ipſo, prout ipſum intelligũt magis docti. Hoc ſolùm nunc dixiſſe uolo, pacẽ abſolutã eſſe, in qua ſolũ reperit Deus trinus & unus: quia Deũ eſſe pacem, eſt ipſum eſſe unitrinũ principium. Dico igitur, pacẽ diuinam eſſe, ſine qua nihil ſubſiſtere poteſt. Nam quòd omnia ex quibus ſunt creaturę, ad ſe inuicem pace uinculentur, ut quietentur & ſubſiſtant, eſt neceſſarium. Pax autem, uidetur eſſe unio, pax enim unit. Et medio aliquo, unio fit, & illud medium, eſt in quo quietantur extrema. Vnde pax, nexus eſſe uidetur, per quam centraliter omnia nectuntur, ne defluant. Pacificator, mediator dicitur: nam in motu, non reperitur niſi quies, ſic in tẽpore, non niſi Nunc. Pax aũt non poteſt eſſe pura niſi ut eſt ipſa per ſe, & diuina. Et non poteſt eſſe quicq̃ expers pacis, & res in quantũ ſubſiſtit, in tantũ de pace participat. Non poteſt pax non deſiderari, quia ſine ea nihil ſubſiſtit. Pax uidetur unio circumferẽtiæ ad centrum, & locus pacis & quietis, eſt cẽtrum. Non poteſt pax uideri, niſi in coincidentia extremorum: & locus pacis, eſt medium. Subſtantia non uidetur, neq̃ in forma quæ dat eſſe, neq̃ in materia ſubiectiua: ſed in centro *Finis. Cauſa.* *Pax.*

nexus

http://www.obrascatolicas.com

nexus quietis,pacis,ſeu mediationis.Veritas ſtabilis & permanens,non eſt extra pacem.De medio pacis,per quod uidetur ſtabilis ueritas, non eſt ſcientia. Nam mens dum utitur hoc pacis medio,in omnibus ueriùs intuetur. Omnes qui de ueritate eleganter ſcripſerunt,quantò præciſiùs potuerunt, ueritatem opinionũ,ad pacis medium reduxerunt.Videntur igitur omnes ſcientiæ,eſſe modi,exprimendi uiſionem pacis,ſic in moralibus uirtus,mediatio,& pax eſt. Pax,uidetur cœlum beatorum.Nam rectè dictum eſt,medium tenuêre beati.Multa quærit Philoſophus,per quæ ad ueritatem aſcendat,cui multæ oppoſitiones occurrunt,& quamdiu uerſatur in oppoſitis, nondum pacem uidet.Sed ueritatis locus,pax eſt, quæ nulla ratiocinatione attingitur.Sed ultrà oppoſitiones,tanquàm omnem ſenſum & rationem, exuperans uidetur.Nonnè accidentia ſunt in circumferentia pacis,&pax eſt in centro:locus ſubſtantiæ,eſt pax.Quantò res ſtabiliorem pacem participat : tantò nobilior,unde de pace, ſicut de bono & uita,conſidera. Prudentia ſpiritus, pax, & uita.Sapientia igitur in ſpiritu,eſt pax eius & uita. Vnde æternam uitam,dicimus requiem æternam. Vnio deitatis cum humanitate,eſt ſuprema pax:nam eſt unio pacis,ſeu requiei æternæ.Infinita pax,omnia ad ſe conuertit,& in ſe unit. Pax Dei eſt cum omnibus,ſine qua nihil eſſe poteſt:ſed non omnis ſpiritus,eſt cum Deo,quia liber ſpiritus,ſecundùm motum libertatis.poteſt accedere & recedere à pace. Naſcimur filij iræ, & per fidem in Chriſto,reconciliamur patri pacis,& auctori.De hac pace Chriſti, ſic prędordinatum eſt ab initio,ut eſſet mundus unus,& omnia in eo,cuius finis eſſet Chriſtus. Deus omnia propter ſemetipſum operatus eſt,ut notas faceret diuitias gloriæ, & hoc,quia bonus:boni enim natura ſic ſe habet, quòd eſt ſuiſpſius diffuſiua, quia ſe multiplicare appetit,quia bonum.Hinc ſe multiplicat,ut attrahat in communionem ſuæ bonitatis,non bona:& lux,eſt bona.Et quia bona,ſe diffundit,&non lucida ad ſe conuertit.Oĩa aũt qa bona,ſe diffundũt,& ſuas ſimilitudines multiplicant,ut patet,in multiplicatione ſpecierũ,& expimur in ſpeculis.Creauit aũt Deus naturã,magis ſuę bonitatis participẽ,ſcilicet intellectualẽ:q̃ in hoc quòd habet liberũ arbitriũ,eſt creatori ſimilior,&ẽ quaſi alius deus. In iſta natura, Deꝰ uoluit magis oſtendere diuitias glorię ſuæ:uidemus.n.quõdo intellectus oĩa ambit & aſſimilat,& artes de ſe exerit aſſimilatiuas,ut ẽ fabrilis,& pictoria.Iſta natura intellectualis,capax eſt Dei, qa ẽ in potẽtia infinita:poteſt.n.ſemp plus & plus intelligere.Vñ intelligere, ẽ intra ſe colligere:colligit.n.hæc natura intra ſe oĩa,& ambit uniuerſa, & qa ẽ libera potẽtia, poteſt fieri melior.Nulla natura alia poteſt fieri melior ex ſe: ſed ẽ id qđ ẽ ſub neceſsitate, q̃ ipã ſic tenet.Sola ĩtellectualis natura,habet ĩ ſe principia, p q̃ poteſt fieri melior,& ita Deo ſimilior,& capacior. Vñ ĩtellectualis lux, ẽ melior omni luce:qa oĩa penetrat, & ẽ ut radius lucis æternæ,ſiue Solis iuſtitiæ.Hæc natura ẽ finis creationis,qa oĩa ꝓpter Deũ,ſed uidere Deũ,& guſtare ipm, nulla natura poteſt,niſi intellectualis:illa, ſua natura ſeipã eleuare poteſt,ut uideat,& intra ſe colligat qdditatẽ rerũ,in qbus intuet effluxã bonitatẽ Dei,q̃ ẽ qdditas qdditatũ.Quare inſpirauit Deus hoc,ſpiraculũ in creaturas,cꝫ gradatim de nihilo,p ſex gradus ad ſex eleuauit, p cõmunicationẽ bonitatis ſuæ,ut ſic fieret creatura capax huius ſpiraculi,in q̃ ẽ uis libera aſſimilatiua, ſicut eſſentiatiua in Deo.Hic ſpũs intellectualis in Adã,iũctus ſenſualitati,nõ conſeruauit imperiũ nobilitatis ſuæ, ſed licentiùs indulſit ſenſualitati ſeu animalitati, quã ſub impio habuit tẽpore innocẽtię,& diſſolutus ẽ ordo,& rupta ẽ pax,& orta eſt repugnãtia,et ceſſauit influxus rationalis ſpiritus,ut rationalis in animalẽ,& diuini ſpiritus in humanũ:qa obediẽtia p quã fit influxus,non ſeruabaẽ,quãdo lex nõ curabatur,& ꝑceptũ ꝓ nihilo habebaẽ.Et qa lumen qđ influitur in ſpiritũ humanum, à ſpiritu Dei,ẽ lumẽ uitæ(inſpirauit enim in faciẽ eius ſpiraculũ uitæ) ideò ſpiritus illius, qui non fuit ſub influentia uitæ rationalis naturæ, factus eſt ignorans & tenebroſus. Nam uita ſpiritus,eſt prudentia,& ſapientia, & ueritas, & uirtutes immortales.Venit itaqꝫ Ieſus,hoc eſt uerbum illud quod dixit, fiat lux, & inſpirauit uitam in ſpiritum,ut eſſet uiua Dei imago,quæ ſemper ſe poſſet facere magis ſimilem Deo,& iunxit ſe intellectuali humanali naturæ,& facta eſt pax,& redintegrata linea influentię.

Natura intellectualis.

Ex

Ex ſermone:Simon Petrus dixit:Tu es Chriſtus, filius Dei uiui.

IN Chriſto omnia uidebantur, complicitè & unitè,quæ in omnibus ſanctis,diſcretè & partialiter.Nam in ſanctimonia uitæ, uidebatur Ioannes Baptiſta ſurrexiſſe,uidebatur aliis, quòd eſſet in eo ſpiritus Heliæ, aliis uerò, Hieremiæ,aliis quòd alterius alicuius Prophetæ. Ex quo trahe,ſpiritum Chriſti, complicaſſe omnium ſanctorum uirtutem. Poſtquàm igitur Ieſus audiuit eos de aliis dicentes,interrogauit eos:quem uos me eſſe dicitis? *Complicatio.*

Ex ſermone:Vbi uenit plenitudo temporis.

HAEc eſt differentia,inter uetus teſtamentum & nouum:quia nouum intelligit,& ideò operando ſecundùm intellectum,eſt eſſe in libertate. Non poteſt quis ſe dicere ut ſeruum ſeruire,qui facit ea, quæ intellectus in eo loquitur eſſe agenda:ſed qui metu pœnæ cogitur ſeruare legem, quam non intelligit,quia in illis quæ agit,ſunt quædam ſecreta & abſcondita,ab oculis intellectualibus,quæ ſuo tempore reuelantur,& priùs non cognoſcuntur,niſi in ænigmate.Talis ſeruiliter,uia timoris,& coactè obedientiæ legem adimplet:ſicut ſub pædagogo,puer uirgam timens;cum labore elementa componit literatum,et Grammaticam diſcit, neſciens tunc ad quid conferat:ſed dum ad adultam peruenit ætatem, experitur fructum,& non ſeruit amplius Grammaticæ ſeu elementis, ſed ſpiritum ſiue ſignificata uocabulorum omnium,liberè applicat, & non de uerbis ſed ſententijs curat, uenando ueritatem,qua appræhenſa,quieſcit.Sicut igitur omnis labor ſub elemẽtis,ſolùm tendit ad ueritatem,qua appræhenſa,non eſt opus figuris & formis,atqꝫ prolationibus literarum inſiſtere: ſic de lege & Chriſto,qui eſt ueritas. Plenitudo euacuat,id quod ex parte: ſic ueritas figuras,ſpiritus literam, & finis ea quæ ad ipſum ordinata. Veritas quatuor gradibus in nobis perficitur. Sicut à longè apparens primò uidetur eſſe res quædam,deinde dum propiùs accedit,uidetur eſſe animal,deinde adhuc propiùs uidetur id quod apparet,eſſe homo,& dum ad propinquum peruenit,primò cognoſcitur quis eſt,ſcilicet aut pater,aut filius,& ſic de aliis:ita ueritas ante legem,à remotis in confuſo eſſe,per naturam apparuit. Deinde angelo inſtruente,& legem miniſtrante(ut dicitur in actibus)reuelata eſt ueritas, quaſi non ut ens quoddam,ſed ut uiuum.Deinde per filium Dei, reuelata eſt magis ſpecificè,ſcilicet ut homo. Reſtat quartus gradus,ut ſine reuelatore ipſam uideamus, & cognoſcamus uti eſt:& ille eſt ultimus & perfectus,ubi & in fine quieſcit anima intellectiua. Natura igitur intellectualis ſola,eſt capax uitæ ueræ. Nam nihil intelligere ſe poteſt uiuere, niſi intellectus,qui hoc ſolus habet, qui eſt quaſi uiſus, non ut ſenſibilis; qui uidet alia & non ſe,ſed ut uiuus uiſus ſeipſum,& in ſe ipſo omnia uidens.Igitur ſolus intellectus,qua ſi uiua imago,eſt capax guſtus uitæ in ſe,ſcilicet ueræ uitæ,cuius ipſe eſt imago. Imago enim uiua uita intellectuali,in eo quòd cognoſcit ſe imaginem,cognoſcit in ſe ueritatem,& exemplar atque formam,quæ ei date ſſe, ut ſit imago, & hæc eſt uita imaginis uera,quæ eſt in ipſa,ut ueritas in imagine.Deinde intellectus, intelligens ſe uiuam imaginem,habet à Deo potentiam,ſe ipſum magis aſſimilandi exemplari ſuo, & ſic continuè plus accedendi, ad maiorem unionem cum obiecto ſuo,ſcilicet cum ueritate,ut dulciùs quieſcat.Nam imago,quæ ſe cognoſcit imaginem, non poteſt habere quietem extrà ueritatem cuius eſt imago, ſed extrà eſt in errore,& confuſione ac morte,cum ſit ſeparata ab influentia illa,quæ dat ei eſſe uitale intellectuale. Manet tamen quaſi imago morrua, quo ad dulcedinem uitæ ſuæ, ſicut oculus uerus in tenebris:quia Deus,uolens oſtendere diuitias gloriæ ſuæ, quia bonus,creauit omnia propter intellectualem naturam,cui ſolum poteſt oſtenſio fieri, quia ſolùm intellectus habet oculum,qui uidere poteſt ueritatem. Deus autem, nihil niſi ueritatem oſtendere poteſt,in omnibus diuitijs ſuis. Etideò quaſi quoddam ſemen diuinum,ſeminauit ultimò poſt omnem creaturam, ſcilicet intellectualem naturam,ut pulchrè in Geneſi reuelatur,quomodo omnibus creatis,prępoſuit hominẽ: in quo poſuit uiuam imã *Veritas.* *Liberi. Serui.*

http://www.obrascatolicas.com

uam imaginem,uia inſpirationis, ut ſic differentiam intelligeremus inter intellectũ,
Homo. & alias creaturas,quia ſpiraculum illud erat ſpiraculum uitæ.Et facta eſt anima ex illo uiuens, in conformitate uitæ diuinæ, quæ ſe uiuam intelligit, & factus eſt homo per hoc,uiua Dei imago.Experimur autem in nobis, hanc uiuam admirabilem uirtutem,ſemen diuinum eſſe,uti uiuam imaginem:quia ſumus creatores aſsimilatiui.Sicut Deus creator intelligendo, ueraciter creat & format:ita nos ex noſtro intellectu, producimus rerum ſimilitudines,& oſtendimus per artes, nos ſimilitudinum operatores. Et ſicut Deus in ſuo eſſe actu complicat omnes res, quæ ſunt aut fieri poſſunt: ita intellectus,omnes omnium rerum ſimilitudines complicat in uirtute, & explicat aſsimilando,& hoc eſt intelligere.Sunt autem intellectuali naturæ,multa incitamenta data,ut ſemen illud excitetur,& ſurgat faciendo fructũ cognitionis,ut Deus oſtẽdat diuitias gloriæ ſuæ. Vnde multa gratuita dona dedit, & dat Deus hominibus,& ſunt dona ſpiritus,quia Deus ſpiritus,dat ſpiritui noſtro illa. Et ſunt gratiæ & illuminationes,quæ ſolùm ad hoc tendunt, ut non maneat granum in potentia, in hac terra, ſed excitetur ad fructificationem. Loquitur igitur Deus animæ illi,in qua eſt hoc
Intellectus. ſemen, per naturam, per ſpiritum ſanctum ſiue angelum, nouiſsimè & ultimò per filium,quem conſtituit hæredem uniuerſorum. Quantùm enim intellectus eſt in actu,tantùm ueraciter poſsidet & comprædendit. Sed intellectus qui penitùs eſt in actu,ita quòd nihil addi eſt poſsibile, cum omne id quod poteſt intelligi, intelligat actu,hic intellectus eſt tractus ad infinitum actum,qui eſt Deus,& omnia poſsidet tãquàm hæres uniuerſorum, non ut paruulus ſub tutore, ſed ut hæres poſt definitum tempus,actu poſsidens omnia:& hic eſt Chriſtus, quia unctus præ conſortibus ſuis. Verus igitur eſt hæres homo ille,cuius humanus intellectus eſt penitùs in actu, oĩa in ſe comprædendens & poſsidens,propter unionem ſupremam, ad diuinum intellectum.In Chriſto igitur,eſt plenitudo perfectionis,per unionem imaginis, cum ueritate ſua in ſupremo gradu,ita quòd maior eſſe non poſſet. Et niſi eſſet perſonalis, maior poſſet eſſe unio.Nam duæ naturæ in homine,ſcilicet anima & corpus,ita uniuntur:quòd unus homo conſtituitur ex unione,ut non ſubſiſtat uita ſenſibilis,niſi in rationali,aliter non eſſet homo,ſed beſtia.Anima autem rationalis, non eſt de natura corporali: ſed eſt ſemen uitæ diuinæ, ſeu ſimilitudo uerbi quod eſt ratio abſoluta, cui unitur hypoſtaticè animalis natura.Et in omnibus hominibus,aliqua gratia quæ lux & uiuacitas quædam eſt animę data à Deo,reperitur:propter quod donum,quia Dei donum, omnes homines in eo dono, contenti ſunt de ſeipſis. Sed intellectus Chriſti,fortius eſt plenitudinem omnis gratiæ,quia nihil remanſit non datum.Vnde intellectus eius, in quo uita animalitatis ex Adam fuit ſuppoſitata, non in ſe,ſed in uerbo Dei,ſiue uirtute,per quam Deus fecit & ſæcula,fuit ſuppoſitus,ſicut attractum in attrahente,ut de ferro & magnete alibi habes. Ita habes, quomodo filius Dei hæres uniuerſorum, ob plenitudinem gratiæ, non eſt tantùm hæres ut filij adoptionum, qui uocantur, ut ſunt partiales hæredes, ſeu cohæredes, ſeu cùm uero filio hæredes, ſed ita ex gratia, quòd & à natura. Nam gratia quæ eſt talis, quòd non poteſt eſſe maior quia plena, imò ipſa plenitudo: illa eſt in coincidentia cum natura.

Fides. Fides Chriſti in nobis probatur,ſi habemus ſpiritum Chriſti,qui eſt pignus,quòd ueram filiationem Dei,uti filij adoptionis, aſsequemur:quia ſpiritum quaſi pignus habemus,qui eſt ad perfectum deducens ſpiritum noſtrum. Spiritus ille eſt,quaſi calor,ſeu charitas confortans,& purgans,atq; illuminans. Videmus quomodo cõfortatur natura,per fidem noui & famatiſsimi medici,qui tactu ſanat. Vnde ſi ſpiritum filij Dei habemus,ille nos purgat,uti ſpiritus muſti, facit ebullire muſtum,& in feruore purgat,eiſciendo omne id quod non eſt de natura uini, & hoc facit, ut muſtum uertatur in uinum.

Si incantamentis, ſpiritus malus per fidem operatur miranda, quæ ſunt ſigna potentiæ principis huius mundi: multò fortiùs princeps futuri ſæculi, operatur ſpiritu ſuo,per fidem in nobis,illa quæ ſunt ſuprà naturam.Si igitur nos dixerimus eſſe fideles,

les,uera fide & formata,& habuerimus iſtum ſpiritum filij Dei,per quem Deus operatur omnia:non poterunt nobis reſiſtere,omnes aduerſarij uerbi Dei,ſcilicet ſpiritus maligni & peccatores.Et experiri poterimus in nobis,an habitet in nobis ille ſpiritus,ſi delectamur,in operibus bonis ſequi Chriſtum in motibus noſtris,ambulando ut uiatores,Chriſtum ſequentes.Nam ex ſpiritu, eſt motus in ratione.Si igitur anima noſtra, mouetur ſpiritu bono, ſcilicet ueritatis & Chriſti: ſequimur Chriſtum, & hilariter omnia ſufferimus propter Deum,humiliando nos, & obediendo uſque ad mortem.Ait Apoſtolus:quemadmodum feci faciatis.Et Saluator: Exemplum enim dedi uobis. Tollite iugum meum ſuper uos & diſcite à me, quia mitis ſum,& humilis corde.

Gratia ſeu ſpiritus filij Dei, eſt uita animæ ſicut anima corporis. Et quamuis anima,non ſemper influat lętam uitam,in omne corpus:per eam tamen non ſtat,ſed per *Gratia.*
indiſpoſitionem corporis.Sicut ab anima purgatur corpus,ut influxum uitę animę, meliùs capiat:ita & purganda eſt anima,ut influxum diuinæ uitæ ſeu gratiæ,in ſe capere queat. Et tunc experiri poterimus, lætam uitam animæ noſtræ,& ſpiritum bonum,qui eam inhabitat:ſicut Lethargicus ſanatus, ſentit uitam, & experitur ſe uiuacem animam tunc habere,quando peccans humor eſt ſublatus.

Cum nos fideles, comparamus uitam & deſideria atque motum, quem in anima *Conformitas.*
habemus,ad Chriſtum tanquàm ſignum:ſtatim experimur,an ſimus Chriſtiformes, *Difformitas.*
cum eo reſurgentes in uitam;uel an timere debeamus,ruinã & damnationem.Nam ipſe eſt ſolus uia ad regnum, & uir in quo fiet iudicium reſurrectionis ad uitam per conformitatem,& iudicij per difformitatem, Qui enim debet eſſe liber & nõ ſeruus, neceſſe eſſe ut primò attendat,quomodo omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio, ut faciamus nos libertatem filiorum Dei aſſequi, ſi ſequuti fuerimus filium Dei. Et quia corpus Eccleſiæ,habet diuerſa membra:oportet quòd quodlibet in ſua uocatione maneat. Ideò oportet primò ut uideas, ſi ſpiritus Chriſti eſt in te,& non credas Dominum in te eſſe: niſi quando in ſingulari uocatione tua,ipſum reppereris. Nam uita Chriſti,eſt uita uniuerſalis, per quam tamen uarij ambulant,quilibet in ordine, officio & uocatione ſua.Neq; alius in uno eſt Chriſtus,quàm in alio:ſicut nõ eſt alius pãnus ſæcularis principis,& religioſi monachi: ſed ex eodem panno, de Agno Dei immaculato,uariæ differentiæ ueſtium ſumuntur,& portari debent, ſic enim uult Dominus.Nam uult ueſtitum circumdatum uarietate,pro reſplendentia curiæ ſuæ, quæ eſt Eccleſia militans.

Ex ſermone:Nomen eius Ieſus.

ANima ſenſitiua,eſt una uis motiua, quæ eſt expaſſa in cœlo ſuo,ſiue cœlis ubi celatur,& tamen uariè mouetur. Aliter mouetur cor, aliter hepar,aliter cerebrum. Et illi motus, quia conformes & proportionati, ſequuntur diſpoſitionem cœli,& membrorum. Sed non poteſt anima illa immerſa menſurare: quia ſubeſt motui & tempori. Anima uerò, quæ de ſenſibili motu iudicat,eſt libera, & non alligata membro ſeu organo:illa menſurat,diuidit,& componit,& numerat: illa facit ex ſe menſuras,& uocatur mens, à menſurando. Et propterea ipſa non ſub *Mens.*
eſt motui,uel tempori:nullo enim tempore ipſa menſura menſuratus tempus,finiri & menſurari poteſt:ſicut creatura,non poteſt terminare omnipotentiam creantis. Vnde ipſa mens,inquantùm unitur homini,medio animæ ſenſibilis, uidetur eſſe in ſummitate temporis:inquantùm eſt abſoluta,& non alligata motibus ſenſibilibus ſeu organis,ambit tempus,& omne temporale ſenſibile ac corporeum,& uidetur eſſe in initio æternitatis. Quare mens non poteſt uideri, niſi in puncto coincidentiæ circuli & rectæ infinitæ,& uocatur horizon temporis & æternitatis. *Anima ſenſitiua.*

Cur tot ſunt linguæ, niſi ut meliùs innominabile nominetur? Cur tot homines, *Inexpreſsibile.*
niſi ut inexpreſsibilis humanitas, meliùs explicetur? Cur tot creaturæ, quæ ſunt imagines Dei, niſi ut ueritas meliùs in uarietate explicetur, quæ uti eſt, eſt inexplicabilis?

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Vbi est qui natus est rex Iudæorum?

Iesus. FIlius Dei ante sæcula omnia, ut saluaret genus humanum prædestinatus, hoc nomen, uia prædestinationis ab ore Dei habuit. Quemadmodum si quis auri faber, habens auri massam in manu, interrogaretur, quid ibi faceret, & ipse responderet, se calicem facturum. Iam enim calix nondum interroganti uisibilis: sed solùm in mente artificis adhuc existens, nomen sortiretur, quod ille qui calicem mente intuetur, antequàm sit sensibilis, imposuit. Sed quid, si artifex antequàm aliqua materia esset, habens aptitudinem, ut ex ea fieret calix, primò mineram quæreret, & purgaret ad illum finem, ut calix fieret: nonne interrogatus: quid faceret in omnibus præuijs laboribus, rectè responderet, se calicem facere, licet adaptatio uaria & gradualis materiæ, præcederet. Et quid de illo artifice omnipotenti, qui non ex alio aurum quærit, sed omnia creat de nihilo, cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt? Si interrogaretur, quare omnia crearet, si ille diceret, quòd omnia propter Iesum crearet, rectè responderet. Nam non est Iesus, nisi camera illa totius ædificij, in qua ut in magno palatio, filius regis requiescit. Verbum autem Dei sanat. Misit (inquit) uerbum suum, & sanauit eos. Vnde rationalis creatura, est palatium, & homo camera, quæ & finis ædificij, in quam proposuit saluator seu sanator descendere, & mansionem facere. Camera illa est ultimum quod paratur, licet omnia propter ipsam & finis cameræ, est quies uerbi. Vnde Deus, qui propter seipsum omnia operatus est, ad hunc finem omnia creauit, ut Iesus, qui est finis & ultimitas creationis, esset. Sic Iesus est ante omnia, & per ipsum & propter ipsum omnia, & ipse finis & quies creatoris creantis, & creaturarum creatarum omnium, & ita est primogenitus ante omnem creaturam, α & ω. Cum igitur post fluxum temporis, ueniente plenitudine, natus esset in sensibili mundo temporaliter, qui est æternus, ueniens ut nasceretur in tempore, q̃ nunquàm mouetur, & in loco, qui neq; in loco contineri potest, & natus esset, qui in æternitate semper generatur, cuius generatio non habet finem, neq; præterit: secum attulit hoc nomen in nostram naturam, scilicet Iesus, quia saluator. Et sic Iesus scilicet saluatio, in natura humana nata est, quæ natura, semper erat usq; ad illum aduentum, subdita damnationi.

Reuelatio Christi. Prophetia ex auditu est, & tamen uisus non potest ex auditu certificari, quin indigeat reuelatione. Vt si quis reuelaret multa de aliquo ignoto, si ille aliquo tempore superueniret, non propterea ego ipsum cognoscerẽ, eum esse, de quo tot dicta sunt, nisi mihi ostenderetur & diceretur: hic est ille de quo dicta sunt tam grandia. Iudæi autem, angelos annunciantes pastoribus paruifecerunt: quasi pastores simplices, de cepti uisione, referrent falsa. Misit deinde Deus sapientes, qui ex uisu stellæ natiuitatis, retulerunt natum Messiam, & non sunt recepti, ac si non uertissent ea de causa, scilicet ut adorarent. Deinde misit Deus inter natos mulierum sanctissimum, quem & ipsi pro tali habebant, scilicet, pro sancto ualdè, ita ut ob eius sanctitatem putaretur Messias (scilicet Ioannem Zachariæ) qui digito eis ipsum ostendit, & testimonium de eo perhibuit, quia esset Christus: neque ipsius testimonium acceperunt. Deinde per seipsum se manifestauit in signis illis, quæ nemo ante eum fecit, nec adhuc crediderunt. Vltimò testimonium perhibuit in sanguine suo, & post hoc, multi crediderunt, sed remanserunt plures increduli. Deinde per Apostolos manifestauit se, & hodie non cessat per Apostolorum successores, quotidie se manifestare. Ad hoc enim omnis tendit sacerdotum prædicatio, ut credatur Iesus Mariæ uirginis filius, Messias promissus Dei filius, quo accepto, non ambigitur ipsum Euangelium uerum esse, & Iesu obediendum, cum nullus hæsitet, Deo credendum, & eius imperio parendum.

Rex. Rex noster Christus, est inter reges, sicut Sol inter stellas, unde nominatur Sol iustitiæ. Et sicut stellæ, lucem iustitiæ, à Sole iustitiæ recipientes, tenentur recognoscere se in feudum, & uia gratiæ regnum suum à Sole habere: sic & isti reges & magi, cognouerunt. Rex enim omnium religionum, est Christus. Et quia uices Christi agit Papa, & rex & sacerdos simul, quia rex religionum: ideò omnes Christiani reges, ipsum tanquàm uicarium caput religionis, quæ est regnum supremum, in se omnia regna continens, uenerantur, & in ipso, eum regem cuius uices agit. Religio autem, non habet finem in hoc mundo, sed disponit regnum mundi, ut fiat cœleste. Vnde rectè Christus, rex non huius mundi sed religionis est, cui omnes huius mundi reges inclinare debent capita. Intuere mirabile: ubiq; uneratur Christus, quia iustitia, & religio in omni ordinato regno mundi præferuntur, & regna mundi seruiunt religioni. Caput autem iustitiæ & religionis, nemo dubitat non esse in hoc mundo: sed benè fatemur, ipsum regnare in hoc mundo ministrorum, præsidere autem in cœlo, seu in loco incorruptibili & immortali immortalibus, & fœlicibus. Rex enim quem omnes adorant reges, siue istis siue alijs quibuscunq; signis, ducantur ad adorationem eius: est ueritas & iustitia, ut assequantur in ueritate & iustitia quam colunt, uitam immortalem: est Christus, scilicet Deus noster nobis manifestatus, et à nobis receptus. Et ad hoc recognoscunt, se omnes reges à Deo potestatem habere, ut ueritatem & iustitiam, quæ sunt de regno Christi, seu principis lucis, defendant contra falsitatem & iniuriam, quæ sunt de regno Antichristi, seu principis tenebrarum. Vnde omnia ordinata regna, solùm sunt à Deo, à quo est omnis potestas, ut seruiant regi Christo, qui est rex iustitiæ & ueritatis, cuius stipendium est uita æterna.

Ratione uigentes, naturaliter aliorum sunt Domini, & rectores. Christus igitur, qui ipsa est ratio patris, naturaliter est omnium Dominus, rex, & rector & ab ipso est lumen illud sapientiæ, per quod omnes reges regnant, regentes omnes regunt.

Ex sermone: Suscepimus (Deus) misericordiam suam.

NOn potest Deus per naturam esse in loco finito: quia omnis locus, cũ non sit expers quantitatis, finitus est, & proportionatus locato. Infiniti autem ad infinitum nulla est proportio. Sed per gratiam, intelligimus idem in multis. *Gratia.* Nam gratia regis, potest esse cum multis seruitoribus suis, & hoc non est aliud, quàm in gratia regis esse multos. Deum esse per gratiam in multis sanctis, est esse multos sanctos, in gratia Dei. Multos sanctos habere charitatem, est spiritum sanctum esse in multis sanctis: qui in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo. Est coincidentia, in manere sanctum in Deo, & Deum in sancto, sed cum Dei gratia, sit bonitas eius, & sit essentia eius: tunc non est Deus per gratiam, ubi non est per essentiam, licet non recipiatur Deus in omnibus quę sunt, ut gratia: omnia tamen quæ sunt non essent, si in ipsis nõ esset Deus qui est entitas omnis esse. Vnde cum sit creator omnium, in omnibus est, ut principium in principiato, & hoc est omnia principiata esse in principio: sicut animam esse in corpore, est corpus esse in anima. Et quamuis Deus, non possit aliquid eorum, quæ fecit, odisse: potest tamen unum plus diligere quàm aliud. Sicut pater nullum filium odit per naturam, cum sit omnium pater: tamen unum filium, plùs potest diligere quàm alium. Et in hoc Deus legem dedit, ut sciamus si ipse nos diligit, & si in eius gratia simus, qui dixit: Ego diligentes me, diligo. Creauit igitur Deus quãdam naturam, plus alijs diligibilem: quia magis simi- *Natura intellectualis.* lis est ei. Similitudo est amabilis: nam non ipsos in similitudine diligimus, & est natura illa, quæ sic creata est, quod potest Deum diligere. Dilectio autem, sine cognitione non est. Quare oportet naturam illam esse capacem Dei, uia cognitionis, ut possit degustare suauitatem Domini, quem diligere debet, cum nihil incognitum diligi possit. Vnde oportet, quòd sit intellectualis natura. Hæc igitur est templum, in quo recipi potest Deus, secundùm misericordiam & charitatem, & hoc, tunc quando ipsa diligit Deum. In igne dilectionis naturæ intellectualis, recipitur Deus, qui charitas est. Amor, nobilis, & liber est. Oportet igitur naturam intellectualem, nobilem, & *Amor.* liberam esse, ut possit ueraciter & nobiliter amare Deum suum. Vnde si Deus ueraciter diligitur, ipse qui charitas est, non potest nisi in diligente esse. Qui amat rem cor-

http://www.obrascatolicas.com

poralem,in amore ſuo,rem illam portat:ſed quia res illa non eſt charitas,tunc res illa non eſt in amante,licet in ſe amans portet eius amorem. Vnde eſt in imagine & ſimilitudine eius in amante,& non in ueritate:ſolus Deus eſt in intellectuali amore ueraciter:quare ſolus Deus eſt ſatietas amoris. Id enim quod amatur præter Deum, cum non perueniat ad amantem,niſi in ſimilitudine & imagine, non poteſt ſatiare. Non enim quieſcit amor intellectualis,extra ueritatem. Vmbræ igitur illæ & figuræ charitatis diuinę,potiùs cruciant & paſſiones inferunt. Vnde patet,templum Dei eſſe ſpiritum intellectualem,in charitate exiſtentem. Cum amans in ſe gerit ſpeciem amati,hoc eſt ſe tranſformaſſe in ſimilitudinem amati:& ideò quando amamus res uiles,tunc in uiles imagines tranſformamur. Cum intelligimus, tunc rem intellectã transferimus in noſtram naturam intellectualem, ut fiat per nos intelligibilis. Tollimus enim ab ea omnia ſenſibilia,ut fiat abſoluta & pura,ut ueritatem ipſius apprę- *Mens.* hendamus,& ita fit naturæ intellectualis,quando intelligitur. Mens Deum amans, quem ueraciter non amaret ignorans, transfertur in Deum; quod eſſe nequit, niſi Deus fuerit quodammodo translatus in ipſam. Et cum Deus ſit charitas, non poteſt mens ſcire Deum, & non diligere:ita non poteſt eſſe uera ſcientia Dei, ubi non eſt charitas. In omni igitur peccatore, eſt ignorantia Dei. Aſsimilare & aſsimilari,in mente coincidunt:ſicut intelligere & diligere ipſius. Nam mens ſine deſiderio non intelligit, & ſine intellectu non deſiderat. Mens igitur, eſt principium intellectus & affectus:mens eſt uis ſimplex nobiliſsima, in qua coincidunt,intelligere & diligere. Adhuc uis illa quæ mens eſt, eſt uis uiua copulatiua ſeu unitiua,nam in ſe omnia unit,& ſimul omnibus unitur. Spiritus enim,eſt uis unitiua, ſicut in nobis eſt ſpiritus quidam,in ſe uniens omnia membra corporis,& ſe omnibus uniens: & eſt locus animæ ſeu mentis,ſic & mens locus Dei. Vnde mens, inter Deum & creaturas eſt ſe habens,ſicut ſpiritus inter corpus & animam,quam mentem dicimus:& ſicut locus uitæ ſpiritus,eſt anima:ita locus uitæ animæ,eſt Deus. Et ſicut locus animæ,eſt ſpiritus ille uniens:ſic locus Dei eſt intellectus,ſeu mens. Noſtra igitur anima intellectiua,non eſt in loco ſuo in hoc corpore,ut eſt intellectiua: licet ut animatiua, ſit in loco ſuo. Et hoc poſſumus ſic deprehendere, nam non intelligimus puram ueritatem. Et cum intellectus ſic ſit ad intelligendum creatus, ſicut uiſus ad uidendum, & auris ad audiendũ:tunc ratio|cur non intelligit puram ueritatem: eſt, quia non eſt in loco ſuo,ſiue in cœlo intellectibili, ſeu Deo, nam ibi non poteſt non intelligere,ſicut uiſus in oculo ſano,non poteſt non uidere. Sed ſi uiſus,non eſſet in ſuo loco,ſcilicet oculo, ſeu oculus non eſſet in loco ſuo corporis, ſed extra: tunc non poſſet in ſuas operationes,ſic eſt de oculo mentis,ſeu intellectu. Sic etiam,quando anima non diligit ſummè diligibile,ſcilicet bonum abſolutum, ſed alia citra ipſum,quia non habet operationem perfectam,quamdiu eſt extra locum ſuum, ſed quia eſt in corpore,ut in loco proprio, quantùm ad proprium officium animandi: tũc hic locus illi datus eſt, ut acquirat,non ut perdat. Ideò non eſt anima in corpore penitùs extra locum ſuum, quare aliquo pacto ueritatem inquirere poteſt, & Deum diligere:ſicut uiſus in infirmo oculo,eſt in loco ſuo,ubi animat oculum, ſed non in proprio loco, quia proprius locus,eſt ſanus & perfectus oculus. Quare aliquo modo licet imperfectè, diſcernit uiſibilia,potius coniecturando quàm ſciendo. Et iam ex motu,& inſtabilitate,& inquietudine deprehendimus,nos extra locum proprium eſſe:nam omnis res,in loco proprio,quieſcit. Deprehendimus etiam nos in proprio loco incorruptibiles, ſicut alias res ut ſtellas. Et hæc eſt cauſa,cur ad Deum naturaliter mouemur:quia ibi quietem & incorruptibilitatem aſſequimur. Vnde peccatum,eſt contra naturam. Nam oritur,quando ex libero arbitrio,dimouemur à Deo. Et eſt peccatum,retrahens animam à ſuo motu naturali,& à fine, ſicut grauitas accidentalis igni,trahit ignem deorſum: ut cum ignis expandit, & unit ſe ligno graui in tecto, cadente ligno ſecundùm motum grauitatis, cadit & cum eo ignis, uerſùs centrum terræ. Vnde anima in inferno,eſt ſicut ignis,adhærens materiæ graui, inconſumptibili: nam ignis ſemper uellet ſurſum aſcendere, & tenetur propter unionem ad graue terreſtre, contra naturam

Peccatum.

Infernus.

naturam deorſum. Infernus igitur,eſt uiolentus & innaturalis, & terrenus carcer,ſeu locus contra naturam cœleſtialis ſpiritus. Anima humilis, ſecundùm proportionem profundæ humilitatis,capax eſt excelſi Dei: humilitas enim, eſt profunditas, & euacuitas. Potes autem experiri,an Deus in anima tua,quaſi in templo ſancto ſuo habiter,hoc eſt ſi anima tua, eſt uacua peccatis:tunc enim Deus in ea habitat. Nam peccatum, tria mala efficit in anima, ex aduentu enim peccati,anima obtenebratur, maculatur,& contriſtatur. Sicut enim ſponſa,quæ ſponſum perdidit,nigris ueſtitur, non ſe leuat, ſed potius maculat & triſtatur: ſic animæ ſponſæ Dei accidit, propter perditionem ſponſi,quæ fit propter peccatum, quod ſeparat matrimonium,ob ſpecialem fornicationem ſeu amorem, ſed ueniente ſponſo, omnia tolluntur. Si igitur anima ſentit in ſe claritatem lucis diuinæ gratiæ,quæ illuminet conſcientiam, taliter quòd poſsit uidere peccata ſua, quæ prius carens lumine non uidit,tunc adeſt Deus. Peccatum enim, eſt ut macula, obtenebrans uiſum animæ, ſicut macula oculi uiſum eius. Quando enim incipit uidere, quàm diſsimilis eſt Deo ſuo,ſponſo ſuo,& lauantur & emundantur maculæ, & ad hoc miniſtrat lachrymas contritionis: tunc ſequitur gaudium,& lętitia,& alleuiatio, quæ eueniunt ex Dei præſentia. Chriſtus non poteſt uideri, nec in loco nec extra locum. Et uidetur ſimile aliquo modo, de quolibet homine. Nam ex mente & animalitate, Petrus eſt unus homo: ſecundùm mentem,non eſt limitatè in loco corporali: ſecundùm animalitatem, eſt in loco. Vnde mens, licet ſit in unione cum animalitate, & animalitas ſit ei hypoſtaticè unita, tamen propter hoc, non eſt contracta ad locum animalis: manet enim mens libera, & corpore in hoc loco exiſtente, ipſa intra ſe luſtrat uniuerſa, cœlum aſcendit per orationem, peregrinatur Romæ, eſt in ligno, uidendo imaginem, quam uult ex ea efficere ſtatuarius, eſt in luto, uidendo ollam, quam uult ex eo fingere figulus. Neque ibi eſt, ut in loco, nam non poſſet alibi eſſe: ſimul enim in diuerſis locis non poſſet eſſe. Non eſt igitur ibi localiter, ſed cogitatione: mens enim cogitatione eſt, ubi cogitat, ſicut uiuificatione, ubi uiuificat. Et dum cogitat unum, non poteſt cogitare ſimul & aliud: quia ad unam rem quam cogitat, totaliter ſe conuertit,& non eſt tantæ uirtutis, quòd cum hoc ad aliam ſe poſſit conuertere, ſicut uiſus eſt liber, ad conuertendum ſe ad diuerſa uiſibilia, non tamen poteſt ſe ſimul actu ad diuerſa conuertere. Deus autem eſt infinitæ libertatis & uirtutis, qui ſimul & ſemel, ad omnia & ſingula ſe conuertit,& ea intuetur. Et licet mens noſtra, non ſit ad locum & tempus contracta, non eſt tamen penitùs à quantitate loci & temporis, per infinitum abſoluta, ſed eſt quaſi in horizonte, ubi incipit contractio,& deſinit abſolutio. Propterea non poteſt cadere in perfecto conceptu mentis, purè abſolutum, ſeu infinitè abſolutum. Si enim mens perfectè conciperet infinitè abſolutum, omnia in ipſo ſimul conciperet: ſicut quum perfectè conciperet Socratem, ſimul conciperet omnia & ſingula Socratica. Et ſi locum, omnia & ſingula locata: & ſi eſſentiam, omnia & ſingula quæ ſunt & eſſe poſſunt. Vnde non concipit mens abſolutum, niſi in contracto: ſicut nec contractum niſi in abſoluto, ita præcisè neutrum concipit. Res enim quas concipit, ſibi ipſi aſsimilat. Quum autem ipſa non ſit nec penitùs abſoluta, nec penitùs contracta, ſed in abſoluto contracta, & in contracto abſoluta: ſic concipit ut eſt. Officium autem mentis noſtræ, in ſuo mũdo paruo ſeu μικροκόσμῳ, eſt ſimile officio mentis Dei, in magno mundo, uniuerſo ſeu μεγακόσμῳ, nam eſt ſimul & ſemel, in qualibet parte corporis, & in nulla localiter: ſicut Deus ubilibet in uniuerſo, & nullibi localiter, ſed eſt per potentiam, eſſentiam, & præſentiam. Anima enim noſtra, eſt per potentiam in qualibet parte corporis, non diuiſè, ſed totaliter, ubicunque enim tangitur corpus, ſentitur. Senſatio uerò ex anima eſt: ubi potentia ſentiendi, ibi eſſentia animæ: ubi eſſentia, ibi præſentia. Sic Deus rex regum, cuius imperio omnia ſubiiciuntur, per potentiam, qua omnia gubernat, eſt in uniuerſo ſicut rex in regno; & per eſſentiam, nam operatio procedit ab eſſentia, ipſe autem operatur omnia in omnibus. Adeſt igitur omnibus per eſſentiam, & ideò præſens eſt omnibus. Si enim eſſentia non eſſet præſens entibus, quomodo eſſent? Habes igitur, in Chriſto ſimiliter eſ-

http://www.obrascatolicas.com

se considerandam mentem humanam in μικροκόσμῳ siue paruò mundo, qui nominatur Iesus: & quòd mens illa, hypostaticè sit unita menti diuinæ, quæ est considerandaut mens uniuersi seu magni mundi. Ac si quis conciperet uim animæ, ut est uis uisiua in oculo, esse Iesum, quia uis illa, est unita ui rationali, quæ est in toto homine, & qualibet eius parte, quæ est ut Deus, seu absoluta ratio, siue uerbum. Vnde ut uis est in oculo, est in loco: ut est unita uirtuti rationali, non est in loco, quia illa est ubiq; omnia gubernans, & nullibi localiter. Ita hodie portatus est Iesus in ulnis senis, & operatus est omnia in sene, & in uniuerso.

Ex sermone: Quotquot tangebant eum, saluí erant.

Fides. Charitas. Anima.

Fides potentiam naturalem supergreditur, ita quòd credenti nihil est impossibile. Nam uerbum, per quòd cœli firmati sunt, in anima nostra habitat per fidem, cuius forma ex qua operatio, est charitas. Aliud nihil operatur salutem, nisi fides in Christo Iesu, per charitatem operantem. Anima intellectiua, fit Deiformior: quia est imago creatoris uiua, quæ habet in se imaginem, libertatis illius uirtutis, quæ omnia fecit ut uoluit. Vnde creat in se (uti est imago) omnium rerum similitudines, est enim species specierum, seu locus specierum. Potest se omnibus rebus assimilare, conceptus enim est assimilatio, habet tamen finitam uirtutem. Sed quum sit imago uiua infinitæ uirtutis, potest se illi uirtuti facere similiorem, & Deo fit conformior. Intellectus autem, fit Dei conformior, per intelligere: quando enim intellectus intelligit, se conformat, siue assimilat intelligibili, seu quidditati entium. Sicut phantasia quasi speciebus, quæ se habet, ut uis in subtili spiritu flexibili, ac si flexibilitas ceræ, esset uiua uita intellectuali, in cuius potentia esset, se omnibus figuris conformare, illa in concipiendo se assimilaret, & ita de luto. Sicut autem flexibilitas luti, figuratur per figulum habentem intellectum, mediante quo conuertit lutum in uas honoris, aut uas contumeliæ: sic si ipsa flexibilitas luti esset animata, anima uiua intellectuali, ipsa seipsam conuerteret, ut fieret uel uas honoris uel contumeliæ. Et quia uis est finita, tunc (prout in luto conuerso) est considerandum, quòd intellectus noster conuersus ad unum, ipsum intelligit: nam intelligere, est intus legere. Et non potest simul & semel, se ad omnia intelligibilia conuertere, sicut nec cuisus: sed ad unum, sicut nec lutum, potest induere figuram unius uasis, & cum hoc alterius: sed quando induit formam uasis contumeliæ, tunc si est induratum, non potest subitò in lutum redigi, ut ex eodem luto fiat uas honoris, sed mollificatur aqua calida. Sic de anima, quæ indurata est in forma uili, lachrymis calidis, mollescit per deuotionem, ut possit nobilem diuinam formam induere. Adhuc formam omnipotentiæ, ex sua natura quia finita est, non potest induere ut fiat creatrix: sed facit se conformem Deo, per quendam habitum gratiæ, cui additur naturæ suæ, & ille habitus, est lumen fidei uiuum. Anima est capax increati lucis, quæ est lux infinita, sicut oculus est capax lucis solaris: nam in se habet lumen intrinsecum, in quo potest capere lumen radij solaris, & in radio attingit Solem. Et sic fides, quæ uenit in humiliatam animam, est exaltans naturam, extra suam finitatem. Sicut oculus, qui non potest secundùm suam naturam, uidere in superficie maris, ad uiginti miliaria, in luce astrorum quam in se recipit, uidet ipsa astra, per centum millia miliarium & ultrà, & non potest uidere astra, nisi radio luminis astrorum: sic diuina, non nisi in diuino lumine, quod est fides uiua. Fides igitur non habet locum, nisi in anima humiliata: præsumptuosus, arrogans, & superbus non credit, nisi intelligat: humilis non intelligit, nisi credat. Quare primus parens, & lucifer, nolentes ex fide & obedientia sua uiuere, sed de scientia sua, defecerunt. Verus autem fidei habitus, assimilatur Deo: sicut radius solaris assimilatur Soli. Deus autem trinus est, ita & habitus ille. Nam in eo habitu est principium, scilicet fides, & ab illa procedit spes, & ab illis charitas: sicut radius Solis habet in se principium quia lux, & ab illa procedit illuminatio, & ab illis calor. Fides à patre, spes à filio, charitas à spiritu sancto. Quantò igitur perfectior fides: tantò & spes, & charitas. Iesus prædicauit fidem in patre, in seipso spem, in spiritu sancto charitatem. Et pater in nobis est per fidem, filius per spem, spiritus sanctus per charitatem. Christus nos regenerauit in fidē, & dedit in seipso nobis spē uiuā. Fides mortua est sine charitate, sicut corpus sine anima. Sed spes est, sine qua, ex fide non procedit charitas. Mirabile: nam fides seipsam uiuificat, & de se generat spem, & ex illis charitas, quæ est uita fidei. Anima igitur fidelis, uiuit uita immortali, quia in se habet fontem uitæ.

Fides.

Humilitas.

Ex sermone: Non in solo pane uiuit homo.

Pastus.

HOmo secundùm intellectum, dicitur pasci uerbo. Nam pascere, est uerbo Dei uiuificare, magister pascit discipulos uerbo. Verbum, est lux de luce, uerbum uocale, lucere lucis: uerbum mediante luce, quæ est in eo, illuminat & intellectum dat paruulis. Intellectus igitur, pascitur uerbo. Consideremus igitur hominem qui pane pascitur; & hominem qui uerbo pascitur: qui pane pascitur, recipit ipsum panem, & molit inter dētes, proijcit molitum in stomachum, & apponit humidum, & facit ebullire & digeri, ut separetur subtile à grosso; & facta prima digestione, fit postea alia, & illa ex subtili illo, ejicit grossum, ut ad subtilius peruenire possit. Deinde, tertio digerit & separat. Quartò, est paratum alimentū, ut conuertatur in naturam aliti. Sic fiunt separationes rerum, quæ pascere debent intellectum. Nam prima rerum subtiliatio, fit in sensibus. Nam species, dimissa grossa corporalitate, spiritualitatem tenent obiectorum. Alia, fit in sensu communi, seu imaginatione. Tertia, fit in ratione, ubi intellectus nutrimentum depuratum reperit, scilicet formam seu speciem intelligibilem, quæ conuertitur in naturam intellectualem. Verbum igitur seu λόγος, est ratio pascens. Verbum uocale, est quasi cœlum, in quo ratio omnia in se habens, de omnibus rebus loquitur, & in sermone, omnia sunt ut in signo signata. Et quidam uir religiosus dicebat, esse sensum sextum, & ipsum nominauit affatum. Nam de omnibus quæ concipimus, loquimur: sermo, est panis animæ, & semen uitæ, seu triticum, in se habens pascendi uirtutem. In uerbo uocali, est ratio, seu lux rationis. Et per abstractionis gradus, in sensitiua & imaginatiua, ad rationatiuam perducitur, ut ibi tanquàm aurum depuretur. Tolluntur autem per digestiones abstractiuas omnia quæ circumstant alimentum, quæ scilicet ei accidunt, & separabilia, atque corruptibilia sunt. Non enim pascitur intellectus, nisi puro & simplici, incorruptibili, & inuariabili uero. Pura quidditas, & incorruptibilis essentia, per considerationem abstracta, pascit intellectum: sicut species pulchri coloris, pascit delectatione uisum. Sed absoluta species pulchritudinis, per quam omne pulchrum uisu, aut delectabile sensibus est pulchrum, & in quibus contractè relucet: est pascentia uisus intellectualis. Et nisi pulchritudo ab omni pulchro, fuerit absoluta & separata: non est simplex, & incorruptibilis, & delectabilis pastus, animæ intellectualis incorruptibilis: ex quibus sumus, ex ijs nutrimur. Incorruptibili, non proportionatur corruptibilis cibus. Vnde pulchri relucentia, in pulchris corruptibilibus, non pascit, sed ueritas sola, quæ relucet. Depuratur igitur relucentia eius ab omni eo in quo eius uestigium apparet, ut medio similitudinis depuratæ, possit eam intueri sine ænigmate, seu specie phantastica intellectus, nondum plenè ab omni contractione animatiua absolutus. Quasi si quis ueritatem faciei suæ, quærit uidere in multis imaginibus suis, & statuis: hic absoluit speciem seu figuram, quam reperit in diuersis materijs, ab omni corporali contractione. Nam neque in aurea statua ad aurum, neq; in lutea ad lutū, neque ad magnitudinē aut paruitatē, aut aliquid tale respicit: sed ex diuersitate facierum contractarum, quia abstractionis se ad unam communem conuertit, quantò purius simpliciùs potest, in qua omnes diuersitates contractarum, in

Verbum. Sermo. Remundus è remita.

http://www.obrascatolicas.com

unitatem redigit. Et quia facies sua quam quærit, non est nisi uera & uiua facies: tunc in phantasmate & ænigmate, depuratè ipsam uti uidere uellet, non reperit, sed medio propinquioris similitudinis, uiuacitatem uultus sui intuetur, sicut quis ex figura imaginis, risum uel luctum indepingibilem intuetur. Intellectus noster, pascitur speciebus intelligibilibus, sicut uisus lætificatur uisu pulchri. Panis qui non uiuit non uiuificat, ut hic Christus dicit: & uerbum quod non uiuit, non uiuificat. Sicut enim ex obiecto pulchro, excitatur anima ut lætificetur, & ex se exerat lætitiã: sic intellectus, ex obiecto suo delectabilissimo, exerit de se suam uitam. Vnde obiectum amatum, excitat lætitiam, dum se offert cogitationi: sic charitas est uiuificans, & obiectum in uerbo præsentatum, uiuificat. Vnde excitatio lætitiæ, est infusio uitæ. Mouetur igitur continuè intellectus, uitaliter & lætè, quando obiectum desideratissimum semper adest ei. Hoc autem esse nequit, quamdiu intellectus non est liber, à corpore mortis, cuius cura, ipsam à speculatione tali retrahit. Nam uita nostri intellectus, est imago & similitudo eius uitæ, à qua est. Tantùm enim refert inter istam & diuinam, quantùm inter lucem Solis & lucem depictam, aut inter ignem uerum, & ignem depictum. Nam Deus est Sol iustitiæ, & ignis consumens, in infinitum imaginem trãscendens. Pascimur igitur, modo quo conuenit naturæ nostræ, scilicet lumine obumbrato in hoc mundo, seu uerbo ueritatis. Nam intellectualis natura quum sit incorruptibilis, non indiget cibo ne deficiat, sicut indiget animal corruptibile. Pastus.

Sed sicut homo, post omnem tristitiam reuertitur ad lætitiam, tanquàm ad formã uitæ sine qua nollet uiuere (arbitratur emꝫ homo, melius ei esse, si penitus non sit, quam in continua tristita esse) sic arbitror, lætitiam quasi sensum uitæ esse. Nam se sentit homo uiuere per hunc spiritum, seu calorem, & uiuere & non sentire se uiuere, est potiùs pati uitam erumnosam, quod in eo patitur, quod maximè sanum esse appetit. Sic considera uitam, sine sensu seu lætitia, esse uitam informem, & forma uitæ carentem. Et quia nihil est, quod lætitiam generet, nisi amor seu charitas: idcirco charitas est spiritus uitæ. Sed quia charitas, non procedit nisi ab esse cognito: quod enim non est, & si est non cognoscitur, amari nequit. Notitia etiam, est rei notitia, à re generatur notitia rei, ab utroque procedit amor. Vnde si res est charitas, & notitia est charitatis notitia: tunc amor procedens ab utroque, est spiritus supremè & indeficienter lætificans, seu uiuificans spiritum illum, degustantem ipsam esse lætitiam. Et ita pascit charitas, quæ nunquàm excidit, & hæc pascentia, optimà capitur in similitudine, quando uisio amati, pascit sensum amantis. Quare dicit magister ueritatis, uitam æternam consistere, in æterna uisione Dei, qui charitas est. Duo sunt solùm quæ quæruntur, scilicet an sit, & quid sit: nam amor uiuificans, est procedens. Omnis igitur intellectualis inquisitionis finis, est peruenire ad charitatem, seu spiritum uiuificantem, qui sequitur ex præmissis, an sit circa esse, quod à patre. Vnde in omni quæstione an sit, non nisi causa entium, quę est ipse pater creator, quæritur. Et in omni quæstione quid sit, non nisi causa notitię, seu filius patris, uerbum, ratio, sapientia, seu absoluta rerum notitia, quæritur. Quod si peruenitur ad formam essendi, & ex illa ad formam cognoscendi: oritur uia processionis, forma delectandi. Neque est alia forma essendi, & alia forma cognoscendi, & alia forma delectandi: sed illa quæ est forma formarum essendi, illa est etiam forma formarum cognoscendi, & est forma formarum delectandi, licet forma essendi in forma formarum, de se generet formam cognoscendi. Cognitio enim ab esse generatur, & principia essendi, sunt principia cognoscendi, & in forma formarum, à forma essendi & forma cognoscendi, procedit forma delectandi. Vnde ut ad spiritum uiuificantem, perueniat spiritus noster intellectualis, circa an sit: non habet opus, nisi sensibili cognitione, per quam in se sine fatigatione, sensit res sensibiles, & deinde conuertit se admiratione, ad quę rendum quid sit id, quod sentit. Sic enim uisum corporalem adhibet, ut omnia uideat quæ sentit. Nam si sentit odorem, cum uisu discurrit, ut uideat quid sit odorem spargens, & si audit sonum, nititur uidere unde oriatur. Sic uisus, curiosè unde sensibile ex- Quæstio.

extrinsecum oriatur, inquirit, & nisi uideat, non iudicat ita perfectè se sentire, sicut sentiri posset. Est igitur tanquàm forma sensuum. Circa id igitur quod sentitur, medi ante ratione, inquiritur quid sit: & oculus seu uisus rationis, est intellectus. Vnde non contẽtatur, nisi uideat oculo intellectuali quid sit, quamuis per multas rationes, sensiatur seu attingatur. Quando autem quidditas quidditatum, seu causa prima eius uidetur, quòd per sensum intrauit ad notitiam: tunc sequitur amplexus animæ, & adhæsio, & cõglutinatio, seu amor, & ex eo obiecto semper præsenti, uiuificat spiritus motu lætitiæ, prout præmittitur. Manifesta est igitur differentia, diuini intellectus & nostri. Nam nos non intelligimus, nisi id ad quod conuertimur: uis enim actualis intelligendi nostra, est finita, & ideò non potest actu intelligere, nisi illud, ad quod se unitè conuertit, sicut nec uisus sensibilis. Virtus enim finita, ob suam debilitatem, exigit ut sit unita: nam unita, fortior est dispersa, quantò autem magis unita, tantò simplicior, & acutior: sicut flamma ignis, seu unit in angulo acuto, & ubi se magis unit, est potentior ad calefaciendum. Sed quia intellectus Dei est infinitus, ideò in se omnia & singula, simul & semel, intelligit & intuetur. Albertus Magnus, in libro suo de anima, dicit: quòd abstrahere est simplificare, mentemq; à metiendo dici. Vapor seu spiritus, de corde ad cerebrum ascendens, in rete subtiliatur, & transit primò, sic per rete subtiliatus, ad cellam anteriorem cerebri. Et purgatio illius spiritus seu uaporis, quæ descendit per nares & palatum, ostendit spiritum illum albumi naturæ tenacis, & est albus seu lucidus, & est quasi lutum paratum, de quo figulus facit quicquid uult. Istum spiritum, per arterias de cella illa descendentes, mittit natura ad organa, scilicet oculum, aures, nares, & reliqua. Et post sensationem, quæ fit in organo, uis animæ existens in cella, ad similitudinem eorum quę sentiebat, facit imagines, in illo uapore purgato, & transmirit in occiput, ad thesauros memoriæ. Exalienis

In agonia positus spiritus, fuit confortatus à Deo. Spiritus igitur, est proximus Deo & forti: anima autem proxima, carni infirmæ. Inter Deum & carnem, est medium: sicut inter cœlum & terram, scilicet media quædam regio. Quæ in regione qua unitur terræ, uocatur aër, & in regione qua unitur cœlo, uocatur æther. Turbationes, quæ ex ascensu uaporum à terra, oriuntur, non ascendunt ultra aërem in æthera. In monte Olympo, experti sunt Philosophi, scripturas in arena, à uento non moueri, quia mons ille, ascendit ultra mediam regionem aëris. Sic turbatio, carnis, non peruenit usque ad spiritum. Anima ab aëre nomen habet, æther à luce ignis. Neque aliud est æther, seu ignis: quàm aër subtilis. Ignis, influit medio aëris, suam uirtutem in terram. Corpus nostrum, est ex terra. Spiritus. Caro.

Differentia inter opera Dei & hominis. Figulus, non potest nisi in apto luto, conceptum exprimere, & illum non simul in toto & partibus: sed Deus omnia simul, quia sicut uoluit fecit. Nunc conceptus in nobis, nõ nisi in tempore explicatur: sicut conceptus denariæ unitatis, non nisi numero. Non potest opus Dei uideri, nisi in coincidentia totius & partis. Nam si respicis ad partes, occurrit tibi successio, & quòd componentia præcedant compositum: & si respicis ad totum, occurrit tibi quòd totum sit priùs, quia pars est totius pars, habet enim proportionem ad totum, aliter non esset pars ipsius. Proportio autem partis ad totum, non capitur, toto non existente. Quum igitur sine proportione, non possit concipi totum & pars, uidetur, quòd proportio totius & partis, sit prior & non prior: quia proportio sine relatione, quomodo esset & quomodo est relatio, sine fundamento? Oportet igitur necessario ad coincidentiam recurrere, totius & partis, qui Dei opera uult intellectualiter uidere. Nam opera naturæ, sequuntur opera Dei, quantùm possunt, sicut & opera artis, opera naturæ. Quum homo in matrice figuratur, simul omnes partes cum toto formantur, sed non peruenit ad perfectionem opus naturæ, simul cum initio, sicut in Deo, cuius perfecta sunt opera. Naturæ opera, requirunt motum, ut perficiantur, nam natura, est organum seu manus, diuini intellectus, Opus.

http://www.obrascatolicas.com

ſicut manus homines, eſt organum ſeu inſtrumentum, per quod ſimplex noſter conceptus, ſucceſsiuè explicatur. Quæ igitur Deus ſuper naturam efficit, ſcilicet ſine medio, ſic efficit, ſicut nos, quando hîc ſumus corpore, cogitatione ſumus & Romæ. Vnde uoluntas mouetur ſine ſucceſsione, & coincidit initium cum fine. Sed quando uolo corporaliter Romæ conſtitui, facio exequutionẽ uoluntatis, mediante motu ſucceſsiuo. Nota, rationem non exire multitudinem & magnitudinem. Nam infinitum, ratio non attingit. Et in ratione uidentur omnia cum multitudine & magnitudine, hoc eſt, ſic diſcretè & determinatè: quæ quidem diſcretio, in multitudine & magnitudine, eſt abſtracta ab hoc quanto, quod contrahit numerum & magnitudinem, materialiter. Sic ratio ſuper imaginationem eleuat oculum: nã imaginatio, non pertingit ad magnitudinem & multitudinem, niſi in quantitate rei quantæ. Niſi enim quis imaginetur res quantas, non uidet in illa uirtute, magnitudinem uel multitudinem. Ratio autem non imaginatur res quantas, ſed uidet magnitudinem, ſine re magna, & multitudinem ſine rebus multis, & hæc uiſio, eſt Mathematica. Sic Phyſica uiſio, eſt per ſenſum: Mathematica, per rationem: diuina, per mentem. Mens igitur, non terminatur per multitudinem & magnitudinem, ſed eſt principium multitudinis & magnitudinis, quia eſt menſura abſoluta, cuius inſtrumenta ſunt, multitudo & magnitudo. Videtur ergo mens, habere pro organo rationem, ratio uero imaginationem: ſicut uiſus dici poteſt, inſtrumentum ſenſus communis, ad ſentiendos colores.

Ratio. Mens.

Cognitio. Omne cognoſcens, inquantùm cognoſcens, aſsimilatur cognito. Sic mens Deum cognoſcens, Deo conformatur. In cognitione, qua mẽs cognoſcit ſeipſam, eſt repræſentatio trinitatis, ſecundum analogiam, inquantùm mens cognoſcens ſeipſam, de ſe uerbum gignit, & ex utroq; procedit amor. Sed expreſsior eſt ſimilitudo trinitatis, ſecundum quod cognoſcit Deum, & præcipuè quando ſe conſiderat ut imaginẽ Dei: tunc non ſiſtit conſideratio in ſe, ſed pergit in Deum. Quum intelligimus animam, non confingimus nobis aliquod animæ ſimulachrum, quod intueamur, ſicut in uiſione imaginaria: ſed ipſam eſſentiam animæ conſideramus: non fit tamen illa uiſio ſine ſpecie. Percipimus, quòd ſpecies qua intelligimus, eſt immaterialis, ex eo quòd anima, uniuerſales rerum naturas cognoſcit, aliàs talis ſpecies eſſet indiuiduata, & ſic non duceret in cognitionem uniuerſalis. Ex quo deprehenditur, intellectum non dependere à materia: prius enim eſt intelligere aliquid, quàm intelligere ſe intelligere. Ideò peruenit anima, ad actualiter ſe percipiendum eſſe, per id quod intelligit uel ſentit. Rationem imaginis, ſimilitudo perficit: non tamen ſimilitudo quælibet, ad rationem imaginis ſufficienter inuenitur, ſed expreſsiſsima ſimilitudo, per quam aliquid repræſentatur, ſecundum rationem ſuæ ſpeciei. Et ideò in corporalibus, imagines rerum attenduntur magis ſecundum figuras, quæ ſunt ſpecierũ propria ſigna, quàm ſecundum colores & alia accidentia.

Ex ſermone: Conſidera quomodo iſtud eſt.

Renouatio. Fides. REnouari oportet mente & ſpiritu, & renaſci. Et hæc renãſcentia ſeu renouatio interioris hominis, fit fide: per lotionem exterioris hominis, in ſacramento. Recipimus enim per fidem fortitudinem, ſupra fortitudinem ſpiritum immundorum. Et hoc ideò, quia per fidem, inhabitat in nobis uirtus creatoris uniuerſi, & datur nobis ſpiritus bonus, qui deducet nos in terram rectam, ubi eſt habitatio plena gaudio, incorruptibilis, ubi cibus eſt lætitia.

Propter ueterem hominem, qui nobis adhæret, oportet ſæpè ſuper excreſcentes fœditates purgare & abijcere. Sicut arbor ſemel plantata in terra bona, quotannis purgatur & putatur, & de agro noſtro, qui de ſua natura, producit tribulos & ſpinas, oportet malas herbas eradicare, ut faciat fructum bonum & multum.

Ex

Ex ſermone: Ibunt hi in ſupplicium æternum: Iuſti autem in uitam æternam.

CAuſa cur ſit generale iudicium, eſt quia Deus omnipotens, & ſapiens, atq; miſericors, iuſtus eſt. Nam quomodo eſſet Deus, ſi non iuſtus? Iuſtus Dominus, iuſtitiam dilexit. Oſtendit ſe omnipotentem in creatione: ſapientem in ornatu, ex ordine pium, & miſericordem in redemptione. Reſtat, ut oſtendat ſe iuſtum. Vnde quum ſit bonus, & intellectualem creaturarum nobiliſsimam creauerit liberæ poteſtatis, ut bonitatem eius deguſtet: tũc exigit iuſtitia, quòd intellectualis natura, iudicetur an per liberum arbitrium meruerit ipſam uitam, quæ eſt deguſtatio ſeu fruitio ipſius creatoris, an non. Eſt autem rationalis creatura, propter ſuam naturam altiſsimam liberæ uoluntatis, ut ſit ſubiectum diuinæ iuſtitiæ. Et quia maximè inexcuſabilis eſt omnis homo, qui non oſtendit opere ſe miſericordem (nam iuſtitiæ rigorem, quomodo mitigabit impius, qui non eſt operatus pietatem cum proximo?) ideò rigor iuſtitiæ contra illos oſtendetur, qui in operibus miſericordiæ, ſe impios oſtenderunt. Quum enim nemo ſit mundus in cõſpectu illius iudicis, ideò non habemus quid offeramus, niſi opera pietatis, quæ operiant immunditias noſtras. Neque in illis excuſationem poterimus reperire, nam in nobiſipſis iudicamur, per iudicium conſcientiæ noſtræ, ut id alteri faciamus, quod nobis fieri uellemus. Ob hoc in illo iuſtiſsimo iudicio, omnia debent eſſe clara & aperta, ita quòd de iudicis ſententia, nulla poſsit hæſitatio fieri. Ideò non iudicat, niſi ſuper ijs, quæ apud conſcientias noſtras, ſunt notoriè iuſta. Quare non erit opus aduocato, aut procuratore, aut proceſſu iudicij, & dilationes nullæ neceſſariæ, pro cauſæ inſtructione. Quare in momento oculi expedietur, & una erit ſententia, quæ uocat, & abijcit. Nec ponitur pro iudice, niſi ille qui ſeipſo iudicat, ſcilicet Ieſus, Deus & homo: quẽ dum omnes iudicem intuebuntur, in eo ſententiam intuebuntur. Nam conformes ei, filij Dei uocabuntur, quia ipſe filius: & difformes ei, ad difformem Sathanam ſociabuntur, qui erit eorum caput & princeps.

Iudicium.

Ex ſermone: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.

INtelligo ſpiritum Ieſu (quando uoluit) claritatem communicaſſe corpori, & per corpus ueſtimentis: ſicut lumen in lucerna ſi eſſet uiuum, quantùm uellet claritatis communicaret circumdãti, & quando, & quoties. Sicut lætitia animæ, diffunditur per corpus, & exhilarescit facies. Læti angeli ſic in reſurrectione apparuerunt, ſicut in transfiguratione Chriſtus.

Tranſfiguratio.

Deus ſpiritus eſt. Ideò non eſt uiſio Apoſtolorum perducta uſque ad filiationem: quia filius Dei, qui eſt ſplendor patris, non potuiſſet uideri quum ſit inuiſibilis & interminus. Sed infinitum ſiue interminum, non uidetur in hoc mundo. Propterea uox patris audita eſt, hic filius meus, ut ſic Ieſus ſe omni poſsibili modo, ſuis dilectiſsimis manifeſtaret, ſcilicet, quantùm in uiſu capere poterant, & ultra uiſum quantùm auditu. Nam licet uiſus ſit certior: tamen inuiſibilia, fide quæ per auditum eſt, capiuntur. Quando enim transfigurationem illam Apoſtoli uiderunt, quæ erat ultra perfectionem, quæ in hoc mundo reperitur: citius crediderunt uoci in nube, ſcilicet quòd Ieſus eſſet filius Dei patris, non ut cæteri homines, qui filij ſunt Dei patris propter intellectum, quem quiſque ab eo immediatè habet, ob quem homo eſt: ſed ut filius, in quo pater totam poſuit ſuiipſius complacentiam. Nam pater creator, habet in omni creatura ſua, quum ſit eius creatura, quandam complacentiam; quam uolens exprimere, aiebat: delitias ſuas eſſe, cum filijs hominum. Delitiatur enim in anima hominis, ſicut intellectus delitiatur, quando uiſionem ſuam in rationibus quas facit, explicat. Sed ſi eſſet natura aliqua adeò perfecta, quòd maioris perfectionis eſſe non poſſet: tunc in illa, pater talem haberet complacentiam, quòd magis complacentiam habere non poſſet pater, & ſibiipſi in ea cõplaceret

Cõplacentia.

http://www.obrascatolicas.com

ceret. Sic Christus fuit dilectus filius, qui benè complacuit patri. Omnia alia quę placent patri, non sic placent, quin possent magis placere, quum nullum omnium sit infinitè perfectum, & inter ipsum & Deum, posset cadere perfectior creatura, quantùm est ex patre creantis, cuius potentia non terminatur in finito. Vnde quum Iesus sit, in quo pater sibijpsi complacuit, tunc Iesus est ultimum potentiæ. Nam summa perfectio operis, quæ est totaliter explicatiua potentiæ artificis, illa est, in qua artifex in se ipso habet complacentiam: sicut pater sibijsi complacet, in dilecto filio, quum omne id quod filius in se grati habet, à patre habeat. Pater in dilectione optimi filij, quem ut filium diligit, sibijpsi complacet, seq; in filio quasi claritas Solis in suo splendore, suam claritatem sibi gratissimam, intuetur. Sudeamus complacere patri, in filio suo dilecto, eo modo quo omnia patri complacent in filio. Nam qui filium honorat, à patre honoratur.

Quum magister alicuius artis uidet aliquid, quod operatus est, non recepisse perfectè formam artis, seipsum repræhendit ex figura sua. Si uerò ipse est perfectus artifex, & perfectè operatus est: ipse in figura sibijpsi complacet, & qui figuram laudat, illi complacet. Vnde si ars seipsam intuetur, si est perfecta, benè complacet sibi. Et sic intellectus perfectissimus, quando seipsum intelligit, tunc suijpsius intellectum ge- *Intelligere.* nerat, & ille est filius dilectus, in quo est summa complacentia. Deus non potest concipi nisi intelligens, cum sit quid optimum: intelligens autem natura, melior est non intelligente. Semper igitur Deus fuit intelligens, hoc est, de se Deus pater semper generauit suijpsius intellectum: nam nullo unquàm tempore potest concipi, fuisse suijpsius ignorans. Vnde Deum patrem, se Deum intelligere, est consubstantialem filium generare. Et ex hoc procedit nexus amoris, qui est spiritus sanctus.

Fides. Credere, est in auditu, non in uisu: opinari, est audire animæ: intelligere, est uidere eius. Sed ubi coincidit audire cum uidere animæ, ibi est fides. Vnde fides est auctoritas dicentis, ubi non minus scio esse uerum id quod dicitur, quàm si uiderem. Videtur quòd fides, sit ultrà sensus animæ intellectualis: sicut uis existimatiua, ultra sensus animæ sensibilis. Nam ouis nullo sensu attingit inimicitias lupi, sed lumine altiori ducitur, ut fugiat. Sic fide, quasi lumine diuino ducimur, ut lupum rapacem, anima fugiat.

DEVOTVS.

Dialogus. Doce nos Domine Iesu, fons misericordiæ, id quod mandatur nobis ex nube scilicet, audire te Iesum. Vbinam nobis loqueris? IESVS. Scrutamini scripturas, uerbum enim salutis, in omni Euangelio loquitur. DEVOTVS. Dic quomodo loqueris in Euangelio, quod de Chananæa hodie legitur? IESVS. Quòd per fidem saluatio. Nam mulier fide sua, filiæ impetrauit salutem: & quia magna fuit fides, impetrauit quod uoluit. DEVOTVS. Quæ est fides magna? IESVS. Quæ sine hæsitatione est, & deceptione. Qui enim fide accedit ad saluatorem, nõ potest decipi. Saluator enim non potest non saluare credentem, nam credens est capax salutis, sicut perspicuum lucis. Sol enim illuminat omnia, dummodo sint capacia, & irradiationi applicata. Homo propter animam rationalẽ, capax est lucis rationis, seu uerbi Dei, dummodo se applicet ad irradiationem. Applicatio, est exire sensualitatem, & accedere per fidem ad magistrum.

Ex sermone: Beati qui audiunt uerbum Dei.

Vnctio. Fides. Nititur Deus trahere spiritum liberum in suum seruitium, per uerbum seu fidem: dæmon uerò, per sensum. Fides, est suprà uersùs Deum, sensus infrà. Liber noster spiritus, sicut excellit sensum, ita fides ipsum: nam est rationalis spiritus, qui non attingit fidem. Ratio enim quomodo fidem attingeret? In regno humilitatis est fides: in regno præsumptionis, scientia inanis.

Spiritus noster non sanctificatur, nisi quando ipsum subintrat unctio Christi, & sic uirtus unguenti, quo Christus præ consortibus unctus est, illabitur animæ nostræ, quæ sanctificatur, à qua pellit omnes tenebras, sicut oleum fusum super papyrum,

rum, ipsam subintrat, & tollit eius opacitatem, faciendo ipsam trãsparentem, & conseruat à frigore constringente. Vnde spiritus malignus est Aquilonaris, inimicus uitæ, congelans & constringens motum uitæ: sed defenditur anima Christiformis unctione gratiæ contra ipsum: itaq; in eam non potest quicquam. Vnde unguentum illud est fluidum, ob calorem charitatis, & humidum ad se uniens, ut in hoc consistat uita: nam uita consistit in calido & humido. Et sic unctio est pascentia uitæ: pinguis est panis Christi, præbens delitias regibus seu unctis. Oportet autem animam Christiformem, habere affectum illum, qui ungi debet, scilicet mitem & humilem: mitem, ut sit tractabilis & docilis: humilem, ut sit capax regalis unguenti. Nam exaltatio non capitur, nisi in humilitate.

Quod unctio purget & illuminet cum maxima lætitia, habemus exemplum in illuminatione cæci, ubi Christus sputo liniuit oculos, faciendo lutum, & ille lotus in aqua Siloe, uidit. Sicut oculus uiuit cum delectatione & lætitia, in uidendo, sic oculus mentis intelligendo. Quare unctio ex magisterio uerbi est, uiuificans cum lætitia intellectum, & non est unctio illa, nisi illuminatio ad uidendum suum desideratissimum obiectum, de quo uiuit, scilicet ueritatem ipsam absolutam. Vnctio reddit aptum ad fluxibilitatem & motum. Anima uncta obedit Spiritui sancto, eam mouẽti, quæ sine unctione, est arida & rigida, atq; inobediens ei.

Excitationum ex sermonibus, Reuerendiss. Patris Nicolai de Cusa Cardinalis, Quinti libri, finis.

Excitationum ex sermonibus Reuerendiss.

Patris, Nicolai de Cusa Cardinalis, Liber Sextus.

Ex sermone: Accepit Iesus panes & gratias.

Multiplicatio panum. PRopheta Heliseus modicum olei multiplicauit, usq; ad impletionem omnium hydriarum, quæ haberi poterant: ita & Christus quinque panes usque ad impletionem omnium, qui erant quasi quinq; millia. Et colligebantur quæ supererant fragmenta, quæ implebãt duodecim cophinos. Et non multiplicauit Christus panes tantùm, sed & pisces: quia dedit de duobus piscibus, cuilibet quãtùm uoluit. Neq; de quinq; panibus fecit plures panes, nec de duobus piscibus, plures pisces: sed de quinq; panibus, & duobus piscibus, pauit quinq; millia hominum. Fuit igitur miraculosa distributio ualdè, ubi uerè solùm quinq; panes fregit, & distribuit ita, quòd implerentur omnes, & colligerentur fragmenta, quæ excedant quantitatem quinq; panum multò ualdè. Considerans Christum, in una sinistra scilicet manu habuisse panem, & cum dextra illum fregisse & distribuisse, admirarur, quomodo de paruo pane tot magnas partes fregit & distribuit. Si fregit in mille partes, panem unum: quomodo partes illæ paruæ, sunt in distribuendo adauctæ? Nam si fecisset Iesus, quod de qualibet minuta portiuncula, quilibet fuisset repletus, uti aliquis cibus plus saturat hominem in parua quantitate, quàm alius in magna: nõ super fuissent tot fragmenta. Iesus supra omnem intellectum hoc faciens miraculum, fecit quod pars fuit æqualis toti. Esto enim quod pars unius aliquantulum maior fuit, quàm requirebat refectio unius hominis: fecit Iesus milleſimam eius partem, æqualem toti. Hoc est supra oẽm capacitatẽ intellectus, quod uel pars sit æqualis toti, uel maior: uel q; milleſima, sit maior quarta, minor scilicet maior maiore. Maximũ miraculũ fuit, qđ i uno paneĩ q; nõ fuit potẽtia multorũ, sicut i uno semine, sunt multa in potentia: Christus effecit illud esse actu, quod nõ fuit in potentia. Neq; creauit de nihilo, sed de uno qđ

fuit,

http://www.obrascatolicas.com

fuit actu determinatæ quantitatis, fecit id ipsum esse actu, non solùm quantitate aucta, sed substantia, quæ tamen non recipit magis nec minus. Nam substantia reficit, non quantitas accidentalis, illîc autem reficiebantur multi. Oportebat igitur, quòd substantia sicut & quantitas, reciperet augmentum. De quinq; enim panibus, & nō de pluribus, reficiebantur tot millia, licet quinq; uix quinq; sufficissent hominibus. Est enim considerandum, an de quolibet pane singulis distribuit: uidetur enim (ut Lucas ait) quòd Christus fregit, & dedit discipulis, ut ponerent ante turbam, ordinatè sedentem: sicut mediante natura, quæ est ut instrumentum, distribuit quinq; sensus in hominibus. Nam omnes non habent nisi quinq; sensus, & non habent duo homines decem sensus, licet habeant plura organa quàm unus. Et licet etiam uisus unius, non sit uisus alterius, tamen non sunt nisi quinq; sensus, distributi in omnes homines. Et unusquisq; ex hac distributione, recipit plenitudinem & abundantiam, sic de piscibus duobus: pisces enim dant saporem panibus. Sapor est discretio, discretio est inter unum & alterum. Ideò duo sunt pisces, scilicet uis discretiua, quæ iungitur communi-
Cibus. nibus panibus, seu sensibus. Anima, corpus, calor: cibus. Pater, Christus, charitas: cibus. Spiritus, anima, amor: cibus. Anima cibum calore digerit, subtiliat & conuertit in membra, quæ uiuificat. Deus pater mediante charitate, digerit, subtiliat, & conuertit cibum, in membra Christi. Spiritus interioris hominis, mediante amore, cibum conuertit in membra animæ. Cibus primus, est corpus. Cibus secundus, est anima. Cibus tertius, est Deus. In cibo igitur, ad hoc quòd sit cibus, requiritur, quòd sit proportionatus naturæ (ex quibus enim sumus, ex illis & nutrimur) & oportet quòd sit electus, & factus digestibilis, & quòd quatuor elementa, sint ad temperantiam in eo redacta, quò ad hoc, quòd interior spiritualis homo fiat cibus, conuertibilis in corpus Christi: sicut nō nisi panis triticeus, conuertitur in corpus Christi, in Eucharistia purus incorruptus. Oportet igitur quòd quatuor elementa, quæ sunt quatuor uirtutes cardinales & ostiariæ, sic sint in harmoniam redacta: quòd quælibet uirtus, sit in qualibet, uti Ezechiel uidit figuram quatuor animalium, quorum quodlibet erat quatuor facierum. Nam non est prudentia, sine temperantia, fortitudine, & iustitia. Nec iustitia, sine alijs, & sic de singulis. Anima igitur sic complexionata, est aptus cibus, ut Deus pater, mediante charitate, quæ est spiritus sanctus, digerat calore fidei, subtiliet calore spei, & conuertat calore charitatis, in membra uerbi, seu Christi. Christus enim est corpus Dei, in quo Deus inhabitat corporaliter, ut dicit beatissimus Paulus. Fides igitur est, ut calor stomachi in corpore Christi: spes, ut calor hepatis: & charitas, ut calor spiritus membris inhærentis. Deus, est ut cibus spiritus nostri. Nam spiritus noster, cibum uitæ suæ, mediante calore amoris, digerit fide, subtiliat spe, & unit dilectione. Deus igitur, seu sapientia, siue uerbum, est cibus intellectus nostri, & intellectus noster, est cibus uerbi. Quando magister uidet discipulos capaces, augetur in eo desiderium, influendi doctrinam: pascitur igitur ex intellectu discipulorum, uiuacitas uerbi, & uerbum quod pascitur, pascit. Ait enim sapientia, delitias suas esse cum homnibus: delitiæ uerbi sunt, quando recipitur: delitiæ sapientiæ sunt, quando capitur in intellectibus, quia dum capitur, capit. Nam dum capitur, trāsfert. Sicut lux dū capit in aëre, trāsfert tenebras eius in lucē: sicut anima cibat corpus uita, & hoc est corpus transferri in uitam. Sicut alimentum in naturam aliti, ita anima est cibus & cibatum, sic Deus, quò ad animam. Contemplare, quomodo Deus creauit sibi nobilem cibum, in quo delitiatur: sapientia enim se ludere dicit in orbe terrarum, & ludit, sicut primus citharœdus, qui fecit sibi citharam, ut in ipsa delitiaretur, & refocillaretur. Est autem anima rationalis, quasi cithara uiua, quę seipsam
Harmonia. adaptat ad hoc, quòd bonam harmoniam decem chordarum, possit creator suus in ea tangere, siue reperire. Vnde cithara uiua liberi arbitrij, adaptat seipsam, ad concordantias harmonicas dulcis melodiæ, si diligens & uigilans est: at si negligenter se habet falsas uoculas & discordātias potius resonabit, & non obediet tangenti, qui nititur secundùm conceptum internum, cōcordantiam in sono audire. Ecce de cōceptu rationis exit harmonia, quæ medio instrumenti in sono explicata, redit per auditum, ut

ut pascat animam delectabiliter, unde exiuit: tunc scilicet delectabiliter, quando conformiter se habet explicatio harmoniæ, ad conceptum unde exit numerus, & proportio, & harmonia. Et id non negligenter attendere debes, quomodo cibus uiuus, seipsum parare debet, ut sit gratus & acceptus, mundus, lotus, cruditate deposita in igne & aqua, edibilis factus. Quando enim in aduersitate, benè probatus est & humiliatus, & conuertibilis & digestibilis factus, per ignem tribulationis, & aquam angustiæ, in patientia caloris & frigoris, & benè conditus, saporosus, & delectabilis: tunc paratus est, & potest se nobilitare, ut sit cibus nobilis, & regius, & angelicus, & diuinus, quando fit Christiformis. Et nunc sumus ad hoc, ut paremus Pascha, sumus cibus Dei, quia possumus fieri filij Dei: possumus igitur conuerti in membra Christi, ut spiritus uitæ filij Dei nos possit uiuificare, nam ad eius similitudinem transformabimur, sicut cibus in cibatum.

Ex sermone: Vna oblatione, consummauit in æternum sanctificatos.

Seruus. OMnis peccator, seruus est peccati. Seruus autem, seipsum à seruitute liberare, & hæredem facere nequit. Sed si opera legis & facta iustificarent, tunc
Iustificatio. posset per facta seipsum iustificare. Hoc autem impossibile est, imò contradictio. Nam sicut est contradictio, quòd quis seipsum creare possit (esset antequàm esset) sic & in iustificatione. Qui enim seipsum iustificare posset, esset iustus, antequàm iustus. Quare quòd iniustus fiat iustus, non potest ex iustitia iniusti esse, seu ex operibus iustis iniusti, sed ex iustitia iusti; qui non nisi per gratiam quē uult, iustificat. Non est autem iustitia, nisi una & unius. Et hæc iustitia, unius iustificantis & saluantis omnes, est unius mediatoris, qui est necessariò Deus & homo: hic autem iustificans, non uult nisi iustum. Et quia ex gratia uult iustificare, & id quod uult est iustum: Ideò quem uult iustificare, iustum est quòd iustificetur. Quare ad hoc, ut uoluntas eius, sit iustitia iustificans: tunc factus est ipse iustitia nostra, quando ipse seipsum obtulit, & sic consummauit in sempiternum, sanctificatos. Deus ipsum posuit propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, & in gratia qua saluamur, est iustitia. Omnia igitur, quæ per Mosem diuino iussu scripta & ordinata sunt, ad iustificationem, non aliud habent, nisi quod morte & sanguinis aspersione, siue communicatione mortis, iustificationes & sanctificationes uiuificantes animam, fieri debent. Quare ex his omnibus habemus, sanctificationem seu iustificationē, sanguinis aspersione, illius qui debet iustificare, fieri debere, ut omnem hominem quem ipse uoluerit saluum esse, iustè iustificet, applicando meritum mortis suæ, cum uoluerit.

Testamentum Vetus. Testamentum Nouum. Testamentum uetus, se habet ad nouum, ut caro seu corpus ad spiritum. Sic de lege & sacerdotio. Et sicut nos non pertingimus, ad conceptum interioris hominis, si ue inuisibilis animæ, nisi per exteriorem siue uisibilem: sic non attingimus ęterna, nisi per temporalia, & interiora, nisi per exteriora, & ueritatem, nisi per figuram. Figura autem sensu attingitur, ueritas intellectu: sicut litera sensu, spiritus intellectu. Vetus testamentum, litera: Nouum spiritus.

Pontifex. Perfecta unctio & aspersio sanguinis, fiebat per magnum pontificem, qui solus intrauit in anno semel, in sancta sanctorum. Sic consumatrix unctio & oblatio, quę sanguinis effusione perficitur, nō nisi per simpliciter magnum, quo maior dari nequit, pontificem, fieri debere figurabatur. Et annua Solis reuolutio, sic se habet ad sempiternam durationem: sicut pōtifex temporalis, ad pontificem pontificum.

Omnes temporales pontifices, non sunt assistentes Deo, ultra uelum, ubi sunt sancta sanctorum, sed annuè intrantes & exeuntes: pontifex aūt noster, assistens Deo in cœlestibus, quæ sunt sancta sanctorum, assistit sine intermissione, semper interpellat pro nobis, cum sit pontifex noster. Sicut enim lux in Sole, semper assistit claritati, ab ea nunquàm declinans: sic Christus, qui est Sol iustitię, semper assistit claritati æter-

http://www.obrascatolicas.com

in patris. Sed illuminatum luce Solis, descendentis in aërem, aut aliud elementũ, seu elementatum, non manet semper cum claritate, nisi se sub influentia lucis conseruet, sed recipit uariationem temporalem: sic de pontificibus temporalibus. Qui uerò transierunt in unionem, de qua præmissi: sunt ut stellæ, ubi lux est in sempiternum claritati unita, mediante Sole.

Reuoluuntur anni solares, transeunt pontifices. Sed Sol, de cuius plenitudine, omnes sumunt lucem & uitam, manet in æternum. Ipse enim uerus est pontifex, quoniam omnia quæ sunt pontificabilis officij, consummatè perfecit: absoluit enim, & dimittit culpam, sine satisfactione. Infundit gratiam, sine instrumentis, impetrat ueniam, sine impedimento: alius pontifex, nõ potest dimittere culpam. Papa, non potest originale peccatum, sine baptismate dimittere, nec mortale, sine pœnitentiæ sacramento: ars enim, sine adiutorio naturæ, nihil potest: sicut faber, non potest facere cultellum, sine ferro, quòd à natura producitur. Nec natura aliquid potest, sine adiutorio Dei, qui creauit materiam, & præbet operandi efficaciam: sic Papa, nihil potest sine sacramentis, & sacramenta, nihil sine Deo. Deus autem, potest sine omnibus alijs.

Sacramentũ. Ministri, non possunt sacramenta Ecclesiæ, quæ fundata est in fide & sacramentis, augere uel minuere, neq; nouos articulos facere: ad illos enim non spectat, sed ad infinitam potestatem, quæ est Dei. Nam fundamentum Ecclesiæ, consistit in fide & sacramentis, quæ uariari nequeunt.

Bonũ futurũ. Bona futura, cuilibet sunt communia, & propria, quia quilibet totum possidet, sicut omnes uidemus solem, & quilibet totum Solem: sic electi, qui erũt omnes reges, iuxta illud Apocalypsis: fecisti eos reges, & omnes habebũt regnũ, & quilibet totũ.

Sol non minuitur, communicando influentiam suam: sic spirituales res, communicando augentur. Scientia nobilis possessio animæ, distributa crescit, & auarum dedignatur possessorem similiter uirtus. Nam iustitia crescit, dum facimus, seu communicamus eam.

Duplex homo Paulus dicit, alium exteriorem hominem, & alium interiorem, alium ueterem, alium nouum. Est autem exterior homo uisibilis, interior inuisibilis. Antiquus duplex: antiquus secundùm animam, nouus secundùm spiritum, antiquus secundùm uetere Adam, nouus secundùm nouum Adam scilicet Christum. Ponit Paulus triplicem uitam seu motum, rationalis animę: scilicet naturæ, legis scriptę, & gratiæ. Nam

Motus animæ. quidam sunt secundùm naturam sibijpsis lex, ita quòd natura imperat & mouet illos, ut sciant, ubi est uita animæ: alij mouentur ad uitam imperio legis, alij mouentur imperio uerbi Dei. Et si rectè consideras, tunc omnis motus uitalis, in anima rationali, non potest esse, nisi ex uerbo Dei. Nam aut anima audit, quomodo loquitur in ea Dominus, quæ loquela est in conscientia, laudans uel reprehendens, loquiturq; sic Deus mediante ratione. Est alia loquutio, quomodo per uerba hominum, loquitur uerbum Dei, ut per legislatorem Mosen, & Prophetas. Et alia, per proprium uerbum loquitur Deus, ut est uerbum incarnatum. Primum uerbum, est in natura scriptum: Secundum, est scriptum in lege & Prophetis. Tertium, in Euãgelio. Primum,

Iustificatio. uidetur quasi sensus: Secundum ratio: Tertium, spiritus. Primum uerbum, & si loquatur bona, non tamen saluat. Nam salus, non est de natura, sed excellit eam. Nunquàm enim in cor hominis descendunt, quæ beatum faciunt hominem, neq; enim oculus uidit, neq; auris audiuit talia, quæ fœlicitant. Secundum, similiter non saluat, nam opera legis, non iustificant: existens enim extrà iustitiam, non potest seipsum iustificare. Et si per opera posset iustificari, tunc seipsum iustificaret. Solum tertium iustificat: quia gratia Dei influit, mediante qua, suprà naturam credit & sperat: & quia Deus fidelis, assequetur. Primum & secundum uerbum, sic seruiunt tertio, sicut sensus rationi, & ratio spiritui intellectuali.

In interiori homine, plantata arbor uitæ, de se non potest producere fructum uitæ, nisi influentiam Solis iustitiæ, siue æternæ sapientię, in se recipiat. Sicut enim arbor, ad hoc quòd fructum producat in tẽpore suo, necessariò indiget, quòd calor Solaris educat

educat de potentia ad actum: ita est, quod arbor in nobis optimè plantata, quæ in suo tempore, fructum optimè producere potest uitæ, non est nisi aptitudo ad appræhensionem sapientiæ, sed uis fructificandi non perducitur in actum, nisi influente Sole, seu claritate æternæ sapientiæ. Solùm est unus homo, habens Paradisum tantę fœcunditatis, quod arbor uitæ, non indiguit influentia exteriori Solaris radij: quia omnis uis Solaris influentiæ, fuit radici arboris unita, & hic est Christus Deus noster. Solum per uerbum Dei uiui & permanentis, possumus ad uitam æternam peruenire. Deus enim creauit hominem, extrà Paradisum, deinde posuit eum in Paradiso, quando addidit illi donum innocentiæ, mediante quo, potuit manere apud arborem uitæ.

Succedit fides innocentiæ, quam Christus seu uerbum Dei, aununcíauit ac euã- *Fides.*
gelizauit, ut scilicet id fide attingi possit, quod Adam fuisset assequutus in Paradiso, si non uiolasset innocentiam, tunc enim uitam æternam, ex arbore uitæ, fuisset assecutus. Sic & post præuaricationem, per fidem: sicut qui regem, aliqua transgressione præcepti offendit, fidelitate gratiam recuperat. Sed non est nisi fides una, quę promittat hanc immortalitatem, quæ est uita diuina, per quam homo sperat fieri similis Deo: quæ nobis per uerbum Dei, solùm annunciata est. Ideò fides Christi est sola, sine qua impossibile est, hominem assequi ultimam siue perfectam fœlicitatem, & uiam ad lignum uitæ, ubi est fructus immortalitatis. Viam enim illam nemo ostendere potest, nisi uerbum Dei, seu sapientia patris: uerbum enim, occulta ostendit. Neq; aliqua creatura, potest reperire uiam per se ipsam, aut alijs ostendere ad arborem uitæ. Creatura enim, de nihilo in esse prodijt: & non est possibile ut compræhẽdat, quomodo hoc factum sit, aut quanta uis seu potentia sit illa, per quem de nihilo uocata est, aut quis sit ille creator, seu dator uitæ, aut unde ueniat spiritus uitæ. Et ideò ad ipsum quem reperire nequit, sed penitus ignorat, non potest uiam reperire. Oportet igitur, quod Deus pandat uiam, per uerbum suum. Sicut ars occulta, seu intellectus absconditus, omnibus scholasticis non potest unq; attingi, neq; uia unquam ad ipsum reparabilis est, nisi se ipsum manifestat in uerbo, quod defert notiam uiæ ad ipsum: sic Christus, est uerbum Dei patris, solus pandens uiam ad ipsum.

Ex sermone: Ecce ancilla Domini, fiat mihi.

PVer innocens non peccat, & sine cura est ut uiuat: & unde habuit uitam ani- *Innocentia.*
malem, inde pascitur, mater quæ peperit, etiam ex suo corpore pascit. Sed dum peruenit ad scientiam boni & mali, dimittitur iudicio suo, & tunc cura uiuit, & operatur terram. Fuit itaq; innocentia, sic priuilegiata. Nam à solo Deo, parentes nostri primi, uitam assequuti sunt. Et si duraret innocentia, semper etiam sine cura uixissent: quia qui dedit uitam, uiuificasset ex se, quasi ex proprijs uberibus, spiritum suum quem insufflauit. Et hoc pacto uita, ex immortalitate, fuisset communicata spiritui, & cœlũ, & terra, & omnia quæ in eis sunt, sub obedientia hominis & ad eius seruitium, ut uoluptuosè uixisset, corporis necessaria ministrassent. Sed parentes nostri, perfectè creati, in potestate habebant innocentiam, quæ simul cum perfecta ratione concurrebat, dimittere, & ad usum rationis se conuertere, & sic se ipsis regere. Quamdiu enim puer seipsum regere nequit, non deseritur à parentibus, qui eius curam agunt. Erat autem in parẽtibus primis potentia, quod seipsos quasi pueros simplices & innocentes, tenere poterant sub directione creatoris, seu uerbi, siue rationis æternæ, aut se sua propria ratione gubernare. Vnde quia ipsi sibiipsis placuerunt, spreta gubernatione Dei, uani & pauperes facti sunt: sicut optimè parabola de filio prodigo, explanat. Venit Iesus in mundum, ut magister, docens, fa tuitatem præsumptionis esse abijciendam, quæ est de hoc mundo, & ad humilita- *Humilitas.*
tem & simplicitatem innocentiæ, esse redeundum, ut sic homo reuertatur ad gubernatorem, qui curam habet solùm talium. Nam & si recessit prodigus filius à gubernatione patris: tamen reuersus ad cor, humiliatus recipitur denuò, cum priori stola.

Terra habet naturam, quod ipsa semper descendit, uersus medium mũdi. Sic uirgo descendit, quando dixit, ecce ancilla. Nam intellecto, quod fuit uocata, ut esset

http://www.obrascatolicas.com

mater & regina ac imperatrix: per humilitatem descendit ad ancillarem profunditatem. Ex hoc descensu terræ sequuntur plura: scilicet quod ipsa manet fixa, quod aquæ irriguæ ad ipsam cõfluunt, quod est fœcunda, quod est sphæricæ formæ. Ratione autem genituræ, assimilatur terræ, quæ uult coli, ne exteriùs tribulos producat, & ut interiùs proferat aurum & argentum, & lapides pretiosos, scilicet notitiam ueritatis, munditiam sanctitatis, & abundantiam uirtutis. Et ipsa continuè aspicitur, à supernis radijs: ideò inflammatur flamma charitatis, & pulchræ dilectionis.

Ex sermone: Euangelium huius quartæ feriæ.

Pater. Filius. IN mundo sensibili, patrem habemus temporalem. Quare non sumus nos ita filij Dei, sicut Christus filius Dei, qui non habet nisi patrem Deum, & præter illũ nullũ aliũ. Ipse igitur solus filius Dei, & nõ est de hoc mundo, in quo non habet patrem: nos aũt etsi simus filij Dei, sumus tamẽ de hoc mundo, in quo habemus patrem. Sicut radius Solis & flamma in materia cõbustibili, ex reflexione radij Solis generata, radius Solis habet pro patre Solem, sic & flamma, sed cum hoc materiam combustibilem. Igitur si persona cuiuslibet alterius hominis, est quasi flamma illa: erit persona Christi, ut radius purissimus. Flãma, infinitas uarietates capit, ex infinita uarietate combustibilis materiæ. Radius autem, solus manet unicus & purus, consubstantialis Soli, & coæternus. Nam uis illa, & claritas radij, in se complicat omnẽ uirtutem luciditatis flammaris, sicut uirtus Christi, omnem uirtutem, & sanctitas eius omnem sanctitatem, & iustitia omnem iustitiam, & scientia omnem scientiam, & ita de omnibus perfectionibus. Ob hoc, cum radius ille non possit esse purior & clarior, importionabiliter excellit, omnem flammæ claritatem, & ei competit propriè, quod de eo dicit Apostolus, quia est perfectissimus splendor patris sui, & figura substantiæ eius, et proprijssimè filius, portãs omnia in uerbo uirtutis suæ. Et quoniam communiter dicitur, Christum uerum & naturalem Dei filium, sed alium hominem adoptiuum, & ex gratia: hoc sic capio, quod homo est filius Dei, unus sicut alius secundùm naturam, ut unus ut alius ab eo in esse prodijt, modo quo præmitti tur. Sed non sunt omnes æquè dilecti filialiter, & accepti, uti in filijs eiusdem patris, in hoc mundo uidemus Dilectio igitur filialis, uariè ab omnibus in gratia existentibus, participatur. Sed unus est à Deo patre dilectus filius, in quo pater summam habet complacentiam, quod non solùm non potest esse maior dilectio, sed etiam in se complicat omnes filiales omnium filiorum dilectiones, quæ gratia, coincidit cum natura. Nam si non coincideret, cum natura patris, posset esse maior: perfecta enim dilectio, dicitur à se incipere. Et illa dilectio, qua quis suam naturam, seu essentiam, aut substantiam diligit: illa est quæ est plena gratia. Non potest igitur dici, quod Christus sit alterius naturæ & substantiæ, quàm naturæ Dei patris: quando est filius adeò dilectus, quod non potest plus diligi, & in tanta gratia, quod non potest esse in maiori, in quo pater habet completam complacentiam. Vnde claritas radij Solis, non est alterius substantiæ & naturæ, quàm claritas Solis: & claritas Solis, est in radio: & claritas radij, est in Sole. Nam sic generatur à Sole, quod nunquam ab eo separatur, manet in Sole, & omnia perlustrat, & attingit à fine ad finem: sed in tenebris non capitur, ubi uerò capitur, ibi tenebræ in lucem uertuntur. Nec est aliud, quàm quod sapientia æterna, æterni sapientis patris, in mundo rationali lucet, & capi potest: ita ut rationalis spiritus ignorans, fiat sapiens, & transeat in æqualitatem eius, participatiuè. Quare Christus, qui est sapientia patris, est magister docens, & Dominus seu præceptor, imperans naturæ intellectuali, cum sit ratio seu uerbum patris: solum enim uerbum, quod est ipsa ratio rationum, habet imperium in natura intellectuali. Nam sanæ, ueræ, & claræ rationi, intellectus dissentire nequit: sed lætabundè se eius influentiæ subijcit, & ipsam ut uitam recipit uiuificantem.

Ex

Ex secundo sermone: super, Vna oblatione consummauit.

Exemplar. Oblatio. AD mirandum in ipsam exemplarem ueritatem, requiritur, quod rationalis spiritus, qui solùm intrare potest sit purgatissimus, multò plus quàm corpus lotum baptismate, uel sanguine, aut aqua expiationis, quando dignè debuit tabernaculum manu factum intrare.

Cum Deus diligitur, plusquam aliquid utile. Et hoc in oblatione ostenditur, Deus respicit ad offerentis intentionem, simul & oblationem, quæ est expressio uisibilis, inuisibilis intentionis, ut de Abel dicit textus. Et hoc respicere Dei, & grate acceptare. Si uerò non solùm diligitur, plusquam aliquod utile, sed plusquam omnenõ ipse, ut in immolatione Isaac, qui erat unicus hæres Abrahæ, & quem Abraham plus dilexit, quàm omnia alia à se: illa oblatio cum offerente, fuit incomparabiliter Deo acceptior, respexit enim Deus, quantùm Abraham obediuit ei. Sed in christo, oblatio improportionabiliter acceptior, quia seipsum obtulit. Nam inter amorem suijpsius & alterius, non cadit proportio. Illa obedientia fuit consummata, & oblatio in infinitum accepta, ut meritò Christus exaudiretur in omnibus, & pro omnibus, qui in obedientia ostendit, quantùm fidelis, & quantam in se haberet charitatem.

Plato in Cratilo dicit, primos adorasse superiora, quæ uidebant θεειν, id est currere & reuoluere, & hinc eos θεους appellarunt. *Deus unde.*

Ex tertio sermone: super, Vna oblatione.

Æqualitas. NOs esse similes Deo, si fœlices esse debemus, necessariò cognoscemus. Sed quomodo est hoc possibile, nisi medio æqualitatis? nisi enim intra te, sit ipsa æqualitas, mediante qua iudicas de similitudine, quomodo scies te similem? æqualitas reuelat patrem, ut uideas te ei similem, aut eius filium. Ab æqualitate, uenit omne iudicium. Aæqualitas igitur, est ipsa sapientia, quæ tibi donat, ut cognoscas te filium Dei: sicut in mundo, mater reuelat genito, ut cognoscat suum patrem. Donat igitur æqualitas quæ est forma, seu figura substantiæ, seu filius patris actu, tibi qui potes esse filius, ut de potentia ad actum peruenias. Nihil enim ponitur in actu, nisi per id, quod est in actu. Id quod est in potentia, non potest seipsum perducere in actum, nam esset contradictio: esset enim in actu; antequam esset in actu. Et hæc est diuina reuelatio Christi, dicentis: sine me nihil potestis: & quotquot receperũt eum, dedit eis potestatem, filios Dei fieri. Hæc filiatio, est finis, siue similitudo Dei, si ut in Genesi dicitur, Adam genuisse filios, ad imaginẽ & similitudinem suam. Communicatur igitur nobis uirtus, per quam exaltamur, ex receptione spiritus Christi. Sed spiritus Christi, non inhabitat nisi membra Christi, illo scilicet membra Christi formia, quæ se habent, modo quo nos hîc instruimur, scilicet quod homo, ab omni superbia & præsumptione sit alienus, & nihil ipsi sapiat nisi Deus, & omnia quæ in natura carnis suæ, seu corruptibili natura reperit, sint ipsi insipida: tunc ipse incipit esse habitaculum, immarcessibilis sapientiæ Dei, seu uerbi. Nam superbia efficit in spiritu nostro, ut nobis non sapiat, nisi id quod concipimus & hoc adeò sapit, quod omne diuinum nobis est insipidum. Vnde in superbam, scilicet maleuolam animam, non potest intrare spiritus sapientiæ. Nam anima illa, non est libera, sed serua, & fœdere seruili, maligno spiritu subacta. Nisi enim fiat libera, poterit fœdus cum sapientia subire. Vnde docemur, quod necesse est hominem exinanire se ipsum, & formam humilitatis subire, ut possit esse obediens diuinæ formæ, quæ spiritum suum informet, & fortificet, & ad exaltationem perducat. Et sicut Christus induit formam humanam, qui est æqualis Deo, & factus est ut uermis & non homo & opprobrium hominum & abiectio plebis: ita necesse est, ut tu fias tumentum apud eum, obedientissimum usq; ad mortem. Humilitas autem per pœnitentiam & luctum, calore diuino, quasi panis azimus, decoquitur. *Humilitas.*

http://www.obrascatolicas.com

Ex quarto sermone: super: Vna oblatione consummauit.

CHristus est princeps regum terræ, cuius regnum, non est de hoc mundo. Sicut est aliud regnum, regis pascentis homines, & aliud regnum pascentis bestias: sic est aliud regnum, pascens reges hominum. Nam princeps ille est, qui tenet principatum, super omnem rationem regentium: & ideò est ipsa Dei sapientia. Nulla enim ratio, expers sapientiæ, apta est ut regat: soli enim sapientiæ, quæ in ratione lucet, obeditur. Quando enim quis in ratione ostendit ueritatem, quæ est sapientia: statim obeditur ei, & audiens, seu auditu intellectus capiens, acquiescit præceptis. Sapientia igitur illa, quæ est ueritas, est princeps regũ, & eius præcepta, sunt precepta uitæ uiuificantis, suauissima, & gratissima, & plena amore. Sicut igit homo, ex natura præest bestijs: sic interior homo, præest exteriori, qui per Paulũ dicitur animalis, & interiori homini præest uerbũ patris, & uerbo præest pater, sicut Paulus aiebat, caput mulieris esse uirum, quod est rationem dominari appetitui, caputq; uiri esse Christum, & caput Christi Deum. Sicut autem rex animalitatis, melior est omni sensibilitate (nam melior est anima rationalis, quam omnia animalia bruta) sic melior est princeps rationis, omnibus hominibus. Quare humiliatio principis regum, est efficacior omni humana humiliatione, & obedientia eius omni obedientia. Et quia melior est obedientia quàm uictima: tunc obedientia cum uictima illius, est consummata oblatio, in se complicans omne meritum, & omnem mediationem pacificam, quam per uictimas possibile est fieri, pro reconciliatione.

Ratio. Rationalis uis, ad similitudinẽ Dei, creata est, nã præest sensibilitati seu animalitati. Cũ ergo imperium rationis, extendat se super sensibilem naturam: tunc manifestũ est, hominẽ exteriorem, qui est animalis homo, quoniam nõ percipit quæ Dei sunt, subesse debere homini interiori, qui in spiritu percipit ea quæ Dei sunt. Vnde quia ea percipit, quæ Dei sunt: tunc regere debet exteriorem hominem, secundùm quod uerbum seu princeps rationis loquitur in eo, et semper dicere: Audiam quod loquatur in me Dominus. Et sic similitudinem Dei, in præessendo seruat & auget eam, quantò plus assimilat regimen suum diuinum præceptis, quæ præcipit. Si uerò negligit principatum, ita quod non regat effrenem animalitatem: euenit quod appetitus se erigit contra obedientiam, & imago Dei obscuratur, & regia uis perditur, & induitur seruilis: & obumbratur Dei similitudo, ita quod finaliter subest principi tenebrarum. Quando non manet in eo interiori homine, Dei imago, sed animalitas, seu sensibilis appetitus ipsam subigit: ille homo non potest ad Deum, seu finem suum peruenire, nam finis imaginis & principium eius, est Deus qui est ueritas imaginis. Et ad ueritatem non potest imago pertingere, si in ea non relucet ueritas, hoc est, quando cessat esse imago. Christus igitur reparator est, imaginis offuscatę, qui docet nos, quomodo imago de offuscatione, possit denuò renasci: & cœpit facere & docere, ut uisibili experimento, pertingeremus ad renascentiam: & factus est nobis uia, ut sciamus, qualiter imago reparari debeat, ut sit Dei imago: factus est exemplaris ueritas, dicens: exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Et quia adhuc necesse habemus, ut imago Dei uiui sit uiua, et habeat motum uitæ, ut possit in se gustare Deum, sicut uiua imago, quæ in se intuetur illum cuius est imago in quo quiescit, & ad quam continuo desiderio mouetur: ideò factus est ipse pro nobis uita uiuificans. Lauat igitur sordes de limo terræ filiarum Zi-

Reparatio. on, sanguine suo, & denuò creat seu reparat post lotionem nouum hominem, qui secundùm Deum est, & inspirat in faciem eius, spiraculum uitæ, ut sit imago Dei in spiritum uiuum renata. Ad eum autem, qui debet esse offuscatæ imaginis renouator, necessario pertinet, in se habere exemplar & ueritatem illius, cuius uult imaginem renouare, aliter enim non est possibile fieri. Et quia solus filius, est in se habens patrem creatorem, & solus filius cognoscit patrem, quem nemo unq; uidit: ideò solus filius est saluator, seu renouator, seu regenerator noui hominis. Et nullus hominum est de se potens, imaginem suam secundùm Deum quem non uidit, renouare: & minùs alterius imaginem, ob hoc est unus tantùm Dei filius, qui operatur salutem in omnibus

omnibus, sine quo nihil. Et hic dicit: Ecce noua facio omnia. Dicit diuinus sermo, quod solus filius cognoscit patrem, & cui uoluerit reuelare. Vnde Deus absconditus ab oculis omnium, per solum filium reuelari potest, & reuelatio, est renouatio imaginis, ut prædicitur. Reparator uerò siue renouator imaginis nostræ, debuit esse nostræ naturæ, ut scilicet nos possemus ex sua conuersatione, instrui de infirmitatibus, & tenebrositate imaginis. Et quia non debuit imago in eo esse offuscata, seu peccatorum tenebris obumbrata, alioquì in ipso non potuisset esse magisterium, reparandi nostram imaginem, si in sua, ueritas exemplaris non resplenduisset (unde si in intellectu magistri, non fuisset Deus pater, quomodo reparasset imaginem ad ipsum, quàm in sua propria imagine non uidisset?) ideò non potuit magister reparationis, esse ex concupiscentia carnis, per quam imago, fœdam maculam contraxit, in filijs Adæ, qui ex sanguinibus, & concupiscentia uiri sunt. Necesse igitur erat, magistrum reparationis hominem esse, & sine uirili semine, natum ex matre uirgine. Igitur ipsum filium hominis esse necesse fuit, & ita oportuit ipsum filium Dei, qui solus cognoscit patrem, & filium uirginis esse: qui ad hoc, quod posset optimè reparare, mortalis fuit, hominibus similis, & omnia quæ in Euangelio continentur seruauit, et peregit: quia sic optimo modo, quo fieri potuit, Dei imago in nobis, per ipsum magistrum, & Dominum nostrum, debuit reparari. Nihil igitur superfluè, nihil diminutè actum est: sed ut exigebat saluatio nostra. Et si cum isto intellectu subintras gesta, & requiris nostram reparationem: inuenies ordinatissima Dei prouidentia, omnia ad hoc optimè famulantia.

Sicut uis illa uegetatiua uitæ, quæ in grano abscondita est, per mortem grani tritici non moritur, sed potiùs se magis expandit, ut se communicet multis: sic diuiuæ uitæ, in mortali Iesu abscondita, per mortem ipsius non moritur, sed potius se expan- *Mors Christi.*
dit & communicat, ut multum fructum afferat. Et quum consideras, uim illam uegetabilem, in grano tantæ potentiæ esse in uirtute, quod nulla ratione est mensurabilis *Granũ tri-*
& diuinam uim uerbi, similiter tantæ potentiæ esse in actu, quod omnem intellectũ excedit, uides admirandam esse similitudinem.

Adam, uitis naturę corruptę: Christus, uitis gratiæ. Adam, uitis ueteris hominis, *Vitis.*
Christus, uitis noui hominis. Adam, uitis concupiscentiæ: Christus, uitis charitatis.

Institutio sacrificij nouæ legit, est in memoriam liberationis à morte: sicut institu- *Sacrificium.*
tio sacrificij Agni paschalis, in memoriam liberationis à morte.

Notandum est, filios Israel credidisse Mosi, sanguine agni domum tueri, & ex- *Fides.*
perti sunt, se uti crediderant saluatos. Fides quæ ex auditu, seu à uerbo est, medio sensibilis signi, aptè id quod creditur significantis, saluat. Qui enim incredulus est, ex uisibili sacramento, nihil consequitur. Vnde scias, quod intellectualis spiritus, cuius domus memoria, est primogenitus: quia à Deo inspiratus est, qui est uita eius, & ipse spiritus spiraculum uitę saluatur, ne ei nocere possit malignus spiritus. qui uitæ eius aduersatur, si ostium memoriæ, non est linitum sanguine illius, qui ipsum uicit in sanguinis effusione. Quæ quidem linitio, non fit nisi in fide indubitata, cuius fidei sacramentum sensibile prout ab auctore institutum est, si spernitur, manifestè constat non esse ueram fidem. Vnde sacrificium istud, perficitur in signum firmitatis fœderis, seu testamenti, per indubitatam fidẽ, compacti inter uerbum Dei, & professionem hominis. Christus qui est uerbum, non solum defendit, ne nocere possit aduersarius noster diabolus, sed etiam uictos ab aduersario seu mortuos, resuscitans & uiuificans, seu ad filiationem Dei transferens. Et ideò non solùm est medicina contra morbum, & cibus uitæ confortans: sed est in se transferens. Quapropter optimè significatur hæc fides, in uisibili specie, corporalis cibi, debilitatem expellentis, & confortationem tribuentis, uti principaliter sunt panis triticeus & uinum, uirtutem pa- *Eucharistia.*
nis & uini, famescentis carnis debilitatem expellente, & confortationem inducente seu robur innouante, quæ circa exteriorem hominem contingunt. Fides, uirtutem uerbi, similia in interiori homini operantis, intuetur, & id quod natura in uisibili cibo, exteriori homini ministrat, hoc fides in inuisibili cibo, qui est uerbum Dei, in in-

http://www.obrascatolicas.com

teriori homine qui est inuisibilis, assequitur. In eodem igitur cibo, sic à Deo per uerbum suum ordinato, assequitur corpus desideratam pascentiam, simul & anima. Corpus quidem, medio uirtutis digestiuæ & unionis, quæ fit cum calore naturalis: anima uerò, medio uirtutis fidei, quæ tantò maior est digestiua, quantò fortior, & maior unio, quæ fit calore supernaturali, qui calor est charitas. Vnde scias, non esse cibum perfectum utriusq; hominis: nisi in Ecclesia catholica, extra quam non reperitur cibus, nisi exterioris hominis. Eucharistia uerò, cibus est utriusq; hominis, ob hoc nutrit corpus, ut panis in stomacho digestus, & nutrit spiritum rationalem, ut uerbum in fide filij Dei receptum. Verbum enim quod recipitur fide tali, quod sit uerbum filij Dei, est pinguis panis, præbens omnes delitias. Virtus autem pascens, quæ est in pane, principaliter à Deo est: sicut & uirtus uerbi pascentis animam, à uerbo Dei seu diuina est substãtia. Reperitur enim in Eucharistia, substantia una, à qua fluunt uirtutes illæ, quæ non potest dici substantia panis uisibilis, sed substantia uerbi. Et hoc innuit Christus, quãdo dixit, modo quo Moses hoc mysterium expressit: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Nam hominem exteriorem, posse uiuere ex substantia panis, non excludit, quin ex substantia uerbi, uirtutem panis tenentis, possit uiuere. Vnde qui dicunt, non solùm panem sed & corpus Christi esse in sacramento, nõ aduertunt, substantiam panis non esse necessariam ad pascendum, si adest talis substantia, in qua uirtus pascendi complicatur. Est enim uirtus inferioris substantiæ, in uirtute superioris: uerbo enim Domini, cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis uirtus eorum. Substantia panis, in confessione sacramenti, debet in superiorem substantiam Christi transumi, alioqui non esset perfectum sacramentum, in quo debet contineri, omni modo possibili, transsubstantiatio: quæ fit ueraciter, quando natura nostra, transit in gratiosam Dei filiationem. Non dico, quod natura pereat, sed quod substantia transumitur in altiorem. Sic hîc, natura panis, quæ est in cibatione non perit, sed substantia transubstantiatur, hoc est in altiorem substantiam transsumitur. Hoc nobis diuinus prophe ta Dauid expressit, dum dixit: Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Quid est lex Domini immaculata, nisi uerbum Dei: illa lex, quæ est Dei uerbum, conuertit animas: sicut sapientia, conuertit intellectum ipsum, in sapientiam transsumendo, & paruulis huius conuersionis, præstat fidele testimonium. Hoc est dicere. fidele ualdè præstat, in hoc sacramento testimonium huius conuersionis, ubi substantia panis, conuertitur in substantiam uerbi incarnati, quod est præcisissimum & efficacissimum testimonium, spiritualem nostram naturam, licet uideatur humana & ignorans, uerbo Dei, posse in filium Dei, ac de tenebris ignorantiæ Dei & ueritatis, in uisionem seu lucem conuerti. Ex his patet, Christum in sacramento esse non localiter, sed cum accidentibus substantiæ panis: non quidem quod accidentia sint in substantia panis, seu substant in uirtute, quæ ex superiori substantia, quàm sit substantia panis, effluit. Substantia igitur panis, conuersa in substantiam corporis Christi, præuenit omne accidens: ita manent accidentia ut priùs, sed substantia conuersa est. Sicut quando ignorans homo fit sapiens, & laicus sacerdos, & subditus seu seruus rex: omnia manent quæ accidebant, sed sola ignorantia transfertur in sapientiam, & imperfectum in perfectum. Hęc est similitudo qualiscunq; & propinqua: sed propinquior si ignorantia esset substantia, similiter & sapientia. Tamen si quis intelligeret, panem non transsubstantiari, sed superuestiri nobiliori substantia, quemadmodum nos expectamus, lumine gloriæ superuestiri, nostra substantia salua, prout quidam ueteres Theologi intellexisse reperiuntur, qui dicebant non solum panem, sed & corpus Christi esse in sacramento: ille habet ad uim, uocabuli attendere. Nam si dicit, lumen illud gloriæ accidens esse: nobilius tamen erit priori substantia. Sicut Christus de Iuda dixit: melius fuisse, eum non natum quàm damnatum. Et sic econuerso, melius lumen gloriæ, quàm substantia animæ; & ita non multum aduersatur propositio. Ego autem uoco substantiam, qua nihil melius reperitur in eo. Et si tu illud dicis accidens, quia aduenit

aduenit, post esse naturale rei: non refert, nisi in dicendi modo. Præterea ex his habes necessariò corpus Christi, esse sine magnitudine quantitatiua in sacramento, & ideò indiuisibiliter, & in qualibet parte hostiæ perfectè. Quasi memoria nostra, si induit montem, non est maior quàm quando induit granum milij: & est tota in quolibet, de quo memoratur, & ipsum cuius memoratur, est in ipsa memoria. Induit enim memoria, quæ non est quanta, res de quibus recordatur, & hoc est, res in memoria reperiri. Et si simul & semel memoria esset in pluribus, sicut una facies in multis oculis, & una uox in multis auribus, præcisius esset exemplum.

Ex sermone. Ait Iesus: Sicut Moses exaltauit serpentem.

Serpens.

SErpens exaltatus in eremo, non habuit uitam aliquam, nec unquam fuit naturæ illius, cuius uenenosi serpentes: & tamen si quis mortale uenenum, ex morsu serpentis habens, uidit illum oculis sensibilibus, & credidit se ex uisu liberari, à temporali morte liberabatur. Neq; ille liberabatur à serpẽte, quem uidit: sed per diuinam uirtutem, quam credidit medio serpentis exaltari, sibi gratiosè communicari. Sic qui morsu serpentis habet letale uenenum in anima sua, non potest aliquo huius mundi antidoto, liberari à morte æterna, nisi oculis animæ læsæ, intueatur in exaltatum mortuum, seu in mortem Christi fide tali: non quod uisibile corpus aut sanguis, liberet à morte æterna, sed uirtus Dei, mediante morte Christi.

Duplicitas.

Deus cuncta fecit duplicia, unum contra unum: spiritum Iesu humilitatis, contra spiritum diaboli superbiæ. Diabolus enim, princeps est, super omnes filios superbiæ. Et est regnum unius, contra regnum alterius, unius regnum, scilicet spiritus Iesu est uitæ, lucis, sapientiæ, lætitiæ, alterius est mortis, tenebrarum, ignorantiæ, tristitiæ. Referunt Naturales, quod est una herba Napellus nomine, duas habens radices, & quod morsus unius radicis, præstat mortem, nec; est remedium in mundo natum, contra uenenum illud: alia autem radix si comedatur, curat & saluat, nec; in alia re reperitur medicina. Simile quasi de Scorpione dicitur: nam cum aculeo inficit, si cauda abiecta, conquassatus puncturæ supraponitur, saluat. Sic dicitur de serpentibus: quoniam in ipsis reperitur uenenum, & medela contra uenenum. Theriaca est medela contra uenenum, in quam intrat serpens, qui maximè inficit. Sic penè in omnibus, unum contra unum reperitur. Sed Iesus, assimilat se serpenti exaltato, qui saluat contra morsum serpentis. Serpens pro spiritu capitur intellectuali, inter quam naturam est exaltatus à terra, & terræ inhærens: separatus à terra curat, inhærens lædit. Spiritus qui saluat, subintrat interiorem hominem, à terra corporis exaltatum. Spiritus deceptor, in exterioris hominis cauernis se abscondit, quę sunt uiæ sensuum.

Ponitur crux, contra crucem. Nam in cruce, uincit mors uitam, & in cruce, uita uincit mortem. Crux est signum triumphi mortis, & crux est signum triumphi uitæ.

Commentarij Cyrilli.

Dum post hoc essem Romę legatus urbis, 1459: uidi in commentarijs Cyrilli, Patriarchæ Alexandrini super Ioannem, diligentia Nicolai Papæ recenter translatis, textum antiquum habere post hæc uerba, Socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius: tunc sequitur, miserunt ergo eum ad Caipham pontificem. Erat autem Caiphas: & infra post uerbum, quid me cædis: sequitur. Misit ergo eum Annas ligatum, ad Caipham pontificem. Cyrillus ibi in commentarijs dicit, Ioannem repetere missionem ad Caipham suprascriptam, ut rediret ad narrandum negationem Petri tertiam. Ex quo habemus nunc textum correctum, & concordanter cum alijs Euangelistis.

Ex sermone: Vna oblatione, ut supra.

Permissio.

QVæstio, cur Deus permisit Adam patrem nostrum peccare, & nos omnes peccato illo mori: soluitur, quemadmodum Christus dicit cæcum natum, ut scilicet in illuminatione eius ostenderetur gloria Dei. Nam quod permissus est Adam cadere in peccatum, hoc non uenit ex peccato quod Adam fecit, aut aliquis ante eum, quando nemo præcesserit: sed ut ostenderetur gloria Dei. Quamuis enim Deo non placuit peccatum, quod fieri prohibuit:

http://www.obrascatolicas.com

buit: tamen ipse de malo scit elicere bonum. Et hoc potest dici, de omnibus prædestinatis ad gloriam, qui peccatores fuisse comperiuntur.

Promissio. Concluſit omnia ſub peccato ſcriptura, ut promiſsio ex fide Ieſu daretur credentibus.

Gloriam ſuam Deus oſtendere uoluit in filio ſuo, ut ſicut per unum hominem, intrauit mors in omnes: ita per Chriſtum ipſum Ieſum, intraret uita in omnes. Filius clarificat patrem, oſtendendo diuitias gloriæ patris, & communicando illas: & pater clarificat filium, quia per ipſum donat uitam æternam. Permiſit igitur Deus, omnes indigere gratia, ut oſtenderet diuitias gratiarum ſuarum in omnibus per Ieſum, cui ut fonti, plenitudinem gratiæ contulit. Permiſit Deus nos omnes eſſe defectuoſos, ut ipſe oſtenderet ſe perfectiſsimum, & omnia in Chriſto conſummantem & perficientem.

Si rectè intras ad ſcripturas, nihil reperies niſi Deum, mundum, & Chriſtum: atq; Chriſtum eſſe, in quo Deus reconciliauit ſibi mundum. Non enim eſt alia ſcientia, quàm hoc ſcire. Voluit Deus pater, etiam nos homines gloriæ ſuæ eſſe participes. Nam quæ maior gloria, humanæ naturæ eſſe poſſet: quàm in ipſa hominem reperi ri, qui eſt Dei filius benedictus, in quo omnia, quæ in cœlo & in terra ſunt, benedicuntur? angeli enim, ſine uerbo Dei eſſent ſine uita. Ratio diuina, quæ eſt uerbum Dei, eſt ſapientia, paſcens omnem rationalem creaturam, & oſtendit Deus diuitias ſapientiæ ſuæ in gloriam ſuam, per uerbum, quod omnes rationales ſpiritus paſcit in æternum.

Libertas. Habet quandam libertatem uoluntas, quæ eſt uita eius, quam ſi anima mortificata tunc ſeipſam redigit in ſeruitutem, nam propriæ libertati reſignauit. Si igitur reſignatio, quę eſt mors libertatis, ſeu propriæ uitæ animæ, fit propter Deum: tunc expectat ille, qui ſic ſe Deo in ſacrificium obtulit, remunerationem, quæ eſt uitę diuinæ condonatio. Nam qui propter Deum moritur, abdicando à ſe ſuam uitam, quæ in libertate conſiſtit: ille in retributione aſſequetur uitam diuinam. Dat enim Deus ut largus retributor, uitam diuinam, ſcilicet participationem uitæ ſuæ, illi animæ, quæ ei donauit uitam propriam. Ille autem donat uitam ſuam Deo, qui profeſſionem Chriſti accipit. Nam ille eſt magiſter, & doctor, & caput illius religionis, & qui id fecit quod docuit: unde eſt uia diuinæ uitæ adipiſcendæ. Quæ quidem profeſſio, conſiſtit in fide charitate formata, per quam homo renuntiat omnibus quæ poſſidet & ſequitur Chriſtum: quia ut Chriſtus, fit obediens Deo, cum omni humilitate, uſ-

Religio. que ad omnium terribilium terribiliſsimum, & ſic militat ſub capite Chriſto: Anima religioſa, quæ mortificata eſt, militat in obedientia prælati, qui ſibi à Chriſto præponitur, qui ait ad prępoſitos: qui uos audit, me audit: qui uos ſpernit, me ſpernit: & qui me ſpernit, eũ ſpernit qui me miſit. Ecce quomodo ſine uera obedienta, quę mortificat uitam, ſeu libertatẽ noſtram, non poſſumus expectare à Deo patre, qui nobis mittit, Chriſtum remunerationem immortalis, ſeu diuinæ uitæ. Spiritus propriè dicitur ipſa libertas animæ. Quando igitur non reperitur in homine propria libertas, ſed uerbum Dei imperans, cui obeditur: tunc ſpiritus hominis eſt mortuus, & ſpiritus Dei in eo uiuit, & hoc ideò, quia nõ mouetur anima, niſi ex agitatione ſpiritus Dei. Poteſt autem ſpiritus Dei uariè conſiderari, ſcilicet ut latet in præceptis, ſeu legibus imperantibus: & ſic dicitur ille qui ſeruat mandata, uiuere, quia agitur ſpiritu uerbi Dei. Sed ille ſpiritus uerbi Dei, qui in Chriſto reperitur, eſt ſpiritus ſaluationis: quia eſt ſpiritus ſpirituum, adimpletionis omnium legum, in quo agitamur, ut non proximum tantùm, ſed etiam inimicos ita diligamus, quod benè facimus eis. Et hic eſt propriè ſpiritus Dei, qui facit Solem ſuum oriri, ſuper bonos & malos. Si igitur in nobis habuerimus ſpiritum Chriſti, nihil hæſitandum, quin ſimus membrum Chriſti, & eius ſpiritu uiuificati, & quod ibi erimus ubi caput noſtrum, & quod per illum filij Dei ſemper erimus, & nos participatiuè filij Dei. Spiritus hominis, qui propriè eſt libertas animæ, poteſt agitari bono ſpiritu, & ille eſt, qui ducit animam ad terram rectam, quæ eſt Paradiſus delitiarum animæ: aut ſpiritu malo, & ille ducit ad terram

ad terram, ſed non rectam. Quando igitur libertas noſtra ceſſat, & in nobis imperat ſpiritus, qui ad terrena ducit, ſicut eſt ſpiritus auaritiæ, ſeu luxuriæ, ſeu ſuperbiæ, tunc efficimur ſerui illius ſpiritus maligni, ſub cuius imperio agitamur. Vnde anima illa, huic mundo uidetur uiuere: quia in ijs quæ mundi ſunt, mouetur & agitatur, & in hac libertate uitæ, eſt ſeruitius & mors. Quando autem anima mouetur de mundo iſto, ad ea quæ ſunt alterius: uidetur huic mundo, quod ſit mortua & ſerua, & tamen eſt uiuens & libera: nam ſeruire illud, eſt regnare. Qui enim agitatur ſpiritu Ieſu, uidetur abſtractus & mortuus, propter abrenuntiationem mundi, & tamen dominatur mundo & carni. Vnde non eſt ſeruus, ſed liber: qua libertate, eum ſpiritus Ieſu decorat.

Ex ſermone: Spiritus autem paracletus, quem mittet pater.

Intellectus. DEus quum ſit principium, eſt purus intellectus. Nominamus enim intellectum, uirtutem illam, quæ ex ſeipſa generat & producit, ſicut principium motus. Principium enim motus, non habuit aliunde ut ſit principium, quum ſit principium primum. Et quia producit ex ſe motum, & quum intellectus ſit principium: experimur intellectum habentes, reperire ex propria inuentione, priùs non uiſas artes & nouas: unde noua ex intellectu fieri ſcimus, & non ab alia uirtute inferiori. Intellectus enim, de ſe generat ſuijpſius intellectum, quem diligit: unde intellectuale principium, eſt omnipotens principium. Omnipotentia autem, de ſe generans ſuijpſius intellectum, à quibus, procedit fœlicitas glorioſiſsima. Nam quomodo eſſet omnipotentia omnipotens, ſeipſam ignorans? Et quomodo eſſet uiſus omnipotens, ſeipſum non uidens? Sed ſi uiſus eſt omnipotens, nihil extra illius eſt potentiam. Si igitur uiſus omnipotens, de ſua potentia, generat ſuijpſius uiſum: tunc oritur ſumma fœlicitas & delectatio. Nam omnipotens uiſus, non poteſt non contentus eſſe, & quieſcere, quando ſe uidet: nihil enim appetibile eſſe poteſt amplius. Vnde omnipotens intellectus, de ſe ſuijpſius generans intellectum fœliciter quieſcit. Omnipotens autem gloria, præcedit ex omnipotenti intellectu, Gloria. ſe intelligente. Non poteſt autem omnipotens intellectus, de ſe generare ſuijpſius intellectum, niſi ſit ęqualis ei. Nam ab omnipotente intellectu, minor eo non poteſt generari: non enim omnipotentia generaret æqualem ſibi. Omnipotentia autem, ipſe eſt intellectus. Quare genitus, non poteſt eſſe minor, alioquí non eſſet intellectus omnipotentis, ſed minoris intellectus, quàm omnipotentis. Et quia neceſſe eſt genitum intellectum eſſe omnipotentem: tunc generans intellectus omnipotens, generat, intelligit, ſeu uidet ſe in ſe, in intellectu de ſe genito: & genitus omnipotens intellectus, in ſe uidet generantem, & ſic oritur gloria, ab utroq; procedens. Nam abſq; infinita gloria, non poteſt intueri omnipotentia generans, omnipotentiam de ſe genitam: neq; omnipotentia genita, intueri in ſe poteſt, generantem omnipotentiam, ſine gloria infinita: neq; generans intellectus omnipotens, intuendo de ſe genitum, habet gloriam infinitam, niſi & genitus haberet eandem. Vnde una eſt gloria generantis, & geniti. Gloria igitur omnipotentis generantis intellectus, & omnipotentis geniti intellectus, non poteſt eſſe niſi omnipotens, & intellectualis, æqualis generanti & genito, quæ & dici poteſt bonitas, ſeu amor, delectatio, ſeu lætitia, uel gaudium. Nam ſi ſumma intellectualis pulchritudo, de ſe generat ſuijpſius cognoſcentiam ſeu æqualitatem, ſcilicet intellectualem ſuijpſius pulchritudinem: ex intuitione ſuijpſius pulchritudinis, in genita pulchritudine, & intuitione, qua genita pulchritudo, in ſe omnem generantis intuetur pulchritudinem, oritur uera gloria utriuſq;. Sicut uana gloria, & corruptibilis, & ſenſibilis pulchritudinis oritur: ſi pater excellenter pulcher, generat filium in pulchritudine ſibi æqualem. Tunc quando pater in pulchritudine filij, ſuam intuetur, & filius intuetur in pulchritudine patris, ſuam: oritur quædam gloria, qua pater & filius, de excellentia pulchritudinis utriuſque gloriantur. Gloria enim, ſiue uera ſiue uana, abſque

http://www.obrascatolicas.com

cognitione non eſt. Mulier pulchra, quamdiu ſe ignorat pulchram, nõ gloriatur de pulchritudine: ſed quãdo ſeipſam in genita à ſe ſimilitudine, in ſpeculo intuetur pulchram, incipit uanè gloriari. Gloria igitur, amor eſt excellentiæ: amor autem, ſine cognitione non eſt. Poſtquàm igitur qualitercunq; notum eſt, Deum patrem eſſe puriſſimum intellectum, qui de ſe generat ſuiipſius intellectum, ex quibus gloria procedit infinita: conſiderare debemus, quomodo Deus ſit principiũ, ſuprà omnem intellectum. Et quia cum intellectu iudicamus omnia, & id quod non poſſumus cum intellectu capere quòd ſit, non iudicamus eſſe: hinc quæ ſunt intelligibilia, ſupremũ eſſe tenere aſſerimus, ſicut inter calida, ignẽ. Quare Deo attribuimus intellectuale eſſe, licet excellat omnem intellectum. Et dicitur ſpiritus à Ieſu: Deus inquit ſpiritus eſt, ſpiritus ſcilicet altiſſimus, qui eſt intellectualis. Et de nobilitate eſſe intellectualis, quaſi ex ſe, quod primò egreditur de Deo ſuo principio: nitimur de ipſo Deo cõiecturalem conceptũ facere, ſicut qui ex imagine propinqua, aſcendit ad exemplar. Experimur autem in nobis, quòd intellectualis noſtra natura, quærit omni diligentia gloriam ſuam, quam habet intelligendo, notam facere. Et propterea gaudentes, congaudentes deſiderant & quærunt, ut de gaudio inuentionis perditi filij, perditæ ouis, & perditæ drachmæ, Chriſtus exemplificat. Et generaliter ob hoc, ut gloria & lætitia noſtra nota fiant: nullius boni, ſine ſocio iucunda eſt poſſeſsio. Et ſicut intellectus gloriam ſuam nõ poteſt iuſtificare, niſi ad participationem uocet alios, quibus ſe nititur communicare, ut ſic alij in ſuis intellectibus, deguſtent gloriam ſuã, quam intelligendo in ſe habet: ſic iudicamus, Deum omnipotentem omnia facere, ut diuitiæ gloriæ ſuæ, notæ fiãt & cognoſcant, ut Apoſtolus in multis locis dicit. Ait enim, mihi autem minimo omnium ſanctorum, data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti, abſconditi à ſæculis, à Deo qui omnia creauit, ut innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei, ſecundùm præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro: in quo habemus fiduciam et acceſſum, in confidentia per fidem eius. Ecce ſecundùm Paulum, omnia creata etiam & Chriſtum uenisſe, ut innoteſcat multiformis ſapientia Dei. Deus enim poſuit Chriſtum propitiatorem, per fidem in ſanguine, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ. Sic & omnia opera rationalis creaturæ, fieri debent, ut glorificetur Deus. Vult igitur Deus cognoſci. Vnde propter hoc, ſunt omnia, & ideò homo creatus, & de cœlo reſpicit Deus, an ſit intelligens, aut requirens Deum. Et quia ſic eſt, quòd homo creatus eſt, ut Deum cognoſcat: hinc fœlicitas, pax, quies, requies, æterna uita, & gloria, atq; ſummum hominis bonum, conſiſtit in cognitione creatoris. Nec alia eſt oſtenſio gloriæ Dei, quàm oſtenſio omnis boni. Hinc omnes homines, natura ſcire deſiderant: quia ad hoc in mundum peruenerunt, ut Deum quærant & cognoſcant, in qua quidem cognitione, eſt deſiderium ſciendi completũ. Quapropter Ieſus nos docuit, hanc eſſe uitam æternam intellectus, Deum cognoſcere. Sed quia in cor hominis nõ poteſt cadere aliquid, quod ſit ſimile Deo, cor autem hominis ratio animæ eſt, & nullo ſenſu attingi poteſt quicquàm tale, quod intellectum reddat fœlicem: ideò ad cognitionem Dei non poteſt homo peruenire, ex omnibus uiribus ſuis, quũ nihil ſit in humano intellectu, quod medio ſenſuum ad eum non perueniat. Homo igitur etſi creatus ſit, ut ſibi notæ fiant diuitiæ gloriæ Dei, & in laudem gloriæ Dei: tamen non ſic, quòd propriis uiribus, ad hoc pertingere poſsit. Nam ipſe Deus manet abſconditus ab oculis omnium ſapientum, & Deus abſconditus nominatur per Prophetam. Sicut excellens ſenſibile, potiùs corrumpit ſenſum, q̃ per uictoriam ſenſus capiatur: ita Deus excelſus, non uidet per intellectũ, imò minus, q̃ claritas Solis per oculũ, licet nihil plùs ſit uiſibile q̃ claritas, quæ ſemet ingerit in oculũ. Sed excellentia, non reperiens uirtutem ita fortem in oculo, lumen oculi potius offuſcat, q̃ capiatur. Sapiẽtia æterna, lux eſt, in qua nullæ ſunt tenebræ, ſimiliter & ratio, creata lux eſt, quia illius lucis imago: ſed non poteſt capi, infinitas lucis ſapientiæ, in luce illa creata diſcretiua: imò ratio creata, potius offuſcaretur, quàm in ſe caperet infinitam ſapientiæ

ſapientiæ claritatem. Vnde ſcriptum eſt de illa, nõ me uidebit homo, & uiuet. Paruę igitur eſſent diuitię Dei, ſi per creaturam capi poſſent: & parua lux, ſi per creatũ intellectualem oculum, eſſet inoffenſe uiſibilis. Quapropter gloria Dei, quæ non poteſt ſe oſtendere uti eſt, uiſibilem, quia omnem uiſum creabilem, in infinitum excedit: diuitias bonitatis & clementiæ ſuæ, optimo modo quo creatura illas capere poſsit, oſtendere uolens, creauit creaturam, cui dedit intellectum, per quem pertingere poſſet, ad ſciendum ipſum Deum, creatorem ſuum eſſe, licet incomprehenſibilem: ſicut uiſus hominis, pertingit claritatem Solis eſſe, et tamen incomprehenſibilẽ. Sed quia debile lumen naturæ, non poteſt uſq; ad uiſionẽ gloriæ pertingere: tunc in hac infirmitate, uoluit Deus oſtendere diuitias gloriæ, & ſeruauit largitati ſuæ infinitæ facultatem, dandi creaturæ poteſtatem, attingendi diuitias gloriæ ſuæ, in lumine gloriæ: ſuperaddendo lumini naturæ, optimè diſpoſito ad receptionẽ eius. In hoc enim manifeſtantur theſauri bonitatis, & clementiæ eius: quando dono clementiſsimi regis, liberamur à ſeruitute & paupertate naturæ, & efficimur diuites in Domino, ne quiſquàm in aſſequutione fœlicitatis, ſibi gloriam aſſcribere poſsit, ſed ſolùm illi datori eius. Rex enim gloriоſiſsimus, ſemper uolens infinitæ gloriæ ſuæ gratiã oſtendere, illos quos ad oſtenſionem gloriæ ſuę uocauit, ut experiantur eam, muneribus de theſauro ſuo donat, ſecũdùm quod uiderit quemq; dignum. Cedet igitur in oſtenſionẽ gloriæ magni Dei, poſſe ſemper per dona, magnificentiam clementiæ ſuæ, notã facere. Sic cedit ad oſtenſionẽ glorię Dei, quòd homo, qui ſine libero arbitrio, non potuit nobilis Dei creatura eſſe, errare & peccare poſſet. Nam poſtq; peccare poſſe, cõſequẽter ſe habuit, ad nobilitatem liberi arbitrij: mirabili Dei prouidentia factũ eſt, ut id ipſum cedat, ad manifeſtationem gloriæ eius. Nam quum ipſe ſit nobiliſsimus rex, in ſeruitoribus ſuis, oſtendere uolens nobilitatẽ ſuam: intellectuales creauit naturas, quæ ſolùm illius ſeruitij capaces eſſe poſſunt: illæ enim ſolùm præcepta ſapientiæ audire, & exequi poſſunt. Noluit habere ſeruitores ignobiles, qui more iumẽtorum coacti, ſub iugo neceſsitatis onera ferrent: ſed liberos & nobiles, qui ex electione libera, uoluntaria, & amoroſa affectione, ſe ad impletionem mandatorum ſuorũ offerrent. Et ad hoc conſequenter ſequebat, quòd illi qui ex libera electione ſeruire poſſent, etiam eligere poſſent non obedire; & ſic in regem peccare. Sed hoc, ſcilicet poſſe peccare, rex ipſe conuertit, ad oſtenſionem maximæ pietatis & miſericordiæ ſuæ, ut ſcilicet, dum gratiam remiſsionis, peccantibus in conſpectu ſuo, uerè contritis & humiliatis oſtenderet: ipſe ſuam miſericordiam, in laudẽ ſuam, notam faceret: ſimiliter ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, in laudem gloriæ ſuę, in obduratis. Sic itaq; omnia, eo meliori modo Deus noſter ordinauit, quo diuitias gloriæ ſuæ oſtẽderet. Quapropter omnis ille, qui ſe cõuertit ad opera Dei uiſibilia, intuetur in omnibus & ſingulis, relucere manifeſtationẽ gloriæ Dei. Et quando aſcendit de uiſibilibus ad inuiſibilia, reperit in inuiſibilibus, clariùs gloriam Dei relucere. Et ij quidẽ amatores ſapientiæ, ſeu Philoſophi dicti ſunt, qui per ſenſibilia ad intelligibilia ſe cõuertentes, paruifaciebant omnia huius mundi delectabilia, & à ſe abdicauerunt corruptibiles lætitias, & carnis concupiſcentias, ut ad incorruptibilia liberiùs pertingerent, & ad uirtutes immortales ſe conuerterũt. Quamuis ſe Deus per ſenſibilia & uiſibilia, illis manifeſtaſſet gloriam ſuam magnam: ipſi tamen non glorificauerunt Deũ, quaſi eis manifeſtaſſet illa, in laudẽ gloriæ ſuæ, ſed præualuerunt in uanitatibus ſuis, gloriam propriam quærentes, ac ſi ex ſeipſis ad ueritatẽ cognoſcendã, peruenisſent, & inflati ſunt ex ſcientia, uana gloria pleni. Quare laudem, quam gloriæ Dei dare debuerant, ſibi ipſis tribuentes, putantes ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Sic Adã, per ſcire propriũ, ad ſimilitudinẽ Dei aſcendere uolens, dum uitam ſe inuenire crederet, reperit mortem. Et hæc eſt omnium eorũ, qui ex ſuo ingenio, ad fœlicitatẽ aſcẽdere conati ſunt, concluſio: quia nihil inuenerũt, omnes uiri ſcientiarum in manibus ſuis, ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis: quia neſcierũt fœlicitatẽ gratiã Dei eſſe, et non ex proprio ingenio, ſed ex dono diuino, eã ſe aſſequi tantũ poſſe: quodq; humanũ ſtudiũ omne, ad fœlicitatẽ aſſequendã, nõ debere aliud eſſe, q̃ per laudes gloriæ Dei in omnibus

quæ

http://www.obrascatolicas.com

quæ creauit,& conformitatem uitæ rationalis,assequi donum illud misericordię gratiæ Dei,per quod induti lumine gloriæ,fœlicitatem pertingant.Hęc est ignorantia, in qua quęrentes Deum,usq; ad Christum detinebantur,quia ignorabant modum, perueniendi ad appræhensionem,qui non est nisi gratia Dei,per spiritum sanctum, diffusa in cordibus uerè credentium & sperantium.Nam Christus concluſit omnia in incredulitate,ut omnibus misereretur.Est itaq; spiritus paracletus, qui solus doce omnem ueritatem,qui donatur illis,ad uitam æternam uocatis:ille enim inmittitur in rationem animæ nostræ,& reuelat ueritatem,& manet in æternum in ipsa:qui cum sit spiritus uitæ,uiuificat semper, sicut lumen uitæ, semper uitaliter illuminat, recipientes.Vnde hoc scire,habetur ex reuelatione uerbi Dei incarnati:uerbum enim Dei,est pascens intellectum,quod immittitur per spiritum.Sicut enim doctor, uolens gloriam fœcunditatis intelligentiæ suæ manifestare,hoc facit per uerbum suum,quod spirando immittit in discipuli conceptum,donando ei participationem intelligentiæ sui spiritus(nam aliter spiritus hominis,se alteri spiritui hominis,manifestare non posset)Sic Deus suiipsius notitiam,non nisi proprio uerbo,mediante spiritu ueritatis,in intellectuali creatura reuelat.Verbum enim internum, est perfecta similitudo sui patris,scilicet intellectus,ipsum de se generantis,& per spiritum qui amor est,defert uerbũ notitiam patris,ad illum spiritum intellectualem, cui se uult manifestare.Vnde uerbum,reuelat illi spiritui,cum mediante spiritu amoris innectitur,patrem,qui est in uerbo.Quare non possunt angelici spiritus, cognoscere Deum patrem,nisi mediante spiritu sancto,qui est unitus spiritui eorum,in quo uerbũ & in uerbo pater.Sed quia natura humana,habet spiritum intellectualem,cui Deus gloriam suam proposuit manifestare,quod sine reuelatione est impossibile:ideò opus fuit quod uerbum patris indueret humanam naturam(sicut uerbum doctoris, uocalem seu sẽsibilem naturam)ut sic in uerbo hominis magistri & doctoris, posset uerbum Dei deferri ad hominem,mediante spiritu.Vnde donum illud, quo nobis donatur spiritus,& in spiritu uerbum,& in uerbo pater:est maxima ostensio gratiæ Dei,atq; sapientiæ eius,in laudem gloriæ eius.Manifestauit autem Deus pater summè gloriam suam,in illa creatura,in qua uerbum humanam naturam induit, ut patrem reuelaret.Si enim consideras hominem,non nisi reuelatione filij seu uerbi,posse ad cognitionem gloriæ Dei,hoc est ad suam fœlicitatem peruenire: uides hominem,qui uerbum patris esse,sine quo non est possibile,ad fœlicitatem peruenire.Vnde Christus Iesus,uerbum Dei & filius hominis,est medium,sine quo non potest gloria Dei manifestari.Quare est complementum & profectio creaturarum. Rectè igitur dicit Paulus,in eo mediatore,esse absconditos omnes thesauros sapientiæ & scientiæ Dei:sicut in uerbo doctrinę magistri,sunt sub sensibili uoce,omnes thesauri sapientiæ & scientiæ magistri absconditi:& discipuli, mediante uerbo tali,spiritu illuminantur,ut ad agnitionem absconditi thesauri, perduci possint Quare rectè ait Iesus,patrem sibi dedisse id,quod est maius omnibus. Nam pater dat in spiritu uno,uaria dona:sed donum datum Iesu,est maius omnibus,quia spiritus seu donum Christi,uirtutem complicat omnium donorum. Est enim sine mensura, penitus plenum & perfectum,adeò quod sicut ex perfectione artis magistri, possunt omnes discipuli instrui,ita quod quicunq; capit uerbũ magistri,possit similiter & magister fieri:sic & donũ,quod dedit Deus magistro nostro Christo,est tantæ fœcũditatis,in scientia fœlicitante hominẽ,quod omnis homo qui audit artem, potest fœlicitatem assequi.Et est tale donũ,ac si filius,qui solus est hæres patris propter dilectionem filialem,artem qua est dilectus filius,communicaret alijs capacibus,ut & ipsi illa arte fierent filij dilecti eiusdẽ patris.Est igitur natura humani intellectus docilis,& Christus magister unicus,uerbũ patris,qui ea quæ in se loquitur Deus,tanq; à Deo missus loquitur,& non in suã,sed in patris sui gloriam & laudẽ,docens suã uiam uitæ & fœlicitatis artem,qua ad fœlicitatẽ & gloriam peruenit euãgelizando et operando, per quam ueraciter æterna uita possidetur. Quasi si quis pater naturalis,suo filio in adulta ætate constituto,secretam artem cum certis præceptis tradat,per quam se de ærumnosa

ærumnosa & defectuosa uita eripere,& glorioſe uiuere posset,daretq; illi potestatẽ eandem artem omnibus communicandi,qui ipsum patrem,& filium ut filium eius honorarent & amarent,& præcepta quæ ipse eidem filio suo dedit,similiter adimplerent.Sic igitur aliquo pacto patet,filium Dei Iesum,nobis necessarium: quia sine eo,omnes maneremus ignorantes artem,qua ad fœlicitatẽ peruenitur:ipse enim Iesus,solus est altissimus,in quo Deus omnes diuitias gloriæ suæ, perfectissimè ostendit.Et ad assequendum spiritum seu donum gloriæ,quo natura nostra superinduitur ut felix fiat,non sufficit euangelizatio,in qua gloria Dei manifestatur,sed & spirituum nostrorũ purgatio & adaptio,ad capacitatem luminis gloriæ,ut sic ostendatur in Christo Iesu,gloria Dei magna ualdè,in reparatione lapsi,& iustificatione impij.Spiritus enim sapientiæ,non potest intrare spiritum seruilem, peccatis obtenebratum,& maleuolam animam.Non enim est spiritus capax sapiẽtiæ,nisi sit lympidus & mundus,ab omni concupiscentia aliena penitus liber & purgatus. Quam diu enim est fœdis affectionibus ligatus,impotens est ad capiendam sapientiam, oportet enim,ut ita adhęreat spiritui ueritatis,ut unus spiritus fiat cum eo:quod non est possibile,si est mundanæ seruituti astrictus.Ideò noster magister,non solum doctrina,sed merito suo nos purgare & illuminare debuit,ut sic in ipso,summè & perfectissimè,gloria Dei manifestaretur.Nam quando pater non pepercit filio suo dilectissimo,& filius seipsum in mortem dedit,ut purgationem animarum,merito sanguinis eius,caperemus:tunc laudem gloriæ suæ maximè ostendit Deus,ut charitatem ipsius infinitam laudaremus & apertissimè uideremus solum ipsum esse,cui debetur omnis gloria,quia creator & redemptor noster, cuius & nos sumus quicquid sumus,quia empti eius sanguine,innocentissimo & prętiosissimo. Ad hoc autem quod demus laudem gloriæ suæ,tunc indispositionem nostram & ad fœlicitatem,in conspectu eius merito recognoscere,& gratia redemptionis nos indigere,& illam petere cum omni deuotione,conuenit: & tunc damus gloriam Deo, sicut dignum est,& tantò maiorem,quantò uilitatem nostram magis recognoscimus.Et nihilominus credimus firmiter,quod ipse possit secundùm magnitudinem gloriæ, conformare corpus humilitatis nostræ,corpori claritatis filij sui dilectissimi, & speramus hoc futurum,per meritum passionis Christi, quando uiam illam ambulauerimus, qua Christus intrauit in gloriam:quia tũc eodem spiritu quo Christus, mouebimur, qui ducit ad patrem,& uitam æternam. Hanc arbitror traditionem Euangelicam per Apostolos maximè in sacris literis apertã,quę loquuntur de spiritu,qui non est de hoc mundo,ubi non est ueritas,& quem nec mundus, nec omnes huius mundi sapientes,cognouerunt: in quo sumus baptizati baptismo Christi, quando fidem eius recepimus.Nam fides est,qui sola potens est; infirmitatem nostri spiritus per spiritum Iesu,qui per fidem in nobis habitat,confortare,& ad omnia potentem reddere.Non enim noster spiritus,speculator maiestatis fieri potest: nisi per inhabitantem in eo spiritum filij,Dei,qui in fide,quã capimus in nostro spiritu de Iesu,quod sit filius Dei,in nobis habitat.Et per dilectionẽ, unus spiritus fit cum spiritu nostro; si fuerit fides formata charitate:qua quidẽ fide,tenemus in spe in hoc mundo fœlicitatem,quam assequemur in re,cum nobis ille in re apparuerit Iesus, quem hic fide recepimus.Ars autem perueniendi ad fœlicitatem,in sua praxi non est alia,nisi ut teneamus modum,quem ipse tenuit Christus. Si igitur habuerimus fidem,quod Iesus sit filius Dei,quodq; nemo sit felix nisi sit filius Dei:tunc si nihil hæsitantes hoc credimus,habemus fidem,per quam uincimus mundum & omnes sapientes,& per quam fœlicitatem attingemus.Nam hoc solo firmissimè recepto,Iesum esse filium Dei:non hæsitamus omnia uerba Iesu adeò firma,quod citiùs cœlum & terra transibunt,quam unum iota omnium uerborum eius,& quod omnes promissiones eius de regno eterno,sunt indubitatę.Neq; tunc erit possibile,non seruare præcepta eius usq; ad mortem: nam ipse docet,quod obedire usq; ad mortem, sit intrare in uitam. Qui igit credit Iesum filiũ Dei,& sacra credit Euangelia esse uera:habet,in quo spiritus eius,dulcissimè solatiatur.Nam sicut nulla est comparatio filij Dei,ad filios hominum

http://www.obrascatolicas.com

minum: ita nulla comparatio, doctrinæ Christi & Philosophorum. Qui intuebitur, omnem scripturam sacram seruire Euangelio, & omnem Philosophorum doctrinã esse uacuam & uanam, & sine spiritu uiuificante & fœlicitante: ille clarè experietur, quòd per fidei certitudinem, ad dilectionem Dei peruenitur, & quòd cum dilectione in fide radicata, uenit uisio intellectualis, siue cognitio. Nam fides uiua, per charitatem continuè pergit, ad uisum & cognitionem Dei. Rapitur enim amorosus spiritus, in quo per fidem habitat Iesus, usq; ad uisionem, quæ est degustatio præambula fœlicitatis æternæ quã expectamus. Hęc est doctrina Iesu, quòd sine fide, nõ est possibile ad fœlicitatem peruenire. Deinde impossibile est, quòd uera fides sit sine dilectione. Post hoc sequitur, quòd fidelis talis, peruenit ad cognitionẽ illius, quod fide recepit: & non solùm credit, se uerum credere, sed cognoscit fidem esse ueram, & se per eam ad fœlicitatem peruenturũ: qui enim confidunt in illo, intelligunt ueritatẽ, & fideles in dilectione acquiescent illi. Vnde qui non uult credere, nisi id appræhendat cognitione, ita quòd præponit cognitionem, talis manet in tenebris: quia cognitio ad Deum scandere nequit, nisi spiritus sit fide Iesu corroboratus. Quomodo aũt hęc traditio Iesu, reperiatur in sacris literis, dicitur alibi. Spiritus paracletus suggerit omnia, quæ uerbum Dei loquitur. Sicut cum doctor profert propositionem ueram Mathematicam, tũc si quis ex discipulis habet donum intellectus, ille mox in sua ratione, ueritatẽ prolatæ propositionis intuetur, & est illi dulcis, & grata. Ideo spiritus ille, à quo hoc donum intellectus habet, rectè dicitur consolator seu paracletus: adiuuat enim spiritum, tenebris ignorantiæ adhuc obscurum, & suggerit ei rationem demonstrantem, ex qua suggestione, oritur magna consolatio. Et qui nondum habuit hoc donum intellectus, non capit uerbum, neq; sentit consolationem seu pascentiã. Ille autem spiritus, qui donat intellectum, procedit à patre, qui est intellectus purus, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum. Et quia est spiritus ueritatis, seu intellectus uerbi: tunc est spiritus Iesu, qui est uerbum Dei, & ueritas. Hoc igitur donum spiritus ueritatis, procedit à patre & filio seu uerbo, et mittitur à patre in nomine filij: quia mittitur, ut uerbum intelligatur. In nomine igitur filij mittitur, ut suggerat intellectum uerbi Iesu, sicut scribitur: sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum?

Ex sermone: Cum uenerit paracletus.

Spiritus. IN adoptione, intelligimus spiritũ procedere à patre, qui nos adoptat: & in admissione, intelligimus spiritũ mitti à filio. Admissio, habet participationem spiritus amoris: nam admissio ad regnum, est participem facere regno. Est autem regnum cœlorum, gratia in spiritu sancto: quia est cognitio Dei, quæ datur per spiritum ueritatis. Sic procedit à patre, & mittitur à filio: sicut spiritus doctrinę à magistro procedit, & mittitur per uerbum in discipulos.

Trinitas. Difficilè uidetur, posse uidere: quomodo in absoluto principio, sit trinitas in essentia principij absoluti, sine respectu ad extra. Et occurrit exemplum de aqua. Esto enim, quòd aqua in sua totalitate consideretur: tunc in ipsa reperio fontes, flumina, & maria. Sicut igitur fons, est principium fluminis & maris: sic & mare, principium fontis & fluuij, & flumen principium maris & fontis. In essentia enim principij ęterni, seu absoluti, quod non esset purissimum principium, nisi æternum: uideo, ad hoc quòd sit purissimum æternum suijpsius principium, necessariò esse ipsum simplicissimum principium trinum: æternitas enim, aliter non potest esse suijpsius principium. Vnde & si flumen non sit, nisi à fonte fluat, & mare non sit, nisi unio aquæ, procedens à fonte & flumine: tamen cum considero æternitatem, uideo in fluxu refluxum, ubi enim fluxus pascitur ex refluxu, ibi circulus & æternitas. Et propter hoc, Christus comparat spiritum, aquæ uiuæ: & Dionysius pelago, ubi omnes potant uitam æternam, & est spiritus sanctus. Considera, quòd si sit fons unus, fluuius unus, mare unum: tunc necessariò est una essentia, scilicet aqua. Et qualis fons, talis fluuius & mare. Etsi sit aqua infinita: tunc tota aqua fons, tota fluuius, tota mare. Nam non erit fons, neq; fluuius, habẽs fluxũ successiuum, neq; mare procedet à fonte & fluxu per

per successiõnem: sed in nunc æternitatis, & est idem nunc æternitatis quod aqua, & idem nunc, est fons, fluuius, & mare.

Ex sermone: Qui manducat hunc panem.

CIbus panis uitæ est incorruptibilis, nam præstat æternam uitam. Solus autẽ Deus est, qui inhabitat immortalitatem. Vnde quia inhabitare seu habere, est esse in Deo: sic Deus est ipsa immortalitas. Nec potest infinita uita, melius q̃ per immortalitatem exprimi: nam non posse mori, est maxima uita, quæ non potest esse maior nec minor, & ita infinita. Deus est thesaurus uitæ infinitus. Intellectualis natura non uiuit, nisi habeat sapientiam: intellectus qui est ipsa sapientia, est uiuẽs uita infinita. Pascit aũt uerbo suo omnis sapiens eos, quos uocat ad consortium & participationem sapientiæ uiuificantis. Christus, panis uitæ, seu uerbum patris est. Ideò pascit uita æterna, quia uerbum æternum Dei patris uiuificãtis est Christus, uerbum uiuificans patris uiuificantis, per missionem spiritus uiuificantis, à patre procedentis. Quòd sapientia sit clara & nunq̃ marcescat, & quòd præstet immortalitatem, & melior sit q̃ omnes diuitiæ, & quòd incõparabiliter omnia quæ cogitari possunt uincat: in libris sapientiæ ostenditur. Sapientia, dat rectum iudiciũ. Iustitia, est perpetua et immortalis, quia fructus sapientiæ, ita dicebat sapiens: Iusti in perpetuũ uiuent. Sapientia igitur, præstat immortalitatẽ, quod in similitudine uisus, ita uenari poterit. Nam oculus intellectualis, se habet ad sensibilem: sicut ueritas ad similitudinem. Nullus sensus nobilior uisu, sicut nulla potẽtia animæ nobilior, intellectu. Visus ex luce, & per ipsam uiuit, nã sublata luce, uidere nequit: uidere autem eius, est eius uiuere: uisui ueniunt omnia, quæ habet pariter cum luce. Sic se habet sapientia ad intellectum, pro luce sapientiæ habet illam: quia illius lumen inextinguibile est. Nam cãdor est lucis æternæ, & speculũ sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis eius, omnia bona pariter uenerunt cum illa. Et sicut lux est grata uisui, quæ descẽdit à fonte sensibilis lucis, scilicet Sole: sic sapientia, à creatore Solis. Sicut uisus est penitus sine actu uitæ, & nõ potest attingere, se etiam habere esse, sine luce sensibili: sic intellectus, non potest habere actum uitæ, neq; gustare uitã, sine luce intellectuali, quia se uiuere, intelligere nequit, sine actu uitę suę, qui est intelligere, absq; luce spirituali seu intellectuali. Sapientia, lux est ueritatis. Sicut uisibile sine luce nõ uidetur: sic ueritas per intellectum, sine sapientia. Visus dicit, nihil luci cõparabile. Nã si in prospectu eius, oĩa essent uisibilia, illa sine luce illi essent, tanq̃ non essent: sic de omnibus intelligibilibus, sine luce intellectuali. Verbũ Dei, est deferens uoluntatẽ, ad animã fidelem. Verbum est sapientia, ueritas est obiectũ pascens: sicut lux, defert colorẽ ad uisum, & color est obiectũ pascens uisum. Colores non sunt nisi à luce: sic rerũ ueritates, non sunt nisi ab ęterna sapientia, omnium eã mater est. Veritas cibus perpetuus est, permanens in sæculum sęculi, q non uidetur nisi per sapientẽ. Est igit̃ sapientia in se cõplicãs omnia, quæ spũs noster desiderat. Et sicut absolutus color est lux: sic & absoluta ueritas, est æterna sapientia. Vnde lux est uera pascentia uisus, & omne quod uisum pascit, non est nisi lux in fonte. Et sapientia est uera pascẽtia intellectus, & omne ipsum pascens, non est nisi sapientia in fonte. Visus sine luce, in tenebris est, in ærumna mortis: sic intellectus dicitur esse in tenebris, & in ærũna mortis, sine intellectuali luce. Fides Christiana in anima, est sicut uisus. Quòd si Christianus, est per peccatum à Deo separatus (nam peccata separant) tunc est uisus in tenebris. Infidelitas, est sicut cæcitas in anima. Vnde gentilis, sine peccato actuali non tantum patitur, sicut Christianus peccator. Ille enim nõ habet uisum, sed est ut cæcus natus, qui non patitur esuriem in uisu, quẽ nunq̃ habuit, sicut Christianus. Tu habes uisum sanum, ideò iudicas te, in cõparatione cæci nati, diuitem: nam nolles carere uisu, pro quacũq̃ re: degustasti enim dulcedinem uitæ eius, & delectabilitatem lucis, & nihil de ijs quæ unq̃ uidisti, potes præferre luci: nam dulce lumen, & delectabile est oculis, uidere Solem. Sic qui degustauit sapientiã in intellectu, scit eam omnia quæ intelligi possunt superare, et intelligere eam, esse supremam delectationem, & immortalem uitã intellectui. Non reperitur homo, qui intellectu carere uellet, pro omnibus

mundi

http://www.obrascatolicas.com

mundi rebus. Et quia intellectus, non est intellectus uiuus, sine sapientia: tunc intellectus sine sapientia fœlix esse nequit, sola sapientia, est uita uiuificãs ipsum. Omnis homo contentatur de suo intellectu, ut fœlix fieri possit: sed appetit sapientiam, ut fœlix sit. Nam qui sapientiam & disciplinam abiicit, infœlix est. Vna est sapientia, fœlicitans omnem intellectum, de qua quisq; capit, quantùm sufficit. Sicut unus est Sol, cuius lux omnibus oculis sufficit: & unus fons, de quo multi sitientes, quãtùm cuilibet sufficit, potant. Verbum Dei, quod de se loquitur in Euangelio, est sapiẽtia patris, pascens tanquàm panis uiuus, ut manducans ipsum, uiuat æternaliter. Omnes modi refectionis corporum, spiritualiter intelligi debent in refectione animarum. Sunt enim hæc uerba omnia spiritus & uita, si spiritualiter intelligantur. Vnde omne id quod corpus reficit, siue caro, siue panis, siue mel, siue sanguis, siue uinum, siue aqua: si transumitur ad refectionem animæ rationalis, dicitur uerbum Dei, ait enim ueritas: quòd non in solo pane uiuit homo, sed & in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Panis sensibilis, & uerbum Dei: pascunt hominem, ex corpore & anima rationali constitutum. Verbum Domini, est sapientia eius. Deus patrum nostrorum, & Domine multæ misericordiæ, tu es qui perfecisti omnia uerbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem. Verbo igitur Dei, seu sapientia eius, pascitur pars capax sapientiæ, scilicet anima rationalis. Christus autem est legatus, qui non suum sed Dei sermonem loquutus est: & quia ipse est uerbum Dei, ipse etiã est uiuificans animæ panis, & imago bonitatis Dei patris. Docet autem nos sapiens, quomodo ad sapientiam pertingere debemus. Initiũ illius, uerissima est disciplinæ cõcupiscentia. Cura ergò, disciplinæ dilectio est: & dilectio, custodia legum ipsius est. Custodia autem legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio autem, facit proximum esse Deo. Concupiscentia itaq; sapientiæ, deducit ad regnum perpetuum. Deinde adeò ardenter ipsam concupiuit, quòd omnia alia in comparatione eius, pro nihilo reputauit, & super salutem & speciem ipsam dilexit, & proposuit illam pro luce habere, & inuocauit Deum, & uenit in eum spiritus sapientiæ: & tunc uenerunt cum ea, omnia bona pariter, licet ignoraret, quòd omnium mater esset. Nam infinitus est thesaurus eius, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Ex his instruimur, quomodo ad sapientiam peruenitur, quę non habetur, nisi dono Dei: & Deus non dat, nisi ipsam supremo desiderio appetenti, & tale desiderium, non potest esse in homine, nisi concupiscat disciplinam eius, & eam diligat, & leges eius custodiat. Nam legum obseruantia, seruat animam â corruptione, ut sit apta ad recipiendam sapientiam: nam in maleuolam animam, non introibit. Et qui sic custodit leges eius, & diligit ipsam super salutem & pulchritudinem, seu speciem: in illum inuocata descendit, facilè enim uidetur ab ijs, qui diligunt eam, & inuenietur ab ijs qui quærunt eam.

Panis.

Vnio. Tanta est uis unientis uerbi Dei ad humanitatem Iesu, quòd ad participationem & consortium omnes Christianos admittere, & secũ unire potest: & capaces unionis sunt fideles, fide formata charitate. Nam Christus orauit, ut sicut sua humanitas fuit Deo unita: ita & sui sibi manerent uniti, ut omnes fideles sint unũ secum, & hoc consummata & perfectissima unione. Hoc est autem sacramentum consummatæ unionis, ad uitam æternaliter uiuificantem.

Fides. Et si altiùs consideras, transitus de hoc mundo ad uitam æternam, est transire de fide ad uisionem. Nam fides, est uisio ænigmatica uisionis, quæ est in ueritate & facialis. Et sic patet, hoc esse sacramentum sacramentorum: in ipso est consummatio fidei, quia futura uita, quæ per omnia sacramenta significatur, in Christo recipitur, licet nõ appareat, quamdiu anima est in corpore mortali. Quare Christus dixit, illum non mori, cui ipse incorporatus fuerit per fidem, quæ incorporatio per manducationem exprimitur: sed dicit eũ uiuere, etiam si mortuus fuerit, & transire in morte temporali, de morte ad uitã. Nam fides est potentia, uisio est actus. Fides est de hoc mundo: actus de futuro, & nõ reperietur in actu, nisi quod fuit in potentia. Fides per uerbum recipitur in anima, & transfert, faciendo animam intellectiuam, trãsire de morte ad

te ad uitã. Mors intellectus, est ignorãtia: quia eius uiuere est intelligere. Sicut enim uerbũ sapientiæ, quando subintrat intellectũ, facit animam transire de ignorantia ad sapientiam, de morte ad uitam, & interficit ignorantiam, ut non uiuat in intellectu nisi sapientia, per uerbum sapientis communicata: quæ quidem sapientia est uita manens (nam non moritur sapientia per mortem corporis, ut non solùm sancti nostri, sed & Plato in Phædone, & alij dicunt Philosophi) sic fides, habens quod uerbum receptum, sit uerbum Dei patris, prolatum à filio, facit animam de ignorantia Dei transire in sapientiã Dei. Et sic fides interficit ea, quæ sunt carnis & ignorentiæ Dei, & transfert uitam animalem, in suam uitam spiritualem.

Vita. Lætitia. Dulcissime Iesu, ego uilis peccator in hac sancta festiuitate (in qua agitur memoria sacramenti, memoriæ uiuificationis nostræ) contemplor, quomodo nihil uita potest esse appetibilius: dico, uera uita, quæ sine lætitia non est. Diligimus summè uitam ueram, quæ charitas potest nominari: Nam quid amore amabilius? si igitur uita super omnia diligitur, illa utiq; est super omnia amabilis. Vnde non diligitur uita, quę non est super omnia amabilis. Vita igitur super omnia amabilis, est uita plena lætitia. Nam uera lætitia uita, est semper & perpetuo amabilis. Si quis mihi diceret, an potius uellem non uiuere, quàm uiuere uitæ illa, qua uiuunt irrationalia animalia: potiùs eligerem non uiuere. Nam talis uita, non est rationalis spiritus uita, ideò non capit eam esse ueram uitam, quæ sine ratione est. Non igitur desidero, nisi uitam perpetuam rationalem, seu intellectualem. Sed quomodo potest mihi dari, uita rationalis immortalis, nisi pascar? Nihil enim uideo delectabiliter uiuere posse, nisi reficiatur: quod enim à se non habet esse, neq; à se habere potest, quod conseruetur in esse. Vita mea rationalis, à se nõ habet ut sit, nam neq; est infinitas, neq; æternitas. Si enim esset infinitas, non recepisset augmentum, sed fui aliquando sensu puer, & creuit usus rationis. Ex quo scio, me habere rationem, quæ à se non habet ut esset, quia sibijpsi esse, quomodo dedisset? Experior uoluntatem liberam, & desiderium magnum, & potentiam paruam. Non est igitur rationalis spiritus meus, nisi creatus, secundùm uoluntatem omnipotentiæ tuæ Deus meus. Oportet igitur ut reficiatur rationalis uita, â te Deo meo, à quo habet quod est uita. Sed quid reficit rationalem uitam: nisi cibus intellectualis, qui est sapientia inmarcesibilis, quæ est uerbum illud, quod meum spiritum uocauit ad esse? Verbum igitur illud est ratio infinita, quæ meam rationem, de nihilo ad esse rationis, uocauit. Sola igitur sapientia, conseruare potest rationem meam, ab omni corruptione & morte, per quam id sum quod sum. Dum igitur tu sapientia me uocas ut uiuam, in me loqueris, & quando me conuerto ad uocantem, ut uideam uocem seu uerbum: tunc me ad uitam meam conuerto, & pascor â uiuificante sapientia. Nam quid est uidere sapientiam creatricem, in intellectu loquentem: nisi apprædendere in se fontem uitæ, in gustu dulcedinis inexpressibilis? Domine, sicuti omnes rationales spiritus, per sapientiam ad esse uocasti: ita uocas & loqueris omnibus, ut uiuant. Verbum unum omnibus loquitur, & uocat ad consortium sapientiæ illius æternæ, per quam habent id quod sunt. Et qui audiunt uocantem, conuertuntur, ut uideant omnes uerbum illud, quod in eis loquitur. Omnes igitur rationales spiritus, audiunt unum uerbum, & conuertuntur ad uisionem, seu apprehensionem fontis uitæ. Dulcissime Iesu, tu assumpsisti meam naturam, ut qui te uerbum & sapientiam non audiui in cœlo loquẽtem, in terra audirem; & in cœlo uiderem me in terra uocantem. Ego uerbum Dei audire non potui in hoc mundo, qui non capit ueritatem: sed Verbum Dei qui est ueritas, induit humanam huius mundi passibilem naturam, ut me uocaret, & audire possem uerbũ Dei; in uoce hominis. Sed tu Deus, non potes uideri in hoc mundo: ideò mihi annunciasti in uerbo tuo, quomodo si hîc audiero uerbum tuum, ibi te ueracem apprædendam seu uidebo, ubi ueritas regnat. Hoc autem uidere, non est nisi in se gustare increatam sapientiam, quæ sola est uita uiuificans. Homo igitur, qui ad hoc peruenerit, ut in se uideat Dei uerbum, consors tui erit. Hoc tibi credens reperiet: quia tu es missus patris, uerum annuncians & euangelizans, & nemo confidens Deo, decipi pote-

Sapientia. Verbum.

http://www.obrascatolicas.com

pi poterit,huius promissionis effectu, scilicet quod tibi credens, & te sequens, ad tui consortium perueniet.

Eucharistia. Fœdus. Nobis hoc sacramentum reliquisti in memoriam,per quod in consortium tui accedimus,te unum multis participabilem credentes,fide refectionem uitæ rationalis,sub sensibilibus signis uidentes,& cibum uitæ æternæ sumentes: scientes,fidem esse in hoc mundo,quod erit uisio in alio,cum sit una ueritas fidei & uisionis,hîc signis obumbrata sensibilibus,ibi clara& facialis:tibi laus & gloria,in sæcula. Dico etiam hoc sacramentum & testamentum nouum,per quod fœdera pacis firmantur,in

Hermes. ter Deum & hominem.Hermes Trimegistus scribit,per hominem spiritum,statuæ alligari,& inhabitare eam,& artem illam reperisse Aegyptios ait:asserens hoc summe admirabile,quod homo sibi deos efficit,de qua alligatione,Eusebius libro quinto præparationis Euangelicæ,diffusè tractat.Hæc alligatio, per fidem utiq; fiebat. Sic certis consecrationibus, quibus Magi fidem dant, consimilia fiunt. Nam Magus in spiritu suo,per fidem roboratur potestate,super creatum spiritum, cui imperat.Sicut incantator per uerba,imperat animæ serpentis,& serpens sciens se necessariò imperio incantatoris obedire,si uerba audierit,obturat aures ne audiat.Si igitur fide confortatur spiritus hominis,per spiritum & principem huius aeris,ita quod ipsum alligat re corporali,per hoc quod homo eidem se ut Deo subijcit, & uoluntatem non suam,sed ipsius exequitur(obedit enim spiritus,ut per hoc acquisat eum, cui uidetur obedire,& diuinos honores)tunc patet,quod sic spiritus malus & deceptor,per fidem est euocabilis,quod tunc plùs & ueraciùs est spiritus uiuificans q̃ interimens,per fidem in nostrum spiritum euocabilis,qui in nobis uiuat & loquatur, cui spiritus animæ nostræ fortiùs adhærebit,quàm statua maligno.Et hæc unio, per euocationem fit,quando ars tradita per Christum seruatur,scilicet pacta & obseruantiæ præceptorũ,dilectio,& munditię.Magi enim,qui uolunt spiritum aliquẽ aduocare,qui eos instruat:per certa pacta,fœdus ineunt cum spiritu (ut Iudicum octauo,ubi cum Baal fœdus percusserunt)& illius spiritus præcepta seruant,& mũditias corporales,ceremonias,& legitima quasi sacramentalia,non transgrediuntur. Sic docemur per totum processum Bibliæ,per quædam fœdera & pacta Deum euocatum:& quamdiu illa fœdera,ceremoniæ,& sacra seruabantur: Deum fidem seruasse,& inuocatum affuisse,& exaudiuisse.Sed quando non seruauerunt fœdera,auertit se spiritus Dei ab eis,ut in multis locis Bibliæ,& per omnes penè Prophetas. Post hæc uenit Iesus filius Dei, qui nos docuit, quomodo euocare possimus in nos, spiritum manentẽ,& æternaliter uiuificantem:& dedit nobis præcepta,& modum, quo hoc fieri poterit,uerbo & exemplo suijpsius,ut si nos fidem adipiscendi talem habuerimus,quemadmodum ipse eam habuit,& ita fecerimus sicut ipse docuit & fecit:quod tunc indubiè talem impetrabimus inhabitantem spiritum.Fœdera, pacta, pollicitationes,& iuramẽta fuerũt super quodã contractu innouato,do ut des, facio ut facies,& respiciebant bona huius sensibilis mundi.Omnis em̃ cultura deorũ, siue Dei deorũ: in pactũ deducta fuit,ut ex cultura,homines bona terræ assequerentur. Vnde cultura,consistebat in quibusdam sacris sensibilibus,quia expectabantur sensibilia,pro remuneratione:ut ostendũt pacta inter Deum & Abraham, & alia postea cum semine eius facta,per totum uetus testamentum conscripta.Solus Christus ueniens,annunciabat Deum esse spiritum,& ipsum in spiritu adorandum. Vnde ipse sensum aperuit scripturarum,& spiritualem intelligentiam,& spiritualem culturam instituit,& spiritualem retributionem promisit,scilicet æternam uitam, quæ per spiritum qui Deus est,datur spiritui nostro:& euangelizauit,regnum cœlorum non esse de hoc mundo.Docuit enim,hominem posse ad omnia peruenire, quæ spiritus desiderat,per indubitatam fidem:ita quod fides præparat capacitatem spiritus nostri,ad receptionem spiritus Dei.Pollicitatio igitur Dei per Iesum aperta est, quod fideles assequuntur benedictionem Abrahæ,& spiritum per fidem:& hoc ex testamento Dei,in quo ad hæreditatem uocamur,& hinc ad filiationem, quia filius hæres,& hoc per Iesum filium.Quotquot autem receperunt eum,scilicet Iesum, qui & uerbum

uerbum Dei,hoc est,quod quicunq; recipiunt uerbum Dei, per filium suum Iesum euangelizatum illis,Deus dedit potestatem,filios suos scilicet Dei fieri,si credunt in eum.Qui igitur credit Iesum hominem,esse filium Dei,ille habet fidem, hominem posse esse filium Dei,& se cum sit homo,posse assequi filiationẽ Dei.Ad hoc autem, quod credens assequatur id quod sperat,dixit per dilectionem hoc fieri. Nam dilectio talis fidelis,facit spiritum Dei descendere in animam zelosam. Quomodo autem fides debet esse consummata,similiter & charitas etiam quoad proximum, intantum quod benefaciat iniurianti, ad finem ut mereatur habere spiritum patris; quemadmodum & Christus illum spiritum habuit,qui est spiritus spirituum,& uirtus consummata:in ipso complacuit,omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare. Cum homo animalis transit ad hoc,ut regeneretur in spiritu,& fiat de lege illa spirituali,quæ est lex consummata:tunc per abrenunciationes & fœdera, medio sacerdotis uices Christi agentis,contrahit cum Deo,& in sacramento baptismatis,hæc fides & pacta acceptantur,ita quod si seruauerit baptizatus pacta, assequitur promissionem quæ est:ubi ego sum, illic & minister meus erit.Reperimus autem primo,reuelationem Dei:deinde illum,cui reuelatio facta est, mediatorem inter Deum & homines,ad faciendum contractum & fœdera:deinde signa pactorum & fœderis.Sic se Deus primò manifestauit Abrahę, dicens:Ego sum Deus omnipotens, ambula coram me,& esto perfectus:ponamq; fœdus meum inter te & me,& multiplicabo te nimis.Signum autem pacti subijctur ibidem, scilicet circumcisio. Vnde pactum fuit,quod ipse esset Deus Abraham,& eum pro Deo haberet & coleret, & portaret huius pacti signum in carne,scilicet circumcisionem,ipse & semen eius,sub pœna mortis.Ecce pœna,non seruantis pactum inter Deum & Abraham,& eius semen,pœna mortis fuit.Abraham credidit illum qui sibi loquebatur Deum esse,& ideò credidit ei,reuelationem recepit,& factus est mediator,inter Deum & uniuersam domum & familiam suam:quoniam fœdus illud inierunt,& masculi omnes circumcisi sunt.Sic Moses recepit reuelationem,& factus est mediator,inter Deum & populum Israel.Sic & Christus,mediator Dei & hominum, non unius populi, sed omnium.Tabulæ pacti inter Deum & populum,quod medio Moysi factum est,de quibus in Deuteronomio:sunt præcepta,seu decem capitula,quæ in tabulis sunt scripta:& uocatur scriptura uetus testamentum,seu etiam instrumentum pacti. In illo contractu,deductum est in pactum scriptum id,quod fuit naturale.Nam ratio de se habet omnia capitula,excepto præcepto diei sabbati.Et quia lex naturæ negligebatur,& fuit per abusum abolita(sequebantur enim homines affectus concupiscentiæ,& motu sensibili,ducebantur secundùm desideria carnis)ideò est per tabulas renouata,& in expressum pactum deducta.Abrahæ dictum fuit,ut coram Deo ambularet,& esset perfectus,& in his paucis uerbis,complicantur leges naturæ: ambulare enim coram Deo,& in hoc esse perfectum,omnia cõtinet.Qui enim coram Deo ambulat & est perfectus,mouetur ratione,& non declinat ab illa, & hic scit, Deum unum qui se omnipotentem asseruit,credendum & colendum,& alteri non esse faciendum,quod sibi fieri nollet.Ista ex pacto incumbebant Abrahæ & semini eius, quæ erant legis naturæ.Pactum autem addidit specialem obligationem, quæ fuit ex electione, quæ fuit libera,& per pactum est restricta ad obseruantiam legis naturæ,ut non uteretur amplius libertate transgrediendi.Circumcisio uerò est data in pactum,quasi sacramentum huius professionis. Moyses uerò non recipit nisi illud idẽ, sed explicitè in tabulis pacti,& sabbatum uidetur additũ, quasi sacramentũ illius pacti.Ezechiel:Sabbata mea dedi eis in signum,inter me & eos. Vnde admonet ipse Moses,& Propheta post eum, obseruantiam sabbati esse omnino custodiendam. Circumcisio igitur & sabbatum,pro firmitate pactorum,inter Deum & semen Abrahæ,uidetur instituta.Christus uerò mediator Dei & hominum,pacta inter Deum & hominem consistere,modo quo Abraham & Moses,affirmabat.Sed per eum aperta est intelligentia spiritualis. In hoc,ipse mediator noui testamenti factus est:quia Deus omnia pacta naturę,non scripta & renouata in tabulis,in spirituali intelligen

http://www.obrascatolicas.com

Eucharistia. tia recipi uoluit: quæ quidem intelligentia, est spiritus uiuificans, & uerbū Dei, pascens animam uita perpetua. Vnde huius noui testamenti seu pacti sacramentum, uidetur esse Eucharistia. Ait enim Iesus: Hic calix, nouum testamentum est, in meo sanguine. In hoc enim sacramento, uerbum Dei in nostra natura, uia pascentiæ rationalis animæ, fide capitur, uti post mortem re ipsa expectatur. Fœdus igitur noui testamenti, est inter animam & uerbum Dei. Neq; aliud fœdus erat, inter Deum & Abraham & semen eius, sed erat occultatum: quia in motu naturæ sensibilis, & promissione fœlicitatis temporalium, occultabatur & uelabatur motus supra naturam, & promissio fœlicitatis æternæ, seu supra tempus. Sicut in corruptibili tabularum scriptura, occultabatur intelligentiæ spiritus uerbi Dei, quem sine magistro illo, in quo uerbum Dei est, nemo per se inuestigare potest. Oportet igitur quod Iesus credatur, quia uerbum seu filius Dei: nam incredulus filio, non uidebit uitam æternam. Ipse enim est melioris & noui testamenti mediator, inter Deum & hominem, per fœdus, quo anima credidit ipsum habere uerba uitæ æternæ: quod anima recipiens ut uerbum Dei, omnem perfectionem assequitur: recipiens scilicet, modo quo ualdè famescens sapidissimum cibum, per quem non hæsitet se habituram uitam & lętitiam. Cuius fœderis sacramentum, est Eucharistia, quæ in memoriam mediatoris & fœderis est instituta, magistro nostro atque mediatore dicente: hoc facite in meam commemorationem.

Credulitas. Deus nostræ naturæ intellectuali duo dedit: scilicet posse audire de gloria sua, & posse uidere eam. Posse audire de gloria sua, conuenit nobis ut sumus inhabitatores huius mundi, ubi regnant tenebræ, & sumus longè à Deo, sicut cœlum à terra, distantes in regione longinqua, à regno gloriæ lucis & ueritatis. Posse uidere conuenit nobis, ut sumus appropinquantes, & translati de terra in cœlum, siue de hoc mundo in regnum ipsum gloriæ: sed quia posse audire de regno Dei, est in nobis, tunc quia quod audimus uerbum est, ideò audire possumus de regno uerbum. Sed quia non potest nisi Deus loqui nobis de suo regno, solum sibi cognito (quum nemo alius sciat regni eius gloriam, nisi ipse qui est sua gloria, sicut nemo scit quid est in homine, nisi ipse homo, & cui reuelat) ideò dedit nobis Deus posse credere. Nam nisi haberemus potestatem credendi uerbo Dei, non possemus per auditum capere gloriam. Sine fide igitur de inuisibili gloria Dei, nihil nobis posset reuelari. Quare posse credere, Deus dedit nostro intellectui, ut mediante credulitate, per auditum capiat reuelationem. Sed quia nolens non credit, sed tantùm uolens, & quum uoluntas sit libera: ideò in nostra potestate est, posse credere uel non. Quando igitur eligimus credere, tunc subijcimus nos uerbo, tàm per intellectum, quem redigimus in seruitutem, quàm uoluntatem. Credere igitur, est cum assensione cogitare. Nam in ipso credere, oculus intellectualis assentit auribus, siue uisus assentit auditui: sicut in uera relatione de pulchritudine non uisa, cogito de illa cum assensu. Videtur autem quod credere non sit purus auditus, neq; uisus mentis: sed infra uisum, & supra auditum. Non enim assentimus omnibus quæ audimus, neq; omnia uidemus quibus assentimus: sed cum audita credimus, tunc non uisis assentimus. Intellectuali naturæ nostræ, quæ incapax est uisionis gloriæ, non nisi per fidem reuelari potuit gloria. Ob hoc omnis intellectus, si aliquid lucis rationis habet, potest credere: quia ad hoc non requiritur acutus uisus, sed sufficit qualiscunq;. Ideò simplices, apti sunt ad credendum, nam habent auditum paratiorem. Nam experimur in nobis, quod plus attenti ad uidendum, minus sunt apti ad audiendum, & econuersò. Oportet autem omnem discipulum, primò attentè audire, deinde audita attentè considerare, ut possit finaliter in se, auditorum ueritatem intueri. Qui penitus caret lumine rationis, non potest credere, quia cogitare & assentire nequit. Paruulis igitur & simplicibus, qui aptiores sunt ad credendum, quàm scientes & huius mundi sapientes: reuelantur ea, quæ regni Dei sunt, & quæ manent abscondita sapientibus. Vnde ad hoc ut reuelatio capiatur: oportet ut uir fiat paruulus, & sapiens stultus, hoc est, ut reputet omnem scientiam, quæ de regno Dei aliquid scire præsumit, stultitiam; quia nunquàm

quàm intrauit in cor hominis aliquid simile regno Dei. Et tunc subijcit se uerbo Dei, ut capiat: uerbum autem Dei, omnipotens sermo eius est. De quo Moses & omnes Prophetę loquuti sunt, & scripserunt: nam quid aliud reperitur in omni sacra scriptura, nisi uis uerbi Dei? Omnes enim sancti scriptores & Prophetæ attestati sunt, uerbum Dei esse, per quod Deus omnia operatur: & se fatentur nuntios uerbi, ad reuelandum ipsum populo uocato, ad uisionem Dei, quæ dicitur Israel. Iesus uerò est nuntius seu legatus Dei, in quo uerbum patris, in omnibus alijs nuntijs uerbum, de uerbo Dei. Alij nuntij & prophetæ loquuti sunt, quomodo audiuerunt, nã nemo eorum uidit Deum, ut unigenitus reuelauit, Iesus uerò eum uidit. Omnes igitur alij Prophetæ, de propheta maximo Iesu, testimonium perhibent, quod uerbũ eius sit uerbum patris Propheta enim dicitur uidens. Inter prophetas autem, unus maior alio. Ad altissimum igitur prophetarum deueniri oportuit, quem Moses Deum suscitaturum prædixit. In omnibus enim recipientibus magis & minus, ad maximum deuenitur. Iesus autem summus prophetarum, quæ de regno Dei loquutus est uidit, non reuelatione sicut alij, sed per se. Alij autem qui reuelatione, non nisi eo uerbo Dei, quod corporaliter Iesum inhabitabat, reuelante. Per uerbum igitur incarnatum, quod Iesus dicitur, omnes Prophetæ constituti sunt. Admirabilem igitur Dei pietatem laudemus, qui nobis dedit potestatem credendi, quod uerbum eius induxit naturam humanam, ut euangelizaret nobis regnum suum, & quod hoc uerbum possemus in nobis capere, & sic fœlicitatem assequi uisionis.

Ex sermone: Qui credit in filium Dei.

Visio. CErtitudo igitur omnium sensuum, est uisio. Nam Thomas non credidit relationi Apostolorum, nisi & ipse uideret & tangeret: nam contingit uisum aliquando decipi, ut quum baculus in aqua uidetur fractus, & tactus deceptionem pandit: uidetur aliquando tactui unum esse duo, ut dum cancellatis duobus digitis, tangitur pisum, apparent duo pisa tactui, & non est nisi unum, & hanc tactus deceptionem ostendit uisus: unde deceptionem uisus pandit tactus, & econuersò Et sic Thomas uidere & tangere uoluit, ne deciperetur. Sed certitudo uocatur uisio. Ita dixit Christus: Thoma quia me uidisti, credidisti, & non dixit: tetigisti sed uidisti. Nam uidere, est apprehendere in supremo gradu certitudinis. Quare fides. quæ sic oritur, est parua fides & parui meriti: nam non potest non credi, quod uidetur. Ideò credere hoc uerum, quod uidetur, parui meriti est. Quid enim meretur ille præ alijs omnibus, quando nemo est, qui non ut ipse credat? Non uenit hæc fides ex aliqua uirtute, seu uictoria obstantis. Ideò Christus dixit: Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Nam magna est fides illa, quæ nullo uisibili testimonio comprobatur: ideò beatitudinem merentur assequi, qui credunt. Sunt aliqua quæ proferuntur per magistrum, & non credunt discipuli magistro, nisi ostendantur intellectui, ut quum ponitur aliqua conclusio: puta, quod sit unus mundus, non creditur nisi per rationes ostendatur: intellectus in rationibus uidet conclusionem ueram, & credit. Sunt aliqua, quæ nec ad oculum sensibilem, nec ad intellectualem ostendi possunt: uti est conclusio, quod Iesus uerus homo, sit uerus Dei filius. Et licet plura testimonia producantur ad probandum, non tamen est possibile, quod omnia testimonia ostendãt aliud quàm coniecturas, uti in Epistola exprimentur tres, qui testimonium dant in terra, & tres in cœlo. Et licet tres in cœlo concordent, ita quod sit omnium trium unum testimonium: tamen omnia illa testimonia, in cœlo & in terra, non ostendunt talem ueritatem, quod fides minuatur propter certitudinem, sed potiùs ex testimonio fides augeat: puta, Iesus uenit in notitiã quod esset filius Dei per aquam. Nam propter hoc Ioannes Babtista baptizauit in aqua, ut Iesum uenturum ad baptismum agnosceret & ostenderet. Et sanguis similiter testimonium perhibet. Nam non solum uenit notitia eius per aquam, sed etiam per sanguinem: effudit enim sanguinem suum, in testimonium eorum quæ asseruit ipse uera. inter quæ erat hoc principale, scilicet quod ipse esset filius Dei, missus à patre pro salute mundi. Et spiritus testificatur, quoniam Christus est ueritas. Apostoli enim postquam receperunt spi

Testimonium.

http://www.obrascatolicas.com

ritum ueritatis,teſtes facti ſunt,Chriſtum eſſe ueritatem: Et hoc ideò, quia in ipſis non loquebatur niſi ſpiritus,quem receperunt,& quem pater in nomine filij miſit. Et hinc dicitur ueritatis ſpiritus:quia Chriſtus ueritas,in cuius nomine miſſus fuit, & in omnibus baptizatis ac credentibus, ſpiritus erat qui teſtificabatur. Similiter tres ſunt in cœlo:pater,uerbum,& ſpiritus,qui teſtimonium perhibent, & eſt unum teſtimonium,ut quando pater de cœlo loquutus eſt, hic eſt filius meus, & ſpiritus deſcendit ſuper ipſum & manſit:hæc teſtimonia ſunt,quæ faciunt fidem eſſe maiorem,& quod meritò credi debeat,Chriſtum eſſe filium Dei.Sed poſtquam fides eſt ex his motiuis recepta,tunc experitur credens teſtimonium Dei in ſe.Nam ille qui accipit,ſcit quia Deus uerax eſt. Ait Ieſus ad patrem, de ſuis diſcipulis fidelibus, uerba quæ dediſti mihi,dedi eis: & ipſi acceperunt,& cognouerunt nunc, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me miſiſti. Ecce quomodo poſt fidem receptam quæ per uerba prædicatur, exoritur ipſius fidei cognitio. Experimento hoc compertum eſt. Nam fideles, qui in ſanguine ſuo teſtimonium prohibuerunt, illi habuerunt teſtimonium Dei in ſe: aliter mortem gaudenter non recepiſſent, pro fide firmanda. Si enim teſtimonium Dei in ſe non habuiſſent:quomodo teſtes in ſanguine facti fuiſſent? Martyr enim teſtis eſt, & conſcientia dicitur reddere teſtimonium. Nam ſi nos inquirimus qui fideles ſumus certitudinem, an ſit Chriſtus uerbum Dei,& mandata eius, oculo interiori perſpicaciter intuemur: reperimus non contineri in omnibus mandatis Chriſti,niſi id quod Dominus in noſtris conſcientijs loquitur:nos autem non dubitamus,uerbum illud quod in nobis(qui ſanam conſcientiam habemus)loquitur:eſſe uerbum regis regum,qui eſt ipſa iuſtitia, & ueritas & imperat rationi noſtræ,& ipſam illuminat,ut uideat, quod id quod imperat ſit uerum & iuſtum. Vnde nititur unuſquiſq; uir bonus ſic ſe habere, ut coram uerbo Dei,quod audit in conſcientia,quæ eſt auris intellectualis ſpiritus, reperiatur obediens,& irrepræhenſibilis. Niſi ſunt autem plærique legislatores, uerbum illud explicare per leges,ut leges ſint quædam loquutiones uerbi Dei, ſiue rationis æternæ, mandantes per leges, ſcientiam informari, quaſi per uerbum Dei,in legibus explicatum.

Lex. Sola illa lex bona,quæ ex charitate procedit, & quantò plus de charitate habet, tantò melior. Lex igitur quæ eſt ipſa charitas perfectiſsima, immutabilis,& æterna: non eſt de hoc mundo, quoniam ſemper ſeruari poteſt, per rationalem ſpiritum. Poteſt autem ſpiritus rationalis,in eius obſeruantia uiuere. Fide igitur diſponitur ſpiritus ad gratiam fœlicitatis,& charitate formatur. Nam quod penitus ignoratur, non amatur:fides tollit ignorantiam,ut charitas locum habere poſſit. Quantò igitur fides noſtra certior & altior: tantò ſpiritus noſter charitatis capacior. Si igitur credimus Chriſtum eſſe filium Dei:tunc penitus nõ hæſitamus uerba eius eſſe uerba Dei patris,qui eum miſit,& ideò eſſe uerba ueritatis:ita quod cœlũ & terra transibunt,ſed non uerba illa:& quod Deus dator uitæ,nobis in filio ſuo non loquutus eſt niſi uitã,& uerba uitæ æternæ. Si igitur credimus Ieſum filiũ Dei: habemus fidẽ mundum uincentem,& per quam certiſsimi ſumus,nos conſequuturos repromiſſionem uitæ æternæ,ſi mandata ſeruauerimus. Et ne multitudo mandatorum, faciat nobis fidem repromiſſionis impoſſibilem:eſt tantum unum mandatum:ſcilicet dilectio,quod primò reſpicit Deum, ſecundò proximũ. Et ut reſpicit proximum, eſt mandatum,in ſimilitudine mandati uitæ dilectionis Dei, ut magiſter nos docuit. Quod aũt omnia ex fide procedant,optimè quiſq; ex hoc cõſiderat. Nam ſi magna et perfecta eſt fides,Ieſum eſſe filiũ Dei, ita quod nulla eſt penitus in hoc hæſitatio, ſicut nec fuit in ſanctis Apoſtolis & martyribus,qui fidem ſuo ſanguine firmauerunt:tunc quia nihil ille credens hæſitat,ideò non peccat,eam indubitata certitudine ſcit,peccatum mortem inferre æternam, ſi fuerit mortale. Credens igitur citiùs moritur temporali morte,quàm mortaliter peccet. Deinde omnes huius mundi iniurias,cum gaudio patientiſsimè tolerat,ſciens indubitatum eſſe hoc uerbum Chriſti,gaudete & exultate,qui iniuriam patimini,quia merces ueſtra copioſa eſt in cœlis:&

lis:& ſcit,quod illi qui uiſi ſunt oculis inſipientium mori, uiuunt in gloria. Verus igitur Chriſtianus,uincit mundum:nam paupertas quæ eſt moleſta filijs huius mundi,eſt grata filijs lucis. Habet enim paupertas huius mundi,apud eum diuitias alterius mundi,ad quem feſtinat,ut maneat. Sic turbatio huius mundi, apud credentem habet lætitiam alterius,& mors huius mundi, uitam alterius æterni mundi. Ecce q̃ admirabilis uis fidei, quæ in omni aduerſitate,reperit conſolationem. Et hæc conſiderans,dicit,quis non diligeret Deum,qui dedit nobis talem magiſtrum, per quẽ nobis tanta ſecreta,à ſæculis incognita,reuelauit? quis non diligeret talem magiſtrum,qui nos inſtruxit uno uerbo,ſcilicet fide,ad omnia nos poſſe etiam ſupra omnem intellectum aſcendere,& quæ uolumus fœliciter attingere? quis non ſummè amaret illum magiſtrum,qui quum ea quæ fidei ſunt,aperire nobis non poſſet niſi per auditum:carnem aſſumpſit,& noſtræ ſe naturæ conformauit,ut ſic nobis fidem euangelizaret,& nos de corruptibili uitam, ad uita æternam transferret? quis denique non diligeret illum magiſtrum,qui quum non poſſet ad oculum oſtendere,ueritatem Euangelij,per uiſibilia miracula,per opera ſupernaturalia,ambiguitatem reſoluit,ac demum poſt omnia ſigna & miracula, quibus euangelizationem confirmauit,tale teſtimonium perhibuit ueritati, quo nullum nobis dari potuit certiùs: nam pro hoc dare ſuam uitam,medio turpiſſimæ mortis, fuit ultimum teſtimonium Si igitur in tantum nos amauit,quod animam ſuam ſeu uitam pro nobis dedit,ut ſic fidem in nobis firmaret:quomodo illum magiſtrum non ſummè diligimus & ſuper omnia,qui nos ante ſic dilexit? qui magiſter non ſolum mortuus eſt pro nobis,ut tolleret omnem ambiguitatem doctrinæ ſuæ à nobis, & certificaremur ipſum eſſe uerbum Dei:ſed etiam,ut qui eramus iniuſti, & incapaces fœlicitatis,expurgaret nos, meritò effuſionis ſanguinis,quem innocens agnus copioſiſsimè fudit propter nos, in ſacrificio illo,quando obediuit patri,in ara crucis. Sapientia eſt uita intellectus, quæ non intrat in maleuolam animam,quemadmodum eſt omnis hominis anima ex Adam nati:ut experimur in concupiſcentia,quæ eſt quædam tenebroſa fœditas, quæ ſapientiæ capax non eſt,à qua maleuolentia, nos per fidem meritò crucifixi liberamur. Quomodo illum non diligimus,cuius gratia tantum ſaluari poſſumus? meruit enim exaltationem,non pro ſe tantum,ſed pro omnibus qui eius meriti participes fiunt. Voluit autem omnes participes fieri, qui ipſius receperint fidem, cuius ſacramentum eſt baptiſmus.

Fœlicitas. Sicut enim delectabile eſt,lumen uidere oculo ſenſibili, quod tamen non poteſt uideri,niſi per immiſſionem radij ſui in uiſum fortem & capacem, mediante quo uidetur:ſic nec ueritas abſoluta,quæ eſt lux infinita,eſt ſpectabilis ſine lumine gloriæ ſuæ. Vndè quum fœlicitas ſit perfecta,& omnia quæ fœlicitatis ſunt, perfecta ſint: tunc ſine perfecta contemplatione ueritatis,non eſt fœlicitatis. Perfectè autem lux illa non uideritur,niſi lumine ſuo. Hoc autem lumen gloriæ,gratia datur,menti ipſius capaci. Quomodo autem mens noſtra fiat capax huius gratiæ,& eam aſſequi poſſit:habemus ex reuelatione Ieſu,magiſtri noſtri.

Innocentia. Rationales homines fiunt uti modo geniti infantes,quando deponunt omnem malitiam & dolum. Qui igitur in Chriſto modò geniti,facti ſunt ſimiles modò genitis infantibus. Sed hoc refert,quia modo nati in Chriſto, ſunt rationabiles infantes:fides enim non eſt uſus rationis. Conuertit igitur fides,per quam naſcimur Chriſtiani,nos ad ſimilitudinem infantium ſeu innocentium: niſi (inquit) efficiamini ut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Adam dono iuſtitiæ originalis, ſeu innocentiæ in rationalitate,potuit aſſequi in Paradiſo uitam æternam:ſed quia perdidit iuſtitiam originalem ſeu innocentiam,quando præſumptio orta eſt in eo(uoluit enim fieri ſimilis Deo uia ſcientiæ,& ſpreuit uiam innocentiæ, præuaricando præceptum) ideò arrogantia expulit ipſum,de appræhenſione uitæ diuinæ. Sic in Adã homine perfecto,& uſum rationis habente,ante peccatum fuit innocentia in ratione: cuius ſimilitudinem, ante actuale peccatum uidemus in innocentia carentium uſu rationis. Non poſſumus autem reſtitui,ad capacitatem gratiæ uiuificatãs,niſi illa

http://www.obrascatolicas.com

excelsa fide,quæ omnem sensum & intellectum humiliat,usq; ad mortem: tunc enim si ad gustum dulcedinis Domini peruenimus, cibationem uitæ cõcupiscimus, ut crescamus. Et sicut mater non denegat infanti lac,sed innocentem puerum de se ipsa pascit,quasi propriam uitam in cibum tradens,puerili innocentia stante: sic uerbum uitæ,per quod renati sumus,seipso pascit animam,ut crescat in salutem. Sicut discipulus concupiscit doctrinam magistri quam gustauit,& reperit sibi gratam, & quamdiu uidet magister discipulum sine malitia & renitentia,quasi innocentem puerum,obedientem,& concupiscentem lac nutritionis: magister suo proprio magisterio,pascit intellectum discipuli,ut crescat in doctrina & sapientia. Vbi igitur experitur,quod discipulus per arrogantiam propriæ præsumptionis, fit contradicens & rebellãs,& paruifaciens ipsum: finit discipulum suo regi sensu,& pascere cessat. Tunc fit discholus,& ad similitudinem magistri,qui perfectus est, non attingit: sed propria præsumptio,ducit ipsum ad ignorantiam,quæ est mors intellectus. *Mors propria uita æterna.* Anima nostra,à se abdicando libertatem arbitrij,quæ est uita rationalis spiritus, subijcendo se imperio uerbi Dei,nobis per Christum applicati: in se moritur, quia non imperat in ea,nisi uerbum Dei uiuificans & cibans,quod per fidem euenit uerbũ Dei, esse nobis per filium propalatum: & sic moriendo,intrat in uitã. *Resurrectio.* Admirabilis fuit resurrectionis argumentatio. Nam inuisibilis,qui ianuis clausis intrauit, hoc est qui stetit in medio discipulorum,& loquebatur,& ostendebat manus & pedes: quomodo ad medium peruenit? an per ostium uel aliunde,scire non poterant. Nam modus Dei,est sine modo: uirtus altissimi,non est determinata ad modum, sed sicut uult. Libera uoluntas,est indeterminata ad modum,quo modo uoluntas est potentia, sicut in Deo. Loquebatur autem uerba illa quæ consueuit,& modo quo consueuit,ut ex loquela manifestum se faceret. Et ne crederent impossibile, crucifixum uiuere: ostendit uulnera,per quæ uiderent,ipsum eundem qui uiueret esse,qui fuit crucifixus. Hoc est mirabile,quod ipse se uiuere ostendit,stãtibus mortalibus uulneribus. Vita ostendit per mortem se uiuere, nec hoc aliud est quam aperire intellectum, quod mors non est,nisi separatio animæ uiuentis à corpore. Vnde uulnera,non faciunt mortem: sed bene tollunt de corpore,aptitudinem complexionis & harmoniæ, ad motum uitalem. Sed separatio animæ,causat mortem. Si igitur anima separata,reuerteretur in corpus: uiueret, ob animæ præsentiam. Est igitur resurrectio: & corpus illius,tunc illius est naturæ,quod subest uoluntati illius Deiformi: quæ est potentia spiritus in ipsum. Sicut enim spiritus uoluerit,ita & potest in corpus,cui uiuitur: quando uoluerit,erit inuisibile & impalpabile: quando uoluerit,erit palpabile & uisibile: quum uoluerit,habebit formam peregrini,aut hortulani: aut si uoluerit,ut appareat in forma lucis,sic apparebit: Hoc est uerum,quando anima est glorioſa: tunc habet & tale corpus,& est tunc assequuta omnem potestatem in cœlo. Quare illam habet & in terra sua,scilicet corpore,& ideò mouetur corpus, secundum imperium uoluntatis. Si uerò anima non est assequuta gloriam: tunc corpus & eius pondus, non subest imperio uoluntatis animæ,sed dominatur corporis grauedo, quæ animam ad inferiores partes terræ trahit,in locum obscurum, ab omni iocunda lætitia rationalis lucis,remotum. *Intellectualis natura.* Deus omnia propter seipsum operatus est,nam diuitias gloriæ suæ,ostendere uoluit,& ob hoc creauit creaturam rationalem,seu intellectualẽ,ut illi posset ostẽdere diuitias gloriæ: quæ sola potest,intellectuali gustu percipere gloriam Dei. Nam uera & incorruptibilis gloria seu gratia,non potest nisi in intellectuali natura,locum ostensionis habere. Sicut qui est nobilis rex, non ostendit magnificentiam suam: nisi illis quos putat intelligere, quæ debeat esse magnificentia regalis. Et nemo habẽs præciosas margaritas,mittit ante porcos,sed ubi cognoscitur,ibi ostẽdit. Creauit igitẽ Deus triplicẽ naturã: unam penitus supra tempus, quę est angelica: & aliam penitus sub tẽpore,quę est animalis,& tertiam mediã,quę est humana,quæ cum angelis participat per intellectum, & cum bestijs per animalem naturam. Voluit autem Deus quod homo esset finis omuium corporalium naturarum,propter intellectum: & quod ipse Deus,esset finis absolutus, omnium intellectualium

tellectualium naturarũ. Et ita intelligere,nõ est nisi ut Deus cognoscatur: sicut si uis operatiua officialiũ in regno esset,ut uis imperialis cognosceretur. Et sicut rex non cognoscitur,nisi in cõmunicatione gratiæ & clementiæ suæ,ubi ex sola gratia & pietate,eleuat ab infimo gradu fidelem seruum,ad conregnandum secum,& quãtò pluribus potest cõmunicare gratiam,tantò magis ostendit diuitias gloriæ suæ: ita Deus pariformiter,uoluit creare hominẽ,qui est infimus in intellectuali natura, ut quum illum eleuaret ad participationẽ infiniti regni,omni possibili modo, diuitias gloriæ suæ excellentissimæ,manifestaret. Quamuis non placuit Deo,quòd homo rueret in peccatũ: permisit tamen hominem ad gloriam prædestinatũ ruere, usq; ad remotissimam separationẽ ab eo,ut posset adhuc omni perfectiori modo,redeunti ostendere diuitias gloriæ suæ & clemẽtiæ: ita quòd etiam hominem illum,ad participationem regni reuocaret,& ei ostenderet indicibiles diuitias misericordiæ suę. Et ita permisit Deus hominem prædestinatum cadere, usq; adeò quòd impossibile fuit, ipsum p se resurgere,& peruenire ad gustũ diuinæ clementiæ, in quo ęternaliter delitiaretur. Et hoc sic permisit, ut dum illum repararet, ostenderet infinitum thesaurũ charitatis & misericordiæ, ita quòd filium suum pro reparatione, oporteret induere formã peccatoris hominis, sine communione peccati: & sic per sacrificium humiliationis, usq; ad turpissimam mortem, irremediabiliter lapsam reparare naturã. Vnde ita actum est, quòd homo ex gratia reparatus, qua nulla est maior: iustè ex merito reparatoris, hæres factus est Dei. Sicut si rex unicum filium daret pro redemptione aduersariorũ, & redemptos, per gratiam admitteret ad successionem, cum uero filio: illi admissi, uendicant sibi ex iustitia hæreditatẽ, ad quam per gratiam peruenerunt. Ex gratia igitur iustificari, est ostensio diuitiarũ inexpresibilium. Intellige sanè, de prædestinatis ad gloriam. Prescitos autem non permittit cadere, ut ostendat misericordiam: sed iustitiam in ijs ostendit, qui sunt filij diffidentiæ. Homo per redemptorem naturę, factus est capax, medio meriti redemptoris, gustare diuitias gloriæ Dei: hæ autem diuitiæ, sunt æterna uita. Sed quòd homo ad hoc perueniat, necesse est ut per fidem confortetur in potentia sua: nam fides, facit impossibile, possibile. Et oportet, quòd fides ducat usq; ad innocentiam: sola enim est una fides, per quam est possibile, nos ad uitam æternam peruenire, & est illa quæ uincit mundum, per quam homo moriendo uiuificatur. Et ideò uiuus resuscitatur, per fidem mortificantem à morte.

Peccatum. Clemẽtia Dei.

Ex sermone: Non diligamus uerbo neq; lingua.

VErbum Dei se habet ad animam, sicut anima ad corpus. Nam anima, est ut semen uitæ corporis, & secundum conditionem corporis, facit bonum fructum uitæ. Sic & uerbum Dei, est semen uitæ animæ, & secundum conditionem animæ, facit bonum fructum uitæ. Oportet autem quòd sicut corpus in se habet principia, ut possit uiuificari, quia aliter ad hoc ut actu uiuat, non posset perduci per animam quæ actu uiuit, & posse uiuere corporis perducit in actum, ut sit actus primus corporis organici, animalem uitam habentis in potentia: sic & uerbum Dei est actus primus, animæ dispositæ, uitam diuinam habentis in potentia. Dispositio autem illa, quæ est in anima: uocatur intellectus. Nam quòd anima sit in potentia capiendi uerbum Dei, quod est uita: ex eo est, quia potest intelligere: si enim non posset intelligere, non esset capax uerbi. Includitur igitur in anima, uis quædam seu potentia, ad capacitatem uerbi seu sapientiæ. Vnde in ipsa, sunt principia quædam: sicut in terra, sunt quędam uirtutes uniuersales & confusæ, ob quas est capax seminis, & ex illis semen attrahit nutrimentum, et in se transfert. Vnde terra de sua propria uirtute uniuersali, aliquos fructus producit, sed sunt fœnum, tribuli, & spinæ. Fœnum autem, est syluestris auena: producit enim ex se terra, quædam triticea syluestria, quæ dicuntur fœnum, quæ habent aliquid similitudinis triticeorum. Et non sunt fructus, uitæ rationalis animalis, sed bestialis. Sic anima intellectiua, habet uirtutem complicantem uniuersalia principia, mediantibus quibus, explicat aliquem naturalem fructum scientiarum: sed si seminatur in ea semen bonum, & ipsa terra est bona, tunc secundum naturam seminis, fert fructum multum & bonum.

Verbum. Vita animæ. Fructus. Semen.

http://www.obrascatolicas.com

unde ſecundum ſemen uerbi, producit fructum ſcientiarum & artium: ut ex uerbo Platonico, ſi capitur & cuſtoditur fructus ſcientiæ Platonicæ, ad conformandum ſe intellectui Platonis, & ita de cæteris. Sed ex uerbo Dei, perfectiſſimus fructus, qui eſt intelligere perfectiſsimum intelligibile, ſcilicet Deum. Magiſter noſter Ieſus uerbum Dei ſemen dicit, ut cadit in animam, tunc in uerbo quod recipitur in anima, eſt in potentia id cuius eſt ſemen. Sicut in ſemine arboris, eſt arbor in potentia. Vnde in receptione uerbi Dei in anima, recipitur in potentia diuinus intellectus, cuius eſt ſemen. Et ſicut ad hoc, quod ſemen in terra producat fructum, requiritur, quod ſemen excitetur ad motum, ut de potentia producatur ad actum fructus ſeminis, ſicut ſemen arboris excitatur, ut fiat ſimile arbori, à qua habuit ut eſſet ſemen, & hoc fit mediante calore cœleſti, cuius eſt incitare ad motum, quia de motu cœli exoritur: ſic mediante calore diuino, ſiue charitate, ſiue ſpiritu ſancto, excitatur ſemen uerbi Dei, ut fiat ſimile illi cuius eſt ſemen. Verbum igitur filij Dei excitatum, creſcit uſq; ad ſimilitudinem filij Dei. Ait enim Theologus ille altiſſimus: Quando apparuerit nobis filius Dei, qui in nobis eſt in uerbo ſuo, ſeu ſemine, tunc erimus ſimiles ei. Ac ſi forma ſeminis arboris, eſſet ſemen intellectuale, formæ arboreæ, quando ei repræſentaretur forma arborea, cuius eſt ſemen, tunc ſe illi conformaret, tranſeundo de potentia in actum, & hoc fieret ex apparitione. Intellectus noſter, eſt quaſi uniuerſale ſemen ſpecierum: & quum apparet ei aliqua ſpecies, in phantaſmatibus, tunc ſpecificatur & fit ſimilis ei: ducitur enim lumine intellectus, agentis de potentia in actum. Si autem intellectus ſeu potentia animæ induitur uirtute altiori & ſupernaturali, ſcilicet fide, & capit in ſe uerbum Dei: tunc ſemen uniuerſale ſpecierũ naturalium, fit ſemen diuinum, ex ſemine uerbi Dei formatum. Et ita ſemen ſpecierum creatarum, fit ſemen creatoris ſpecierum. Verbum igitur Dei, eſt ſemen, & in ſe conuertit uirtutem intellectualem, quæ eſt ſemen ſpecierum, ut fiat ſemen ſpeciei ſpecierum. Sicut enim in terra, eſt uirtus uniuerſalis ſeminum, & dum unum ſemen ſeminatur in ea, illud uniuerſalem uirtutem in ſe conuertit, ut uirtus quæ erat terrea, tunc ſit ſecundum naturam ſeminis ſeminati in ipſa: ut eſto, quod ſemen illud in terram proiectum, ſit ſemen fructus omnium fructuum, & ſic ſemen omnium ſeminum, tunc omnem uirtutem ſeminalem terræ, in ſe conuerteret (totam enim terram, uis ſeminis illius occuparet, & per omnem potentiam eius ſe diffunderet) ſic uerbum Dei per fidelem animam receptum, per omnem potentiam eius intellectiuam diffunditur, & attrahit in ſe: & ſic creſcit intellectus in uerbum ſiue Dei ſemen attractus, ut fiat ſimilis Deo, cuius eſt ſemen factum in uerbo. Magiſter noſter, comparauit animam rationalem uerbi Dei capacem terræ, de qua ſemina trahunt nutrimenta: ſed nutrimenta transformantur tn naturam aliti. Vnde uita uegetatiua quæ facit potentia uegetabile, eſſe actu uegetabile, potius paſcit uita uegetatiua terram, quam terra paſcat uitam: attrahit enim ut uiuificet, & naturaliter appetit uiuificari. Ideò attractioni non reſiſtit, ſed obedit. Sic uita diuina in uerbo, ſemine uidetur ali, ex uirtute animæ rationalis, quæ tranſit in ſemen: & tamen hoc non eſt niſi uitam uegetatinam diuini ſeminis, fieri in uirtute animæ rationalis, quæ intellectus dicitur.

Ex ſermone: Gaudium erit angelis Dei ſuper uno peceatore.

Receptio uerbi. VBi uerbum Dei recipitur, ibi recipiens uerbum Dei, à filio Dei, qui eſt uerbum patris, recipitur. Vbi enim recipitur ſapientia, ibi ſapiẽtia recipit animam: in ſe enim eam recipit, quia eam efficit ſapientem & ſcientem, quæ erat ignorans. Sicut ubi aẽr recipit radium Solis, ibi radius Solis recipit aẽrem: fit enim radius aẽrius, aẽr lucidus, quia in naturam lucis tranſfertur, quam in ſe recipit, ſicut lucerna illuminatur, per lumen in ipſa receptum.

Ouis. Si aliqua ouis mihi credita (dicit ſaluator) quæ habet eiuſdem religionis ſocias nonaginta nouem, ita quod cum ipſis conſtituat centenarium numerum, qui eſt perficientium. Nam incipientium eſt primus perfectus, ſcilicet denarius: qui eſt proficientium radix. Eſt ſecundus perfectus, ſcilicet centenarius: qui eſt quadratus. Perfectorum eſt tertius, ſcilicet millenarius: qui eſt cubicus.

Quan-

Gaudium. Quantùm intereſt inter cœlum & terram, tantùm inter gaudium cœleſtium & terreſtrium, & inter deſiderium Chriſti reperiendi & conuertendi peccatorem, & deſiderium hominis reperiendi ouem.

Quamuis peccata mortalia ſint adeò grauia, quòd animam peccatricem, reddant omni pondere terræ grauiorem, ita quòd anima uſq; ad inferna, hoc eſt ad centrum grauedinis terræ, propterea ſubmergatur: tamen ita pius eſt Ieſus, quòd querit omnem animam errantem. Et ſi ſe patitur inueniri, & non abſcondit ſe à facie quærentis: tunc ſupplet ipſe impotentiam aſcendendi in cœlum: & ſuis proprijs humeris, eam ſurſum ubi eſt gaudium ſanctorum, uehit.

Quantam pœnam meretur errans, qui non uult inueniri & conuerti, tantum triſtitiæ meritò habebit, nolens conuerti & induratus, quantum gaudij fuiſſet ex eius conuerſione in cœlis exortum: æternam habebit triſtitiam & calamitatem: quia gaudium cæli eſt æternum, gaudium in cœlis augetur, ex ſocietate ſanctorum, & de nonaginta nouem iuſtis non tantum oritur gaudium, ſicut de conuerſione unius prædatoris. Iuſti enim ſemper ſunt unum, & cum patre, uti filij dilectiſsimi. Et quia non ſunt mortui ſed uiui, ideò non habetur gaudium ex ipſis, quaſi reuixiſſent: ubi autem unum membrum corporis perdidit uitam, puta, manus eſt facta arida, ſi illa reſtituit uitæ, tota uita hominis in hoc capit gaudium: & hoc eſt, quaſi uita perdita ſit inuenta. Vnde gaudium, eſt adinuentæ & recuperatæ uitæ. In alijs autem omnibus membris, uita nunquam fuit perdita: ideò aliud gaudium reuiuiſcentię in ipſis non eſt, ſed ſolitę uitę non recuperatę, ſed adauctæ.

Pœnitentia. Pœnitentia, eſt uoluntaria. Quare homo non poteſt cogi ad pœnitentiam. Homo quia liber in arbitrio, eligere poteſt uiam iuſtitiæ, & pœnitere de peccatis, licet Deus influat uitam. Sicut totus homo compatitur membro ægroto: ſic & congaudet eidem, de recuperatione perditæ ſanitatis: pariformiter Eccleſia. Valde igitur pœnitentibus de magnis peccatis, congaudent omnes ciues triumphantis Eccleſiæ, & quanto nos facimus magis gaudere ſanctos, tantò maius gaudium aſſequemur. Si enim ſtudemus in hoc mundo talia facere, per quæ omnes de nobis uehementer gaudeant, & lætificentur temporaliter: multo diligentius pœnitentię opera agamus, per quæ tota cœleſtis curia, eternaliter gaudeat & iocundetur.

Drachma perdita. Cum lucerna quæritur perdita anima, & ita ſe abſcondit, nam fugit lucem: quia mala opera ſe abſcondunt. Et ideò reuolutio totius domus, præcedit inuentionem. Nam antequam anima peccatrix, ſe uelit peccatricem oſtendere, & pœnitere, magna fit mutatio, & omnia quæ in domo ſunt, moueri oportet. Nam in pœnitentia uera, reſoluuntur omnes ſenſus, & omnis delectatio carneæ domus conteritur, & quædam agonia præcedit diuortium mundi, ut fiat per pœnitentiam purgatio animæ, ſapientiæ æternæ deſponſandæ. Et ideò quando ſapientia eripuit ſponſam ſibi dilectiſſimã de faucibus mortis & perditionis, conuocat ad congaudendũ uicinas: & hic exprimit uirtutes angelorum, uicinas ſapientiæ. Cõgaudent igitur omnes rationales ſpiritus uerbo Dei, quando unam animam rationalem perditam, per ſapientiam recuperat. Eſt enim hoc abſq; uictoria principis huius mundi, impoſſibile: & ideô de uictoria uerbi, confringentis arma aduerſarij, & captiuam ſponſam ſuam liberantis, omnes de exercitu eiuſdem milites, congaudere debent. Et hic attendas peccator, quomodo uerbo Dei in tua conuerſione, omnes angeli congandent. Vide quantum te diligit creator tuus, qui de tua ſalute tantum gaudet, & cui omnes rationales ſancti ſpiritus congaudent. Erit igitur gaudium tuum nimirum æternum & maximum: quia propter te, Deum & omnes ſanctos gaudere conſpicis, & hoc gaudium Dei & ſanctorum de tua ſaluatione, erit gaudium tuum: quia cum his omnibus ſanctis, congaudebis Chriſto redemptori tuo, cui dabis honorem & gloriam (ſicut dignus eſt) æternam & indeficientem.

Ex ſer-

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Perfectus omnis erit.

Petrus. Misericordia. CVm Dei sit proprium misereri, Petrus hanc etiam proprietatẽ, Dei dono habuit. Totus enim misericors & cõpatiens. Et Deus permisit eũ cadere, ut disceret compatiendum esse illis, quibus præfuit. Et ob hoc Petrus fecit tot miracula: quia perfectè fuit misericors, & in hoc ad cõsortium diuinitatis uocatus, diuinam proprietatem induit, & diuinam uirtutem adeptus est, sicut ferrum ignitum, ad similitudinem ignis calefacit: quia induit ignis proprietatem. Et quãdo ferrum induit magnetis proprietatem, attrahit ferrũ, sicut magnes. Vnde amor, facit ipsum plus in Christo esse, quàm in se. Nam anima rationalis, plus est ubi amat, q̃ ubi animat. Nam ubi amat, est ut perficiatur: ubi animat, ut perficiat. Fides autẽ confortauit debilitatem, & amor addidit proprietatem amati: & ita ex fide & misericordia, operatus est miracula, sicut Christus, qui aiebat: credentes in eum, maiora miracula facturos. *Fides.* Fides ita ratione in altum ducitur, sicut oleum in uase, per aquæ impositionem: aqua quidem eleuat, supernatat uerò oleum. Non fit fides minor per rationes, sed altior. Soli Petro præcipitur, ut in altum ducat: quia ipse est caput, & uertex, & magister fidei, patre eidem reuelante. Alij secum laxant rete, sed ipsi faciunt, prout Petrum facere conspiciunt.

In uerbo tuo laxabo rete dixit: quoniam erat uerbũ præceptoris, cui omnia obediũt. Nos igit̃ ex hoc hauriamus, uenationes nostras esse penitus sine fructu (quamuis cum omni humana prudentia, & nocturnis uigilijs fiant) si non facimus illas in uerbo Dei, seu uirtute præceptoris: nihil enim ex nobis, tanquàm ex nobis, sed omnia ex uirtute omnipotentis. Sic cuncta quæ per fidem fiunt, efficaciam habent ex uerbo Dei, cui credimus.

Culpa. Non potest ab anima repelli culpa, nisi per gratiam, quam solus Deus dat, sicut tenebræ aëris non repelluntur, nisi per lucem: sed illam non potest aër ex se habere, sed à datore, scilicet Sole.

Amor. Amor fortis est, ut mors. Et sicut morti, omnia quæ sub cœlo sunt, subijciuntur: ita & amori. Causantur enim nexus inuincibiles ab amore. Et ideò sicut amor bonus est ualdè laudabilis: ita malus ualdè uituperabilis. Nam concupiscentia & ira, & cæteræ perturbationes, non habent aliunde ortum, nisi ab amore priuato. Oportet igitur eum qui sequitur Deum, illum amorem relinquere.

Ait Iesus, nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Sed quomodo trahit? Dicendum quòd dilectione, iuxta illud: in charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miserans. Charitas enim calor est spiritualis: caloris aũt est attrahere, sicut uidemus calorem attrahere uirtutem seminum sub terra, & facit ipsa pullulare, & grauia dissoluit, & uapores sursum trahit: & lignum accẽsum statim mittit flammam sursum. Sic quando charitas tangit mentem hominis, eam ab omni carnalitate resoluit, & in altum trahit, & ascendere facit. Sic Dauid accensus hoc igne, dicebat: quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam? & de Apostolis sic accensis legitur: qui sunt illi, qui ut nubes uolant? Secundò trahit assimilatio qualitatis: simile enim attrahit suum simile, & effectus habent similitudinẽ cum suis causis. Quã ergo creatura omnis, sit effectus Dei (omnia enim per ipsum facta sunt) hinc habent similitudinem sui creatoris, quia omnia habebãt esse cum Deo, anteq̃ fierẽt, iuxta illud: quod factũ est, in ipso uita erat. Et res habent nobilius esse in Deo, q̃ in semetipsis: quia in sei, sis, habent esse materiale, in Deo aũt esse spirituale. Tertium attrahens, exhibitio bonitatis maximè passionis, iuxta illud: si exaltatus fuero, omnia ad meipsum traham, quæ scilicet sunt hominis, scilicet intellectum ad intelligendum me, animam ad ascendendũ ad me. Sic itaq̃ trahimur, ut sequamur eũ, propter magnificentiã charitatis, etiam propter constantiam firmitatis, quia non uariatur, neq̃ transmutatur à bono, apud ipsum enim nõ est transmutatio. Etiam propter efficaciam uirtutis, sequebatur eum multitudo magna, uidẽs signa & prodigia, quæ faciebat super ijs qui infirmabantur, uirtus enim de ipso exibat, & sanabat omnes. Non immeritò igitur ipsum saluatorem sequebantur.

Ex ser-

Ex sermone: Misereor super turbam.

SEparatur scholasticus à mundo, & iungit se multitudini discipulorum, ut audit magistrum esse Christianum, & deseruisse mundum, & sequi cum omni fiducia Christum, & à se omnem superfluam excutere carnis curam. Qui Christum sequitur, regnum cœlorum quærit, quæ est uita spiritus, & omnia illi uitæ adijciuntur. Non est enim puero opus, ut sit sollicitus de crastino quod edat: quando habet scientem patrem, quid opus sit filio, & in sua potestate omnia habentem. Quando homo secundum intellectum est intentus, licet sit cum turba, est tamen à sensibili mundo separatus. Qui audiunt Euangelium regni æterni, deseruerunt hunc mundum: qui uerò inter homines conuersantur, de rebus huius mundi audiunt, & tractant, & intellectũ impediunt. Nam sicut aër corruptus, corrumpit corpus, & sicut aqua corrupta corrumpit uinum, & poma corrupta corrumpunt alia poma, & sicut grex morbidus corrumpit ouem sanam: ita mundus iste in quo nõ est ueritas, inficit naturam intellectualem, quæ non potest nisi ueritate uitaliter pasci. Spiritus tenebrarum, medio societatis mundanorum, retrahit ascendentes ad uitam & fœlicitatem. *Sollicitudo. Mundus.*

Cum filio uerò Dei potest esse perfecta conuenientia: quia omnium in se gerit similitudines. Vnde dicitur ars patris, plena rationibus omnium uiuentium: nam est speculum sine macula. Videmus, quòd quando res habet unam figuram, non recipit aliam, & quia speculum nullam habet, recipit multas: & res quæ habet unum colorem, non recipit alium, sed quæ nullum habet, recipit omnes, sicut aqua, aër, & oculus, in quibus experimur diuersos colores imprimi. Sic Deus, quum sit res spiritualis, non habet in se aliquam similitudinem propriam, & ideò in se ueraciter continet omnium similitudines, & ideò cum omnibus hominibus conuenit. Vnde ad ipsum est societas & amicitia perfecta & delectabilis, propter congruentiam. Continet etiam in se Deus omnia, quæ in socio quæri possunt. Nam quæruntur in amico, cui me associo: sapientia ut instruat, aut pulchritudo in qua delecter, aut abundantia ut adiuuer, aut fortitudo ut defendar, aut nobilitatis excellentia ut sublimer: sed hæc omnia reperiuntur excellenter in Christo. Nam in eo sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi, ipse est speciosior Sole, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, in cuius dextera, sunt diuitiæ & gloria: nec est qui resistere possit eius uoluntati, qui est excelsus super omnes gentes Dominus. Non potest societas & amicitia perseuerans haberi nisi in Christo. Nam omnis amicitia est propter bonum, & nullum purum extra Deum reperitur, sed semper mixtum. *Conuenientia.*

Ex sermone: Humanum dico propter infirmitatem carnis.

CVm inferius subijcitur superiori, & ei coniungitur, nobilitatur. Sicut aër subiectus cœlo, nobilitatur radio Solis, & remanet tenebrosus eo absente. Tota perfectio materiæ, est subiectio formæ: & anima sensibilis in homine nobilior quàm in bestia, quia subijcitur & coniungitur rationali. Dilectionem ideò debet homo Deo, quia tũc iustitia seruatur circa unamquamq̃ rem, quando ei adhibetur, ad quod facta est: sicut uestimentum factum ut induatur, non ut comburatur, & uinum ut bibatur, non ut effundatur. Si igitur uestis comburitur, & uinum effunditur, non est iustum. Bonum autem est, ut diligatur, & purum bonum, ut purè diligatur. Sed Deus est purissimum bonum, ideò debet maximè purè diligi. Est autem bonum per participationem, in creaturis. Sicut lux candelę se habet ad Solem: ita bonum in creaturis, ad bonum quod est creator. *Iustitia. Bonum.*

Nemo debet alium spernere: sicut nec nobilis oculus spernit pedem aut manum, sed oculus dirigit manum, & manus purgat oculum.

Sicut arbor in concussione uenti, per radices tenetur: ita homo in aduersitate per amicos, qui eum consolantur. *Amicitia.*

Ex ser-

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone. Respice Domine de cœlo, & uide.

Oratio.

VBi Ecclesia aliquas formas orationum posuit, in missali aut pontificali, cõtra tempestatis dispẽdia, infirmitates, aëris intemperiem, & sic de singulis: illas formas tenere debemus: ubi uerò nullas posuit speciales, recipere debemus generales, & applicare particulari intentioni: ubi nec generales proposito applicabiles, ex nobisipsis eliciamus orationes, cum oratione Dominica. Et potest quisq; orationem Dominicam, quæ in se omnia quæ peti possunt à Deo, complicat, cum intentione deuota, applicare ad desideria particularia: puta, tu uis impetrare bonam aeris dispositionem pro fructibus, & dicis pater noster, & post subiungis cum deuotione: Domine tu me iubes à te petere panem quotidianum, & semper necessarium uitæ, ideò ut illum tuo dono assequi possim, tolle aeris intemperiem, grandinem, excessiuã pluuiam, frigoris nimiam intensionem, & huiusmodi. Si tu uis impetrare à Deo bonum Episcopũ: præmittis pater noster, subiungẽdo: quia tu Deus, iubes omnem uitæ refectionem à te peti, & sapientia seu uerbum tuum est pascens animam, & est panis quotidianus animæ rationalis: ad hoc igitur ut anima mea pasci possit uerbo uitæ, da nobis Domine antistitem bonum, scientem, & te diligentem, qui nos indesinenter & quotidie pascat. Si tu uis alia à Deo quæ tibi necessaria sunt petere, uti est sanitas, pax, amor, & quæcq; talia: poteris nomine panis, omnia à Deo petere, quibus indiges: nomine enim panis, ueniunt omnia, quibus indigemus. Superstitiones igitur, sacrilegia, incantationes, atq; præstigiosa omina, diuinationes, Geomantia, Necromantia, Pyromantia, & uaticinia uana: longè sunt à religione Christiana.

Anima rationalis.

Cui fieret retributio, nisi esset capax subiectum, scilicet, si anima non esset immortalis. Quod autem anima rationalis sit nobilis natura, ex hoc elicies: nam est imago uiua creatoris, & corpus omnia habet ex eius præsentia, scilicet uitã, motũ, pulchritudinẽ: pro qua acquirẽda, Christus triginta tres annos laborauit, & uitã dedit, quæ pluris ualuit q̃ mũdi infiniti, & corpus in cibũ: cui Deus dedit angelũ custodẽ, & elegit eam in templum suum. Creauit, ut in locum angelorum, & ad regni cœlestis peruenirent hæreditatem. Pluris est igitur anima; quã omne sensibile & corruptibile.

Religio. Obedientia.

Sicut in cœlo pascuntur sancti uisione Dei: ita in Ecclesia pascuntur auditu uerbi. Nam non in solo pane. In cœlo sunt omnia communia, & unus diuidit cum alio: meritum enim unius, omnibus gaudium auget. Sic fuit in statu naturę ante legem, & in primitiua Ecclesia, & nunc in religionibus certis. In cœlo omnes non nubunt, sed ciues castissimi sunt: ita in religione. In cœlo omnes se offerunt Deo in holocaustum: sic in religione per obedientiam, quando Deo dant propriam uoluntatem. In cœlo, sponte, lętè & perseuerãter, iussis diuinis ciues obediũt: ita in religione prælato. Obedientia est aut in præceptis, aut in consilijs, aut in conformitate mentis, ut Paulus dicebat: quid me uis facere, sine murmure? nam cum murmure, diaboli exibant præcepto Iesu, clamando. Cœliformis & iocunda debet esse obedientia, & illa prælatum lætificat, laborem obedientia alleuiat, & securitatem conscientiæ præstat & debet esse perseuerans. Vnde Bernardus: Christus ne perderet obedientiam, perdidit uitam. Est autem in religione Christiana, triplex status: nam laicorum tantùm, aut clericorum, aut monachorum. In omni tamen religione, necesse est quod sub obedientia, uita peragatur. Nam Christus magister, factus est obediens patri, cum dixit: non sicut ego uolo, sed sicut tu, & usq; ad mortem. Ita omnes necesse est esse obedientes: sed maior debet esse obedientia in statu clericali, adhuc maior in monachali. In primo statu, sunt illa tria substãtialia, sed castitas est laxa: quia cõcupiscentia carnis (nisi usq; ad luxuriam procedat) permittit. Vnde uirgo nõ peccat, si nubat in Dño: & uir non peccat, si habuerit uas suũ in sanctificatione. Vnũ sacramentum matrimonij licitũ est illis, quoniã est citra luxuriam & fornicationem. Sic etiam paupertas, quę est abdicatio proprij, in eo statu esse censetur, quãdo quis possidet suũ, & nõ occupat alienũ. In statu clericali, castitas strictior esse debet, quoniã etiam matrimonialis copula, ibi illicita est. Sic nec potest dicere aliquid esse suũ, licet in ijs quæ sint

Status religionis.

Laicus.

Ecclesiæ,

Ecclesiæ, usum habeat, & particularem administrationem. Sed in monachali, nec matrimonialis copula, nec usus cum administratione, cuilibet conceditur: sed uni, qui præest & administrat singulis. Nulli autem conceditur, ut possit concessis abuti: quia nec in statu laicali, abusus copulæ cõiugalis, aut abusus rerum, est licitus. Sic nec in clericali, nec in monachali, abusus administrationis rerum, est licitus. Dicũtur laici, quamdiu non abutuntur coniugio, casti: et quamdiu non abutuntur bonis suis, pauperes, & seruare substantialia regulæ, sic & clerici, & monachi. Abusus uerò, apud transgressores reperitur. Nunc autem circa statum laicum uersemur, & primò circa obedientiam tenendum; quòd quisq; teneatur esse obediens, Christo capiti religionis, & eius uices agenti. Nam Christus nobis Euangelicam legem dimisit, & cui stodem eius posuit, qui eius uices agit: qui hanc publicat, & non loquitur uerba sua, ille à Christo missus est. Sed uerbum filij Dei, in Euangelio contentum est. Quare qui Euangelij uerba loquitur, ille omnino ut Christus audiendus: uerba enim pontificis, sunt uerba Dei patris, nobis per filium annunciata, & per sacerdotem rememorata. Illis igitur obediendum est. Inobedientia enim consummata, quæ est nolle obedire, excludit à religione Christiana, quæ ethnica & sathanica, & scelus idolatrię. Tanquam Deo igitur, obediendum est præceptis Ecclesiæ: inobedientes contumaciter, separandi, & extra communionem aliorum ponendi, tanquam membra, ob suam putredinem à Christi corpore mystico, abscisca. Hoc igitur scitote dilectissimi nisi obediueritis præpositis uestris, non estis in Ecclesia, in qua potestas ligandi & soluendi: & nisi crediderit is præpositum uestrum uices Christi agere, & ipsum ligare & soluere posse, uice Christi: nullam unq̃ assequi poteritis, sacramentalem peccatorum absolutionem, neq; indulgentias & remissiones, quæ à cathedra emanant. Qui enim non credit, non sperat: & qui non credit nec sperat, non assequetur. Et qui credit, præpositum sibi, uices Christi agere, ob hoc quia Christus dixit ad præpositos, qui uos audit me audit: ille indubiè omnia à Christo assequẽtur, propter fidem & confidentiam, quæ non potest decipere in Christum sperantes. Sit igitur quisq; unitus prælato & sacerdoti suo, & in eo Christum ueneretur, & uerba eius uti Christi recipiat: tunc per hanc obedientiam, ipse se Deo sacrificium, usq; ad mortem libertatis arbitrij, offert, quando ipse non uiuit, sed in eo uiuit Christus, cuius uoluntati quam ei sacerdos exprimit, obedit sine murmuratione. Quando igitur tu feceris hoc; & obediens fueris in omnibus, illi quem tibi Deus præposuit: tunc manibus prælati, duceris ad æternum regnum, neq; de alio te oportebit rationem reddere, quam de obedientia in districto iudicio. Nam si dixeris, Domine obediui tibi in præposito: hoc tibi sufficiet ad salutem, etiam si præpositus de oneribus humeris tuis impositis, præceptis, & solutionibus rationem sit Deo redditurus: tu etenim, per obedientiam quam facis præposito, quem Ecclesia tolerat, decipi nequis, etiam si præceperit alia quàm debuit. Quare sententia pastoris ligat te; pro tua salute, propter bonum obedientię, etiam si iniusta fuerit. Nam ad te non attinet cognoscere, quod sententia sit iniusta, nec conceditur tibi ut non obedias, si tibi iniusta uideatur. Nulla enim esset obedientia, si in tuo arbitrio esset, de sententia pastoris iudicare, an illi esset obediendum. Præsumit enim Ecclesia de sententia illa, cui si obedieris, magna erit merces tua. Obedientia igitur irrationalis, est consummata obedientia & perfectissima, scilicet quando obeditur sine inquisitione rationis, sicut iumentum obedit domino suo. Si igitur uides pontificem tuum, non communicare alicui; neq; tu illi communices. Ecce quantùm peccant, qui detrahunt pontifici, & loquuntur mala contra uices Christi agentem, maximè ob illa, quæ ut pontifex facit.

Clericalis. Monachalis.

Obedientia.

Tenuit Christus ueritatem in uerbis: ita & facere tenetur Christianus. Nemo enim mendax diligitur, nec à Deo, nec ab hominibus: habet enim linguam diaboli, qui ab initio mendaciter primos parentes decepit. Debet ueritati annexa esse utilitas, ut aut consoletur, aut moneat, aut doceat, aut præcipiat. Christus nullum unquam inutile uerbum protulit, quam imitemur. Nec decet, ut proferamus uerba iocosa, per quæ concitemus senes aut alios, ad iram uel blasphemiam: quia rei

Veritas. Mendacium. Serium.

sumus

http://www.obrascatolicas.com

ſumus peccatorum illorum, iocus non excuſat à periurio, & mortali peccato.

Habuit Chriſtus modeſtiam in loquendo, ſic & tu habe. Vt diues non exponit denarios, niſi numeret priùs: ita & nos non loquamur, niſi præmeditatè. Spectat igitur maximè ad noſtram religionem Chriſtianam, refrenare linguam: qui enim putat ſe religioſum, & non refrenat linguam ſuam, huius uana eſt religio.

Ex ſermone: Qui facit uoluntatem patris.

MOneta illa falſa eſt, quæ habet colorem incorruptibilis auri ab extrinſeco, & ab intra eſt aliud corruptibile metallum. Quando igitur homo intrinſecus aduerſatur extrinſeco, ſeu interior homo aduerſatur exteriori: tunc ibi non eſt ueritas, ſed contrarietas. Sic Propheta ait, de homine duplici, qui labijs Deum honorat, & corde longè abeſt. Id quod falſum & mendoſum eſt, eſt de regione principis tenebrarum. Nam falſum fugit lucem, & non uult cognoſci, quia falſum: ideò ſub ſpecie boni & ueri ſe occultat. Sed uerum eſt de regione principis lucis: uerbum Dei, lux eſt & ueritas. Ideò publicè & ſuper tecta, mandatur prædicari, etiam ſi in ſecreto recipitur, per ſtudium ſeu reuelationem. Malignus ſpiritus mendax eſt ab initio, & uerbum eius illuſorium, quo Magi & Necromantici, atq; incantatores imbuuntur, & in occultis & latebris prædicatur, & fugit lucem. Docet igitur nos magiſter unicus, quomodo Prophetæ ſeu prædicatores, qui nobis ea quæ de iuſtis & iniuſtis futura ſunt, prophetizant, poſſunt ad nos uenire in uerita te aut fallacia. Si in ueritate, tunc in concordantia extrinſeci & intrinſeci: ſi in falſitate, tunc in diſcordantia intrinſeci cum extrinſeco, ſicut in notoria diſcordantia, lupi & ouium.

Probatio. Quærentes aliquid aliud ad ſuam utilitatem, quàm paſcere auditores uerbo uitæ, fallaces ſunt, proponunt ea quæ ſunt ſalutis animarum, & medio illius quærunt rapere, ut lupi rapaces. Et finis docet cognoſcere media, ad ipſum ſcilicet finem ordinata, & qua intentione omnia facta ſunt, exitus docet. Si enim illi non quærunt Chriſtum, ſed ſeipſos & priuatam utilitatem ponunt finem laborum, de facili cognoſcuntur. Sicut hoc tempore Coloniæ accidit, ubi quædam perſonæ religioſæ pauperes, uidentes alias in reformatione, fauorem populi acquiſiuiſſe, & de penuria ad rerum abundantiam peruenijſſe: ut ſimiliter ditarentur, habitum & ceremonias reformatarum aſſumentes, in fallacia deprehenſi ſunt ex fructibus. Et quia cupiditas finis reperiebatur, cur in ueſtimentis ouium comparuerunt, deluſi remanſerunt. Audito enim, quòd ob hoc religionem reformatam acceptaſſent, recurrebat populus ad iſtud Euangelium, & ita attendebat, quòd falſis prophetis in nullo ſuccurrebat. Vix fallacia eorum, qui ſub habitu Chriſti apparent, poteſt ſciri, ob ſuam uarietatem. Nam alius quidam ſub hac ueſte, alius ſub alia, alius ſub capitio, alius ſub hoc religionis ſigno, alius ſub alio, Chriſto ſe militare aſſerit: licet penè omnes, nõ quæ Chriſti, ſed quæ ſua ſunt, quærant. Omnes enim ſtudent auaritiæ, à maximo uſque ad minimum: & in his omnibus, una doctrina comperit eorum fallaciam, ſcilicet ex fructibus eorum, cognoſcetis eos. Nam ſub niue quod tegitur, dum nix perit, omne uidetur, & nihil occultum, quod non reueletur. Poteſt malus ſe occultare ad tempus, ſed neceſſe eſt ut aliquando detegatur: ignis rapax (etiam ſi diu latitauit) quaſi cognitus. Ideò citò credere, & quaſi digito manum imponere prohibemur, ut probantes ſpiritum, experiamur ſi ex Deo eſt. Nam tange montes, & fumigabunt: uti mulierem, quæ apparens bona, ſe confitendo ſemper ualdè malam confitebatur: probauit confeſſor, ſi ex hypocriſi procederet, & poſt plures confeſsiones dixit, ſe etiam audiuiſſe, aliàs extra confeſsionem ipſam malam: cui ſtatim opprobriosè reſpondit, ipſum mentiri. Replicauit confeſſor, ſe nunc expertum, ipſam eſſe falſam, & uelle bonam uideri. Tangere autem, probare eſt. Probatur moneta, quia percutitur malleo, aut conteritur ſuper lapidem probæ, aut igne finaliter examinatur. Si reperitur ſtabile metallum in omni probatione, benè eſt: ſi uerò in una, & non in duriori probatione perſeuerat, nondum plenè probatum cenſetur. Sed inter multa ſigna fallaciæ, nullum apertius & manifeſtius eſt,

Victa mulier.

in quo

in quo fallaciæ ſpiritus recipiatur, quàm in rapacitate. Oſtendere manifeſta rapacitate cupiditatem lupinam, in pelle agnina, eſt oſtendere fallaciam. Nam mens Chriſtiani, ab omni cupiditate libera eſſe debet, & mortua: & ſi non eſt mortua, non poteſt diu occultari rapacitas. Nónne experimur in omni apparentia ſanctimoniæ, ſeu communibus religionibus, cupiditatem ſe non poſſe occultare? ſicut mens uſurarij, non poteſt diu latitare: quia ex fructibus uſuræ, qui ſemper appetuntur, aperte & quàmprimum cognoſcitur.

Recognoſcere Deum, & operib. non fructificare, nõ ſufficit. Fides enim ſine operib. mortua eſt: ſed mirum eſt hoc, quum Paulus ſemper prædicauerit, non opera legis, ſed fidem iuſtificare. Verum eſt, fidem uiuam uiuificare, quæ requirit opera charitatis: ſed quia opera charitatis ſunt illa, quæ ſunt ſecundùm uoluntatem patris, qui in cœlis eſt (charitas enim, eſt ſpiritus & uoluntas patris) ideò ſubiungit, ſed qui facit uoluntatem patris qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. *Fides.*

Ex ſermone. Debitores ſumus.

VIta carnis, contrariatur uitæ ſpiritus, ſicut uoluptas contẽplationi. Quare ſi ſecundũ carnem uixerimus, morimur ſecundũ ſpiritum: uergit enim ratio in beſtialitatẽ: ſi uerò ſecundũ ſpiritum uixerimus, mortificatur uita carnis: ſi uerò ſecundũ cõpoſitionem utriuſq; uixerimus, humanam & politicã ducimus uitam, omnia in tempore ſuo facientes. Primi beſtialem, ſecundi diuinam, tertij humanã. Sed cura magiſtri noſtri eſt, ut diuinam uitam ducamus. Illa autem quum ſit arcta & ſtricta, eſt paucorum, ſolum ſcilicet eorum, qui ſpiritu Dei aguntur, & ſunt filij Dei. Contemplari enim enim datur filio, qui ſolus uidet patrem, ſeu principium ſuum poſsidet, ut hæres: Chriſtus hæres, nos cohæredes. *Vita hominis.*

Sicut oleum conſumitur in lucerna, quæ tandem extinguitur, conſumpto oleo: ſi uixerimus ſecundũ carnem, & beſtialitatẽ intramus, diminuimus nobilitatem. Nã formæ ſe habent, ut numeri: uti ternarius, à quo ſubſtrahimus unum, deſinit eſſe ternarius: ſic ſi ſubſtrahimus rationem, imus in beſtialitatem. *Caro.*

Res quantò communior, tantò melior: ſicut tactus melior quàm alius ſenſus, quia communior. Ineſt etiam, alios ſenſus non habentibus: & ideò deſtructis alijs ſenſibus, adhuc anima uiuit: ſed deſtructo tactu, non eſt uita. Sic inter elementa, ignis cõmunior, quia communicat proprietatem ſuam ſuperioribus & inferioribus, eſt ideò nobilius elementum: communicat lucem ſtellis, calorem elemẽtis, quia nihil uiuum ſine calore. Sic inter eſſe, uiuere, & intelligere: eſſe, eſt communiùs & nobiliùs & melius, ideò ab omnibus deſideratur: omnia enim appetunt eſſe, & eſt primum in intentione, & manet ultimũ in reſolutione, ideò nobilius & cõmunius. Sed oratio eſt communior: quia uiſus per oculos, auditus per aures, intellectus per intellectum, amor per affectum fit: orare autem per iſta omnia. Nam audire uerbum Dei, eſt orare: diligere cœleſtia, cantare officia diuina, totum eſt orare, iuxta illud: non ceſſat orare, qui non ceſſat benefacere. Singuli ſingula habent officia, orare tamen ſpectat ad omnes. Res quantò facilior, tantò melior, ſicut patet in uirtutibus. Nam ſunt uirtutes diuinę, fides, ſpes, & charitas: ſed fides difficilem habet actum, ſcilicet credere, quæ non uidentur, & etiam ſpes, ſperare quæ non habentur, ſed charitas, actum habet ſuauiſſimum. Amore ſiquidem Dei nihil ſuauius: ſemper enim habet charitas amantem coniunctum, quia ipſa eſt unio amantis cum amato. Et quia facilior, ideò melior: charitas eſt teſte Paulo, maior. *Bonum cõe.* *Oratio.*

Eſt enim oratio, omnibus creaturis potentior. Nã angeli ſeu intelligentiæ, mouẽt orbes, Solem & ſtellas: ſed oratio potentior, quia impedit motum. ſicut oratio Ioſuæ, fecit ſiſtere Solem. Sic fortior influentijs ſtellarum, fortior anima, quæ ſine cibo non ſuſtẽtat corpus: ſed oratio ſine cibo, longo tẽpore ſuſtẽtauit ſanctos, ut in Helia, Moſe, et alijs. Itẽ fortior omni creatura, quia nulla poteſt transformare in creatorẽ creaturam: ſed oratio conſecrãtis transfert. Præcedit etiã elemoſynã & ieiuniũ: quia nec habens ad dandũ eleemoſynã, nec potens ad ieiunãdum poteſt orare, etiam code ſi mutus, & ſi etiam in agone conſtitutus, iuxta illud: apud Deum omo ratio mea ſemper.

http://www.obrascatolicas.com

Orandum in omni loco, sed propter adorantes, eligitur locus, propter loci confe-
crationem, & conuentum plurium.

Dialogus per interrogationem & responsionem, de oratione Dominica.

1 Cur magister noster docuit nos orare? Propter excellentissimã orationis uirtutẽ.
2 Cur ita breuem composuit orationem? Quia ipse magister unicus.
3 Quare incœpit eã p̃ pater, & non Deus, uel Dominus? Quia pater nihil negat.
4 Quare noster? Vt quisq; eundem patrem adoret, & fateamur nos fratres, & unum colamus Deum.
5 Quare qui? Quia est absolutus ab omnibus.
6 Quare es? Quia ipse solus est & absolutum esse est paternum, unde omnia sunt.
7 Quare in? Quia est ab omnibus absolutus, est in omnibus.
8 Quare cœlis? Quia qui est in cœlis, est in oĩbus: quia in altiori natura, est inferior.
9 Quare pater noster? Quia unanimes orare debemus.
10 Quare qui es? Ad differentiam temporalis & instabilis patris.
11 Quare in cœlis? Quia ibi propriê est, ubi nulla transmutatio est.
12 Quare pater noster qui es in cœlis? Vt omnes ad eundẽ unũ cõuertamur orãtes.

Prima petitio.

1 Cur docuit petere, ut fateamur, omnia ex gratia nos habere.
2 Cur uoluit, ut prima petitio esset, sanctificetur nomen tuum? Quia est illuminatio intellectus.
3 Quare sanctificetur? Quia propter hoc sumus, ut cognosamus gloriam eius, & sanctificetur à nobis.
4 Quid est nomen? Nomen est notitia seu reuelatio patris, & filius seu æqualitas.
5 Quare tuũ? Quia nomen q̃d est patris nomen, est filius, & in filio nominat̃ pater.
6 Cur dixit sanctificetur nomen tuũ? Quia sanctificatio, est receptio patris & filius.

Secunda petitio.

1 Cur secundam subiunxit petitionem de regno? Nam ad notitiam patris et filij, sequitur pax & felicitas, quæ est regnum.
2 Cur dixit adueniat? Vt sciamus futurum, & non huius mundi: quia spiritum capere non potest.
3 Cur dixit regnum? Quia regnum, unio seu nexus: conuenit igitur spiritui sancto.
4 Cur dixit tuum? Vt sciatur esse æternum, & consubstantiale patri.
5 Cur dixit adueniat regnum tuum? Quia orans est capax regni, sicut corpus uitæ, adueniente anima.

Tertia petitio.

1 Cur tertiam petitionem subiunxit: fiat uoluntas tua? Quia aliter præmissa petitio non habet locum, nisi fiat uoluntas eius.
2 Cur fiat? Quia fiat est uerbum Dei, ut fiat lux.
3 Cur uoluntas? Quia spiritus sanctus est.
4 Cur tua? Quia spiritus sanctus est patris, ut fontis.
5 Cur fiat uoluntas tua? Quia omnipotens.
6 Cur adiecit: sicut in cœlo & in terra? Quia in cœlo, non est nisi uoluntas Dei.
7 Cur dixit sicut? Vt se habeat hic mundus in similitudine illius.
8 Cur in? Quia uoluntas Dei est intimior omni intimo.
9 Cur cœlo? Non dicit cœlis, ut intelligamus nos petere, quod sicut uoluntas loquitur in interiori nostro homine, sic fiat in exteriori.
10 Cur &? Vt in uno homine, una sit ex duabus naturis copulatiuẽ.
11 Cur in? Vt sit in nobis tanquàm mouens natura, quæ ab intra mouet.
12 Cur terra? Quia homo est terrenus.

Quarta petitio.

1 Cur petitionẽ quartam subiunxit: Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie? Quia ad consequutionem petitorum, est necessarius panis.
2 Cur dixit panem? Vt exprimeret id, quod scimus cõmune & necessarium.
3 Cur nostrum? Quia petimus pro omnibus, & datur.
4 Cur quotidianum? Quia semper necessarius, semper petendus.
5 Cur supersubstantialem? Quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei, qui panis est supersubstantialis.
6 Cur da? Quia aliter non possumus habere, nisi dono: qui enim habent, & non dono,

no, illi receperunt alienum, ut usurarij, fures & raptores.
7 Cur nobis? Quia in Ecclesia.
8 Cur hodie? Quia semper & sine intermissione, cum sit uita.
9 Cur panem nostrum quotidianum? Quia alium petere non debemus.
10 Cur da nobis hodie? Quia non semel, sed omni tempore.

Quinta petitio.

1 Cur sequitur quinta petitio: & dimitte nobis debita nostra? Quia non fit dimissio debitorum, nisi incorporatis Christo, qui meruit nobis dimissionẽ peccatorum:
2 Cur &? Quia simul ista fiunt, incorporatio & iustificatio.
3 Cur dimitte? Quia anima ligata peccato, non nisi per fortiorem, à diabolo potest liberari & dimitti.
4 Cur nobis, scilicet Christo incorporatis? Quia extra Ecclesiam non est remissio.
5 Cur debita? Quia omnes sumus debitores, & obnoxij iustitiæ Dei.
6 Cur nostra? Quia aliud non est nostrum, nisi peccatum: præter illud enim nihil habemus, quod non sit Dei.
7 Cur addidit sicut? Ne iniusta à Deo petamus, nam qui petit dimitti, & non dimittit, petitioni contradicit.
8 Cur & subiungitur? Vt copula in similitudine, propter æqualitatem iustitiæ, exprimatur.
9 Cur nos, & sequitur? Quia cum unus de Ecclesia offenditur, omnes offenduntur: ideò debet fieri dimissio per omnes.
10 Cur dimittimus dicitur? Nam dimissio nostra est similitudo ueræ dimissionis, quando ignoscimus & relinquimus Deo uindictam.
11 Quare debitoribus? Quia ijs, qui nobis debent satisfacere pro iniurijs, & ultra puniri in corpore.
12 Cur nostris? Quia deberent nobis reddere & unicuiq;, & pro re publica puniri.

Sexta petitio.

1 Cur sexta petitio est hæc: Et nè nos inducas in tentationem? Quia quod necessarium est petere, negligere non debemus.
2 Cur dixit, &? Vt ei iugiter copulemur & coniungamur, á quo omne auxilium expectamus.
3 Cur subiungit, ne? Vt neget aduersario omnem potestatem nocendi.
4 Cur, & ne? Vt ab se, cui hæremus, nunq; nos uelit separari permittere.
5 Quare addimus, nos? Quia nos ipsi sumus, qui à bono sustineri indigemus, & defendi à malo.
6 Cur sequitur, inducas? Quia nulla benè operandi facultas, nisi præstiterit: neque tentandi potestas, nisi permiserit.
7 Quare in? Quia in eo sunt omnia, & ipse in omnibus: in cœlo sursum, & terra deorsum, & in omnibus abyssis uirtus eius.
8 Quare in tentationem? Quia ouis tenta à lupo se eripere non ualet, & si à pastore liberatur, sauciatur. Sic qui tentationi permittitur, à maligno lęditur, etiã si post permissionem liberatur, ut de Petro tentationi derelicto, apertè cognoscitur.

Septima petitio.

1 Quæ est septima petitio? Ista, Sed libera nos à malo. Amen.
2 Quare septima? Quia septimus numerus est quietis, & amoto omni malo, quisq; in bono quiescit.
3 Quare, sed libera nos à malo? Vt possit nobis illucere bonum, quia lux non illuminat, nisi amotis tenebris, neq; bonum irradiat, nisi à malo liberatis.
4 Cur petens dixit, sed? Quia malis est aduersandum.
5 Cui dicimus, libera? Ad eum qui solus liberare potest, qui dixit: ego percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.
6 Cur nos? Quia omnes sibi bonum appetunt.
7 Cur dicimus, à? Quia is à quo oia, est ens omne, quod separat à nihilo, et non ente.
8 Quare finimus petitionem, dicendo à malo? Quia finire & exterminare debemus omne malum, ut in nobis fructificet omne bonum.
9 Cur concludimus totam orationem, per Amen? Quia à Deo postulare debemus,

http://www.obrascatolicas.com

omnium bonorum confirmationem. Nã parum proficit natura etiam obtinens petita, si in bono non est confirmata.

10 Quare ultimũ in petitionib. est Amen? Quia Deus ipse est ipsum Amen, & confirmationum omnium confirmatio: qui itaq; finaliter dicit Amen: Deum petit omnium finem & confirmationem. Confirmet igitur nos in omni bono, Deus excellens omne bonum, & tribuens omne bonum. Amen.

Necessarium. Aristoteles ait, esse necessarium, quod non contingit aliter se habere, sed est simpliciter. A tali ergo principio, tam cœlum quàm natura, dependet. Vita uerò illi semper est, quæ nobis pauco tempore, ei siquidem optima est. Itaque illud semper habet, quod nobis impossibile est: quoniam & delectabile, actus huius est. Et ob hoc, uigilatio sensus intellectus, maximè delectabilis est. Spes item ac memoria, propter hæc ipsa.

Bessarion. Ex textu Aristotelis præmisso, ultimæ translationis Cardinalis Niceni, habemus necessarium tale, quod non contingit aliter se habere sed est simpliciter esse principium, & Deum. Non tamen intelligo Aristotelem ubi dicit, quod necessarium tale, quod non contingit aliter se habere, uelle aliud dicere, quam quod non potest aliter esse: ut Deus intelligatur esse id, quod est id, quod esse potest. Nam omne quod non est absoluta necessitas, potest aliter esse quam est. Quare omne tale, non est ex se, sed dependet à principio. Deindè patet secundum Aristotelem, cœlum & naturam habere Deum principium, à quo dependent Quare natura non est Deus, sicut nec cœlum, sed sunt instrumenta Dei, per quę ipse operatur.

Intellectus. Cum Deus sit purissimus intellectus, seipsum intelligit. Nam in ipso intelligere, est intelligi: aliâs secundum quid, esset ei benè esse. Sed quia est optimum, non est aliud intellectioni esse & intellecto. Intellectus igitur optimus, seipsum intelligit. Vnde de se producit intelligibile: & illud quidem intelligibile, non est aliud quam intellectus. Sed quia ex intellectu optimo, qui de se producit intelligibile, & ex ipso intelligibili producto, oritur intelligibile delectabilissimum: tunc est quies & pax, nexus charitas, seu unio. Neq; nos Christiani, aliter dicimus Deum trinum & unum. Nam patrem dicimus intellectum, filium intelligibile (quem Paulus dicit splendorem, seu figuram substantiæ patris) spiritum sanctum, actum delectabilissimum, ex intelligibili procedentem. Neque aliud est intellectus, & aliud intelligibile, & aliud actus ex utroq; procedens. Nam Deus est intellectus, idem Deus est intelligibile, & idem est actus: sed intelligens, non est intelligibile, & intelligere seu actus utriusq;, non est intelligens seu intelligibile.

Felicitas. Cõtemplatio. Felicitatẽ, in contemplatione seu uisione sapientiæ, quæ Deus est: uosipsi ex Christi doctrina credimus. Experimur in nobis, quando uenationem exercemus, quo modo magnam consequimur uoluptatem, quando appræhendimus. Et ingenio nostro, procedit uenatio. Vnde cum actus ille ex industria procedẽs, consequitur intentum: in quiete illa ualde delectatur. Quærit enim rationalis natura, conatu omni liberari à dubio, & esse in certo. In sapientia sunt uoluptates, ob certitudinem & puritatem; pura enim certitudo, quæ omni mixtura caret falsitatis, abscondita est ab oculis omnium sapientium, nam nõ reperitur, nisi in æterna sapientia. Vnde intellectualis natura, non potest quiescere, nisi illa certitudine, quæ est et ueritas absoluta apprehẽsa.

Sapientia. Vnde considera, sapientiã esse omniũ mobiliũ mobilissimũ, et uelocissimũ pcedere oẽs, ipsam appræhendere quærentes: quasi ueritatẽ, quæ antecedit uestigium suũ. Prior enim est ueritas, suo uestigio: & nõ fit uenatio absconditæ ueritatis, nisi in uestigio: sicut ceruus per uestigium quęritur, qui non uidetur. Ideò nisi sapientia uelit, nõ capitur. Oportet igitur qd uelit capi: ideò necesse est, qd amore capiatur, quæ nulla ui creata seu potẽtia, capi potest. Nisi igitur sapientia amore placata, seipsam in animas quærentiũ trãsferat, ut capiatur: non apphẽdetur, ipsa autẽ est, quæ ait: Ego diligẽtes me diligo. Et hũc modum, omnes uenatores Philosophi ignorarunt, & soliũ Christus ipsam aperuit, qui docuit, quod si fide operante per dilectionem, uenator insequitur ipsam, tunc reperiet gratiam in oculis eius, & reddet se illi domesticam.

Ex

Ex sermone. Dilexisti iustitiam.

INiquitas mala, quia non à Deo: sicut tenebræ non sunt à sole. Consequitur igitur unctionẽ lætitiæ, iusta anima à Deo suo. Vnguntur corpora balsamo, ut quæ de se erant subitò corruptibilia, conseruentur, mediante unctione, unguntur animæ unctione lætitiæ, tauita non deficiat. *Vnctio.*

Tristitia, est recessus à uera uita, & accessus ad non uitam: lætitia uera, est accessus ad uitam, & recessus à non uita, seu morte animæ. Vnde unctio incorruptibilis semper lætificans, præstat ueram immortalitatem. Hæc unctio, est gratia seu gloria, quæ in se rapit animam iustam. Sicut lumen, dum se circunfundit aeri, totum aerem in se rapit, & fit aer luminosus, sic æterna letitia animã in se attrahit, quæ capax est eius, & circumfundit se in ipsam. Sola autem iusta anima, capax est illius immortalitatis.

Ex sermone. Induimini Dominum Iesum Christum.

SI igitur per Paulum, Augustinus peruenit ad perfectionem: tunc nobis pater noster Augustinus, positus est exemplum, quomodo ad perfectionem pertingamus. Si omnis consummata scientia, pertingẽdi ad fœlicitatem, quæ ab omnibus appetitur, est scire Christum & hunc Crucifixum, & hoc scire est induere ipsum: igitur qui filij patris Augustini esse uolumus, hanc sequi doctrinam necesse erit, scilicet induere Iesum Christum. Et hoc est exuere desideria carnis, quæ uersantur in comessationibus, ebrietatibus, cubilibus, impudicitijs, in contentione, & æmulatione. *Cœro.*

Mercator fatuus esset, qui omnem curam conuerteret ad ornatum nauis, & ibi sua firmaret desideria: cui sufficere debet eorum cura, quæ ad nauem sunt necessaria, ut sine periculo attingat portum. Sic de anima, & carne quæ nauis est, quæ ducta ducit: anima seipsam mediante corpore, ducit tanquàm instrumento. Cura igitur illius haberi debet ut instrumenti, sicut asini curam habet rusticus, aut serui dominus. Christus assumpsit carnem pro instrumento, ut nos illuminaret, & liberaret ab errore. Et quia iste fuit finis cur assumpsit carnem, non habuit curam carnis, nisi ad illum finem. Et quia illi fini seruiebat quod pateretur, in carne passus est. Cum igitur anima sit finis carnis, quæ quidem anima non desiderat, nisi fœlicitatem æternam: ad assequendum illum finem, anima carne uti debet tanquàm instrumento, & non curare, si propterea patiatur in carne. *Corpus.*

Quid est Christus, nisi uirtus uirtutum, seu uirtus consummata? si humilitas est uirtus, Christus est humilitas consummata: si obedientia est uirtus, Christus est obedientia consummata: si fides est uirtus, Christus est fides consummata: si spes est uirtus, Christus spes est consummata: si charitas est uirtus, Christus charitas consummata. Vnde ipse est Dominus uirtutum, & uirtus ipsa, sine qua nulla est uirtus perfecta. Et si ipsam uirtutem, satis propriè nominare uolueris, quæ est uirtus Christi, tunc est obedientia. Perfecta Anima rationalis, quę Christi formem obedientiam induit, meretur exaltari, usq; ad gloriam æternæ fœlicitatis. *Virtus.*

Excitationum Sexti Libri. Finis.

http://www.obrascatolicas.com

Excitationum
Excitationum ex Sermonibus Reuerendiſſimi Patris, Nicolai De Cuſa Cardinalis. Liber Septimus.

Ex ſermone. Spiritu ambulate.

Anima. Numerus.

PVlchrè quidam dicebant Philoſophi animã compoſitam ex eodem & diuerſo, & ipſam numero aſsimilabãt, q̃ eſt ſimplex & cõpoſitus. Sicut ternarius ſimplex eſt, quia non eſt diuiſibilis (non enim recipit neque minus) & tamen eſt compoſitus, ex pari & impari. Sed non eſt compoſitus, niſi ex ſeipſo: nam ante numerum, nihil concipi poteſt. Si enim concipis ante ternarium tres unitates, illæ non ſunt ternarium conſtituentes, niſi eas unitas concipias. Sed tres unitates unitæ, non ſunt niſi ternarius. Ex ſe igitur componitur. Et quia componitur: tunc eſt ex uno & altero, ſeu ex impari & pari, ſeu indiuiſibili & diuiſibili. Et quia ex ſe compoſitus eſt numerus: concipitur numerus, quaſi ſeipſum mouens. Ideò numero animam rationalem, aſsimilarunt: nam ipſa eſt ſimplex & compoſita, & non ex alio. Sed cum ipſa non ſit niſi immediate à Deo, qui eſt ipſa ſimplicitas: tunc eſt cadens à pura ſimplicitate, & eſt quaſi compoſita ſimplicitas. Sicut in aquila eſt quædam leuis grauitas, & ob hoc graditur ſuper terram, & uolat ad æthera: ſic & anima ſe conuertit ad ea, quæ ſubſunt alteritati, aut ad æterna inalterabilia, ſemper eodem modo ſe habentia. Vnde anima uidetur, quaſi uiuus numerus, ex pari ſeu partibili, & impari ſeu impartibili compoſitus: nam ipſa eſt uita, quæ concipi poteſt, quaſi numerus numerans: uita quidem, eſt compoſita ex ſenſibili ſeu partibili, & intellectuali ſeu impartibili. Et quia eſt ut uiuus numerus, tunc in ſe intuetur harmonias: menſurat enim ſenſibilem harmoniam extrinſecam, ex harmonia intrinſeca incorruptibili. Et poteſt anima concipi, quaſi numerus denarius uiuus, qui intra ſe habet numerum omnia numerantem, & omne id quod efficit in omnibus proportionem, ſeu harmoniam, ſiue pulchritudinem. Recipit enim muſicus artifex monochordum, & in illo efficit ex una proportione numerorum διὰ πασῶν, & ex alia habitudine διὰ τεσσάρων, ex alia διὰ πέντε, & ex illis harmonias: & nihil approbat in hac arte, niſi ad conformitatem naturæ ſuæ. Nam non ſcit cauſam, cur eſt harmonia ex uno & duobus, aut ex duobus & tribus: niſi quia in uoce reperit quandam concordantiam ad id, quod habet in ſe ex quo eſt, & diſſonantiam abhorret, quia non habet conformitatem ad eſſe ſuum. Vnde in ſe habet, unde menſurat & numerat, componit & diuidit quo modo & id quod intus gerit, exteris notis explicat. Sicut ſi ualor aurei denarij eſſet uiuus, ille explicare ſe poſſet, & multis aſsimilare rebus, & complicare poſſet aſsimilando multas res ſibi: ſicut ualor ducati, ſe expandit ſuper multos paruulos Veronenſes, aut marculos, & multorum talium in ſe complicat ualorem. Eſt enim intellectus, quaſi ualor intelligibilium per ipſum, quæ ſcilicet ſunt ſub ipſo, ut ſunt formæ ſenſibilium. Perfectio enim naturæ intellectualis, complicat omnem ſenſibilem perfectionem: ſicut cognitio intellectualis, omnem ſenſibilem ualet cognitionem, & omnem talem ambit, & ſe ſuper omnem talem expandit explicatiuè, & in ſe omnem unit & colligit complicatiuè. Sed quia neque ualor, neque proportio, aut aſsimilatio, uel explicatio, ſeu cõplicatio intelligi poteſt, niſi priùs intelligatur numerus: ideò anima, quæ de his omnib⁹ iudicia facit, rectè uiuo numero ſimilis dicitur, qui de omnibus his, ex ui propria poteſt iudicare. Quod ſi quis diceret, numerum eſſe quantitatem. Dico non ſic me dicere animam uiuam, numerum quaſi mathematicum, ſeu quantum, ſed ſubſtantialem, à quo effluit conceptus mathematicus in ſimilitudine. Nam numerus mathematicus, quendam numerum in ſe ſubſiſtentem præſupponit, qui de mathematico iudicium profert. Anima autem, non eſt nec

nec numerus, nec harmonia, neq; aliquid quod ſenſu capitur, aut imaginatione figuratur: ſed quia ipſa eſt creata, ut ei oſtendatur gloria omnipotentis creatoris, tunc habet intellectualem oculum, ad uidenda omnia opera Dei, & ad diſcernendum ſeu iudicãdum, ut poſsit eleuari, in admirationem gloriæ omnipotentis. Omnis autem diſcretio, ſine qua non eſt iudicium, numerum præſupponit: nam ſine uno & altero, nõ eſt diſcretio. Quomodo autem eſt poſsibile unum & alterum, ſine numero eſſe? Si igitur numerus efficit diſcretionem, anima, uiuus quidam numerus, dici poteſt de ſe numerum iudiciarium ſeu diſcretiuum, explicans. Si igitur anima ad hoc à Deo eſt, ut attingat uiſionem gloriæ maieſtatis eius: tunc non habet anima corpus, niſi ut uiſibilia Dei opera attingat, ad finẽ gloriæ Dei. Ideò non debet affigi carni, aut uiſibilibus, & dare ſe deſideriis corruptibilibus: ſed in omnibus ſe conuertere, ad magnificãdam gloriam magni Dei, & ſic per uiſibilia, ad inuiſibilem Deum ſe transferre, ut ipſe ſit finis intentus. Deus eſt ipſa bonitas, quæ ab omnibus deſideratur. Qui igitur deſideriis carnis inhæret, ille ibi ponit quietem, illi uenter Deus eſt. Sed ſpiritus, de cuiꝰ eſſentia non eſt caro nec ſanguis, abominatur hæc deſideria corruptibilia. Animalis autem homo, non percipit ea quæ ſpiritus ſunt. Deus autem bonus ſpiritus eſt, quẽ omnes boni ſpiritus deſiderant. Sunt igitur contraria deſideria: corruptibilis naturæ deſideria, ſunt de hoc ſenſibili mundo, & temporalia: incorruptibilis autem naturæ non, ſed ſunt deſideria uidendi gloriam regis pacifici, quæ gloria eſt pax, quæ exuperat omnem ſenſum, qua nihil lætius aut deſiderabilius cogitari poteſt. Vnde nos admonet Paulus, ut ſpiritu ambulemus, rationem ſubiungens, quia tales deſideria carnis non perficiunt.

Animalis homo.

Si quis uidet mulierem pulchram, & ambulat ſpiritu: talis Deo gloriam tribuit, & ſe conuertit, ad admirationem pulchritudinis infinitæ, cuius lucis hæc eſt remotiſsima quædam umbra. Is qui ſic ſpiritu ambulat, non perficit deſideria carnis, ſiue non mœchatur, aut uult mœchari cum illa muliere pulchra: nam non mouet ipſum pulchritudo carnaliter, ſed mouet ſpiritum, quo quidem ſpiritu, ambulat in admirationẽ gloriæ creatoris. Dum talis mouetur, ad deſiderandam legitimè unionem cum pulchra: in ſpiritu cogitat, quod pulchrum etiam in corruptibili materia, ſic attrahit ſuo modo, quomodo ipſa abſoluta & per ſe pulchritudo, ad ſe attrahit ſpiritum: & cogitat, qualis eſt hæc delectatio unionis ſpiritus cum ſapientia; quæ eſt ipſa pulchritudo, ſi tanta eſt carnis cum carne? Voluntas autem nõ poteſt ad aſſenſum cõpelli, licet fortè ob reſiſtentiam carnis, homo non poteſt ſenſu appetere quæ uellet, & quæ mens & uoluntas ipſa uult: nam in membris, eſt lex repugnans legimentis. Et quia omne peccatum uoluntarium, & lex eſt poſita propter tranſgreſſores: tunc qui ſpiritu ambulant, non ſunt ſub lege. Ideo dicit, quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Spiritus enim, ducit corda ſurſum ad Deum, caro autem deorſum. Chriſtus ſe dicit deſurſum, quia ducebatur ſpiritu: & Iudæos carnales de deorſum, quia non ſpiritu, ſed carne ducebantur.

Pulchritudo.

Lex carnis.

Lex ſpiritus.

Fructus motus, quo nos iubet ſpiritu ambulare, ut ait, ſunt charitas, gaudiũ & pax, & reliqua quæ enumerat Paulus: nam in hoc motu, ſe anima conuertit ad unitatem & identitatem. Ideò fructus illius, ſunt charitas, gaudium, pax: & hæc omnia quæ enumerat, ex unitate & identitate oriuntur & ſunt. Propterea ſunt æterna & ſtabilia, pergit enim anima ad unionem. Virtus autem, quæ tendit continuè ad unionem, augetur fortitudine: aduerſus tales, qui ſic ducuntur ut fructum afferant uitæ, non eſt lex poſita.

Ratio, cur caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: quia unumquodque agit, ſecundum formam ſuam. Sicut Colerici de facili iraſcuntur: Sanguinei, proni ſunt ut luxurientur. Caro autem eſt ut olla ſuccenſa, quæ feruet & bullit. Anima autem ſemper apponit ligna, ſcilicet nutrimenta uiua, tanquàm cibos & ſapores, & undiq; attrahit, unde flammam iſtam nutriat: per oculos pulchros colores, per aures melodias, per os dulces ſapores, per nares odores, & omnia illa recipit præter debitum finem, & ideò cor exipſis incenditur, & inflammatur. Etiam quia omnis caro corrupta eſt

Caro.

Anima.

http://www.obrascatolicas.com

& putrida, à qua exit fœtor corruptus, qui inficit plus quàm cibus corruptus. Et ideò cum anima sit curua, & inclinetur ad carnem, suscipit fetorem, qui de luxuria carnis exalat. Ideò non mirum, si (cum illis immanet, & non in se, in uiuam & in corruptam contemplationem, recipitur) corrumpitur, & brutalis efficitur.

Ex sermone. Qui me inuenerit inueniet uitam.

Mater Dei.

VIde mirabilem Deum, qui ab æterno præordinauit sibi temporalem matrẽ: æternitas creat sibi matrem, unde generetur. Sicut si scientia Philosophiæ æterna esset, & generaretur homo, qui omnẽ Philosophiæ artẽ haberet, cui nihil addi posset: tũc nõ esset alia ars æterna, & alia genita. Esset qdẽ simile, si Philosophia esset ars in se subsistẽs, & nõ accidens: ita ꝙ genitus esset Philosophꝰ & homo, & alterius naturæ ut Philosophus, & alterius ut homo: & in æterna natura artis Philosophiæ, subsisteret temporalis natura hominis, & Philosophia, esset creatrix illius hominis. Admiramur meritò, gloriosum Deum in Maria, quæ nõ est mater hominis, quin pariter & Dei, quia Θεοτόκος. Nã mater Christi, qui sic est homo, qđ & Deus. Sapientia Dei patris: qui sic est filius Dei, quod & hominis: qui sic homo, qđ & Deus.

Christus filius Dei, sine uirili semine, filius Mariæ: & tamen ex semine Abrahæ, secundum carnem. Quid potest dici altius, omnem capacitatem excedens, sine semine, & ex semine? natus de muliere, quæ uirgo. De muliere, quia ex semine Abrahæ: quæ uirgo, quia sine semine uirili. In Adam Eua, quæ & uirago, ipsa est mater omnium secundum carnem uiuentium: in Maria Christus, qui pater omnium secundum spiritum uiuentium. Eua, sine uirili semine de uiro: Christus, sine uirili semine de fœmina. Eua sine concupiscentia carnis à uiro: Christus, sine concupiscentia carnis de Maria.

Ex sermone. Cum omni militia cœlestis exercitus.

Esse. Non esse.

DEum esse, & ipsum esse ueritatem æternam, apud omnes est certissimum. nec ꝙ concipi potest ipsum non esse, nisi hoc dicatur per excellentiam. Nã si dicitur non esse, hoc uerum, modo quo nos alias res esse concipimus, ipsum non esse, quia est super omne esse illud, quod cadit in nostris conceptibus. Sicut æternum non est mensurabile, & ob hoc non dicitur duratio, modo quo omnem durationem, non aliter quàm mensurabilem, concipimus. Ideo de æternitate dicimus, ipsam non esse durationem, sed supra omnem durationem. Sed qđ Deus sit ipsa necessitas, ut qui non esse non possit: quisque uider. Nam si uerũ est hoc quod ipse sit: habeo ueritatem esse. Si uerum est ipsum non esse: habeo iterum ueritatem esse. Si sic dixeris, uerum esse ueritatem, & similiter dixeris, uerum esse ueritatẽ non esse: semper qualencũq; dixeris, contradictorie affirmas ipsam esse. Vnde ueritas est, esse absolutam essendi necessitatem, quæ est ipsa ueritas, ꝙ quam est omne id, quod est. Quare multò uerius est, quàm omne id, quod per ipsam est, quod est. Dico uerius: quia cum absoluta necessitas, non possit esse dependens ab alio: ipsa est in se subsistens, & nequaquàm est esse coarctatum ab alio, aut alijs. Sic autem non est, de esse humanitatis abstracto: nam sine hominibus non subsistit, & est esse coarctatum intra suos terminos, quia nõ ambit omne esse animalitatis. Taceo, qđ non ambit omne esse contingens. Sed si nõ essent in uniuerso nisi homines, quia essent abuno principio intellectiuo, cum homines sine naturę intellectualis: tale principiũ intellectuale, posset dici humanitas, non uia abstractionis ab hominibus dependens, sed quia ab illo principio, haberent homines humanum esse. Sic Deo attribuimus nomen essentiæ: quia ipse est principium, à quo omnia habent ut sint, non modo quo essentia abstrahitur ab ijs, quæ sunt per intellectum, sed quo ipsa essentia diuina sic, est in se, ut coincidat cum esse, & sit tale essendi rerum principium, ut in sua uirtute complicet actu, omne quod esse potest. Nec ꝙ potest aliqua creatura aliter sentire, quàm quod suus creator sit melior, quàm cogitari possit. Nam quomodo posset aliud creatura dicere de creatore, qui dedit ei esse, quod omnis creatura adeò excellenter esse bonum non

non hæsitat, ut non possit quicquàm melius concipi. Vnde non esse, non cadit in conceptũ. Et quia solum bonum intelligibile est: esse est bonum, & nõ esse malum. Quare non esse, nõ potest diligi. Et cũ una creatura nõ posset uelle, quod esset alia, nisi desineret prius esse: ideo cum non cadat desinere esse in conceptu, non potest una creatura consentire, ut sit alia. Contentatur igitur omnis creatura in esse suo tanquàm tali, sine quo non esset: & non appetit aliud esse, licet in ea specie in qua est, suum esse; uellet meliori modo esse, quo id infra ambitum speciei possibile foret, Plato uult esse Plato, licet doctior, aut sanior esse uelit, & ita de reliquis. Cum ergo hoc ita sit, quod Deus sit optimus, qui omnia ad finem optimum creauit: tunc propter seipsum, ut ait Salomon, operatus est, Sed (ut ait Dauid) bonorum meorum non indiges. Non igitur optimus creator, est indigens. Non ergo creauit omnia propter seipsum, nisi ut abundantiam suam participabilem faceret, in sui gloriam. Videmus enim omnes ratione utentes, ad honorem mire affici, & pro augmento honoris, terribilissima quęq; aggredi, & pro defensione eius, uitam exponere sensibilem. Quantò autem quis se nobiliorem existimat, tantò maiorem curam habet, ut honorem illibatum conseruet. Deum autem regem uniuersorum, omnes fatentur, etiam non solum Christiani, Iudæi, aut Sarraceni, qui unum Deum ut regem regum, & dominum dominantium colunt: sed etiam gentiles. Plato enim ipsum Deum regem: Aristoteles principẽ appellat. Dicebatq; Malachias Propheta Deum dixisse, rex magnus sum ego: & in hoc omnes concordant. De cuius regis regno, Christus rex euangelizauit, & nominat ipsum esse regnum cœlorum, quia dicit, cœlum thronum esse regis uniuersorum. Vnde cum omnes reges huius mundi, summa diligentia intẽdant, suam gloriam ostẽdere per magnifica sua opera: tunc rex regum, à quo ipsi hoc habent, maximè ad hoc omnia operatus est, no tam faceret gloriam suam. Ait enim Esaias eius nomine: omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam, creaui eum, formaui eum, & feci eum. Et populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Et si attendantur scripturæ, non aliud reperitur, nisi quod Deus ædificabit Sion, ubi uidebitur in gloria sua. Omnia igitur creata sunt, propter rationales spiritus, & ipsi ut uideãt gloriã Dei. Hic est ergo finis creationis, scilicet, ostensio gloriæ creatoris. Venire igitur ad uisionem gloriæ Dei, est attingere finem, & hæc est merces iusti.

Gloria.

Omnibus attentissimè consideratis, Deus ut optimo modo quo fieri posset, ostenderet gloriam suam, omnia per ipsum facta aut promissa sunt, & nihil casu accidit, ex omnibus quæ contigerunt qualitercũq; : sed causa est una, ut manifestatur gloria Dei. Per Assuerum enim instruimur: gerens enim typum regis regum, magnificentiam gloriæ suæ curauit ostendere, & posuit ibi gloriam, ut lætitiæ suæ faceret plures participes, quos ad conuiuium ualde solenne uocauit, & de suis diuitijs refecit. Eo quidem modo, Christus nos docuit, patrem suum, pro ostensione gloriæ suæ, multos ad cœnam uocasse. Nónne Salomon sibi fecit palatium ornatissimum, thronum pretiosissimum, familiam ornatissimam & ordinatissimam, exercitum potentissimum: ut uideretur per filias Sion in gloria sua, & ut ad fines terræ diuulgaretur gloria eius: ad quam famam regina Saba uenit, & plus inuenit quàm audiuit. Quid id aliud est, quàm ut doceamur, Deum regem nostrum, in Salomone gloriam suam ostendisse: & nos docuisse, ut in ænigmate & in speculo in his, eleuemur in admirationem gloriæ Dei, qui est rex gloriæ, & creator Salomonis, & omnium per quæ Salomon se ostendit gloriosum.

Regis nostri, non est maior uirtus & potentia, quàm gloria. Ipse est rex uirtutum, & gloriæ. Rex noster non est habens gloriam, sed est ipsa gloria infinita. Quare uidere ipsum, est uidere gloriam eius: & non uidebitur facie tenus, nisi in throno gloriæ, scilicet in cœlo immatabilitatis, per eos qui digni erunt.

Cum finis creationis, sit uisio gloriæ Dei, ad gloriam eius: tunc omnis spiritus tenetur usque ad contemptum sui, diligere gloriam Dei: & spiritus, qui suam diligit gloriam, usque ad contemptum Dei, est Deo contrarius. Nam nititur imminuere

http://www.obrascatolicas.com

gloriam Dei, & ſibi aſcribere quod Dei eſt: & hæc contrarietas, eſt ad gloriam Dei. Nam augetur gloria regis, qui habet potentem aduerſarium, quem expugnat & uincit. Victor triumphans rex noſter, contra regem ſuperbiæ, qui ſibi honorem Dei nititur uſurpare, habet ordinatiſſimum & potentiſſimum exercitum, cœleſtis militiæ.

Ex ſermone. Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.

Creatio. DEus omnia ſimul creauit: opera enim omnipotentis, non cadunt ſub tempore ſeu mora. Vnde quando Adam ſeu hominem creauit: tunc quia ipſum perfectum creauit, ordine quodam naturæ, primò fuit anima uiua, quæ ſibi ex materia adaptauit corpus: & anima illa corpus ſibi uniuit, ut corpus non in ſe, ſed in anima ſubſiſteret. Anima enim eſt uita, in qua uita, unum corpus ſubſiſtit. Hæc igitur adaptatio corporis, ab intellectu procedit, qui agit per rationem & cauſam, & propter finem. Nam intellectus ſibi corpus adaptans, ſe finem conſtituens, omnia corporis membra ad totum ordinat, et ſine ratione nihil reperitur factum. Intellectus igitur Adæ, primò creatus fuit ordine naturæ, per ſapientiam creatricem: deinde mediante intellectu, ſapientia formauit corpus. Et licet ſapientia operetur omnia in omnibus, ſicuti & Moyſes ei omnia attribuit, quando dicit, omnia Deum formaſſe, qui eſt abſoluta ſapientia: tamen poſt primam cauſam, quæ eſt Dei ſapientia, ſunt etiam aliæ cauſæ, quæ in uirtute primæ cauſæ, cauſant & operãtur. Sicut intellectus Adæ, operatus eſt in formatione corporis ſui, & dicitur ſuum: quia ipſe ſibi formauit, non ex ſua ſed Dei uirtute. Hæc natura intellectualis opus ſuũ diligens, quod propter ſeipſam operata eſt, ut oſtendat in eo uirtutẽ ſuam, ſibi uniuit, quatenus incorruptè in eo ſubſiſteret. Vnde in hoc corpore intelligentiæ, corpus primò factũ eſt animale ſeu ſenſibile, ut poſsit eſſe aptũ, unioni intelligentia. Sicut ſi uis uirilis generatiua in Adam, ſibiipſi mulierem de ſua ui ſumptã, formaſſet, cui ſe uniuiſſet adeò, ꝙ ex ipſis unum fieret, ad finem oſtenſionis uirtuis ſuæ in propagatione. Intelligentia igitur in Adam, adaptato ſibi corpore ſenſibili, fuit unita ſuo operi. Et hoc exprimit Moyſes, qui dicit: Deum in faciem eius ſpiraculũ uitæ inſpiraſſe, ut eſſet in animam uiuentẽ: uita illa eſt intellectus, qui ſolum uiuit. Nã id quod ignorat ſe uiuere: quomodo uiuit? Similitudo igitur creatoris uitæ, eſt ĩtellectus. Intellectꝰ in hoĩe, eſt ſuo operi inſpiratus, ſiue intrinſecè unitus: & in primò homine, ſupra tempus creato, in eodẽ nunc intellectus ſibi adaptauit animale corpus, & ipſum attraxit, in hypoſtaticã unionem ſui. Sed quia Deus uia propagationis, uoluit ex uno homine multos generari, quod ſine motu & tempore fieri non potuit: ideò quæ in Adam ſupra tempus contigerunt, in ſucceſſoribus ſine tẽpore non fiunt, ut ſit prius tempore animale ꝙ intellectuale, licet diſpoſitio animalis non fiat, niſi per motum naturæ, quæ ſubeſt imperio intelligentiæ, quæ præſidet motui. Chriſtus autẽ nouiſsimus Adam, ſecundũ formã primi, in hũc mundũ uenit, non ex propagatione ſed creatione. Nam cum Deus omnia ſapiẽtiſsime operetur, ideò intellectualem naturã propter ſeipſum creat, ut poſsit oſtendere ſapientiã ſuam, quũ alteri naturæ ꝙ ĩtellectuali, non ſit oſtẽſibilis. Nec eſt aliud intellectualis natura, ꝙ ſedes ſeu capacitas oſtẽſionis ſapientiæ. Sapiẽtia igitur, quę in omni intellectu relucet, unum intellectum humanũ ſibi creauit aptiſsimũ, quẽ uti opus ſuũ perfectiſsimũ, ſuꝑmè dilexit, et in ſuã unionẽ attraxit, ut medio eius, poſſet ſe oſtendere & diuitias ſuas notas facere. Vnde de puriſsima materia ſacratiſsimæ uirginis, ſeu ſubſtantia terræ, ſeu Adæ (quod idem eſt) ſapientia creatrix ipſius intellectus, & eidem unitus, humanum corpus effecit. Et hæc creatio intellectus, & unio eius, et fabricatio humani corporis ſupra omne tempus: in eodem nunc peracta ſunt, uti in Adam. Hoc ſolum refert quod ſapientia creatrix intellectus Adæ, ut melius oſtenderet diuitias glorię ſuæ, non recepit in unionem ſui intellectum Adæ, ſed permiſit eum ſuæ uoluntati. Et quia præuidit eum ſapientiã derelicturum, & ſuæ uoluntati & non ſapientiæ, adhæſurum: ideò non aſſumpſit illum hominem, in ſui conſortium, quoniam præuidit eum hominem propriã uoluntatem, diuino imperio prę-
laturum. In Chriſto autẽ recepit in unionem intellectum humanum, & ꝑ cõſequens naturam

naturam humanam, quẽ ideò dilexit præ conſortibus eius: quia præuidit eum nunquàm ſapientiam delicturum, nec humanæ uoluntati adhæſurũ, & ſibi uſq; ad mortem etiam turpiſsimam obediturum. Et quia nemo eſt ſine peccato ex propagatione Adæ, & non eſt repertus qui faceret bonum, & in unione ſapientiæ perſisteret, uſq; ad unum tantum, qui eſt Chriſtus: ideò ſoli Chriſto, inſeparabiliter adhæſit creatrix ſapientia. Adam factus eſt unus ex nobis, ſciens bonum & malum: hoc ſcire, eſt uiuere uita intellectuali. Sed quid uiuificat animam intellectualem, niſi Deus ſeu creatrix ſapientia? Intelligere enim, ab ipſa ſapientia oritur & paſcitur. Vnde intellectus coniunctus creatrici ſapientiæ, quia in eo inhabitat diuinitas: eſt ſpiritus, uiuificans omnem uiuentem intellectualem naturam. Omnis intellectus, eſt ſemper docibilis: ſed intellectus Chriſti eſt, in quo eſt ars omnipotentiæ, ideò doctor doceris ſeu illuminans lux, & magiſter ob ſapientiam; ad quam aſſumptus eſt, quæ eſt omnium artifex, & præſtat immortalitatem.

Ex ſermone: Vnde ememus panes.

Amor naturalis. EFfluit uita pueri à parente, & eidem parenti poſt effluxum, adhæret amore naturali, qui aliunde cauſam nullã habet, niſi quia eſt parens. Ad hunc amorem ſequitur conſeruatio eius, & nutritio: & hic amor eſt innocens. Deus igitur qui creditur dator uitæ animæ, cum ut dator talis innocenter amatur, datam uitam conſeruat & paſcit.

Ex ſermone: Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.

Amor ordinatus. Peccatum. AMor, motus eſt animæ. Aut igitur mouetur ordinatè: tunc mouetur rectè & iuſtè ad alium quem amat, ſcilicet Deum & proximum. Si inordinatè: tunc mouetur reflexè & curuè ad ſeipſum retorquendo, ita ut omnia propter ſe diligat, & ſeipſum finem conſtituat, ex quo ſurgit omne peccatum mortale. Somnus autem oritur, quando ſpiritus ſeu calor deſerit ſe expandere ad exteriora, & ſe contrahit ad interiora. Vigilia uerò, eſt diffuſio ſpiritus ad exteriora. Vnde ſomnus dicitur peccatum, ob hanc ſimilitudinem. Somnus immobilitat motum, immobilitat ſenſum, immobilitat actum, immobilitat influxum. Motus enim, procedit à corde propter finem: & finis eſt meliorijs, quæ ſunt ad finem: ut ſanitas melior medicina, & corpus indumento, & gratia pœnitentia.

Deſcenſus uerbi. Eſt radius diem efficiens, ad nos deſcendens, & à Sole non recedens. Sic eſt uerbum, ſeu ſapientia patris. Sicut ſapientia magiſtri, ad illuminandum diſcipulos, in nocte ignorantiæ exiſtentes, ad mentem eorum deſcendit, medio uerbi, et manet apud ipſum magiſtrum.

Ex ſermone: Iterum uenturus eſt iudicare.

Regeneratio. SIcut enim ipſe creator, per uerbum ſuum omnia ſimul creauit, et tamen quodlibet creatum, ſingulariter locum ſibi debitum ſortitum eſt: ſic fiet in regeneratione, cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, quando mortui audient uocem filij Dei, & uiuent. Vidi ego dormientibus remigibus, uentum ualidum turbare mare, & rectorem in fiſtulam inſufflare, ad quem ſonum, omnes ſubitò excitatos, quemlibet ad locum ſibi deputatum currere. Similiter exercitu dormiente, dum dux tubæ uocem emittit, quiſque euigilans ad ſuum præfectum accurrit, & quæ debet efficit.

Gloria inordinata. Placuit Deo creare naturam intellectualem, cui oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ. Et quia hæc oſtenſio non potuit fieri, niſi per ſapientiam, per quam ipſam creauit, & obedientiam naturę creatæ: orta eſt diſſenſio in cœlo, ſeu natura cœleſti ali. Nam qui erat inter omnes lucidior, atq; Deo ſimilior: non uia gratiæ oſtẽſionis ſeu reuelationis, ſed arrogantiæ naturæ & præſumptionis, aſcendere nitebatur ſolium, & ſimilis fieri altiſsimo, nolens dare gloriam Deo, ſed contendens illam ſibi ſua ſponte uſurpare. Et ita gloriam ſuam quæſiuit, quòd gloriã Dei cõtempſit. Sapientia creatoris, Diabolus.

eſt

http://www.obrascatolicas.com

est similitudo & figura substantiæ eius, quam Lucifer usurpare contendebat. Verbum Dei per quod Deus fecit & sæcula, quod non est nisi creatrix sapientia, omni creaturæ secundum naturam incomprehensibilis: concitauit fideles angelos, in eius obedientia stantes, aduersus scilicet illum superbum draconem, & exercitum eius. Vnde factum est, quod diabolus de cœlo eiectus, se contineret super terram, secumque attulit uæ, ut scribitur: uæ terræ & mari, quia descendit ad uos diabolus, habens iram magnam.

Mahumet. Primam bestiam, de aqua seu mari ascendentem, possumus Mahumet intelligere, cuius nomen ex מים, hoc est aqua ortum est: & secundam bestiam esse Antichristū, qui in speciem agni, & in uerbo draconis, ueniet cum signis. Ioannes autem, ponens numerum nominis eius esse 666, loquitur fortè de prima bestia principali, scilicet Mahumet, cuius imaginem facit secunda bestia adorare, qui in tot annis Arabum post Christum populum seduxit.

Mortuo mundo, & omnibus dissolutis connexionibus, resuscitabit iudex mortuos de pulueribus, & cœlum & terram & omnia, ui ignea innouabit: & dabit pacem omnibus motibus, separando lucem à tenebris: & assignabit regnum lucis, bonis & benedictis fidelibus, & tenebrarum maledictis. Ioannes dicit, quod regnabit bestia illa, quadraginta duobus mensibus: diem computando pro anno, erunt anni 1260. Et secundum hoc, adhuc regnaturus esset, quasi quadringentis annis. Ait Matthæus, uæ tibi Corazaim: & reperitur, quod Mahumet fuit de Corais, et est ciuitas mercatorum in Arabia Sed non uidetur Christus loqui de illa Corai, sed de Corozaim, in qua fecit Deus uirtutes, quæ non est in Arabia.

Ex sermone. Mitto angelum meum ante faciem tuam.

Ars. Sapientia. Aduentus. VIderunt oculo mentis patres artem, per quam Deus fecit sæcula, quę & æterna Dei sapientia dicitur, quæ est panis uitæ intellectualis naturæ, & crediderunt, illum panem de cœlo descensurum ad nos, & in nostra natura, tanquàm reparatorem in plenitudine gratiæ, se uisibilem ostensurum. Sicut si quis artem gubernandi populum, ut lætè & quietè simul suos dies ducerent: mentis oculo, quasi lucidā legē, uideret: sicut Aristoteles & Plato in Politicis, eam mente uidisse ignoscunt, & ut uiderūt scripsisse. Deinde lex illa intellectualis in Salomone rege, uideretur incarnata, quæ ut lex uiua sensibiliter in gubernatione & iudicio appareret: rex ille Salomon uenturus in mūdum esset ille idē, quo ad regimen, qui uisus fuit mente Philosophorum. Sic Christus idem, qui oculo Prophetarum, uisus fuit esse in æternitate, & credebatur uenturus. Per sapientiam, omnes reges regnant. Et omnes sanè confiterentur si uiuerent, qui de regimine scripserunt, de cuiuslibet regimine seu moribus, sapientiam in se complicare, quicquid scribi de his posset: & ob hoc si ipsam perfectè uni inesse contingeret, quod talis esset rex regum, & pax, & salus omnium populorum, atq; cuiuslibet. Cum ergo omnes ratione uigentes, participent de ipsa sapiētia, & non sit adeò sapiēs in mūdo, quin uideatur in eo aliquis defectus, propter quē cognoscatur sapientior posibilis, hæc autem posibilitas (nisi in effectū perueniat) non est id à Deo factū, quod est posibile fieri, & deficit perfectio, ideò si debet in effectū peruenire, necesse est, quod diuinæ & incorruptibilis sapientiæ plenitudo, inhabitet illum corporaliter seu essentialiter uti est, non accidentaliter seu participatiuè sed corporaliter, sic qđ omnes sapientes participatione illius sapientiæ, sint tā tū id qđ sunt. Et hūc in lumine naturę, in quo omnium defectum uidemus, in eius cōparatione; omnes sapientes præuidisse futurum potuerunt, tanquàm plenitudinem, diuitiarum & thesaurum desiderabilium. Hanc plenitudinem uirtutis uiuificantis, Christum regem regum, opera quæ fecit circa medelam sensibilis rationalis uitæ, uenisse ostenderunt, quæ nemo ante eum operatus est.

Desiderium spiritus. Spiritus quantò nobiliorem habuerit generationis gratiam, tantò se meliùs cognoscit uinculatum, sub terminis potentiæ naturæ finitæ, & quod seipsum liberare non potest ab infirmitate naturæ, & pergere ad comprehensionem æternæ uitæ, quæ est in fonte seu creatore. Aliquid igitur supra omnem mensuram comprehen

comprehensionis, desiderat nobilis spiritus, & ingemiscit: quia id quod maximè desiderat, apprehendere nequit. Vnde cum hoc desiderium, apprehendendi uitam in sua æternitate & immortalitate, omnibus nobilibus intellectualibus spiritibus insit, qui scilicet suam uitam, intellectualiter intelligere summè cupiunt: tunc cognoscunt, illum qui de gratia sua, hanc dedit nobilē immortalis desiderij naturam: quod non dedit eam tali desiderio feruidam, sine spe assequendi: nam alias esset dare tormentum, quod optimo Deo non est ascribendum, qui solum nouit dare bona. Vnde omnes Prophetæ & sapientes, etiam ex gentibus, uidētes ex se non posse ad hoc quod spiritus desiderat attingere, etiam scientes, non frustra hoc eis desiderium inesse, affirmarunt, illum qui dedit hoc tale naturæ intellectuali desiderium, etiam gratiam assequendi daturum. Hæc autem gratia, quæ est suppletio defectuum naturæ, necessariò erit in aliq uo, gratia generationis, per quem gratia regenerationis, in omnes ueniet. Nemo autem dubitat, si perfectè artem uiuificandi sciret, quod tunc uiueret semper, quia non sineret se ad mortem uenire, quam tantum abhorret. Quare ueteres exoptarunt, quo dars uitæ immortalis, quæ ab omnibus appetitur, inueniretur cognata uni per gratiā generationis, qui ipsā omni spiritui intellectuali posset cōmunicare. Deus autē est uita immortalis, & ars uitæ est sapiētia, seu filius eius. Vnde hic est saluator, qui regenerat nos lumine sapiētiæ, seu artis immortalis, ad assequendū ultimū desideriorum. Dicit Iesus: minorē in regno cœlorum, esse maiorem Ioanne. Minor enim in regno cœlorū, est uere regeneratus ad uitā immortalem. *Regeneratio.* Ioannes autē, non nisi fide: credidit enim saluatorem quē omnes expectabāt uenturum, & se per ipsū regenerationem habiturū, quam nondū in re fuerat assequutus. Nemo enim illā uitam poterit assequi in re, nisi ista uita sēsibili mortua. Vnde fides est uirtus, quæ ducit de mortali ad immortalē: est enim uia transitus, de gratia generationis in hoc mundo, ad gratiā regenerationis in alio mūdo. Ioānes in Apocalypsi (ut Matthias de Suetia exponit) cōparat scientiā creationis Lunæ: & sapientiam regenerationis, Soli. Et cōparatur ideò Soli, quia est opus supremæ sapiētiæ, in qua est lux illuminans, simul & calor seu charitas uiuificans. Sicut enim in Sole, lux coincidit cum calore: sic in sapiētia, sciētia scilicet cum charitate. Nam est sapida scientia. Rectè considerat rationalis spiritus, se mortuum potius quā uiuū: quia in *Defectus spiritus.* omnibus uiribus suis, non reperit uitalem motum, sed potius à uita elongatum, accedioſum, tristem, & somnolentum in æternis & perpetuis, & uelocem in corruptibilibus, atq; ultimo nō se reperit liberū & pauperē, in qua paupertate spiritus, cōplicātur omnes diuitiæ. Sed reperit in se uigere propriam uolūtatem, quæ ipsum totaliter occupat, & putat se diuitem, quando illam habet & tamen in illis diuitijs, est summus defectus, quia Dei uoluntas quæ Deus est, ibi deest, ubi propria regnat. Vbi autem Deus abest, nihil boni adesse potest, cum nemo bonus, nisi Deus. Hæ sunt infirmitates spiritus, non nisi per Christum curabiles: ille enim qui potest tollere cæcitatem ignorantiæ, à spiritu rationali, est dator uitæ: nam mors intellectus, est ignorantia, cuius delectatio est intelligere, in quo autem delectatur, uiuit cum lætitia. Vnde dare oculo uisum, seu menti intelligētiam, spectat ad sapientiam seu uerbum, siue rationem infinitam. Dare motū claudo, scilicet ut recto corde ad æterna moueatur, non claudicando, ad sensibilia declinando, & eis inhærendo, seu in eis pedē figēdo: est iustitiæ infinitæ. Sanare spiritū à cōtagione leprosa carnalis cōcupiscētiæ, ut sit angelus incarnatus: est cœlestialis medici. Auditū reparare, ut recipiat in intellectu fide certa, uerbū omnipotētis Dei: est artis infinitæ. Mortuū spiritū resuscitare: est opus creatoris. Expoliare spiritum propria uoluntate, & induere illum uolūtate Dei, ita quod non sit in eo nisi charitas Dei, quæ Euangelistā ex eo efficit, ut reuelet eum, quem portat in spiritu: non est nisi saluatoris omnium. Vnde ille spiritus rectè beatus dicitur, qui non scandalizatur, quando uidet tales mirabiles uirtutes in hominibus, & dat gloriam Deo, & non arti magicæ, aut spiritui erroris, non hæsitans, illum qui hæc mirabilia operatur, etiam filium Dei uiui. Ille enim reperit Messiam, à quo non recedit, quia scit ipsum habere uerba uitæ æternę. Quemadmodum Petrus

beatus

http://www.obrascatolicas.com

beatus erat, qui à Christo ſaluationem aſſequutus, pauper per omnia euangelizabat regnũ æternum. Immutatio enim illa, ubi rudis piſcator piſcium, factus eſt Theologꝰ ſummus, qui piſcaretur homines: oſtendit etiam Chriſtum, in quo diuina erat ſapientia, quæ hanc fecit immutationem miraculoſam & ſtupendam. Quod autem iſtæ infirmitates ſpiritualiter intellectę, ad ſpiritum referantur: in multis reperitur ſcripturis, quæ de cæcitate cordis, & cæcis cæcorum ducibus, & de cæcis & claudis ad cœnam agni inducendis, & de p̃cepto, ubi Ieſus ſurdo & muto ſpiritui præcepit, & de mortuis ſuos mortuos ſepelientibus, & in peccatis & delictis mortuis, loquuntur. Vnde diuerſæ omnes illæ infirmitates in corpore, ſunt una & eadem infirmitas in ſpiritu: ubi uidere eſt audire, ibi cæcitas eſt ſurditas: ubi uidere eſt uiuere, ibi cæcitas eſt mors: ubi affectus eſt motus, ibi infirmitas eſt claudicatio & lepra. Vnde ſicut Chriſtus cæcum, mutum, & ſurdum, uno uerbo curauit: ita uenit ſaluatio integra, cum ſpũ ſapientiæ, ſcilicet ſpiritu Ieſu. Sicut cũ Adam creabatur per ſapientiã in uno momẽto, ſimul omnes ſenſus creabantur. Sed ad hoc, quod quis talem aſſequatur Chriſtiformem ſpiritum: neceſſe erit, quod omnia quæ in mundo Chriſtum præceſſerunt, in eo ſimiliter qui minor eſt mundus, præcedant. Vnde primò præcedit Adam, & tranſit aſcendendo, uſq; quò fiat Noe, ut ſaluetur in arca. Deinde, fiat Abraham fidelis, deinde Iſaac, deinde Iacob, & uadat in Aegyptum. Deinde ducatur per mare rubrum per Moyſen, & per deſertum. Ac ut ducatur in terram ſanctam per Ioſue, & proficiat in ciuitate ſancta Hieruſalem, ut fiat ſpiritus doctus, aptus ad uiſionem ſeu prophetiã, atq; etiam aptus ad regendum & offerẽdum, ut ſit regalis & ſacerdotalis, & in eo habitet ſpiritus ardens, quaſi ignis, ut in Helia & Ioanne: ut ſic demum fiat ſpiritus humillimus, & caſtiſsimæ fœcunditatis, ut ſpiritus Mariæ, in quo uirtute altiſsimi obũbrante, capi poſsit lux illa, tranſmutãs terrenum in cœleſtiale, qui eſt ſpiritus Ieſu: & ut ſaltem ſpiritus ſit purgatus, per tranſcurſum totius ueteris legis, per leges & Prophetas. Attendere habet, quomodo leges & Prophetas Ioannem terminare, ueritas aperit: quoniam ipſe quàm breuiſsimè oſtendit omnia quæ occultata ſunt in lege & Prophetis: & eſt angelus, purgans ante faciem ſpiritus Dei ſaluatoris. Clamat ſpiritus ſacerdotis magni Ioannis, quatenus pœnitentiam agat unuſquiſq; qui ſaluari cupit, & regnum uitæ æternæ adipiſci: quoniam appropinquat (ait) regnum cœlorum. Purgari igitur debet ſpiritus noſter per angelum, ut fiat cœleſtialis, per abiectionẽ terrenorum. Tunc erit capax lucis ſolaris, Solis ſcilicet iuſtitiæ, cuius lumen in purgatis ſtellis, recipitur uti eſt incorrupté, & quod cum induetur ſpiritus noſter Chriſti uerbum, & etiam mouetur uerbum Dei, quod in ſe habet omnem ueritatem, & quo omnis qui hoc uerbum fide accipit, experietur Deum eſſe ueracem, & in eo omnia conſequi nos poſſe, quoniam eſt plenitudo gratię, de qua plenitudine, omnia quę nobis deficiunt, nos credentes recipere poterimus, & ad Chriſti conformitatem accedere. Quoniam uidemus, quod illi adhærere, eſt uniri ſummo bono, & in quo ſolùm ſpes ponenda eſt, qui ſolus potens, uerax, pius, & miſericors eſt. Spiritus igitur noſter, efficitur hac doctrina Ioannis Baptiſtæ, conformis angelo & uirtuti Heliæ, igneus ſcilicet & purgans, omne combuſtibile conſumens: ut ſolùm maneat aptus, ad recipiendam lucem cœleſtem æternæ ſapientiæ, quemadmodum cum rota Solaris dum aptaretur, ut in ea perpetua lux inhabitaret, igne purgata eſt, ab omni contrarietate, & elementorum fluxibilitate, ut fieret aptum ſubiectum incorruptibilis lucis.

Adhærentia. Moriturus Ioannes, miſit diſcipulos ad benigniſsimum Dominum, ut faceret eos eidem commendatos, propter adhærentiam ſingularem: ut uidentes opera eius, ei adhærerent, ut ſcilicet poſtquàm uiderent ipſum unum, à quo omnia, ei adhærerent. In omnibus enim eſt deuenire ad primum: ſicut in motu lapidis per baculum, deuenitur de baculo ad manum, de manu ad uirtutem animę: anima autem per ſe mouet. Sic de lucidis, ad Solem fontem lucis deuenitur. Sic extra omne genus, deuenitur ad primam cauſam, quæ eſt Deus, & ſaluator noſter.

Cur item miſit Ioannes ad Ieſum? ut diſcipuli, qui fuerunt partiales pro eo, nolentes

lentes credere Chriſtum maiorem: uiderent illa, quæ legerunt in Prophetis de Chriſto, & ſic crederent. Sic ut in Luca ſcribitur, illa uiderunt, quæ de Chriſto Eſaias ſcripſit, uti & Chriſtus Lucæ quarto declarauit.

Ex ſermone: Medius ueſtrum ſtetit.

BAptiſmus Ioannis erat formam habens aquæ lauantis ſenſibiliter: ſed non erat adhuc ſpiritus infuſus, ut lauaret animam, ſicut aqua frigida non abſtergit maculas penetrantes, licet ab extrinſeco uideatur abluere. Sed ſuperueniente ſpiritu caloris ex igne in ipſam, interiora ueſtis emundat. Spiritus Ieſu, eſt gratia, quæ de plenitudine eius effluit in credentes, & ſacramento fidei, ſcilicet baptiſmate, ſe credere lauari oſtendentes. Sic ſcriptura ueteris teſtamenti, eſt ut corpus, cui Chriſtus uerbo ſuo ſpiritum addidit. Ipſe enim nobis aperuit ſcripturas, uerbo doctrinæ, in quo ſpiritum infudit. Vnde niſi ipſe dederit ſpiritum, non intelligitur ſcriptura ut uiuificet, & delectationem in noſtro ſpiritu generet.

Philoſophi quidam puta Platonici, poſt Pythagoram loquuti ſunt de migratione animarum, ſcilicet animam unam, poſſe diuerſa corpora ſucceſsiuè animare: licet id quod de anima dixerunt, non poſsit eſſe uerum, cum una anima ſit ſicad ſuum corpus proportionata, quòd impoſsibile ſit ipſam aliud corpus animare: tamen de ſpiritu, quo anima mouetur, poteſt hoc intelligi, qui poteſt unus eſſe ſic, quòd licet in uno uideatur mortuus & defeciſſe, quòd tamen in alio reſuſcitetur, ut hic fatentur Phariſæi, in quæſtionibus Ioanni motis. Sic dum Chriſtus in mundo prædicaret, & miracula faceret, mortuo Ioanne: alij dicebant eum Ioannem Baptiſtam, alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex Prophetis. Ecce non quòd Ieſus eſſet Ioannes, aut Helias perſonaliter: ſed quòd eſſet in eo ſpiritus, qui in Ioanne aut Helia. Quomodo autem ibi unus ſpiritus eſt, ubi una fides: intelligitur, ſi attendimus quòd fides una in multis ſuſcitat ſpiritum, ut fortificetur in uirtute illius, cui credit. *Spiritus.*

Ex uerbo Saluatoris noſtri, ſuſcitatus eſt ſpiritus bonus ipſius Ieſu in multis fidelibus, qui ipſum aut eius Apoſtolos audierunt.

Spiritus Chriſti, quia Chriſtus filius Dei: attrahit omnem rationalem ſpiritum, ſicut fama Platonis, attraxit diſcipulos, cui attracto, communicauit ſapientiam uiuam, quæ eſt ſapientia magiſtri, ut etiam fructificaret. Sicut lapis magnes attrahit ferrum, cui communicat ſpiritum ſuum attractiuum: ut attractum in unionem cum magnete, etiam attrahat aliud ferrum, quod medio eius coniungitur magneti, ſeu uirtuti. Et ita de multis annulis ferreis, qui quaſi cathena ſurſum colligantur, per uirtutem unam ſeu ſpiritum unum, ſurſum quaſi per gratiam magnetis, natura grauitatis ferri quæ ad centrum inclinatur, non obſtante. Vis enim magnetis, trãsfuſa per primum, annulum: efficit quòd infimum primi, trahit ſupremum ſecundi annuli, & ita deinceps. Ita uidemus in omnibus mirabili Dei uirtute ordinatum, infimum ſuperioris, iungi ſupremo inferioris. *Attractio.* *Pulchrum.* *Magnes.*

Si uolumus capere naturalem, & deinde gratioſum amorem, & mediationem Chriſti: neceſſe eſt, ut recurramus ad exemplũ, et non occurrit magis ſenſibile, quàm in magnete. Conſidera, quomodo magnes diffundit ſpiritũ ſuum ſuper ferrũ orbiculariter: & non recipitur, niſi ferrũ ſit capax uirtutis. Sicut uerbũ magiſtri, diffundit ſpiritũ intelligentię ſuper intellectũ diſcipulorũ: & ubi eſt capacitas ſeu ingenium, quod poteſt ſpiritu moueri, ibi recipitur. Sic uerbũ filij Dei diffundit ſpiritũ ſapientiæ, ſuper omnem intellectualẽ naturã: & non eſt capax eius niſi ille, qui eſt formata fide purgatus. Sicut ferrũ, non eſt capax influentiæ magnetis, ſi eſt eruginoſum, aut (ut ſcripſerũt aliqui) fœtido allio circumlinitũ, aut affixũ ponderoſo. Oportet enim quòd ſit purũ & liberũ, & quãtò purius, tantò capacius. Et quando ignitur, tũc de ſe percuſſum, proijcit ſquamas immũditiæ. Sic igne fidei, ſpiritũ noſtrũ ſubintrãte, excutiũtur tenebroſæ denſitates, ut capacitas ſpiritus ſapientiæ oriatur. Hic ignis fidei per uerbum Chriſti, cuius eloquium eſt ignitum uehementer, immittitur, & purgat (ut ipſe ait) diſcipulos mũdos, & ſermone ipſius fide purgãs corda. Et hæc purgatio eſt

http://www.obrascatolicas.com

eſt baptiſmus, ſeu lotio ſpiritus, quæ ſpiritu Dei igneo adaptatur ad obedientiam, ſi cut ferrum ad obedientiam magnetis, & arida terra per immiſsionem humiditatis, ad aptatur ad obedientiam figuli. Poſſunt in magnete plures ſimilitudines reperiri, quæ nos iuuant, ad intelligentiam myſteriorum. Nam experimur, ipſum unicum lapidem habere eſſentiam, uirtutem, operationem: unde imaginem trinitatis relucere in ipſo, conſpicimus. Eſt enim unus lapis, & trinus. In eo enim experimur, operationē ſpiritualem: ſpirat enim de ſe ſpiritum inuiſibilem, ſcilicet uirtutem motiuam, quæ mouet ferrum alioqui immobile. Hæc operatio, procedit à uirtute ſeu potentia, quæ eſt in eſſentia eius: uirtus uerò, de unitate ſeu entitate oritur, quantò enim uirtus magis unita, tantò maior ſeu fortior. Infinita enim uirtus ſeu potentia, oritur ab infinita entitate ſeu unitate. Vnde experimur, entitatem ſeu unitatem, in eſſentia magnetis eſſe, à qua potentia ſeu uirtus: ex quibus ſpiratur ſeu procedit ſpiritus mouēs, quem in ferro moto experimur. Eſto igitur, quod magnes ſit principium ſeu mater ferri (ut dicunt Naturales) tunc eo modo aliquatenus concipiatur, Deus principium intellectualis naturæ. Et ut tale principiū, uocetur Deus ſapientia: in qua ſapientia, unitatem ſeu entitatem conſideremus, ſcilicet principium ſine principio, ſeu patrem: uirtutem ſeu potentiam principium de principio, ſeu filium: operationem uerò procedentem ab utroq́, quæ delectabiliter & ſemper ſpiratur, ſpiritum ſanctum. In eſſentia igitur ſimpliciſsima infinitæ ſapientiæ: entitatem, potentiam, & ſpiritum, in ſimilitudine eſſentiæ magnetis intuemur. Et ſicut ferrum de ſe non habet motum alium, quàm ſecundum grauitatem deorſum, niſi ſpiritus principij ſui, ſcilicet magnetis, obūbret ipſum: ita & omnis creatura intellectualis, caret motu ſurſum ad ſuum principium, ſcilicet ſapientiam, quæ Deus eſt, niſi ſpiritus ſanctus ſuperueniat, & obumbret ipſum. Quemadmodū ad conceptionem Chriſti, mota eſt uirginitas Mariæ, alioqui motu generationis carens. Et ſicut entitas magnetis, ſuo ſpiritu qui ab eo procedit, motu attractionis, ad uirtutem ſuam attrahit ferrum, et unit cum ſua uirtute, ut medio uirtutis ſuæ ſibi uniatur: ſic entitas ſapientiæ æternæ, ſuo ſpiritu qui ab ea procedit, attractiuè mouet intellectualem naturam, & ipſam attrahit ad ſuam uirtutem, ut medio uirtutis ſibi uniatur, ut ait unicus magiſter ſeu mediator Chriſtus: nemo (inquit) poteſt ad me uenire, niſi pater meus traxerit eum. Vis autem magnetis, recipit in ſui unionem ferrum attractum, ſicut et mediator dicit: omne quod ad me uenit, non eiici am foras. Niſi enim uirtus magnetis, teneret ferrum in aere, caderet inferiùs, & ſepararetur à principio ſuo, cui ſolùm adhærere uellet. Et ideò ibi exiſtens, eſt in ſine deſiderij, in loco ſcilicet quietis. Quare non eſt nec graue nec leue, uti ſunt ea, quæ alium locum appetunt, quàm habent. Experimur autem, ferrum adhærens magneti, non eſſe graue nec leue: quia pondus magnetis in ſtatera, per adhæſionem attracti ferri, non augetur nec minuitur. Sic etiam omnis rationalis creatura, ſine uirtute patris (quæ uirtus, eſt medium connexionis) caderet ſecundùm propriam naturam à ſuo principio, cui ſolùm adhærere cupit, ut Philippus Apoſtolus atteſtabatur: oſtende nobis patrem & ſufficit. Deus enim, eſt locus quietis. Vnde anima iuncta uerbo uitæ, ſuæ ſcilicet ſapientiæ æternæ, non deſiderat aliud. Ibi igitur quieſcit æternaliter, & nō eſt locus quietis, niſi ibi. Rectè itaq́ dicebat ſanctus Auguſtinus, quod quia Deus ad ſe creauit animam rationalem: ideò inquietum eſt omne cor, quouſq́ ad ipſam perueniat. Et dictum Apoſtoli, de purgatione animarum per uerbum Dei, poteſt intelligi in ſublatione inquietudinis. Nam fluctuatio & inſtabilitas, ueniens ex ſeparatione animæ à Deo, non niſi à peccato eſt, ut ait Eſaias: peccata ueſtra diuiſerunt inter uos & Deum ueſtrum. Verbum autem Dei, purgat peccata: quia liberat à fluctatione, & figit in uno, quum ſit uerbum ueritatis, in ſæculum ſæculi permanentis: portat enim omnia uerbo uirtutis ſuæ, ſaluator noſter, quia figura ſubſtātiæ Dei patris. Spiritus magnetis, deſcendens ſuper ferrum: non propterea recedit de magnete, neque ſpiritus ille unitur ferro, ut ex ipſo & ferro fiat unum, licet ei ut motor uniatur, quia ipſam mouet: ſic ſpiritus ſanctus, deſcendit in animas ſanctas purgatas, non tamen à patre & filio recedendo, neque unitur ei anima in quam deſcendit hypoſtaticè, ſed obedien

obedientialiter, ut motori uiuificanti, quia delectabile ad deſideratum mouet. Sic fuit anima Prophetæ mota, qui dicebat: ſicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus, ſitiuit anima mea, ad te Deum fortem uiuum. Vis magnetis unitur ferro, quando confricatur ferrū cum magnete, ita quod uirtus magnetis manet uti erat, & ad ſui unionem, ferrum mediante motu ſeu ſpiritu mouente, peruenit: non tamen uis illa magnetis quæ unitur ferro, propterea mutatur & ſeparatur, ſeu recedit à magnete. Neq́ entitas magnetis, eſt unita ferro, neq́ ſpiritus magnetis, eſt unitus ferro: ſed ſola potentia ſeu uirtus, à quo ita procedit ſpiritus, ſicut ab entitate magnetis. Sicut in Sole ſunt lux, ſplendor, & calor: & ſplendor unitur, colori, & non lux nec calor: & in roſa ſapor, color, & odor: & color unitur uiſui, & non ſapor aut odor. Sic filius, ſeu uirtus, ſiue potentia Dei patris, abſq́ ſui immutatione, ſola eſt unita humanitati in Chriſto, nō recedens à patre. Et nō eſt humanitas, in unitatem hypoſtaticā patris aut ſpūs ſancti, aſſumpta, ſed tantum filij. Et ab illa uirtute, ſic eſſentiæ unita, procedit, ſeu mittitur ſpūs ſanctus ſicut à patre. Vnde ferrū, ex contactu in unitatē uirtutis magnetis aſſumptum, mittit ſpiritū patris magnetis, qui eſt & ſuus, ad mouendum aliud ferrum ut ei uniatur, & eo medio pertingat ad quietem. Ideò uera & uiua imago magnetis, in ferro incorporata, attrahit. Sic ſpiritus filij, mittitur in corda fidelium, & attrahendo mouet delectabile, ad infinitā ſapientiam, quā ſolùm deſiderat. Et ſicut acus, cui unita eſt uis magnetis in pyxide nauigantium, mouetur ad motum ferri in manu hominis, ipſum ferrum tenentis & mouentis: ſic mediator noſter, non deſerit animas continuè reſpicere, qualitercunq́ motu corporis moueantur ut per eum nunquam ſtet, quò minus ad principatum eius, medio eius perueniant. Poterit hoc exemplo melius intelligi id, quod mediator Dei & hominum, dicit de ſe: quo modo pater ſuus & ipſe operantur. Et quomodo ipſe nihil facit niſi quod uiderit patrem ſuum facientem, & ex ſe nihil faciat. Et ſicut pater uiuificat, ita & ipſe, & reſuſcitat mortuos: & qui audiuerint uocem eius, uiuent. Et quomodo modo eſt reſurrectio, & uita. Siquidem ferrum in uirtute magnetis aſſumptū, opera quæ magnes facit, etiam ferrū illud facit, & ex ſe nihil: & uiuificat, & reſuſcitat, ſicut magnes: & quidquid circa hoc dicitur, melius ſenſibili exemplo intelligitur. Sic & illud Ioannis in Canonica ſua: In hoc cognoſcimus quoniā in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſuo, dedit nobis. Et gaudere debemus de præſētia Chriſti. Sed quia ipſe eſt pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum: ideò bene intelligitur ſummū gaudium eſſe, in unione creaturæ cum creatore, ſeu principio fontali ſui eſſe, quæ eſt quies, exuperans omnem ſenſum & gaudium infinitum. Sicut enim uirtus magnetis, uniens ferrum cum principio, ſcilicet magnete, eſt pax æterna, ſemper uniens & conſeruans: ſic Chriſtus eſt pax noſtra, ut ſimus in Chriſto, ſicut ipſe in patre, & per ipſum in patre ſeu fonte delectabiliſſimæ uitæ noſtræ, in deſideratiſſima immortalitate. Vnde quo modo Chriſtus ſit mediator Dei & hominum, & pax uiuificans ſeu uniens, & uia, & oſtium, & ueritas, & uita, & quæq́ talia: aliquo modo exemplo dicto meliùs capiuntur, ſi de ſenſibili imagine, ad intelligibilem ueritatem tranſilimus. Magnes enim ille, qui eſt rerum omnium parens & creator, omnia tenens, ne in nihilum unde uenerunt redeant, ſuper omnem creaturam exaltatus, omnem intellectum excedens,, & incognitus: ut cognoſceretur in hanc regionem, uirtutem inuiſibilem, ſimiliori creaturæ ſuæ (quaſi magnes uirtutem ſuam ferro) uniuit. Acſi de magnete, abſcondito ab oculis omnium ſapientium, & eius mirabili uirtute multa ſcriberentur, quæ narrarent omnipotentiam eius, in quibus ſcriptis adhuc uera & certa notitia, penitus ignoti lapidis, non niſi conjecturaliter & uariè poſſet deprehendi, ſi tunc uirtus ipſa ſe uniret naturæ ſenſibili, ea tamen uirtute inuiſibili permanente, ad illum finem, ut ſic ad lapidis notitiam perduceremur: eo modo, aliquo pacto Chriſti aduentus, eſt imaginandus. Aut ſicut ſi in India magnes tantum reperiretur, qui ad nos expectari non poſſet, quia regio noſtra incapax eius eſſet, & ferrum cui unita eſſet uirtus magnetis, in noſtra regione apparēt: tale ferrum:

http://www.obrascatolicas.com

ſimile per omnia alij noſtro cuicunq; ferro, habens intra ſe inuiſibilẽ magnetis uirtutem, per opera miranda, quæ experiremur in eo ferro præ omnibus alijs noſtris, nos utiq; ad magnetis duceret admirationem. Sic inuiſibilis uirtus Dei patris, in homine Chriſto, quæ ſe uerbo & opere oſtendit, uia fuit ad patrem aſcẽdendi: ita quòd qui hãc uirtutem uidit, etiam uidit patrem: quia in uirtute Dei, uidetur fons eius, ſeu eſſentia, ſiue entitas, ſicut in filio pater. Qui enim uidet me, uidet & patrem, ait magiſter: quia ipſe in patre, & pater in eo. Non eſt enim uirtus, ab eſſentia ſeparabilis: tũc enim non eſſet uirtus, quæ uia eſt, & ueritas. Nam non poteſt ueriori modo, occulta eſſentia deprehendi, quàm in eius uirtute. Virtus enim, eſt perfecta oſtenſio eius: nam non poteſt meliùs reſplendere eſſentia, quàm in ſua proprijſſima uirtute. Ideò Paulus nominat Chriſtum Dei uirtutem, & imaginem, & ſplendorem patris. Cognitio igitur ueritatis eſt ex ſimilitudine. Quare uirtus Dei in Chriſto, eſt & ueritas notitiæ patris, eſt etiam & uita: nam uirtus Dei, eſt omnium uiuẽtium uita, quia medium fluxus & refluxus. Siue enim natura intellectualis exeat in eſſe ſuũ, ſiue intret in eſſe diuinum: per hoc oſtium exit & intrat. Medium autem motus intellectualis, in quo dilectabiliter mouetur: eſt uita. Vnde in hoc motu introitus & exitus, paſcua inueniet, ſeu uiuificationem, quæ eſt à uita. Eſt enim uirtus Dei, creans uiuos, & reſuſcitans mortuos: & eſt ſapientia patris, de qua uiuit intellectualis natura: quare uita, ſicut uis magnetis, reſuſcitat immobile ferrum. Poteris etiam Chriſtum, qui eſt ſapientia patris, uirtuti probatæ lapidis aſſimilare, ut fecit Ieſus filius Syrach, qui ſapientiam aſſimilat, uirtuti probatæ lapidis.

Virtus magnetis in acu pyxidis, aſſimilatur Chriſto. Nam acus illa, oſtendit nauigantibus uiam in mari, ſine qua oſtenſione, inuoluerentur nautę tenebris ignorantiæ, & portum ſalutis attingere nequirent. Manet enim acus ſtabilis, ob uirtutem lapidis, qualitercunq; turbetur mare. Vnde eſt dux & lumen cæcorum, lucens in tenebris, Chriſtus noſter. Et ſicut acus ad polum cœli fixum figitur, quãdam habens colligantiam ad illam cœli partem: ita ad omnes partes cœli: ut Rogerius Bacon dicit, qui etiam putat ſphæram ex eo fieri poſſe, quæ debitè poſita, cum cœlo circumuoluatur. Vnde uirtus illa, oſtendit ſitum cœli & Solis: & dat lumen & ſcientiam horarum diei uiatoribus: & mundi ſitum per arenoſum deſertum peregrinantibus. Sic Chriſtus eſt lux uera uiatorum, oſtendens quæ in cœlo & in terra ſunt neceſſaria, ut ad finem optatum, et patriam unde ortum habent, perueniant. Vnũ tamen eſt, quòd uiſibilis magnes eſt ut cœlum ſtellatum, in quo principium ferri, quaſi Deus habitat, unitrinum ſcilicet principium inuiſibile: in cuius eſſentia, eſt unitas, uirtus, & ſpiritus. Et uirtus, de cœlo deſcendit in ferrum cui unitur: ſic & ſpiritus mittitur de cœlo in ferrum. Ita etiam principium uniuerſorum, habitat in cœlo, & de cœlo filium miſit in unionem cum homine. Sic & ſpiritus de cœlo mittitur, & etiam de uirtute, quæ eſt Dei uerbum, caro factum. Et uerbum caro factum eſt, ſicut quũ per fortem contactum, uirtus unitur ferro: ut uirtus magnetis, ſic ſit in ferro, ſicut in magnete, & habitat ſic in natura ferri: in qua uidetur gloria & eius operatio, ſicut eſt operatio uirtutis magnetis, in plenitudine gratiæ ſe diffundentis in ueritate, & non in apparentia, ſed in uera exiſtentia, ſic pariformiter in alijs ſcripturis. Chriſtus enim eſt unctus præ conſortibus: ſicut ferrum unctum uirtute magnetis, habens unctionis plenitudinem, ſiue conſummatam unctionem: ut acus in pyxide nauigantium, habẽs unctionem participatam, & communicatam ſibi ex plenitudine unctionis ferri: talis acus, quia liberè poteſt moueri, ſi magnes, diſtanter etiam poſt hominem & retrò, aut infra menſam uel peluim ſpiſſam, occultè admouetur: ſtatim acus ſe reuoluit, & ſequitur magnetem quocunq; ierit. Vnctio enim quæ eſt in acu, docet reperire magnetẽ, cuius ſpiritu mouetur: ſed ſi acus adhuc non guſtauit magnetem & eius uirtutem, & uncta non eſt, non ſic uiuaciter & à remotis ſentit magnetem. Docet nos exemplũ, quo gaudio anima uncta, ſentit præſentiam Dei ſui, atque quòd ipſam nihil ſenſibilium impedit, neq; aurum, neq; argentum, neq; homo, neq; animal, quò minus uideat Deum ſuum, alijs quorum uiſus in his ſenſibilibus obiectis terminatur, inuiſibilem.

bilem. Vnctio autem Chriſti, differt ab unctione Chriſtianorum. Chriſtus enim eſt Meſsias ſeu unctus, unctione ſpirituali completa: puta, magnes communicat per contactum ferro uirtutem, & hæc unctio, non eſt ut in magnete. Nam magnes poteſt ad huc alij cuicũq; ferro, ſine numero eandem uirtutem communicare. Et procedit tanta uirtus ex magnete, quæ tam numeroſo ferro communicatur: quod ſi cuiuslibet ferri attractio, ſimul cum alijs alterius cuiuſuis ferri attractionibus, conſideratur, tunc uidetur uirtus penè infinita, etiam ſi quodlibet ferrum, ſolum acum attraheret: quum infinita talia ungi poſsint, ex unius magnetis uirtute. Chriſtus autem habet unctionem in ſe, omnium unctionem complicantem: nam ipſe omnem magnetis uirtutem habet, & non ad menſuram, ſed excellenter. Et quia præ conſortibus unctus eſt: ideò nomẽ Meſsias hæreditauit. Eſt enim unctio abſoluta: per quam omnes qui uncti fuerũt ſunt, & erunt, qui ab eo Chriſtiani dicuntur (quum ipſe ſit Chriſtus) unctionem ſunt aſſequuti: ſicut omne album, ab albedine eſt album. Sic & ſcriptura loquitur, quomodo princeps tenebrarum, eſt armatus fortis, & tenet animas alligatas: ſed fortior eſt Chriſtus rex, qui eripit de potentia illius animas, auferendo arma eius. Si enim adeſt Adamas qui eſt fortis & durus, & princeps in duritia ſuper omnes lapides, ligatur ferrum ſpiritu adamantis, & immobile, quaſi penitus mortuum, & inſenſibile: etiam ſi uirtus aliqua attractiua magnetis applicata fuerit, ut ſcribunt quidam. Sed plenitudo uirtutis attractiuæ, quæ eſt ipſa magna uirtus Dei cuius magnitudinis non eſt finis, quæ eſt in Chriſto: ſi applicata fuerit, illa uincit ſpiritum principis duritiei, & ligat eũ ita ut non habeat Vires, & eripit animam quam tenebat attrahendo. Neq; poteſt uis maligni, quæ eſt quaſi uis ſpiritus aquilonaris, ſua ſpiratione infrigidantis, congelantis, mortificantis, ſeu immobilitantis, uinci, niſi ſpiritu amoris ſeu caloris, Solis iuſtitiæ, qui diſſoluit glaciem & niuem, & facit immobile, mobile, uiuum & fluidum. In hoc enim apparuit filius Dei, ut diſſoluat opera diaboli. Vnde docet experientia, etiam ſi applicato adamante magno in uirtute ad ferrum: parua uis magnetis, non poſſet attrahere, tamen fortior uirtus magnetis ſuperueniens, uincit & attrahit. Sic & illud, quod legitur ſapientiam dixiſſe, delitias ſuas eſſe cum filijs hominum: intelligitur facilius quando attenditur, ſapientiam creatricem animarum rationalium, delitiari in unione cum ipſis. Quemadmodum pater delitiatur, quando habet in circuitu mẽſæ ſuæ filios: & magnes delitiatur, in limatura ferri, quum ſit quodam modo in unione creaturæ ſuæ, & augmentatur uirtus eius. Sic ex unione Eccleſiæ cum Chriſto, Paulus ad Coloſſenſes dicit, ſurgere augmẽtum Dei. Sicut membra perfectionem corpori conferunt: ſic ipſa Eccleſia, fit in augmentũ Dei. Videtur enim uirtus magnetis augeri, quando multum ferri, uenit in uirtutis participationem: ſicut unitas uidetur augeri, quando in magno numero, eius uirtus explicatur. *Adamas.*

Ex ſermone. Annunciamus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit.

IN Chriſto Ieſu, eſt uita æterna in plenitudine, ſicut lux in Sole: de qua luce, in qua non ſunt tenebræ ullæ ſenſibiles, omnia aſtra recipiunt, ut luceant perpetuò & indeficienter. Quemadmodum & Sol lucet & uiuificat: ſicut Sol iuſtitiæ uiuens, lucet & communicat iuſtis uitam iuſtitiæ, qui quum ſint iuſti, hoc à fonte ſiue Sole iuſtitiæ habent, & ita ſimiliter, uitam ſeu lucem ab eodem Sole. *Vita æterna. Saluator.*

Lux, ex ſe ſplendorem exerit. Splendor enim, eſt uita ſeu motus lucis ſe communicantis, & eſt figura ſubſtantiæ lucis. Nam ſplendor, ex ſubſtantia lucis oritur. Eſto igitur, quod oculi omnium in tenebris ſemper fuiſſent: tunc quidem clauſi, & potius mortui fuiſſent quàm uiui. Conſiſtit enim uita ſenſus uiſus, in uidere: ſicut lucis uita, in lucere ſeu ſplendere. Oculi illi in regione umbræ mortis, nullam habuiſſent experientiam lucis: nam habentes, uidere optabant. Eſto igitur quod audiſſent ſedentes in tenebris, in regno ſcilicet inferiori terræ, uenturum ſaluatorem, qui eis poteſtatem daret uidendi, quodque ille de regno lucis ſeu cœlorum (ubi eſt ſemper lux) uenturus

http://www.obrascatolicas.com

esset, demum apparuisset illis Sol illuminans tenebras: nónne Sol ille, dici deberet saluator oculorum? nam daret oculis omnia necessaria, ad uiuẽdum seu uidendum.

Salomon. Delectatio. Et quia Deus per Solem fecit oculos: idcirco (ut ait Salomon) lux Solis est dulcis & delectabilis uisui, generat enim huius aduentus, magnam delectationem. Sic de spiritu rationali, & luce siue splendore patris, concipiendum. Nam oculi animæ omnium, scilicet intellectus, fuerunt in tenebris ignorantiæ ab initio. Venit saluator, scilicet uerbum illuminans, sicut ignorantem illuminat uerbum magistri. In uno enim uerbo recipit ignorans lumen intelligentiæ unius libri, prout Eunuchus Esaiam intellexit in uerbo Philippi. Hoc igitur uerbum Dei, est splendor lucis, scilicet lumen Solis iustitiæ, seu sapientia: uenit inquam in plenitudine, quia ut saluator, sine quo omnis intellectus mansisset in umbra mortis. In uerbo illo est uita omnis spiritus intellectualis, in quo reuelatur pater, qui solum quæritur, quum sit fons uitæ. Et quia per hunc splendorem fecit Deus omnia (nam omnia per ipsum facta sunt, & est sapientia, in qua Deus omnia fecit) ideò non uenit ad hoc lumen, causa scilicet rerum in intellectu, nisi cum maxima dulcedine & delectatione, uti uidit qui dicebat: signatum est super nos lumen uultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo. Delectatio autem seu lætitia, est spiritus uitæ in anima. Vnde non oritur in nobis sic scientia, ex aduentu uerbi Dei, sicut dum erudimur uerbo hominis: sed sapientia, quæ oritur in nobis ex uerbo Dei, est sapida & uiuificans, atque delectabiliter lætificans animam, quia est lumen ueniens à splendore, per quem omnia facta sunt: etiam ipsa anima. Vnde est lætitia humilians & uiuificans. Alia lætitia scientiæ humanæ, generat lætitiam: sed non uiuificantem seu deificantem, sed sæpe uanam & inflantem. Venit enim uerbum Dei, quasi semen diuinum, manens & fructificans in agro rationa-

Fides. lis naturę, per formatã fidem adaptato, & in culturam redacto. Dominatur enim uis uerbi, conuertens animas, quæ per obedientiam fidei ipsum recipiunt, ubi nõ quæritur alia certitudo ueritatis, quàm quòd doctor creditur filius Dei, unde dicatur spiritus Iesu. Vbi est fides illa, ibi ratio seu λόγος est auctoritas: ideò omnis certitudo. Sed ubi hæsitat de doctore, non cõtentatur anima in auctoritate dicentis, sed de causa inquirit. Vnde tale uerbum non conuertit animas, sed potius auditor uerbi, nititur ad se conuertere uerbum. Nam nisi intelligentia eius iudicet uerbum uerum, ipsum respuit: unde non uult credere, nisi uideat. Et quando uidet, non credit: quia fides est de ijs, quæ non uidentur. Certitudo fidei præsupponit uerbum esse uerbum Dei, quia omnis homo mendax.

Ex sermone: Vocatum est uomen eius IESVS.

Sanguis Christi. Sicut totum corpus purgatur, ob eius colligantiam, quando trahitur de uena brachij sanguis: sic totum corpus, Christi scilicet fideles, ei per fidem & dilectionem coniuncti, purgatur, effusione sanguinis ipsius.

Similitudo. Nomina Dei. Proprietas est perfectionum: perfectiones omnium rerum, sunt in Deo: et omnis creatura, secundum aliquid habet similitudinem creatoris. Et ideò quum simile cognoscatur simili. Deum diuersis nominibus nominamus. Dicitur petra, ratione firmitatis: aqua, ratione communicabilitatis: aer, ratione uiuificationis: ignis, ratione charitatis: leo, ratione fortitudinis: cœlum, perfectibilitatis & puritatis. Item ex parte diuersarum operationum: nomen enim nihil aliud est, quam ratio uocandi. In omni enim re sunt tria: scilicet essentia, uirtus, & operatio. Essentiã cognoscimus per uirtutem, ut medicus ex uirtute herbam: et uirtutem, per operationem. Sic per calefactionem, deuenimus in notitiam caloris, et per calorem, in notitiam ignis. Deus autem operatur omnia mira, ideò dicimus, eum habere nomen mirabile. Facit etiam opera iusta, ideò habet nomen amabile, iuxta illud: gloriabuntur in te, omnes qui diligunt nomen tuum. Facit opera salutifera, et sic habet nomen delectabile. Opera mira, sunt opera creationis, ideò dicitur creator. Ista opera non cognouerunt Philosophi, qui dixerunt: ex nihilo nihil fieri, ideò non cognouerunt nomen creatoris.

toris. Contra quos Dauid: Quoniam uidebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam & stellas quę tu creasti. Opera iusta, sunt opera redẽptoris. Iustũ enim est, si aliquis dominus habet seruum, qui ei uiolentè surripitur, quod per potentiam superioris, ei restituatur. Sic Deus & pater noster cœlestis, seruum habuit scilicet genus humanum, quem diabolus surripuit iniustè, quem redimendo, opera iusta operatus est: sed ista opera, non cognouit ludæus, ideò nec notitiam nominis habuit redemptoris. Item facit opera salutifera, ideò uocatur saluator: ipsè enim saluum faciet populum suum.

Ex sermone. Vbi est qui natus est rex Iudæorum.

Locus. IN loco, omnia sunt in quiete: & extra locum suum, omnia sunt in inquiete, quia non sunt quo tendunt. Sicut Salomon uidit, omnia flumina reuerti ad locum unde exeunt, sic omnia reuertuntur ad locum unde exierunt. Omnia autem ut sunt, ab essentia sunt, sicut alba ab albedine, & bona à bonitate, & uera à ueritate. Essentia igit, à qua omnia quę sunt exiuerunt, est locus ad quẽ omnia tendũt. Ex quo enim extra locum suum omnia sunt inquieta, & ad locum suum omnia tendunt & recurrunt, & in proprio loco tutantur, & tuta quiescunt uniuersa: ideò Deus non inconuenienter potest dici locus, supra modum conceptus nostri infirmi. Sic Ioannes in Apocalypsi ait uerbum dixisse: ego sum α & ω, principium & finis: sed finis, requies, & bonum, sunt idem. Deus enim est locus animæ, ut Psalmista, & Augustinus, & alij fatentur. Sed quia Deus est, unde omnia recipiunt ut sint: ideò requietio omnium est. Quæ enim non sunt, ad se uocat ut sint: esse autem, est ad quod omnia uocãtur ut sint. Et extra esse: sunt inquieta: nam quæ non sunt, non appetunt nisi ut sint, ubi quiescãt. Esse igitur quod est principium omnium quæ sunt, est finis, locus, seu requies omnium: uti in omnibus, quæ ab arte uel natura fiunt, conspicimus, cum sunt, tunc in esse quiescunt. Locus temporis, est æternitas, siue Nunc, siue præsentia: & locus motus, est quies: & locus numeri, est unitas. Nam quid uidetur esse in tempore, nisi præsentia? Fluit enim tempus, & eius fluxus est de esse, hoc esse est præsentia, seu Nunc: sicut dicitur, quod de solo tempore habemus Nunc. Neq; sunt plura Nunc, sed unum tantum nam Nunc non trãsit in præteritum, neq; de futuro, dici potest Nunc. Nunc igitur, à quo & ad quod fluit omne tempus, est essentia seu esse temporis, quod nominamus hodie seu æternitas, seu Nunc quod semper stat immobiliter. Vnde Nunc æternitatis, est ipsa æternitas, seu ipsum esse, quo est esse temporis, & est Deus æternus, qui est sua æternitas. Principium enim ipsius esse, similiter & locum temporis nominamus æternitatem. Et ut sentio, quod quando ad motum respicimus, quod nõ reperimus in motu esse nisi quietem (mouetur enim omne mouens de quiete in quietem, sicut tempus, de Nunc in Nunc, neq; sunt plures quietes circa quas fit motio, sicut plura Nunc) quies igitur est stabilis essentia motus. Vnde omne quod mouetur de esse quietis, ad esse quietis mouetur. Hoc autem stabile & sempiternum esse motus, est quies, quæ est Deus. Qui enim attendit, in coincidentiam principij & finis, atque quod in absoluto termino, termini à quo & ad quem coincidunt: ille uidet huius ueritatem. Sic de numero: nam numerus progreditur de uno ad unum, neq; aliud esse numeri reperitur, quàm unum: nec sunt plura unum, sed unum unum est. Vnitas igitur, quæ est & entitas seu essentia, est una, quæ est principium & finis, & locus omnium entium, seu omnis numeri numerabilis. Deus igitur, ut est essentia entium numerabiliũ: dicitur entitas, seu unitas, seu unus Deus, qui est sua unitas. Sic raciotinatio, est motus rationalis spiritus, de ueritate in ueritatem. Et est una ueritas solum, quæ dicitur Deus ueritas, quia quies seu locus rationum ratiocinantium, siue intellectualium discursuum. Sic de alijs similiter concipito, & reperies in uarietate nominum, eundem Deum, locum, seu quietem omnium, qui est principium, quod cum fine coincidit omnium creaturarum.

Volentes indagare ubi Deus sit, primò notemus, quod melius possumus uidere,

http://www.obrascatolicas.com

ubi non sit. Dicamus, ipsum non esse in aliquo, includente defectum. Nam cum patientia defectum priuent, & negent aliquid esse, licet etiam aliquid ponant esse praeter id, quod priuant aut negant, & Deus sit ipsum esse plenum, de cuius plenitudine, omnia quae sunt accipiunt ut sint: quomodo esset in aliquo patiente defectum? Deus enim est ipsum esse, qui nullum esse potest abesse: ei nulla conuenit negatio seu priuatio, sed propria est ei soli negationis negatio, quae est mucro & apex purissimae affirmationis, iuxta illud: ego sum qui sum. Nec seipsum negare potest: negaret autem seipsum esse, si uel ipsi aliquid deesset, uel ipse alicui deesset. Deus est in omnibus, & in nullo: in quolibet enim est, ut ens est: in nullo uerò, ut hoc ens est. Hoc mihi uidetur non esse aliud, nisi quod Deus est quasi forma formarum, forma absoluta seu essentia, quae dat formis esse, Et Deus est esse omnis esse: sicut esse unitatis, est esse omnis numeri. Sed sicut unitas nō est binarius, nec ternarius: sic nec Deus est cœlum aut terra. Vnitas, est principium & finis binarij (terminatur enim binarius in unitate, qua sublata, desinit esse binarius) sic Deus est principium & finis uniuersorum: finis scilicet, cuius non est finis, infinitus scilicet. Si igitur Deus non est nisi in esse: tunc (dicit magister Eccardus) non est in tempore, nec diuisione, nec continuo seu quantitate, nec in aliquo habente magis & minus, nec in distincto, nec in ullo creato ut est hoc uel illud, nec in ullo proprio: licet sit in omnibus ut sunt entia. Sicut albedo, in omnibus ut sunt alba, & non est in ipsis ut sunt temporalia, quanta, distincta, seu hoc & illud. Deus enim est qui est: & esse, est nomen eius, & est ipsum esse quod omnia appetunt. Et mihi uidetur non esse aliud dicere, omnia quę sunt ut sunt, esse in esse quod est Deus: quam quod Deus qui est ipsum esse, sit in omnibus quae sunt ut sunt. Nam quo modo esset: si ipsum esse, non esset in ipsis: sed esse, quod est in omnibus quae sunt, est in quolibet quod est incontractè ad hoc uel ad illud, ut omnia quae sunt, per ipsum sint id quod sunt. Si enim ipsum esse, esset in cœlo contractè, scilicet in cœlo ut cœlo: non esset in terra: & terra, quo modo esset sine esse? sic est in omnibus, ut sunt: & in nullo: in omnibus, ut sunt: & in nullo contractè, ut hoc sūt.

Esse. Eccardus.

Augustinus. Cœlū autem: est, esse contractum & terminatum. Sic Augustinus loquitur in libro de uera religione, de ueritate, quae est in omni loco, sed non localiter seu contractè: sed dum est in omni loco, manet ab omni loco absoluta, quia est in omni loco illocaliter: est enim in esse loci, quia esse loci in ipso. Et non est in loco, licet ab esse loci non absit: quasi sicut esse manus, est in esse omnium digitorum. Sumunt enim omnes digiti esse suum, à plenitudine esse manus, & nisi esse digitorum, esset in esse manus, non essent.

Tempus. Ad quaestionem, ubi fuit Deus antequam crearet cœlum & terram, respondetur non absonè, quod non fuit ad hunc intellectum, quod si fuisset fuisset in tempore. Fuit enim, est alicuius temporis, quod nondum erat, est enim simile, ac si quaereretur, ubi fuit aeternitas quando non fuit tempus? Et si quis quaereret, ubi fuit Deus ante mundum? hic praesupponit, falsum, scilicet extra esse, esse esse, extra Deum, esse increatum locum. Et si diceretur: fuit ergo ab aeterno mundus. Respōderi potest uno modo, quod in eodem Nunc aeternitatis, fuit Deus & mundus. Nam non incœpit mundus in alio Nunc aeternitatis, sed in eodem in quo Deus est: Nunc enim illud, est sine principio & fine, & est Deus. Et dici potest, quod quia Deus est ipsum aeternum ut ab eo est tempus: sic mundus temporalis, est, & fuit semper & ab aeterno, scilicet Deo. Itaq; fuit semper omni tempore. Imò nunc̄ fuit uerum dicere, quod non fuit: nam omni tempore, quando hoc dici potuit, quod mūdus non fuit, tunc fuit. Et fuit ipsum, est ab aeterno: sed nō est aeternum, quia tempus. Et est falsa imaginatio, quod intra Nunc aeternitatis, à quo fluit tempus, & ipsum tempus aliqua mora mediet. Inter esse aeternum, & esse temporale, nulla mora cadit: & hoc est idem ac si diceremus, inter esse Dei & esse mundi, nihil mediat. Et si consideres, mundum fuisse ab aeterno, implicare contradictionem, quia praesupponit, temporale & principiatum posse esse intemporale & sine principio: diceres, mundus temporalis non est aeternus, licet ab aeterno fluat. Quomodo tunc dicitur à sapientibus semper fuisse? Respondetur

spōditur, quia semper, intelligitur pro omni tēpore: Diceres, tēpus igitur fuit semp(Respōdeo ita. Nā hoc non est dicere aliud, nisi qd tempus fuit omni tēpore, aut tempus semper fuit tempus. Semper eñ, nō est ęternū, nec sine quātitate, quia nō est sine tēpore & mēsura illius, dicitur tot solaribus reuolutionib. cōprehendi. Diceres, imaginor plures annos fuisse. Dico imaginationē non exire quantitatem, nec posse dari quantitatē, qua maior imagiari non possit. Sicut aūt imaginatio errat, quando connexum cœli imaginatur quantitatem sic scilicet, quod sedens super connexitatem, posset brachium extēdere: sic dico imaginationem falsam, qua quis imginatur, mundum posse esse maiorem. Nam concipit, inter Dei magnitudinem cuius non est finis, & mundi magnitudinem finitam, posse cadere medium, quod est falsum. Pariformiter dico imaginationem falsam, qua imaginaris ante semper, esse tempus, & ante tempus motū, qui non potest nisi in tempore esse. Vnde Propheta, qui de praeterito, determinatā temporis quantitatem exprimit, nobis apperit imaginationem excedētis quātitatis temporis, esse erroneam. Quaereres, potuit ne Deus prius creare mundum? Dico quaestionem istam uti alias dictas, contradictionē implicare, ante creationē posse esse creaturā. Vnde sicut quantitas quae cūq; non euacuat infinitam magnitudinē: sic nec tempus aeternitatem. Quare potentia Dei infinita & aeterna, quae hoc potest quod uult: non rectè concipitur, quando talis quaestio formatur. Nam quaestio presupponit, omnipotentem non posse omnia quae uult, & Deum non esse Deum. Deus est seu habitat in altissimis, & nō est in tempore. Igitur qui temporalia & transitoria amplectuntur, quasi in ipsis is sit, quem omnia appetūt, decipiūtur. Sic & diuisi in se, & continuo se quantitati corporali seu imagini, quae terminos quantitatis non egredi t̄, & illis inhaerentes, quae magis & minus recipiunt: non habent Deum, qui est infinitus, & ab ijs omnibus absolutus. Sed oportet qui ad eum peruenire cupit, ut ipsum quaerat in altis & altissimis, in cœlis, in medio, in intimis, scilicet caligine & nebula: & fiat ἅγιος, sine terra, siue sine terrena affectione sanctus, & filius Israel in luce habitando, abijciendo opera tenebrarum. Quælibet creatura corporalis, quum sit finita, habet locum in quo conseruatur: sicut planta in terra, rosa in spina, pisces in aqua, aues in aere. Sed spiritualis, nec loco circunscribitur, nec conseruatur, quum non sit in loco corporali. Res aternales ut pater, & filius, & spiritus sanctus, non sunt in loco, sed ambiunt omnia loca: quia sicut locatum conseruatur à loco, ita locus à Deo. Dicitur autem Deus esse in loco, propter quosdā effectus, quos operatur ibi: ut enim dat operationem & efficaciam, operandi in creatura, dicitur esse in mundo.

Ex sermone. Semen est uerbum Dei.

Attractus. PRinceps naturae attrahit: quia à quo habetur esse, & benè esse, & pascentia uitę, ad illum properatur. Omnia enim creata sunt, ut sint: et inquantum sunt, in tantum gerunt imaginem illius sui principij, quod uerè est fons omnis esse Omnis igitur motus est ad esse, à quo solo recipiūt omnia ut sint: sicut calidū, ut sit calidum, & plus incalescat, quia non appetit calidum ut calidum, nisi esse optimo modo, quo fieri potest esse calidum, mouetur ad principium suum, scilicet ignē, à quo habet quod est calidum: & attrahitur per ignem, ad quem properat amorosi sismo motu. Sic λόγος seu ratio, quae est uerbum Dei, à quo habet anima humana, ut sit rationalis: properat linquēdo ciuitatem suam, scilicet opera carnis, ad uerbum à quo est, ut augeatur ratio & sapientia, per praesentiam lucis eius.

Sicut calidi locus ut calidi, non est nisi ignis: ita animae rationalis ut rationalis, non est nisi purus intellectus, eius creator.

Fructus. Nullus ager quantumcunq; cultus, nisi in ipsum Sol irradiet feruorem & uigorē, fructum affert: quoniā Solis uigor, attrahit de potentia in actū, fructum, per immissionem influentię. Ager noster si non est conuersus ad Solem iustitiae, nullum unquam fructū uitae afferre poterit. In iniustis igitur, non est uiua sapientia: licet enim uideantur esse sapientes, tamen non sunt, sicut zizania non est triticum.

Ager. Colligit de agro rusticus omnia necessaria, ad uitam terrenam: sic homo de agro intel-

http://www.obrascatolicas.com

intellectuali, omnia neceſſaria ad uitam diuinam, cœleſtialẽ, & incorruptibilẽ, nã omnia bona ueniunt pariter cum ſapientia, quæ eſt immarceſsibilis uita. Eſt enim ager ille uiuus, quaſi ſpecularis ſplẽdor, omniũ rerum ſpeciem repræſentans, quia eſt theſaurus ſeu locus ſpecierũ: ſicut ſi forma mundi ſeu charta Coſmographiæ, quæ uniuerſi in ſe gereret ſimilitudinem, & in ſe omnia mundi contineret, in eo intellectualiter reluceret, in qua relucentia, intueretur intellectus in ſeipſo, quicquid ſcire uellet in hoc mundo. Aratur, & colitur ager, & ſimplificatur Euangelica arte: ſed non appa ret quantæ capacitatis & ubertatis ſit, niſi tunc uerbo ſeu λόγῳ apparente poſt hunc mundũ: quia tunc experitur, ſe ſimilem diuinæ ſapiẽtiæ, & in ſe habere uitam, & lætitiã ſempiternam. Quaſi ſicut ferrũ intellectualiter uiuũ, ſeipſum in ſpeculũ continuẽ plus rectificando et ſimplificando, in politiſsimũ et rectiſsimum ſpeculũ perficeret: neſciret quantæ fœcunditatis eſſet, niſi quãdo forma formarũ repræſentaret. Et tunc experiretur, ſe ob ſuam ſimplicitatem, ſubitò tranſire in ſimilitudinẽ formæ apparentis. Et tunc gauderet, ſe in tantã perfectionẽ peruenisſe, qua nulla maior eſſe poſſet: quoniam in ſe reperiret formam formarum, quę dat omnibus eſſe, uiuere, et intelligere: & ſe tranſiſſe in eius ſimilitudinem intellectualem.

Speculum uitæ.

Scientia huius mundi.

Alia eſt ſcientia mundi, alia Dei. De ſcientia mundi paſcuntur illi, qui mũdum conſtituunt finem ſuum, uti ſunt filij huius ſæculi, qui prudentiores ſunt filijs alterius ſæculi ſiue mundi, in generatione ſua: Et hæc ſcientia eſt humanæ adinuentionis, quæ eſt ſimilis fœno, quod terra de ſe producit, ſine alio ſatore. Sed ſcientia quæ deſurſum uenit, eſt à ſatore uerbi, qui nobis in hoc Euangelio manifeſtatur ſimilis, optimo tritico ſeminato, & orto, & recepto in bona terra, & fructum centuplum producenti. Triticum in ſe complicat perfectionem omnis grani, ſicut aurum omnis metalli, & homo omnis animalis. Et ſecundum terram in quam cadit, producit fructum, quia uertitur in ſiliginem, ſi terra non eſt tantæ fœcũditatis, ſicut exigit triticum: maximè, ſi reſpectus cœli, ad tritici generationem proportionatus, ei deficit, ſeu calor cœleſtis ſiue Solis. Et econuerſò, ſiligo uertitur in triticum. Quare in peruerſis cordibus, uerbum Dei non producit triticeum fructum, ſed lollium potius, ut in hæreticis.

Triticum.

Finis mundi.

Sicut ſi ſapiens aliquis, ad finem ut poſsit ſapientiã ſuam manifeſtare, deſponſaret ſibi uxorẽ, & ex ea generaret ſibi filium, & illum ab omnibus inquinamentis cuſtodiret: ne malitia immutaret intellectum eius, & demũ in eius intellectum ſeminaret uerbum ſeu ſapiẽtiam ſuam, ita quod finis omniũ operum non eſſet niſi manifeſtare ſe pientiam ſuam, ad quem finem omnia ordinaſſet: ſic concipiendũ eſt uniuerſum mundum ordinatum ad finem oſtenſionis ſapientiæ Dei, per quam & mundũ fecit, & ordinauit ſapienter, ad ipſius creatricis ſapientiæ oſtenſionẽ. Et in illo ordine uniuerſi, ad filiũ Dei dilectũ peruentũ eſt, in quo ſine menſura poſuit Deus omnes theſauros ſapientiæ abſconditæ, à quo poſſent cæteri eiuſdẽ ſpeciei homines, recipere gratiam & participationem ſapientiæ, ut ſic meliori modo pro ſui oſtenſione & communicatione, quæ ſapientiæ ex ſua naturali bonitate ineſt, omnia ſint perfectiſsimè condita. Et mundus ſenſibilis, ordinatur ad mundum intellectualem: & ager in mundo ſenſibili, ad agrum mundi intellectualis, ſicut ſimilitudo ad exemplar, & figura ad ueritatem. Quæ omnia benè conſideranti, quàmbreuiſsimè nobis ex ſacratiſsimo hoc Euangelio reuelantur.

Ex ſermone. Lumen ad reuelationem gentium.

Lumen.
Radius.

LVmen habet multas proprietates: cadit aliquando in ſpeculũ, & reflectitur: cadit in denſum corpus, & frangitur, ut in aqua penetrat aliquando. Et dicũt Perſpectiui de triplici radio: ſcilicet reflexo, fracto, & directo ſiue perpendiculari. Recipiunt quidam, qui uidentur politi in ſuperficie, lumen ſapientiæ: ſed reflectitur & reijcitur. Contra illos dicitur: beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud. Contra illos, in quibus recipitur lumen, ſed non incedit rectè ob medium denſius, quia frangitur à perpendiculari, dicitur: eſtote factores uerbi, & non

non auditores tantum, fallentes uoſmet ipſos. Et iterum: uide ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint. Sunt aliqui, qui audiũt & non faciunt, quia tenebræ manent in una parte. Directum autem penetrat & illuminat, quia deuotè recipitur & impletur, & perfectam operationem facit, quia ad æternam beatitudinem perducit.

Ex ſermone. Reſpice.

Calor.

REſpiciamus melius ad calorem, ſine quo ſpiritus nihil ſapidi, in omnibus etiam precioſiſsimis cibis reperire poteſt: qui eſt ignis ſpiritualis, et dicitur charitas, Sicut carnes, niſi ſint coctę, non conueniunt homini etiam eſurienti & ſano: ita ſine decoctione quæ fit charitate, nullus cibus conuenit ſpiritui, etiam fameſcenti & ſano. Eſt autem propria aſſimilatio, inter tinnientem ſonum & uerbum. Nam æs ſonans, & cymbalum tinniens, uidentur aliquid uiuacitatis habere, quia pulſant aures per motum: ſed nihil habent uitæ uiuificantis: cum eis ſpiritus deſit, qui moueat ſpiritum audientis. In uerbo autem rationalis hominis, eſt ſonus, & ſub ſono ſpiritus, informans & enutriens ſpiritualem naturam, quæ eſt intellectualis. Sic dare eleemoſynam & ſine charitate, eſt cymbalum tinniens.

Sed cum decoctione charitatis, eſt opus uiuificans operantem. Sicut prædicare etiam in lingua angelica ſine charitate, aſſimilatur cymbalo tinnienti, cum charitate uerò, uerbo ſeu operi uiuificanti. Charitas, eſt forma uiuificans omnem actum ſtudioſum, ſine qua non eſt uirtus uiua.

Capacitas.

Spiritus per charitatem extenſus, & capacior factus, manet capax: ſicut cũ maſſa auri in ignem fuſa, fit capax ciphus. Hæc capacitas manet, quam opere fuſili acquiſiuit, ſi reponitur in loco quietis: licet ipſam poſſit perdere ex contrarietate, quamdiu eſt in loco turbationis. Sic anima in hoc mundo, cuius capacitas eſt igne charitatis, opere fuſili ſeu miſericordiæ extenſa ſiue acquiſita: licet in hoc mundo ex conculſione & contrarietate, ipſam capacitatem perdere poſſit, ſi tamen euaſerit hunc mundum, & ad locum quietis, ſcilicet cœlorum regna peruenerit, nunquam excidet, nunquam eam perdet, ſed manet ſemper. Fides autem & ſpes tranſeunt, quæ ſunt quaſi inſtrumenta, ut capacitas introducatur. Fides eſt quaſi fornax, ubi recipitur aurum fundendum. Spes eſt diſpoſitio fundendi ciphi, in firmo receptaculo excauata. Facto cipho, nec de fornace, nec de figura curatur, quia forma habetur, quæ querebatur. Charitas autem quæ facit animam capacem, facit ipſam capacem amoris Dei ſeu gratiæ: amor enim, eſt capax amoris amati: gratia eſt donum, quod ſolum uerè amans deſiderat. Et ſi rectè conſideretur, ſicut amor formæ ſe aperit, ut formam amati in ſe capiat, & in unione illius quæ eſt conformitas delitietur: ſic charitas, amor eſt amoris, qui Deus eſt. Ideò quæ Dei ſunt, quærit: uti ea quæ non uidentur & æterna ſunt, ſicut ueritas, iuſtitia, uirtus, & id genus reliqua. Aurum in fornace non liqueſcit, niſi ſpiritus ſeu uentus ſuccurrat, per influxum ſiue inſufflationem: quod quidem eſt, niſi ſpiritus ſanctus influat dulcedinem amoris, non liqueſcit anima. Sicut ignis omnibus frigidis ut calefiant, influit calorem: ita ſpiritus ſanctus, omnibus in Dei amorem conuertendis, charitatem influit. Deus enim abſconditus, aliter non fit nobis ſuauis & dilígibilis: niſi preguſtetur in ſpiritu noſtro, odor ſuauitatis ab ipſo immiſſus. Sicut pomum abſconditum in odore quem ſpirat, ſe appetibile facit, ut quæratur amore, & quaſi fructus uitæ diligatur: ſic anima zeloſa, dicebat ſe currere in odorem unguentorum dilecti, per quem fuit attracta. Si illa maxima (quæ Paulus enarrat) in homine reperiantur ſine charitate, nihil ſunt: homo habens illa, & non charitatem, nihil eſt. Charitas eſt enim ſine qua ſpiritus non uiuit; nec motum uitæ, nec opera uitæ habet, ſicut anima ſenſibilis, ſine calore non poteſt operationem uitæ exercere.

Fides. Spes. Charitas.

Videre rem per ſpeculum & in ænigmate, eſt potiùs rem non uidere ſeu cognoſcere, niſi in coniectura, per quam fingo ænigmaticè figuram rei non uiſæ: ubi autem eſt perfecta cognitio, ibi eſt uiſio facialis, nam hoc eſt uidere, modo quo cognoſcitur res, ſicut homo facie cognoſcitur. Nunc ex parte cognoſcimus & imperfectè,

http://www.obrascatolicas.com

imperfectè, quia cognitio coniecturalis, est sine certitudine: ibi autem cognoscam (ait) ut cognitus sum. Nam qui amat Deum, is cognitus est ab eo: quantò igitur plus amat cognitus. Et ideò uti ex amore amanti cognitus est, ita cognoscit: nam amare intra se habet cognoscere.

Charitas igitur, est forma & perfectio, omnium rationabilium actionũ seu uirtutum, sicut lux in omnib. uisibilib. nam est perfectio omnium. Et quantò aliquid plus habet lucis: tantò plus perfectionis. Id autem quod incorruptibile est in omnibus, est lux. Amore, spiritus spiritui cõglutinatũ: fecit enim Apostolos habere animã unã, & cor unum. Spiritus rationalis est liber, cuius libertas dicitur uoluntas. Quando igitur uoluntas conglutinatur amore ad aliquid, est spiritus unitus amoris nexu, ad desideratum seu amatum. Si igitur spiritus non est alligatus ad hoc uel illud amabile, temporale uel finitum, sed liber manens ab omni nexu contracto, solùm se conuertens ad charitatem, quæ est forma omnium formarum amabilium, quæ est Deus: ille spiritus, transit in unionem cũ incorruptibili lætitia, quę est delectabilissima immortalis. Quare spiritus radicatus in charitate, liber manet et absolutus ab omni contractione, in uerò & æterno Deo suo, q est charitas ipsa unitus. Nõ est cõstrictus in aliqua creatura, quæ ex se non habet dare quicquam, cum nihil habeat quod non receperit: sed in ipsa charitate, à qua est omne desiderabile, & à qua est ipsum uiuere intellectuale, quod tantopere spiritus noster desiderat esse æternum. Charitas igitur, est nexus spiritus nostri liberi, ad uitam uiuificantem.

Opera uerbi. Mira res, uerbum in fide operatur opera uerbi: uerbum: in homine operatur opera hominis: & in omnibus rebus operatur, uti ait: pater meus usq; modo operatur: & ego operor, nam omnia opera nostra, in nobis operatur: spiritus patris uestri est qui loquitur in uobis Sed Christi fides, est supra omnem creaturam: quia est fides filij Dei. In illa fide de uerbo filij Dei prægnante, secundum mensuram fidei, operatur uerbum opera uerbi, quæ sunt omnipotentiæ opera, secundum uoluntatem, secundum quam quæ uoluit fecit.

Ex sermone. Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum.

Imitatio. IVstus ut iustus, non est nisi in iustitia: sicut albũ ut albũ, non est nisi in albedine. Christianus ut Christianus, nõ nisi in Christo. Habemus autem, si in Christo manere uolumus, necessariũ esse, ut ipsum induamus: quem induens, nõ manet in comessationibus & ebrietatibus, sed ut ipse ambulauit ambulabit. Sicut uolens esse iustus, studet induere iustitiam; & calidus caliditatem, qui uult esse calidus, ubinam studet induere caliditatem, certè in igne. Nã licet plura calida reperiantur, illa omnia participatione ignis calida sunt: plenitudo enim, non nisi in igne. Licet enim plura calida reperiantur, ibi autem est thesaurus, ubi recipiunt omnia calida caliditatem. Christus est plenitudo gratiæ, de cuius plenitudine, omnes qui gratiã assequuti sunt, receperunt. Sicut enim in calore, est fomentum uitæ sensibilis, quæ in calido & humido consistit; sic in gratia, est pascentia spiritus. Gratia, est radius Solis iustitię, Christi Dei nostri. Viuit amans ut amans, in gratia amati: Christianus ut uerus Christianus, non nisi in gratia Christi, cui se omni studio quærit assimiliare. nam id quod diligit, habere cupit. *Gratia.* Si igitur thesaurus ueri Christiani Christus est: tunc cor eius in omnibus illis locis reperitur, ubi est Christus & illic est uerus minister Christi, qui eum ut ministet, in omni loco sequitur. Qui igitur sequitur Christum ad mortem, erit cum Christo in resurrectione.

Ex sermone. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra.

Amor. NEmo potest sequi Iesu adeò abundè, quin magis eum sequi possit. Dilectio enim est, in qua sequendus est, quæ nunquam poterit esse talis, quin maior esse possit in omnibus qui ipsum sequuntur: ipse autem in charitate nos præcedit, qua nulla maior esse potest. Ideò conari semper debet Christianus, ut magis abundet in amore. Et si opera sensibilia non recipiunt augmentum, ut sunt ceremoniæ, abstinentiæ, uigiliæ & similia: saltem crescat semper charitas, ut pauca opera, fiant cum maiori charitate.

Anima rationalis nihil habet, nisi liberam, electionem, per quam ab uno fugit, & ad aliud accedit, pellit & attrahit, sicut uis punctalis magnetis: & nominatur uis illa à parte attractiua, uoluntas. Vnde uoluntas animæ rationalis, est spiritus uitæ eius. Quod si spiritus uitæ eius, scilicet libera uoluntas, alligat se concupiscentiæ corruptibili: mortificatur uita animæ, quæ est libertas, & redigitur in seruitutẽ. Nam tunc non laborare, quin omnia quæ concupiscentiæ sunt faciat, & ei placeat cui se subiecit, ut placeat. Sic seruitus illa, mors est spiritus, liberæ uoluntatis. Vnde uoluntas manet libera & uiua, quæ conatur sine alligatione seruili, placere Deo: cui seruire, regnare, est. Ille est qui inuenta una bona margarita, uendit omnia sua, ut emat illam: quia in illa una, habet omnia. Efficitur igitur anima magis abundans, in libera & nobili & uiuifica uoluntate, quantò plus in ipsa Dei uoluntas est ei gratior & magis placens. *Libertas. Seruitus.*

Sicut uoluntas seu amor, uiuificatur amore amoris, à quo habet ut sit uolẽs, seu liberè amans, seu eligens. Si enim eligit libero amore illum, à quo habet liberam, electionem: augetur eligendi libertas, & tantò plus, quantò magis amor abundat. Et si rectè aduertis, amor Dei, non est quasi quis amet aliquod amatũ, aliud ab amore, seu ubi non coincidit amor & amatum: Deus amor siue charitas est, qui Deum amat, amorem amat, Vnde ubi amor est amatum, manet anima libera: non enim est alligata ad hoc uel illud, sed manet in amore, qui omne hoc uel illud amabile ut causa præuenit. Ecce quod uoluntas Dei, in nostra anima sanctificationem operatur, sicut uoluntas Iesu in Petro. Inordinatum amorẽ in omni peccato, uocat Apostolus passionem desiderij, ordinatum uerò amorem, uocat possidere uas suũ in sanctificatione, ut in matrimonio. Studiosa igitur opera, sunt nomina charitatis ordinatæ, uariè explicatæ: sicut colores, sunt nomina lucis, uariè terminatæ. Per sapientiã sanati sunt, quicunq; tibi placuerunt ab initio. Nam ex sapientia est ordo, et ideò ordinata charitas, est in sapientia. & si rectè concipis, ordo est sapientia. Peccatores autẽ, sunt extra sapientiam: iudicant enim de rebus, non secundũ conditionem ipsarum, sicut uisus, cui uidentur maxima parua. Peccatores enim diligunt terrena, quia uidẽtur eis magna, & postponunt cœlestia, quæ uidentur parua. Visus non decipitur in colore, sed in eo cui inest color: ut dum uidet alba remota, non decipitur in albedine: sed nescit an sit nix, lana, uel calx, & in hoc decipiẽ, donec experiatur. Sic mundana uidentur peccatorib. dulcia, sed cum experiũtur, inueniũt ea amara. Amor ordinatus, est in sapientia & ueritate: inordinatus, in fatuitate & fallacia. Iustus amor & rectus, non in se, sed in amato delectatur, etiam usq; ad sui contemptũ: pergit enim à se, se derelinquens, & tã quàm nihil contemnẽs, & nõ quiescit in aliquo qđ per se nõ est amabile. Omne enim amabile contractum, in sua amabilitate se habet ad amabile per se, sicut accidens ad substantiã, & sicut figura ad formam substantialẽ. In homine habente rectam uoluntatẽ, procedunt omnes actus recti: uoluntas enim, est principiũ actuũ. Voluntas ergo creata, quæ non conformatur diuinæ uoluntati, est obliqua. Deus dedit homini donum, per quod potuit à morte & infirmitate esse immunis: sed ipse propria uoluntate se priuauit, & sic relictis donis Dei, se in mortem dedit. Deus etiam condemnat ad mortem æternã, non propter naturam quam dedit, sed propter culpam, cui se subiecit. Deus enim nõ uult mortem peccatoris nec damnationem, sub ratione peccati uel damnationis: sed sub ratione iusti. Nulla est res uacua seu uana, in fundamento naturæ, quælibet enim res, propriam operationem habet. Sed anima est sicut oculus, qui cum modico puluere aspergitur, perdit uisionis aspectum, quod non contingit de allio aliquo membro. Omnis multitudo, ordine harmonico se ad unum nectit: sicut multæ uoces, unam resonant harmoniam, & multa membra unum corpus. Spiritus autem (qui nexus dicitur) in se unit membra, ut unita constituant corpus: membra autem necessariò sunt diuersa, ut proportione mediante, quæ cadit inter diuersa, possint harmonicè uniri. Spiritus enim uiuificans, in suo uiuificabili intrinseco, unit totum corpus uiuificabile, & per medium totius, omnes partes & membra. *Amor.* *Peccatores.* *Harmonia Ecclesiæ.*

Reci-

http://www.obrascatolicas.com

bra. Recipit autem à toto quodlibet membrum uitã ordinatã. Et ſicut à toto recipit, ita ad totum refert: nam oculus ab anima, mediante corpore, recipit uitam, quæ conſiſtit in uidere, in qua uita deliciatur. Et hoc uidere, non oculi, ſed hominis uidentis: ideò oculus non ſolum ſibi, ſed & manibus & pedibus uidet. Et quia ad conſtitutionem harmoniæ, quæ homo dicitur, omnia membra ſunt ordinata: ideò continetur & quieſcit quodlibet membrum in loco, quãtitate, qualitate, & operatione ſua, quia nõ eſt ſuperfluum membrũ, ſed opportunũ ad conſtitutionẽ harmoniæ, quæ homo dicitur. Talis eſt Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti myſticũ, in qua eſt ſpiritus Chriſti, ſeu amor ſanctificans, cuius ſubiectum eſt anima rationalis: & illa uiuificat corpus, ſpiritus autem Chriſti uiuificat animam, & per medium animæ, corpus. Spiritus, uerbum uitæ eſt: aïa rationalis, ſacerdotium: corpus, fidelis populus. Recipit aïa à uerbo Ieſu ſpíritũ uitę, quod uerbũ latet in litera Euãgelij æterni, & reficit animã, & cõmunicat corpori: anima autẽ una eſt in ſacerdotio, in mẽbris ſcilicet intellectiua, ſicut una ſciẽtia in multis, uariẽ tamen. Et quia à Deo non niſi ordinatè (quæ enim à Deo ſunt) ideò Petrus eſt magiſter, cui pater reuelauit omne myſterium fidei: et idcirco ipſe habet cõfirmare fratres, & tenet cathedrã, cui ueritas alligata eſt. Epiſcopi in locum Apoſtolorum: Plebani in locum diſcipulorum ſuccedunt. Sic patet ordo ad unum in Eccleſia: & dignitas ſacerdotij, quæ eſt ut anima, in reſpectu ad corpus: & excellentia uerbi uitæ, quod eſt ſpũs uiuificans. Ipſa enim Eccleſia, uerbũ uitæ recipit ex ſcripturis, quia eloquia ſunt ei credita: & uerbũ uitæ dicit, quod illas ſcrutari debemus, ga de eo ſunt. Spũs igitur, diuinæ ſunt ſcripturæ, in quib. ſpíritus uitæ, ſub litera mortificãte latitat: ut paradiſus malorum punicorum, & ager dominicus, atq; uinea Engaddi, & uena uitis, & puteus aquarũ uiuentiũ, quæ fluũt de Libano, & ſtellæ cœli, & herbæ atq; arbores & fruges terræ, & uina terræ, uiua animalia, & oïa, in qb. ex ſenſibili motu, pertingimus ad inuiſibilem uitam. Et paſtor per oſtium ſeu uitam quę Chriſtus eſt, ducit ad refectionẽ animas: & intrando et exeundo illa prata, paſcat inueniuntur. Dum enim intrat mundũ, Chriſtum ſequẽdo per actiuam uitam, aut exit ſequẽdo Chriſtum mũdum deſerens per contẽplationem paſcua inueniet. Hæc omnia ſic à Deo ordinata ſunt pro noſtra ſanctificatione: hæc namq; eſt uoluntas eius: ſanctificatio ſeu adoptatio noſtra, ad uiſionem gloriæ ſuæ, quæ ſolum ſanctis eſt uiſibilis, cum nihil coinquinatum, in regnum illud ubi ſed et rex noſter in gloria ſua, poſsit intrare.

Ex ſermone. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem.

Viuendi ſtatus

QVatuor deſiderat homo: quoad uitam contẽplatiuã, ſapientiam: quoad politicam ſeu ciuilem, honorificentiam, famam, & temporalia: quoad uoluptuoſam, delectationem & conſeruationem: quoad negotioſam, diuitias.

Ex ſermone. Salutem humani generis.

Deſponſatio.

CHriſtiani ſpiritu Dei aguntur, quoniã in ipſis non eſt uoluntas humana, ſed nec carnis, ſcilicet mulieris nec uiri, ſed Chriſti. Generis enim humani uolũtas, cõplicat uoluntatem carnis, ſeu mulieris, & uiri, & in una uoluntate eſt alia: nam quid uult mulier ut mulier niſi uirum, et contra? Et hæc coincidẽtia uoluntatum, eſt in humano genere, ut uita ſecundũ Adam propagetur. Sic inter animam & ſpiritum qui Deus eſt, nexus quidã oritur, quando anima deſponſatur Deo, ut ipſa non uelit niſi ſponſum ſuum, & in uoluntate eius non eſt niſi ſponſus. Ex hac coincidentia uoluntatum renaſcitur omnis qui ſecundum Chriſtum propagatur, & fit uti Chriſtus cœleſtialis, & Dei filius. Spiritus cœleſtes Chriſtiformes, ſunt regenerationis mortis Chriſti: nam una eſt uis quæ regenerat omnes, & uitam præſtat cœleſtialem. Verbum internum ſapientis, ſeu conceptus incorruptibilis, induit corruptibilẽ uocẽ. Vox deſinit ſeu moritur, et uerbum uoce occultatum non moritur, licet ſermo loquentis ceſſet, ſed ſeminatur mediante mortali uoce, in animam diſcipulorum, & facit fructum uitæ. In terra moritur granum, & de terra, uita grani reſurgit: ex appetitu excellentiæ, mors & uita, ut præmiſimus: gloria in ſe complicat mortem & uitam:

Mors. Chriſti.

uitam: gloriam appetimus, & ob hoc dura patimur. Qui propter gloriam Dei ſeu immortalitatem patitur, ille recipit mercedem immortalitatis.

Paupertas ſpiritualis, ſcilicet cõtemptus omnium terrenorum propter Chriſtum, ſunt ueræ diuitiæ: quomodo enim poteſt eſſe pauper, poſſeſſor cœleſtiũ diuitiarum.

Ex ſermone. Miſſus eſt Gabriel angelus.

Eccleſia.

ECcleſia conſiderãda eſt quaſi unum corpus, habens animam unam, & ſpiritũ unum. Anima uerò in qua eſt ſpiritus ſapientiæ, conſideranda eſt quaſi corpus hominis, in habitudine ad animam ſuam. Sicut enim eſt anima una in homine, quæ ſe expandit per totum corpus, & aliter recipitur in qualibet parte corporis: ſic ſpiritus ſapientiæ, ſe expandit per rationalem animam Eccleſiæ quam illuminat, ut ſic dicam per oẽs partes, ſed aliter & aliter recipit. Vnde ſpiritus Ieſu, q̃ per uerbum, mittitur in animam Eccleſiæ, unit particulariter multos, in unitate uitæ diuinæ, anima unit multa membra corporis, in unitatem uitæ ſenſibilis: & extenſio eius, eſt unio. Aliter autem capitur ſpiritus uitæ diuinæ, ſeu æternæ ſapientiæ, per uerbum Dei in anima Petri, aliter in anima Pauli, & ſic de ſingulis: quas tamẽ oẽs in ſe unit, ut ſint omnes animæ in ipſo ſpiritu Chriſti una, ſicut omnes animæ diſcipulorum Platonis, in doctrina Platonica uniuntur, ut ſint Platonicæ, licet aliter ipſam capiat anima Memnonis, aliter anima Critonis.

Intellectus.

Vnus eſt ſponſus filius Dei, qui ſpũs eſt. Deus enim ſpũs eſt, habens in ſe ut internum uerbum, in quo intellectus reſplendet: ſicut lux in ſplendore, ſiue facies in immaculato ſpeculo, in quo in ſumma æqualitate, quaſi figura perfectiſsima ſubſtantiæ eius relucet: in quo uerbo, intellectus eſt intelligens. Niſi enim intellectus de ſe generaret, uerbum ſeu conceptum ſuiipſius: non eſſet actu intelligens ſeipſum, eſſe intellectum. Vnde quando intellectus ſeipſum aſsimilat, tunc ex ipſo et aſsimilatione ſeu æqualitate eius, procedit intelligere amoroſiſsimum. Sicut oculus naturaliter inclinatur ad uidere: ita intellectus ad intelligere, & omnis uirtus ad operationem. Sed finis, eſt in prima cauſa. Nam ſcire propter quid eſt, eſt quies intellectus. Sed intellectus qui eſt creator, & ratio rerum: non enim quieſcit intellectus, niſi ad Deum, qui eſt cauſa prima, perueniat. Videre igitur Deum, eſt certitudo intellectualis appræhenſionis omnis ſcibilis: quare fœlicitas intellectus. Deus autem (cum ſit purus intellectꝰ) eſt ipſa fœlicitas, cum nihil melius eo cogitari poſsit. Quare de ſe generat uerbum, ut procedat intelligere, ſine quo non poteſt fœlix dici. Intellectus creator, omnipotens eſt: uerbũ eius, eſt uirtus ſeu ars omnipotentis intellectus & dicitur ſapientia illa, ars, ſeu ſcientia. Et omnis intellectus, ſuam uirtutem, in arte ſeu ſcientia quam ex ſeipſo generat, oſtẽdit. Nobilis etenim intellectus, ex ſua inuentione, artẽ ſeu ſapientiã generat: miſer & ignobilis, utitur inuentis. Et quando nobilis intellectus, generat nobilẽ conceptum ſeu artẽ: tunc amplectitur amoroſẽ intelligere ſeipſum: quærit enim ſeipſum intelligere. Et hoc tunc melius fit, quando ſuper ſeipſum reflectitur, ſic eo ipſo intelligere, ex ſe et propria inuentione procedente: ſed non peruenit ad quietem ullus intellectus, niſi cauſam ſuiipſius apprehendat, quæ Deus eſt. Solus igitur Deus eſt, qui ſemper eſt fœlix, & qui omnibus intellectualibus naturis, præſtat quietem & fœlicitatem. Nullus eſt creatus intellectus, qui poſsit ex ſe generare uerbum ſeu concepum, æqualem potentiæ ſuæ, cum potentia ſua, non ſit unquàm penitus in actu: ſemper enim plus & poteſt intelligere quàm intelligat. Non eſt igitur uerbũ eius æquale potentiæ. Quare nõ eſt conſubſtantiale ſubſtãtia eñ non recipit magis & minus: ſicut uerbum noſtrũ poteſt eſſe æqualius principio ſuo ĩtellectuali, & clarius, & nobilius. Solum uerbum Dei patris, eſt æquale neceſſariò: imò ipſa æqualitas, aliquid non procederet perfectiſsimum intelligere, & Deus non intelligeret ſeipſum perfectiſsimè, ita nec Deus eſſet. Solus Deus, ſeipſum per ſe ipſam, in ſe ipſo perfectiſſimè intelligit: omnes intelligentiæ, non in ſe, ſed in Deo ut in cauſa, ſe intelligunt. Eſt igitur ars omnipotentiæ patris: uerbum, ſeu ſapientia, quæ eſt ſpiritus, quæ intellectuali naturæ oſtendere ſatagit, ut cognoſcatur. Sapiẽtia, lux eſt quę non uult ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ad illuminationem intrantiũ regnũ pacis, cõſtitui: quærit

Sapientia.

igitur

http://www.obrascatolicas.com

igitur animam rationalem, in quam se transferat. Et quia non potest eius multiplicitas capi in aliqua: ideò multas creat animas, ut in multis meliùs suam infinitatẽ ostendere possit. Et quia sapientia spiritus est, qui nulla clauditur siue terminari potest creatura: ideò una in se manens, sibi innumerabiles desponsat animas rationales. Sed sola anima Christi una, qui unctus est pre cõsortibus suis, illi sapientiæ, in supremo gradu unionis, est unita. Habitat enim ipsa diuinitas seu sapientia in ipsa, non participatiue, sed in plenitudine: quæ plenitudo, est ut substantia seu corporalis mensura, quæ in se omnes includit, scilicet longitudinem, latitudinem, altitudinem, & profunditatem. In omnibus autem alijs animabus, unitur secundum participationem uigoris & captus: nam in una habitat, secundum scientiam prophetiæ, in alia secundum scientiã linguarum, & ita de alijs charismatibus. Sed secundum plenitudinem gratiæ: in Christo, ita quod omnis participatio, recipitur ex illa plenitudine. Scientia igitur in Christo, est scientia omnipotentiæ, quia in contracta, & ab omni defectu & terminatione absoluta. Nam in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. In quantum igitur anima rationalis participat de æterna sapientia, in tantum est ei unita, quæ quidem unio, fœdus, seu desponsatio dicitur. Nam sapientia, secundum dispositionẽ seu capacitatem animæ, se sua luce quæ est eius bonitas immittit, & in anima delitiatur, ut fructificet quasi semen diuinum. Quare in Christo est unio diuina sapiẽtiæ indissolubilis, & fœdus perpetuum, inseparabileq; matrimonium: quia diuinitas, est ab humanitate inseparabilis. Caput mulieris, est uir: caput uiri, Christus, caput Christi, Deus. Desponsatio mulieris & uiri, est sicut animæ & corporis. Et desponsatio uiri & Christi, sicut animæ & intelligentiæ motricis. Et desponsatio Christi & Dei, sicut intelligentiæ & uerbi Dei ipsam mouentis. Sicut uxor subesse debet capiti suo uiro, à quo debet prudentia, & eruditione moueri: sic sensus rationi. Et sicut sensus rationi, sic ratio intelligentiæ: uti ratio discipuli mouetur per intelligentiam magistri, ut fiat intelligens. Caput autem Ecclesiæ seu scholæ, est magister unus, scilicet Christus, qui influit spiritum in rationem credentium, qui spiritus est ut fons aquæ uiuæ: caput autem Christi, Deus, nam anima eius intelligens, subest uerbo Dei patris seu sapientiæ eius, sub quo uerbo mouetur, sicut Apostolus uel missus, mouetur uoluntate mittentis. Sapientia se habet ad rationalem animam, quasi Adam ad Euam, posito quod Adam in similitudinem uirilitatis, uiraginem creasset: nam non fuit Eua, nisi ut Adam ad imaginem & similitudinem suam, in ipsa generaret filios & filias. Sic sapiẽtia non creauit rationales animas, nisi ut in ipsis generetur fructus, ad imaginem & similitudinem eius, & dicantur fructus, filij & filiæ Dei, qui ex sapientia in anima rationali generantur. Sed antequàm Adam in Euam, semen uitæ proijceret, per sui participationem: præcessit matrimonium, siue fœdus unitatis, quod in rationali creatura, omnem fructum uitæ præcedit. Et hęc unio est, quando uoluntas Euæ, se subijcit imperio Adæ uiri, tunc signo amoris, signatur anima, ut ait Agnes: annulo suo subarrauit me Dominus, ut nullum amatorem admittam, præter ipsum.

Desponsatio.

Ex sermone. Consummatum est.

Communio.

Sicut ignis non mutatur in ferrum, sed ferrum in ignem: ita inferior natura, mutatur in superiorem, mortalis in immortalem, uisibilis in inuisibilem, terrena in cœlestem. Omnes dignè corpus Christi sumentes, unus homo efficiuntur, quia omnes mutantur in Christum. Multorum hominum multæ animæ & corda, si per fidem & dilectionem adhæreant Deo, fiunt una anima, & unum corpus: qui igitur lædit proximum, in Christi animam peccat, à qua te separas indignus communione. Dignè communicans, incorporatur Christo, qui non moritur. Quare dignè communicantes, nec spiritualiter, nec æternaliter moriuntur, quia mortui quidem peccato, uiuentes autem Deo. Si quis (ait) manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: quia caro mea est, pro mundi uita. Quomodo ergo moritur, qui in uita uera & essentiali absconditur?

Consummatio.

Christus qui ueritas est, est consummatio absoluta: quia omne quod fit, quando ad ueritatem eius peruenitur, tunc est consummatum: consummatio enim est perfectio, & quies, & finis, non enim pergitur ultra. Vnde forma quæ dat esse, non recipit plus nec minus, nec subest motui sicut nec finis, sed bene quæ sunt ad finem. Christus igitur qui est ueritas, est perfectio omnis perfectibilis. Quare ipse nominatur lux, non simpliciter sed consummata: uera lux, est consummata lux in perfectione. Oratio Christi consummata, ideò pro sua reuerentia exauditus, orauit, ut credentes sint consummati.

Ex sermone. Dixi quomodo.

Meritum Christi.

Sicut uirtus diuina est infinita: sic ipsa in unitate hypostatica, qua maior nõ est, in ratione meriti, persona enim meretur: & unio personalis efficit, quod meritum non potest esse maius. Et ideó in se cõplicat meritum omnium humanarum uoluntatum, quę fuerunt & esse possunt. Sicut in Sole considerari potest natura corporalis, & illa de se non est magnæ uirtutis, & non potest uirtutem suam alijs corporibus communicare, quia non est radiosa. Est alia natura lucida illi unita, ita quod Sol ex unione utriusque naturæ, habet uirtutem, quæ sufficit huic sensibili mundo, ad uitam innouandam in uegetabilibus, & animalibus, elementis, & mineralibus per suam influentiam radiosam. Sic de Christo, qui est Sol iustitiæ: quia ex merito iustificat, & iustificatio animæ rationalis, sicut Sol sensibilis, uiuificat animam sensibilem.

Ex sermone. Consummatum est.

Resurrectio. Mors.

Posse mori nunquàm tollitur, nisi morte. Quare Christus per mortẽ tulit posse mori, ut per resurrectionẽ, natura perueniret ad immortalitatem. Et quantò possibilitas mortalis naturæ, magis fuit explicita: tantò perfectius per resurrectionem, ad impassibilitatem est deuentum. Est igitur natura humana aliquata incorruptibiliter, in merito Christi, qui propria uirtute resurrexit. Intelligo uirtutem propriam, secundum naturam humanam, meritum esse, sic quod meritum eius tantæ uirtutis fuit, quod non potuit à Deo derelinqui amplius, qui tam diu derelictus fuit, quousq; passibilitas explicaretur.

Omne corpus habet longitudinem, latitudinem, altitudinem seu profunditatem: sic & corpora beatorum, suas habent mensuras. Sed differunt sicuti stellæ: nulla enim stella, habet lumẽ ut alia. Sed esto, quod corporalis lux sit ut corpus beati, & corporales siue densæ tenebræ seu palpabiles, sint ut corpus damnati: tunc in corpore beati considera, animam rationalem esse omni gaudio perfusam, quæ dominatur corpori subtili, agili, impassibili, & claro modo quo uult: talia enim corpora optamus habere. Ideò beati & fœlices talia habebũt, ut in anima & corpore fœlicitentur. Quãdo autem uidebunt se configuratos Christo, primogenito omnis creaturæ, uti resurrexit à mortuis: tunc quiesceret uoluntas. Mali configurantur non resurrectioni Christi, sed ignominiosæ passioni, per passionem Christi, cui non sunt compassi, à qua non sunt redẽpti: & non possunt ad resurrectionem Christi peruenire, qui non Christo sunt passi, qui aiebat, sic oportere intrare in gloriam. Anima enim quæ non est Christiformis post resurrectionem, est in corpore ut in densis tenebris, & est mœstissima anima, cuius uoluntas est ab omni lætitia desperata, illa non habet motum uitæ, sed ut mortua, pondere corporis ad inferna trahitur.

Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur ad conformitatem eius, qui est resurrectio & uita. Configurabimur omnes in resurrectione Christo, alij ut triumphatori mortis, alij ut ad mortem condemnato. Nam omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uerò mala in resurrectionem iudicij.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone. Hæc scripta sunt.

Regeneratio. HAbet quisq; suum primum diem introitus in hunc mundum, sed non est nisi una dies regenerationis omnium: quia est una immortalitas, quæ omnes efficit immortales sua unitate. Quando enim mortale induit immortalitatem, hoc fit regeneratione, quæ est una in omnibus, & fit unitate: quia induere, est superuestiri est medio uestimenti immortalitatis, uniti immortalitati: sicut medio caloris, uniri igni.

Corpus spirituale. Nisi Christus ostendat se, est inuisibilis. Corpus eius qui de morte ad uitam resurrexit, est eo modo spirituale, quod nisi seipsum ostendat & reuelet, siue cognitioni sensibili ingerat, non sentitur. Sensatio enim ob obuiationē corpulentiæ, fit passione quadam, quæ corpulentia non est in illis glorificatis corporibus. Et quia illa caret corpulentia nominat Apostolus corpus illud spirituale, à spiritu uitæ diuinæ, quod fuit animale, ab anima sensibiliter uiuificante: aer enim corpus est, ut in folle experimur, & non attingitur tactu, nisi se ingrossando sensibilem reddat. Quomodo autem corpus longum, latū, & profundum, in mensura Christi sit inuisibile, & adeò subtile: potest imaginatio se iuuare in semine, puta nucis, uel glandis: cuius quantitas non augetur, sed extenditur per elementa, in arborē perfectam & magnā, in qua omniquaq; nihil est, nisi semen quod est essentia eius, & abscinditur de semine semē cum elemētato, & est eiusdem uirtutis. Si igitur elementata, per quæ extensio facta est seminis, imaginamur separari uia corruptionis, manente semine extenso: manet ibi arbor magna inuisibilis, impalpabilis, & impassibilis. Sic si id, quod de essentia naturæ nostræ ex Adam traximus, consideramus extensum per uirtutem uegetatiuam, cum appositione nutrimenti, & deinde consideramus seperari elementa: quasi si modicū auri, extensum per massam aliquam metallarem formatā seu figuratam, cōsideretur remanere alijs metallis corruptis: tunc figura imago seu idolum, ex auro manet, nec est uisibile, nec palpabile, nec corruptibile. Vnde si eidē uniretur, spiritus uitæ intellectualis, illius imperio & uoluntate moueretur, & ianuis clausis per mininas rimas intraret. Et sicut modò homo est uisibilis uel palpabilis, quia natura assumpsit uestem elementalem: sic & tunc post regenerationem, posset induere sensibile corpus, & se uisibilem reddere, & exuere & inuisibilis fieri. Hoc autem scias, quod in Adā uis illa seu natura, creata fuit immediatè à Deo, & seminata in terra, quæ dicitur homo seu Adam: sicut etiam omne lignum, in se habuit semē suum à Deo, & multiplicatio ex precepto uerbi Dei facta est, ut sic ex uno, multi homines uenirent. Et si rectè cōsideras, uides quod essentiæ rerum immediatè à Deo sunt incorruptibiles, ut & sanctus ait Dionysius. Mors enim nō corrūpit essentiam: sed oritur mors, quando cessat motus uitæ, & mors nihil aliud est, quam separatio. Ad communicationem & multiplicationem essentiæ, necessariū est, quod sit extensio seminis, per motum in elementato, ubi natura ad se attrahit, conuertit, & omnia facit, ut possit suam naturam multiplicare, creatorem imitando, qui omnes rerum essentias, ad imaginē & similitudinē suæ essentiæ, creauit: & quantū capit natura, etiā hāc uirtutē cōmunicauit. Vnde uidē quasi scintilla cælestis ignis, semē ipsum, qui ut multiplicetur & de se producat similē uirtutem, iungitur lignis corruptibilibus, licet in se sit inuisibilis, subtilis, incorruptibilis, & lucidus, quēadmodum de glorificatis dicimus corporibus. Aurum in mineralibus, est quasi essentia mineraleum incorruptibilis. Ideò quantò uiuū uita sensibili est nobilius: tantò & eius essentia. Et quantò uiuū uita rationali, nobilius uiuo uita sensibili: tantò & essentia eius, & sic de intellectuali. Sed de his, absq; determinatiua assertione, hæc sic dicta sint. Quid est, quod omnes tot laboribus, & tanto desiderio, quærunt per mare, per terram, per innumerabiles tribulationes: nisi posse aliquando uiuere in pace, iuxta suum beneplacitum? Sed nullo unq; tempore ad hoc deueniri potest, nisi medio Christi. Nam q̄diu homo est de hoc mundo, qui est in maligno & extra pacem positus, non reperiet pacē, quā mundus dare non potest: solus ille qui sequitur Christum, & credit ei ut filio Dei, hic quū sit mortuus mūdo, et eius uita abscōdita in Christo, habet pacē in aduersitate, quia diuitias in paupertate, uitam in morte, in humi-

liatione exaltationem, & in sepultura resurrectionem. Nec est alia pax Christi, qui omnia pro uita futura & propter Christum, pro nihilo ut stercora reputare.

Ex sermone: Eratis aliquando oues errantes.

Pastus. EST Iesus pastor, & episcopus animarum nostrarum: pascit enim animas, modo quo animæ pasci possunt, hoc est uerbo & exemplo. Et quia Iesus est uerbum illud, quod est ueritas: ideò seipso pascit. Verbum enim est, unde uiuit anima, & non omne uerbum, sed uerbum quod ueritas & uita. Sicut uisus pascitur suo obiecto: ita & ratio, cuius obiectum est ueritas. Omne igitur uerbum non aliter pascit, nisi in eo reluceat ueritas, sicut pulchritudo quæ ineſt uisibili, mouet delectabiliter uisum: mouet, hoc est uiuificat, nam motus delectabilis, uita est. Sic ueritas quæ ineſt uerbo, uiuificat intellectum: pulchritudo autem, in quantùm uera, in tantùm uiuificat. Veritas igitur, in se pulcherrima est, & falsitas fœda, atq; mendacium turpe. Id quod pascit oculum, est pulchritudo, ut ineſt rei uisibili, ubi non reperitur in se sed in alio, non in ueritate sed in ueri similitudine, & imagine aut ænigmate. Ideò recipit magis & minus illa pulchritudo, quia non est substantialis. Sed pulchritudo, uti est obiectum intellectus, est pura & incontracta ad colorem, uel figuram, & est ipsa ueritas, quæ non recipit magis nec minus. Et ideò essentia seu quiddi-tas, est obiectum intellectus: sicut in uerbo quod latet sub litera, est pascentia intellectus, in figura uerò scripturæ, pascitur oculus.

Ista est pascentia mirabilis, quo modo mors pascit uitam: mori peccato, est uiuere iustitiæ: mori literæ, est uiuere spiritui: mori sensibiliter, est uiuere intellectualiter.

Sicut speculans claudit oculos, ut uideat intellectu: sic delectationem intellectualis uitæ quærens, fugit mundanam, quam nisi mortificet, non assequetur intellectualem, seu cœlestem, quam mundus capere nequit, quia eam nec scit, nec cognoscit, neque scire potest. *Terrenorum fuga.* Et est delectatio in spiritu, quæ testatur, spiritum sanctum qui est pignus æternæ uitæ, ad esse. Si enim Christus ut purgaretur non est passus, & tamen patienter est passus, ut nos qui purgari indigemus, sequamur uestigia eius: multò amplius nos peccatores uoluntariē pati debemus, mortificando quæ nobis secundum hunc mundum desiderabilia sunt, non murmurando seu maledicendo quum maledicimur, non reddentes malum pro malo, quum nullus nostrum sit sine peccato: neq; unquām aliquis repertus, qui saltem in uerbo non offendat.

Liuor eius, est nostra sanatio: in liuore & infirmitate ipsius, quam ut tolleret nostram infirmitatem assumpsit, est nostra sanitas: abscondita est in eius tristitia, lætitia nostra: in eius passione, nostra impassibilitas. Sic in eius deformitate, quia factus est non habens speciem, neq; decorem, abscondita est nostra claritas: in eius ponderositate, qua pendebat grauiter, & qua caput, non habens reclinatorium, inclinauit se, abscondita est nostra agilitas: in eius uituperio, & derisione, nostra laus & gloria: & in eius mortalitate, nostra immortalitas: in eius condemnatione, nostra liberatio: in ipso qui nostros languores tulit, est nostra beatitudo. Quapropter recte aiebat Apostolus, omnes thesauros intellectuales, qui sunt scientia & sapientia, in ipso esse absconditos, quia uerbum Dei.

Nihil uiuificat animas, nisi uerbum, quod se dat manducantibus. Verbum est semen uitæ, quod moritur in terra optima, ut faciat fructum uitæ. Dicit uerbum Dei ad animam esurientem, cibus sum rationalium spirituum, auidè degluti me, quasi quis sapientiam appetens, librum sapientiæ auidè deuoraret: dum deglutitur liber, illuminatur anima.

Ex sermone: Credentes signati estis.

Intentio. NEmo intelligit scripturam alterius, nisi attingat usq; ad intentionem scribentis. Sed si debet attingere, usq; ad intentionem scribentis, ut intelligat: oportet quòd una sit ipsius & scribentis intentio, seu spiritus mouens. Sic nisi quis habeat eundem spiritum quem Iesus, nō attingit ad intellectum seu gustum Euangelij.

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Trinitatem in unitate ueneremur.

unitas.

DIcit Aristoteles, primam causam esse trinam: quia est scilicet efficiens, formalis, & finalis. Vna causa est trina, seu tricausalis: est prima causa efficiens est prima formalis, est prima finalis. Non possunt esse tres causæ primæ, quia ante omnem pluralitatem unitas. Erit igitur prima causa, tricausalis: efficiens causa, non est formalis, aut finalis: sic nec formalis, finalis. Sunt igitur distinctæ, quando ipsas in suis hypostatibus intuemur. Sed quando ipsas in primitate intuemur, sunt una causa. Dicebat Plato ad Dionysium tyrānum, apud primum regem esse omnia, & eius gratia omnia: fortè uolens idem innuere, quod dicit Aristoteles, scilicet primam causam esse trinam: quia per primum regem, intelligitur omnipotentia, ita est causa efficiens. Et quia apud illum ut in causa dixit esse omnia, est causa formalis, siue forma formarum, quæ in se complicat omnem formabilem formam. Deinde dicit, quòd eius gratia omnia, sic est causa finalis. Quod est impossibile esse, non est. Vnde quòd res possit esse, habet ab omnipotenti causa, quæ efficit possibilitatem essendi. Quòd autem res quę potest esse fiat actu, hoc habet ab arte, in qua sunt omnes formæ, est enim causa formalis. Id uerò quod fuit & terminat causationem efficientis & formalis, est nexus possibilitatis & actus. Sicut figulus, possibilitatem efficit in terra, eam aptando, ut sit capax formę: deinde proponit uelle talem ollam facere cuius formam in mente concipit: post hoc per motum, possibilitatem quæ est in terra ut possit fieri olla, & formam quam habet in mente, connectit in uno magisterio, hæc tria insunt. Sed figulus, non efficit possibilitatem de nihilo, sicut prima causa omnipotens. Duplex est causa finalis: nam una est finiens seu perficiens opus, & dicitur finis intra: alia est finis operis, & dicitur finis extra. Vt autem ad primam tricausalem respicimus, tunc est causa finalis, causans nexum, & est causa operis, quia omnia propter seipsum operatur, scilicet ut manifestetur gloria sua: sicut si figulus faceret opus pulchrum, ad ostensionem gloriæ suæ, quia artem suam admirabilem manifestare uellet. Habemus ex Euangelio Ioannis, patrem & filium & spiritum sanctum, per magistrum nostrum unicum nominari uiuificantes, dicit enim: Sicut pater uiuificat: sic dedit & filio ut uiuificet: & deinde alibi spiritus est qui uiuificat. Quæramus igitur in uiuificatione, qualemcūq; gustum beatissimę trinitatis, Deus trinus & unus, est uiuificator. Id autem quod optimè uiuere debet, à prima causa uiuificante hoc habere necesse est. In essentia autem optimæ uitæ, necessariò est uiuens, cum notitia, & delectatione siue lætitia. Nam uiuens, qui non habet notitiam uitæ suæ, nequaquàm perfectè uiuit, sed est ut dormiens, seu oculus in tenebris: uiuens & cognoscens se uiuere, non est sine delectatione & gaudio. A patre uiuificante habet spiritus rationalis (cuius est imago) ut habeat uitalem naturam: à sapiētia, seu uerbo, seu filio, qui habet uerba uitæ uiuificantis: formatur seu illuminatur, ut actu uiuat, siue intelligat se intelligere seu uiuere, quod idem est in natura intellectuali, in qua esse, & uiuere, est intelligere: à spiritu sancto uiuificante, habet lætitiam & gaudium, quia habet naturam uitalem, & intelligentem se uiuere. Quare est Deus creans naturam uitalem, uita rationali: est Deus illuminans illam, ut uideat se uiuam: est Deus fœlicitans seu lætificans ipsam.

Mens. Volo adhuc inuestigare ex imagine trinitatis, trinitatem: spiritus intellectualis, ad imaginem Dei creatus, est rex cœlorum. In eius regno reperitur cœlum, in quo sunt omnia, & dicitur memoria: & reperitur cœlum, in quo fit discretio & electio, & uocatur notitia: & est cœlum delitiarum, & uocatur uoluntas. In cœlo primo regni mentis nostræ, quæ ab ipso cœlo nomen habet, quoniam mens à memoria dicitur: ibi sunt omnia, quia memoria est imago æterni Dei. Omnia igitur sunt in memoria, quæ est memoria eius, qui est omnia in omnibus. In secundo cœlo, ueniunt omnia in lucem, ut mensurentur, & habet mens nomen ab illo cœlo, quia à metiendo dicitur. In tertio cœlo delitiæ sunt: sunt igitur cœli, regna mentis. Habet autem mens in primo

mo regno, diuitiarum thesaurum, in secundo numerat & eligit, in tertio delitiatur. Memoria intra se habet ueritatem, iustitiam, pulchritudinem, & quæcunq; talia, perpetua & æterna, ut memoria æternitatis. In secundo regno, iudicat de iusto, uero pulchro: & nisi primum regnum ministraret ei ueritatem, iustitiam, & pulchritudinem, non haberet cum quo iudicaret quid iustum, quid uerum, quid pulchrum. In tertio regno, delitiatur & gaudet se reperisse, iustum, uerum, pulchrum. Studet igitur mens æquare regna: nam de memoria, generatur notitia. Et si tantùm posset mens intelligere, quantùm capacitas memoriæ se extendit: sequeretur ex hoc summa delectatio, & gaudium, atq; fœlicitas æterna. Nam tunc cognosceret Deum, qui in sua imagine quæ est memoria, occultatur, ut ueritas in imagine. Deus est omnipotens: omnipotentia, omnia complicat, & nominare ipsam possumus æternitatem: quæ si ad creaturam refertur, est principium sine principio, in quo complicantur omnia. Et quia est omnipotens, de se generat sui ipsius notitiam seu lucem, nam non esset omnipotens, si se ignoraret. Et quia de se lucem producit, in qua se uidet, hęc lux in se habet omnipotentiam, cuius est lux, seu substātialis figura. Ex his igitur, quòd omnipotens principium cognoscit se esse omnia: procedit fœlicitas, seu gaudium æternum. Omnipotens principium, est primum regnum, in quo sunt omnia complicitè. Secundùm regnum, est regnum filiationis, seu rationis, siue uerbi aut notitię, in quo omnia quę in primo regno patris sunt, quasi in memoria æterna sunt, ut de thesauro memoriæ in lucem, ubi discernuntur omnia; explicata. In tertio regno, quod est regnum in spiritu sancto, sunt omnia ut amplexa cum gaudio & charitate, quasi auide quæsita, & lætè inuenta, & est regnum lætitiæ & fœlicitatis.

Ex sermone: In principio Deus creauit cœlum & terram.

Lux. DIxit Deus fiat lux: nominat lucem. Id autem quod non est, non habet nomen. Erat igitur lux uera, quæ fieri debuit. Et ideò ista quæ fiebat, fuit uera lux facta, quia facta est lux. Ac si quis pictor diceret, pingatur Socrates, & eo ipso quo dixit, sit pictus Socrates qui nominabatur: fuit uerus & uiuus Socrates, qui pingi debuit, & modò pictus est. Et non est hic pictus Socrates, Socrates ille qui est uerus: sed Socrates cum addito, scilicet pictus. Sic lux facta, nō est simpliciter & absolutè lux uera, sed lux uera facta: neq; est sine ueritate, quia in quantùm est, in tantum uera est. Vnde lux uera, dat illi esse: quia in quantum benè facta est, in tantum est uerior imago eius. Ita uidit Moses, lucem intelligentiæ aduenire homini seu terreno Adæ, ex uerbo Dei, prout ipse id ipsum hic complicitè dictum, postea explicat longiore sermone.

Eucharistia. Lux illa, leges nobis lucidas dedit, per quas cognoscimus filios lucis & Dei, & filios diffidentiæ. Sacramentum Euchatistiæ, est sacramentum filiorum lucis: nam qui Christum recipit, induit arma lucis, & ad filiationem Dei peruenit. Nam nisi ad conformitatem Christi quis perueniat, manet in tenebris. Veritas, est lux sapientiæ seu uerbi Dei: qui Christum induit, ad ueritatem peruenit, à quo omnes tenebræ abiectę sunt & separatæ, & omnis error & mendacium, in eo nihil habent. Spiritualis lux, non est sine omni tenebrarum obscuritate, nisi separetur per uerbum Dei: omnis lux corporalis, habet aliquid opacitatis & tenebrarum admixtum, inuenitur enim una lux clarior alia, ideo nulla reperitur adeò clara, quin possit esse clarior. Lic et Solaris lux sit adeò clara, quòd non sit clarior: tamen infinita uirtus creatoris, non est terminata in Sole, quin possit creare lucem clariorem. Sic nulla lux spiritualis seu intelligentiæ, est sine tenebris ignorantiæ, excepto solo uerbo Dei, quod est ratio & ueritas absoluta. Qui igitur ex suis naturalibus, ueritatem uti est attingere præsumit, seipsum seducit, & in errore manet: sed qui sibi non credit, & audit uerbum Dei, & illi soli obedit, ille perducitur ad ueritatem, quia per ueritatem ducitur. Qui Christum credit uerbum Dei incarnatum, nō hæsitat in omni promisso eius. Promittit autem quòd ipsum & eius doctrinam recipientes, usque ad filiationem Dei perueni ent, & fient in regeneratione ei similes, & æterni regni cohæredes & possessores. Consum-

http://www.obrascatolicas.com

mata autem illuminatio, est in hoc nostro sacramento: in quo si Christum filium Dei credimus, non hæsitamus substantiam panis in corpus eius conuersam, eo dicente: hoc est corpus meum. Vnde si uerbo Dei, panis transit in corpus Christi, quid mirum, si uerbo Dei terrenus homo fit cœlestis, conformis filio hominis, qui est & filius Dei?

Ex sermone: Hoc facite in meam commemorationem.

Eucharistia.

SIcut non tenemur habere Christum in memoria, quemadmodum species sensibiles in memoria reponuntur, quia non uidimus eũ, nec audiuimus, nec tetigimus, sed solùm uti fide ipsum recepimus uerum filium hominis & uerum filium Dei: ita credere debemus, esse ueraciter in sacramento, non localiter, non dimensiuè, non coloratè. Et sicut per fidem, ueraciter uidetur in memoria, sic & in sacramento. Potest introductio fieri, quomodo creato homine, ubi lux fuit in tenebris, & non fuit comprehensa. Demum populus unus fuit electus, de semine Abrahæ, qui in tenebris Aegypti opprimebatur, à qua regione per mare rubrum ductus in desertum, ubi iniit fœdera cum Deo, & facta illi promissio, quòd ad terram ubi abundantia edibilium prout optare posset, perduceretur, si seruaret legem tábularum huius promissionis. Recepit sacramenta multa, sed manna fuit consummatio sacramentorum, in quo præfigurabantur delitiæ terræ promissionis: & id quod sub specie מן־חרא fide prægustabant, assequuti sunt in re in terra promissionis. Sic hoc sacramentum, est uerum manna, & regnum cœlorum, Hierusalem supercœlestis, ubi in re omnia sunt ad oculum, quia uisio Dei, & fœlix boni fruitio.

Est etiam supremæ charitatis sacramentum. Nam quum Christus usq; in finem dilexisset suos, ut ostendit in cœna: tunc quia non sufficiebant omnia, ad perfectissimam charitatem, nisi seipsum daret pro omnibus, cuius hoc est admirabile sacramentum, recipit enim se in manus suas, & in sacramento fregit ac distribuit. Sicut si panis uiuus, seipsum frangeret & distribueret, ut uiuerent illi quibus se distribueret, & ipse distribuendo moreretur. Tradidit sic se Christus nobis, quasi ita se moriendo distribuat, ut nos uiuificaret.

Est etiam sacramentum filiationis, quæ consummata fide attingitur. Nam in uerita te huius sacramenti, tollitur omnis hæsitatio, circa filiationem Dei. Quia si panis potest transire in filium Dei: igitur & homo, qui est finis panis.

Ex sermone: Dominum Christum sanctificate.

Iustitia.

SIcut enim oculi mei sensibiles, sensibilia uident, & aures sensibiles, non nisi sensibilia audiunt: sic Deus, qui est ipsa absoluta iustitia, oculis suis scilicet iustitiæ, non nisi iusta, & auribus suis scilicet iustitiæ, non nisi iusta percipit. Oportet igitur illum, qui sub datore uitæ militare uult, seruire ei iustè, & in habitu iustitiæ. Dedit Deus hominibus Adæ & Euæ habitum iustitiæ originalis, quia uocauit eos ad regnum suum immortalitatis: sed quia hoc donum amiserunt, ruerunt in mortem. Oportet igitur dènuò iustitiam indui, si ad fœlicitatem peruenire cupimus.

Ex sermone: Membra uestra templum sunt.

Dilectio.

QVærentes scire, diligunt ueritatem quam quærunt: si autem ipsam diligis quam quæris, diligis quod ignoras, & non ignoras, quia quæris. Deus eñ ueritas est. Modus igitur apprehendendi scientiam ueritatis, seu apprehẽdendi Deum cunctæ intelligentiæ, est accedere ad ipsum, spiritu desiderij seu amoris. Dum dicitur, quòd nihil incognitum amatur, uerum est, nisi coincidant uerum & bonum. Charitas enim quæ Deus est, quantum diligitur, tantùm intelligitur: & quantùm diligitur, tantùm cognoscitur à charitate: & tantùm cognoscit diligens, quantùm diligit. Nota coincidentiam.

Ex

Ex sermone: Si quis non amat Dominum.

Gratiæ.

GRatiarum multitudinem sequitur inæqualitas, & inæqualitatem diuisio. Sed ante omnem multitudinem, unitas: ante omnem inæqualitatem, æqualitas: ante omnem diuisionem, nexus. Sic uidemus in uirtute unius spiritus, omnia spiritualia dona contineri. Sic de diuisione administrationum, quæ sunt auctoritates. Nam uariæ sunt administrationes, siue administrantium auctoritates, quæ fiunt in uirtute Domini, seu spiritu Iesu: nam contemnens auctoritatem, cõtemnit Christum. Omnes operationes quæ fiunt in Ecclesia, sunt opera Dei, qui operatur omnia in omnibus. Deus autem spiritus est-unde omnia bona. & omnia ordinata, & omnia uera, à spiritu ueritatis sunt.

Manifestatio spiritus.

Considera tu fidelis habens spiritum Dei, etiam si non habes donum manifestationis eius, quòd manifestatio nõ arguit illum sanctiorem te, qui habet donum: quia spiritus cui uult dat manifestationem, & non eligit illum magis sibi gratũ, sed aptũ ad manifestationem, per quam sequatur utilitas. Ioannes Baptista nullũ fecit miraculum, tamen gratia sancti spiritus, quæ gratum fecit ipsum Deo, non caruit, per quam fuit alijs ex mulieribus natis sanctior. Sed qualis eris, quum apparuerit spiritus ille, q in te est ex manifestatione? uirtutes eius, in alijs recipito. Nam si in manifestationem alijs, uides eum sapientem, scientem, sanantem, uiuificantem, talis est spiritus qui in te est, licet nunc non appareat: sed quando Christus apparebit, à quo procedit ille spiritus, eris similis illi, & occultus spiritus, erit manifestus. Tũc enim spiritus uitæ, quẽ bibisti per fidem, quasi aquam mundam: erit fons saliens & uiuus, æternaliter uiuificans. Fons enim qui ex se exerit aquam, nunquàm desinit fluere: sic fons uitæ, nunquàm deficiet. Fluit igitur uita de spiritu indeficienter, in animam quæ spiritum potauit, ut aqua in terram sitientem: exemplum. Bibitur quasi aqua spiritus Dei, per spiritum nostrum intellectualem: & aqua quæ non apparet uiua, quando manet in biben te fit fons, quælibet pars aquæ est aqua, & quilibet fons satiat: nam qualis sitis, talis potatio. Ecce uarietatem fontium, ex uarietate sitientium & potantium. Sed omnes fontes, sunt uitæ fontes. Portant fideles hunc thesaurum, scilicet spiritum Dei, in fictilibus uasis, quasi ardens candela in opaca lucerna portaretur: & nõ uidetur lux eius, ob tenebrositatem medij, quod est de hoc mundo. Sed quando per mortem transit corruptibile, & resurgit incorruptibile: clarũ & lucidum erit tunc corpus, & lucerna fulgoris, quasi lucerna diaphana & transparens, nihil habens opacitatis & tenebrarum permixtum. Sicut aër in lucerna, & in ære ignis, seu lux illuminans aërem, & deinde eius medio lucernam: sic est spiritus uitæ in spiritu hominis, qui ut aër est solùm capax uiui ignis, ad quem se conuertit ut uiuat: & per medium spiritus intellectualis glorificati, illuminatur lucerna seu corpus, ut similiter fiat glorificatum seu illuminatum, lumine gloriæ. Habemus autem secundum mensuram fidei formatæ, hunc thesaurum in fictilibus uasis. In quibusdam igitur magna est fides, & ardens lux, quẽnõ potest etiam peruentum quamuis magnum, quem tentator immittit, extingui. Alij uero modicæ fidei, de facili deficiunt, & spiritus extinguitur. In quibus autem penitus extinguitur, tam parua fides est, quòd nunquàm denuò accendatur, qui à Salomone impij uocãtur. Et potest hoc peccatum dici in spiritum sanctum: quia nec in hoc sæculo, nec in futuro, remittetur, quia est peccatum suffocans, & extinguens fidem, siue agnitam ueritatem. Paulus autem hunc iubet hominem hæreticum, quem experimur auersum, esse uitandũ, nullæ enim admonitiones prosunt in eo. Alia peccata ex infirmitate carnis, licet sint mortalia, quia tenebrositatẽ, in anima generant, quasi in aëre nubes nigra, quæ se illuminationi Solis reddit ineptã: non penitus extingunt spm̃ fidei, licet formã uitæ fidei non recipiant: quia adhuc spiritus nõ est extinctus, possunt illi per pœnitentiã se purgare, ut denuò sint capaces illuminationis. Quando igitur conscientia adhuc malè acta damnat, & dolet de commissis malis, & omissis bonis: signũ est, spm̃ non esse in peccatore penitus extinctũ, maximè quando se retrahere incipit, à consuetudine peccãdi, & orat ut detur gratia, quòd ignis, per christum in terrenam suã naturã missus, ardeat: ardor est feruor amoris. Ignis, unde diui-

Peccatum.

Charitas.

http://www.obrascatolicas.com

nus ardor procedit,eſt ſpiritus, qui & charitas dicitur. Et ſicut ignis,in materia incorſumptibili,nunquã ceſſat calefacere: ſic ſpiritus ſanctus, qui & charitas eſt,in anima intellectiua,nunquàm ceſſat uiuam lætitiam, quæ eſt ardor charitatis immittere, quando materia in quam immittit,eſt capax immixtionis & incõſumptibilis. Et nominat Apoſtolus,cor animam ipſam,qui ait:charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,per ſpiritum ſanctum,qui datus eſt nobis,Cor enim dicitur,quia centrum uitæ. Sic ſpiritus ſanctus,dicitur charitas:licet charitas ſit ex ſpiritu ſancto,diffuſa in centrum uitæ noſtræ,ſicut cor dicitur anima,licet ex anima ſit diffuſio uitæ cordialis. Anima intellectiua reſpectu ſpiritus Dei,non ineptè nomẽ materiæ habet:ſicut amor ueritatis,eſt forma animam intellectiuam formans & uiuificans,atq; in motu ponẽs. Verus enim amor ueritatis,à ſpiritu ſancto procedit,qui dicitur charitas, & ſpiritus ueritatis. Quando igitur peccator orat,ut ſpiritus in Dei amore ardeat,uti Chriſtus uoluit qui immiſit,tunc poteſt ſpiritus hominis denuò illuminari,& promptior fieri ut ardeat:poſt purgationem uaporoſæ terreſtreitatis. Chriſtus enim uenit,ut mittat ex ſpiritu ſuo ignem in animas noſtras,& uult ut ardeat,& per ipſum de claritata in claritatem transformemur,& ſic nos fœlicitatem aſſequamur. Hunc igitur meritò diligere tenemur,qui docendo quæ ſit uita æterna, ſpiritum infudit,per quem hæc uita datur. Et qui non amat illum,ille eſt in ultimo anathemate,quo maius nullum eſſe poteſt,quia mors æterna:& nominatur Maranatha Syro nomine,hoc eſt,uſq; ad Domini iudicium,ſeu aduentum maledictus. Id quod animorum concordiam efficit & cõſeruat,eſt charitas: Eſt igitur ſpiritus Ieſu,in quo fideles unum ſunt,ſpiritus Dei,q charitas dicitur. Sicut in corpore humano ſunt uaria membra, quæ in ſe non habent uitam nec ſubſiſtentiam,ſed neceſſe eſt ut ſint in unitate corporis, & tunc mediante corpore,à ſpiritu uiuificãte corpus,omnia membra uiuunt, quodlibet in ordine ſuo: ſic in corpore ſpirituali,ſunt oculi, aures, os, lingua ſpiritualiter,quaſi quædam uires ſeu potentiæ ſpiritus Ieſu,quæ ſunt ordinatæ ad unitatem in ſpiritu,unde effluunt omnes uires. Et ideò omnes fideles uniuntur, ut mediante Eccleſia ſeu corpore Chriſti myſtico,poſſint de ſpiritu uitæ Ieſu uitam participare. Per uictoriam Ieſu,qui ſibi omnia ſubiecit,& demum eſt Deo patri ſubiectus,ut Deus ſit omnia in omnibus:omnia perueniunt ad finem: & abſorbebitur mors,& ſequetur reſurrectio. Nõ quòd corruptibilis caro aut ſanguis,uitam æternam aut incorruptionem poſsideant: ſed conuerſò, incorruptio & ſpiritualis atq; cœleſtialis,incorruptibilis uita, ſubicit ſibi corruptibilia,attrahens ad conſortium ſuæ immortalitatis. Quaſi immortalitas ſit in dumentum, quo induti mortales,fiunt immortales ob ipſum indumentum,ſicut caro corruptibilis,manet ſine putrefactione, ob balſamum quo ungitur. Et ſicut tũc abſorpta eſt corruptibilitas putrefactionis, in uictoria imputrefactibilitatis balſami,q eſt liquor imputrefactibilis:ſic mortalitas,abſorpta in uictoria immortalitatis naturæ,ſcilicet quę mori non poteſt. Stimulus autem mortis,peccatum eſt. Nam quòd natura quæ potuit nõ mori,facta eſt mortalis,ex peccato euenit. Sed Chriſtus ſolus eſt, qui eſt uictor peccati & mortis,cuius uictoria eſt liberatio à peccato,ſcilicet à ſtimulo mortis. Lex non liberauit à peccato,ſed eſt potius uirtus peccati:facit enim ſcientiam peccati. Scientia autem,eſt uirtus peccati. Venit enim peccans, contra conſcientiam. Quare non habens uſum rationis,penitus ſcilicet ignorans,non peccat. Aut poteſt intelligi de legibus,quæ non haberent uigorem peccati, niſi eſſet lex imperãs aut prohibens.

Incorruptibilitas.

Ex ſermone:Effœta.

DIcitur Deus,ignis deuorans ſeu conſumens. Ecce ignis uult conſumere arborem,prius ab ea tollit humiditatem,& animam uegetatiuam,cuius ſedes eſt in humido:ſeparat deinde terrenam fœculentiam, & demum elicit conueniens,ſcilicet aëreum uaporem, quem attrahit, & in attractum immittit ſpiritum ſuum lucidum & calidum. Et omnis ſubſtantia groſſi ligni depurata,reſurgit in ſimilitudine ignis ſubtilis, propter unionem eius cum igne, & inhabitantem ſpiritum ignis in eo. Nomino ſpiritum ignis,quemadmodum lucidum Solem ſapiens

Corpus & anima purificata.

ens ſpiritum uocat,ob ſuam actiuam mobilitatem. Sic ſpiritus Ieſu cœleſtis, purgat animas,& (terrenis concupiſcentijs mortificatis & eiectis) puriſsimam atque clariſsimam ſubſtantiam,quæ eſt ſummitas intelligentiæ eius,attrahit, & in eam immittit ſpiritum ſuum ueritatis, ut ibi maneat, per quam reſuſcitatur & uiuificatur continuè immutando,uſq; ad eius conformitatem.

Ex ſermone:Laudans inuocabo Dominum.

LEx Chriſti,eſt lex ſpiritus, quæ loquitur de charitate ſeu amore ſpiritus,quo amore,ſpiritus noſter ſpiritui qui Deus eſt, coniungitur, & inenarrabili & immortali lætitia paſcitur & uiuificatur. Et quia homo animalis non concipit uitam lętam,niſi animaliter & ſenſibiliter,diabolus ſubtiliter inficere uolens Euangelium,introduxit pſeudoprophetam Mahumet, quaſi ſciolum Euangelij & ſcripturæ,ut daret intellectum animalem,qui gratus eſt homini animali. Sic laudauit Chriſtum & Euangelium,ſed appoſuit falſum intellectum,promittens paradiſum uoluptatis ſecundùm carnem,& delicias corporales. Et quoniam crux Chriſti, eſt ultimum teſtimonium ſpiritualis intelligentiæ Euangelij,ſcilicet quòd uita ſenſibilis eſt penitus nihili facienda,& morti danda pro uita ſpiritus,quoniam animaliter mori pro ueritate uitæ ſpiritus adipiſcenda,eſt tranſire de morte ineuitabili,ad uitam æternam,& hoc ex merito Chriſti in cruce:ideò doctrinam Mahumet,diabolus uidetur hominibus perſuaſiſſe,ut ex ipſa ueniret caput malitiæ, filius perditionis, qui ſe inimicum Crucis Chriſti conſtitueret. Permiſit autem Deus illum regnare, quouſq; illam magnam Romam nouam ciuitatem Conſtantinopolitanam, plenam templis ſanctiſsimis, occuparet. Nam illi habitatores ab unitate fidei catholicę, quoad proceſsionem ſpiritus ſancti,ſchiſmaticè receſſerunt,& demum fidem ſubdolè promiſſam,in ſynodo Florentina,ad finem habendi contra Turchum adiutorium,non ſeruauerunt. Non enim niſi deluſoriè acceſſerunt ad hunc finem,ut temporale commodum aſſequerentur. Et ideò poſtea oſtenderunt, uoluiſſe Eccleſiam Romanam decipere,quia plures qui in recepta unitate permanere uolebãt, ut hæreticos abiecerũt. Duo itaq; permiſit fieri Deus:ſcilicet quòd illi doloſi ſchiſmatici,corrigerentur per ſubactionem ciuitatis, & boni expulſi tepiditatem Chriſtianorum excitarent. Sic factum eſt quòd Turchus ſuperbè dominaretur ciuitati Conſtantinopolitanæ, quę per Conſtantinum Chriſtianum Imperatorem denominata fuit, ut deceptores uiderent ſe deceptos,& Romanus pontifex ad animum reciperet,crucis honorem eſſe etiam armis defendendum. Poſuit autem in animo ſuo Turchus, illam uictoriam uelle extendere uſq; ad antiquam Romam,& omnes fines Chriſtianitatis. Venit rumor propoſiti illius tyranni ad nos,ac quòd eius potentiæ nemo reſiſtere poſſet. Longanimis Deus,permiſit negotium uſq; ad deſperationem peruenire, ita ut omnis noſtra potentia, pertimeſceret aggredi illum magnum Turchum,cuius exercitus exti mat,quadrigentorũ milium armatorũ. Fecit inſtrumenta bellica,machinas,bombardas inauditas,quibus nulli fortiſsimi muri poſſent reſiſtere, non curauit in terrorem noſtrum prænunciare,Andoralbam caſtrum fortiſsimum,& clauem regni Vngariæ uelle occupare,& ex illo totum regnum illud potentiſsimum,& cetera loca Chriſtianitatis. Prædicatum eſt populo,ut ſe ad occurrendũ pararet, incitationes factæ ſunt; ſed timor omnes noſtros principes iuaſit. Venit Turchus, deiecit muros oppidi,nulla uidebatur ſpes reſiſtentiæ. Sed poſt omnem humanam deſperationem,pauci pauperes cruce ſignati,contra inimicum crucis,occurrerunt, & clamauerunt ad Dominum,cuius ſe per crucis ſignum fideles ſuos profitebantur,& præſente Cãpi ductore Hungariæ Ioanne Huniad,milite Chriſtianiſsimo,in die ſanctæ Mariæ Magdalenæ crux Chriſti uicit inimicum, & turpiter de nocte aufugit Turchus, cæſis ſuis, dimiſſis Chriſto bõbardis & machinis inauditæ magnitudinis, & multis ualdè, ut ſic ſuis propriis armis, per Chriſtum compeſceretur à perſequutione. Hæc eſt dies boni nũcij,in qua recepimus plures literas,huius miraculoſæ uictoriæ. Quapropter conuenimus, ut laudemus Deum, qui mirabili ordine memoriam crucis renouauit,

Animalis hominis.

Captiuitas. Conſtantinopolis.

http://www.obrascatolicas.com

agente hoc per flagellum, quo somnolenti excitaremur: & ut eum inuocemus, qui se ostendit pium protectorem, quando tota fide ad ipsum recurrimus, scientes quia indubiè salui erimus, si ex toto corde, nos suę tuitioni commendauerimus.

Oratio. Viua est oratio, ubi adest purus intellectus, qui est uerbum mentis. Mens enim ut à memorando dicitur, est sine qua non fit conceptus. Concipis enim, uitam in memoria habens: quomodo aliter produceres eius conceptum? deinde de memoria & uerbo, spiratur affectus & desiderium ad conceptum. Exprimitur igitur in oratione, spiritus desiderij, sub signis uocalibus: prorumpere in uocē, est ostendere exuberantiā desiderij. Affectus ille spiritus nostri, est penetrans cœlos, & pulsans aures Dei. Oportet aūt eū qui uult impetrare, attentissimè aduertere, quomodo oratio omnia creata excedit, ob spiritū nostrum intellectualē, qui seipsum acuit quasi ignis, qui suā uirtutem ex motu multiplicat. Si rectè consideras, orationi cedit natura, motus cœli, & omnis creatura: orauit Helias, & non pluit, & facta est sterilitas: iterum orauit, & pluit, & facta est terra fructifera: orauit, & ignis cuius motus naturalis est sursum, descendit de cœlo. Nonné Sol à motu ordinario cessauit, ob orationē? habet igitur oratio quandā omnipotentiā, nō ex spiritu nostro, sed ex spiritu qui est in spiritu nostro ex motu enim ignis, concipitur desideriū. Est in spiritu nostro quędā potentia concipiendi in se spiritū diuinū, si saltē spiritus noster ordinatè disponitur. Non fit conceptus in spiritu, sine fide: quod si non credimus, spernimus & abijcimus. Fides igitur posse à Deo consequi id quod petis, præcedit, puta: non dubitas Deo omnia possibilia, & quòd ipse donat omnia bona affluenter: petis, & accipis. Oportet te capacē esse doni: petis lucē, & nō expurgasti dēsitatē opacitatis: petis castitatē, & nō uis deserere mulierū cōsortia, & luxuriæ incēdia: petis misericordiā, & non es misericors, sed habes rancorē aduersus proximū: petis tēporalia nō necessaria, sed nō habes pietatē ut rectè dispenses: petis honores, sed nō habes pauptatē spūs, ut honor sit tibi onus ministerij, multis in salutē. Capacitas spūs tui ad spm Dei (q charitas est) recipiēdū, consistit in cōformitate, similitudo n. iūgit. Si uis spm ueritatis, odire te oportet mendaciū (dissimilitudo n. disiūgit) & ita spūs tuus fit capax, ad recipiendum bonum spiritū, quando omne id quod aduersatur bono, non solùm non amat, sed abhorret.

Fidelitas. Fidelitas dominis placet, quia sine ea non est dominatio: dominatio enim, nō potest nisi diligere fidelitatem, adeò quòd ipsam iudicet nunquàm satis remunerabilē. Quantò enim magis ipsam extollit: tantò laudes eius magis augentur, & principatus claresc it. Dominus igitur, fideles sibi non deserit. Fides autem uult, ut quanti Dominum æstimas, tantùm fidelis existas. Qui igitur habet fidem, quòd Dominus cui seruit, sit imperator uitæ & mortis: in omnibus mandatis eius se fidelē usq; ad mortem inclusiuè ostendit, talis meretur in suis desiderijs exaudiri, quia fidelis. Fides igitur firma & formata, dat perseuerantiam: nam nō dubitās Dominum daturum, non desistit à petendo: fidelis, nunquàm desperat. Pulsat igitur importunè, quasi uiolentans: quia fides magna cum perseuerantia, omnia impetrat.

Ex sermone: Suadeo tibi emere à me, aurum ignitum & probatum.

Dilectio proximi. Est dilectio prima & maxima atq; uera, quæ dicitur charitas: alia est imago & similitudo illius, & dicitur dilectio proximi. Et nisi dilectio proximi, sit imago dilectionis Dei, non habet perfectionem. Nihil enim perfectum absolutè, nisi Deus qui charitas est. nihil participatione perfectum, nisi inquantùm est imago absolutè perfecti: non est aliqua figura seu imago, nisi in quantùm in ipsa relucet ueritas. Imago enim, in qua nulla est similitudo exemplaris, nihil habet ueritatis. Similitudo igitur, est ueritas imaginis. In imagine, nihil est nisi exemplar, in contracta similitudine. Dilectio igitur proximi, inquātùm est similis dilectioni Dei, adimplet mandatum, nam in ipsa id quod apparet, est similitudo. Sed spiritus qui ibi latet, est charitas, quam illa dilectio similitudinaria figurat.

Dilectio proximi, est diligere Deum in imagine. Cum diligo hominem, qui uti ego Deum patrem habet, in ipso diligo patrem, cuius gestat imaginem. Sicut qui diligit

git filium regis propter regem, in filio diligit patrem, & complacet patri: quia scit, q̄ creator in sua creatura, & filio seu imagine, quam uocauit ad sui consortium & hereditatem, habet complacentiam. Qui igitur diligit proximū non propter Deum, sed propter utile aut commodum quodcunq̄; non adimplet mandatum, nec est in charitate Dei, sed suijpsius, quia se diligit in proximo. Hinc est quòd uera opera misericordiæ sunt sancta, quia procedunt ex dilectione proximi, in qua Deus tantum respicitur. Amore peruenimus in cognitionem Dei. Quamuis nihil amatum, nisi cognitum: tamen Deus qui propter infinitam cognoscibilitatē, est incognoscibilis, sicut lux Solis quæ de se est uisibilis, propter nimiā luciditatem est à nostris oculis inuisibilis, est similitudine cognoscibilis. Omne enim quod fuit incognitum, intrat per similitudinem in cognitionem: sicut incognita facies, fit per suam similitudinem quæ in oculum uenit, cognita. Scimus autem quòd Deus est charitas. Dilectio autem proximi, est similitudo charitatis. Venimus igitur ex dilectione proximi, quasi per imaginem & similitudinem, in Dei cognitionem. Amor naturalis ostendit nō esse quicquàm amore desiderabilius: nā sublato amore & cōcordia, omnia ruūt: sublato amore & delectatione, omnis uita sensibilis est ī tristitia, & morte, & deficit. Id igit quod præstat uitā cū lætitia & delectatione, amor est, quo nihil dulciùs, nihil meliùs potest cogitari. Vnde fons tāti boni, ex quo effluit uita, seu lætitiæ & dilectionis motus: exuperat omnem sensum, & est quies omnis motus, & aliquid meliùs quàm cogitari possit. Ignis ob calorem & lucem, habet similitudinem amoris, qui est ut calor in naturalibus, & ut lux in spiritualibus. Ideò in similitudine uirtutis ignis, ascenditur ad qualemcūq̄ Dei cognitionē, secūdū Dionysiū. Nominat igitur spiritus Christi (qui loquebatur Ioanni) charitatē: aurū ignitum & probatū, qa illud locuplerat. Si respicimus in cælū, uidemus oēm uirtutē in Sole: si in terra, omnē mineralem uirtutē in auro: si ad mediū, mirabilē uirtutē in igne. Et in his tribus sensibilibus corporibus, charitatē suas similitudines posuisse, & in ipsis relucere uirtutē eius, asserimus. Nā sicut lux Solis, omnes stellas facit lucidas & ad se conuertit, quoniam in uirtute eius complicatur omis luciditas uelut in fonte, & ideò est prima & maxima lux: sic charitas se diffundit per intellectuales naturas, & eas ad se conuertit, ut sint suam naturam participantes, quæ natura est uera lux, illuminans omnem spiritum, uita diuina & incorruptibili. Oportet autem ut in suo intrinseco, ipsam irradiationem recipiant: & tunc non manent in ipsis tenebræ ullæ. Luna enim terrenæ naturę, Solarem radiū non recipit in profundo: ideò manet tenebrosa, & in superficie quæ ad Solem conuertit, est illuminata. Sic anima nostra, quæ est ubi tempus & æternitas uniuntur, scilicet in horizonte æternitatis: nō recipit spiritum charitatis, nisi in suprema potentia, ad Solem iustitiæ conuersa: quia illa splendida incorporea superficies, est illius irradiationis capax, sicut politum speculum, sed non recipit in profundo, ubi animat carnem & sanguinem, nam animalis homo, non percipit quæ spiritus Dei sunt. Sensibilis enim mundus, de quo uetus homo est, non uidet, neq; scit, aut scire potest illum spiritum: sed stultitia est illi id, quod de eo narratur. Sine influentia Solis, nihil uiuit. Participant igitur omnia motum uitæ, à motu Solis in zodiaco, seu circulo uitæ. Aliæ stellæ per suum motum, non influūt motum uitæ: sed circa esse uitæ, disponunt iuxta suam uirtutem. In cœlo igitur naturæ intellectualis, sunt uirtutes multæ, uti stellę in firmamento, quæ omnes à Sole iustitiæ habent lucem, sine quo spiritu essent penitus absq; omni decore & pulchritudine. & sic absq; uirtute, uirtus enim absq; ornato decore non est: sed solus spiritus Solis iustitiæ, efficit uitam diuinam, quæ dicitur filiatio Dei. Sicut ualor auri, in se complicat ualorem omnium metallorum (nā aurū mensurat ualorem metalli) sic & charitas mensurat ualorē uirtutū: nā quantū est charitatis in ipsis, tantū ualēt. Sic actiuitas caloris, sine quo nihil uiuit, ab igne habet initiū, qui est primò & maximè calidus, & supremæ actiuitatis, omnia penetrās & ad se cōuertens: q non est in se uisibilis, sed in eo quod eius naturam participat. Omne enim quod uidemus, non est purus ignis, sed est igneum: sic calor diuinus siue charitas, in se incognoscibilis, relucet in uirtutibus quas ad se conuertit, & purgat & inouat sicut

http://www.obrascatolicas.com

Charitas. ignis. Charitas est ut Gygis lapis, qui reddit hominem inuisibilem: nam fœditatem & nuditatem charitas operit, quæ operit multitudinem peccatorum, & non apparet aliqua macula. Sicut niger carbo aut nigrum ferrum, in igne non apparet nigrũ, sed secũdùm luciditatem ignis lucidum. Luciditas enim, cooperit nigredinem, & quòd sit cooperta patet: nam si extrahitur ab igne, iterum apparet ut ante nigrum. Sicut in amore huius mũdi manifestum est, quia amor cooperit defectus: non enim uidet amans defectus eius, quod ualde amat, stante amato in amore, sed cessante amore, tunc uidet. Amor mundi non operit defectum, sed excæcat amantem, à quo tollit uerum uisum: quia amãs huius mundi, non uidet secundum uerũ iudicium intellectus, sed secundum affectum. Charitas potest nominari Elixir diuinum: dicunt enim quidam, esse quandam medicinam, quæ omnia mutat in aurum, quæ Arabicè Elixir uocatur: quæ & si non sit, sit tamen imaginaria Elixir. Sic charitas nõ solum operit, sed transmutat filium hominis in filium Dei, faciendo de terrestri cœlestẽ. Videmus in amore mundi, quomodo omnia adijciuntur amori, ubi omnia sunt communia amãtium, & omnia habet pauper quæ diues, si inter eos est perfectus amor. Charitas efficit amantem ipsam, suum filium: sicut iustitiam habens, fit filius iustitiæ, & nominatur ab ea iustus, sicut ab humanitate homo, & est ueraciter id quod nominatur: sic charitas existens in spiritu nostro, facit nos filios charitatis: charitas autẽ Deus est. Sumus igitur Dei filij adoptionis, per charitatẽ, quia ipse Deus prius dilexit nos, quàm nos ipsum: elegit igitur nos. Hæc electio, charitas est. Sic charitas, est adoptio filiorum Dei: sed filius habens hæreditatem patris, unde regnum patris possidet unusquisq; in charitate, licet sit unus & regnum unum: omnes filij ipsum simul, & quisq; in solidum possidet, sicut omnes uidẽt faciem patris qui in cœlis est, & quisq; per se ex integro. Perfecta charitas, non solum operit fœditatem & infirmitatem, quasi amor sophisticus: sed plumbeas atq; stãneas at cupreas uirtutes & operationes, transmutat ĩ aureas, ad modum trãsmutationum Elixiris si esset possibilis. Sicut uitalis calor, est similitudo diuini caloris, qui dicitur charitas, ideò dat naturę cui iungitur, uirtutem electiuam, seu attractiuam, siue amatiuam, & transmutatiuam: sic & diuinus calor seu charitas, rectè similis dicitur auro ignito, igne spiritus imaginarij Elixiris modo prædicto. In bona aqua uitę, est spiritus ignitus, & ideò si in ea ponitur species aliqua medicinalis, aut aromatica, statim attrahit eius spiritum, & illum subintrat: puta impone galangam ad aliquot horas, tota uirtus galangæ deserit corpulentiam, & ascendit in spiritum aquæ uitæ: & spiritus aquæ uitæ, descendit in spiritum galangæ cum uirtute sua. Quòd si postea de hac aqua uitæ, parum in uas uini mittis, totum uinum transmutatur in saporem, & uirtutem galangę. Et si species fuerit laxatiua, erit & uinum laxatiuum: & si restrictiua, restrictiuum: & si confortatiua stomachi, erit & sic uinum, quod est taliter transmutatum: nam spiritus seu uirtus uini, per spiritum rei aromaticæ, est (in quo est spiritus ignitus scilicet quintę essentię) transmutatus. Nominauit quidam deuotus hanc aquam uitæ, cœlum seu quintam essentiam. Et non incongruè assimilatur cœlo: nam in eo, est spiritus aquæ uitæ, qui per suã naturam (quæ dicitur charitas) attrahit omnem spiritum capacem charitatis, qui uenit ad eum, & nullum ejicit foras, & separat corruptibile corpus, quod spiritum capere nequit, ac si in perfectissima aqua uitæ, essent uariæ species aromatum positæ, ex quibus spiritus esset attractus, corporibus mortuis remanentibus, & uirtute spirituali cuiuslibet in cœlo aquæ conseruata, in qua, quælibet species in sua uirtute seu specie manet illæsa, licet sit singulis impermixtè, & in qualibet uirtute cuiuslibet speciei, & idem & unus spiritus aquæ uitæ, sibi eam inseparabili unione constringens, ne unquàm ab ea excidat. Spiritus uini est in aqua illa, & non potest aliqua uirtus de aliqua specie attrahi, nisi sit in aqua, ubi est regnum spiritus uitæ. Et est penitus incognitus ille spiritus: nam & si nominetur spiritus uini, quia à uino extrahitur tamen etiam à ceruisia, & pomis, & pyris, & ab omnibus rebus ille spiritus igneus seperatur, sicut dans omni rei uirtutem: & ita oporteret ipsum omnibus nominibus nominari, & nullo omnium. Sic qualitercunq; (licet similitudo ualdè claudicet) concipe

pe spiritum Dei (quem nominamus charitatẽ) esse incognitum, & uerè ineffabilem creatorem omnis spiritus: & ille non attingitur, nisi per rationales spiritus, qui solùm sunt capaces eius, & in quibus deliciat amor ĩcorruptibilis uirtutis, & hoc ĩ cœlo, ubi ẽ sedes Dei. Sicut spiritus aquæ uitæ in cœlo suo, scilicet aqua illa, ex aliquo uegetabili humore sumpta subtilissima, habens sedem suam. Cœlum autem in quo celatur spiritus Dei inuisibilis & incognitus, est medium, per quod ad eius unionem & fruitionem quæ & uisio dicitur, peruenitur: sicut calor, est cœlum seu sedes spiritus sensibilis uitæ. Dicitur autem cœlum illud, cœlum gloriæ: nam est lumen diuinum, in quo est sedes eius, uti ad ipsum spiritus creatus, est accessibilis. Attrahit igitur omnem rationalem spiritum, in cœlo existentem. Spiritus autem rationis, est uis libera intellectualis desiderij, inconfusè quemlibet inhabitando: quæ inhabitatio, est ipsi spiritui possessio Dei, seu uitæ eternæ. Et ita per similitudinem habes, quomodo Deus est in omnibus spiritibus, & in quolibet: & manente cuiuslibet uirtute salua, & inconfusa, est quisque spiritus cum quolibet, per inhabitantem charitatem, amorosissimè unitus.

Septimi libri, Excitationum ex sermonibus, Reuerendis. Patris Nicolai de Cusa Cardinalis, finis.

Excitationum ex sermonibus Reuerendiss.

Patris, Nicolai de Cusa Cardinalis, Liber Octauus.

Ex sermone: Tota pulchra es amica.

Sensibus spiritualioribus quibus doctrinas uenamur, attingimus suo modo pulchrum. Dicimus enim colorem et figuram habere pulchritudinem, & similiter uocem, & sermonem. Sic uisus & auditus, pulchritudinem aliquo pacto attingunt. Non dicimus odorem pulchrum, nec saporem, nec quæ tactui subsunt, quia illi sensus spiritui rationali non sunt ita uicini, sunt enim purè brutales ac animales: omnes enim sensus, ex unione ad intellectualem spiritum, sunt nobiliores quàm sint ĩ brutis: uis enim nobilior sibi unitum nobilitat, sicut lux solaris aërem illuminat. Sed subtiliores sensus, habent propinquiorem unionem cum intellectu. Vnde uisus allicitur per pulchram formam & colorem, auditus per pulchram harmoniam, & hoc in homine uerum: quia ratio quæ in proportionibus delectatur, in illis sensibus propinquius relucet. Et ideò benè ordinata & proportionata, hoc est ubi in pluralitate relucet unitas proportionis seu harmoniæ, sunt grata. Rationem autem pulchri, consistere in quadam consonantia diuersorum, Dionysius dicit. Tractat autem ipse, quomodo sunt quædam diuinæ processiones in creaturas, quibus perficiuntur in diuinam assimilationem, cum procedant processione formali: sicut à calido primo, omnia calida. Prima autem processio quæ est in mente, est secundum appræhensionem ueri. Deinde illud uerum excandescit, & accenditur in ratione boni, & sic demum mouetur desiderium ad ipsum. Oportet enim motum desiderij, duplicem appræhensionem antecedere: unam, quæ est intellectus speculatiui, quæ est ipsius ueri absolutè: alteram autem, quæ est intellectus practici, per attensionem ueri in ratione boni. Tunc primò oritur motus desiderij ad bonum. Sicut enim ars medicinæ, nõ consequitur effectũ operando, nisi adiuuetur uirtute naturæ: sic & desiderium non mouet, nisi dirigat p apphensionẽ ueri. Apphensioni ueri in ratione ueri, correspondet processio luminis: apphẽsioni ueri ĩ ratione boni, correspõdet processio pulchri: motui desiderij, respõdet processio diligibilis. Pulchrũ (qđ secundũ Tullij suã ui nos trahit; & suã dignitate nos allicit) ĩ suã ratione triacõcludit: primò, splẽdorẽ formę, siue substãtialis, siue accidẽtalis, sup partes materię proportionatas & terminatas, sicut corpus

Pulchritudo Pulchrũ.

Dionysius.

Tullius in offi.

http://www.obrascatolicas.com

pus dicitur pulchrum,ex reſplendentia coloris,ſuper membra proportionata.Secũ dum quod,trahit ad ſe deſideriũ,& hoc habet,inquantum eſt bonũ & finis.Tertium quòd congregat omnia,& hoc dicitur ex parte formæ,cuius reſplendentia facit pulchrum.Sed pulchritudo per ſe,eſt quæ per ſuã eſſentiã eſt cauſa pulchritudinis,oẽm pulchritudinẽ faciens.Pulchrũ igitur & honeſtũ in ratione ſubiecti idẽ ſunt, differũt aũt ratione:nã ratio pulchri in uniuerſali,conſiſtit in reſplendentia formæ,ſuper partes materiæ proportionatas,uel ſuper diuerſas materias uel actus:honeſti ratio conſiſtit in hoc,quòd trahit ad ſe deſideriũ.Pulchritudo & pulchrũ,idem ſunt in Deo:nã pulchritudo in Deo eſt prima & ſumma, ex qua emanat natura pulchritudinis in omnibus pulchris,quæ eſt forma pulchrorũ, facit enim omnia pulchra,ſicut albedo alba.Eſſentia Dei quæ Deus eſt,ſumma eſt & prima pulchritudo.In omni pulchro,eſt conſonantia ſiue proportio,& claritas:conſonantia,ut ſubiectũ:claritas,ut eſſentia. Virtus in ſe habet claritatẽ,per quàm eſt pulchra, etiã ſi à nullo cognoſcatur:aptitudinem tñ habet,ut cum claritate ĩ notitiã ueniat. Sic honeſtũ Tullius aiebat pulchrũ. Pulchrum,ratione ſubiecti cum bono communicat:Ideò omnia pulchritudinẽ exoptant.De ratione boni eſt,ꝙ ſit finis deſiderij, mouẽs ipſum ad ſe:nã ipſum eſt,quod oĩa appetũt.Honeſtũ addit ſupra bonũ,quòd ſua ui & dignitate nos trahat. Pulchrũ ulterius ſuperadditreſplendentiã & claritatẽ quandã,ſuper quædã,ꝓportionata. Vñ pulchritudini,inquantũ finis eſt & bonũ,conuenit ad ſe uocare:inquantũ forma,cõuenit congregare & unire(formæ eñ propriè cõuenit congregare,ꝙa multiplices potentias materiæ unit,& cõcludit in uno)inquantũ finis,uocat ad ſe.Pulchritudo quæ tantũ ab una forma dependet,eſt perfectioris pulchritudinis, quãm id cuius pulchritudo conficitur à pluribus formis, nã quantò aliquid à paucioribus receperit perfectionem ſuam,tantò nobilius eſt. Pulchrum quod cũ bono conuertitur,eſt cauſa omnium motuum ſpirituum,ſcilicet qui mouentur deſiderio. Deſiderium igitur,propriè eſt ſpiritus,pertinens ue ad ſpñ. Quando angelo oſtenditur boni pulchritudo, auidè illã reuelare nititur,& ꝙ ocyſsimè ad fruendum illa reuerti, ut ſic circulus concludatur.Oſtenſio,fit in centro. Deſcenſio reuelationis,eſt motus per rectã lineã ad extrema,uia prouidentiæ ſcilicet. Deinde reditio,eſt quaſi motus reflexus,ut in bonitatis pulchritudine,circulus concludatur.Sic is cui theſaurus oſtenditur,lætitiã communicat amico ꝙ citiſsimè poteſt, & tunc reuertitur ad numerandum ſeu fruẽdum theſauro.Sic angeli circulariter,rectè,& reflexè mouẽtur:& animæ quæ ſimiliter tot motibus mouentur. Quando Sol irradiat uiſum, ut eo mediante uideat colores:tunc ſi uiſus uult intueri lumen Solis,ſe retrahit ab omnibus coloratis.Sic anima,ex lumine intellectus agentis,uidet particularia: & quando uult in ipſum lumen intueri,retrahit ſe à particularibus,&reuertitur ſic ad lumen primum,iſte eſt motus circularis. Nam uiſus,eſt ut intellectus:Lux Solis,ut lumen intellectus agentis:intelligibilia,ut colores.Sic eſt motus,à pulchritudine primi, & reuertitur in ipſum: nam uirtute luminis diuini in intellectu agente micantis,omnia facit intellectus agens.Quando igitur intellectus poſsibilis,recipit lumen intellectus agentis,& reuertitur de particularibus ad ſe intuendo:tunc ex eo recipit,& quod ei eſſe præſtitit actu,reflectit in primum,ſecundum intellectum. Omnium ſenſibilium motus,ex pulchro in pulchrum eſt:ſic omnium progreſsionum,ſtationum,uitarum,ſenſuum, animæ, naturæ,paruitatum,magnitudinum,proportionum,mixtionum,proprietatum,& omnium.Nam quicquid eſt:ex pulchro & bono,& in pulchro & bono eſt, & ad pulchrum bonũ ꝙ conuertitur:& omnia quæcunꝙ ſunt fiunt,ob bonum pulchrũ & fiunt & ſunt,ipſũ ꝙ aſpiciunt omnia,& ab ipſo mouentur & continentur, & ipſius gratia, & per ipſum: & in ipſo eſt principium omne,à quo exempla ducuntur: & omnia quæ ſunt, in pulchro & bono ſunt:& quę non ſunt,omnia ſuperſubſtantialiter in pulchro ſunt & bono,eſtꝙ ipſum initium omnium & finis. Omnibus igitur eſt pulchrum & bonũ deſiderabile,& amabile,ac diligibile:& per ipſum atꝙ ipſius gratia,& inferiora cõuerſionis ratione,præſtantiora amant,& paria ſocialiter æqualia diligunt,& præſtantiora minoribus prouidendo amore iunguntur:& ipſa ſe amant,ſingula ſuæ ratione cõſtan-

Bonum.

Motus ſpiritus.

ſtantiæ uel continentiæ:& omnia quæcunꝙ faciunt & uolunt,pulchri & boni deſiderio faciunt & uolunt.Ipſe auctor omnium,pro bonitatis magnitudine, omnia amat, omnia facit,omnia perficit,omnia cõtinet,cõuertitꝙ omnia.Docet id magnus Areopagita Dionyſius,& id eſſe bonum,quòd omnia appetunt: & abſolutè pulchrum, quod & pulchritudo.Ponit autem abſolutè proprietates, quas in Sole exemplificat: & deinde de luce ſenſibili,ſe ad lucem conuertit intelligibilem, quomodo lux illa,inſtar Solis,in ſenſibili natura operatur in ſpiritibus intellectualibus. Vltimum gradũ relucentiæ pulchri,in ſpiritualioribus ſenſibus uiſu ſcilicet & auditu, attingimus, ut moueatur intellectualis ſpiritus admiratione,& excitetur eius potentia,ut procedat in actum currendi ad pulchrum intellectualiter, quod ſenſu modiciſsimè attigit. Sicut qui acie linguæ,tetigit dulce præguſtando,mouetur ut ex illo reficiatur. Omnia enim bonum,quòd eſt & pulchrum,appetunt, & ad ipſum ſe conuertunt, quælibet res iuxta ſuam naturam,aut eſſentialiter,aut uitaliter,aut intellectualiter.Natura autem intellectualis,quia ipſa boni & pulchri naturam intellectualiter participat,quia hæc eſt forma eius:non poteſt niſi ſub influxu illius,paſci,& uiuere.In bono igitur et pulchro,quod intellectualiter intuetur & deguſtat,eſt uita eius. Experimur autem in omnibus ratione uigentibus,iudicium pulchri eſſe:dicunt enim hanc figuram circularem pulchram, illam roſam pulchram, hoc lignum pulchrum,hanc cantilenam pulchram.Vnde niſi iudex qui eſt intellectus, in ſe haberet ſpeciem pulchritudinis, omnem ſenſibilem pulchritudinem complicantem:non poſſet iudicium facere inter pulchra,dicendo hoc eſſe pulchrum,iſtud pulchriùs. Quare intellectus eſt quædam uniuerſalis pulchritudo,ſeu ſpecies ſpecierum,cum ſpecies ſint contractæ pulchritudines.Et ſicut ignis eſt in ſe complicans omnium calidorum formam & ſpeciem:ſic intellectus,eſt uis complicatiua omnium ſpecierum intelligibilium.Intellectualis.n. natura,q̃ eſt prima pulchri irradiatio in eo quòd eſt Dei imago, qui eſt ipſa pulchritudo, antecedenter in ſe cõplicat oẽs naturales pulchritudines, q̃ per ſpecies in uniuerſo explicanẽ. Pulchritudo abſoluta quæ Deus eſt,ſeipſam intuẽs, in ſui ipſius amorẽ inardeſcit.Nã fons omnium pulchrorũ,quẽ meritò omnia pulchra patrẽ ſuum appellant:quomodo eſſet ſumma pulchritudo, ſi ſeipſam pulchrã ignoraret?intelligentia enim,pulchrior eſt ſenſu.Non poteſt igit infinita pulchritudo,ſeipſam ignorare.Si igit pulchritudo ſeipſam intuetur ſeu intelligit, non poteſt ex hoc niſi amor ſequi infinitus.Ecce trinitatẽ,in unitate eſſentiæ pulchritudinis, ubi fons pulchritudinis generat intellectũ pulchritudinis,ex qbus amor. Oculus noſter non uidet ſe, niſi reflexè à ſpeculo:ſed ſpiritus non uidet alia,niſi prius ſe uideat,per ſe eñ alia Sicut uiſus qui eſt in oculo,ſi eſſet intellectus,uideret ſe primò,& alia in ſe.Intellectualis enim natura,ſcit ſe intellectualẽ,aliter non eſſet intellectualis, & hoc ſcire,eſt ſeipſum uidere:& deide in ſe uidet alia intellectualiter,ſicut ſenſus ſenſibilia in ſe attingit ſenſibiliter:Pulchritudo igit uiua uita diuina & æterna,quæ eſt ipſa uita quæ Deus eſt,uoluit gloriã ſuã,quæ eſt forma pulchritudinis,oſtendere.Et hoc ideò,ꝙa pulchritudo eſt bonitas,bonũ uerò eſt ſuiipſius diffuſiuũ, ſicut pulchritudo uocãs ad ſe; ut oſtenderet gloriã, & participaret bonitatẽ & pulchritudinẽ, omnia creauit. Pulchritudo ad ſe trahit.Omne igitur de nihilo attractum per pulchritudinem,quantũm de nihilo accedit ad pulchritudinem,in tantò de nihilo ad eſſe accedit. Vnde non eſt quicquàm expers pulchritudinis,ſicut nec bonitatis. Forma igitur quæ dat eſſe, non eſt niſi participatio pulchritudinis.Igitur ſecundùm aſsimilationem pulchritudinis, ſunt gradus entium. Per accidentalem pulchritudinem, ad quam per ſenſum peruenimus,quæ eſt in operimento & exterioribus figuris: peruenimus ad pulchritudinẽ formæ ſubſtantialis.Omnia quæ ſunt, ſunt opera pulchritudinis abſolutæ, quæ quidem ſunt ad eius ſimilitudinem formata:& hæc formatio, eſt attractio. In regno pulchritudinis,ſunt omnia pulchra,quæ ſunt & eſſe poſſunt.Pulchritudo autem,omnis eſſe omnium quæ ſunt,omnis uitæ oĩm uiuentium, & omnis intelligentiæ. Sicut eñ in unitate,eſt oĩs numerus cõplicitè,& in numero, omnis proportio & medietas,ĩ ꝓportione omnis harmonia,& ordo,& concordãtia,& ideò oĩs pulchritudo,quę in ordi-

http://www.obrascatolicas.com

dine & proportione atq; concordantia relucet: ita cum dicimus Deum unum, hoc unum est ipsa supersubstantialis unitas, quæ est pulchritudo, in se omnia pulchra cõplicans. Dicimus quòd Deus sit lux, in quo non sunt tenebræ ullæ. Lux igitur illa, nõ est aliud quàm unitas. Et si esset simplex nomen, quod lucem quæ unitas significaret Deo conuenire: in hoc nomine complicaretur omnis pulchritudo, scilicet id quod materiale est in pulchritudine, puta proportio: & formale, puta resplendentia. Primum, quia unitas: secundum, quia lux. Virtutes cœlorum quid sunt, nisi pulchritudines in regno Dei? uirtus in tantum magna, in quantùm pulchra. Fœda, non sunt de regno pulchritudinis: deformitates animarum, sunt fœditates, earum pulchritudinẽ deformantes, quę non sunt ex pulchritudine, quoniam ex prima pulchritudine, non nisi pulchra & bona emanare possunt. Deformitas, ex recipientibus: decor, à datore formę. Si intuetur oculus ad regnum pulchritudinis, uidet omnium pulchrorum pulchritudinem, ita quòd unius pulchritudo, pulchritudinem alterius nõ occupat, quoniam pulchritudo non est quanta, nec parua, nec magna: sed parua & magna, sunt pulchra per pulchritudinem. Si uidetur pulchritudo regni aut hierarchiæ, Ecclesiæ militantis in regno cœlorum: ibi uidetur in sua puritate, supra omnem contractionẽ loci uel temporis. Pulchritudo ueritatis rerum, locorum, situum, & omnium: in regno pulchritudinis est spiritualis & æterna. Pulchritudo innocẽtiæ, puritatis, adolescentiæ, uirilitatis, castitatis, fortitudinis, non sunt confusæ prouinciæ, sed pulchræ, & ordinatæ in regno cœlorum. Mãsiones pulchræ in illo regno, sunt pulchræ uirtutes, in quibus collocantur pulchritudines spirituum, uirtutis splendore ornatorum, quisque in regione sibi ex conformitate uirtutis conuenienti. Duodecim enim tribus Israel, scilicet Deum uidentium in regno Hierusalem, scilicet uisionis pacis: in regno uno, diuisas secudum tribus habent sedes, & ibi pascuntur pulchritudine, secundum uirtutis pulchritudinem. Intellectualis spiritus in hoc mundo pulchro (qui κόσμος propterea dicitur) uenatur pulchritudines uirtutum, quibus suam naturalem pulchritudinem adornat. Amor, est pulchritudinis finis: pulchritudo, uult amari. Deus est ipsa pulchritudo, ideò uult amari. Sed pulchritudo de se amabilis, charitas est: & ideò sine charitate, nullus uidebit absolutam pulchritudinem. Studium igitur nostrum esse debet, ut de pulchritudine sensibilium, ascendamus ad pulchritudinem spiritus nostri, quæ ambit omnes sensibiles pulchritudines: & de nostra pulchritudine, admiremur pulchritudinis fontem, cuius hæc nostra pulchritudo similitudinẽ gestat: & linquamus omnia fœda, quæ sunt peccata, illa enim spiritus noster testatur fœda, quod testimonium conscientia dicitur: & aspiremus cum nostra pulchritudine, amore continuò, conformari pulchritudini fontali. Nam uiua intellectualis pulchritudo, intuendo, seu intelligendo absolutam pulchritudinem, ad ipsam fertur desiderio indicibili, & quantùm feruet desiderium, tantò accedit propinquius, & plus atque plus assimilatur exemplari. Desiderium enim siue amor, immutat continuè amantem ad conformitatem amati: & uenit iste ascensus, attractione pulchritudinis, seu gloriæ Dei. Nam non est gloria, nisi in regia pulchritudine. Esse in gloria, est esse in uisione pulchritudinis, & illi uniri amore. Et hæc de pulchritudine nunc dicta sint.

Ex sermone: Quærite ergo primum regnum Dei.

Amor diuinus.

ILla uiuificatio, quæ conuertitur cum dilectione, certé est continua uitæ animæ innouatio: amor enim continuè influit nouam uitam & lætitiam. Sicut calor iuuenilis continuè lætificat uitam sensibilem. Attrahit enim diuinus radius, amoris dulcissimum spiritum: sic spiritus, qui conglutinatur amori ad uitam, uitam æternam possidebit. Odire autem, est se auertere. Amor facit accedere ad amatum, odium auertere. Vnde ad quem se homo conuertit, illum præfert, & pro domino habet, & non potest duos æquè sibi præferre: nam præcisa æqualitas, non est nisi Deus filius, patri per omnia æqualis, à qua unitate patris, & æqualitate filij, sequitur nexus amoris æternus. Spiritus igitur sanctus, qui est amor unitatis & æqualitatis, est charitas

tas & amor unus, patris & filij, nõ alius in patre, & alius in filio, sed idem. Sicut amor patris in quo filius, & amor filij in quo pater. Pater enim ut pater, non potest alio amore diligi, quàm filius: & filius ut filius, non potest alio amore diligi, quàm pater: ideò utriusq; non est nisi unus spiritus, seu amor. Si igitur duo amores æquales esse nequeunt, alter non est uerus amor, nam unus non compatitur alium. Qui igitur alium amorem nititur assimilare primo, ille odit primum, cui detrahit & quem abijcit. Vnde quando studet seruire secundo, cessat à seruitio primi: oculus, qui est amoris pes in sensibilibus, hoc ostendit. Nam non potest oculus simul & æque attentè duos intueri, & ubi amor, ibi attentio uisus. Quàm citò igitur attentio se ad alterum inclinat, à priori se auertit. Et non potest simul deferre spiritum desiderij per uisum ad utroscp: quia spiritus amoris quo animatur, non potest simul ad diuersa pergere. Quapropter, sicut iustus iustitiæ seruiens, plus eam amat quàm seipsum (ut dicit quidam) si ipsum iustum in se portaret infernum, ipsum animaret, ipsi saperet, ipsum delectaret: & sicut amaret iustum, ita iniustum odiret, etiam si in se Paradisum portaret.

Sic Deus diligi debet, secundum primum. Duo alteritatem complicant, cui propterea in creatione, in secunda die, non legitur benedixisse. Est enim binarius radix diuisionis, quia primus par numerus: par enim dicitur: quia partibilis & diuisibilis imò quia partitus & diuisus. Cadit in ordine mali, quia ex binario procedit: quod quidem principium diuisionis, sicut sinistrum & priuatio, in ordine mali cadit. Vt quum dicet iudex, ite maledicti: ad eos dicet, qui in sinistris erunt, separando hœdos ab agnis. Qui enim seruit Deo & alteri, quod non est Deus: non utiq; Deo solum seruit, sed ei quòd non est Deus. Dicit autem notantur duobus: nam homo potest alteri seruire, sed propter Deum, tunc enim quia Deus finis est, non seruit duobus sed uni: idẽ enim est actus, quo amo, id quod ad finem, & finem ipsum. Sed si alterum est extra ordinem finis, tunc peccatur, imò seruitur peccato.

Fines non possunt esse duo, finis enim trahit. Quomodo autem idem trahi posset simul & semel, ad diuersos fines? unus est igitur finis. Mammon diuitiæ sunt, siue spiritus qui sollicitat auaros, siue qui præest diuitijs. *Finis.*

Sensibilia naturæ opera, sunt similitudines uerbi, seu conceptus creatoris. Deus enim, mediante natura, explicat formas in ipso complicatas, sicut intellectus, qui motu scripturæ, seipsum in sensibili libro explicat. Et sic sensibilia sunt liber, motu seu natura scriptus, uirtutem Dei assimilans. Quæ igitur in sensibili mundo apparent, non sunt nisi diuinam uirtutem repræsentantia. In Deo igitur ut in omnipotenti uirtute sunt omnia, quæ in sensibili mundo apparent: & in Deo, sunt in ueritate, imò ipsa ueritas: ut uerò apparent, sunt explicationes. Sicut omnia lilia, quę sunt differentia & uaria, unam speciem participant. Verbum autem Dei, est complicatio omnium formabilium formarum: forma autem formarum, specificè per naturam se explicat. Sed intellectualis natura, ante omnem specificam naturam, quasi similitudo prima, ante omnem naturalem & sensibilem contractionem à Deo emanat, quasi omnipotentis uirtutis Dei uniuersalis repræsentatio. Vnde opera artis nostræ, quantùm differunt à sensibilibus naturæ operibus: tantum sensibilia quæ similitudines sunt, à ueritate exemplari, quæ Deus est. Quid igitur anima rationalis quæ tantopere scire desiderat, appetit: nisi habere participationem omnipotentis artis, quæ uocatur sapientia, seu filius Dei? Dedit igitur Deus animæ, uirgini castæ, sponsum, ad quem à natura inclinatur, & quem animæ omnium sapientium, mirabili diligentia apprehendere quæsiuerunt, uti omnes qui ueritatem quam dilexerunt, quæsiuerunt. Sed misera anima, quum habes talem sponsum ditissimum, qui tibi omnia quæ uides dedit, ut tibi seruiant, & tu te conuertis ad seruos: quasi si uirgo de se nihil, & ignobilis, electa per regem in uerum & inseparabile consortium, quæ quia electa scitur per regem, habet subiectionem & seruitium, ab omnibus quæ regis sunt: ad stabularium deformem, suum flectit amorem, ut uoluptatem carnis adimpleat: non nè misera illa, eijci de regis contubernio & regno meritò debet, in tenebras exteriores? Sollicitudo, quæ prohibetur quasi superflua per magistrum nostrum, illa *Sensibilia.* *Sponsus animæ.*

ostendit

http://www.obrascatolicas.com

oſtendit deuiaſſe animam, à creatore ſcilicet auerſam, & ad creaturam conuerſam. Non enim eſt ſollicitudo, ſine cordis appoſitione, ſeu amore. Quando igitur anima circuire debet, & quærere quem diligit inclinatione naturali, apud quẽ omnia ſunt, ut in rerum quæ uidentur ratione & cauſa, in cuius admirationem Sol & Luna nos ducunt, & in uia capitur amore, ne pergat quo tendit: tunc inter omnia, quæ plus impediunt acceſſum ad ſapientiam, eſt Mammon: diuitiæ enim, faciunt deſiſtere à proſecutione, & trahunt ad ea quæ huius mundi ſunt. Ideò diuites qui mammonæ ſeruiunt, non intrant in regnum: & diuites qui mammonæ non ſeruiunt, intrant, ſi rectè diſpenſant. Sed perdifficile eſt diuitias poſsidere, & non poſsideri ab ipſis: imò niſi Deus dederit, eſt impoſsibile. Sollicitudinem igitur temporalium ſpernamus, ne in laqueum incidamus. Apud datorem uitæ uegetabilis, ſunt omnia uegetabilia: apud datorem formæ omnia ſpecioſa. Hoc eſt regnum Dei in quo omnia, non modo quo uidentur, ſed modo quo conſiderantur per intellectum. Sicut qui intuetur in omnipotentem artem, ille omnia uidet, modo quo ſunt in ueritate: uti autem uiſui apparent, modo quo ueritas ſecundùm capacitatem recipientis, reſplendet in figura & imagine. Et ſicut ars omnium magiſtrorum ſeu pictorum, non attingit ad ueram figuram cuiuſcunq; creaturæ (nullus enim color pictoris, colorem lilij, aut aquæ, ſeu ignis attingit) ſic nullũ ſenſibile attingit ueritatẽ, unde effluit. Ita haurimus Deum in ſuo regno, quod eſt ueritas, ſeu ars, ſiue ſapientia, habere ueritatem omniũ quæ uidemus, aut ſenſu attingimus. Et eſt differentia inter lilium quod uidemus, & lilium in ueritate, quod conſideratione quærimus: ſicut inter hominem uerum & hominẽ pictum. Sunt igitur diuitiæ ueræ, in regno Dei: ueritas autem, eſt permanens in ſæculum ſæculi. Quare quærenti regnum cœlorum, cui cura eſt ut habeat omnium diuitiarum ueritatem, omnia adijcientur. Sunt enim mundanæ diuitiæ, accidentia illius theſauri ueri & ſubſtantialis: accidentia enim dici poſſunt omnia quæ uidemus, in reſpectu Dei, qui uerè eſt. Nam omnia corruptibilia, ſunt modi quidam ipſius ueri entis. Sicut tua uera facies, in uarijs ſpeculis uariè reſplendet, & non ſunt omnes apparentiæ, niſi unius ueræ faciei uarij modi.

Diuitiæ temporales.

Diuitiæ ueræ

Ex ſermone: In charitate radicati.

Gloria.

OMnia ſunt ad oſtenſionem gloriæ Dei formata: ſicut ſi ditiſsimus atq; doctiſsimus artifex, omnia ad oſtentationem artis ſuæ formaret. Ideò niſi ſapientia cognoſcatur, non laudatur nec glorificatur. Vndè ſi ſubtilitas artis pictoriæ oſtendatur bruto, non glorificatur à bruto magiſter: margarita enim non debet proijci ante porcos, à quibus penitus eius uirtus ignoratur.

Paternitas. Fœcunditas.

Paulus dicit: Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Ecce quomodo fons & orígo omnis generationis ſiue explicationis uirtutis, nomen habet à patre generationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam non eſt pater ille, niſi abſoluta paternitas, in ſe omnem paternitatem complicans in cœlo & in terra, & in copulatione cœli & terræ, puta in humana natura. Sicut enim paternitas, quæ eſt Deus pater, fœcundiſsima eſt, quæ æternaliter de ſe notitiam ſuæ fœcunditatis exerit & amplectitur: ſic dedit omni creaturæ in cœlo & in terra, ſimilitudinem ſui, & nulla eſt creatura, quæ non participet ſuo modo fœcunditatem, ut illam conetur explicare, & in eius amplexu amoroſè quieſcere. Fœcunditas illa, in angelis eſt, in cœlo eſt, in terra eſt. Et ſi totus ſenſibilis mundus, conſideratur ut una ſpecies ſeu eſſentia: tunc cœlum ſe habet ut pater, terra ut mater, ex illis ſunt, quæ in hoc mundo generantur. Dicebant Philoſophi, intelligentias mouere cœlum, & intelligentiam cum motu cœli, producere uitalem naturam. Nam quum uiuens natura, ſit nobilior non uiuente: corporale cœlum non producit uitam, quum producens ſit nobilius producto. Ideò ab intelligentia, uitam produci dicebant. Eſt autem in angelis fœcunditas memoriæ, quæ de ſe ſemper exerit fructum, ut ſe cognoſcat & quieſcat. Fructus eſt cognitio, & amoris quies, ſicut ſemen uiuum in ſe complicans uirtutem, nunquàm in æternum explicabilem, ſemper explicando generat fructum, in quo deliciatur: ac ſi ſemen

ſemen unum puta ſinapis, ſuam uirtutẽ continuè exprimeret fructificando & expreſſio non eſſet niſi uiſio fœcunditatis in fructu: ſic uiſio in angelis, eſt intellectus. Exerit memoria ſeu fœcunditas paterna fructum, ſcilicet uiſionem & notitiam ſuæ inexhauribilis fœcunditatis, in quo fructu deliciatur. Neq; eſt alia fœcunditas memoriæ in angelo, niſi creatio ſeu ſimilitudo patris creatoris. Quantò igitur angelus plus fructificat: tantò plus ad Dei notitiam accedit, ex quo omnis paternitas procedit. Neq; unquam angelus poterit explicare fœcunditatem ſuam, quin ſemper nouum fructum notitiæ, ſuæ fœcunditatis producat. Sicut pater hodie, id eſt cõtinuè nouiter erudit filium, id eſt ſuæ fœcunditatis intellectum generat. Vnde omnia noua, ſunt delectabilia, quia diuinæ generationis ſimilitudinem habent. Sic nec angelus, poteſt ullo unquam tempore explicare ſuam fœcunditatem & delectationem, quin ſemper eſt noua, ita & de noſtra intellectuali natura, ſuo modò conſiderat. Vnde patet, quod paternitas, quæ ineſt omnibus creaturis, oſtendit ſimiliter, & trinitatem omnibus ineſſe: ſed ſolùm naturæ intellectuali intellectualiter, ubi intellectualis natura habet fœcunditatem memoriæ, ad ſimilitudinem patris creatoris. In qua fœcunditatæ, ſunt diuinæ paternitatis ſimilitudines, ſcilicet intellectualia ſemina principiorum, ex quibus intellectus exprimitur, in quo uidetur fœcunditas principiorum. Et ſi rectè attẽdis, non eſt niſi unum principium, multiplex in uirtute, quod ſapientes genus, ſiue ſemen diuinum appellarunt. Memoria intellectualis naturæ. quaſi principium, ſiue fœcundiſsimum ſemen diuinum eſt de ſe, quando ponitur in actu, explicans intelligentiæ fructum, quaſi fructum paradiſi, in quo deliciatur. Apoſtolus dicit: ex quo omnis paternitas nominatur. Quoniam uerum nomen datur per datorem formarum: dicere debemus potiùs, omnia nomina ex diuino nomine nominari, quam econuerſo. Nam qui dicunt, nos Deo attribuere nomina, quæ rebus ſunt impoſita: hoc etſi benè dicant, tamen unde rebus nomina ſint impoſita, non aduertunt. Legitur enim, quod Adam rebus nomina impoſuit, utiq; apud ipſum fuit lumen diuinum, per quod illuminabatur, ut ſciret quale nomen cuilibet conueniret. Vnde ſicut paternitas omnis, quæ in cœlo & in terra nominatur, ex paternitate Dei patris habet, ut ſic nominetur: ſic omnis filiatio, quæ in cœlo & in terra, ex filiatione Dei, & omnis ſpiratio ex ſpiritu Dei, & omnis unitas ab unitate Dei, & omnis eſſentia ab eſſentia Dei, & omnis uita à uita Dei, & omnis amor ex amore Dei, & ita de ſingulis. Sed nõ eo modo conueniunt nomina Deo & creaturis: quia Deo conueniunt, uti creatori & principio, creaturis ut cauſatis & principiatis.

Impoſitio nominum.

Nomina in Deo, non ſunt niſi infinita principij ſimplicitas: in creaturis autem, non niſi ſimilitudines ſimplicitatis. Quare omnis creatura, eſt ex quo eſt, & quod eſt. Ipſum uero quo eſt, habet ex ſimilitudine Dei ſeu actu, qui Deo aſſimilatur, qui eſt puriſſimus actus: quod eſt, ex potentia quæ in ſe nihil eſt. Omne enim quod eſt, tantum eſt, quantum actu eſt: poſſe eſſe, non eſt. Sic omnis creatura, eſt ex eſſe & nõ eſſe: eſſe, eſt quo eſt, ſcilicet ſimilitudo Dei, & eſt ideò propè Deum, quia eius ſimili tudo: non eſſe uerò, eſt prope nihil.

Charitas.

Omnis ſanctitas, quæ eſt in omnibus ſanctis, non eſt niſi ex charitate, in qua ſunt radicati, radix enim occultatur in eo, à quo attrahit uitam, & paſcentiam uitæ. Charitas, eſt miniſtrans radici uitam & lætitiam. Viuit igitur interior homo de charitate, per unionem radicis uitæ eius, cum charitate: ſicut arbor Paradiſi, ex horto Paradiſi, in quo radicatur.

Compræhẽſio.

Qui igitur cum omnibus ſanctis, factus eſt compræhenſor: ille comprahendit, quæ ſit abſoluta longitudo, latitudo, ſublimitas, & profunditas: quoniam magnus Dominus, cuius magnitudinis non eſt finis, eſt penitus infinitus, longitudo eſt infinita, quæ eſt & latitudo infinita, ſimiliter altitudo infinita, quæ & eſt profunditas infinita, nec ſunt plura infinita. Sola igitur infinitas, eſt menſura adæquata omnium menſurabilium, omni modo menſurabili. In infinito, coincidit maximum & minimum. Infinita linea ſeu longitudo, eſt forma & actus, omnium quæ fieri poſſunt ex linea finita, ſeu longitudine finita, ita de omnibus. Infinita eſſentia, eſt actu omnia

http://www.obrascatolicas.com

quæ esse possunt: infinita uita, est actu omnia quæ uiuere possūt, & ita de omnibus. Vbi Deus comprænditur, esse omnium quæ sunt aut esse possunt præcisio & mēsura, ibi scitur, quod longitudo est latitudo, altitudo, & profunditas: & latitudo, est longitudo, altitudo, & profunditas: & sublimitas, est longitudo, latitudo, & profunditas: & profunditas, est longitudo, latitudo, & sublimitas. Quæ omnia non sunt, nisi quod Deus per sanctos comprænditur esse omnia in omnibus.

Interior homo: Charitas, Interior homo in charitate radicatus, & quasi arbor intellectualis, quæ crescat intelligendo, quæ sit latitudo arboris in charitate radicatæ: nam extenditur ad omnem omnium locorum differentiam, in omnem latitudinem. Nihil est charitate latius, quæ omnia creata ambit dulci amplexu, propter ipsum creatorem: quæ in omni longitudine dierum & temporum, non fatigatur: sed est durabilior atq; longior omni longitudine, quocunq; modo mensurabili: attingit enim à fine ad finem omnia suauissimo attractu. Ipsa sublimissimè, usq; ad unionem cum Deo, qui habitat in altissimis, ascendit, & per compassionis misericordiam, sua humilitate ad inferiora & profunda pertingit: nihil enim est, quod se abscondere possit à calore eius, apud ipsam non est acceptio personarum. Non est adeò magnus rex, quem seruus infimus non posset maximè diligere, & econuersò. Dilectio omnia superat, ad ipsam enim cui in dissolubiliter adhæret, dicit: si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero ad infernum ades, nusquam me derelinques.

Quanta huius charitatis longitudo, quæ ab ortu Solis usq; ad occasum, omnem creaturam complectitur, omni tempore sæculi: quanta sublimitas, quæ & angelos strictiùs Deo uniuit: quanta profunditas, quæ & in inferno existentes, in Dei consortium attraxit: Nulla igitur mensura, attingit finem charitatis Christi, quæ meruit omnibus, per fidem in interiori homine ipsum portantibus, fœlicitatem æternam. Charitas Christi, colligit in unum omnes obedientes per fidem renatos, quos præsumptio Adæ, fecit Deo exosos. Collecti igitur omnes sancti, per charitatem Christi in charitate radicati: comprænendunt eius charitatis latitudinem, longitudinem, sublimitatem, & profunditatem, per quam comprænenduntur. Nam comprænendere, est comprænendi: habere in se Christum, est esse in Christo: habere in se charitatem, est haberi à charitate. Vide quomodo electi, in uno Dei filio, redeunt ad patrem. Sicut est unus Adam terrenus, per quem omnes in mundum istum sunt dispersi: ita est unus cœlestis Christus, qui omnes colligit electos de mundo in se, & reducit in regnum creatoris.

Ex sermone: Agnus in cruce leuatur.

Veritas hominis. HOmo qui & μικρόκοσμος dicitur, ad imaginem & similitudinem creatus est, ipsius filij Dei, nam ait Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non quidem diceret faciamus hominem: nisi iam ueritas hominis esset, ad cuius imaginem & similitudinem, hominem Adam siue terrenum (quod idem est) creare uoluisset. Non enim creatura Adam, magis homo quam aliud quodlibet animal aut creatum fuisset, si ueritas hominis non fuisset. Deus enim, qui aiebat faciamus hominem, anteq; ex terra Adam creatus fuisset, hominem intellexit & concepit, dum diceret faciamus hominem. Hic autem conceptus Dei, non potest nisi uerissimus esse atq; substantialis. Veritas igit̄ hominis, & si non temporaliter comparabilis sit ad creationem Adę, est tamen prioriter intellectualiter, ut Adam secundum hanc ueritatem creatus, potius homo sit, quam aliud creatū. Vnde ipsa ueritas, principium, caput, & primogenitus omnis creaturæ, ante omnia sęcula in hoc natus est, quod est ipsa ueritas. Est autem ueritas, idipsum ante omne diuersum, in quo omnis diuersitas est identitas. Si enim uerum aurum est aurum purum, clarum, absq; promixtione, in quo nihil debile est, quod non sit idipsum: manifestè conspicimus, ueritatem omnem diuersitatem anteire. Non est igitur ueritas sensu attingibilis: nam absq; diuersitate, nihil sensu percipitur. Neq; est ueritas ratione perceptibilis, quum ratio nec discurrere, nec proportionare, aut comparare, diuidere, aut componere ualeat, si non presupponat multitudinē & diuersitatē. Qua propter

propter constat, ad ueritatem hominis simpliciter nullum horum spectare, quæ sensu aut ratione percipiuntur: uisu quidem colorem apprænendimus atq; figuram. Et clarum est, neq; colorem de ueritate humanæ naturæ esse, quum Alemannum albū, & Aethiopem nigrum, homines intelligamus. Ita quidem de figuris, indicibilem uarietatem conspicimus, pariformiter de alijs sensibus iudicandum. Sic & de ratione, quum ratio aliquid semper præsupponat, ex sensu elicitum. Hinc quando de ueritate illa quæ Christus est (ut ipse de seipso testatur dicens, ego sum ueritas) aliquid concipere uolumus, prout ipse qui ueritas est, caput omnis Ecclesiæ, quæ est corpus eius existit, per quem facta sint & sæcula: necesse est ut sensum & rationem linquamus, & non fingamus Christum aliquid sensu, imaginatione, aut ratione perceptibile esse, sed ueritatem simplicem & puram, quę in humana natura est ipsa ueritas humanitatis: in ipso em̄ sunt uniuersa, siue in cœlo fuerint, siue in terra. Sed quia sensibilia, imaginabilia, atq; rationabilia, ueritatē non attingunt: tūc non uniuntur ei ueritati, nisi intellectuales naturæ, quæ in ipsa ueritate ut in fine desiderato amorosè quiescunt. Cognoscas igitur, quod quamuis ueritas absoluta, in se complicet omnē ueritatē indiuisibiliter, & propterea sit necessariò ueritas omnis esse, & id per quod ipsum esse est uerū esse, & ita in omnibus, ita quod omnia in eo: non tamen attingūt ipsum, nisi intellectuales naturæ. Et hinc omniū intellectualium spirituū, qui sunt siue in cœlo siue in terra, caput est: & sunt ipsi intellectuales spūs, ad ipsam ueritatem conuersi ipsius ueritatis membra: & simul efficiunt corpus unū ueritatis, in quo habitat ipse|spūs, qui est ueritas. Sicut enim unitas in multitudine: ita ueritas in ueritatibus, & spiritūs qui est ueritas, in spiritibus ueritatis. Vide nunc Christiane, qualē doctorem magistrum, illuminatorem, atq; mediatorem habeas, quoniam ueritatem ipsam (quæ falli nequit) extra quam error, seductio, mors, atq; calamitas intellectualis. Linquendi igitur sunt omnes testes, qui uel ex sensibilibus, imaginabilibus, aut rationabilibus, de ueritate testimonium perhibere nituntur: & solus sequendus est Christus. Nam si ex ueritate es, uocem eius audis, ut ipse ait. Qui enim Christi uocem audit, & illi acquiescit: hic Christum ueritatem confitetur. Et hinc omnis qui ex ueritate est, hoc est ex Christo, audit uocem eius, Qui igitur scire uoluerit utrum sit Christi, utrum in lumine ambulet, utrum in uia, uita, & ueritate existat: experiatur hoc, si audit uocem eius, si seruat sermones, si obedit præceptis, si tollit crucem eius & sequitur eum.

Veritas totius naturæ humanæ erat in eo, ac ipsa plenitudo suprema, quæ est unitas omnis multitudinis hominum. Sicut enim humanitas est una & simplex ueritas; secundum quam omnes homines intelliguntur homines, ut non sit alia humanitas Ambrosij, alia Hieronymi, licet alius sit Ambrosius, alius Hieronymus: ita quidem Christus, quia uerus homo, nō est alia humanitate uerus homo quā Ambrosius, aut alius. Sed quia humana natura, in Christo diuinitati unita est, & ita in altissimo gradu: ideò ipse homo Christus, est altissimus atq; perfectissimus, complicans in sua uirtute inmanali, omnes perfectiones humanas, ut quicquid in omnibus hominibus, ac in tota latitudine naturæ humanæ perfectionis, est reperibile aut dabile, in uno lesu, ut in capite & suprema plenitudine complicetur. Omnium igitur hominm humanitas & perfectio, & in Christo lesū, ut in capite supremo. Si igitur omnium hominum præteritorum & futurorum sapientia, complicatur in plenitudine sapientiæ Christi, & omnium iustitia, in iustitia Christi, & omnium uirtus in uirtute Christi: tunc meritum hominis Christi, sufficiens est, in sua plenitudine, ad iustificationem omnium hominum, & omnis nostra insufficientia in ipso restauratur, ut qui in nobis insufficientes sumus, in ipsa natura nostræ humanitatis, in Christo ad plenitudinem omnis perfectionis exaltata, perfici ualeamus in ueritate. Et si consideras Christum hominem, quasi unitatem complicantem speciem humanam uirtualiter & perfectionaliter, ut complectaris omnes in ipso: intelligere poteris, quo modo homines Christiani ueri, sunt corpus Christi siue Ecclesia, & quo modo Ecclesia est in ipso complicitè, ut in ipso sit iustificata in morte eius, & in ipso Deo uni

http://www.obrascatolicas.com

ta,ac quomodo Christus est in Ecclesia explicitè,sicut unitas in magnitudine.

Veritas promisit suis amatoribus, ipsam appræhendentibus, immortalitatem. Quare naturam humanã passibilem & mortalem, ad impassibilem ac immortalem Christus ducere uolens,necessariò ipse qui erat eiusdem naturæ cuius & cæteri,spoliare habuit moriendi amplius possibilitatem. Quod fieri non erat possibile, nisi per mortem. Possibilitas enim moriẽdi,si tolli & mori debuit à natura passibili: hoc erat ut possibilitas ipsa in actum deueniret,actus enim est finis potentiæ, & priuat mors moriendi possibilitatem. Veterem igitur hominem corruptioni obnoxium, mori necesse fuit,ut consũmata possibilitate moriendi,nouus immortalis resurgere posset,per uirtutem immortalis diuinitatis, sibi inseparabiliter in Christo unitæ. Et ita nostra natura in Christo passa est,ut omnes in Christo mortui, similiter etiam in ipso ad immortalitatem resurgere ualeamus. Nemo autem resurgit ad cognitionem ueritatis immortalis,nisi qui ipsam præfert omnibus mundanis. Qui enim non intelligit,intellectualiter resurgere,oriri post mortem sensibilium,ac illam uitam nouam spiritualem,per infinitum omni delectabili uitæ sensibilis præferendam, ut in Christo testimonium uidet:ille non resurgit in Christo,quia sensualiter in Christo mortem non patitur. Quare hic non habet spiritum Christi,neq; ad ultimum desideriorum,scilicet ad unionem cum fonte omnis boni desiderij, scilicet ipsius Dei nostri in Christo,peruenire poterit.

Passio Christi. Christi passio,est testimonium transitus de mundo ad patrem, de corruptibili ad incorruptibile,de mortali ad immortale,ut mortale induat immortalitatem: de sensibili ad intellectuale,per uictoriam sensibilium huius mundi, & per transcensum ad stabilem ueritatem intellectualis mundi siue cœli. Volentem igitur ad immortale desiderium peruenire,calcare oportet omne desiderium sensuale & incorruptibile, & amplecti uirtutem,atq; in Christi uestigijs ambulare.

Ex sermone: Surrexit.

Resurrectio. TRia uideantur: Quomodo ipse surrexit: Quid operatur resurrectio in nobis: Quomodo intelligimus resurrectionem. Primum expeditur in hoc, quia fuit Deus & homo:ideò oportebat eum resurgere. Veritas humanitatis,remansit in unitate diuinæ naturæ,licet per sensibilem mortem, anima à corpore diuisa esset,& quia consummata fuit posibilitas moriendi per mortem,igitur terminata est in uitam,in immortalitatem,quæ completa est resurrectio. Secundum,quia natura nostra,per unionem ad diuinitatem in Christo,ad incorruptibilitatem eleuata,conditionem mortalitatis per mortem exuit,& resurrexit, quia alioqui non fuisset uera. Tunc nos omnes in uirtute Christi resurgimus, ut ait Paulus:uita igitur nostra in Christo est abscondita. Tertium,intelligimus resurrectionẽ, quasi uita mortalis sit uespertinum crepusculum:mors, succedens nox: resurrectionis uita,dies nocti succedens nunquàm deficiens.

Ex sermone: Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Ars. ARs oritur de exercitio artificis:& est artificium in arte,ut pater in filio:& ars in artificio,ut filius in patre. Hoc autem quod conseruat operantem in opere,est delectatio,quæ est hoc bonũ,quod procedit ex exercitio & arte. Tres igitur causas ex artificiato deprehendimus, scilicet efficientem, formalem, & finalem:& una non est alia,coincidunt tamen in unitate magistri,qui est causa efficiens,formalis,& finalis. Ex hoc autem quod delectatio conseruat operantem in opere,benè intelligitur,quomodo finalis causa est in efficiente,& formali, & econuersò. Et quia ars imitatur naturam,ascendamus sic ad magistrum naturæ ex naturalibus,dicentes,naturalia nos uidemus. Dico,hic homo naturalis à se esse nequit: est igitur à magistro naturæ humanæ, Est perfectè formatus per perfectam sapientiam
Esse. magistri,in eo relucet bonitas magistri per finem:est enim naturalis, & hoc à natura omnipotente. Neq; potest esse naturalis,,nisi sit per uirtutem omnipotentis naturæ naturalis,neq; potest esse extra naturam naturalis:quare est in bonitate omnipotentis uirtutis,naturæ naturalis. Nam omne id quod uidemus esse,scimus ipsum non esse

non esse,ipsum absolutum esse:extra enim esse absolutum,nihil esse potest. Si enim extra est,non est. Sed quia hoc,puta,hominem istum esse uidemus,non est esse hominis siue homo qui est,omne quod est(nam & cœlum & alia sunt sine numero, quæ homo nõ est)ideò si homo est,ab esse est:homo enim esse participat, ut sit. Nec potest homo esse per aliud quam esse:si enim esset aliud ab esse,non posset dare formam essendi. Per ipsum igitur esse,est. Nec potest ob aliud,esse quam ob esse: nec in alio quam in esse. Quum ergo omne id quod est, hoc aliquid, taliter sit in absoluto esse,& per ipsum,& in ipso,aut ob ipsum:constat absolutum esse, esse Deum trinum & unum.

In omni creato,uidemus trinum & unum Deum,quadam participatione: nã quã tò creatura Deo similior,tantò magis trina & una. In omnibus infimis & supremis creaturis: est essentia,uirtus,& operatio. Omnis essentia cuiuscunq; creaturæ, est ex posse,actu,& unione. Posse se mouet,ut ex se eliciat actum. Ex posse & actu, oritur unio,quies,& delectatio:potentia enim uisiua, exerit actum. Et oritur uisio, in qua delectatio est,,& quies uisionis. Item ex potentia intellectiua, oritur notitia seu sapientia,ut intellectus,ex sua potentia actum exerat. Atq; ab utroq;, procedit delectatio,& quies. Et cum nihil sit unum ,quod non sit trinum:igitur esse ipsum absolutum,à quo est omne id quod est,est trinum & unum, quod quidem omnia participant. Est igitur potentia absoluta,actus absolutus,& agere absolutum,in unitate absoluti esse:sine quibus quidam correlatiuis,secundum alarum debiles pennas, quibus uolatur in hoc mundo sensibili, non potest quicquam reperiri. Nam omne id quod in creaturis est(cum creatura solum sit effluxa Dei similitudo) in creatore per fectissimè esse,negari nequit. *Trinitas. Essentia Virtus. Operatio.*

Maiores pennæ ducunt supra omne id, ubi omnia nomina quiescunt: ubi cessat omnis syllogismus,ubi est id quod uidetur oculo intellectus,non potest enarrari sine defectu,quia ineffabilia sunt. Sicut Ioannes in Apocalypsi de superna Hierusalem,quæ est indefinibilis(cum non sit ciuitas in hoc mundo, quæ ipsam figurare possit)neq; in portis,neq; in plateis,aut muris,immò secundum omnem diffinitionem ciuitatis,non est ciuitas,et secundum omnem compræhensionem muri non habet muros:ita quidem qui ita uolat,nihil concipit ex omni nomine nominabili. Homõ cùm nominatur,per intellectum quadam appræhensione ambitur, & figitur consideratio in aliquo:sed cum Deus nominatur si in aliquo consideratio figitur, non est intellectus in uolatu,& motus in uero. Deus enim nihil conceptibile per te significat,sed super omnem intellectum tibi dicit, quandam infinitatem maximam ineffabilem & incompræhensibilem,ita de trinitate. Et ad hoc nota Dionysium de mystica Theologia,ubi secundum compræhensibilitatis possibilitatem, negat Deum esse trinum & unum,& quicquam nominabilium ac effabilium.

Video uos omnes esse homines,per essentiã igitur humanitatis estis homines. Video uos plures esse in essentia humanitatis,& id per quod subsistit hominum pluralitas,& sic est unitas,quia unitas est ex qua pluralitas:quoniam pluralitas, est explicatio unitatis. Video uos esse inæquales. Vnde sicut inæqualitas sequitur pluralitatem,& ex ea oritur:sic in essentia humanitatis,ab unitate exoritur substantia inequalitatis. Inæqualitas autem per æqualitatem subsistit. Quare in essentia humanitatis est unitas,à qua æqualitas. Video uos diuisos,& ab inuicem separatos: sed diuisio seu separatio,procedit à pluralitate & inæqualitate. Quare in essentia humanitatis reperitur id,in quo subsistit diuisio,quod procedit ab unitate & æqualitate, & id est connexio. Quare habemus in simplicissima essentia humanitatis,ex qua,per quam, & in qua homines id sunt quod sunt:quod nisi humanitas unitrina esset, per ipsam homines esse non possent. *Humanitas.*

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Crucifixus resurrexit.

Cruciſixio. NEmo resurgit ad uitam, nisi crucifixus. Omnis Christi actio, nostra est instructio: quia ipse est uia, & magister, qui in se ipso nobis uiam ostendit ad gloriam, qui ait: quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Si igitur Christus aliter non potuit introire in gloriam suam, nisi crucifixione præcedente: neq; nos intrabimus, nisi per crucifixionem, ait enim: qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Cum attendimus in nobis esse imperia diuersa, unum in carne & aliud in spiritu, quæ cõtra se militant, & quod subactio uirtutis, quæ in carne imperat est crucifixio, uincente uirtute, quæ in rationali anima imperat: tunc mysterium crucifixionis, quòad ea quæ facere debemus, intelligimus. Docet Paulus, quomodo homo exterior seu uetus homo, debet per interiorem nouum hominem Christiformem affigi cruci, & ibi interfici debet omnis eius uita, quæ concupiscentia dicitur, ut solùm uiuat nouus interior & cœlestis homo, qui secundum Deum est iustus & uerax. Talis homo sic secundum carnẽ mortuus, in uirtute illa, qua Christus crucifixus mortuus resurrexit, etiã resurget. Tenere igitur cõcupiscentias carnis affixas cruci, scilicet per tormenta et macerationes & disciplinã, ne desideria spiritus impediant: est crucifigere corpus, in quo habitat ipsa corporalis concupiscentia, quæ est corpus seu continens peccatum, spiritũ impediens. Sine amore nõ uiuitur. Homo ex duobus amoribus cõponitur: scilicet ex amore sensibiliũ seu uisibilium, & amore inuisibilium: uisibilia enim sunt temporalia, & inuisibilia perpetua: uitia sunt contra uirtutes uitia tẽporalia uirtutes perpe- Amor duplex. tuæ. Amor temporalium, usq; in odium seu contemptum æternorum, est uitiosus, & uenit de concupiscentia carnis, quæ est de hoc sensibili mundo, & est ex Adam. Amor æternorum est studiosus, & uenit de desiderio intellectualis spiritus, qui non est de hoc mundo, sed uenit de cœlo. Ex duplici igitur desiderio componitur homo, & manet utriusq; natura, in unitate personæ, seu suppositi humani. In hac copula, mulier, scilicet carnis concupiscentia, laborat: ut uir, scilicet concupiscentia spiritus, ei amore alligetur, & ponat ipsam finem suæ concupiscẽtiæ, ut non aliud quam uoluptatem sensibilem concupiscat, ut fiat eius desiderium penitus carneum, & ipsa dominetur uiro. Et quia habet familiare contubernium cum eo, allicit continue sua pulchritudine sensibili, & uincit plærunq; uoluntas carnis crucifigendum spiritum, & hoc uenit ex ignorantia, quia spiritus nescit nobilitatem suam, & utilitatem carnis: neq; scit Deum aut uitam æternam, neq; infernum seu mortem æternam. Ideò recipit temporales uoluptates pro fœlicitate. Et uir seruit mulieri, quoniam omnes operas impendit, ut uoluptati placeat. Venit Iesus, cuius intellectus fuit omniscius, luci sapientiæ Dei unitus, tolens inueteratam ignorantiam, ostendens uitam spiritus æternam, & æternæ uitæ delectationes se habere ad temporales, ut tempus ad æternitatem: & quod similiter fit mors æterna, quando spiritus inhæret temporali uoluptati. Nam illã per mortem perdet, & non assequetur uitam & lætitiam æternam, quam non amauit. Docuit autem Iesus, necessariò illum qui æternam uitam assequi uoluerit: uirum esse oportere, qui dominetur uxori seu concupiscentiæ carnis, & præferat uitam æternam quæ est ueritas, uitæ sensibili, quæ est imago transiens: & Fides. quod in hoc ipsum sequatur, nihili faciendo hanc uitam, hunc mundum, & omnes huius mundi uanitates, ut auidiùs capiatur ad cœlum, ubi æterna sunt omnia. Et qui sic fecerit, tollit crucem suam, et sequitur eum. Sed nemo in sua propria uirtute quam habet ex Adam, potest uincere mundum. Tunc oportet, quod hæc ignorantia, per quam omnes corruerunt, fide pellatur. Fides enim est de re quæ non uidetur: æterna non uidentur aspirare ad æternam uitam, non nisi fide possumus. Sed ad hanc fidem pertingere non possumus, nisi per fidem omnis fidei, quæ est, quod magister noster Iesus, sit filius Dei & crucifixus. Si filius Dei creditur, tollitur omnis tenebrosa diffidentiæ opacitas de cordibus nostris, scientium filium Dei ueracem, in uerbo & promisso. Si creditur crucifixus, & sic intrasse in regnum patris, non dubitamus si & nos Christum sequimur in crucifixione, sequemur etiam in regni adoptione.

Iesus fi-

Iesus filius infinitæ misericordiæ, patris scilicet misericordiarum: sponte mortem Misericordia. subijt pro nobis, ut ostenderet quantum nos dilexit, & quæ est misericordia qua nulla maior esse potest. Quæ enim maior, quam se dare in redemptionem pro captiuis: soluere in suo corpore mortem, quam nos iustè subire tenebamur, propter crimen læsæ maiestatis, per nostrum parentem in creatorem commissum? Docemur igitur, quod nos necessario ipsum imitari debemus, in misericordia, quam facto illis ostendere debemus, pro quibus ipse mortẽ subijt. Si enim pro omnibus mortuus est, & in tantum omnes diligit, quod mortem pro eis subijt: quod uult, nisi quod nos propter ipsum, illis omnibus misericordiam ostendere debeamus.

Ex sermone: Michael & angeli eius.

ORdo, est diuina resplendentia. Obedientia, est sacri ordinis sacramentum. Ordo: Omnis multitudo, in ordine subsistit, sine quo nec benè subsistit, nec esse potest. Multitudo enim, cadit ab uno & ente: omne enim in tantum est, in quantum est unum. Subsistentia igitur multitudinis, non est nisi in unione. Sed quid unit multa, nisi ordo? Multa enim ad unum ordinata, habẽt ut sint, quæ in se, non possunt ut multa esse. Ordo autem, proportionem & harmoniam deposcit. Principatus autem Ecclesiæ, qui ab uno in multos diffunditur, ab hierarchia seu diuino principatu habet dependentiam, cuius gerit similitudinem. Quomodo autem nos peruenimus in aliquam cognitionem quia est, angelorum, siue substantiarum intellectualium, sic accipito. Nam omnes nationes concorditer eas esse asserunt: primo libri sacri Bibliæ, qui omnes libros antecedunt, Abraham omnes qui scripserunt in Græcia, antecessit: sic & Moses, prior Platone & Socrate. Philosophi de intelligentijs loquuntur (quas Moses angelos nominat) arguentes ex motu cœli omnia nasci. Sed uita non ex corporibus cœlestibus: nam uirtus corporalis, ad corpora tendit. Aliquid igitur uitalem motum præstans in corpore, non ex corporeo cœlo est, sed ex motore cœli. Sicut igitur ex motu cœli, motus est corporum: sic ex motore cœli, motus uitalis. Sed cum motus uitalis, sit motus ad aliquem finem: tunc ab intelligentia est, quę mouet ad finem, Sunt igitur intelligentiæ motrices orbium. Dicitur zodiacus, locus sub quo mouentur planetæ. Zodiacus est uitalis dictus. Tot igitur sunt intelligentiæ, quot sunt motus distincti in cœlo. Et si quælibet stellarum, habet proprium motum: haberet etiam propriam motorem, seu propriam in- Angelus. telligentiam. Ex alio. Nam regulariter uerum est, quod quæ reperiuntur coniuncta, si alterum reperitur separatum, ambo reperiũtur separata. Sicut in colore fusco, quia reperitur albus, et niger etiam reperitur, quoniam fuscum in se ambos colores habet: sic & homo, in se complicat spiritualem & corporalem naturam, & corporalis reperitur separata in terra, metallis, & reliquis. Igitur & spiritualis reperitur separata, quę est spiritualis, seu intellectualis. Angelus autem est separata substantia spiritualis. Videmus in omni motu specifico concordantiam: nam species equorum est una, & omnes equi, unum motum specificum consequuntur, ex unitate speciei. Et ideò illi speciei præest intelligentia, quæ mouet uniformiter orbem illum, seu formalem equi. Reperimus igitur ex uniformitate regularis motus specifici, intelligentiam motricem: alioqui non esset una species, uirtus, & operatio. Omnis species quæ consistit in quodam indiuisibili, est cœlum, cui præsidet intelligentia siue angelus, qui est quasi Deus in regno suo. Omnis homo est quasi species, ob sui perfectionem. Hermes ad Aesculapium scribens dicebat, humanitatem genus, homines species. Licet quidam dicant, textũ ad nos in hoc benè translatum peruenisse: tamẽ quia uidemus animam rationalẽ, sine qua homo nõ est homo, non esse ex traduce, sed in quolibet homine, ex creante qui est creator specierũ: ideò motui rationali, præesse intelligentiam in homine experimur. Rationalis enim motus, ex intelligẽtia nostra, quæ est in corpore subdito peccatis (nisi dirigeretur à separata intelligentia) semper sequeretur affectiones corporales: ideò adest angelus qui nos sursum mouet, ut desideremus illa quæ sunt natutæ intellectualis, & incitat motum rationalem ad æterna. Alius est motus animalitatis, cui terrena placent, & illum motum princeps tenebra-

 rum inspi-

http://www.obrascatolicas.com

rum inſpirat,Et hæc eſt cõcertatio in nobis,qua experimur rationẽ & ſenſum, quaſi aduerſarijs principibus ſubeſſe,& bella indeſinenter gerere.Adhuc lex miniſtratur per angelos,eſt lex in natura ſpecifica:quælibet natura ſpecifica, proprias habet leges:& angelus qui præeſt,regit ſecundum leges.Lex,eſt ſpiritus Dei, ſeu prouidentia diuina:angelus,eſt annunciator ſiue exequutor legis.Sicut enim mittitur in litera miſsiua,uox imperatoris ad ſubditos,& in uoce uerbum,& in uerbo ſpiritus,qui eſt formans ſeu illuminans ſubditos,quæ ſit intentio imperatoris:ita charta ſeu miſsiua in ſe habens ſermonem,nuncius ſeu angelus dici poteſt.Sermo uerò, uerbum, ſeu mens in ſermone:ſpiritus mouens,ſecundum prouidentiam Dei. Angelus igitur eſt,per quem Deus omnia quæ uult annunciat,ſeu ordinat:angelus,eſt gerulus æternæ legis & uoluntatis Dei, ſeu exequutor diuinæ ordinationis. Deus ſpiritus eſt in omni angelo:angelus,eſt receptio intentionis ſpiritus, qui Deus eſt. Eſt igitur angelus,ſicut uiuus & intellectualis liber legis ſeu charta, in ſe habens ſcripturam ſeu impreſſionem intentionis Dei,quaſi intelligens legatus ſeu orator ad creaturam:ut quæ non poteſt intueri in mentem inuiſibilis Dei,mediante ſignaculo, recipiat illuminationem intentionis.Hoc dico quantum ad nomina angelorum, quæ ſunt nomina officiorum,inquantũ ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Sicut nominamus candelam ardentem,lumen:quia ab ipſa recipimus illuminationem. Sic nominantur angeli,unus Michael, alius Gabriel, tertius Raphael, quartus Vriel, ex officio: quia nobis talia diuina dona miniſtrant,ſecundum uim uocabuli. Sicut in curia regis,officiales nomina habent:ita nomina angelorum,in el terminãtur אל enim Deus eſt(quia ſunt officiales regis iuſtitiæ,qui אל ſeu אל חיים dicitur. Sed ſpiritus illi ſi conſideratur in ſe,non ut officiales, ſunt nobis incogniti. Cognoſcimus aliquem ex officio,ſemoto illo,non cognoſco ipſum,prout ſcilicet eſt imago Dei:imago enim non cognoſcitur,niſi cognito exemplari. Vnde intellectualis natura non capitur à nobis,niſi per aſſimilationem. Nam uti Dionyſius nos docet, Sol iſte uiſibilis, qui Sol. ἥλιος Græce dicitur:uocat ad ſe omnia,ut eis uiuam influat uirtutem, & eum omnia pro captu ſuo recipiunt. Quæ autem ſit uirtus eius admirabilis, oſtendunt uiſibilia, quæ ex acceſſu radij Solaris generantur. Vis enim eius inexpreſſibilis ,meliori modo quo capi poteſt recipitur,ſed uariè. Nam omnis uis Solis, recipitur in quodlibet contractè:ſicut in quolibet pomo, eſt uis arboris contractè,licet aliter in uno, & aliter in alio,ita de alijs. Sic tota uis Solis in arbore, & per medium arboris in fructu. Recipitur enim tota uis influentiæ Solaris in quodlibet,ſecundum naturam recipientis:ſicut motus recipitur in omne mobile ſecundum conditionem mobilis, in unum localiter,in aliud uegetatiuè,in aliud ſenſitiuè,in aliud rationabiliter. Species autem recipiunt uirtutem uniuerſaliter ſpecificè,& indiuidua mediante ſpecie indiuidualiter. Sicut in quolibet indiuiduo,uirtus ſpeciei totaliter relucet ſuo modo,ſcilicet ſecundum contractionem indiuidualem, maius & minus perfectè ſecundum indiuiduationem ſeu determinationem,ut una facies totaliter in quolibet ſpeculo, ſecũdum diſpoſitionem ſpeculi,in uno clariùs,in alio obſcuriùs:ſic Sol iuſtitiæ, qui eſt intellectualis,in regno ſuo,quod eſt ſupra omnem ſenſum, lucem intelligentiæ & calorem charitatis diffundit,& ſpecies intellectuales,pro captu ſuo ipſam recipiunt influentiam. Intelligentia enim,eſt ſupra numerum,& rationem, & immaterialis. Nam intelligentia,ſeparat intelligibiles formas,& abſtrahit à materia,ut in ſe faciat intellectas:ſicut in noſtro intellectu experimur: uniuerſale enim eſt in intellectu:materia indiuiduat,& contrahit formam. Et in iſto influxu radiorum Solis intellectualis:intuemur intellectuales nobiles naturas Deiformes,& quaſi ſpecula uiua lucida,ac ſi imago in ſpeculo eſſet uiua,& ipſum ſpeculum lucidum: per hoc quod eſt imago Dei,qui eſt Sol intelligẽtiæ,quo Sole omnia formantur. Nam intelligentia eſt principium,quo omnia recipiunt formam. Vnde quia eſt ſpiritus intellectualis, eſt radius diuinus. Et quia eſt imago lucis intelligentiæ Solaris, in ſe habet aſſimilationem,omnium ſpecierum formabilium. Intelligentia enim quæ & Sol, fons lucis,& ſpecierum:capitur modo ſuo,ſeraphicè,cherubicè,thronicè,& ita conſequẽter.Si-

ter.Sicut uiſibilis lux,capitur in diaphano,in uno ſimpliciter & propinquè,& nominatur color albus,in alio diſtantiùs,& uocatur ætherius,in alio adhuc diſtantius, & uocatur rubeus,& ita cõſequenter:& ita nouem colorum ordines,ex uarietate modorum recipientium generantur. Quare ſimili quodam modo, uti nouem diſtincti colores,ex uaria lucis receptione generantur,qui omnes non apparent eſſe extra regionem cœli uiſibilium:ſicut nouem diſtincti chori ſunt, intellectualium ſpirituũ, ex uaria lucis intelligentiæ receptione,& nõ attinguntur,niſi in regione intellectualium,ſiue in mundo intellectuali. Dicit Euangelium,quomodo angeli fidelium uident faciem patris,qui in cœlis eſt. Quare ſunt ut mũdi oculi cordis. Nam ſpeculum ſi non eſt mundum,deſinit eſſe ſpeculum ſecundum operationem,ita & oculus, niſi ſit mundus non uidet. Sunt igitur angeli,oculi mũdiſsimi intellectuales. Et ſicut uiſus delectabiliter uiuit,in pulchritudine uiſibili quam omni diſcurſu quærit:ſic intellectualis natura,uiſu ſuo ſcilicet intellectuali,ſuiipſius quærit formæ datorem uidere,quo nihil pulchrius,in quo quietatur. Facies eſt notitia:per faciem cognoſcimus homines. Videre faciem patris intellectualis naturæ:eſt intelligere, ſeu notitiam habere fontis uitæ eius. Deſiderat omnis intellectus,ſcire omnium cauſam,quã Deum dicimus:ideò apprehenſio illius,eſt quo nihil dulcius aut delectabiliùs. Sed hoc uidere,eſt per oſtenſionem filij Dei,quia ſolus filius cognoſcit patrem, & omnes alij qui cognoſcunt,ex reuelatione filij cognoſcunt. Pater enim (ut ait filius) in abſcondito eſt. Ideò mediator omnium rationalium ſpirituum, uerbum ſeu filius Dei eſt, per quem omnia attingunt finem deſideriorum,ſeu ultimam fœlicitatem. Facies.

Angeli meruerunt in uictoria pro Chriſto certantes,ſtabiliri & confirmari in gratia,quia honorem Dei prætulerunt uitæ ſuæ:ſed quia uicerunt, uenit ex merito fuſionis ſanguinis Chriſti. Nam Chriſtus meruit,ut qui pro eius honore certant uſq; ad mortem,non uincantur à Sathana: ſed uincant eum, quia Chriſtus ipſe uicit ipſum,& eſt poteſtas Chriſti ſupra ipſum. In Chriſti igit̃ uirtute,uincitur draco. Virtus Chriſti eſt obedire uſq; ad mortem,& non quærere ſuum,ſed Dei honorem. Sic meritum Chriſti ſubuenit angelis ab initio,ſicut et ſanctis patribus,qui eius aduentum in carne præceſſerunt. Sicut debitorem fidelis & creditus fideiuſſor liberat ſtatim,in ſe debitum ſumens,licet poſtea in præfinito tempore realiter ſatisfaciat: ſic & Chriſtus. Et ita nota,uerbum Dei,ſeu poteſtatem Chriſti,eſſe imperialem uirtutem ſpirituum beatorum. Angeli meritum.

Ex ſermone: Dominabuntur populis.

CVM aliquid eſt uti debet eſſe,tunc rectè eſt,& iuſtè. Si quis ædificat domum,faciendo omnia quæ in ratione domus cõmpræhenduntur,dicitur rectè domum feciſſe. Anima igitur rationalis dicitur iuſta, quando ipſa eſt uti eſſe debet:ſcilicet quia ratio uiuit in ipſa,& non declinat à ratione propter quæcunq; terribilia. In iuſtitia,eſt fortitudo,& econuerſò. Nam iuſtitia complicat in ſe omnes uirtutes: nulla eſt uirtus,niſi iuſtitia definiat eam eſſe uirtutem. Dicit iuſtitia,in acie belli conſtitutum fortem eſſe debere. Vnde fortitudo, habet à iuſtitia quòd eſt uirtus:ſic continentia,& cæteræ uirtutes. Omnes uirtutes ſunt immortales, quia iuſtitia in qua,& per quam ſunt,eſt immortalis. Dicimus iuſtitiam diſtribuere unicuiq; quod ſuum eſt. Deus eſt qui dat omnia,cum ſit iuſtitia,cuius bonitas & eſſe,eſt idem cum iuſtitia ipſa. Sic enim ex eo,quia bonus,eſt ſuiipſius diffuſiuus. Sic ex eo,quia iuſtus,ſingulis eſſe diſtribuit:omnia in iuſtitia diſtribuit. Iuſtitia in numero,pondere,& menſura,attenditur. Iuſtitia intellectualis eſt uiua ſtatera. Solus homo,per intellectum inuenit medio ſtateræ,iuſta rerum pondera & menſuras. Eſt igitur iudex ſeu uiua ſtatera. Locum et ſuum rerum (ſi attendimus) admiramur diuinam ſtateram ſeu iuſtitiam,quę cuilibet dedit locum ſuum:quòd terra eſt grauis, & ignis leuis,eſt ex iuſtitia. Quietatur igitur terra,in hoc quòd terra, quia ex iuſtitia habet,& ita de cunctis creaturis. Vnde iuſtitia quietat: quando ſunt contentiones,illas iuſtitia dirimit, quia quodlibet ultra iuſtitiam ſibi debitam, nulla ratione apIuſtitia.

http://www.obrascatolicas.com

petere poteſt. Anima rationalis, à iuſtitia eſt rationalis: ſicut terra, eſt à iuſtitia terra. Abſoluta iuſtitia diſtributiua, quæ diſtribuit formam & conſequentia ad formam, ipſa diſtribuit etiam libertatem rationi: iuſtum eſt, quòd intellectualis ſubſtantia ſit libera. Vnde ſicut in omni creato eſt pondus, per quod fertur ad locum ſuum, ſicut leuitas in igne, ducit ad locum æthereum, & dum ſic creatura fertur ſuo põdere, uendicat ſibi locum quietis, ex debito iuſtitiæ ſuæ: ſic intellectualis natura pondus habet, per quod eius mobilis libertas, ducitur ad quietem ex debito: & hoc pondus, eſt amor æternorum, & non eſt hoc aliud, quàm amor iuſtitiæ, quæ eſt æternitas. Qui igitur æterna præfert temporalibus, & incorruptibile corruptibili: ille mouetur ponderе intellectuali ad locum quietis, ſcilicet ad immortalitatem. Deus quia eſt ipſa iuſtitia, eſt locus quietis & immortalitatis. Dicitur inhabitare immortalitatem, quia ita eſt iuſtus, quòd eſt ipſa iuſtitia. Non eſt iuſto cruciatus, præter iuſtitiam: nam hoc pati, eſt creſcere in ipſa iuſtitia, quæ dat iuſto eſſe. Anima quæ cognoſcit quid iuſtũ, ipſa ſe poteſt iuſtitiæ plus & plus conformare. Sola igitur intellectualis ſubſtantia, poteſt augeri ſine termino. Sicut ars ſeipſam auget, aſſiduatione operis: ita intellectus, habet iuſtitiam ſuam intellectualem, quæ augetur continuò per exercitia iuſta. Iuſtum eſt ut Deo qui ueritas eſt, credatur: ſic iuſtus ex fide uiuit, unde anima, fit medio fidei iuſtior. Et hoc dum operatur opera fidei, quia iuſtitia ſic dictat: creſcit in immortalitate. Iuſtitia dictat, filio Dei eſſe credendum, & quòd nulla doctrina, ducere poteſt animam ad quietem, niſi quæ à Deo eſt. Vnde per hoc patet, quòd iuſtitia in nobis, eſt pondus naturæ intellectualis, & per illam accedimus ad fidem, ut mediante fide iuſtificemur, ſcilicet ut creſcat originalis iuſtitia per exercitia iuſta. Sicut in ſtilo fabri, eſt ars in potentia, & illa ſe nõ poteſt in actum ponere, niſi lumine eius, qui actu habet artem: ſic originalis iuſtitia, nõ poteſt ſe in actum ponere, niſi lumine magiſtri, qui habet artem iuſtitiæ. Ideò Chriſtus qui habuit artem iuſtitiæ, imò fuit ipſa ars: uenit, ut qui ipſum cognoſcerent habere, & eſſe artem iuſtitiæ, & ipſum pro magiſtro acciperent, creſcere poſſent uſq; ad filiationem Dei, ſeu appræhenſionem immortalitatis, ſiue abſolutæ iuſtitiæ. Abſoluta enim iuſtitia, eſt locus quietis omni iuſto: manus Dei, ſeu uis uitæ conſeruatiua, eſt locus animarum iuſtarum.

Quatuor uirtutes.

Conſidera benè, animam humanam, ex quatuor ſuis elementis compactam: anima enim ſpiritualis eſt. Elementa eius, ſpiritualia ſunt. Nam experimur, animam humanam uim quandam eſſe ſpiritualem, ex ſe quadruplicem motum exerentem, ſcilicet concupiſcibilem, iraſcibilem, rationalem, & liberum ſeu uolũtarium. Et quia anima eſt intellectualis naturæ: ideò hos quatuor motus, intellectualiter dirigere ſatagit, impetum cuiuslibet motus, intellectualiter modificando: & modificatio motus concupiſcentiæ, uocatur temperantia: & modificatio motus iraſcibilis, uocatur fortitudo: & modificatio motus rationalis, uocatur prudentia: & modificatio motus liberæ uoluntatis, uocatur iuſtitia.

In anima uidentur uirtutes eſſe, quæ proprietatibus elementorum reſpondent. Temperãtia, ariditati terræ adornatæ reſpondet: prudentia, perſpicacitati aquæ cum ducibilitate: iuſtitia, ſubtilitati aëris cum mulcibilitate: fortitudo ſiue conſtantia, uigoroſitati ignis in actiuitate. Videtur etiam anima rationalis ſeu intellectus, ſic poſt primam cauſam & ante cauſatum, quaſi ſit ſimul cauſatum & cauſa: ac ſi prima cauſa cauſaſſet ipſam, in propinqua ſui ſimilitudine, ei cauſæ nobilitatem conferendo. Vnde anima ex ſe exerit cauſam materialem, dum ſe induit habitu temperantiæ: & formalem, aſſumendo habitum prudentiæ: & finalem, in habitu iuſtitiæ: atque efficientem, in habitu fortitudinis. Simplicitas animæ eſt tanta, quòd quælibet uirtus eſt in qualibet. Nam anima, quando induit habitum temperantiæ, tunc & aliarum uirtutum: nam non eſt temperantia, ſine prudentia, iuſtitia, & fortitudine. Sic uirtus prudentiæ non eſt uera: niſi ſit ſobria, iuſta, & fortis. Ita iuſtitia: eſt ſobria, prudens, & fortis. Fortitudo: prudens, ſobria, & iuſta. Secundum enim Gregorium, ſine prudentia non eſt fortitudo, ſed temeritas. Sunt igitur uirtutes connexæ.

Ad

Ad fœlicitatem nõ ſufficiunt omnes uirtutes, niſi adſit uirtus infuſa, ſcilicet charitas. Nam ſicut prudentia, eſt forma uirtutum humanarum: ſic charitas, format uirtutes ut ſint formatæ forma diuina, quæ ſolùm eſt Deo accepta. Vnde iuſtitia, quę non eſt formata charitate: illa non eſt uera, & uiua iuſtitia, ſed potius eius imago deficiens. Sola ueritas, eſt permanens. Quare qui induit ueram & uiuam iuſtitiam, aſſequitur immortalitatem. Nam uera uirtus, eſt diuina & immortalis, & preſtat immortalem uitam: non enim dependet eſſe ueræ iuſtitiæ, à iuſto ſeu ſubiecto, ſicut eſſe albedinis à ſubiecto albo. Ideò per mortem iuſti, non moritur anima, ſubiectum iuſtitiæ. Sed benè deſtructo albo, deſtruitur albedo, à ſubiecto dependens. Sicut mortuo homine, non moritur ſpiritus rationalis, qui à ſubiecto non dependet, ſed econuerſõ. Ecce anima, quia capax ueræ & perpetuæ iuſtitiæ, ſeu quia ſubiectum diuinæ iuſtitiæ, ideò eſt perpetua. Vt igitur Deus gloriam iuſtitiæ ſuæ, qui eſt iuſtus iudex, & eſt ſua iuſtitia, oſtendat: creauit naturam intellectualem, quæ ſola eſt capax iuſtitiæ & illam oportet eſſe ſubiectum perpetuæ iuſtitiæ, ut ſit capacitas iuſtitiæ, in præmio & condemnatione. Quare natura intellectualis, quæ præmiatur æternaliter: in fluxu diuinæ iuſtitiæ, præmiatur: & quæ damnatur æternali condemnatione, influxu diuinæ iuſtitiæ punitur. Aduerte etiam, quomodo inconſentaneè dicitur, animam eſſe in corpore: nam potius dici debet, corpus eſſe in anima.

Charitas.

Pati propter iuſtitiam, eſt ob meliorem diſpoſitionem. Nam aurum, ut fiat melioris uirtutis, atq; puriùs & ualentiùs ſiue nobilius, ponitur ad examen ignis per magiſtrum: quanto enim puriùs, tantò eligibiliùs. Qui igitur à Deo diligi optat: patienter fert examen, ſciens ipſum præſtare maiorem eligibilitatem: quem enim Deus diligit, corripit. Gaudet igitur omnis fidelis iuſtus, quando ignis tribulationis aduenit, ſciens ſe à iuſtitia quæ Deus eſt, diligi. Et optima eſt ſimilitudo, de hoſtia holocauſti, quæ tota conſumitur igne: ideò Deo acceptior quam alia oblatio, cuius portiones cremantur.

Ex ſermone. Oſtendite mihi numiſma.

Numiſma.

COnſideremus nos numiſma eſſe, & naturam in ſe habere imaginem, ex diuina ratione in nobis impreſſam. Non fit nummus, niſi per intellectum, cui corpus, & corpori inſtrumenta miniſtrant: non fit homo, niſi per intellectum qui Deus eſt, cui intelligentiæ, & illis cœli miniſtrant: non imprimit intellectus purus, niſi ſuam in nobis imaginem, per quam ſumus intellectuales. Habemus igitur uitam rationis in imagine Dei, quam ſecundum iuſtitiam & ſententiam Chriſti, Deo dare debemus, nam imago Dei eſt. Docemur, mundo temporali, cenſum ſuum dari debere temporalem: nam ſpiritum Deo, quem à Deo habemus, terræ id quod ab Adam recepimus. Non debemur ſpiritum dare mundo: illi ſpiritum dant mundo, qui rationem dant ſenſui, quorum Dens uenter eſt. Ratio non debet ſeruire ſenſui, ſed dominari: cum diſcretione uti debemus mundo, comedere debemus, ſed cum diſcretione, & ſic de ſingulis: appetitus enim, regi debet lege & diſcretione. Hæc eſt iuſtitia quæ dat cuilibet quod ſuum eſt, & illam ſeruant, in uia eſt ad pacem, omnem ſenſum exuperantem.

Per oſtenſionem claram quid nominis, ſoluitur omne dubium. Nam quidditas rei coincidit cum ueritate & unitate eiuſdem. Ideò tunc oſtenditur ueritas, quando explicatur ueritas, nihil dubij remanet in omni re, ſcita quidditate rei, de qua eſt quæſtio. De cenſu ſoluendo, fuit quæſtio, & quia multi modi ſoluendi cenſum eſſe poſſent: ideò quando modus ad numiſma contrahitur, tunc oſtenſo numiſmate, imago & eius ſuperſcriptio dubium diſſoluunt. Sic ſi mouetur quæſtio, an Chriſtiano liceat ſeruire mundo & eius principi: oſtenſo numiſmate & eius ſuperſcriptione, ſtatim eſt dubium ſublatum. Sumus enim numiſma Chriſti, eius figuram & ſuperſcriptionem tenentes, ut docet nomen Chriſtianus. Non igitur huius mundi, ſed Chriſti ſumus. Si monachus es, & quæris annè tibi liceat inter homines conuerſari, allegans ad hoc aliquas mundi huius excertationes, ſicut Iudæi pro ſe potuerunt producere,

http://www.obrascatolicas.com

ducere,mandatum principis huius mundi,scilicet Cæsaris ; iubente iudice, quid sit monachatus ostendas,& absoluta est quæstio.Si canonicus, reperies secundum regulas patrum & canones sanctorum, te uiuere debere cum omni honestate sub obedientia,& non abuti persona nec rebus.Si incolæ ciuitatis estis,& queritis quomodo uobis uiuendum sit:dico sumpta quod nominis ciuitas,quod est ciuium unitas,unitas autem est in concordantia , concordantia est diuersorum harmonia(ut in organo uel in cithara)ut unum membrum subsit alteri,& superius compatiatur inferiori.Maritus se habet in coniugio,uti forma seu caput,& mulier ut materia seu corpus.Vnde sicut forma etsi dignior & caput, etsi altius: tamen sine materia aut corpore,subsistere se posse non credant.Ex quo habes,quod quidditas nominis rei eius,de quo dubium, ostendit solutionem.

Denarius legitur oblatus:nomine denarij,uenit perfecta explicatio rationis. Nã quando metallum ex minera educitur,purgatur per ignem,& finaliter figuratur & signatur:signum ipsum,ostendit quidditatem & ualorem metalli,ita quod non sit opus inquirere quid ualeat si ostenditur,quia ex productione eius,omnia liquent.Si de peccato contra legem quæstio est,& decalogus siue decennarius ostenditur,omnia producta sunt.Sicut si de numero quæstio est,& denarius producitur, soluta est quæstio:quia omnis numerus,denario explicatur.Si de peccato contra consuetudinem quæstio est,producta explicatione consuetudinis,alio opus non est. Non igitur indiget iudex,propter sententiam super iure dandam, nisi plena productione. Hoc quidem est quod dicitur,quomodo reus,qui omnia producit coram iusto iudice,ex productis damnatur.Adeò efficax est productio, quod iudicium etiam in hoc mundo,apud iudicem qui decipi potest,saluatur per ipsam.Nam non est aliud quidditas rei iudicandæ,quam deffinitio quid nominis.Hinc deffinitio iam propalatur,quando uera quidditas explicatur.Docet igitur producens,iudicem deffinire. Deinde in quidditate nominis ,uenit iustitia distributiua, quæ dat unicuiq; quod suum est,quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ Dei Deo.Nam cum quæstio esset de censu dando Cæsari,& per ostensionem numismatis cõuicti essent Iudæi, imaginem & superscriptionem esse Cæsaris,& ob hoc Cæsari(qui ueritatem imaginis, in nummo censuali positam,continerent)censualem nummum pro censu, iuxta quid nominis,dandam:concluſit ea quæ Cæsaris Cæsari esse danda, adijciens, & quæ Dei Deo.Quamuis enim non uidebatur esse expresse quæsitum, an Deo aliquid dare deberent:fuit tamen occulte hoc interrogatum. Nam uisum est ipsis, quod filij Abrahæ liberi esse deberent,& non deberent soluere homini censum, sed solùm Deo obligari secundum legem. Voluit Christus sententiare, ex quo ipsi Iudæi ostenderunt, se subesse Cæsari ; cuius imaginem & supraſcriptionem, denarius qui in usu erat, ostendit secundum hanc etiam subiectionem,Cæsari censum uti superiori domino,qui census debetur in terris soluere tenebantur,per hoc tamen non erant absoluti à lege Dei,quia alius est imperator cœlestis,cui ante omnia obediendum est, & alius est terrenus,cui suo quidem modo etiam obediendum est.Nam accidentale illud quod in nummo erat,scilicet imago & supraſcriptio Cæsaris, huius mundi erat:sed substantiale metalli,Dei erat.Si igitur ob accidentale,ad censum accidentalium tenebantur Cæsari:hinc Deo ad censum substantialium, quoniam non bona tantum extrinseca & accidentalia,Deo reddere tenemur:sed omnia quæ ab ipso habemus,ipsius sunt,scilicet esse nostrum,uiuere & intelligere.Habemus igitur,quod ita mundo suum dare debemus,quod Deo non substrahamus suum . Similiter ita Deo reddere suum,quod mundo debitum non substrahamus. Vnde non licet tibi necessitatẽ uitæ huius mundi abdicare,sed tenebris mundo quod suum est tribuere.

Per hoc quod Deus iubet sibi numisma ostendit,quando nos inuadit fermentum phariſæorum,scilicet uel elationis,uel hypocrisis,& proponimus detrahere ueritati,& ipsam obnubilare:tunc tentatur Deus qui ueritas est. Ideò in mentem uenire debet,quomodo Christus iubet ostendi sibi numisma census . Nolumus enim Dei legi obedire,quia fingimus nos alia opera meliora facere, uel ad hanc obser-

uantiam

uantiam legis non constringi:sed quando ad ipsum numisma conspicimus , scimus quia ibi reperietur,quòd imagine Dei & scriptione Christi fuimus insigniti,& effugere obedientiam & legis obseruantiam non poterimus . Nostra substantia est numisma Dei,secundum enim Dei imaginem,id sumus quod sumus:& ob hoc in nobis similitudo filij Dei,quę est imago Dei uiui,recepit impressionem sui esse,à Deo patre,qui nos configurauit filio.Et quia nos facti sumus serui principis huius mundi per peccatum:hæc nostra imago fœdata,& per contractam rubiginem incognoscibilis,per ueram Dei imaginem,filium Dei,fuit purgata,& reformata, qui nos redemit,& transtulit nos de hoc regno seruitutis peccati , ad regnum suum, ut simus hæredes Dei,& cohæredes eius,& dedit nobis libertatis subscriptionem , ut simus sui.Et sicut ipse Christus,ita nos Christiani : sicut ipse hæres,ita nos ipsi cohæredes: & sicut ipse naturalis filius Dei,nos filij adoptiui . Hoc est igitur numisma quod ostendere habemus,& nos uiri non aliter nos ostendere possumus , quàm ut numisma de auro uero:& uos fœminæ,ut numisma argenti puri.Si ita nos ostenderimus, reddimus Deo quæ Dei sunt,& dimittimus mundo,quod ipsius est. Dum tentamur nos uiri,nobis in mentem ueniat, quales ante tribunal Dei nos ostendere oporteat. Nam si non est moneta pura auri ueri,habentis imaginem puram Dei,& superscriptionem Christi redemptoris nostri,non reddemus Deo quod Dei est: & ob hoc non recipiemur in æterna & incorruptibilia eius tabernacula , quia monetam non ostendimus ex auro puro & uero:uerum autem , admixtum nihil patitur: Si igitur tu peccator,aut de alijs metallis imperfectioribus addidisti , & puritatem auri falsificasti,& imaginem creatoris commutasti in imaginem creaturæ:aut Christi redemptoris supraſcriptionem amisisti,& principis huius mundi supraſcriptionem gestas,cui te dedicasti:non ualebit moneta tua in regno Dei,ubi nihil diminutum,fœdum,aut corruptibile esse potest:nec poteris Deum decipere, quoniam est ignis conflans. Aurum enim in igne se ostendit,an sit uerum:quod si uerum est,permanet in igne,& in ignem conuerti uidetur:si falsum est,uadit in fumum , & in nigredinem conuertitur decor eius,& conglutinatio in cinerem . Sic si accedit tentatio,ut de numismate Dei mercimonia diaboli exerceas,ubi pondus monetæ minuitur,aut imago destruitur:resiste ne fœderis . Si autem fœdata fuerit imago monetæ tuæ,doceare à monetarijs & aurifabris,quo modo deleas maculam, & resplendere denuò facias:scilicet calefac ipsam igne contribulationis spiritus tui,absque tamen igne quo soluatur metallum scilicet absque desperatione:& de eo igne ubi æstuatus es,te proijce in aquam lachrymarum salsam & corrosiuam, & absterge maniſbus,hoc est operibus pœnitentiæ rigidis & molestis, ut sunt ieiunia , abstinentiæ, eleemosynæ,disciplinæ,& id genus talia.Deinde polias , & pannis mollibus desicca,hoc est operibus misericordiæ,& reuertetur imago lucens , & superscriptio diaboli delebitur,& redibit superscriptio saluatoris.Et quamuis pondus auri in purgatione non redeat,ita quòd aliquantulum deficiat:nihilominus si purgatum est,recipietur pro ualore suo,iuxta pondus Sed si aurum ipsum, tanta purgatione in igne charitatis domatum est,ut excellens factum sit extra aliud aurum: tunc splendor ualorem ponderis adimplet.Vnde etsi uirginitas deperdita,sit irrecuperabilis : tamen per ignem pœnitentiæ,ualor auri poterit recuperari.Aduerte igitur,quòd moneta tua maneat aurum,& per eius ualorem,mensuram gloriæ expecta.

Si autem tuum melius fuerit,quia per patientiam & tribulationis ignem , melius effectum est:condecenter in ordine tuo recipieris . Si in uictoria carnis euasisti uirgo,aliud aurum coronarum nobilium deferes . Si prædicator , similiter aurum bonum . Si martyr qui uitam dedisti amore magno,aurum melioraſti,ut insignia deferas magna,& auri optimi, & recipieris in hospitijs uictorum principum. Nullum metallum est adeò graue, sicut aurum, existitque absque cœno . Multum igitur humilitatis requiritur in aureo homine, & patientia absque reclamatione . Quòad mulieres autem , quæ ut argenti moneta considerentur,aduerte- *Aurum mulierum.*
re debent ad dicta de moneta auri. Nam est una imago & superscriptio in ipsis;

uti

http://www.obrascatolicas.com

uti in uiris: neq; argentum earum, est auro uiliùs, sed est aurum album. Nam argentum tale pretiosum, mundum ualde: est incorruptibile, solidum, ponderosum, lucidum, dulce.

Si fœdasti imaginem, purga, aufer rubiginem de argento, & egredietur uas mundum, prout de uiro supradictum est. Nec credas, monetam tuam minus ualere in regno cæleſti, quam monetam auri: quia idem est utriusq; ualor. In regno enim Christi, non est distinctio masculi & fœminæ: tamen paucæ sunt monetæ puræ & non permixtæ, tam de auro quam de argento. Bona enim moneta, non diu transit per mũdum, quin deterior fiat. Ex hoc accipe doctrinam, paucos esse perfectos, & multos uocatos, & uix esse possibile hominem non coinquinari, qui in mundo diutius conuersatur. Opus igitur habemus magna & diligenti custodia. Argentum est album, *Argentum.* per pudicitiam & castitatem: purum, per innocentiam: sonorum, per dulcem conuersationem: balsami conformatiuum, per dulcis & bonæ famæ conseruationem: uirtutis laspidis iuuatiuum, per adiutorium uicinorum, pietatem, & beneficentiam.

Ex sermone: Beati qui habitant in domo tua.

OMnes Philosophi, qui de beatitudine loquuti sunt, intelligunt beatitudinem esse perfectum bonum: & ideò in eo est quies desiderij. Omne autem quod recipit magis & minus, non potest esse bonum illlud perfectum. *Fœlicitas.* Nam in recipientibus magis & minus, non deuenitur ad maximum seu minimum simpliciter, scilicet quò nec minus nec maius dari possit, licet deueniri possit ad id, quo actu non est maius aut minus. Perfectum igitur bonum quod est simpliciter, in esse & posse maximè: nequaquam esse potest de natura magis & minus recipientium. Errauerunt igitur omnes, qui in temporalibus, seu diuitijs, seu uirtutibus, suam fœlicitatem posuerunt, nam capiunt magis & minus. Quare beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Vnde in hoc mundo, ubi ad perfectum simpliciter, neq; in puritate, neq; stabilitate, quisquam peruenire potest: nequaquam est possibile beatitudinem esse. Neq; uera potest esse opinio Platonicorum dicentium, quod animæ exutæ à corpore, beatificantur: sed post curricula annorum resumunt corpora, & pristinis miserijs inuoluntur, nam sic desinerent esse beatæ, nam natura quæ ratione caret, suum desiderium ut perfectè sit non extendit, nisi ad hic & nunc. Rationalis autem natura, quæ uniuersale coniectat, extendit desiderium ad omne tempus, & ad perpetuum: & si aliquando suo desiderio priuaretur, non esset beata. Nec posset anima esse beata, cum ignorantia sui defectus, uel cum præscientia casus. Et Christus tollit errorem istum, quando dicit: omne quod uenit ad me, non eijciam foras. Et quoniam sancti adhærent Deo, cum proposito nunquam se separandi ab eo: quomodo igitur iustitia diuina, sanctos à se separabit? Vnde errant qui dicunt beatitudinem nõ esse bonum stabile. Quum scriptum sit, in sæcula sæculorum laudabunt te. Habet homo priuilegium, quod inter animalia solus est capax beatitudinis: Contra hoc priuilegium dicunt Epicurei & Sarraceni, & omnes qui ponunt in esca, potu, & uenereis beatitudinem, quum in illis concurrant alia animalia cum homine. Regnum enim cœlorum, non est esca & potus, homo in gradu naturæ est super terrena omnia, inferiùs autem non perficit superiùs: etiam abstinentia, continentia, temperantia, & similia, non essent uirtutes, si illa opinio esset uera.

Ex sermone: Nos reuelata facie.

SPeculantes, transformantur continuè in imaginem obiecti, tanquam à spiritu Domini scilicet transformentur. Spiritus enim est, qui est transformabilis, *Trãsformatio* & non nisi per spiritum illius, ad cuius imaginem fit transformatio. Sicut dum uelle amantis, transfertur in uelle amati, hoc fit per spiritum amati, attrahentis in se spiritum amantis, & ipsum transformantis, ut in amante non uiuat nisi amatum. Sed hæc transformatio, est semper noua: quia sicut amor nunq; cessat, sed semper augetur, quando amatum semper præstat ut plus ametur, quia nunquam potest amari ut est amabile, quoniam est ipsa charitas absoluta: sic etiam nunquam cessat transformatio. Quare speculantes illi, sunt transeuntes semper & æternaliter,

quàm cessat transformatio. Quare speculantes illi, sunt transeuntes semper & æternaliter, à claritate in claritatem, quum absoluta maximitas uti est, semper incomprehensibiliter præcedat & attrahat.

Dicamus igitur de imagine (ad quam transformantur sancti) aliquid, prout Deus dederit. Et primò consideremus Mosem narrasse, quomodo Deus dixit: faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. Apostolus ait, filium Dei esse imaginem patris: quemadmodum Adam ad imaginem suam, filium generauit. Vera igitur imago patris, creatoris cæli & terræ, est filius eius, qui est splendor & figura substantiæ, & speculum sine macula maiestatis eius. Homo autem, factus est ad imaginem creatoris. Quare homo non est imago uera ut filius, sed est ad imaginem ipsius creatus. Imago autem dicit expressam similitudinem ueritatis eius, cuius est imago. Quando igitur creatus mens humana, quæ hominem eleuat supra omnia mente carentia, & in sua perfectione, gerit causæ suæ propinquiorẽ expressionem: tunc creator ipsam, per ueram imaginem quæ filius est, creat, per quem quasi per primogenitum ante omnia creata, fecit & sæcula. Intuetur igitur pater in speculum maiestatis suæ dum creat, mentem. Et ut intelligas quid uelim, accipe. Vuult pictor faciem suam in tabula polita depingere, & non potest ad imaginem suam hoc facere: nisi habet speculum, & intuetur suam imaginem, faciem suam quasi figuram totius faciei perfectissimè continentem, & ad illam, imaginem aliam in tabula, quæ est speularis seu polita, depingere satagit. Sed quia tabula licet specularis, non tamen est speculum, neq; capit ut speculum faciem, sed imitatur imaginem quæ est & speculum, ideò imago in speculo, est ex natura: et hoc ideò, quia ab esse faciei, species illa egressa est: esse enim ipsum, est ob suam bonitatem ita fœcundum, quod de se generat similem speciem. Nec in hoc concurrit uoluntas, quasi principium: quia circumscripta uoluntate pictoris, adhuc est hæc prolificatio à natura: sed dum generatio à natura existit, tunc ex utroq; oritur uoluntas siue amor, diligit enim pictor filium suum seu imaginem, & ab ipso & imagine: amor seu nexus procedit. Sic filius Dei patris; est imago uera, seu figura substantiæ Dei patris, seu splendor lucis, quæ pater, est siue speculum, ita quod illa nomina coincidunt. Et filius est à patre per naturam, quia eo ipso quod pater est, generatur filius circumscripta uoluntate. Et ex patre & filio, spiritus sancti amor, seu nexus procedit: ita quod spiritus sanctus non est imago patris, sed procedit ab utroq;. Opera autem quæ Deus creator ad extra operatur, sunt opera Dei, qui trinus est & unus. Vnde sunt opera, quæ fiunt non circumscripta uoluntate, sed ea concurrente, nam sicut uoluit fecit: sicut pictor, non pingit faciem suam in tabula, nisi uoluntate concurrente. Pictor autem dum uult aliquid depingere, puta historiam aliquam, intuetur in conceptum rei pingendæ, & facit picturam ad similitudinem ideæ, quam in se intuetur. Sed dum intellectus artem pingendi de pingere institueret: tunc nihil quod pingi potest, particulariter depingeret, quia nõ cœlum, non terram, nec aliud uisibile, sed intellectualem naturam, qnæ solum artis est capax, & artis pictoriæ principia in ipsa imprimeret, ut fieret imago formæ artis pictoriæ, & species specierum omnium, quæ sensibiliter possent depingi. Sic dum Deus hoc aut illud creat, intuetur in uerbum, seu conceptum idealem suum: dum uerò mentes creat, siue intellectualem naturam, non respicit in aliquem particularem idealem conceptum, siue in aliquid filij, sed ipsam artem siue filium suum intuetur, ut est ueriſſima sua imago, in totalitate suæ perfectionis: mens enim, est imago uniuersalis artis Dei. Filius enim Dei seu uerbum, est ars, per quam Deus fecit & sæcula. Ars autẽ creatiua, generatur ex fœcunditate infiniti intellectus Dei patris. Quare mens non est limitata, sed est eleuata supra omne cõtractum, sicut species ad imaginem diuinæ artis creata, quæ in sua intellectuali fœcunditate, species omnium sensibilium complicat. Quando igitur de nihilo uocatur mens, ad imaginem creatoris: primò dum de nihilo accedit ad imaginem, peruenit in potentiam, ut possit esse imago, ut sit quasi semen, in quo est imago in potentia, quæ nondũ est adhuc actu, sicut uirilitas in potentia pueritiæ. Et quando pergit de potentia in actum trantformatur, *Imago.* *Imago mentis.*

sicut

http://www.obrascatolicas.com

ſicut p ueritia continuè transformatur, quando mouetur uerſus uirilitatem, & potentia ſciendi, transformatur continuè à claritate in claritatem in diſcipulo, ut fiat magiſter. Sed hæc transformatio, fit per ſpiritum magiſtri actu doctum, qui mouet ſpiritum diſcipuli, de potentia in actum. Ita magiſterio uerbi Dei, ducitur imago de potentia, uſq; quò fiat perfecta. Paulus dicere uidetur modum aliquē, quo modo imago perficitur, dicens: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationē ſcientiæ claritatis Dei, in faciem Ieſu Chriſti. Et ſubdit: habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit uirtutis Dei, & non ex nobis. Virtus igitur Dei eleuat in ſublime, ſcilicet de potentia in actum: ſicut uirtus Solis, eleuat de potentia in actum arborem, quæ eſt in ſemine in terram proiecto. Mens igitur noſtra, eſt ſimilitudo ſpeciei filij Dei, quæ nondum apparet in actu. Sed quando filius Dei apparuerit, et nos ipſum uidebimus: tunc in illa ſpeculatione, tranſibimus in eandem imaginem, quia ſimiles ei erimus. Vnde in noſtra mente, ſemen diuinæ ſpeciei reperimus, quia capaces ſumus ſcientiæ, ſapientiæ, prouidentię, gubernationis, & uirtutis, quæ ſummè Deo conueniunt, & nulli creaturæ quæ mente caret. Ideò ſicut Deus omnia complicat diuinè: ita mens omnia intellectualiter. Deus igitur ſolus poteſt illabi menti, ſicut ueritas ſuæ imagini: & quantò mens magis perficitur in iſs, quæ habet ad ſimilitudinē Dei, quæ prænarrata ſunt: tãtò imago magis perficitur, & in ipſa clariùs Deus relucet. Anima enim eo, eſt imago Dei, quo capax Dei: imago enim, niſi in expreſſa ſimilitudine caperet ueritatem, à qua eſt expreſſa, non eſſet eius imago.

Theſaurus. Nos autem ſollicitè debemus illius theſauri, quem in uaſis fictilibus portamus, cuſtodiam habere, & educere ſemper ipſum de terra (in qua latet abſconditus) ad noſtrum profectum, imitatione Chriſti magiſtri noſtri, & ſanctorum omnium, qui nos in omni ſtatu præceſſerunt, & cauere, ne unquàm ſumamus imaginem beſtiæ, & figuram ſeu characterem eius: quoniam qui deleta Dei imagine, ſumpſerint imaginē Antichriſti, ſerpentis ſcilicet uel draconis: cadent in iram Dei, & nunquàm habebũt requiem die ac nocte. Qui autem ſpreta imagine beſtiæ & charactere eius, portauerint imaginem uerbi Dei: conſequentur lætitiam, & uitam æternam.

Ex ſermone: Puella ſurge, & ſurrexit.

Saluatio. VIdetur quòd Ieſus ſit ipſa hominis ſaluatio, quæ ſe omni homini per fidem accedenti nõ denegat, nec ſubſtrahit, ſicut ignis, uigorem calefaciendi omni accedẽti participat. Et tanta eſt gratia ſaluationis in ipſo, quæ dicitur plenitudo gratiæ, quòd non aliter ipſa ſe, quàm natura bonitatis diffundit. Sicut uas omni plenitudine, plenũ unguento optimo, incorruptibili & ineuaporabili, quod curat per odorem: ſuam bonitatem largiter ſpargit in accedentes.

Vbi non eſt propria forma alicuius ſacramenti, efficit ſibi fidelis propriam formam ex uoto: puta à Ieſu uolo ſalutem impetrare, dico intra me. Si acceſſero ad crucem, in qua eius miſericordia repræſentatur, & fuſa oratione, oſculatus fuero figuram repræſentationis ſenſibiliter, quam tactu mentali apprehendere deſidero: ſaluabor. Aut ſi intra me dixero: æſtimabo pauperem, qui mihi primo occurret Chriſtum: & ei ut Chriſto, cuius perſonam geſtat faciam, lauando pedes eius, & impartiendo ei eleemoſynam, non dubitando quin à Chriſto ſaluationem conſequar. Et qui ſic uotum deuotè implebit, non dubium, aſſequetur ſaluationem: niſi petat contra animæ ſuæ ſalutem, tunc ignorat quid petat, & ſi ſciret non peteret, ideò nõ aſſequetur id, quod ignorando petit contra ſalutem. Chriſtus ſaluator eſt, qui contra ſalutẽ non admittit petita.

Fides. Fides igitur de Ieſu, ſaluat. Nec eſt aliud fides illa, quàm præſentia uirtutis ipſius Ieſu, quæ eſt in conceptu credentis. Ieſus ſic eſt in credente, ſicut fides eum capit: magna fides, capit Ieſum in magnitudine uirtutis, parua in paruitate. Sicut fides creſcit in homine: ita Ieſus formatur continuè in fideli, uſquequò generetur perfectè & ueraciter.

Reſurrectio. Verbum ſuſcitauit mortuam, & fecit in corpus redire animam: ſicut ſuſcitans dormientem,

mientem, nihil noui creat, ſed per penetrantem ſonum, de dormiente facit uigilantem. Fuit uigilantia ſeu actiuitas uitæ, ſeparata à dormiente, quę tactu & uoce redit. Ita quidem facile eſt Ieſu, reſuſcitare à ſomno mortis dormientem: ſicut cuilibet homini, à ſomno quietis dormientem. Habet ſurge, imperatiuum Ieſu uerbum, in ſe omnipotentiam ad omnia, quæ ad hoc requiruntur, ut ſurgat, ſcilicet uitam: Et ideò animam, & eius unionem ad corpus, & fortitudinem, & quæq; talia. Mortui audiunt hoc uerbum, quia omnia penetrat, et in motu ponit ſecundum uoluntatem eius terra audijt, & mota eſt ut fieret Adam homo uiuens. Omnis fidelis credens filium Dei Chriſtum, per imperium uerbi ſanare: ſi induit perſonam eius, poteſt ut Ieſus, illa & alia mira facere. Fidelis in nomine Ieſu, hic eſt qui ut Ieſus eſt, quia induit perſonam Ieſus. Si enim fidelis, penitus non hæſitans de potentia uerbi Ieſu, intra ſe dicit in perſona Ieſu filij Dei, uolo ſaluare, & dicit ad infirmum, tibi dico ſurge: non dubium quin ſurgat, ſi talis diſpoſitio fuerit, quod Chriſtus manus poſuiſſet & curaſſet. Sic dico in omni imperio, ſcilicet quando fidelis induit perſonam Ieſu, et imperat in nomine ſeu perſona eius dæmonijs, febri, uento, & infirmitatibus. Et omnis fidelis, qui indubiam habet fidem, Chriſtum hoc poſſe: poteſt induere perſonam Ieſu, & in nomine eius ſeu uice imperare ut Chriſtus, in quo Chriſtus imperat. Sicut baptizãte, non eſt ipſe loquens qui baptizat: ſed ille cuius perſonam repræſentat, ſcilicet quando tollit peccata mundi, qui per loquentem baptizat. Filius in nomine patris uenit, in quo ſcilicet omnis auctoritas & poteſtas patris fuit, ideò in Chriſto pater operatus eſt diuina. Sic & filius in fidelibus, qui in nomine eius ueniunt.

Ex ſermone: Venite poſt me.

Deambulatio Dei. Veſtigium. CVm Ieſu ambulante eſt ambulandum, & cum manente manendum. Nemo reperto Meſsia, aliud quærit: nam ipſe eſt in quo eſt plenitudo gratiæ omnis deſiderij rationalis ſpiritus. Ambulat autem incomprehenſibilis Dei ſapientia, ante oculos omnium. In omnibus enim uiſibilibus, ueſtigium deambulationis æternæ rationis apparet, & hoc dubio caret: quum ſine ratione nihil ſit, & per rationem omnia, & ideò relucet in omnibus. Sed ubi habitet & maneat ipſa ratio, cuius in omnibus ueſtigia uidentur, eſt difficile apprehendere: nam nulli dici poteſt ubi habitet, quum omnis locus ſit in ipſa: locus enim non eſt ſine cauſa aut ratione, id quod eſt, Ideò quum locus non habet aliunde ut ſit, niſi per ſapientiam, ideò non comprehenditur loco. Quare patet quod auditu non poteſt manſio ſapientiæ attingi, ſed ſolùm uiſu ſpirituali ſeu cognitione. Ideò quies ſapientiæ deambulantis, fide quæ per auditum eſt, non attingitur, ſed uiſu, eo ſcilicet uiſu, qui eſt eleuatus ſupra omnem regionem auditus. Sicut enim decor lucis, non poteſt attingi per cœlum, licet audiat omnes ſapientes de eo loqui, ſed opus habet cæcus ad hoc ut decorem lucis attingat, ut ueniat de cæcitate ad ſanum uiſum, quia ſic tantum & non aliter decorem illum lætè attingere poterit: ſic ignorans ſeu cæcus in intellectu, non poteſt attingere ſapientiam Dei, per quam fecit & ſæcula, niſi ueniat ad Meſſiam, ſeu lucem illuminantem, ut illuminatus uideat. Ideò reſpondit Ieſus ad quæſtionem ubi habitaret: uenite & uidete. Venire enim & uidere, eſt attingere quæſitum. Nam ſicut non eſt neceſſarium, ſanos & apertos oculos habenti, ut ei lux oſtendatur, quæ ſe in uiſum ſua ſponte ingerit: ſic de æterna ſapientia non eſt opus quod oſtendatur habenti ſanum & apertum intellectum: ſeipſam enim ingerit. Si quis eſt, qui ſanat à natura ſeu origine cæcos, ut ſanantem uideant: eſt ille etiam qui ſanat ignorantes à natura ſeu origine, ut ſanantem uideant, ſeu intelligant, Solum igitur uerbum, per quod datur intellectus, purgando naturam intellectualem à tenebris ignorantiæ ſeipſum oſtendit: ſicut ſapientia magiſtri ſe manifeſtat in uerbo, quando per uerbum purgatur ignorantia & ruditas mentis diſcipuli. Sicut Andreas & eius ſocius, quando manentes ſecus pedes Ieſu, audiuerunt uerbum eius, mundati ſunt, & oculi eorum aperti, & in ſe ipſis comprehenderunt ſapientiam Dei ſeu Meſſiam, eorum mentibus ſe ingeſſiſſe: uenerunt itaq;, manſerunt & uiderunt. Venit diſcipulus ſcholas, manet ut diligenter audiat, & uidet id quod quæſiuit, ubi ſit ſeu habitet.

Locus ſapientiæ.

http://www.obrascatolicas.com

Licet enim prophetæ & doctores dicant nobis, illum esse Iesum & Messiam, qui est agnus Dei, tollens peccata mundi: tamen ipsum propterea non reperimus, nisi ipsum ut Rabi uel magistrum sequamur, & apud ipsum maneamus: tunc poterimus alijs annunciare, nos ipsum reperisse. Non igitur ostenditur Messias per omnes prophetas, nisi in sensibilibus signis, sicut sunt descriptiones extrinsecæ, quasi herba ali qua figuratur, quæ dicitur habere uirtutem lætificandi cor: figura herbæ est patefacta, quæ quum sit multis figuris aliarum herbarum similis, non potest quærens dicere, se ueraciter ipsam reperisse, nisi quando eius uirtutem est expertus. Quamuis Andreas inuenit Messiam in lumine uerbi, & fratrem suum Petrum adduxit, ut & ipse crederet ipsum esse Messiam: tamen hæc inuentio non fuit adhuc saporosa. Ideò fecit Iesus ipsam sapidam, quando alia uice duxit eos in stuporem, in captione piscium: tunc enim Petrus cognoscere cœpit, uerbi Iesu potentiam stupendam, nam ad uerbum quod protulit ut rete laxarent in capturam piscium, & ipsi credebant ei (licet tota nocte nihil cepissent) ita quod in nomine eius rete laxarunt: incredibilem piscium ceperunt multitudinem. Inuenerũt igitur uirtutẽ Messiæ diuinam, in cuius nomine assequuti fuerunt id, quod optarunt. Rectè igitur tunc dicere potuerunt, prius inuenimus Messiam ut incipientes gustare suauitatem uerbi eius, modo ut perficientes, qui experti sumus uirtutem uerbi, in saporosa piscium pascentia: Ideò sequuti fuerunt eum, sed adhuc non fuerunt perfecti: unde ambulans Iesus iuxta mare, uidit illos duos fratres Simonem & Andream mittentes retia in mare, & ait illis: uenite post me, faciam uos fieri piscatores hominum. Ambulat Iesus circa mare Galileæ, scilicet circa fluxibilem transmigrationẽ. Instabilitas maris (quod omni uento subijcitur) rectè uitam temporalem figurat. Iesus saluator, circa hoc mare ambulat Galileæ. Sicut enim undiq; auctor mali & periculi reperitur, ut Paulus enumerat, periculum in mari, & falsis fratribus: sic & Iesus, scilicet auctor salutis, omni inuocãti adest: est enim magni concilij angelus, qui mittit angelos salutis. Nam spiritus Iesu, est rex salutarium angelorum, ut econtrario Lucifer princeps malignitatis, est rex malignantium spirituum. Christus præest Ecclæsiæ rationabilium, ubi colitur ueritas. Sathan præest, ubi est contemptus ueritatis, & dominatur error. Sed attendamus, quare dicitur mare Galileæ, Ideò: quia Galilea transmigratio est. Magisterium Iesu est, temporalem instabilitatem transmutare, in fixam æternitatem. In hoc mari uitæ humanę, illi assequentur transmutationem, qui uidentur à Iesu. Fratres piscatores, in opere piscationis occupati uisione saluatoris sunt intrinsecè attracti & immutati, & perfectionem assequuti subitaneam: immitente Iesu spiritum amoris sui, per uisionem in corda eorum. Et ideò ut immutatis loquutus est eis: uenite post me: quasi si quis spiritu amoris, seipsum per uisionem aliquibus immitteret, talis si illis diceret uenite post me, moueret eos subitò, ut omnia linquerent. Nam sicut quis omnia linquit, ut se conferuet: ita amans, quum non sit lætè & uitaliter in seipso, nisi in amato; amicus enim est alter ipse) ideò uerè amans omnia linquit propter amatum, ne se liquat in altero. Mira res est amor, aduertens se in alterum, & alterum in se. Amoris est altissimi spiritus, qui intrans in rationalem spiritum, supra omnem naturam facit ipsum potentem, ut sui unitatem multiplicet, & alteritatem identificet. Vnde hęc uox Iesu uenite, fuit amorosissimus nexus uocatorum ad uocantem, quasi animæ ad suam uitam. Dicit autem post me: ut scirent se semper eidem adhæsuros, & ut scirent, artem eorum piscationis perfectam transmutationem recepturam, quemadmodum ipsi perfectionem adepti essent, subiunxit: faciam uos fieri piscatores hominum. Ecce miram uerbi Iesu uirtutem, nam fecit homines rudes, Apostolico spiritu abundare, & piscatores Euangelistas: non enim est piscator Euangelicus, nisi piscator hominum, qui de turbatione mundi, mediante diuinali discursu, separat piscem ab aqua, ut decoctus fiat cibus, transiens in filium Dei immortalem. Christiformis enim cibus Iesu, transiens in corpus eius mysticum, ut uiuificetur spiritu eius, uita scilicet indeficiente & æterna. Piscatio cum retibus, non fit nisi per intellectualem naturam, non nectitur rete, nisi per rationem, neque projcitur & trahitur, nisi discursu

Spiritus amoris.

Piscatio.

discursu syllogistico: rete est instrumentum Euangelistæ, per quod capit homines. Est igitur Euangelium ex uno uerbo Dei dilatatum, & in dilatando connexum, & undiq; unum & idem, sicut ex uno flexibili filo, rete compositum. Verbum Dei in piscatore seu prædicatore, efficit piscationem. Isti autem fratres ad piscationem, seu Apostolatum uocati sunt, hoc medio, scilicet: uenite post me. Quòd igitur officium uult Apostolicum exercere, oportet ut ueniat uocatus à Iesu, & non se ingerat, ut ueniat ad conformitatem uitæ Iesu (uenire enim est accedere) & Iesum sequatur, scilicet in uestigijs eius, non habens propriam uiam, neq; spatium aliud, nisi ubi uidet Iesum ambulasse, ibi solum est iter securum. Et uti Christus uoluntatem patris exequutus est: ita & prædicator abnegare debet seipsum, in quo solùm uiuat spiritus Iesu, & oportet ut tollat crucem suam sicut Christus, semper paratus obedire usq; ad mortem quemadmodum illi duo fratres fecerunt, qui continuò ad unius iussionis uocem, non extracto reti de mari, omnia reliquerunt. Christum perfectè sequuti sunt, crucem baiulantes in uita, in qua Christiformiter Deo spiritum reddiderunt. Voci diuinæ omnia obediunt: solo peccatore excepto: peccatum enim claudit aures animæ, quia mortificat uitalem eius sensibilitatem. Quod autem omnia obediant uoci Dei, patet: ubi dixit Deus fiat lux, & facta est lux, ipse enim dixit, et facta sunt: mandauit, & creata sunt. Signum quod isti fratres continuò obediuerunt, est eos habuisse uiuas animas, sine peccato mortali.

Vox Dei.

Ex sermone: Quæcunq; scripta sunt.

Patientia.

HOmo est de natura rationali & animali, una est supra, & alia est infra, quasi homo est de igne & aqua: ut est animalis, est similis aquæ: & ut spiritualis, igni. Et istã in natura contrariantur, sed ad constitutionem hominis; contrarietas hæc minuitur. Vnde homo est quasi naturarum unio, quæ in se habent diuersa leges, seu motiones. Vnio autem hæc seu amor, est in continua pugna. Ideò uirtus quæ pacificat bellum, patientia dicitur: uirtus est, quia anima diligit corpus, & quando non potest complacere corpori in suis desiderijs, sed resistit corpori quod amatiue complacendo desiderio sensibilis uitæ, perdat uitam rationalem: tũc patienter se amat. Patitur enim, quia non potest complacere ei, quod amat. Quando igitur lux rationis illa præcipit, quæ sunt molesta, & hanc molestiam obseruator legis in proprium corpus, cum bona fert uoluntate, studiosè agit. hęc est uirtus, qua homo dominatur sibijpsi, ait enim magister: In patientia uestra, possidebitis animas uestras. Non incongruè patientia potest dici, quasi scire pati: & coincidit in tristitia consolatio, sicut ait Christus, tristitiam sanctorum uerti in gaudium. Nisi in patiente esset iocunda consolatio, non esset uirtus. Patientia est nobile uincendi genus nam qui patitur uincit, & tela hostium, in corda eorum retundit: uincit patiẽs, hostes dæmones, & seipsum. Anima patiens, similis est Salamandræ, quæ de igne tribulationis pascitur, & Strucioni ferrum deglutienti, atq; auro in cœmento posito, ubi purgatur.

Scriptura est uti aqua, quæ id quod est in potentia seminis in terra seminati, mediante calore Solis, citiùs in actum prodire facit. Et sicut Solaris calor, mediante aqua facit semen fructiferũ: ita spiritus Dei, qui dicitur spiritus sapientiæ, mediante scriptura, semen intellectuale facit fructiferum. Nam uti aqua est medium conueniens, inter calorem Solis & terram, & ideò aqua est supra & sub firmamento, ut sit aptum medium, contemperans ardorem Solis ad uiuificationem seminum: sic et scriptura. Attendere debemus in scriptura, inuisibilem radium Solis iustitiæ, seu sapientiæ fructum, esse ob nostram infirmitatem, qui ipsum in sua claritate uidere nequimus, ut sic medio speculi & ænigmatum, atq; signorum & figurarum scripturæ; capere ualeamus. Sic forma substantialis perficiens rem, non est oculo sentibili uisibilis, ideò in figura uisibili resplendet, ut sic meliori modo attingatur.

Scriptura sacra.

Sancta scriptura habet se ut aqua, impregnata spiritu cœlestiali, ad fœcunditatem terræ. Sicut natura fecit aquam esse medium, ut generatio quæ ex influentia cœli est, à terra fieri posset: sic intellectualis natura scripturas. Vnde scripturæ sunt ab arte in-

http://www.obrascatolicas.com

tellectualis naturæ,ut inspirationem diuini radij,unus intellectus posset communicare alteri ad gloriam Dei,& naturæ rationalis perfectionem. Scriptura enim est medium,quo medio cõceptus manifestatur,ad eruditionem hominum præsentium & absentium,de præteritis,præsentibus,& futuris:necesse est enim ex quadam experientia informari intellectum,ut sit aptus ad inquirendum. Sicut enim habito semine,non possumus scire quid ex eo,si seminatum fuerit,oriatur:nisi experientia in præterito,me aut alium qui me doceat,id manifestauerit(homo enim non potest futura præuidere,nisi ex scientia præteritorum)ideò homini est necessaria scientia præteritorum. Sicut Ptolemæus ex obseruantijs Abrachis & Timocharidis circa motum planetarum,inuenit regulas coniecturales de motibus in futuro,& ita de alijs. Homini ergo est necessarium scire præterita,& ea quæ à longo tempore obseruata sunt ut securius syllogiset de futuris. Et ob hoc primi fuerunt longæ uitæ,ut posset ex longa experientia 600 annorum,motum cœli & alia inquirere,& ut posteris innotesceret eorum experientia. Datum est subsidium scripturæ,in quo continuatur ætas ætati,ut in illo adminiculo,uideat homo quasi in speculo,præterita & quæ retro sũt, ex quibus proficit:& in hoc substatio scilicet scripturam,sensibiliter mortuus loquitur uiuo,et absens præsenti. Est enim utiq; diuinum artificium,in quo omnes ætates & sæcula,& docti orbis qui fuerunt,& diuinæ illuminationes, atq; humanæ adinuentiones,quæ præcesserunt in tempore adhuc cuilibet intellectui & ad eius perfectionem uiuunt,& præsentes sunt. Viuit enim ad nostram doctrinam,spiritus Pauli in suis epistolis qui nos medio scripturæ docet & perficit,sic de alijs.

Doctrin. Christi.

Si rectè inspicis,doctrina Christi est perfectio, omnem doctrinam complicans: nam est doctrina illius rationis,per quam Deus fecit & sæcula. Nunllus unquam dubitauit omnem inquisitionem uersari circa illam rerum causam, & quod illa apprehensa haberetur omne desiderium intellectus,finis,quies,& fœlicitas Lux igitur illa uerbi Dei,est omnem doctrinam illuminans,& non capitur:& nihil lucis habent, omnia Philosophorum inuenta,nisi ex participatione illius lucis. Vnde doctrina sanctorum,in qua est recepta lux doctrinæ Iesu, non est ipsorum,sed Christi. Nam sancti non aliam propalarunt doctrinam,quam Christi, quam receperant.

Sicut igitur non uiuit in eorum doctrina,nisi doctrina Christi,sic non uiuit in eorum spiritu,nisi spiritus Iesu, fatetur enim Paulus, se non aliquid posse, nisi quod Christus in eo efficit. Viuit igitur in scriptura Pauli,spiritus in eo latens,& in eo spiritus Iesu,auctor uitæ. Sicut in doctrina discipuli Platonis,Plato magister.

Ex sermone. Sicut lilium inter spinas.

Maria. Eredium.

HOc cedit ad laudem Dei,& uirginis Mariæ matris,quod ipsa sub principatu auctoris mortis nullo unquam tempore fuit,in qua uita debuit incarnari. Non indiguit uirgo liberatore,qui ipsam absolueret à sententia, in Adã & in posteros,ex uoluptate carnis lata;cui nunquam subiacuit quia præuenit succurrere misericordia,electæ matri misericordiæ:qui concipitur & nascitur liber,non indiget liberatore à seruitute,in qua nunquam fuit. Præliberatorem enim uirgo sancta habuit,cæteri liberatorem & postliberatorem. Christus enim sic omnium liberator,quod & uirginis liberator & præliberator,cæterorum uero liberator & postliberator Ipsa sola post Adæ lapsum,non indiga sed plena originali iustitia, ut Eua & multo magis,creata fuit:sicut Christus, secundum humanitatis naturam, in omni plenitudine iustitiæ multò magis quam Adam creatus. Sola ipsa electissima Dei mater hoc habet,quod in initio essendi, sub seruitute maligni deficere nequiuit,puta: quod in creatione rationalis animæ,in corpore,& in separatione à corpore,in potestate maligni nunquam fuit. Sola igitur gloriosissima uirgo,non reperitur tempore ullo peccato originali subiacuisse. Anima eius creata, non in umbroso ex Adam corpore,indiguit luce uitæ,quæ copiose creationi absq; mora ulla coaffuit. Non est Maria deleta de libro mortis,principis mortis:quia nunquam in eo scripta fuit,sed inscriptio eius ex æterna præfinitione, antequam concepta ad librum uitæ peruenit.

Ex ser-

Ex sermone. Sic non existimet homo.

Eucharistia.

IN sacramento Eucharistiæ possumus reperire dispensationem mysteriorum Dei,quoniam ipsum est omnium diuinorum complementum. Nam si esset panis,in quo esset tota uita Iesu scripta, & ille esset transsubstantiatus in corpus Christi:tunc prius sensibilis seu uisibilis historia, perfectissimæ uitæ Iesu esset, quam occurreret,& illa significaret,quod perfectus uir hanc uiam tenere deberet. Deinde consideraret,sub ista historia ueraciter contineri uerbum uitæ animæ. Sicut panis sensibilis,est pascentia uitæ sensibilis:ita panis uerus sub sensibili specie sensibilis panis contentus,est cibus animæ,quæ capax est ueritatis:ueritas enim est panis,qui non potest esse nisi cibus intellectus. Et quia anima non pascitur de hoc pane uero & uiuo,nisi fide recipiatur:ideò sub ista pascentia,ueritas non uti est, sed uti in fide & ænigmate capitur,pascit. Est ueritas significata,quæ non in ænigmate aut figura,sed uti est in æternitate,æternaliter & ueraciter pascit:& illa est fœlicitas,quæ quæritur. Historia iu superficie panis,est sensus literalis:significatio ut imitemur,est sensus Tropologicus:pascentia animæ per fidem,est Allegoricus:& spes uitæ sine fide & ænigmate,scilicet in æterna ueritate,est Anagoricus. Sic mysteria dispensantur,scilicet sub sensibili,historico,& literali sensu. Triplex latet mysterium seu sensus:primus est imitationis in moribus. Secundus,refectionis in ænigmate,& est gratiæ. Tertius,est uisionis facialis,& est Anagoricus & gloriæ. In sacramento Eucharistiæ uisibili,præsupponamus in figura crucifixi aut nomine Iesu,aut figura rotunditatis & synceritatis azymi,& uirtutis pascentiæ, complicari historiam sensibilem uitæ Iesu:& iuuabimus nos,ut intelligamus dispensationem mysteriorum Dei,scilicet quid sciendum:scilicet Iesum & hunc crucifixũ. Quid faciendum, scilicet quòd Christus fecit,qui dixit:exemplum do uobis,ut quemadmodum ego feci,ita & uos faciatis. Quid credendum,scilicet Iesum uerbum uitæ,sub speciebus esse & in ænigmate. Quid sperandum,scilicet Deum esse essentiale præmium. Litera seu historia uitæ Iesu,figurare debet uita nostram. Et species panis uisibilis, panem uitæ, qui est corpus Iesu sub speciebus. Et corpus Iesu sub speciebus, figurare debet diuinitatem,qua frui speramus in æternitate,Hæc est summa sacræ scripturæ,quę non describit nisi perfectum uirum,scilicet Iesum filium Dei,& imitationem eius: & quod pane uitæ & intellectus,cibantur imitatores per fidem,& ob fidem assequentur fruitionem diuinitatis Christi,quam per fidem hic habent in spe,& demum in re. Describit Moyses rerum Genesin,& hominem finem animalium, & eorum quæ sub illo genere sunt,& quod post creationem hominis animalis,inspirauit Deus homini spiritum ad imaginem creatoris:hic spiritus qui est imago creatoris,ad imaginem Dei creatus est,quæ imago non est creata,sed ad imaginem illius increatæ imaginis creatus est spiritus homini animali infusus. Hic spiritus,qui est imago uiua ad Dei imaginem creatus,uti semen uiuum,se habet ad hoc,ut creatum fructificet. Sed fructus est,ut imago uiua se exemplari assimilet,in quo solum quiescit. Hoc assimilare, est intelligere. Quantò enim natura quæ est imago,se magis intelligit imaginem:tantò plus ad exemplaris notitiam accedit. & quantò plus creatoris sui notitiam in se habet,tãtò est ei similior,nam notitia est uiua similitudo. Sed quid potest afferre naturã docilem,ut se conformet exemplari nisi exemplar ipsum,scilicet imago Dei uiui increata,quæ est & uerbum,per quod intellectus in esse prodijt? Et quia homo per se non potuit inuenire,quomodo se suo creatori conformaret quem ignorabat: ne careret quiete & perfectione,post multos pædagogos,ille se ipsum in humana specie ostendere debuit,cuius intellectus unitus fuit ueritati & increatæ imagini:quia uiam ascendendi ad finem perfectionis,in se ostenderet & doceret. Vnde quãdo multi Prophetæ,sapientes,atq; sancti præcesserunt in natura humana,sicut puer crescit usq; ad statuam perfectionis:tunc uenire debuit sanctus sanctorum,magister magistrorum,& Dominus dominantium. Illius aduentus fuit ab initio absconditus & latens,uti in puero Salomone,quando in utero conceptus fuit, latebat admirabilis regina sapientia & maiestas,in perfecta eius ætate uentura. Omnes igitur Prophetæ,

Quatuor sensus scripturæ.

Exemplar.

http://www.obrascatolicas.com

qui ab errore niſi ſunt populum retrahere ad ueritatem, non ſunt incitati ad hoc, niſi per ſpiritum illius uenturi magiſtri, qui eſt ueritas, & qui tunc in natura humanitatis occultè latebat. Omnis igitur uera hiſtoria, ad noſtram inſtructionem ſcripta, ipſum magiſterium Meſſiæ præfigurabat. Hic magiſter uenit, qui & filius atq; imago Dei inuiſibilis, & habuit uerba uitæ æternæ, quæ ſunt uerba uiuificantia imaginem eius creatam, & aperuit nobis myſteria regni cœlorum, ac quod ipſe eſſet forma ſeu uia, quam ſi quis in hoc mundo reciperet, ipſum ſcilicet hic induendo: talis in ſe reciperet ſpiritum eius, qui eum uitaliter paſceret, et duceret uſq; ad filiationem Dei patris ſui, & conformitatem eius in gloria regni cœleſtis. In his pendent myſteria, quæ Paulus de ſapientia à ſeculis abſcondita, & nunc reuelata: in uerbo Euangelij diſpenſauit fidelibus, quæ ſic in ſacramento Euchariſtiæ, uti iu breui concluſione omnium myſteriorum, lucidiùs complicantur.

Ex ſermone: Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum.

Gaudium. HOc gaudium eſt in rationali ſpiritu, in quo eſt charitas, nam ex igne charitatis, uenit hoc gaudium: eſt enim delectatio (ut dici liceat) gaudioſa, quæ ſequitur calorem charitatis, qui calor eſt in anima, quaſi dilatatio ardoris ſibi placentis, quem ex ſe exerit in uirtute amati ſui, in ſe hoſpitati. Non eſt propriè gaudium in beſtijs, licet delectentur in ijs quæ eis conueniant. Et uenit ex notitia præſentiæ amati, quaſi dilatatio animæ fiat, ad melius tenendum amatum iam cõprehenſum. Triſtitia arctat, ut expellat diſconueniens uitæ: gaudium uerò extendit, ut conueniens uitæ ſuæ teneat. Triſtis ſtringit oculos, & uiſum minuit: lætus aperit, ampliat, & magnificat. Eſt gaudium rationale tactus quidam ſeu ſenſus ſpiritus, ſentientis uitam ſuam. Liquefit anima tacta charitate, ſicut cæra quando tangitur calore, quem tactum anima ſentit, & eſt ſentire liquefieri: in qua liquefactione delectatur, ſicut qui ob frigus quod patitur eſt inflexibilis, dum ſentit calorem, qui præſtat membris uiuacem flexibilitatem, gaudet & delectatur: & loquitur uerbum ſalutis, in utero uirginis incarnatum, per os uerbiparę. Et Ioannes per aurem matris audiuit, & gauiſus de præſentia uerbi ſalutis influentis. Sic ſpiritus Ieſu, qui loquutus eſt per os Apoſtoli gaudium imperando, auditus eſt per aures ſenſibiles fidelium animarum, ſpiritualis gaudij capacium. Et iuxta imperium uerbi liquefactæ ſunt animæ, & in gaudium reſolutæ. Attende mirabilem uim uerbi: facit enim animam quaſi de graui ſomno mortis euigilare, & eam uiuacem reddit, liberat à morte ignorantiæ, & triſtitia: uti in Iacob, quando ei de Ioſeph filio annunciabatur uerbum uitæ, quod eſt lumen uultus ſeu notitiæ Dei. Si hoc ſignatur in anima, illud dat cordialem ſiue internam lætitiam, quia affert ueram & ſecuram & incorruptibilem uitam (cum ſit uerbum Dei) quod in ſe habet lumen uitæ, illuminans tenebras rationalis ſpiritus, ſine quo lumine, anima eſt in tenebris, & umbra mortis. Et quæ eſt anima, quæ non rapitur in iubilum: quando ſentit in ſe fontem uitæ? Si lætantur qui diuidunt ſpolia, aut qui recuperant perdita, ſeu qui inueniunt abſconditos theſauros, & cæcus qui inuenit uiſum, aut oculus qui inuenit lucem, ſine qua non uiuit, nec uidet: in immenſum plus ſpiritus gaudet, qui inuenit in ſe fontem gaudij, uitam indeficientem, ſapientiam omnium creatricem: & hic ſpiritus uiuificans eſt, in quo gaudendum, quia dator gaudij immortalis. Anima cuius capacitas eſt immenſa, ſemper manet uacua, quamdiu non adeſt, qui ſolus potens eſt ipſam gaudio implere. Satiabor (inquit) cum apparuerit gloria tua. De gaudio ſenſibili manuducit nos magiſter, per ſimilitudinem ad gaudium intellectuale: & ſenſibile, eſt temporale, deficiens, caducum, deceptorium. Intellectuale, inuiſibile per corporeum uiſum, eſt æternum: quæ enim non uidentur, æterna ſunt. Et hoc gaudium plenum, eſt neceſſariò purum: nam gaudium uacuum tranſitorium eſt, multis aduerſitatibus mixtũ, quia extrema gaudij illius, luctus ſunt. Sicut enim reperitur in triſtitia huius mundi parua triſtitia, & maior, & nunquam adeò magna in ſpiritu, quin poſſit eſſe maior uſq; ad triſtitiam mortis, quæ eſt in ſpiritu damnato in inferno: ſic & in gaudio, quod ſimiliter recipit augmentum, & non deuenitur ad purum & plenum abſolutum gaudium ſpiritus: niſi

niſi quando ſpiritus peruenit ad gaudium uitæ immortalis ſeu cœleſtialis, ſic in hoc mundo nullum gaudium purum, neq; triſtitia maxima. Sicut autem inter omnia opera uitæ animalis, ſenſus non intrat in maximam delectationem, qua nulla eſt maior dabilis, niſi in quam intrat animalis homo, ſub lege matrimonij, quando ex natura quam habet ab Adam, generat ſibi ſimilem, ut ſic uitam producat, in qua uita ſua continetur: ſic nullum gaudium ſpiritus intellectualis maius eſſe poteſt quam illud, in quod intrat ſpiritualis homo, ſub lege Chriſti & Eccleſiæ, quando ex uirtute doni gratiæ, quam habet à datore uitæ rationalis, ex ſeipſo exerit uitam indeficientem, quaſi inconſumptibilis candela, ex igne ſibi dato, ex ſe ipſa exerit lucem, qui eſt uita eius (dicitur enim candela extincta, mortificata) aut ſicut lapis Aſbeſtos ſemel accenſus, non extinguitur. Et hic eſt ignis quem Chriſtus mittit in animas ut ardeat, de quo fuit anima Heliæ incenſa, & Heliſęi, & Ioannis Baptiſtæ, qui ideò lucerna ardẽs à Chriſto nominatur. Nullum gaudium poteſt eſſe ſecurũ niſi illud, quod eſt ab omni uiciſſitudine abſolutum: in hoc mundo ubi ſunt contrarietates, nihil eſt ſecurum. Sed gaudium maximum, quo maius concipi nequit, eſt ſolum ſecurum. Eſt enim ſupra omnem oppoſitionem, & eleuatum atq; exemptum ab omni triſtitia: ſicut cœlum ab omni tenebroſitate opaca, quia Sol cauſa lucis, ibi ſemper adeſt. Sic in gaudio cœleſti, cauſa gaudij ſcilicet Dominus Sol iuſtitiæ ſemper eſt præſens, & non ceſſat effectus, cauſa ſemper cauſante. Hoc eſt gaudium uerum, quia guadium apparens eſt huius mundi, ubi omnia ſunt in imagine & apparentia, nõ in ueritate. Verum gaudium eſt mundi, ubi nihil falſi ſeu apparentis, ſed ſola regnat ueritas. Quam falſum ſit gaudium huius mundi, patet ex fine eius & pœna, quæ ſequitur gaudia huius mundi. Eſt enim uti delectatio uinum bibentis, quam ſequitur ebrietas infatuans: & ludentium cum haſtis, aut choreas ducentium, qui fatigantur uſq; quo reddantur uacui uiribus: & comedentium primas uuas acerbas in principio menſæ; quorum dentes obſtupeſcunt, & ad edendum ſapidiora fercula redduntur impotentes. Sic quidem huius mundi gaudia ſenſibilia, obſunt gaudio ſpiritus, quod redditur inſipidum. Vt niſi ex gratia doni Dei cognoſcatur, manet incognitum. Et ideò lex Chriſti, quę aperit nobis uiam per gaudia mundi pertingere ad gaudia cœli: docet fugere gaudia iſtius mundi, ut ſine infectione organi, guſtari poſſit delectabiliſſima ſuauitas Dei. Gaudium in Domino ſempiternum eſt ſemper nouum, quia ſemper iteratur: ſicut radius Solis ſemper eſt nouus, & lux candelæ ſemper eſt noua, & fluuius fontis ſemper nouus, quia iteratur continuè. Vnde cœleſte gaudium, ſemper nouum eſt ſine defectu, tepiditate atq; antiquitate. Sempiternitas ſine antiquitate intelligatur, erit qualiſcunq; cõceptus fœlicitatis, ubi delectatio nunquam tranſit, nec in præteritũ nec in futurũ, ſed ſemper eſt hodierna, quia generatur prout filius Dei, de quo dicit Propheta: hodie genui te. Hodie, nunc̃ tranſit in præteritũ, neq; futurũ: ſed ſemper eſt nouũ. Opera Dei ſic ſe habent, qui ait: ecce noua facio omnia ſicut uita ſemper eſt noua in corpore: quia continuo influxu, influitur ab anima: Qui enim benè concipit nouitatem; tunc ipſa eſt ſupra tempus, & ante ipſum, cum & tempus dicatur nouum tempus per nouitatem, & omne momentum temporis eſt nouum, quia præteritum non eſt, nec futurum. Et ſicut de tempore nihil eſt niſi nouum: ſic nec de omnibus creatis. ideò omnia inquantum ſunt actu, in tantum noua ſunt. Nouitas igitur eſt forma quæ dat actuale eſſe in omnibus. Deus ſolus eſt à quo nouitas illa, quia creator: creatura eſt nouitas ſic recepta, ut quando de nihilo creauit cœlum nouum, tunc nouitas ſic recepta, facta eſt cœlum, ita de omnibus. Non autem eſt nouitas in continuo fluxu ſine ſucceſſione, ſed nouitas eſt circa idem innouatum, ſupra conceptum temporis, ut ſi aliquid per ignem haberet eſſe, puta aurum, illud ſicut abſente igne non eſſet, ita præſente igne ſemper innouaretur. Doctores qui dicunt, eſſe non debere aliter affirmari in cõtinuo fluxu temporali, quam fieri: concipiunt quaſi eſſe non ſit ſtabile, ullo temporis momento, Ego autem concipio quaſi eſſe ſit eſſe ſtabile, quia non antiquatur: ſicut Nunc temporis non antiquatur, ſed idem Nunc innouatur, quia non eſt à creatore, per medium ſucceſſionis ſeu

Nouitas.

http://www.obrascatolicas.com

nis seu fluxus temporalis. Sed Nunc ipsum est immediatè à Deo, & post ipsum tempus quia tempus est eius explicatio, sicut numerus unitatis. Dico etiam quod nouitas absolutè considerata, est æterna: nam nihil ante nouitatem potest esse, nisi æternitas. Ab æternitate igitur nouitas generatur. Vnde nouitas, quia est ab æterno, à quo non est nisi æternum: ideò nouitas est noua æternitas. Et sicut æternitas nominat principium sine principio, seu patrem omnipotentem: nouitas nominat principium de principio seu filium, qui est noua æternitas. Et quia creator nihil creat, nisi per nouitatem: ideò sine filio factum est nihil, & omnia per ipsum creata sunt, per quem fecit & sæcula. Filius igitur qui est absoluta nouitas, est absoluta essendi forma. Vnde nulla creatura habet esse extra suam formam: nec quiescit nisi ubi formam & finis coincidunt, ideò omnia in ipso sunt, & ad ipsum mouentur. Intellectus igitur creatus, in ipso est et ad ipsum, uti omne creatum mouetur, per essendi naturam. Sed quod in ipso sit intellectualiter, scilicet secundum operationem suam delectabilissimam, sic quod intelligat se esse in suo principio: hoc est ex dono nouo seu gratia, quia hoc principium, est omni intellectui incognitum. Et nisi se ostendat, manet incognitum: ostendit autem se oculis mundis, qui solum ipsum cernere possunt: & nouum donum, per quod cor seu uita intellectualis mundatur, procedit ab æternitate, & nouitate, omnia enim noua placent. Aeternus amor procedit ab æterno principio, & æterna nouitate. Vnde ab æterno amore procedit omne donum: nam donum sequitur amorem, & non est in dono nisi amor. Ita donum per quod natura intellectualis adaptatur, ut illi possit ostendi gloria Dei, in cuius uisione consistit fœlicitas, est à sancto spiritu. Spiritus igitur sanctus dum emittitur in spiritum hominis corda munda creantur, quia spiritus rectus, innouatur in interioribus seu uisceribus naturæ rationalis: Regnum igitur fœlicitatis, est gaudium in spiritu sancto. Spiritus innouat: hoc est dicere, quod spiritus reparat nouitatem sicut ignis purgat scoriam uasis ut renouetur. Nouitas nouitatis æternæ, est spiritus sanctus. Ideo purgatio, & mundatio, & quæcp talia, quæ reparationem nouitatis designant, ex eo sunt. Hæc sic non præmeditate, sed sponte se obtulerunt. Et hæc de nouitate dicta sufficiant, de qua omnia noua quæ dici possunt, intelligentibus placent.

Ex sermone: Multifariè multisq; modis

Verbum abbreuiatum.

DEus non loquitur nisi semel, & hæc loquutio in uarijs per quos loquutus est, uaria est. Loqui enim est explicatio uerbi mentalis. Creare & loqui quoad Deum idem sunt, nam dixit & facta sunt: sicut in scribente epistolam, dicere & scribere sic coincidunt, quod id quod scribit dicit scribit. Et quia non est aliud quod scribit quam quod dicit, ideò in substantia sunt idem, sed in ratione uaria. Consueui aliàs per similitudinem scripturæ, dare intellectum quem habeo de uerbo, & non nocet adhuc repetere propter eos, qui tunc non audiuerunt Sit igitur quod Aristoteles uelit unam conclusionem quam mente habet manifesta re: puta unum esse principem, quæ conclusio est Metaphysica. Multifariè multisq; modis ipse per multas præmissas, quas in diuersis libris, tractatibus librorum, & capitibus illam conclusionem loquitur implicitè, nouissimè uerò explicat illam, quam intendebat conclusionem in fine, scilicet 12. libri. Hoc ultimum uerbum abbreuiatum, est conclusio in se habens omnia quæ aut præcedenter dicta sunt, aut post dici possunt, in quo mens ipsius Aristotelis continetur uerè, purè, apertè, cum omni plenitudine perfectionis. Et qui recipit hoc uerbum abbreuiatum, recipit mentẽ Aristotelis in suum intellectum, & efficitur Aristotelicus. Esto igitur quod Aristoteles sit Deus, & libri Methaphysicæ sint nationes, tractatus regiones, capita homines temporaliter sibi succedentes, & ultimum uerbum scilicet abbreuiatum, sit homo quem Christum dicimus: illa hac similitudine dici debet uerus filius Dei, quia in eo est uerbum à Deo patre genitum, in quo tota sapientia, mens, intentio, ueritas, conceptus, & quicquid circa hoc dici potest, plenè & perfectè continentur. Et sicut recipienti conclusionem per fidem, non est opus se fatigare in præmissis, ita recipienti Iesum, ut uerbum Dei abbreuiatum, non est opus ut in legalibus se fatiget, quæ non sunt

sunt nisi præmissæ ad illam conclusionem. Quare patet quòd uerbum in filio est credendum, & fides liberat ab omni fatigatione studij, & illuminat intellectum, sicut conclusio illuminat, ut uideatur quid intendebat loquens in præmissis. Sic patet ex similitudine ista, explanatio multorum Euangeliorum & Epistolarum: nam recipientes per fidem uerbum in filio, recipiunt in se mentem Dei, quæ est in filio, ideò efficiuntur Christiformes, & similiter filij Dei, sicut de Aristotelicis: Et etiam Christus Dei filius, hæres uniuersorum: sicut uerbum abbreuiatum seu conclusio, hæreditat seu possidet mentem, & omnes libros, tractatus, et capita mentis: & illa omnia seruiunt ei, uti domino uniuersorum: & nihil boni & ueri habent, nisi eis sit datum ab ea: & ipsa præcedit omnia, quia prior omnibus libris: & per ipsam scripti sunt omnes libri, & propter ipsam, & in ea, sunt id quod sunt. Ita quidem intelligere poteris, quomodo hoc est uerum, quod Paulus ad Hebræos dicit; Christum esse propter quem omnia, & per quem omnia. Et si aduerteris ex quo Deus propter ostensionem gloriæ suæ omnia creauit: tunc omnia non habent finem, nisi mediante Christo. Nam Deus incognitus est omnibus, excepto filio, qui solus cognoscit patrem, & ostendit ipsum in se alijs: qui enim inquit uidet me, oculis intellectus, uidet patrem meum scilicet intellectum, qui me genuit. in uerbo enim, uidetur uerbi genitor. Remansisset igitur gloria Dei incognita, si non fuisset ostensor. Sic ipse est perfectio omnis creaturæ, & ostium, per quod intratur ad uisionem gloriæ. Et hoc est quod dicitur, ipsum aperire cœlum omnibus clausum, & habere clauem Dauid Prophetæ, & soluere signacula libri clausi, & quæcp similia. Reuelare Deum est, scilicet quod Deus est, & non est aliquid uisibile. Et hæc est mystica Theologia, per quam negatiuè intramus in caliginem ubi Deus est, abnegando de eo omne cognitum & nominabile. Reuelatum est igitur, quod qui colit uisibile, non colit Deum. Sed cum Deus coli debeat, & penitus incognitum non possit coli: ideò reuelatum est consequenter necesse esse, quod Deus inuisibilis per oculos corporales, seu per uisibilem certitudinem, fide mentis uideatur, ut colatur. Ostenditur igitur quomodo inuisibilis accedatur, scilicet fide: & hæc est fides, Christum Dei filium esse, Dei nostri & patris sui ostensorem, in cuius uisione, sufficientia fœlicitatis. Nomina mus Deum illis nominibus, quæ repræsentant nobis id, ad quod maximè inclinamur, secundum interiorem & inuisibilem hominem. Sicut si oculi omnium hominum deberent Deum nominare, ipsum nominarent sensibilem lucem: quia ad illam maximè inclinatur, cum ab ipsa luce habeant immediatè ut sint oculi, & pascantur à luce, sine qua non uident. Et ita omnis res inclinatur ad illud tanquam ad optimũ, à quo habet immediatè suum esse, sicut puer ad matrem, à qua est, & pascitur: ideò non habet puer ut puer, nisi matrem pro Deo. Sed tamen cum interior homo inclinetur ad ueritatem, iustitiam, bonitatem, rationem, uitam, scientiam & id genus talia, & in omnibus istis ad unũ, In quo uno hæc omnia sunt, idẽ: ideò hunc colit, pro Deo, quẽ nominat his nominibus quæ significãt ipsum, à quo est interior homo, & per quem uiuit & pascitur. Ex quo patet quod interior homo est immediatè à Deo creatus, ad quẽ inclinatur, & quẽ nominat nominibus desiderij naturalis suæ inclinationis. Vnde & si Deus sit innominabilis: tamen intellectuale desideriũ, quod nominibus exprimitur intellectualibus, ducit animã per nomina desideriorũ suorum, ad fontem boni ineffabilẽ. Sicut puero cui nomen propriũ matris est incognitũ, nihilominus ducit ad ipsam, per quædã appellatiua sibi naturaliter cognita, sicut sunt maternitas, lactatio, pascẽtia, nutritio, & similia, per quæ matrẽ cognoscit, cuius tamen propriũ nomen ignorat: necp unqp sciet, nisi ei dũ capax fiet reueletur. Vita ad quã interior homo ualde inclinatur, est uita intellectualis, iusta, & bona. Veritas eñ (ut intelligit) est æterna, sic iustitia, sic bonitas, & sic de alijs. Ideò deprehendimus ex naturali inclinatione rationis nostræ, nos inclinari ad illam uitam, quæ est intra illa q̃ æterna sunt. Ideò nos immediatè secundũ intellectualẽ naturã, sumus ab æterna uita quæ Deus est, ad quã inclinamur. Et licet Deus sit ultra omne nominabile, tamẽ nomina desideriorũ spiritus nostri, illi attribuimus. Quia sicut in omnib. desiderijs nostris,

Nomina Dei. Inclinatio ad ipsa derium.

http://www.obrascatolicas.com

ſtris,non inclinamur ſecundum interiorem hominem, niſi ad Deum, à quo ſumus: ita in omnibus nominibus, quæ deſideria noſtra ſignificant, non niſi Deum ſignificare intendimus. Deſiderium enim ad optimum quo melius cogitari nequit, fertur: & hoc Deum dicimus, quo melius cogitari nequit, imò qui melior eſt quàm cogitari poſsit. Et quæ non deſideramus, à Deo dicimus aliena: non enim dicimus Deum malum, ſed malum aduerſario Dei, ſcilicet Sathanæ aſcribimus. Deus reuelatur nobis dupliciter ſuper omnem intellectum, per Chriſtum in lumine fidei, & gratiæ: & lumine naturæ, per inclinationẽ interioris hominis. Sed lumine naturæ poſitiuè, tanquàm Deus ſit uita, bonitas, lux, mens, ſapientia, & ſimilia. Et in hac reuelatione, de Deo loquimur, & ipſum colimus, & orationes facimus. Sed affirmationes quæ ſic de Deo fiunt: non ſunt propriè nomina Dei, ſed nomina deſideriorum ſpiritus noſtri. Ideò non ſunt ita ueræ, ſicut ſunt negationes. Nam uerior eſt iſta, Deus non eſt uita: quàm hæc Deus eſt uita. Prima enim dicit, Deum eſſe pluſquàm uitam: ideò ſecũda dicit minus de Deo, quàm de eo dici deberet. Quare perfecta cognitio, non poteſt de Deo haberi naturaliter uia affirmationis, quæ non attingit ipſum: neq; uia myſtica negationis, quæ licet ſit eleuatior, tamen potius dicit quid non eſt Deus, q̃ quid eſt, et manet citra oſtenſionem eius facialiter. Ideò neceſſe eſt addi reuelationem ſeu gratiam ad naturam, ut facialis uiſio attingatur, quę eſt cognitio fœlicitans & ſatiãs, quã ſolus Chriſtus potens eſt, ex plenitudine gratiæ & ſcientiæ cognitionis Dei patris ſui, nobis communicare: hic in fide ænigmaticè, in regione uiuorum, realiter & ueraciter, ſiue facialiter. Sunt igitur quatuor gradus cognitionis Dei: ſcilicet naturalis, quam ex deſiderijs ſpiritus rationalis elicimus: myſticus, qui modus eſt in lumine altiori, ubi reuelatur animæ, Deum ſupra id omne eſſe, quod nomina deſideriorũ ſpiritus exprimunt, & hic gradus ducit per abnegationem, quæ in ſe habet prægnantem affirmationem, ob quam latentem prægnationem affirmatiuæ in negatiua, myſticum ſeu occultum cognitionis modum nominare poſſumus, ut quum dicimus, Deum innominabilem, ab eo negãtes omne nominabile: occultè affirmamus, eum excedere omnia nominabilia. Et hic modus addit ad priorem, lumen alicuius altioris reuelationis. Deinde tertius gradus eſt oſtenſionis faciei ipſius, quæ facies manſit in caligine in ſecundo modo, & eſt lumẽ illuminans caliginem, ad quam ducit ſecunda uia. Et hæc lux illuminans caliginem, eſt lux uera, quæ in hoc mundo illuminat tenebras ignorantiæ, quaſi lux Lunæ illuminat noctis tenebras. Sed facies rerũ, manent obumbratæ in hac illuminatione, quia lux ſic medio fidei illuminat. Et eſt ſimilis quodammodo luci illi Solis, quæ medio Lunæ illuminat, ubi eſt lux Solis inſtabiliter, & illuminatio eſt ænigmatica & non clara, quæ nõ oſtendit diſcretè cognitioni faciem claram, ſed obumbratam: & creſcit fides atq; decreſcit, uti Luna. Sed in ſtabili ſeu cœleſti regione, illuminat lux Solis iuſtitiæ per ſe (uti Ioannes in Apocalypſi uidit) & lux illa oſtendit faciem Dei uerè uti eſt, ſine umbra & ænigmate, et eſt cognitio Dei, uti Deus eſt. Eſt adhuc ultima cognitio, quæ eſt quidditas Dei. Et quia quidditas Dei, eſt excedens omnem menſuram cognitionis illius, quæ non eſt ipſa quidditas: ideò quum in ſolo Deo quidditas eius ſit & cognitio eius, tunc quũ quidditas Dei infiniti non ſit cõmunicabilis ſeu multiplicabilis, ſic nec cognitio, quæ eſt quidditas eius. Quare ſolus Deus ſic ſe cognoſcit, quod nõ eſt aliud, niſi quòd ſolus Deus eſt ſua cognitio. Paulus facietenus cognoſcit Deũ, ſicut ipſe Paulus hic cognitus eſt: ſed non ſecundum interiorem eſſentiam & quidditatem, quia ſecundum illã ipſe Paulus fuit ab omnibus incognitus: nullus enim hominũ, cognoſcit quidditatẽ eſſentiæ alterius. Vnde cognitio facialis, eſt cognitio ſatians deſiderium, ſicut potus ſitientem, licet bibens neſciat quidditatem eius quod bibit: ſufficit enim ei, quòd potus ille ſit nobilior q̃ ipſe capere, & melius reficiat q̃ concipere poſsit. Et ſi minoris nobilitatis eſſet, q̃ tunc non ſatiaret nec fœlicitaret. Hoc q̃ Dei quidditas ſit incompræhenſibilis, eſt noſtræ fœlicitati neceſſariũ: nã Deus eſt melior q̃ cogitari poſsit, & ideò incompræhenſibilis. Si enim Deus non eſſet niſi bonũ quod cogitari poſſet, quũ omne tale non ſit maximum in eſſe & poſſe, illud bonũ eſſet maius, quod excedere

Gradus cognitionis Dei.

deret cogitationem: ideò primum non eſſet Deus, qui melior eſſe nequit. Patet igitur ex quo Deo nihil melius eſſe poteſt, & bonum quod noſtra cogitatione capitur aut mẽſuratur, eſt minus eo quod noſtram cogitationem excedit: ideò Deus eſt illud bonum abſolutum, quod maius eſt quàm cogitari poſsit, & ita incognitus eſt Deus, ſecundum quidditatem ſuam ſeu eſſentiam, nam eſt hoc iam dictum excellens bonũ. Eſt autem illud bonum quod (ut Chriſtus docuit) ſolùm de Deo uerificatur, qui dicebat, nemo bonus niſi ſolus Deus. Et pro fœlicitate noſtra hoc eſt neceſſariũ: nam omne id quod capitur intellectu, adauget eius intelligendi auiditatem. Si autem Deus caperetur in eo, creſceret in eo uis intelligendi, & auiditas, & maior eſſet uis intelligendi, quàm Deus intelligibilis: ita Deus non fœlicitaret, nec quietaret deſiderium. Non eſſet igitur Deus. Et quia intellectus uult eſſe fœlix: tunc non uult niſi Deum, qui ipſum ſemper paſcat, & nũquàm deficere poſsit, ita quòd magnitudinis eius non eſt finis: & propterea infinitus, immenſurabilis, & incompræhenſibilis.

Omnis loquutio eſt interni conceptus uel uerbi explicatio: & nunquàm poteſt uerbi eſſentia explicari. Ideò multifariè multis q̃ modis loquitur Deus per creaturã, ut in uarietate tali, melius uerbi ſimplicitas & ſimplicitatis fœcunditas explicetur. ſicut uis ſimplicis radij Solaris, eſt inexpreſsibilis fœcunditatis, & hoc oſtendit in generabilibus huius ſenſibilis mundi, etiam ſupra oppoſitionem, quando indurat lutum, & reſoluit niuem ſeu ceram. Sicut igitur experimur in uarietate uirtutum terræ naſcentium, inexpreſsibilem Solis uirtutem in radio ſuo: ſic in Prophetis experimur inexpreſsibilem Dei uirtutem in uerbo ſuo. Dicitur autem quandam arborem eſſe Solis, in Oriente ſeu Paradiſo, quæ in ſe habet omnem Solis uirtutem; quam dare reſponſa, quædam ſcribunt hiſtoriæ. Omnes arbores in ſuis uirtutibus non prædicant neq; loquuntur, niſi uirtutem Dei ſui, ſcilicet Solis, quęlibet modo ſuo. Sed una quę eſt propria arbor eius (ſecundum poëticum figmẽtum) in ſe habẽs omnem uirtutem, & eius prædicatio & loquutio, eſt plenitudo uirtutis Dei patris, ſui ſcilicet Solis. Sic dicendum de Dei filio ſcilicet Ieſu, in quo eſt plenitudo uirtutis Dei. Et eſt uerbum in ſe omnia uerba & uirtutem omnium complicans. Chriſtus eſt conſtitutus hæres uniuerſorum, ideò filius Hæres conſideratur in cuius poteſtate ſunt omnia quæ patris ſunt: ſic dicit Chriſtus ad patrẽ: omnia tua mea ſunt. Sed nihil habet pater, quod non habeat filius à patre, ſecundum æternam generationem: & ſicut pater eſt Dominus uniuerſorum, ita & filius, quia illi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et ipſe eſt Dominus omnis creaturæ, quia primogenitus omnis creaturæ; quia ſapientia patris, per quam fecit Deus & ſecula. Et non ſunt duæ dominationes, patris qui omnia creauit & ſapientiæ ſuæ, per quam omnia creauit: ſed una dominatio. Sicut enim ſapientia eſt de natura patris, ſic uerbum de natura intellectus, ſic dominatio filij de dominatione patris, ita quòd ſicut ipſis eſt una natura, ſic & una dominatio; & poteſtas. Et quia ipſa dominatio in filio eſt à patre: ideò conſtitutus dicitur hæres, quaſi ſicut hæres eandem habet dominationem, ſed uia ſucceſsionis à patre; ſic & filius.

Loquutio.

Splendor Solis oſtendit gloriam claritatis eius. Et ſicut radius Solis eſt de claritate eius, & oſtendit gloriam claritatis, cum ſine radio non ſit claritas eius uiſibilis: ſic de filio Dei, qui eſt ut ſapientia patris illuminans. Et uti radius eſt coæuus Soli: ſic ſapientia eſt coæua patri, & eſt figura, uel diſpoſitio, ſiue imago ſubſtantiæ eius. Sicut radius eſt imago Solaris ſubſtantiæ: ſic filius naturalis imago patris, quæ per figuram ſubſtantiæ ſignificatur, & non artificialem, quæ eſt imago non ſubſtantiæ ſed accidentis, ſicut ſculpta imago uel picta, in accidentali figura tantum imitatur exemplar. Sicut lumen Solis portat omnia in uirtute ſua, quæ ſunt in Sole: ſic uerbum Dei, portat omnia in uirtute, quæ ſunt in Deo. Verbum imperiale defert uirtutem imperatiuam imperatoris, & imperium per uerbum ſe manifeſtat. Verbum purgat tenebras ignorantiæ, & animam illuminat: hoc eſt tollere peccata & purgare. Neq; eſt aliud quòd in anima purgationem facere poſsit, niſi uerbum Dei: quod cum ſit Deus, ſolùm illabi poteſt animæ, & per illapſum illuminare, pulſis tenebris.

Arbor Solis.

Gloria.

Sicut

http://www.obrascatolicas.com

Sicut ſola lux illabitur uiſui,& pellit tenebras,& facit uiſum eſſe actu, ſeu uiuum, ſeu oculum uidentem.

Ex ſermone: Puer creſcebat.

Puer. PVer Ieſus erat uerè puer: dicitur enim puer, à puritate. Nullus autem puer adeò purùs unquam fuit, neq; erit, ſicut ille erat cuius pater Deus, & mater uirgo. Omnia quæ de Ieſu dicuntur, cum ueritate de eo affirmantur: nam dicitur lux uera, uitis uera, & puer uerus. Creſcebat: quia puer, & fortior fiebat in corporalibus uiribus. Sed non in ſapientia, quia plenus: neq; in gratia Dei, quia illa in omni plenitudine erat in illo.

Sapientia. Incarnatio. Abſoluta humanitas, per quam omnis homo eſt homo, non recipit magis nec minus quia eſt uera forma ſubſtantialis: ſic nec uera abſoluta ſapientia, quæ nequaquam eſt accidens, capere poteſt magis & minus, & eſt plenitudo ſapientiæ, ſiue maximitas abſoluta. Sed ut homo participat ſapientiam per naturam intellectualem, quæ eſt imago eius, tunc poteſt proficere, & fieri capacior & ſapientior: nunquam tamen fiet ipſa ſapientia, ſicut album poteſt fieri albius, nunquam tamen album fit albedo. In Chriſto conſideratur ſapientia diuina, quæ uocatur per Apoſtolum diuinitas, quam dicit corporaliter habitaſſe in Chriſto, hoc eſt plenè et perfectè omni modo menſuræ, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, prout in corpore illæ complicantur: & illa eſt per quam Deus fecit & ſæcula, & eſt uerbum Dei. Illa ab initio fuit plenè in Ieſu, quia Ieſus eſt ſapientia incarnata. Ac ſi quis conſideraret, terram conuerti in aquam, & in conuerſione generari indiſſolubilem glaciem, quæ ponitur hac nocte generata: glacies illa eſt frigiditas inaquata, quæ frigiditas ſic eſt unita aquæ in glacie, quod eſt uera frigiditas, & inſeparabilis à glacie: quia impoſſibile eſt, glaciem ſine illa ſubſiſtere, licet aqua poſſit eſſe ſine ea, quod ſit in glacie, et etiam ſine frigiditate. Eſt autem frigiditas maxima, quæ in glacie ponitur eſſe, nō incongrua ſimilitudo immarceſſibilis ſapientiæ, ſeu immortalis et æternæ naturæ, nam frigiditas conſeruat à corruptione: in ſe igitur ſtabilis, et incorruptibilis. Et ſicut natura aquæ, uariè participare poteſt frigiditatem: ſic et intellectualis natura, quaſi aqua participare poteſt uariè ſapientiā, quæ nō eſt ei incorporata, ſeu quæ nō inhabitat eam eſſentialiter ſeu corporaliter niſi in Ieſu, in quo intellectualis natura, eſt inſeparabilis à ſapientia uera, quæ ipſam corporaliter inhabitat. Et quando nos reſpicimus ſeorſum ad naturam humanam in Chriſto, quæ in omni homine poteſt recipere augmentum in ſapientia: tunc dicimus Ieſum uerum hominem proficere in ſapientia, quæ eum inhabitat: ſicut ſi aquam intueremur ſeorſum, diceremus ipſam creſcere in frigiditate, licet ut eſt in glacie non creſcat. Vel ſic proficere dicimus, ſicut ſapiens proficit in eloquentia, ut ſuam ſapientiam audientibus exprimat, ſic Ieſus infans poſtea uir, ut nobis ſapientiam ſuam communicaret: profecit, et hoc eſt non ſibi, ſed nobis proficere. Aqua per eſſentiam non eſt frigida, quia etiam calida eſt aqua: ſed glacies uidetur quodammodo per eſſentiam eſſe frigida, non ſolum quia non eſt dabilis glacies niſi frigida, ſed quia quodammodo ſimpliciter maxima eſt et formatiua glaciei, ita quod ſi nō, non eſſet glacies. Intellige me loqui aſſimilatiuè: nam non eſt dabilis frigiditas ſimpliciter maxima, in eſſe & poſſe. Glacies igitur, etſi eſt ſic coniecturaliter per eſſentiam frigida, tamen aqua glaciei non. Eſto igitur quod frigiditas accidentalis, uniatur frigiditati eſſentiali, taliter quod eius frigiditas, quam habet participatiuè ab abſoluta frigiditate, tranſeat in unionem maximæ ſeu abſolutæ frigiditatis, in qua ſubſiſtit inſeparabiliter ut fiat glacies: tunc quodam modo creatori ſuo unitur creatura, quia abſoluta frigiditas, creat quodammodo frigiditatem in aqua, non ex aliquo alio, ſed per immiſsionem ſuæ imaginis ſeu ſimilitudinis. Tali licet remota ſimilitudine, ratio humana creata à ratione abſoluta, quæ λόγ☉ dicitur in anima, in IESV in creando unita eſt uerbo, ſeu ſapientiæ, ſeu rationi abſolutæ, & medio animæ, tota humana natura unita eſt ſuo creatori: ſicut in glacie frigiditas aquæ, ſuo creatori abſolutæ ſcilicet frigiditati, & tota natura aquæ, quæ eſt una in omni aqua, ſic eſt unita frigiditati abſolutæ.

Abſolutæ. Et quod generatio iſtius glaciei, ſe habet quodāmodo ut generatio Chriſti, attende, quia dixi de aqua, quæ eſt in fieri ex conuerſione terræ, ita quod prius non ſit aqua quam glacies, quæ fit modo aliquo, ut Chriſtus in uirgine, qui non fuit prius homo quam uerbo unitus. Et ſi eſt tibi difficile imaginari quo modo in conuerſione terræ in aquam, ſimul generetur glacies: recipe exemplum aquę tepidæ, atq; ponatur ſanguis, in quem perueniat frigiditas, ſcilicet immarceſſibilis natura, puta intellectualis ſpiritus, & eo ipſo quod frigeſcit ſeu fit homo, ponatur ſimul congelari in glacie ut ſit Ieſus: ſicut experimur ſi tepida aqua exponitur uento tempore hyberno, & eſt aliquantula ſimilitudo. Nam ſicut ſpiritus ſeu uentus ab arcturo, uel aquilone, uel oriente, in ſua uirtute frigiditatem deferens, puram uiui fontis aquam coagulat, & frigiditate immiſſa, glaciem format refrigeratiuam: ſic ſpiritus ſanctus deferens uerbum Dei ſeu ſapientiam in ſua uirtute, purum uirginei fontis ſanguinem coagulauit, & uerbo Dei immiſſo, Ieſum formauit in Maria, de cuius utero exiuit glacies, in coincidentia ſummi caloris, omnia uiuificantis.

Aqua de ſua natura non eſt glacies, ſed quod eſt glacies, hoc eſt ex uirtute, quæ ex gratia ſeu dono ei ineſt. Sic utiq; uerum eſt: humanam naturam in Ieſu, medio intellectus eſſe unitam uerbo, non niſi uirtute altiſſimi, quæ ex gratia ſeu dono ei ineſt. In unica enim filiatione illa, qua Ieſus eſt filius Dei & hominis, coincidit gratia cum natura. Filiatio enim, aut eſt ex gratia tantum, ut eſt in filijs adoptionis, aut ex natura tantum, ut in filijs generationis: aut ex natura & gratia ſimul, & ſic Ieſus eſt filius Dei & hominis. Verus naturalis filius Dei patris, à quo genitus: & uerus filius naturalis uirginis matris, à qua genitus, & ſimul Dei & uirginis filius, ex natura ſimul & gratia. Sic dicebat pater, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, filius naturalis ſcilicet, quia dixit filius meus: filius gratiæ, quia dixit, in quo mihi benè complacui. Nec aliud uoluit dicere Auguſtinus, qui dicebat, quicquid conuenit filio Dei per naturam, conuenit filio hominis per gratiam. Quia enim filius Mariæ ſit & filius Dei, abſq; confuſione naturarum diuinæ & humanæ: non eſt ſolùm ex natura, quia ſecundum naturam, filius hominis non debet eſſe filius Dei, quum alia ſit natura Dei, & alia hominis: neq; ſolùm ex gratia, quia tunc tantum eſſet filius adoptionis Dei, qui naturalis hominis. Ideò neceſſe eſt dicere, in filiatione Ieſu coincidere naturam cum gratia, ut qui eſt naturalis filius Dei & hominis, ex eo quia hominis ſit & filius Dei gratia, quem Deus unxit præ conſortibus ſuis: ſic filius naturalis in diuinitate, factus eſt filius adoptionis & gratiæ in humanitate, qui eſt Ieſus benedictus. Et puto quod ſi hic intellectus aperiretur infidelibus, qui non conſentiunt hominem poſſe eſſe Deum, citius induci poſſent ad fidem Catholicam. Aliud exemplum, ad capiendam coincidentiam filiationis naturæ & adoptionis: Eſto quod rex ſit habens aduerſarium fortem, & unicum filium in mundum, mandans ut induat formam ſeruorum & diſcat militare in humilitate. Deinde dum filius regis in forma ſerui eſt in mundo, aduerſarius non ceſſat inuadere. Rex ut aduerſarium expellat, facit proclamari, quod quicunq; talem uicerit, illum in filium adoptabit, & conſtituet hæredem uniuerſorum. Venit incognitus omnibus regis filius, in habitu ſerui, & uincit aduerſarium regis: ille erit filius adoptionis, qui eſt & naturalis, & qui fuit hæres per naturam, etiam factus eſt hæres per adoptionem. Sic Ieſus filius Dei, induit formam ſerui, & didicit militiam humilitatis, ſiue pati, & demum meruit ex uictoria iuxta patris promiſſum exaltari, ut eſſet hæres uniuerſorum. Qui enim uicerit aduerſarium, adoptabitur in hæredem, et ita erunt uictores cohæredes Chriſti, ex cōſtitutione Dei. Et hæc ſucceſſio eſt in adoptione, ita quod ſicut Chriſtus eſt naturalis hæres, & hæres ex adoptione & gratia, mediante uictoria, quia uicit principem mundi, principem tenebrarum: ita quiſquæ eum uincens contra quem eſt continua lucta noſtra, coronabitur, ſed ſecundum uarias uictorias. Sed quum non ſit niſi unum regnum Dei, uictor omnis erit hæres regni immortalitatis: ac ſi immortalitas eſſet regnum, & daretur unicuique, qui meruit uidere Deum. Quod & uiſio ſeu cognitio præſtet gloriam ſeu lætitiam æternam, ſicut tunc una pulchra

Natura. Adoptio.

http://www.obrascatolicas.com

pulchra facies,poteſt ab infinitis uideri. Et ſicut immutat cuiuslibet uidentis ſenſum:ſic quod uiſio pulchritudinis præſtat lętitiam & delectationem,quę eſt uita ſpiritus,licet unus meliùs uideat & propinquius quam alius, quia ex uictoria meliori ſic meruit,tamen una eſt facies ſeu regnum pulchritudinis. Et ſic uictores uenient ad filiationem Dei per adoptionem,ſed omnis adoptio eſt medio adoptionis Ieſu, quia nulla excellentior eſſe poteſt adoptio quã illa,quæ cadit in proprio filio, & ex mera iuſtitia procedit. Vnde ait Chriſtus:confidite,quia ego uici,ex confidentia illa omnes uincunt,qui uincunt. Ex confidentia Chriſti regis præ conſortibus uncti, qui eſt dux exercitus, ſub quo tantum omnes uictores militãt, ipſe campi ductor & imperator leges uictoriæ tradidit,quas militantes tenere neceſſe eſt,ſi uolunt uincere: & tunc ſub eo militant,quia eius uerbo & imperio obediunt. Et ſunt regulæ Euãgelicæ, qui uictoriam certam promittunt. Victoria igitur per Chriſtum tantum habetur,qui uiam docet, & facto oſtendit, Sed ad filiationem naturalem, quæ etiam eſt in Ieſu non poteſt quiſquam attingere:nam ſecundum illum eſt unigenitus, qui ſecundum filiationem adoptionis,eſt primogenitus.

Excitationum octaui libri finis.

Excitationum ex Sermonibus Reuerendiſ. Patris Nicolai de Cuſa Cardinalis, Liber nonus.

℄ Ex ſermone:Loquere & exhortare.

Euchariſtia. IN Vchariſtia eſt ſacramentum uerbi. Nam ſicut ſub ſpeciebus paſcentiæ corporalis attingitur paſcentia ſpiritus in fide,quæ eſt,quod uerbum Dei ſit paſcentia uitæ ſpiritus rationalis:quomodo ille rectè credit,Euchariſtiam ſacramentum eſſe gratiæ paſcentis uerbi,qui contemnit, uerbum ipſum medio uocis in animam rationalem recipere ? Simile uidetur eſſe, ac ſi quis Platonicus eſſe uellet, ex inſpectione libri Platonis, contemneret autem audire ipſum uerba uiua proferentem. Dico: quo modo fit tibi Euchariſtia panis uiuus,ſi non fueris doctus per ipſum uerbum? Ecce uerbum uiuum in ſermone,facit tibi Euchariſtiam ſapidam,quæ non fiet cibus animæ rationalis, niſi per illuminationem uerbi:alioqui manet tibi abſconditus dulcis ille ſapor,& ignorabis quo modo omne delectamentum in ſe habeat. Sumit ipſum ignorãs potius,ut animalis homo,quã ſpiritualis,quia ſpiritus de eo nihil percipit:neq; unquam ex ſeipſo niſi doctus percipere poterit. Quaſi ſi cęco nato diceretur,præſentato ei pane triticeo,manduca hunc panem, & efficieris pulcher ualde,atq; optimè coloratus in facie:uerba illa cæcus parui æſtimaret, quia pulchritudinem coloris non intelligeret. Sed adhoc ut magnificaret hoc donum, opus eſſet ut aperires ei oculos,& uidendo colores pulchros,cum fide quòd ipſe talem aſſe queretur:auidè panem illum colorem præſtantem manducarent. De ſe uerò nunq; ad hoc peueniret,& niſi illuminaretur,ſine delectatione promiſſi coloris, manducaret. Sic eſt quod illuminatio quæ fit per uerbum,eſt neceſſaria omnibus, qui cum delectatione & in æterno deſiderio ſeu deuotione,ſacramentum Euchariſtiæ ſumere debent,aliter(uti frequenter fit)frigidè acceditur.

IESVS. Deus ſaluator eſt,& Ieſus ſaluatio eius. Deus uerax eſt,& Ieſus ueritas eius. Deus pius eſt,& Ieſus pietas eius. Deus benignus eſt,& Ieſus benignitas eius. Deus ſapiens eſt,& Ieſus ſapientia eius. Deus omnipotens eſt,& Ieſus omnipotentia eius,ſeu uirtus eius. Deus creator eſt,& Ieſus creatio eius. Deus magiſter eſt,& Ieſus magiſterium eius. Sicut ſi quis oſtenderet librum Platonis in ſe continentem omnem eius doctrinam, & diceret: Plato doctor eſt, & hæc eſt doctrina

trina eius: aut diceret oſtendendo ſtatuam fidei,ultimè elaboratam: fides in arte ſin gendi magiſter eſt,& hoc eſt magiſterium eius. Et in ſumma, Ieſus eſt, in quo humana natura eſt aſſequuta omne id quod deſiderat,& Deo attribuimus. Humana natura, deſiderat fœlicitatem quę Deus eſt:illam ipſa natura humana, eſt in Ieſu aſſequuta, quia Deum appræhendit. Et eſt Ieſus filius hominis ſic aſſequutus fœlicitatem, quod ipſam non ſolum habet, ſed communicare poteſt. Adam aſſequutus fuit animam uiuentem uita rationis, quæ eſt fœlicitas huius mundi, & imago fœlicitatis æternæ; ſed non eſt eam ſic aſſequutus quod poſſit communicare, quia non recepit hoc donum rationis niſi ſibi:ſed animalem hominem recepit ad communicandum, quia eius naturam recepit, non ſic imaginem Dei recepit, ſeu ſapientiæ. Chriſtus uerò ſecundus Adam recepit naturam ſeu ipſam eſſentiam ſapientiæ, non imaginem incommunicabilem: ideò factus eſt in ſpiritũ uiuificantem, omnes eum recipientes.

Ieſus eſt apparitio abſconditi Dei, ſeu reuelatio ſiue oſtenſio, Et quia dixi, ipſum eſſe creationem Dei, attende:nam Deus eſt creator, ſed Ieſus eſt ipſa creatio. Nam ſolùm in Ieſu, apparet uis creatoris: in eo enim reuelatur omnipotentia creantis. Deus creat creatione omnia: creatio autem eſt Ieſus, per quem fecit & ſæcula. Sicut pictor arte pingendi pingit, quæ uocatur pictio. Eſto igitur quod pictor artem pingendi, per quam omnia pingit, uim picturæ ſuæ pingendo traderet, ſicut pater generando filium, etiam uim generandi ei tradit naturalem: Sic Deus pater artem creandi, per quam Ieſum filium hominis creauit; eidem filio ſuo creando uniuit. Ita Ieſus eſt uera Dei creatio, in qua uis ſeu ars creatiua, ſeu creatio eſt creatura. Ex Deo modo naturæ & artis exiuit Ieſus: modo naturæ, quia ex ſubſtantia patris filius. Deus de Deo: modo artis, quia creatus, & ita genitus creatur, & naturalis efficitur. Et in filiatione Ieſu, coincidit omnis filiatio naturæ & gratiæ: Ex gratia fit omne quod fit per artem; quia non fit niſi mediante libera uoluntate artificis. Creare, ſic eſt ex gratia. Et ideò creatio in Ieſu, ut eſt ars patris quæ & filiatio eius: & filiatio matris: ſimul complicat naturam & artem. Vt autem intelligere queas Apoſtolum, quomodo in Ieſu eſt regeneratio ad immortalitatem, & quomodo eſt ſemen, in quo benedicentur omnes tribus terræ, & quomodo ipſe reſurrectio naturæ & gratiæ: utile eſt hoc rememorari adhuc. Adam pater generando filium; naturaliter communicauit eidem uirtutem generandi ex eo, quia quum ipſe mortalis eſſet, & non poſſet in ſe ſemper ſubſiſtere, ideò naturaliter incitatus, quæſiuit in filijs renouari. Et quia & illi mortales, ſicut & pater: ideò eiſdem filijs, ſimul eandem generandi tradidit poteſtatem, ut ſic per innouationes nunquam deficeret. Ita Adam uiuit in omnibus poſteris, & renouatur in omni generatione. In omnibus poſteris, Adæ humanitas eſt renouata ſemper. Complicantur omnes homines in Adam, uti in patre omnium. Sic in quolibet homine, humanitas omnium hominum in Adam complicata, exiſtit. Hunc hominem ueterem, qui & Adam, uidit Paulus in omni homine ex Adam genito, ſicut ſi primam uitem, diceremus in omnibus uitibus uiuere uita uegetabili: nam de prima, abſciſſi ſunt palmites & plantati, ex quibus uites, non tamen producunt eundem fructum ſeu æquè nobilem, propter uarietatem terræ & ſitus: ſic de hominibus æſtimandum. Moyſes dicit homini datam uitam, per inſpirationem rationalis animæ, ſeu ſpiritus. Et talis non eſt in potentia ſeminis, aut diuiſibilis in plures: ſed eſt imago ſapientiæ æternæ. Ideò quæ ex ratione ſunt in patre, non communicantur in generatione filio; ut ea quæ artis ſunt: ſic Grammaticus non generat Grammaticum. Ideò Paulus uocat hominem ex Adam, animalem: quia ex eo quod ex Adam eſt, non percipit ea quæ Dei ſunt, quia ſolus ſpiritus rationalis illa percipere poteſt, qui ex Deo tantum eſt. In Chriſto uerò hoc ſemen ex Adam omnes homines complicans, eſt aſſequutum benedictionem, ſeu immortalitatem: nam unita eſt humanitas filio Dei, ſeu unitus eſt filius mortalis ex Adam, unigenitò filio Dei. Eſt autem unus unigenitus filius Dei. Nam ſi ideò Adam generauit filios, cum poteſtate propagandi in ſæcula, quia Adam mortalis, non potuit niſi per renouationem talem ſubſiſtere: tunc quum Deus ſit immortalis, non generat niſi fi-

liũm

http://www.obrascatolicas.com

lium unigenitum ſimmortalem, in quo ſui ipſius immortalitatem delectabiliſſimè complectitur, ſicut pater ſuam uitam in filio: iocundatur enim homo, in filiꝰ uiuens. Sic pater cœleſtis, qui tribuit Adæ uirtutem generatiuam ut iocundaretur, uiuens in filio, non poteſt eſſe ſterilis ait Eſaias: ut et ipſe illa æterna iocunditate non priuetur: ſed ſemper generat filium, in quo ſeipſum amplectitur delectabiliſſima dilectione, ſine qua delectatione, quæ eſt in ſuiꝰpſius cognitione, appræhenſione, ſeu amplexu, Deus paterna affectione careret, nec ſummè fœlix eſſe poſſet. Iſte unigenitus Dei filius, aſſumpſit illam Adæ humanitatem ſecundum carnem, ex uirgine Maria: in qua Adam, & omnes in eius potentia complicantur. Et ideò ipſe eſt uti uis uera, quæ fuit abſciſſus palmes ex Adam, & in uirginea benedicta terra creuit in ueram uitem, faciens uerum fructum: ueritas autem incorruptibilis eſt. Et ſic humanitas ſiue Deitas, unita eſt in Ieſu immortalitati, ſeu filio Dei. Rectè igitur omnes tribus terræ ſiue Adæ in Chriſto benedicentur, in quo humanitas aſſequuta eſt benedictionem durationis, non ſolum uſq; ad quartam & quintam generationem, ſed uſq; in æternum. Et ex hac benedictione, eſt reſurrectio mortalis hominis, ad immortalitatem, quæ erit poſtquam ceſſauerit generatio, & uitæ Adæ propagatio. Nam ceſſante generatione, & innouatione humanitatis uia ſucceſſionis ſeu propagationis: tunc ueniet Ieſus in mortali humanitate, mortuos reſuſcitans, ut ſicut in ſucceſſione temporali fuit humanitas mortalis: amplius ceſſante motu cœli & temporali ſucceſſione, ſic ad immortalem uitam ſtabilem, ſine propagatione reſuſcitetur. Deinde cõſiderandum eſt, quod eſt alia benedictio, quæ rationalem hominis ſpiritum attingit, quæ benedictio eſt gratia, per quam ſpiritus hominis qui eſt imago ſapientiæ, iungitur exemplari ſcilicet ſapientiæ æternæ, per quam ſpiritus fœlicitatur, & per eius fœlicitatem totus homo: & uocatur benedictio fidelium, quorum pater nominatur Abraham. Sic in Chriſto intellectus eſt ſapientiæ æternæ unitus, ita quod eius humanitas, per hoc eſt gratiam filiationis Dei aſſequuta, per quam in melius immutata eſt, & plenitudinem gratiæ & benedictionis aſſequuta, quæ ſufficit omnibus. Et ſic Chriſtus eſt, in quo benedictiones omnes uitæ animalis ex Adam, aut rationalis ex Abraham complicantur. Neq; in alio aliquo poteſt homo ſalutem aſſequi, & uiuere uita hominis, & uita Dei, ſecundum ſpiritum qui ex Deo eſt: niſi in hoc filio hominis Dei. Immutantur igitur fideles in ipſo, in filios Dei, quæ immutatio quum fiat ex merito Chriſti, dono & gratia Dei, concurrẽte merito hominis: tunc non omnes qui reſurgent immutabuntur, ut fiant in reſurrectione Chriſtiformes, ſed unuſquiſq; in ordine ſuo, ſicut meruit: primus Chriſtus, deinde ij qui ſunt Chriſti. Et hæc immutatio, qua fidelis tranſit in filiationem Dei per Chriſtum, uocatur benedictio Abrahæ, ſeu patris fideliũ. Sicut enim Adam pater hominũ, ita Abraham fidelium Deo hominum: ſicut Lucas dicit filium Adę Chriſtum, et Mattheus filium Abrahę. Et benedictio Abrahæ quæ eſt fidelium, attingit ſemen Abrahæ in Chriſto, in quo omnes fideles aſſequuntur benedictionem reſurrectionis cum immutatione: fideles tantum qui in Domino ſperauerunt, qui nomine Abrahæ nominantur. Quaſi ipſe adeò fidelis in immolatione filij repertus ſit, quod rectè eius ſemen in Chriſto, ultimam & maximam benedictionem aſſequutum ſit, qui fuit in Iſaac præfiguratus, quoniam realiter fidelis, & uſque ad mortem crucis obediens patri repertus eſt: in cuius participatione, omnes Deo fideles, ſiue illi ante Abraham, ſiue poſt fuerint, non ſolùm reſurgent, ſed immutabuntur, quia erunt Chriſtiformes filij Dei. Et ſi rectè intelligo Paulum, qui ait, omnes reſurgemus: tunc in generali reſurrectione non uiuet homo, niſi IESVS qui eſt reſurrectio & uita. Licet ſancti ſint qui non uideant ſuam corruptionem, tamen propter hoc non minus indigebunt, Chriſto primogenito ex mortuis, qui eos faciat ſua uirtute qua reſurrexit, de morte tranſire ad uitam. Et hæc reſurrectio, non eſt merito noſtro aut cuiuſque: ſed pater dedit filio ſuo, qui & filius hominis, qui ſuſcitabit omnes homines, & non ſinit eos (quia ſunt eiuſdem naturæ) in nihilum reſolui, ſed uenient ante tribunal eius & iudicabuntur, ut manifeſtetur maieſtas eius. Qui igitur ad iudicium condemnationis reſurgent, ibunt in ſupplicium prout meruerunt: qui autem ad uitam æternam reſurrexerint, ad conformitatẽ Chriſti mutabũtur, cui ſimiles erunt, ut Chriſtus ſit omnia in omnibus. Vnde hæc mutatio, uocatur regeneratio in Chriſto, quando uetus homo, tranſit in nouam creaturam conformem Chriſto.

Immutatio.

In Chriſto uiuimus, & hoc non eſt, niſi quòd Chriſtus in nobis uiuet ſicut ait apud Ioannem, quia ego uiuam, & uos uiuetis: acſi manus diceret, quia ego uiuam, uos digiti mei uiuetis. Paulus aliquando uidetur dicere, quòd ſicut uita patris eſt abſcondita in uita filij: ita uita noſtra in Ieſu, quaſi Ieſus ſit filius Adę. Poteſt enim unuſquiſque filius Adæ, Adam nominari, ſiue homo, quod idem eſt. Eſt Ieſus filius hominis, quaſi hominis Adæ filius, ſiue nouiſsimus Adam dicitur: quia uita Adæ abſcondita eſt in eo, ubi eſt amodo immortalis & impropagabilis, ideò ultimus Adam dictus.

Vita abſcondita.

Aliquando uidetur dicere Paulus, quòd Ieſus ſit in nobis abſconditus, qui ait: nõ uiuo ego, ſed uiuit in me Chriſtus: & generatur in nobis per uerbũ Dei, qđ intrat per aurem, & concipitur in ſpiritu intellectuali per fidem, & creſcit quouſq; in nobis generetur Chriſtus. Sic Chriſtus eſt abſconditus in Chriſtianis, quorum uita eſt abſcõdita in Chriſto. Verbum Dei generat ſapientiam in anima, hoc eſt ſeipſum, quia uerbum Dei eſt eius ſapientia. Cuſtodit anima rationalis hoc ſecretum ſuum: ſicut Propheta in corde ſuo eloquia Dei abſcondit, ut uiuat. Et ideò ſi benè conſideras, Chriſtum in nobis aſcondi, eſt ipſum, ut ſemen uitæ per uerbum concipi in rationali ſpiritu, ut ibi creſcat & generetur Ieſus qui eſt ſapientia Dei, & in illo ut in parte ſpiritus noſtri, eſt ipſius noſtri ſpiritus uita abſcondita.

In quo eſt Ieſus in hoc mundo inuiſibiliter abſconditus, in illo manifeſtabitur, in die illa quando reuelabuntur abſcondita: & cognoſcemus ipſum q̃ in nobis fuit abſconditus, quõdo ipſe in nobis & nos in ipſo. Quaſi ſicut uita ĩ corpore, ſic ipſe in nobis, & corpus uiuum in uita, ſic nos in ipſo: & pater in ipſo, ſicut intellectus in uerbo ſeu ratione: & ipſe in patre, ſicut ratio in intellectu. Ecce qui habet Ieſum in ſe, habet Deũ patrẽ in Ieſu, & omnes ſanctos qui ſunt ĩ ipſo: & in illo eſt Deus, & Ieſus, & omnes ſancti. Qui habet Ieſum, habet theſaurũ, boni in quo omnia, ideò ultima fœlicitate fœlix.

Adã unus terrenus unus ſpiritualis.

Diceret fortè aliquis, uidetur exijs q̃ dicta ſunt, in tota humana natura, nõ eſſe niſi niſi unum Adam & unum Chriſtum: nam quid ſunt homines ex Adam, niſi Adam ſic explicatus & multiplicatus. Sicut Paulus ait: ex uno omnes multiplicati, ſicut ex unitatis uirtute eſt numerus, in quo tamen non eſt niſi unitas explicata. Vnde in omnibus filijs Adæ, eſt ipſe Adam renouatus, & filij omne id quod ſunt, ab ipſo habent, & in ipſo ſunt, & ipſe in eis: & hoc quoad naturam Adæ, quæ eſt de terra ſeu huius ſenſibilis mundi, & nominatur pater carnis. Sic uidetur quoad ſpiritualem intellectualem naturam quæ eſt in homine, ſine qua homo non eſt homo, quòd non ſit niſi unus Chriſtus: nam Chriſtus eſt ſapientia Dei, de qua emanat ſpiritus intelligentię, qui infunditur naturę ſenſibili ex Adam propagatæ. Vnde una eſt ſapientia in Chriſto Ieſu, unita naturæ Adæ, quæ in omni homine explicatur: ſicut eſt una ſapientia, q̃ omnes ſapientes efficit, uirtutem ſuam explicando & ſe communicando. Sicut ſapientia Platonis ſe explicat & communicat, atq; ſic ſe multiplicat in diſcipulis, in quibus non niſi una eſt Platonica ſapientia explicata & multiplicata. Occurrit quòd Deus creator oĩm, creauit omnes hoẽs, in eo quod ipſum Adam creauit, in quo oẽs creauit: quia creauit Adam ut patrem omnium, in qua fœcunditate uirtualiter omnes futuri complicantur, ſicut futurum complicatur in præſenti. Explicatur autem fœcunditas ſpeciei per individua, quaſi ſpecies ſit natura, & in ſe conſiderata ſit contracta ad modum. In explicatione uerò fœcunditatis, ſic ad modum determinata, acſi explicatio non ſit poſsibilis abſq; contractione determinata, quæ uocetur modus naturę ſeu ſpeciei. Sicut explicatio unitatis, non eſt abſq; determinato numero: ſic una ſpecies ſeu natura ſpecifica quę fuit in Adam, eſt explicata in multis filijs, qui ſunt eiuſdem ſpeciei. Natura autem ſpecifica creata in Adam, cum fertilitate fuit in terram miſ

http://www.obrascatolicas.com

ſa,in qua ad hoc ut Adam eſſet, fuit ad certum modum determinata, ut eſſet hoc & ſic.Sed ipſum hoc & ſic;non eſt communicabile,licet natura in hoc & ſic communicetur:ſicut hæc candela non eſt communicabilis, quum hęc ſit unum,& non poſsit eſſe ſimul unum &plura,licet ignis quo ardet candela,communicetur alteri.Et ſicut ignis qui communicatur non eſt alius,licet non recipiatur niſi in alia candela:ſic filius cui pater naturam ſuam communicauit & non aliam, non eſt pater ſed alius,ita non eſt niſi unus Adam,ſi ad ſpeciem reſpicimus in eo creatam.Et ſunt multi filij, ſi ad inuiduationem ſeu receptionem ipſius ſpeciei reſpicimus. Sic de ſpiritu qui eſt à ſapientia æterna,nam una eſt ſapientia unita humanitati in Chriſto,quæ illuminat omnem hominem:ſicut una facies ſe oſtendens, multiplicat ſpeciem ſuam in omnibus ſpeculis quæ uariè determinantur in ſpeculis uarijs,quæ eius capiunt imaginem.Puto,ſto quòd lux candelæ ſit ut imago lucis ſapientiæ, & quòd à candela ardenti ſeu homine,ſenſibili uita uiuenti adueniat, lux illa illuminans ſcilicet imago ſapientiæ, ut non ſolùm ardeat cãdela,ſed uiua luce cognitionis luceat ſibi ipſi, ut cognoſcat illa ad quę ſe uertit:Talis lux uariè lucet in uarijs cãdelis,quum recipiatur in uarijs uariè ardentibus,ita quòd nulla candela lucet ut alia,ſed aut tenebroſiùs aut clariùs.Sed quia eſt uiua intellectualis lux,ideò docta poteſt tenebras & cauſas tenebrarum abſcindere.Videmus enim intellectum modos reperiſſe, purgandi candelas ardentes, quæ non clarè lucent. Ideò ſi candela eſſet uiua uita intellectuali,poſſet per doctrinam ſapientiæ purgare ſuas fœculentias.Attende,quòd anima rationalis eſt ut ſpeculum,in ſe recipiens uultum Dei in ea ſignatum. Sed omnis imago in ſpeculo ſenſibili,conuertit ſe ad ſuum exemplar:ſi reſpicis in ſpeculum, oritur tua imago,quæ ſe ad te reſpicientem conuertit,& nequaquàm ad aliud. Et oſtenditur per ſimilitudinẽ quòd imago etiam deſtructo ſpeculo,uult ad exemplar reuerti, & non ſe diuidere in partes, ſed exintegro reuerti:ſic & imago Dei in anima, non uult ſe alteri communicare,ſed reuerti ad creatorem,& alę reuerſionis ſunt charitas.Sed ſi non reuertitur, eſt ex eo, quia eſt amore mundi retenta, & compedita per concupiſcentiam, quæ in hoc ſæculo dominatur.Et ita attẽtè conſidera, Chriſtum patrem ſpirituum(ut ipſum nominare uidetur Paulus)& exemplar noſtri rationalis ſpiritus,qui eſt eius imago. Et ideò ſicut Adam pater carnis uiuit in filijs,& mortuus eſt pater, & quaſi non mortuus(ſimilem enim reliquit poſt ſe in uita ſua,uidit & lætatus eſt in illo, & in obitu ſuo non eſt contriſtatus)ſic delitiæ ſapientiæ æternæ ſunt eſſe cum filijs hominum, qui dicũtur homines, quia in eis eſt lux uitæ ſapientiæ:nam quod factum eſt, in ipſo uita erat, & uita erat lux hominum. Et iſte eſt ſpiritus rationalis, cuius pater eſt uerbum Dei,Chriſtus Ieſus.Sicut pater in filijs,ita Ieſus in filijs ſuis iocundatur,ſpiritualibus ſcilicet,& diligit eos quia filij,& uiuit in ipſis ut pater,& ipſi in eo:quia ſpiritus non habet quò reuertatur, niſi ad ſuum exemplar, quia non habet aliunde fontem uitæ, niſi à patre ſuo,ſeu ſapientia.Tranſibit autem mundus cum cõcupiſcentijs ſuis:quia caro et ſanguis non poſsidebunt regnum uitæ perpetuæ.Et uetus ac terrenus Adam totus mutabitur in Adam cœleſtem:quia corruptibile induet incorruptionem, & animale fiet ſpirituale. Et conregnabit Chriſto,in quo omnes, & qui in omnibus,& eius medio in Dei,& Deus in omnibus,& omnes ſancti in quolibet,& quilibet,in omnibus. Et hoc eſt regnum pacis & gaudij. Nam ſicut in regno carnis,omnes homines qui ab Adam patre, ſunt in quolibet filio Adæ, ita quòd quilibet homo eſt modus totius naturæ humanæ, quæ in ſua unitate omnes modos complicat, & omnia ambit indiuidua:ſic in regno ſpiritus quilibet patrem ſpirituum tanquàm filius in ſe habens, habet in ipſo complicitè omnes ſanctos, & eſt in ipſis ut ſit gaudium plenum, & regnum æternum,quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec̃ in cor hominis aſcendit:maiora enim ſunt omnibus ſenſibilibus,quæ præparauit Deus diligentibus ſe.

Ex ſermone:Lòquere & exhortare.

Eruditio. Pietas.

ET nota quæ eſt eruditio gratiæ Dei:eſt aſſumere à magiſtro benigno & humano,benignitatem & humanitatem. Et quando conſtabit nos eruditionem magiſtri recepiſſe.Tunc ſcilicet,quãdo abnegamus omnem impietatem.Abnegatio,eſt firmum propoſitum nunquàm redeundi ad abnegatũ,imò quòd ſit abominatio redire.Quare abnegatio impietatis non fit,niſi quando pietas poſuit ſedem ſuam in uoluntate,& ipſam animam poſsidet. Anima fera, & dura,indocilis, & intractabilis,ab omni uirtute remota, cum in ipſam calor intrat charitatis, fit uti cæra calida,pia,& tractabilis,ad recipiendum in ſe omnem eruditionem & impreſſionem formæ diuinæ.Sic pietas pellit rigorem & feritatem beſtialitatis, & eſt uirtutum mater, quia ſine ipſa non fit anima capax diuini influxus. Et eſt quædam ſpiritualis animæ dulcedo,quæ animã facit tanquàm manſuetum animal, iugum domini ſubintrare:opera miſericordiæ docet,patientiam docet, & animi tranquillitatem infert,& quod ipſa ſit præparatorium aduentus ſapientiæ.Piè enim agentibus dedit ſapientiam,poſt expulſionem impietatis,ita quòd anima per inhabitantem pietatem, facta eſt docilis & tractabilis.Sequi debet abnegatio ſæcularium deſideriorum:nam non eſſet uera pietas in anima,ſi ipſa eſſet tractabilis ad conformitatem huius mundi,quia nemini uellet diſplicere,quaſi fatua mulier, deſideria peccatorum adimplẽs. Sed anima debet in illis manere rigida & inflexibilis, ne calor deſideriorum ſecularium ipſam tractabilem faciat,ut mundo placeat.Sed abnegatio impietatis,ſimul debet & abnegationem ſecularium cõtinere deſideriorũ,quaſi illa ſint impijſſima ſpiritui noſtro,qui ſecundum Deum eſt. Deſideria temporalia ſeu ſecularia,auertunt animã à deſiderijs ſpiritualibus,& à regno uitæ ſuæ, quod non eſt de hoc mundo.Vide quàm impij ſunt,qui ſub fucata pietate,condeſcendunt ſecularibus deſiderijs,maximè illi qui abnegarunt illa:nemo Chriſti eſt,in quo eſt talis impietas, quæ militat aduerſus animam.Apoſtoli rogati ut ad complacendum ludæis deſinerent prędicare Chriſtum,non reputauerunt niſi impium eſſe,complacere plus hominibus quàm Deo.Secularia deſideria,ſunt tria genera concupiſcentiæ,quæ quicquid mundus in deſideria noſtra infert,complectuntur:ſcilicet auaritia,luxuria,& ſuperbia.Signum autem quòd eruditionem recepimus magiſtri, & abnegationem talem fecimus, ſequitur:ſcilicet ſi ſobriè,iuſtè,& piè in hoc ſeculo uixerimus. Sobrietas oſtendit deſiderium luxuriæ abnegatum.Iuſtitia,oſtendit deſiderium auaritiæ extinctum. Pietas;deſiderium ſingularitatis,elationis & ſuperbiæ fugatum.Ecce animam præparatam ad receptionem formæ Chriſti, & quomodo debeat formari flexibilis & docilis anima,per fidem,ſpem,& charitatem.Expectantes beatam ſpem, nemo expectat, niſi credat.Expectatio illa tria complicat:expectans credit,ſperat,& amat.Expectatio boni,eſt cum amore.Anima Deo fidelis,non hæſitat in promiſsis Dei, & hanc fidẽ ſequitur beata ſpes:ſancta eſt utiq; atq; beata ſpes,quæ confidit in Domino, cui credit,nam Deus eſt ueritas. Quicquid ſperatur in promiſsis ueritatis, habet ſummam certitudinem. Et hæc expectatio eſt promiſsio aduentus gloriæ magni Dei, & ſaluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti.Et quid eſt hoc? Certè eſt fœlicitas ultima,quam omnis rationalis anima amat nam gloriam magni Dei & ſaluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti,in cognitionem ſeu apprehenſionem animæ uenire, eſt finem attingere.

Expectatio.

Spes beata.

Exemplar.

Imago non habet in ſe gloriam,ſed in exemplari, de cuius pulchritudine lætatur, quia tantæ pulchritudinis eſt uiua imago. Ideò de exaltatione exemplaris gaudet & lætatur,cum ſit ſua gloria & exaltatio.Nec̃ in hoc conſiderat,cum ut imago non habeat oculum,niſi ad Dominum & creatorem ſuum, in quo ſolùm eſt, quicquid eſt. Et cum non poſsit appetere,ſe non eſſe imaginem Dei,quia appeteret non eſſe,& cum ipſa Deus eſſe nequeat, nec̃ appetit quod eſſe nequit:ita nõ appetit niſi uidere gloriam magni Dei,& ſaluatoris Ieſu Chriſti, in qua ſe uidet in gloria.

http://www.obrascatolicas.com

c 3

Ex sermone: Obtulerunt munera.

Inquisitio occultorum & perfectæ sapientis.

APud Ethnicos, sacerdotes ex libris Sybillinis & Astrologicis, nisi sunt occulta uaticinati: uti Romæ in templo Apollinis in Vaticano, ubi nunc est Ecclesia sancti Petri, & alibi per orbem uates erant, sicut ex Prophetis sapientes sacerdotum Hierosolymis. Templum enim ibi à Salomone ædificatum non fuit aliud, quàm locus pro uisione occultorũ mysteriorum Dei, ubi Deus deorũ Dominus loquebatur, quem princeps sacerdotum consuluit, ubi responsa Prophetarũ tenebantur in scriptis, ex quibus occulta sacerdotes inuestigabant.

Si Plato mundum peragrauit propter scire, & undiq; magistrum quæsiuit, Architam adijt, & ita alij, qui certè omnes non nisi incarnatam sapientiam quæsiuerunt: in omnibus magistris quæritur sapientia incarnata. Et ideò nisi in aliquo esset incarnata, hoc est, nisi homo reperiretur qui sic est sapiens, quòd non est possibile sapientiã esse maiorẽ, quæ est sapientia in essentia: frustra quærerentur omnes magistri, si sapientia in nullo posset reperiri.

c 4

Ex sermone: Quodcunq; dixerit uobis.

Vnio sponsales.

ADam uir, uiraginem quæ eius imago, & ab ipso esse habuit, sibi copulauit. Et hæc est iocunda copulatio, quæ facit unitatem ex duobus. Vbi imago seu uirago transit in unionem uiri, ut sint duo in carne una: significat unionem animæ & filij Dei, ut sint unum in uno spiritu. Matrimonium certè est magnũ sacramentum, nam conformitatem operatur uoluntatum, ut non sit alia uoluntas uxoris, alia uiri, sed una in ijs in quibus sunt unum, scilicet in carne. Sic inter animam & eius sponsum filium Dei, non est nisi una uoluntas in ijs in quibus sunt unum, scilicet in spiritu: quia uolũtas diuina est spiritus, qui charitas. Sic & rationalis animæ uoluntas, est spiritus qui amor. In sponsa non debet esse alius spiritualis amor, quã spõsi, & est unus spiritus sponsæ & sponsi. Sic in matrimonio, non debet esse alius carnalis amor sponsæ quàm sponsi, & est una caro utriusq; Ex uero matrimonio maxima bona sequũtur, nam quędam iocundissima immortalitas in conseruatione humanæ naturæ, quæ in fluida propagatione innouatur, & consequentia ad illam: sic sponsa filij Dei, in unitate sponsi, renouatur iucunditate æterna. Et in carnali matrimonio in sensu, qui est subsistentia sensibilis uitæ, scilicet in tactu, est carnalis uitæ delectatio quæ & sensibilis dicitur, omnis enim sensus tactus quidem est, in spirituali uerò, in sensu rationis, qui dicitur intellectus. Intellectus enim sensus est spiritualis, qui intelligit, in rationali uita se sentit atq; tangit, intellectus intelligens, se sentit intelligere. Et est quidam spiritualis tactus, in quo iucundissimè delectatur, sed in mentem non uenit, antequàm copuletur sponso. Sicut enim per auditum, non intelligit dulcedinẽ refectionis præparati cibi famelicus, scilicet cibi præparati à spõso cœlesti: sic in hoc mundo qui est de auditu, non capitur incunditas tactus, & connubij, & oculi, & amplexus sapientiæ domificantis. In Cana Galileæ notare debemus nuptias factas: nã Cana zelus, & Galilea transmigratio est. Anima zelosa, quę eligitur in sponsam per filium Dei, qui inhabitat immortalitatem seu cœlestem incorruptibilitatem: ut sit gloriosa & digna, se legibus & moribus sponsi in hoc mundo conformat, & mundatur atq; adapratur ad transmigrationem, sicut lapides poliuntur, qui ad templi ædificiũ debent Hierosolymam ubi est uisio Dei, transferri. Et ut omnes lapides figuram debitam haberent, magister de Hierusalem ad rudes montes deserti descendit, & formatos, deinde præcidit ut adductos in sancto ædificio collocet: sic sapientia Dei de cœlo in carnem descendit, & sponsam elegit, quam lauit sanguine suo, ut esset sponsa, & cognosceret se dilectam ualdè à sponso, qui se dedit in mortem pro ipsa. Sed zelosa sponsa uocata ad nuptias agni, sponsi scilicet sui immaculati, non potest nisi in Galilea nuptias celebrare, hoc est in transmigratione. Oportet enim obliuisci domum patris, & egredi de terra & cognatione sua, & regem sequi qui eius speciem concupiscit: sicuti sponsæ in hoc mundo, quantò nobiliores, tantò sæpe ad distantiores sponsos transferuntur.

Lex uerò matrimonij est, quæ nunquàm nisi morte dissoluitur. Subiectum igitur sub-

sub sistentiæ, est uita, quæ cum nunc̃q; post resurrectionem à morte deficiat, erit hæc copula in æterna uita, lætitia sempiterna. Et ob hoc post triduum factæ sunt istæ nuptiæ. Omnia super tria ponimus, ideò designatur complementum temporalis cursus, à principio per medium ad fidem in triduo. Deficiente uino, seu temporali uitæ iucunditate, renouantur nuptiæ. Moriuntur huius mundi nuptiæ, sed resurgent immortales, quæ sunt plenę semper & indeficientes: uinum enim in hydrijs ex aqua resuscitatum, semper implet hydrias, & spiritus feruoris, uti in bono uino, antiquitate non minuitur. Hydria uerò (cuius uocabulum ab aqua sumptum est, quam continet) fit uas continens uinũ in Cana Galileæ. In transmigratione enim natura nostra quæ humanum seu aqueum continere solebat spiritum, de recenti igneum & cœlestem continet, qui uenit ex uerbo, scilicet ex uite uera. Moyses scribit, spiritum Domini ferri super aquas, capiendo spiritum pro exequutione uerbi Dei, tunc sicut aqua est quædam claritas specularis, in se capiens figuras: ita intra ipsam claritatem, est quædam uis uniuersalis, quæ conuerti potest ad omnem sensibilem formam, scilicet mineralem, uegetabilem, & sensibilem, ita ut ipsa aqua sit quodammodo omnis sensibilis formę potentia, cui omnes sensibiles formæ insunt. Nam si tollitur aqua de mũdo, nulla est arbor, nulla dispositio, nullus ornatus, nulla figura. Et nec astra erunt deficientibus aquis, quę supra cœlos sunt. Quid erit terra, quę est aquæ grossities? quid aër? qui eius uapor? quid ignis? qui aëris subtilitas seu spiritus? Sed quid potest aqua, nisi enim ex ipsa formentur per uerbum seu artem omnipotẽtis entia, nihil ex se producit. Modo enim quo figulus hydrias ex luto efficit: sic Deus creator aquæ, scilicet intellectus ille, qui creauit intellectum figuli, formatoris hydriæ. Ita & anima humana assimilatur aquæ, in qua intellectus est quasi omnia formans. Sed intellectus in anima non uiuit, si ei deest sapientia: sicut ars facit figulum, ita sapientia format intellectum, & hæc uenit ex uerbo Dei. Aqua statim putrescit & defluit, nisi cœlestis uirtus ipsam subintret, ut fiat actu aliquid, stante forma, per cuius uirtutem conseruatur. Sic spiritus uini conseruat aquam, quia est eius forma, ut non sit aqua, sed sit uinum. Est autem uinum aqua, cuius potentia est sic determinate, per formam quæ dat ei esse: & hunc spiritum habet ab influentia cœlesti. Sic anima humana, est insipida aqua sine spiritu, qui ei datur à uerbo Dei, qui resuscitat & lætificat eam. *Aqua.* *Vinum.*

Diceret aliquis, opinionem illam Hippi, qui ex aqua animam esse dicebat, dudum per Aristotelem & omnes reprobatam, me repetere: talis me non rectè intelligit. Dico enim assimilari aquam animæ humanæ, nam recipit formas sensibiles intentionaliter, & receptas seruat, & reponit in memoria: in hoc aquæ assimilatur, quę omnes formas sensibiles in se recipit realiter, sicut anima sensibiliter seu intentionaliter. Mirandum, quomodo adeò subitò anima in suo sensibili intrinseco, sibi fabricat imaginem obiecti, non sufficit, quòd obiectum suam similitudinem multiplicat usq; ad organũ, sed requiritur quòd sensus recipiat, in suo sensibili intrinseco. Et hæc receptio fit cum descriptione figurali, sicut cum in corpore uerba alicuius quę repetere uolo, illa intra describo, & ut intus postea lego, ita profero. Spiritus intellectualis, qui nõ aduertit ad formas intentionales siue scripturas, sed ad quidditatem rerum ille uidet, quomodo sensus hominis, qui recipiunt extrinsecas figurarum intentiones illas uti phantasmata seu libros scriptos uel pictos præsentant intellectui, ut mediantibus phantasmatibus, attingat essentiam & quidditatem rei, de qua pascitur solum. Hæc aduertens, hæc omnia fieri ut sensibilis mundus uniatur intellectuali naturæ, ut per præsentiam sensibilis speculetur nobilitatem suam: quoniam sensibilis mundus est eius imago, omnium essentiam in se quasi in intelligentia plena, formis reperit, & se ueriorem intelligibilem scilicet mũdum (cuius ille imaginarius, qui per phantesmata eam intrat, imago est) intellectualiter intuetur. Sicut enim circulus in sensibili mũdo, non potest esse, ita uerus sic est in intellectu, qui nihil auertit à ueritate, sed sinit quodlibet esse uti est, cum intellectualis nàtura sit absoluens & non contrahens. In abstractis autem & à contractione absolutis, non potest esse mendacium, quia ibi est *Anima.*

http://www.obrascatolicas.com

in propria ſua quidditate: ſic uidet cauſam, cur homo noſter intrinſecus, tantoperè ſtudet huius mundi figuram ſibi in phantaſmate præſentari, ſcilicet ut ſui notitiam (qui μικρόκοσμος eſt) attingat. Dubitas fortè quomodo ſpiritus qui deſcribitur ferri ſuper aquas, eſt exequutor uerbi, per quod Deus creat omnia. Dico ſpiritū illum plenum eſſe formis, ſicut ars figuli eſt plena formis. Nam ab ipſa omnes formæ procedunt, quæ in uaſis apparent. Intelligentia plena eſt formis: ſicut doctor habet intellectum plenum formis, & illas ponit in diſcipulo, & mediante ſpiritu formato exprimit, ut formetur forme ſcientiæ ſeu artis anima diſcipuli, ſcientiæ capacem & informabilem. Et ſic Deus ſpiritu uerbi ſeu oris ſui, qui ſuper aquas fertur, omnia creat; creatur igitur intelligentia in prima emiſsione, tanquàm creatura artis omnipotentiæ capax, quæ non eſt ars ſed artis capax: ſed non eſt capax artis in natura eius quia creatura, ſed in tantum eſt capax, in quantùm ſpiritus ſapientiæ in ipſam deſcendit, et eam informat. Sicut ſi Plato per ſcientiam ſeu artem poſſet ſibi ſimilem facere, cui etiam dare poſſet naturam intellectualem capacem artis Platonicæ: non eſſet propterea factura illa à natura informata, ſcientia Platonis, licet in ſe haberet aptitudinem ad ipſam, requireretur tamen donum communicationis artis. Hæc cōmunicatio ſpiritus ſanctus eſt, per quam perficitur interior homo, & informatur forma quæ perficit ipſum, quæ eſt forma uerbi Dei, ſeu Chriſti Dei noſtri. Sicut ſpiritus uini, qui per uoluntatem Ieſu in aqua creatus fuit, ſecundùm intentioem creatoris, ſine eo quòd loqueretur, formauit de aqua uinum. Et uirtus quę ſenſibiliter apparuit, oſtendit hoc uerum, ſcilicet odor, color, ſapor, lætificatio cordis. Sic dum ſpiritus Ieſu immittitur in animam humanam, facit ipſam Chriſtiformem, & uirtus atq; operatio eius, hoc uerum oſtendunt: à fructibus enim eorum, cognoſcetis eos. Quādo enim opera ſunt Chriſtiformia, neceſſariò illa procedunt ab anima Chriſtiformi. Hoc miraculum eſt primum, quod fecit Ieſus ad oſtenſionem gloriæ ſuæ. In eo igitur ſtudere debemus, quaſi in ſigno omnipotentiæ ſaluatoris, qui naturam noſtram in uerbo uirtutis ſuæ, ad immortalitatem uitæ iucundæ, transferre poteſt ut uult. Neq; alia ſigna plus dicūt. Sed iſtud eſt ſignum cuius ſignificatum per omnia ſigna explicatur, & omnia ad eundem finem fecit, ſcilicet ut fidem firmaret, ipſum eſſe filium & hæredem Dei, & ſuam poteſtatem ambire omnia.

Spiritus ſuper aquas.

§ Ex ſermone: Volo mundare.

Sermo ſancti uiri.

MVltò potentior eſt ſermo eius qui eſt ſanctus, quàm qui in dignitate conſtitutus. Vidi quòd Martius Papa, Romæ uulgo non potuit perſuadere, ut quædam ſua monita acceptarentur. Vocauit Bernardinum fratrem minorem de obſeruantia, nunc canonizatum, ut populum induceret: qui illud fecit, quod Papa non potuit. Conſueuit ipſe frater dicere & audiui Paduæ, quòd prædicator habens ignem in ſpiritu, poteſt ex mortuis carbonibus ſignem ſuſcitare. Dico de Deo docibilibus, in quibus capit uerbum Dei: illi quia ex Deo ſunt, uerba Dei audiunt. Non capitur radius Solis in glaciè & niue, quia nunquam calescent, niſi in aquam reſoluantur: ſic ſtante anima ſub beſtialitate, à qua condenſata & compræhenſa exiſtit, nunquàm uerbum Dei, quod ſolùm habet locum in rationali ſpiritu capitur. Oportet ut reſoluatur quaſi glacies in fluidam aquam, quæ capax eſt diuinimotus ſeu ſpiritus, atq; immiſsionis caloris, ſeu charitatis. Hoc quod ualdè impedit uiſionem intellectualem, eſt mala conſuetudo, quæ eſt ut dura pellis oculo circunfuſa, quæ creſcit per ſucceſsiuam immunditiem, collectam ſuper pupillam, quæ difficulter tollitur, poſtquàm inueterata eſt.

Sanitas.

Vis bone Ieſu ſanare, & dum dicis, ſanas. Verbum igitur tuum, ſimul cum exequutione concurrit. O quanta eſt potentia tua Ieſu bone. Dum nos dicimus uolo ſcribere, non eſt propterea id ſcriptum, quia potentia non eſt eadem cum uoluntate, non enim poſſum id facere niſi in tempore, uoluntas conſenſus eſt momentaneus, ſed effectus, requirit tempus. Tu uero id potes quod uis, & eo modo quo uis, modo quo matrimonium contrahitur per conſenſum, & intentione concurrente cum habente poteſta-

teſtatem, fit ſacramentalis tranſmutatio. Omnia quæ uice tua agimus Ieſu, uoluntate perficiūtur. Tu benè intellexiſti optime Ieſu, leproſi ante te proſtrati deſiderium, qui non dicebat ut ſecum ageres miſericordiam & ipſum ſanares: ſciuit enim quia tu es ipſa pietas, quæ in mundum propter ſalutem mundi ueniſti. Nō admonuit te ut faceres, qui ueniſti quærere & ſaluū facere; ſed cum fide integra ſe tuis miſericordiæ oculis obtulit, ut ſanares ſi uelles, ac ſi diceret: tu noſti an expediat mihi, id quod ualdè cupio, hoc tu uis quod mihi expedit, & id quod uis potes. Optima eſt hæc orandi doctrina, & animæ ſalutem impetrandi, quam præferre debemus corporis ſanitati, q̄ ſæpe eſt ad animæ fortificationem. Paulus enim dicebat, dum infirmor corpore fortior ſum in ſpiritu. Et contentabatur non impetrare ſublationem ſtimuli quem habuit, ut reſiſtendo mereretur: gratia enim patientiæ in aduerſitatibus, facit aduerſitates eſſe animæ ſalutares. Quando Deus fecit corpus noſtrum, quod aduerſatur ſpiritui, ne hæc aduerſitas obeſſet ſaluti animæ, fecit ex tētatione prouentum. Ita quòd aduerſitas, eſt quaſi ſanans, licet amara potio.

Nihil habet homo quod ſit ſuum, niſi id quod à Deo non habet, & hoc eſt nihil. Infirmitas, peccatum, mors, & quæcunq; talia mala, non ſunt à Deo, nihil enim habēt entitatis. Quare à Deo, qui eſt ipſum eſſe, non ſunt. Et ideò quicquid ſine eo factū eſt, eſt nihil: ſcilicet non habens quicquàm entitatis. *Nihil.*

Trahit poſt ſe Chriſtus turbam: quia nemo niſi tractus, ipſum accedit. Pater trahit ad filium. Ac ſi quis ex Gallia ueniret, qui diceretur filius regis Franciæ, multi ſequerentur uidere illum, quia pater ſcilicet Rex Franciæ traheret eos: niſi enim filius regis eſſet, non curarent accedere. Pater igitur creator in filio ſuo, trahit ad filium: quia creatura in filio, uult cognoſcere patrem ſuum, ſicut ſubditus regis in filio, regem ſuum. Infirmi trahuntur à medico, quia ſanari quærunt. Sed Chriſtus trahit omnem rationalem animam poſt ſe, quia ratio & uerbum Dei, cuius omnis creatura rationalis eſt imago. Ideò ſicut imago in ſpeculo, ſequitur omnem motum eius cuius eſt imago, ſine quo nec eſt nec mouetur: ita rationalis anima, uerbum Dei. Adhuc naturaliter cognoſcit anima noſtra grauata infirmitatibus, ſuum alleuiatorem, ſicut quędam animalia læſa, ad hominem leguntur confugiſſe: ſic in omni anguſtia, ad Deum refugit homo. Qui igitur credit Chriſtum filium Dei & ſaluatorem hominum, ipſum ſequitur: nam peccata quæ animam grauant, ipſe tollit, & ut ſaluemur ad ſe trahit. *Tractus.*

Peccatum noſtrum Chriſtum in cruce interfecit. Sic dici poteſt mortale, quia Chriſtum cruci affixit. Mortaliter peccans, homicida dici poteſt, quia quantùm in ipſo eſt, Chriſtum occidit: de quibus dicitur, Chriſtum iterum crucifigentes. Sed non trahit Chriſtus indiſpoſitum. Quòd enim Sol non omnia trahat, & lapides minùs quàm arbores eſt, quia uaria eſt diſpoſitio trahibilium. Diſponere ſe debet anima, ut trahi poſsit. Si enim fugit uocantem, & ab inuitante retrocedit: per eam ſtat, quòd non trahitur. Cur autem Deus trahit ad ſe intellectualem naturam, ex hoc depræhenditur: nam appetitus animæ, eſt ut uas uacuum uolens repleri, & non niſi ex bono. Omnia autem quæ non ſunt ipſum bonum abſolutum, non implent ipſam animam, quia cōtrarium illa ſequitur. Appetitum igitur boni illa non poſſunt adimplere, quæ bono indigent. Quantùm poſſumus intelligere, tantùm poſſumus appetere. Sed intellectus eſt potens fieri omnia (nam eſt in potentia ad intelligendum omnia) ideò nunquàm eſt perfectus, niſi intelligat omnium cauſam, ſcilicet Deum. Quare ſine Deo, non poteſt implere deſiderium ſuum. *Peccatū mortale.*

Lepra eſt ex omnium humorum corruptione: omne uerò malum in bono fundat̄, ſicut infirmitas in corpore, uitium in anima. Sed lepra ex generali corruptione proueniens, per naturam non poteſt curari, oporteret enim quòd per humorem nō corruptum operaretur, & corruptum expelleret (ſi enim ignis totaliter eſt extinctus, nō poteſt recuperari, ſed ſi modicum remanſerit, per modicū augetur) ſic anima uadit in peccatum mortale, & non poteſt per ſe reuerti, ideò dicitur ſpiritus uadens, & non rediens. Vnde indiget adiutorio, ſicut luto tenaci infixus. Lepra inficit ſocietatem: ſic quando occulta manifeſtantur. Sicut eiiciuntur leproſi extra ciuitatem: ſic extra *Lepra.*

http://www.obrascatolicas.com

ſocietatem beatorum, leproſi illi in anima, ad infernum & in exteriores tenebras mittentur. Sicut leproſi ſemper plus infirmantur, & ex ſocietate leproſorum plus inficiuntur: ſic in inferno ſocietas addit cruciatum, & pœna ſemper augetur, quia uermis non morietur, quia ſemper creſcet uitium. Nunquàm igitur ſaluari poterunt, quia nũquàm minuetur uitium, ſed ſemper augebitur. Qui inuidus eſt tali inuidia, quòd anima eſt infecta illa lepra, dum ſeparatur in die iudicij à bonis, & mittitur in ignem, inuidia ſemper creſcit, & uermis inuidiæ corrodens ſemper ſeipſum, nunquàm morietur. Lepra enim difformat faciem, quam alterat ſecundum humorum corruptionẽ: facies, notitia eſt. Ideò dicit ſaluator, ſe neſcire peccatrices animas, ſeu fatuas uirgines, quia de libro notitiæ deletæ erant. Iuſti autem erunt in memoria æterna. Recurramus igitur nos peccatores, multis mortalibus peccatis leproſi, ad miſericordem medicum animarum, cũ iſto deuoto leproſo: ut facientes ſicut ipſe, aſſequamur cum eo mundationem.

Ex ſermone: Plenitudo legis eſt dilectio.

Cæcitas. QVid eſt quòd factus eſt cæcus in oculis, qui uidit in ſpiritu ueritatem: niſi quòd ipſe Paulus in ſenſibilibus & in litera quæſiuit ueritatem? & hæc fuit uia erronea, ille oculus adueniente luce cæcatus eſt, quia lucem ſufferre nequiuit. Et in ſpiritu uidit & audiuit: ibi enim uidere coincidit cum audire. *Oculus.* Vnde comites lucem uiderunt, non audiuerunt uocẽ Ieſu, ſed benè Paulus: quia in ſpiritu Paulus quæ uidit, audiuit. Sicut Dauid uidit Dominum, quando ipſum in eo loquentem audiuit. Reparato autem ſpiritu, reparatus eſt uiſus. Impediebat ſenſibilis uiſus ſpiritum, ne uideret ſpiritualiter. Ideò ad tempus excæcatus eſt, ut medio tempore ſpiritus uiſum caperet: nam per triduum cæcitatis exterioris orando, ſpiritus uidit uerbum Euangelij, ſpiritum ſcilicet literæ teſtamenti antiqui. Radicato uiſu in ſpiritu, factus eſt Paulus ĩ nouirate ſpiritus, nouus homo, & baptizatus eſt *Visus Dei.* in ſpiritu, & repletus ſpiritu ſancto. Docuit Paulus Ieſum eſſe filium Dei, ac quòd ipſe eſſet Chriſtus ſecundum ſcripturas affirmabat: quomodo autem Chriſtus deberet intelligi filius Dei, uarijs modis explicauit. Nam licet per hoc quòd infirmitas carnis in eo apparuit: non uidebatur filius Dei eſſe, qui eſt immortalis: tamen uirtus q̃ inerat ei, quæ fuit ad ſaluandos infirmos, oſtendebat eum Deum. Crucifixio uidebatur quædam oſtenſio eſſe, quòd non eſſet filius Dei; ſed reſurrectio, ſoluebat argumentum. Mirabilis coincidentia infirmitatis humanæ, & fortitudinis diuinæ. Virtus diuina, quæ in eo fuit in omni plenitudine, oſtendit eum Deum. Cauſæ omnium uiſibilium ſunt inuiſibiles, & omnium ſenſibilium intellectuales. Sic ante ſenſibilem mundum, in ſuis cauſis uidemus omnia per intellectum. Vnde ſicut oculo ſenſibili, uidemus mediante luce ſenſibili ſenſibilia: ita oculo mentis, mediante luce intelligibili, uidemus intelligibilia. Se habent igitur ſenſibilia ad intelligibilia, ſicut oculus rationalis ſpiritus, ad oculum ſenſibilis ſpiritus. Oculus rationalis ſpiritus, qui dicitur oculus cordis, qui poteſt pertingere ad uiſionem Dei ſi fuerit mundus, non habet nec carnem nec oſſa. ſed ſenſibilis oculus, ſine illis nõ habet eſſe. Viſibilia igitur ducunt ad inuiſibilia tanquàm cauſata & imagines ad cauſas & exemplaria: fide enim intelligimus, aptata eſſe ſecula uerbo Dei, ut de inuiſibilibus uiſibilia fierent. *Verbum Dei.* Verbum Dei, quod filium Dei patris nominat, eſt ante omnia creata, ſiue ſint inuiſibiles creaturæ, quæ nõ propter ea æternæ ſunt, ſeu penitus omnino inuiſibiles. Et uerbum eſt imago Dei, ſeu forma & figura ſubſtantiæ eius, omnia portans in uerbo uirtutis. Vnde cum Deus ſi æternus, ſeu penitùs inuiſibilis: eſt filius penitus ſimilis ei, quia imago ſubſtantialis, quæ dici poteſt forma Dei, & eſt uti uirtus genita ab eſſentia infinita. Nam talis uirtus quam generat eſſentia, omnia portat, quia eſt uirtus omnipotentiæ abſolutæ. Omnia igitur quæ fieri poſſunt, in illa uirtute complicantur, ut in cauſa & ratione ſua, aut in ſapientia ſiue Idea. Nec eſt aliud hoc dicere, quàm quòd creaturæ uiſibiles & initiatæ, ſunt ibi in ueritate æterna, & ab ipſa uirtute creantur, ſicut tempus ab æternitate creatur, nam eſt eius imago. Et ſicut tempus omnia continet, ut ſunt creata & principiata: ſic uirtus illa æterna omnia complicat, ut ſunt æterna.

Sensibile. Intellectuale.

æterna. Nihil igitur eſt nouum apud Deum patrem, in cuius uerbo ſeu uirtute, complicantur omnia quæ fieri poſſunt. Sicut qui reſpicit oculo mentis in artem, per quã omnia poſsibilia fieri, fiunt: ille in ijs quæ fiunt nihil noui uidet, quia ante uidit in æterna arte omnia.

Reconciliatio Deo patri complacuit, in filio ſuo omnem plenitudinem inhabitare. Et non eſt abſoluta, niſi perfectio abſoluta, quæ Deus eſt. Et placuit patri per eum reconciliari omnia quæ fecit, ut ſcilicet ſicut Deus per ipſum creauit omnia: ita & per ipſum omnia reſtauraret. Ideò ne ſibi inuicem, atq; ab auctore diſcreparent: fecit pater filium incarnari, ut homo factus, doceret quomodo poſſent cœleſtia & terreſtria reconciliari creatori, & hoc eſt uerbum uitæ. Et ut hoc ad perfectum duceret, occidi ſe paſſus eſt propter homines. Et hoc eſt excellentiſsimum reſtaurationis opus, ſcilicet quomodo filius per mortem reconciliauit Deo patri humanum genus, exhibendo Deo patri eos irreprehenſibiles, immaculatos, & ſanctos, qui erant ſenſu inimici. Senſualis enim homo ſicut erat ex Adam, erat in ſenſu inimicus Deo, quia præfert uitam animalem mortalem æternæ, quæ conſiſtit in unione ſpiritus & Dei.

Scientia ſeruens. Per Philoſophiam ſcientiam ſilicet terrenam, ſolent decipi, qui in mundo uolunt fieri prudentes, & nominat Apoſtolus illam: inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum. Nam & ſi multa tradat humana ſapientia, quæ ſunt ueriſimilia, ſunt tamen inania: ſunt enim ſecundum elementa huius mundi, & non ſecundùm Chriſtũ, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Omnia enim quę habet pater, dedit filio, dum illum genuit in plenitudine diuinitatis, & in tali plenitudo habitat corporaliter: ſcilicet quando corpus ſuſcepit, in quo plenus manſit Deus. In eo dicit eos eſſe repletos, pluſquam ab elementis mundi poſsit deprehendi, quia in Chriſto recipiunt ij qui in eo ſunt, abundantiam diuinitatis. Hęc eſt ſimplicitas fidei, in qua ſtandũ eſſe prædicat, & omnia alia nihilipendenda aſtruit, maximè humanas adinuentiones, quæ per angelos malos inſpiratæ ſunt. Nam hæ traditiones ſpirituum, tradiderũt cauſam idolatriæ: tradiderunt enim artem Aſtrologiæ, ut ad uaticinia homines eius medio inducerent: deinde ex hoc artem de imaginibus, ex formis conſtellationum, ex hoc artem alligandi ſpiritus influentiales, ſcilicet ſpiritum Saturni & Iouis: deinde placandi illos ſpiritus, cum reuerentijs tantùm Deo debitis. Ita ſpiritus malignus, quandam religionem quæ à Deo auertit, in qua ipſe colitur introduxit. Et iſtam falſam deceptionem, Chriſti religio euacuat. Credere enim quòd traditio Chriſti ſit traditio ueri Dei, per uerum filium ſuum, illa fides euacuat traditiones, quæ allegantur eſſe angelorum, & probat eas eſſe malorum ſpirituum, qui eijciũtur per Chriſtum. Vnde hæc eſt ſumma doctrinæ Pauli: quòd omnia quæ trahũt hominem ab hac ſimplicitate fidei, ſicut ſunt terrena ſapiẽtia, & perſuaſiones religionis ſpirituũ, ſunt abijcienda, quia non habẽt ſanam doctrinam. *Traditiones adinuentionũ per angelos malos.*

Induere Chriſtum. Induere ergo Dominum Ieſum Chriſtum, eſt ſe ueſtire uirtutibus incorruptibilibus, mortificando corruptibilia deſideria, & induendo incorruptibilia, iuſtitiam, ueritatem, & cæteras uirtutes: illæ enim ſunt membra interioris hominis, qui ſecundùm Deum creatus eſt, quemadmodum illa in Chriſto capite reperimus. Vnde hoc induere, habet aliam conſiderationem. Intrat eñ talis in Chriſti formã, & fit Chriſtiformis, & illius peccata moriuntur in Chriſti morte, & ipſe in Chriſto reſurgit. Omnia enim conformiter in eo fiunt, quæ in Chriſto credit facta, qui Chriſti formam induit. Baptiſmus autem eſt ſacramentum ablutionis peccati ſeu ueteris hominis, & Indutionis noui hominis, ſcilicet Chriſti per fidem. Ideò commoritur homo Chriſto, in denegatione ſeu abrenuntiatione ueteris uitæ, & reſurgit cum Chriſto. Hæc eſt parua quædam rememoratio Pauli & eius doctrinæ, quam habuit à Chriſto, qui in ipſo loquebatur, cuius legatione fungebatur, quam legationem oſtendit in uirtute uerbi & ſignorum. Nunc Deo gratias agamus, de hoc ſic dato & dicto, ipſum deuotè rogantes, ut nobis ſpiritum Pauli participet pro noſtra ſalute, & ad ſuam gloriam ſempiternam.

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Adorna thalamum tuum.

Charitas. CHaritas conglutinat spiritum spiritui, & si est naturalis, naturaliter, & dicitur dilectio: si rationalis rationabiliter, & dicitur amor: si intellectualis intellectualiter, & dici potest connexio: si diuina & incorruptibilis, diuinè atq; inseparabiliter atq; æternaliter, & dici potest unio. Ideò spiritus rationalis, qui ueritati quæ Deus est, diuina charitate annectitur: fit unus spiritus cum ipso Deo, qui est uita absoluta & æterna. Et ad hoc quòd hæc perfectio religionis caperetur cum pace, non sunt omnia quæ in usu erãt in ceremonialibus, sublata, ne sublatio cunsuetudinum impediret receptionem spiritus: sed errore intelligentiæ sublato, & purificatis animabus, spiritus ueritatis est infusus. Puta sicut candelæ & lustrationes, fiebant in honorem dæmoniorum: sic nunc illi cerei in laudem Christi consecrantur, ad expellendos dæmones. Ecce quo modo transfert fides Iesu, de morte ad uitam, & sic princeps tenebrarum, captus est igenio illo quo decipiebat. Sic Paulus intellexit religionem Christianam esse, scilicet spiritum omnem fidelem perficientem absque differentia, siue Iudæus fuerit, siue Græcus, siue Ethnicus. Sic & Petrus in ueritate comperit, in conuersione Cornelij, acceptionem personarum non esse apud Deum.

Religio.

Pax rationalis. Deus pax est quia quies & finis rationalis motus. Vndiq; mouetur uisus, ut uideat quem quærit. Vndiq; mouet uisum anima qui est intellectus, ut inueniat omnium principium & causam atq; ueritatem, quæ est uita sui esse: & tunc solùm quiescere potest, quando Deum uidet, qui θεωρέω id est uideo, θεὸς dicitur. Quando enim uisus intellectualis, omnia uidentem uidet: tunc uidet principium unde effluit. Nam uisus intellectualis, ab ipsa absoluta uisione habet suum esse, sicut iustus à iustitia, & homo ab humanitate. Quare tunc quiescit, peruenit enim ad ipsum, in quo coincidit principium cum fine, & ideò est quies & pax in illa anima.

Virtutes. Ornamenta cœlestia, sunt incorruptibilia, & sunt uirtutes illæ immortales: sicut est iustitia quæ iustum facit, & fides quæ fidelem facit. Vnde quum illæ sint uirtutes immortales, & rex sit Dominus uirtutum, qui est uerbum Dei, non potest allici Dominus uirtutum, nisi per uirtutes quæ ab ipso sunt. Ideò dicebat sapiens ille: quòd rationalis anima si est anima iusti, scilicet quia ornata est iustitia, est sedes sapientiæ. Nõ potest anima esse iustitia ornata, si aliqua adhuc sunt in ea deordinata & iniusta.

Ex sermone: Simile est regnum cœlorum.

Peccatum. Regnum mortis. COgitanti mihi, quomodo explanarem hoc quod de regno cœlorum reperitur: incidit mihi quomodo Paulus dicit, mortem regnasse in omnibus filijs Adæ, & dominabatur mors propter peccatum: peccatum uero ex suggestione diaboli intrauit, nam ipse est author mendacij. Ex eius suggestione intrauit imperium Sathanæ in terram seu Adam, in quo imperio est mors abscondita, quia est seductiuum ab amore Dei, & unione cum eo: per inobedientiam enim recedit ab imperante. In uerbo Dei, seu imperio & lege, est abscondita uita, quia est uerbum Dei uiuificantis, cuius uerbum dat esse & uiuere: uerbum Dei, est conceptus eius, qui dat esse. Sicut si domificator esset omnipotens, tunc eius conceptus, esset esse ipsius domus: eo enim ipso quod conciperet, etiam uellet, & eo ipso quod conciperet & uellet, esset, quia omnipotens, qui tantùm potest quantùm uult. Et ita regnum mortis, per suggestionem diaboli peccante Adam, intrauit in ipsum & posteros: & hoc regnum, dici potest regnum terræ, seu huius corruptibilis mundi. Venit uerbum Dei de cœlo, ad destruendum hoc regnum mortis seu terrenum, & inducendum regnum uitæ seu cœleste. Ipse enim de cœlo cœlestis cœlestem uitam introducere uenit, ut destructo regno terreno, fieret regnum cœleste, in quo uita dominaretur. Ostenditur hoc ex eo quod ipse in uirtute seu digito Dei eijciebat dæmonem, possessorem hominis, quod fieri non potuisset, nisi fortior fuisset. Anima intellectualis quæ dicitur interior homo, inuisibilis est: regnum & cœlum ipsius ubi regnat, est similiter lux inuisibilis. In regno patris iusti fulgebunt sicut Sol. Et sicut

Regnũ uitæ.

cut se habet in uisibili cœlo iste uisibilis Sol: ita se habebunt iusti his oculis inuisibiles, in inuisibili cœlo, ubi regnat sapientia, quæ est & iustitia. Iusti enim erunt in regno iustitiæ, cuius lumen uocatur sapientia, imò iustitia est sapientia & uita: iustificat enim iustificat, quia dat esse iusto, & hoc esse est uiuere, & hoc uiuere est intelligere: in iustitia enim coincidit uita & sapiẽtia. Intelligitur hic cœlum, sicut ubi legitur, Paulum raptum in tertium cœlum, scilicet uisionis arcanorum Dei. Non est igitur possibile, peccatorem intrare in regnum uitæ æternæ, quia in peccatore regnat mors, seu Sathan princeps mortis: ideò ante omnia prædicauit saluator, pœnitentiam esse agẽdam. Quando euacuatur peccatum de interiori homine, ita quòd uetus homo, cuius regnum est concupiscentia in se complicans tria regna, quia est immortalis unitrini prolapsio & labes, mundi regnum scilicet concupiscentia carnis, oculorum, & uanitatis siue superbiæ uitæ, penitus transigitur & moritur: tunc de gratia per uirtutem Dei, resurgit nouus homo, qui est de regno immortalitatis, cui mors ultra non dominabitur. Carnales enim non possunt possidere regnũ spũs, nesciunt.n.q̃ sunt spũs, sicut cæcus non potest possidere lætitiam, quam habet usus de pulchritudine colorum, Docet igitur saluator, & Paulus per ipsum, & omnes sancti: ut qui filij regni uitæ spiritus esse uolumus, non simus carnales. Et quæ sint peccata illa, quæ nos ostendant carnales esse, Paulus exprimit quum ait: neque fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebunt. Nominatunicus Dominus & magister noster hoc regnum inuisibile & æternum ad quod nos inuitat, regnum cœlorum. Nam Deum habitare in cœlis, & regerere atq; gubernare omnia, crediderunt ipsi Iudæi, imò & omnes gentiles. Nominant igitur Deum & regnum, modò quo intelligi potuit, quousq; spiritum induant, qui tunc eos doceat omnem ueritatem, quam ante capere non possunt. Quomodo in Christo omnes regnent, & Deum qui in Christo est possideant, & hoc possidere Deum, coincidit cũ hoc possideri à Deo per Christum: intelligitur in similitudine, sicut anima rationalis per medium intellectus possidet animam. Et non est nisi una sapientia, quæ præstat esse, uiuere, et intelligere omni spiritui rationali, et ab omnibus qui uiuunt et intelligunt, ea possidetur: nisi enim sapientia esset in eis, non esset sapientia. Et ipsa sapientia quæ possidetur, est regnum unum in omnibus: nam in se omnia complicat, & ipsa in omnibus omnes possidet. Et in hoc passu, mediatio Christi intelligitur, quæ est copula huius coincidentiæ, ascensus hominis interioris in Deum, & Dei in hominem.

Concupiscentia.

Filius hominis. Christus dicit filium hominis esse hunc hominem, & agrum dicit mundum. Ex hoc elicio Christum esse hominem, qui in absoluto homine significatur, quasi homo hominum, seu rex hominum, qui & filius hominis: tanquàm perfectio & puritas humanæ naturæ in eo principe naturæ contineatur, quæ in omnibus hominibus participatur. Ita quòd in natura humana in Christo, deuentum est ad primum purum & perfectum, non solùm quo purior & perfectior homo nunquàm fuit aut erit: sed quò etiam perfectior dari nequit, in quo puritas & perfectio omnium dabilium complicatur, ut ipse sit solus altissimus, & in regno seu cœlo humanitatis. Sol seu rex unicus. Per agrum, mundum uult dicere, in quo sunt homines. Homo contractè habet omnia quæ in mundo sunt, quapropter μικρόκοσμος dicitur. Semen bonum seminatum per ipsum, sunt filij Dei & regni: seminatum est enim in agrum seu hominem huius mundi, per Christum seu uerbum Dei, actì semen attraheret in se naturam illius terræ, in quam seminatur, & faceret eam uiuam uita sua, sicut dum triticum seminatur in terram ipsius agri, attrahit pinguedinem & facit de ipsa triticum: unde terra non profert fructum ex se & sua natura, sed in semine. Sic natura rationalis seu interioris hominis, transit in semen bonum sapientiæ æternæ, & non de se, sed in ipso semine facit fructum, & fit filius regni. Nam filius regni est, qui est de terrena natura, in cœlestem seu diuinam, siue lucem spiritualem, quæ & sapientia dicitur, translatus. Et filij lucis illius, sunt filij regni, quia lux in qua non sunt tenebræ

Filius regni.

http://www.obrascatolicas.com

tenebræ ullæ, ibi regnat. Sic intelligo Christum seminare filios regni, sicut agricola seminat triticum. Et cum sit unicus filius Dei, scilicet uerbum Dei, quod dat potestatem omnibus recipientibus ipsum filios Dei fieri: tunc bonum semen de quo loquitur, non est nisi ipse qui uerbum Dei, & seminat se filius Dei qui & filius hominis, in agrum suum, ut fructificet filios Dei. Sic se uerbum seu conceptus Platonis, qui induit sensibilem uocem, seminat in rationales animas discipulorum, ut fructificet Platonicos seu filios Platonis, secundum interiorem hominem. Attende quale est illud spirituale semen, quod non per partes sed ex integro, in omni agro & in omni parte agri seminatur, sicut unum uerbum fidei recipitur per omnes audientes.

Filij Dei.

Spirituale semen:

Humana studia.

Timeo quod traditio hominum, liberalium scilicet artium, & iurium fori, sit instrumentum per quod Sathan non solùm occupat homines, ne sedēt ad uerbi Dei saporem: sed sint super seminata semina zizania, quæ simplicitatem fidei & eius fructum impediant. Non sine causa hæ scientiæ à principio fuerunt ueris Christianis abominabiles, sed modo Euangelio sapidiores, feruore fidei tepescente.

Ita error palliatur à principio, quòd putatur uerum, & complicat mendacium.

Ex sermone: Sic currite ut comprehendatis.

Cursus. Brauium.

EST similitudo cursus fidelium. Nam fides ponit in motu, & quantò maior fides tantò maior spes. Spes igitur facit cursum, nisi speraret credēs, se id quod petit assequuturum, non curreret: sed unus accipit brauium. Non est enim appræhensio, nisi unio currentis cum fine & quiete. Ideò quum ille qui prior attingit metam, sit primò iunctus termino: tunc quum plures non possint esse æquè primi, unus tantùm accipit brauium.

Qui uult currere ut appræhendat, necesse est quòd Christum induat, ut sic per stadium currat, & in ipso uno appræhendat brauium uictoriæ. Nemo nisi unus appræhendit, & nisi quis sit in ipso uno, non apphendet. Sicut una domus Bauariæ, in uno nobilissimo primogenito, appræhendit nobilitatem ducalem, per quam uiā oēs currunt. Et in primo omnes currunt, & in primo eandem ducalem nobilitatem appræhendunt: licet primogenitus ille, in quo omnes, ducatum assequuntur, non tempore tantum, sed auctoritate & dignate omnes posteros excellat, tanquàm causa & principium atq; forma tanti doni, & tantæ gratiæ, per quam ultra suam primam popularem communem naturam filiorum Adæ, sunt in principio eleuati.

Longitudo absoluta. Iustitia. Mensura.

Longitudo absoluta, potest dici rectitudo infinita, seu iustitia infinita, quę dicitur creatrix, quia dat unicuiq; quod suum est. Omne enim quod est, suum esse ex dono eius habet, & iure sibi uendicat, quia est donum iustitiæ quæ Deus est. Et illa infinita longitudo, utiq; est latitudo ut superficies, comprehedens intra se omnia. Iustitia enim quę unicuiq; quod suum est donat, se super omnia expandit & continet: sicut in iustitia omnia iusta continentur, & in rectitudine omnia recta, seu in essentia omnia quæ sunt. Est etiam sublimitas & profundum, quæ idem sunt, ita scilicet quia longitudo, ideò principium & finis: quia latitudo, ideò extra omnia, ut omnia continens: quia sublimitas & profundum, ideò intra omnia. Sic est mensura absoluta, complicans omnes mensurandi modos, scilicet longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profunditatem. Deus enim est mensura mensurarum, quia absoluta mensura. sed finitarum, alia longitudinis, alia latitudinis; & alia profunditatis. Deus infinita

Coincidentia mensurarum

mensura, complicat longitudinem, latitudinem, & profunditatem: nec est aliud infinita longito, quàm infinita rectitudo, seu infinita mensura. Ideò complicat longitudo infinita, latitudinem, atque profunditatem. Sic latitudo infinita, complicat longitudinem & profunditatem: sic & profunditas infinita, complicat longitudinem & latitudinem. Ad hæc dum Dei longitudinem intueor, occurrit æternitas, quæ uidetur esse absolutè longa, sine omni termino temporis aut loci. Dum intueor latitudinē, occurrit mihi potentia, que non potest esse angusta, quia ad omne posse se extendit, sic est interminabilis. Non est igitur minor latitudo, quàm longitudo. Dum intueor sublimitatem & profunditatem, per quàm est intra omnia, largitatem eius admiror, quia se inextensè per omnia diffundit. Nam quum quælibet harum sit infinita,

ta, & non possint plura esse infinita: patet quòd sunt idem Deus infinitus, cui attribuo longitudinem propter æternitatem, latitudinem propter omnipotentiam, & profunditatem propter largitatem. De perfectione corporis sensibilis est, quòd sit longum latum, & spissum. Spissitudo autem, sublimitatem & profunditatem dicit. Quæ quum sint de essentia perfecti corporis: ideò ad essentiam absolutam quæ Deus est respiciendo, transtulit Apostolus hos terminos, absoluendo ab omni contractione sensibili, imaginabili, & intelligibili, scilicet ab omni modo, quo creaturæ possunt conuenire, permodum coincidentiæ, uidendo scilicet illam essentiam: in cuius longitudine, coincidit latitudo: & in cuius latitudine, coincidit profundum. Et per coincidentiam coincidentiarum, scilicet per coincidentiam coincidentiæ longitudinis, latitudinis, & coincidentiæ latitudinis & profundi: intrauit in uelamen seu cœlum tertium: de sensibili in intellectuale, ubi est oppositorum coincidentia: de intellectuali ad tertium cœlum, ubi est coincidentia coincidentiarum, ibi est thesaurus diuitiarum absconditus, ibi est arca, in qua arcana omnia, ideò ductus in stuporem, exclamauit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Comprehendi ne quit Deus ingenio. Mens creata, mensurando cognoscit: immensurabilem autem, qui est absoluta ipsa ipsa mensura, quomodo mensuraret finita mens? Non est igitur comprehensibilis infinitus Deus, nisi modo quo ab omnibus sanctis comprehenditur. Omnes enim sancti in sancto sanctorum, qui uerè comprehendit, comprehendunt. Sicut enim regia celsitudo, non comprehenditur nisi in potentia seu uirtute, uirtus uerò in operatione, sic nec absoluta celsitudo, nisi in sua uirtute & uirtutis operatione, quæ sunt uerbum eius, & utriusq; spiritus. Esto igitur, quòd terrena regia celsitudo, filio dedit omnem suam potestatem: tunc in potestate filij, comprehendo gloriam & maiestatem patris seu regis. Hāc autem potestatem sic habet filius, quòd recipienti ipsum potest eandem communicare, scilicet filiationem: filiatio enim est potestas & hæreditatio, sic est de absoluti regis filio. Sed filius recipitur per inhabitationem spiritus Dei in interiori homine, qui uirtutem nostri spiritus corroborat, ut in ipso nostro interiori homine habitet Christus per fidem. Tunc in charitate radicati & fundati, poterimus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, & latitudo, & sublimitas, & profundum. Sic per fidem formatam, & conformitatem imitatiuam, Christum induendo, ad comprehensionem deuenitur, quia hæc est forma sanctitatis, scilicet forma Christi: Vnde Christiformes sunt omnes sancti comprehendentes. Nec prætereas, quin notes id quod ibi sequitur, scilicet scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omni plenitudine Dei: quomodo scientia charitatis Christi est, per quam assequimur omnem plenitudinē. Nam diuina scientia, non est sine charitate. Liberum est homini credere: & indubia fides est, per quam ad amare peruenitur, & per amare Deum, itur ad cognoscere: nā ibi per amare, itur ad scire, ut sciat amans quid charitas, quæ Deus est. Nemo scire potest quid sit amor, nisi amans: neq; scit plenè quid charitas, licet gustum eius habeat. Nam quantò plus amauit: tantò melius ipsum comprehendit. Semper autem crescit amor, sic & scientia eius. Ita nemo scit, nisi qui accipit. Nemo scit, quomodo sancti comprehendunt, nisi qui sanctum illum accipiendo comprehendit. Charitas igitur quæ habitat in corde, docet cognoscere seipsam, quæ Deus est: & charitas Christi nos docet, quæ est charitatis scientia, per quā impletur homo omni plenitudine Dei, quæ est iocunda fœlicitas. Finis omnis plenitudinis studij cōtemplationis & raptus, est admiratio: ducitur enim in stuporem admirationis, qui profundè meditatur creatoris sui æternitatem seu essentiam, & eius potentiam seu uirtutem siue sapientiā, & uoluntatem, amorem seu charitatem. Qui rerum causas in natura inquirunt, non nisi ad amorem illius sapientiæ, quę omnia ordinat & disponit, perueniunt, quam non comprehendunt, sed admirantur. Finis Philosophiæ, admiratio.

Comprehensio.

Scientia charitatis.

Fides illa, qua mortalis homo credit immortalitatem se assequi posse: non acquiritur, nisi in agone certaminis, nam in hac uictoria qua fides rationem uincit, est maxima lucta. Quādo igitur Abraham credidit, id quod ratio Impossibile iudicauit, uicit.

Victoria fidei super rationē

http://www.obrascatolicas.com

cit. Sic quando homo credit hoc ſcilicet, quòd reſurget ad uitam immortalem, cuius non habet nec rationem nec experientiam, & in eius oppoſitum ratio trahit: tunc ne ceſſe eſt moriatur ipſa ratio, & cedat prudentia eius, & humilietur ſuperbia, & præſumptio mentis mortificetur, & fiat homo quaſi inſipiens & ſtultus & ſeruilis, de ſua libertate ſcilicet rationis recedens, ſe in captiuitatem redigendo. Et hæc lucta eſt maxima, non contra carnem & ſanguinem, ſed contra ſpiritum præſumptuoſum & ſuperbum, ubi humilitas uincit ſuperbiam. Poſſe igitur credere, eſt maxima animæ noſtræ uirtus, excedit omnem uirtutem intellectiuam, ad illa enim pertingit quæ uult, procedit enim ex libertate uoluntatis. Poteſt enim credere uel non credere rationalis anima ſi uult, uel non, & hoc eſt donum maximum Dei. Ita ſpiritus ſeu libera uoluntas, per fidem quam aſſumit, dominatur intellectui, & informat eum ſua forma, loquitur enim intellectui imperatiuè. Et hoc eſt quod quidam dicebant, fidem eſſe in intellectu ſpeculatiuo ſub imperio uoluntatis: quia non ſinit intellectum niſi habituatum fide, diſcernere. Sed intellectus facilè capit fidem, quam non intelligit: quando uoluntas per fidem ei annuntiat hæc credenda quę audimus, quia ſibi à Dei filio, ſeu per uerbum Dei reuelata ſunt. Volũtas enim eſt quaſi auditus animæ, intellectus quaſi uiſus. Ideò quæ anima zeloſa ad bonum audiuit, nuntiat intellectui, ut ſeipſum congnoſcat: quia talia ſunt quę nuntiat, quòd uideri nequeunt. Credit ſibi uera eſſe nuntiata, & capit quaſi uiſa, hoc eſt in certitudine, ac ſi uidiſſet. Sic fides quoad intellectum, eſt in coincidentia uiſibilis & inuiſibilis. Dum uoluntas hac fide intellectum imprimit, ſcilicet quomodo Deus loquutus eſt nobis in Prophetis, nouiſsimè in filio, qui nobis illa de immortalitate reuelauit: non dubitat intellectus, uerbo Dei credendum. Deſiderium igitur animæ intellectualis, quo ſcire deſiderat, eſt uoluntas, ſeu amor ad ueritatem: quæ quum non poſsit medio intellectus attingere deſideratum quaſi ex propriis uiribus credit uerbo Dei. Et non credit hoc uerbum Dei eſſe, quia intelligit: ſed intelligit, quia credit. Ratio diuina quæ dedit animæ noſtræ rationali hoc deſiderium ad immortalitatis compræhenſionem, loquendo in ſpiritu deſiderij: inſpirat quòd hoc deſiderium non eſſet datũ, ſi non poſſet ipſum rationalis creatura aſſequi. Ideò qui dedit hoc deſiderium, etiam potens eſt dare eius affectum. Sic ad fidem mouetur, ut id Deo poſsibile credat, quod quomodo fiat non poteſt attingere. Et ita uerbo Dei, quod fidelibus fœlicitatem promittit, credit: & id quod promittit, credit eſſe uerbum Dei. Sic uerbum Ieſu recipit, ut uerbum Dei, quod ſolùm promittit ſe daturum uitam æternam, quam ſuper omnia ſpiritus ingemiſcendo deſiderat, & recipit Chriſtum ut magiſtrum, & uerbum Dei carnem factum, ut eius medio fœlicitetur. Et ita patet: per quam luctam peruenitur ad uerã fidei uirtutem. Poſt hanc luctam in qua anima fidelis efficitur, & credit Deo: tũc ſecundùm fidei magnitudinem ſunt luctæ. Nam id quod uincit in omni certamine, fides eſt: ſi eſt magna fides, tentationes citò ſuccumbunt: ſi parua, tardiùs expugnantur. Tu enim habens fidem certam, per uictoriam te immortalitatem conſequuturum: omnia paruipendis quæ uitæ huic temporali placita ſunt. Quia quum nihil conferant omnia uiſibilia, mortalia, & tẽporalia immortalitati & perpetuitati: pro nihilo ipſa, & tãquàm ſtercora habebis. Et in quantum te retrahunt, ab illa expectatione immortalis fœlicitatis: ipſa ſunt fugienda ut uenenum. Nec aliud habes in hac pugna exemplũ, quàm Chriſtum mortis uictorẽ, cuius uiam tenẽs, uinces quemadmodum & omnes ſancti, cum quibus ſperas corona incorrupta coronari. Sed ſi fides eſt parua aut informis, maximè quotidie bella tibi imminent, non ſolùm ea quæ ab extrinſeco per ſenſus tuos ſeſe ingerunt, tanquàm pulchra, grata, delectabilia, placita: ſed & caro ipſa quam circumfers, contra ſpiritum acerrimè militat, & ſæpiſsimè ſuccumbis: & beſtialem formam induis, quia non habes ſcutum fidei, ut iacula & illecebras uitæ animalis repellas. Chriſtianus ſic currere debet, cum certa et firma ſpe: nam ſi fluctuat, tunc de fine non eſt quicquàm certi. Nihil hæſitans confiſus de Ieſu, id reperiet in re, quod confidebat in ſpe: nam ſpes non confundit. Qui Deo ſeruit non ex pacto, ſed confiſus de gratia eius: ille uti fidelis & prudens, reportabit à gratioſiſsimo Domino remunerationem,

tionem, non minorem quàm tantæ fidelitati, per largiſsimum & glorioſiſsimũ Dominum debitam.

Licet ſpiritus ſub figura plus lateret, quàm nunc ſub ſacramentis, quia figurabant hæc ſacramenta, & quia ſub illis figuratis ſacramentis, continetur ſpiritualis gratia ſpiritum hominis attingens, lauans, & reficiens: tamen ſpiritualitas illa, eſt una, modò, & tunc. Et quia tunc non omnes propterea fuerunt in gratia gratũ faciente, nec in terrã promiſsionis quæ figurabat fœlicitatem peruenerunt, ſed in deſerto proſtrati ſunt: ita & modò multi in curſu deficiunt, & ad coronam ſeu fœlicitatem non perueniunt. Quæ autem fuerit cauſa quòd proſtrati fuerunt eſt, quia à Deo receſſerunt, & fidem ei promiſsam irritam fecerunt, uti ipſe particulariter exprimit.

Sicut anima motor corporis: ita Deus animæ. Qui abeſt, quando eſt per peccatum ſeparatus, & ipſe eſt iuſtitia, quæ eſt ab iniuſto ſeparata.

Ex ſermone: Ite & uos in uineam meam. *Denarius.*

HOmo exterior in pane corporali, interior in uerbo Dei, ſcilicet pane ſpirituali. Denarius eſt complicatio numeri, ponderis, & menſuræ: nam ualor eius, omnia numerabilia, ponderabilia, & menſurabilia, in ſe habet uirtualiter. Et Deus qui in numero, pondere, & menſura omnia creat: per ipſum denariũ, ſcilicet uerbum & imaginem ſuam omnia creat, cuius denarij ueritas, cognoſcitur ex imagine regis. Chriſtus qui uerbum Dei, eſt imago patris regis omnium. In hoc ſcimus quòd eſt uerus denarius, & uiuus: quia geſtat ueram & uiuam imaginem, ſicut filius patris. Et ualet hic denarius totam patris hæreditatem, imò eſt ipſa hæreditas. Dat denarius ille ſeipſum ſuis fidelibus, quia ipſe eſt merces magna fidelitatis omnium fidelium, Sicut enim uerbum Dei aiebat ad fidelium patrem Abrahã: ero merces tua magna. Emit fidelis per hũc denarium, à Deo patre regnum. Chriſtus eſt mediator ſeu medium commutationis. Vide quid conſequitur, habens iſtum denarium ad offerendum. Certè fontem uitæ, quæ eſt omnis poſſeſsio creatoris. Inuitat Propheta omnes ſitientes ad aquas, ſcilicet illas fontis uitæ, ut ueniant, & emant uinum & lac, ſcilicet omne quod appetitur per ſitientem. Si emi debet, oportet quòd iuſto pretio ematur: nec eſt pretium aliud iuſtum, quàm ille denarius.

Verbum unum per filium hominis hominibus diſtribuitur. Erit igitur una omnium uita, qui uerbum unum quod eſt & uita, recipiunt. Fateor omnes recipere eãdem uitam, ſicut recipiunt plures eandem artem ſeu ſcientiam. Dicimus enim quãdo narratur aliquem ſcire artem aliquam, quomodo alius eandem etiam ſciat, licet fortè minus perfectè: & ita una ars eſt in pluribus, ſed uariè. Pari modo una uiuificans ſapientia in pluribus, ſed diuerſo modo, ſecũdum uariam eius receptionem. Ratio quòd nouiſsimi aſſequuti ſunt tantam gratiam ex paruo labore eſt, quia fides per dilectionem operatur. Ipſi fideles & confidentes de bonitate gratiæ largitoris, hoc quod paruo tempore fecerant, cum magna dilectione fecerunt. Ideò hæc intenſitas caloris charitatis, ponderoſior fuit extenſitate aliorum: ſicut aurum plus ponderat quàm cuprum, & modicum auri plus quàm multum palearum. Nam qui laborauerunt propter conſtitutam mercedem aut promiſsionem: non ex dilectione ad dominum laborauerunt, in illa finem ponentes: fideles autẽ uſq; ad mortem omnia propter Dominũ agũt, q ẽ ipſa bonitas, & charitas, â q̃ recipiũt talẽ mercedẽ, quã diligẽtes charitatẽ recipiũt, q̃ nõ ẽ niſi charitas. Qui. n. charitatẽ diligit, ille nullã aliã remunerationẽ expectat: nã ī dilectione, charitas ẽ remuneratio, & diligẽs ẽ fidelis ei, ſcilicet charitati, cui ſeruit, & oĩa q̃ operaẽ, per dilectionẽ operatur. Cur ait: uolo autem illi nouiſsimo dare ſicut & tibi. Ideò quia ipſe dare poteſt uni quod ſuum eſt ex iuſtitia, & alteri quod uoluerit en dilectione. Diligentibus charitas dat ſeipſam, quia uult diligi, & nihil aliud: ideò ſe dat diligentibus. Cur ait: ſic erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi? Dico exaltatio coincidit cum humilitate, ut in Chriſto, ideò fuit ſuper omnes exaltatus. In humilitate exaltatio, in morte reſurrectio. Et hoc ſic erit, quia charitas præcurrit, & recipit brauium: licet multi priùs receperint curſum, ipſa tamen *Diſtributio denarij.*

http://www.obrascatolicas.com

men motum fidelem uiuum & perſeuerantem habet, qui non fatigatur, ſed continuè augetur.

Sicut non apparet in accenſis carbonibus niſi ignis, & in coloratis pannis non niſi color: ita & in ſanctis, non niſi Deus.

Plus amans, plus habebit. Ibi erit circulatio, ex amore guſtabit, & ex guſtu plus in amore feruebit.

Ex ſermone: Sufficit tibi gratia mea.

Auditio. Viſio. PAulus ſe dicit audiuiſſe arcana uerba. Oportet quòd uidere & audire coincidant: qui enim legit librum aliquem, audit loquẽtem magiſtrum libri, & non per corporalem auditum, ſed intra, ubi tantum audit quantùm uidet. Quantùm enim uiſione interiori uidet, ſcilicet cum intellectu: tantùm audit. Raptus igitur uſq; ad uerbum ſcribentis ſeu conceptum, per ſenſibilem literam atq; humanam ſcientiam, ſcilicet cognitionem uocabulorum & ratiocinationem, ſiue Logicam: ad intentionem magiſtri aſcendit, & ſumitur conceptus ſeu uerbum, intra uerbum ſeu conceptum legentis, & cum illo deſcendit ad intelligendum librum, & per librum iterum aſcendit lector ad uerbum, & uidet ſapientiam eius. Sic uerbum eſt ſapientia patris creatoris, quæ facit intellectualem naturam, quæ capit ipſum ſibi conformem. In raptu, uidit in Paradiſo delitiarum ſpiritus, uerbum Dei Paulus: & uidendo audiuit arcana uerba, ſcilicet quomodo ſapientia arcana uerba loquatur, per quæ influit ſeipſam in intellectum, in quo manet ut lux uitæ eius. Qui enim ſic raptus recipit in ſe uerbum, per quod creator hunc librum, ſcilicet librum creationis deſcripſit: ille omnia quæ in libro continentur, mediante uerbo illo quod eſt ratio rerum, intelligit, & intra ſe ubi uerbum concepit, omnia compræhendit. Et hic ſiue aſcendat, ſiue deſcendat, ſiue intret, ſiue exeat: ex quo habet uerbum, ſeu oſtium, ſiue uiam, pascua Paradiſi reperiet, quæ ſunt pabulum immortalis uitæ.

Raptus Pauli. Auguſtinus dicit: Paulum raptum de corporalibus ad ſpiritualia, quæ ſunt ſimilitudines corporalium, ſicut imaginatio ſe habet ad ſenſum abſente ſenſibili, & de tali ſpirituali ad intellectualem, uerè Paradiſum delitiarum omnium paradiſorum, ſcilicet uiſionem trinitatis. Si enim animę bonæ, lætitia in rebus bonis eſt in omni creatura: quod eſt lætitia illa præſtantiùs, quæ in uerbo Dei eſt, per quod facta ſunt omnia? Licet autem Paulus dicat, ſe neſcire an tũc in corpore, an extra corpus fuerit: tamen per hoc magna nobis ſecreta manifeſtat. Nam noſtra intellectualis natura, quæ dicitur interior homo, eſt capax lucis, ſeu uerbi Dei intellectualis, uerbum enim Dei, eſt ſpiritus. Et non auditur, niſi in ſpiritu intellectuali, & loquitur intrinſecus, ſiue ab intra: non enim uenit ab extrinſeco, uti uox ſenſibilis, quæ ex attracto aẽre formatur. Ideò quando homo interior rapitur ad uerbum Dei, tunc recedit de exteriori ſenſibili mundo Et hæc ſeparatio, uidetur receſſus à corpore, & omni corporali. Et tamen quum non exeat propterea anima corpus quod animat: non uidetur receſſus à corpore. Ita raptus ad uiſionem uerbi Dei, non apparet quaſi ſeparatio, quia ibi extra & intra coincidunt, quia ibi recedere eſt intrare. Verbum enim Dei, eſt λόγος ſeu ratio abſoluta, quæ dat omni intellectui eſſe intellectuale, ſic eſt centrum intellectualis eſſe. Ita rapi ad uerbum, eſt recedendo intrare: ſicut ubi de circumferentia pergitur ad centrum, de compoſito ad ſimplex, de corpore ad ſpiritum. Sed hoc in coincidentia fit, ita quòd recedere eſt intrare ſiue accedere, & extra eſt & intra. Quomodo autem hoc ſit quòd extra coincidat cum intra, hoc ille ſolus ſcit ſcilicet Deus, qui ſic eſt extra omnia quòd eſt intra omnia. Ideò Apoſtolus hoc ſe neſcire dicit, ſed Deum ſcire affirmat. Interior homo qui ſpiritualis eſt, habet nomẽ ut exterior. Paulus fuit raptus in tertium cœlum, licet eſſet idem Paulus in Damaſco: nam ſecundùm animalem exteriorem hominem, ſecundùm quem fuit in tempore & loco: ſecundum uerò interiorem, fuit raptus ad uerbum Dei, quod non alligatur loco aut tempori, quæ ſunt poſt ipſum & per ipſum. Dicit ſe audiſſe arcana uerba, quæ non licet homini loqui, homini dicit qui in tempore eſt, quia aures illæ corruptibiles, incorruptibilia Dei arcana non

non caperent. Non eſt igitur licitum animali homini, loqui & aperire arcana ſpiritus Dei. Loquitur hic ſpiritus ille qui eſt uerbum Dei in ſpiritu hominis, in quo ſpiritu eſt uerbum receptum. Et hoc loqui eſt in ſilentio & ſecreto, quia arcana uerba ſunt, id eſt occulta. Loqui in occulto, eſt reuelare in ſpiritu: ſicut uulgariter dicitur, conſcientia dicit mihi hoc. Tunc reuelantur conſcientiæ arcana, quia conſcientia dicit Deum eſſe amandum, quia Deus eſt ipſa bonitas, quæ in omnibus quæ amantur, amatur. Hanc rationem amandi Deum, reuelat uerbum ſeu λόγος, exiſtens in ſpiritu deſiderij. Et hoc eſt uerbum quod loquitur in conſcientia: nam eſt ratio, quæ optima perſuadet, uirtutes ſcilicet. Ideò nomen damus huic uerbo ſic in nobis loquenti, ſecundum quod audimus ipſum: nam ſi perſuadet iuſtitiam colendam, dicimus uerbum iuſtitiam: ſi pietatem, pietatem, & ſic de omnibus uirtutib. Vnde uerbum illud uirtutẽ uirtutum, ſapientiam ſanctorum ſapientũ, et immortalem uitam omniũ immortaliter uiuentium, & quæq; talia eſſe dicimus. Deinde hoc loqui uerbi, quod fit in occulto ſpiritus noſtri, ubi conſcientia eſt auditorium, uidendo auditur. Dicimus uulgariter quando uolumus fraternè corripere aliquem errantem, ut reſpiciat conſcientiam ſuam, quæ redarguit peccantem. Hoc reſpicere, eſt audire redarguitatem. Quãdo igitur interior homo rapitur uſq; ad uerbum Dei, ſcilicet ad auditorium, ubi auditur uerbum arcana uerba proferre, in ſecreto ſcilicet cõſcientiæ: tunc uidendo audit illa, quæ non licet loqui. Ait Propheta: ſecretum meum mihi. Nam loquitur omni rationi, ipſa abſoluta ratio ſecretè & in occulto quaſi proprium uerbum, ad quemlibet ſpiritũ rationalẽ, ex ſecretis Dei miſſum. Et in hac ſchola Chriſti qui eſt uerbũ Dei, quiſq; uiuam & ſibi conuenientem ſtudere & capere poteſt Euangelicam doctrinam, præſtantem immortalitatem. *Conſcientia.*

Ait Paulus. Dũ infirmor, fortior ſum. Virtus eſt fortitudo, & robur. Coincidit igitur in infirmitate, fortitudo. *Fortitudo.*

Propter profectum tentati, permittur ad tempus tentatio, ſed adeſt opportuno tẽpore adiutor, qui inuocatus eripit tribulatum: & non tantum eripit ſed glorificat eum, quaſi tentatus uicerit. In quo uirtus Chriſti uicit, dat præmiũ uictoriæ ei, in quo ipſe uicit, nam ille in quo uincit, eſt fidelis eius: ideò inhabitat eum per gratiam, gratiæ Domini manſio, eſt fidelitas ſeruitoris. Aſcribit Dominus uictoriam fidelitati ſerui, quam uirtute & potentia ſua facit. Et ideò fidelitas aſſequitur præmium, quia ipſa eſt quæ attrahit gratiam fortificantem Ait Chriſtus: ſufficit tibi Paule gratia mea, nam natura non ſufficit. Sola gratia eſt ſufficientia: illa quod deeſt continet. Deeſt ſeruitori alicuius regis nobilitas generis, fortitudo uirium, prudentia in agendis, & plura alia ei deſunt, quæ in regio miniſtro requiruntur: ſed ob fidelitatem eſt in gratia regis. Sufficit regis gratia, quæ omnia ſupplet, facit eum nobilem, fortem, & prudentem in oculis regis, & hoc ſufficit ei, ſcilicet eſſe in oculis regis, per gratiam ſine defectu. Gratia facit hominem dignum, ut ſit filius adoptiuus Dei, ut ſit ſupremè fœlix tanquàm hæres regni Dei. Gratia Dei eſt forma perficiens infirmam naturam. Plenitudo gratiæ proficientis ad communicandum omnibus, eſt Chriſtus, de cuius plenitudine omnes recipiunt, & perficiuntur. Sicut ergo Paulo, ita omnibus hæc gratia ſufficit, quæ eſt abſoluta gratia: ſine qua nemo Deo gratus eſſe poteſt, & per quam omnes grati Deo gratificantur, ut in uero Dei filio, cuius filiatio omnem gratiam complicat. Simus igitur fideles cum Paulo, & oſtendamus fidelitatem in omni aduerſitate uſq; ad mortem quemadmodum ipſe, & ſufficientem gratiam habebimus, per quam ei ſimiles erimus, in gloria Dei patris ſemper benedicti. *Tentatio.* *Gratia.*

Ex ſermone. Ecce aſcendimus Hieroſolymam.

DEus aliqua per ſe facit, ut eſt creare, iuſtificare, id eſt ſanare, & indicare: quia uult amari, deſiderari, & timeri. Amari, quia dator eſſe: deſiderari, ut medicus animæ: timeri, ut iudex. Alia per medium, quia conueniens eſt propter ordinem, quod una creatura dependeat ab alia: ſicut Deus per ſpiritualem creaturam, regit corporalem. Huius exemplum in nobis experimur, nam anima per

http://www.obrascatolicas.com

se scilicet, essentiam uiuificat et informat corpus. Sed mouere organa, potentijs communicat: puta mouet oculum ad uidendum, per potentiam uisiuam, & pedes ad ambulandum, per potentiam progressiuam. Sic Papa per se facit aliqua, quæ sibi reseruat, aliqua per legatos, ut seruetur ordo dependentiæ, & ob connexionem diuersorum & communicationem. Sic Christus ut caput Ecclesiæ, in partem sollicitudinis assumpsit duodecim Apostolos, & per illos uisitauit mundum, quibus secreta aperuit. Iesus presciuit omnia, quia scientiam Dei habuit. Deus autem ex quo sic est in
Scire Dei. uniuerso, sicut anima in corpore, & anima sensitiua omnia sentit, etiã si capillus eradicetur. Ideò Deus qui purissimus intellectus est, omnia scit quæ in uniuerso sunt, cum in ipso sint: omnia igitur aperta sunt oculis eius. Videre autem Dei, est esse, cum quo coincidit uiuere & intelligere. Omnia igitur quæ aut sunt, aut uiuunt, aut intelligunt, in ipso uidere Dei sunt: sicut membra uiuentia in ipso uiuere animalis. Si albedo esset intellectus, nónne omnia alba uideret, seu intelligeret, quæ ab ipsa habent esse album, & in ipsa sunt? sic essentia absoluta quæ est intellectus, cum sit forma formarum, dans omnibus formis esse: hoc quod dat per intellectum, etiã intelligit, nam intelligere essentiæ absolutæ, est dare esse. Creator enim est quasi uisus, qui uidendo creat. Vidit igitur omnia, quia eius uidere, est esse creaturæ. Cognoscit Deus uti artifex rerum omnium, ipsarum species & formas: sicut scriptor literas ab eo formatas, quarum ipse est causa. Deus est uita rationum omnium quæ sunt, quia rationes omnium quæ sunt, uiuunt in Deo, nam perfectiones effectuum, sunt in causa nobiliori modo. Sicut à Deo procedit sentire, uiuere, intelligere, ratiocinari, & intelligere, quæ sunt perfectiones creaturarũ: ita omne intelligere angeli, aut hominis, sentire ac esse creaturę, in eo est perfectissimè. Cognoscit igitur Deus omnia, quę angeli aut homines cognoscunt aut cognoscere possunt perfectiori modo. Ipse operat omnia in omnibus, et ideò non solùm generaliter sed et particulariter scit singula, quia aliter non esset eius cognitio perfecta. Vnde in cognitione Dei, à qua omnis cognitio generalis & specialis procedit, complicantur omnes modi cognoscendi. Vnde necessariò Deus uniuersaliter omnia, simul & singulariter singula cognoscit. Omnes em perfectiones cognoscendi, sunt in Deo unitæ, sicut in homine diuisi sunt sensus particulares, qui in sensu communi uniuntur: ut si sensus communis per se sine organo, attingeret omnia sensibilia particularium sensuum unico actu, tunc simul tangeret, uideret, audiret, & gustaret omnia. Sic Deus simplici intuitione, omnia intuetur. Deus omnia futura nobis, in puncto æternitatis uidet, complicantur enim omnia temporalia in illo: sicut in simplici uirtute unitatis omnis numerus: pũctus æternitatis quasi semen, sua uirtute omne tempus complicans. Vnde qui uirtutem eius intuetur, in ipso omnia & singula temporaliter explicari possunt, uidet: sicut qui uirtutem grani sinapis intuetur, in ea omnia ex grano temporaliter explicabilia intuetur. De hoc in
Liber de Iconę siue de uisione Dei. libro Iconæ uisionis Dei, satis reperitur. Dicentes Deum cognoscere bona, quia bonus à quo omnia bona, admittitur: sed cum malum nihil sit, meliùs sit non scire ipsum, quàm scire. Videtur igitur quòd Deus non sciat mala. Nam quòd Christus præscíuit acerbitatem mortis, fecit eum tristem usque ad mortem, uidetur autem meliùs fuisse quòd non sciuisset. Dico Deũ gloriosum cognoscere bona & mala (quia aliàs perfectè non cognosceret) sicut oculus cognoscit lumen & tenebras. Nam perfectè lucem non cognosceret, nisi etiam tenebras cognosceret: pictor cognoscit suam picturam, & si aliquis ipsam fœdaret cum turpi colore, ipse etiam cognosceret. Deus manu potentiæ pinxit omnes creaturas, & similitudinem suam, tanquàm pulcherrimos colores, omnibus impressit. Diabolus autem deturpat, hoc Deus cognoscit, sicut cognouit quòd post semen bonum, inimicus homo superseminauit zyzaniam: sic peccatum & malum, licet secundum rem non sit aliquid, cognoscitur tamen. Cognoscit autem Deus futura mala: dico futura, quoad nos, nam cognitio eius quæ est supra tempus, nec est præterita nec futura. Videmus quòd peritus Medicus & Astrologus prognosticationes faciant de morte, & eclipsibus in rationibus certis, futura præuidendo: quomodo illa Deo possent esse abscondita, apud quem est ratio rerum omnium

omnium? Posset autem alicui suggeri, Deum creasse hominem infirmum, ut ob hunc defectum, quasi medicus desideretur. Dico, Deum non creasse defectum seu infirmitatem: sed si sic cõtingeret ex libertate hominis, ne propterea super langueret homo, sua culpa infirmus, sibi medelam reseruasse. Sicut pater filio prodigo dedit partẽ suam, et quia illam sine patre potuit consumere, & egere, ideò pater reseruauit sibi, unde denuò reuertenti filio succurreret. Filius pauper & famelicus desiderauit reficí, nec sciuit ubi, nisi in domo patris: rediit, & cum gaudio receptus est. Præsciuit autẽ omnia Christus, ut passio eius & mors fieret sic consummata, quod omnem in se mortis acerbitatem intensè cõplicaret, & consequenter meritum eius esset consummatum, & satisfactorium pro omnibus. Nam remuneratio acerbitatis mortis, est uita: sed cõ *Præscientia mortis Christi.*
summata acerbitas fuit in morte Christi, qui uidit mortis acerbitatem super ipsum uẽturam, modo quo erat uentura, quam nemo prœuidere potest. Et ideò cõplicat omnẽ omnium morientium pœnam. Quare & præmium, pro omnibus quibus meritum cõmunicatur. Nota mysterium: quod ideò saluator fuit necessario Deus & homo. Deus: ut nihil futuri ipsum lateret, quoad passionem terribilissimæ mortis: homo ut mori posset. Et sic mors Christi esset sufficiens meritum uitæ, omnibus qui per mortem suam uitam æternam à Deo mereri possent. Quæstio igitur an Deus alia uia potuit saluare hominem: potest sic resolui. Vita æterna quæ ex merito haberi debet ut nihil ad *Mors Christi meritum.*
fœlicitatem attinens sibi desit, cum iucundius possideatur quòd ex merito tanquàm debitum acquiritur: non potuit nisi uti Deus ordinauit haberi. Et quia sic ordinauit quod Christus moreretur: ideó oportebat ipsam mori, & sic intrare in gloriam: uti ipsemet discipulos ante mortem & in die resurrectionis in itinere ad Emaus, instruxit. Nam tali modo factus est ipse iustificatio nostra, ut communicatio meriti per gratiã sit iustitia nostra. Et dicere possumus ad patrem nostrum Deum: ut det nobis regnũ uitæ, per meritum Christi nostri, nobis debitum tanquàm nostrum. Et istud arbitror supremum crucis seu mortis mysterium. Nam credo Christum ex merito habere regnum: & illi quibus ex gratia communicat meritum, ex gratia communionis similiter, & ex merito passionis Christi. In omni igitur saluando, concurrit gratia cum iustitia. Sicut cum Papa confert alicui beneficium: hoc quidem facit de plenitudine gratię, quia potest illi conferre, aut non. Sed cui confert, habet beneficium iusto titulo. Vnde tamen notabis: quod mors Christi sola potuit mereri uitam æternam, quia cõsummata mors meretur uitam immortalem. Alij omnes martyres non merentur ex sua morte uitam æternam, quia omnis alia mors cuiuscunq; est citra maximam, & in infinitum distat à morte consummata, quæ solum est meritoria maximæ uitæ, scilicet æternæ. Sed mors martyrum testificatur eos Christiformes, & in gratia gratos facientes existentes: & ideò merito mortis Christi, eis gratiæ communicato, iustificatos & *Mors pro inimicis.*
sanctificatos. Adhuc diceres ex quo mors Christi clarifcat omnia: quomodo ipsa ostendit Iesum filium hominis, esse filium Dei? Dico ut quidam solennissimus antiquus doctor expositor epistolarum Pauli me instruxit, cuius nomen adhuc inuenire non potui: quòd tunc mors Christi ostendit ipsum filium Dei, nã mortuus est pro inimicis: & ut in nobis firmaret testimonio sanguinis uerba uitæ: Et quia Deus est ipsa bonitas absoluta, tunc ille qui est adeo bonus quòd moritur pro salute inimicorum cum melior dari nequeat: rectè ille dicitur filius bonitatis, quæ Deus est. Ait ipse Christus: quòd maiorem charitatem nemo habet quàm ille qui animam suam ponit pro amicis. Ideo qui pro inimicis: excedit omnes, ita quòd maior esse nequit: quæ autem maior esse nequit est simpliciter maxima: & ideò diuina. Sic opera ex charite maxima prodeuntia, ostendunt quis sit spritus Christi: quia diuinus. Christiani igitur spiritus, cum sit spiritus Christi: non reddit malum pro malo, sed bonum pro malo, dilectionem pro odio. Recte redarguit Christus discipulos: qui igne uolebant iniuriam uindicare, dicens: nescitis cuius spiritus estis. Et sic mente teneas mortem Christi pro inimicis, esse testimonium, Christum esse filium Dei.

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone: Hæc omnia tibi dabo.

Ignorãtia sui. HAbet anima hominis, Dei imaginem: quę uti est anima hominis ex Adam, stat sub suis naturalibus specificis perfectionibns, & motibus: & nõ potest perficere seipsam per omnem discursum logicum id est rationalem à logo: quia omnis humana scientia non potest ad hoc pertingere, ut intelligat seu uideat exemplar unde intellectus emanauit. Nam ipsum intelligere suiipsius principium, est sibi impossibile post exilium de paradiso. Et non est inconueniens, hoc dici originale peccatum, scilicet ignorantiam originis. In paradiso autẽ ubi Deus ambulando in clara luce, sed post meridiem siue ultimitatem in descensu solis uidebatur per hominem: potuisset uita cognitionis patris semper uiuificantis haberi æternaliter, ut Moyses sub simplici descriptione pandit. Sed nõ extra, post eiectionem. Sicut si infans post natiuitatem, ejiceretur de regione natiuitatis ad terram nõ inhabitatam hominibus: non posset ex seipso unquàm sui ortus originem per omnẽ uitæ discursum intelligere, quia eius cõuersatio esset cum bestijs alterius scilicet speciei: imò seipsum nõ posset cognoscere cuius speciei esset, sine reuelatione. Sic intellectus qui est Dei imago, in hoc sensibili mũdo ab ortu suo extra paradisum Dei positus: quia per sensus cum brutis conuersatur, nunquàm potest suiipsius patrem seu exemplar unde processit attingere, ideo nec seipsum cognoscere, nisi ei reueletur. Intellectus autem qui seipsum non cognoscit, ille est sine uita intellectuali. Nam intelligere intellectus, est eius uiuere. Vnde si debet ipse intellectus pertingere ad uitam, ut scilicet se intelligat & uiuat uita intellectuali: opus est ut ei reueletur ortus eius. Sed quis enim potest reuelare ortum: nisi ille qui cognoscit patrem seu intellectum illum, qui est creator & est exemplar creationis eius, scilicet filius seu uerbũ patris. Nam nemo cognoscit patrem, ut patrẽ qui paternitas: nisi filius ut filius qui filiatio. Patet igitur quòd intellectui ut imagini Dei, non potest reuelatio fieri ueritatis, nisi per exemplar scilicet uerbum illud per quod creatus est intellectus. Sed si debet intellectui creato reuelatio fieri: oportet quòd ipse intellectus sit capax fidei, scilicet q̃ possit credere: nisi enim credere posset reuelanti, quomodo ei reuelaret? Vnde posse credere, est in intellectu: per quam liberã potentiam potest credere reuelanti, & proficere. Et si tunc reuelans est uerbum Dei, & ei credit: tunc non dubiũ, per fidem potest attingere uitam scilicet uisionem patris, quę uisio fœlicitat, ut præmittitur. Nihil igitur remansit in natura intellectuali humana de paradiso eiecta, nisi posse credere. Per quam uim illuminari seu regenerari potest in spem uiuam. Vnde regeneratur in baptismate: recepto uerbo Dei, scilicet Christo. Per fidem in se habet semen diuinæ scientiæ, siue docibilitatem: ita quòd proficere potest per uirtutem uerbi, usq; ad appræhensionem fœlicitatis. Ignorantia in intellectu ex origine est mors: quia scire originem est uita. Scire igitur illud, est intelligere & uidere, & uita æterna, ut Christus docebat: hæc est uita æterna, uidere patrem & filium. Appræhenso igitur semine uerbi, maxima cura est adhibenda, ut semen seu uerbum per uolucres cœli scilicet spiritum Sathanæ non tollatur, sed solidetur ad fructificandum. Solidatur enim per seSemen. parationem à mundi concupiscentia: scilicet mundum deserendo, seu mystice desertum intrando.

Christianus agitatur ut ueterem uitã cui abrenunciauit deserat, & faciat nouo interiori homini ueterem obedientem & subiectum. Nam in ueteri homine exterior dominabatur scilicet sensibilis qui est mortalis; et interior pdidit uires. In nouo uero Christiformi, oportet conuersionẽ fieri: scilicet quòd interior recuperatis uiribus per fidem, & confidentiam uerbi Dei, dominetur exteriori. Vnde domari brutalem feritatem: primo necesse est, ut mansuescat: & hoc fit per abstinentiam, et uigilias: uti accipiter domatur. Deinde rapacitas domatur per opera misericordię, et ita de singulis aljjs malis conditionibus bestialis uitæ: quæ arte morali amouentur, ipsis per consuetudinem continuatam in cõtrarium mutatis, ut iam nulla rebellio in exteriori homine maneat. Tunc pacatis perturbationibus quæ non sinebant interiorem in pace cõtemplari: natura intellectualis absolutior facta à priori auersione, & libertati suę restituta, accedit tentator.

Sicut

Sicut enim leo: inter leones uellet dominari. & ideò si qs diceret leoni habẽti rationalẽ spritum, quomodo ipsum leonũ regem constituret, si ei obedeiret, & leo hoc nõ curaret: signum esset leonem illum, habere sub figura leonina alium spiritum alterius regionis, seu speciei scilicet humanæ. Expertus est sic Sathan Christum esse filium Dei, & non de hoc mundo. Tentator.

Sicuti in scholis aspirantes ad magisterium se parant per diligens studiũ, ut in tentatione non uincãtur sophisticis argumẽtis, sed reperiantur ualentes & armati: ita & in militia Christiana timere semper debemus, ne non solũ nos tẽtemur, sed etiam ne nos Deũ tẽtemus. Nam tẽtat Sathã: ut ducamur ad tentandũ Deũ. Ideò purgationes uulgares sunt prohibitæ in quib. Deus tentatur: qa illas persuasit Sathan quasi pro ueritate in reb. dubijs inuenienda, exorcismis præcedentib. in quib. etiã eidẽ diabolo maledicitur & Deus inuocatur: ut tali subtilitate introduceret modũ, quomodo Christiani Deũ tentarẽt, & deciperẽtur. Non in ea re quã quærebãt ubi ueritatem experirentur, sed in suis animab quæ Deũ irritabant per tentationẽ. Et forte illa potest dici periculosa tentatio, de qua in oratione dominica dicit. Nam Deus qui est intẽtator, nos uidetur inducere in illam, quia per orationes, & sacrificia quæ offerimus ei: ut ostẽdat nobis per aquã frigidã adulterã cũ eam arserit. Aut innocentiã per ferrũ candens, qđ nõ urit portantẽ. Et pduellũ, ubi nõ fortior sed iustior uincit, & huiusmodi & experimur sic euenire in re, et tũc indicamus nos à Deo exauditos quẽ offendimus ipsum tẽtãdo. Sic dicũt plærique: uidi effectũ, audiui uerba bona & sancta: cur non facerẽ? Si Deus tentatur, noli facere. Tunc tẽtatur quãdo uis per hoc experiri an propter uerba illa etiã bona & irrepræhensibilia talis sequatur effectus. Non debet Deus tẽtari ut experiaris eius uirtutẽ, aut sapiẽtiã, aut ueritatẽ: uti uulgariter dicimus. Volumus experiri Oratio. an hoc sit uerũ: qđ nõ licet. Sed orãdus est Deus, ut necessitati succurrat etiã miraculosẽ, ubi natura deficit, & ad humana subsidia nõ potest recursus haberi. Semper tamen addendo uti Christus in monte Oliueti, fiat uoluntas tua: & pro gratia recipi siue non. Et scias quod Deus non debet per tẽtationẽ sed per orationẽ cogi. Et hæc uidetur quædam oppositorum coincidentia: scilicet quod oratio fit coactio. Cogitur Deus importuna instantia orãtis, sicut importuna mulier uindictã à iudice impetrauit. Quantũ ualeat assiduitas orationis uiri fidelis Christus per ipsam mulierẽ, Iacob. Apostolus nos exemplo Heliæ docuit.

Sicut autẽ nemo efficitur Christi fidelis, nisi qui renũciat diabolo: sic diabolus ma- Maleficium. lũ Christianum nõ æstimat sibi fidelẽ, nisi ueniat contra fidem Christo datam. Necesse est igitur qđ omnis maleficus: per manifesta aut occulta pacta abnegato Deo, se diabolo alliget. Et de hoc multas habemus experientias. Sed mulieres illas uetulas ex fascinatione notatas: Sciendũ qđ ante Christi aduẽtũ, diabolus princeps tenebrarũ & deceptionũ, habuit uarias suæ deceptionis religiones, uti sub Christo q lux est hodie sunt uariæ religiones & ordines, & remãserũt reliquiæ multarum malarũ sectarũ nondum plenè extirpatæ. Et ob hoc differtur iudicium usq; ad ultimum: quia magicarũ artium seu idololatriæ cæterorũq; uitiorũ inuentores, quasi quædam semina post se dereliquerunt, hoc est homines eorum inuentiones imitãtes qui eos q̃diu mũdus constat imitari non cessant. Ideò ante finem mundi iudicia Dei finiri nõ possunt. Intelligo igitur qđ tales inuẽtores ante tempus cõpletæ eorũ malitiæ iudicarentur, si ante mũdi finẽ iudicarẽtur. Inter illas inuẽtiones diabolicas est deceptio Dianæ, quæ ut in actib. Apostolorũ legitur, habuit in Epheso pretiosissimũ tẽplum: cuius sunt adhuc obseruatores in occulto uiri & mulieres, quæ cũ Diana (ut textus dicit) se putant certis noctib. delitiari: quã quasi fortunã colũt. Et de maleficijs q̃ fiũt per uiros & mulieres ope diaboli uide tractatũ editũ ex relatione Petri iudicis Bornensiũ, & teneas p certo omnes illas sectas ocultas contra fidem Christi esse: & magistellũ (ita ipsi uocãt Sathanã) omnia facere ad eorũ instantiã iuxta pacta. Sed nõ posse nocere, nisi Deus permiserit. Nã expertũ est ipsum magistellũ inuocatũ: ut tẽpestates, aut infirmitates, siue odia, & amores pcurraret &: non potuisse proficere, quãdo pſonę illę fuerũt fideles, & mẽbra Christi uera. In Christum & in eius mẽbra, nihil potest uirtus Sathanæ.

http://www.obrascatolicas.com

Legitur in principio Iob tantùm diabolum in omnibus posse scilicet uẽto, hominibus, pecoribus, tẽpestatibus, morbis, & huiusmodi quantùm Deus permiserit. Ideo certe quia Christus dicit, qui non est mecum, contra me est: tot sunt miseri infideles maximi peccatores à Christo non solum auersi, sed eius pronunciati aduersarij, qui sub protectione Dei non sunt. Et maximè abundant in istis regionibus, ubi colitur Christus non ut saluator animarum, sed dator & conseruator temporalium tãtum, quòd est blasphemia & idololatria: cum regnum eius non sit de hoc mũdo: hinc illę insanæ deceptiones regnant. Scitis ad quem finem communiter colitur Christus, et omnes sancti, & festa, & quæcũq; talia in istis montibus: nónne maxime ut habeantur quæ sunt uitæ huius mundi in frugibus & bestijs. Vbi autem homines credunt ista maleficia effectualiter fieri, ibi reperiũtur plures malefici, nec possunt extirpari igne & gladio. quia quantò diligentius huiusmodi persecutio fit, tantò plus crescit delusio. Nam persecutio arguit quòd diabolus plus timetur quàm Deus, & quòd possit medio malorum mala ingerere: & demum placatur diabolus qui sic timetur, & sic obtinet intentũ. Vnde licet extirpari omnino debeat iuxta diuinas & humanas sanctiones: tamen caute & cum magna prudentia, ne deterius contingat, uti Augustinus ad Bonifacium comitem scribit, rogãs à persecutione Donatistarum cessari. Fit etiam aliquando in persecutione, quòd innocens aliquis odio persequentium maleficos, perimitur: & ita diabolus tot consentientes in necem hortatur. Et ideo infatuatam mulierem aliquã uetulam deludit, & ducit ut quasi malefica capiatur, & trucidetur: & Deus permittit ob peccata ista: & tunc sequuntur maxima mala ob mortem innocentis sanguinis. Ideo cauendum est ualde, ne uolendo malum eijcere, malum accumuletur. Ego examinaui duas exuetulis, & repperi eas semideliras, quæ perfectè symbolum fidei nesciunt. Dicunt dominam abundam de nocte uenisse, & habere currum in quo ducitur, & quòd fit in forma mulierris pulchræ uestitæ, cuius faciem non uiderunt, quia eam occultat: ita quòd facialiter uidere nequit propter quasdam protensiones cuiusdam semicircularis ornamenti ad aures applicati: dicunt eam habere hirsutas manus, quia tetigerit eas ad maxillam, & sentiebãt esse hirsutam: & oportebat eas tunc currum eius præcedere, quando fuerunt tactæ, & promiserunt ei obedientiam, & quòd à Christianismo abstinerẽt. Et sic peruenerũt ad locum ubi reppererunt magnam societatem iubilantium & chorizantium: ubi erant hirsuti homines, qui deuorarunt homines aliquos, & pueros non recte baptizatos: & quòd omnibus quatuor temporibus sic conuenerunt per aliquot annos, sed proximè quando se bene signauerunt cruce non uenerunt. Sensi autem mulieres illas decrepitas & deliras, ob auaritiam deceptas: nam aliqua uota fecerunt illi Dianæ quam fortunam asserũt, dantes ei nomẽ Richella, in lingua sua Italica, quòd sonat forte tantum sicut mater diuitiarum, seu fœlicitas: & ideo eam habere dicunt manum hirsutam, quia communiter hirsuta manu percutitur fœdus, seu concluditur contractus emptionis rei fructiferæ, cũ precatione fœlicis successionis. Et quòd diabolus sic decepit illas auaras uetulas, quibus suggessit in somnis ea quæ ueraciter accidisse putant, ut legitur in uita sancti Germani. Vnde illas ab errore reuocaui, & publicam pœnitentiam facient, & incarcerabuntur, quousque uideamus quid pro aliarum similium correctione fieri expediat.

Ex sermone: Domine adiuua me.

Infirmitas. ANima fidelis infirma esse potest: & quamdiu se cognoscit infirmam, adhuc uiuit in ipsa spiritus cognitionis. Illa accedit ad uerbum uitæ, quod in sacra scriptura est absco̅ditum, & recipit ipsum tanquàm medicinam salutarem, à medico seu curatore, qui uices gerit Christi. Tunc receptum uerbum ueritatis liberat animam: sicut uerbum ueritatis magistri liberat infirmum intellectum ab ignorantia, quæ ipsum obfuscat, & in tenebris incarcerat. Vnde sicut herba non curat infirmitatem corporalem, nisi per inuisibilem uirturem quæ sub uisibili colore & figura latet: sic scriptum non liberat animam infirmam per corticẽ, aut uisibiles literas seu figuras, sed per uirtutẽ inuisibilem, quæ latet sub litera, quam intellectus uidet

uidẽt mediãte fide Christi. Sicut medicus uidet uirtutẽ herbę mediãte fide Hippocratis: credit tamẽ Hippocrati, qui illi uirtutẽ eius reuelauit. Et hæc uidetur differẽtia inter Euangeliũ, & cæteras scripturas sacras: quoniã omnes nitũtur uirtutẽ sapiẽtię, seu uerbi Dei reuelare, sed in Euagelio uerbũ Dei seipsum reuelat. Quãdo in libro medicinæ fit mẽtio quomodo ipsa curat, & tibi præstentaẽ cõfectio, tu credis qđ uirtus q̃ sub uisibili cõfectione inuisibiliter latet, sit illa quę curat. Sic etiã intellige de Christo. Nã cũ sacra scriptura quæ de animæ medicina loquitur, dicit Christũ esse animæ medicinã, non intelliges nisi de uirtute quæ sub uisibili corpore latet: nã medela inuisibilis animæ & incorruptibilis, est naturæ incorporalis & æternę. Et est uirtus illa diuina Christi, animas liberans ab ignorãtia seu cæcitate: ut quãdo fecit de idiotis Euãgelistas, & incuruatas animas rectificãs et iustificãs, & phreneticas mãsuefaciẽs. Volumus nũc post textũ etiã euãgelij, & Epistolæ, Christũ altius euãgelizare. Anima eñ Christiani q̃ in peccato mortali detineẽ, similis ẽ pictæ, iconę seu statuę Christi. Nã illa statua habet nomẽ Christi, sed oculos habet & nõ uidet, et aures et nõ audit, & pedes & nõ ambulat: ita aĩa in peccatis mortalib. omnib. suis priuatur sensib. Caret uisu, quia Deũ uidere nõ potest, quẽ in se purũ cor habẽtes contẽplari solẽt, ut scriptũ est: beati mũdo corde quoniã ipsi Deũ uidebũt. Nõ audit, quia uerbũ Dei audire cõtemnit. Olfactũ nõ habet, quia bonũ odorẽ Christi negligit. Gustu priuatur, dulcedinẽ uerbi gustare recusans. Tactu caret, quia de uerbo uitæ tẽtare nõ uult. Redẽptor noster in mũdum uenięs tale genus humanũ inuenit hoc est in peccatis mortuũ: & per omnes sensus simulacris insensibilib. cõparatũ. Illi igitur qui nomine nõ spiritu sunt Christiani qui Deũ nõ colunt in spiritu & ueritate, recte statuis Christi assimilãtur: quæ exteriq̃ quandã gestant imaginẽ figuræ corporalis Christi, sed carent uita & spiritu, interiori scilicet homine, secundũ quẽ esse debemus Christiani. Ille enim interior homo q̃ non antiquaẽ, sed semper manet supra tẽpus in omni ætate exterioris hominis, potest esse similis Christo: nõ præcisa similitudine quæ attingi nequit, at quadã sequela quæ in quolibet est alia: sicut humanitatis incorruptibilẽ speciem omnes homines participãt, licet unus aliter q̃ alius. Quare hæc trãsformatio per quã homo in spiritu, seu interiori homine trãsformaẽ, semp q̃diu homo ẽ homo, cęteris parib. fieri potest. Sicut eñ dominus q̃ filius Dei, formã serui induit, ita serui q̃ filij Adæ, formã domini in baptismate induũt ubi loti Chrismate ungũtur, ut sint Christiformes. Sed nõ oẽs seruãt formã illam in spiritu: quia nomine manẽte, spiritu insensibiles, carne autẽ uiuentes apparent. Et hoc ideò, quia nesciunt ea quæ sunt spiritus Dei, secundũ quẽ deberẽt esse Christiani. Sed stat eorũ conformatio in quodã sensibili modo, quemadmodũ de imaginatione statuæ præmittitur, ubi est apparẽtia exterioris figuræ, & carentia spiritus interioris. Et si recte respicimus, omnis religio Christiana paucis demptis, in apparẽtiã degenerauit: quemadmodũ in multis religionib. uidemus, ubi apud plures nõ nisi habitus extrinsecus remansit, & nihil de spiritu fundatoris ordinis. Inter illa autẽ simulacra uidemus aliqua aurea, aliqua argentea, stannea, plumbea, ferrea, lapidea, lignea, & aliqua terrea, & ita de reliquis. Apparent autem nouẽ ordines in hac Ecclesia, malignantium: sicut sunt nouem ordines in Ecclesia Deo uerè militantium. Sunt enim nomine Christiani, gestantes imaginem Christi terream, scilicet carneam & uoluptuosam quorum Deus uenter est. Et licet nominentur Christiani sunt tamen idololatrę. Nam in quantum Christus seruit uentri, in tantũ ipsum amant. Venter igitur illorũ (ut ait Apostolus) est Deꝰ et Christꝰ mediator. Vti sunt illi q̃ fingũt se humiles & Christiformes: ut hoc medio carnalia desideria adimpleãt, uti mulier benefaciẽs, de qua Solomon dicit, melior est iniquitas uiri, quàm mulier benefaciens. Nam scit quod uirtus amatur, ideò ipsa induit similitudinem uirtutis, quæ uirtus Christus est: ut ametur & delitietur in uoluptatibus. Sic sunt Christiani qui ligneam Christi gestant imaginem: qui circa lucra uersantur, & auaritiæ studeant. Sunt enim lapidei Christiani, duri & inflexibiles, sine omni misericordia, cor durum habentes. Sic ferrei: tenaces. Sic plumbei: acediosi. Sic stannei: lasciuientes. Cuprei: animo se superbientes Argentei: scioli. Aurei: uani. Vnde omnes illi sunt se amantes, & finem religionis

Anima Christiani in peccato.

Mulier benefaciens.

http://www.obrascatolicas.com

ſuæ ſeipſos faciunt, & utuntur forma Chriſti, tanquàm medio ad ſua deſideria facilius aſſequenda. In his omnibus portatur Chriſtus, ut imago quam portant decepto res, ſcilicet quæſtores qui crucem & reliquias oſtendunt propter lucra. Contra hos clamat Chriſtus: uæh uobis hypocritæ: & admonet ab illis eſſe cauendum, qui ueniunt in ueſtimentis ouium, & ſunt lupi rapaces. Vnde interior homo in illis omnibus eſt ſine diuino ſpiritu: nam ſpiritus eſt lupinus ſcilicet beſtialis, ſeu animalis huius ſenſibilis mundi. Sed quo modo cognoſcuntur illi omnes pſeudochriſtiani? Dicit Ieſus à fructibus eorum. Nam uerba & opera oſtendunt ſpiritum qui eſt in homine. Non enim poteſt quis loqui aut operari niſi per motum: omnis autem motus à ſpiritu mouente oritur: ſic exteriora oſtendunt interiorem ſpiritum: ſicut oculus eſt nuntius cordis. Lubrici geſtus, uerba impudica, impudicus oculus, uoluptates ſpiritui dominari oſtendunt. Sic Chriſtum deprehendimus in nobis, ſi motus ſpirit. rus eſt ita ſtudioſus, quòd odio habet uitium, ita quòd uitioſus motus penitus eſt ei abominabilis. Paulus illius ſpiritus fructus enumerat qui ſunt charitas, gaudium, pax, patientia benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Chriſtus enim eſt uita, quæ & uirtus: nam iuſtitia, pax, ueritas, & omnis uirtus complicatur in uirtute illa quæ dicitur ſpiritus uitæ Chriſti. In quo igitur eſt Chriſtus, in illo eſt ſpiritus Dei, qui non mouet niſi ad æterna, & incorruptibilia, & cœleſtia; & hæc eſt uera uita. Veritas enim permanet in ſæculum ſæculi. Vnde uirtus ſpiritus qui mouet ad uirtutes, quæ ſunt æternæ, eſt fons uitæ immortalis. Nota igitur quòd uerbum Dei in ſe habet ſpiritum illum, ſcilicet fontem uitæ. Et noſtrũ ſpiritum intellectualem ſeu rationalem, in quo fides capitur, qui eſt eius imago: ſeparat à carnalibus deſiderijs corporis mortis huius, & attrahit in ſuam lucem, ut liberetur à ſeruitute illa ubi morti ſeruiebat ſcilicet corruptibilibus deſiderijs, & fiat uiuus uita diuina. Sicut enim corpus uiuificatur uita animæ, ſic anima quando in ſe recipit ſpiritum uerbi Dei. Anima autem per adhæſionem ad ſpiritum Chriſtis, fit Criſtiformis: tranſit enim in unionem cum uirtute cui adhæret. Fit enim unum cum iuſtitia, adhærendo iuſtitiæ: ſic cum pietate, ſic cum bono fit unum adhærens bono, & ita de omnibus uirtutibus. Vnde anima iuſta eſt unum cum ſpiritu Chriſti, qui eſt ſpiritus iuſtitiæ. Quæreret aliquis quum Chriſtus ſit uirtus, an omnis iuſtus iuſtificetur per Chriſtum? Dico quod omnis iuſtus in Chriſto iuſtificatur per iuſtitiam quæ Chriſtus eſt: ſicut aliquis loqui poteſt ueritatem ſed non in Chriſto, ut ſpiritus immundus in obſeſsis ueritatem dixit Ieſum eſſe Chriſtum: ſed non in Chriſto locutus eſt, quia non habuit formam eius, quæ eſt uirtus uirtutum, ſcilicet non habuit iuſtitiam, pacẽ, & reliquas uirtutes Chriſti: Sic de agente iuſtum dici poteſt, ſed non in Chriſto, ſic & pacificum, ſed non in Chriſto. Vnde oportet iuſtum qui debet per iuſtitiam quæ Chriſtus eſt, iuſtificari, eſſe Chriſtiformem: ut ſcilicet ſibi Chriſtum in omnibus uirtutibus præponat, & ad imitationem eius omnia operetur, ut fiat Chriſtiformis. Credens ſic ad filiationem Dei poſſe pertingere: ſi Chriſtum quem finem uirtutum, ſimul & filium Dei, non hæſitans, imitatus fuerit. Hic in omni opere ſtudioſo colit Chriſtum: quem ſolum ſtudet imitari tanquàm iuſtitiam ueram, iuſtificantem, & uitam uiuificantem. Qui autem opera iuſti agit, non ad hunc finem ut dictum eſt, ſed ut iuſtus uideatur, aut ſit talis non iuſtificatur, ut mereatur eſſe cohæres Chriſti, ſcilicet filius Dei. Et non eſt uera iuſtitia, quia non eſt iuſtitia in Chriſto qui eſt ueritas. Adhuc quæreret aliquis: nonne Adam poſitus fuit in uia ueræ iuſtitiæ? Dico quòd ſic. Nam eo ipſo quòd creatus fuit, & adeptus rationalem ſpiritum: in ipſo ſpiritu naturalem legem, ſcilicet uiam iuſtitiæ reperit, quæ lex eſt, ut Deus agnitus uneraretur. Oſtendit etiam lex illa mores bonos differre à malis, & bonos eligendos, ſcilicet alteri non facere quòd ipſe non uult pati. Et eſt docilis quia intellectam familiaribus ſuis ſcit eſſe reuelandam. Et hæc lex naturæ rationalis, eſt uia iuſtitiæ, & ita uerbum Dei, ſeu Chriſtus, qui ait ſe eſſe uiam ipſe enim eſt uia pacis & iuſtitiæ. Vnde in rationali ſpiritu hæc lex ſcripta eſt, & eſt imago uerbi Dei, ſicut lex ſcripta in tabula imitatur conceptum ſeu uerbum legislatoris. Sed diabo-

Motus ſpũs.

Iuſtitia.

Sed diabolus electus per uerbum Dei: inuidebat uerbo, ne dominaretur rationali humanæ creaturæ. Tunc enim dominaretur, quando hoc uerbum regeret, & huic mandato obtemperaret homo: ita inuidebat etiam ſaluti hominum, quia obedientia mandati illius, fuit uita ſpiritus. Vnde primum hominem in quo fuit fons humanæ propagationis, ſibi ſubiugare curauit, & per eius ſubiectionem omnes eius poſteros. Et hoc, auertendo hominem à conſideratione legis illius naturæ, & conuertendo ipſum ad ſolicitam attentionem eorum quæ ſunt huius mundi, in quo corporaliter uerſatur homo. Et ita ſeduxit hominem, quem continuis ſolicitationibus occupauit in mundanis deſiderijs, quouſque à memoria abſtulit ipſam doctrinã, ſeu uerbum Dei, ſiue legem illam naturalem, & ſic perdidit uiam iuſtitiæ neglecto mandato Dei. Tota igitur humana maſſa in Adam corrupta eſt: ita quòd deſiderium hominis eſt infectum, ut auidius ea quæ uidet, & quę temporalia ſunt amet, quàm inuiſibilia & ęterna. Et hæc eſt generalis quędam idolo latria per malignũ perſuaſa, nam plus ei quàm Deo obtemperabatur. Poſt hoc diuina pietas hanc abolitam naturalẽ legem, ſcilicet uiam iuſtitiæ, per legem ſcriptam innouare uolens, ne per incuriam peccãtium deficeret: in adiutorium illius naturalis legis, per Moſen ſcriptam legem promulgauit. Sed diabolus occaſione recepta, fecit tranſgredi etiam illam legẽ ſcriptam: & ita lex propter præuaricationem, fuit occaſio plus delinquendi. Homines enim qui iam contraxerant conſuetudinem malam, ad obſeruantiam legis ſcriptæ reddebantur tardiores. Neq; fuit tanta uirtus in præceptis legalibus, ut tolleret peccatum & iuſtificaret. Vnde non reſtabat ultimo, niſi quòd ueniret lex ſpiritus, ſeu uerbum Dei, quæ in humana natura liberaret hominem ab imperio aduerſarij ueritatis. Quia quamdiu hoc non fiebat, tenebatur homo ſub ditione eius, & non potuit ſeipſum à ſeruitute eius liberare, & ad uiam iuſtitiæ reuerti. Et ita uenit hoc ipſum uerbum Dei, ſcilicet quod naturæ loquitur in rationali ſpiritu, & aſſumpſit humanam naturam, in qua uicit principem mundi huius: nam apparuit hominis filius, in quo fuit uirtus Dei, nõ ex propagatione Adę. Fuit enim adeo uirtute plenus: quòd non potuit eſſe plenior, ita quòd fuit ipſa uirtus ſupra omnem naturam & gratiam: uictor maligni. Sed unum notabis ſingulare: nam Chriſtus in quo, aut qui hoc Dei uerbum ſcilicet lex uitæ ſeu naturæ, ſiue lex ſpiritus rationalis fuit ſine omni macula aut peccato, in ſua puritate & perfectione ultima, qua maior eſſe nequit, uenit in ſimilitudine aliorum hominum peccatorum. Vnde princeps mundi licet in omnibus ex Adam, qui ſimiliter ut Adam peccauerunt, quandam ſibi ſubiectionem uendicaret, quum ipſe ſit peccatum quod regnat in omni peccatore, ita quòd homo qui non condemnatur iniuſtè à iuſtitia Dei, quia uolens peccauit, ſe ſeruũ peccati mortis, ſeu diaboli liberaliter conſtituendo: ab ipſo Sathana non iniuſtè poſsidebatur. ſed quando diabolus, in Chriſtum, qui ei nullo iure ſubfuit, imperium ſuum extendit, & occidi procurauit tanquàm iniuſtum et ſuum, qui erat ipſa iuſtitia: tunc peccatum tale Sathan commiſit abutendo imperio ſuo, propter quòd iuſtè imperium in omnes qui Chriſti ſunt, perdidit. Illi uero Chriſti ſunt, in quibus Chriſti uoluntas uerè eſt, ſcilicet qui ipſum receperunt tanquàm filium Dei, & ut tali fideliter obediunt, & participes facti ſunt meriti mortis eius: quæ nulli profuit qui legem ſpiritualiter non intellexit. Deus enim filium ſuum mittẽs in ſimilitudinem carnis peccati: de peccato damnauit peccatum in carne. De peccato ſcilicet in ipſum cõmiſſo: damnauit peccatum ſcilicet aduerſarium ſalutis, ut iuſtificatio legis naturæ, quæ iungitur legi ſpirituali, impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritũ ambulamus. Diceret aliquis. Ex his uidetur quòd lex Moyſi ſit lex innouationis legis naturę. Reſponſio. Lex Moyſi eſt triplex: quia tres leges in ea continentur: lex ſpiritualis, lex innouationis, lex cerimoniarum. De lege ſpirituali ſcriptum eſt. Audi Iſrael Deus tuus unus eſt: quòd tantum ad diuinitatem pertinet. Lex innouationis, eſt lex quæ legem naturæ innouat atq; reformat, quæ etiam illud quod peccatum non putabatur pro impunitate, peccatum eſſe cognitum fecit: habebatur enim quaſi nõ eſſet peccatũ, propter conſuetudinem cõtrariam introductam, quaſi Deus

Lex Moyſi.

http://www.obrascatolicas.com

non curaret, quia Deus non punit transgressores. Est enim per legem sic cognitū, quæ declarat: quod si quis casu pœnam effugisset præsentem, futurum suplicium effugere non posset. Sed iustitia Dei quæ alio nomine dicitur misericordia, manifestata
Lex Christi. est non sine lege spirituali, sed sine lege uindictæ, id est innouationis, & lege sabbati, nullam cum eis habens coniunctionem: quia quos lex uindictæ iussit damnare, hos iustitia Dei iussit liberare. Sed tamen manifestata est à lege, quia lex & Prophetæ Christum prædixerunt esse uenturum. Venit itaq; Christus à patre ideò missus, ut Deus pater appareret iustus, soluens ea quæ promisit, & ut ipse eos redimeret, quos pater peccantes diu misericorditer sustinuit. Decreuerat enim Deus mittere Christum propitiatorem, hoc est, ut per eum propiciaretur generi humano in sanguine: hoc est in passione, & hoc per fidem: quia fidem habentibus salus speranda est: ut patet in latrone in cruce, & Maria peccatrice, atq; aliis iustificatis. Quoniam non legitur ex operibus, quæ præcesserant eos iustificatos: sed tātum per fidem formatam. Diceres. Qui sunt illi fideles qui iustificantur? Dico quòd illi qui in Christo sunt, qui carnalia desideria non sequuntur, nihil his damnationis euenire potest. Verum in Christo esse, est omnibus uirtutibus insistere. Christus uirtus est, Sathan uitium seu peccatum. Humilitas Christus est, quia uirtute ueniente necesse est quod superbia cedat, & det ei locum: superbia si adest, locum humilitatis occupat, & ita de aliis. Quapropter uitia ex
Vitia. terminanda, ut uirtutes locum habeant. Vitia sunt Chananæi qui de terra Israel non poterant de facili eiici. Deus enim in momento disperdere eos potuit, sed propter probationem filiorum Israel, atq; exercitium noluit. Et unde est spiritus uitæ scilicet ueritatis: & spiritus mortis scilicet erroris? spiritus uitæ locum sibi in anima intellectuali quærit, expellendo spiritum mortis, qui occupat illa loca & fortiter defendit possessionem, in antiquata consuetudine se firmans. Sed ait Christus uictor mortis: si sermones meos seruaueritis, cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Et dicit Apostolus: quòd spiritus uitæ liberat, ostendens quòd una est filij & spiritus sancti liberatio. Fide igitur capitur uerbum Dei, & si seruatur, ueritas cognoscetur. Ve-
Iustificatio a peccato. | Resuscitatio a pcō. ritas, est quæ liberat intellectum à peccato seu morte eius, scilicet errore & ignorantia. Quia spiritus uitæ qui est spiritus ueritatis, in animam intellectualem descendit, ubi ueritas cognoscitur. Tangam breuiter quomodo anima in qua Christus solum est: sicut si icona sine uita, iustificetur & uiuificetur. Christus resurrexit propter nostram iustificationem: quando enim Christus in nobis est ut panis habens extrinsecè figuram Christi, & Christus resurgit, scilicet quia panis transubstantiatur, ut fiat uiuus Christus: tunc in nobis est iustificatio, uita, pax, & omnis uirtus. Resurgit enim
Eucharistia. in nobis Christus propter iustificationem nostram, qui per eius resurrectionem iustificamur. Ecce quomodo resurgit fidelis de morte, in quo Christus resurgit: cuius figuram habet sacramentum Eucharistiæ. Nam ibi est uita uiuificans spiritualis, quæ fide attingitur. Fides igitur in anima quæ fuit mortua, tenens scilicet Christum sine uiuis operibus, resuscitatur ad uitam, ut sit fides uiua, & hæc resuscitatio per resurrectionem Christi fit, qui fit uiuus in nobis. Fit autem hoc modo, quo sacerdos trāsfert panem in Christum. Nam sacerdos per confessionem se mundat a morte peccati, & misericordiā Dei impetrat. In hoc Christianus sacerdos est, sic procedendo. Impetrabit enim mysticis orationibus quòd Christus animam eius quæ uita caruit rationali & diuina, transfert in uitam spiritus sui, sicut sacerdos in altari impetrat per fidem & mysticas preces quòd panis corporeus in uiuum corpus Christi transfertur. Et postquàm hoc factum est, scilicet quod Christianus transiuit secundum interiorem hominem in uitam spiritus Christi: tūc agnus ille immaculatus dat panem & quietem. Christus enim pax est, & quies uitalis, fœlicitans nos æternaliter, qui sit in sæcula benedictus. Amen.

Ex

Ex sermone. Vt filij lucis ambulate.

AN Christus sit duæ imagines: scilicet creata & increata? Dici debet quod nō: sed creata, est increata. *Imago.*

Doctrina illa Christi domini nostri non consistit in uerbo, sed in imitatione. Si quis enim sciret omnia Euangelia mente, non esset propterea perfectus, sed requiritur quòd per imitationem induat formam filij Dei. Ministerium est sequela seu imitatio. Christus enim est forma exemplaris, quæ perficit tantum, & fœlicitat illa fœlicitate, qua peruenitur ad filiationem, & hæreditatis possessionem regis & regni immortalis. *Imitatio Christi.*

Necesse est ut simus misericordes, ut simus filij misericodiæ, & sic de omnibus uirtutib. Quomodo autem imitari debemus Deum, in Christo Dei filio cognoscimus, qui uerbo & opere nobis hanc doctrinam reuelauit.

Summa æqualitas quæ æqualior esse nequit, est consubstātialitas: & ideò non attingitur ex acquisita perfectione, sed generatione. Solus igitur filius consubstantialis patri, est ei per omnia æqualis: & quia ei æqualitas conuenit, ipse est exemplar, ex explatum enim respicit in studio perfectionis ad equalitatem, magistri, seu exemplaris, quia ibi est forma perficiens, siue sufficientiæ. Sufficit enim omni discipulo, ut fiat sicut magister, scilicet si æqualitatem exemplaris in similitudine attigerit. Proponitur igitur nobis Deus qui est in Christo: ut ipsum imitemur, qui est rex gloriæ, & dominus uirtutum, ut scilicet immortalitatem quæ Deus est, in immortalibus uirtutibus imitemur. *Summa æqualitas.*

Necesse est quòd qui uult charissimus Dei filius reperiri, sic agat sicut formā Christi habemus, scilicet qđ ex dilectione se faciat hostiam, & offerat se Deo in odorē suauitatis. Ille autem ambulat in perfecta dilectione, in quo dilectio est fortis ut mors, scilicet in quo nihil sui uiuit, sed solum Christus: in quo Christus tantum uiuit, in illo uiuit dilectio Dei & proximi.

Verus Christianus facit de animali homine suo hostiam, ponens super ipsum manus potentiæ spiritus tanquàm super peccatum, quemadmodum Moyses hostiā peccatū dicit: & interimit desideria seu gaudia: quę uita brutalis dicuntur, ut nō uiuat si Christus in eo. Et ista oblatio quæ sic fit Deo, propter suauitatem odoris ascendentis & Deum placantis: est pacifica, scilicet pacem reconcilians, sicut Christi oblatio pacem fecit. *Oblatio.*

Quicunq; in semetipso superbiam mactat, uitulum occidit. Et qui iram sternit arietem necat. Qui libidinē, hircū animal scilicet libidinosum interimit. Qui uero cogitatus mortificat inutiles, mortificat aues. Quocunq; corpus hoc modo mortificatur, hostia uiuens est. Et cum Apostolo dicere potest: semper mortificationem Iesu in corpore nostro circūferimus, ut & uita Iesu manifestetur in nobis. Et iterum uiuo autem, iam non ego: uiuit uero in me Christus. Nam uitijs per uiuam hostiam extirpatis, anima sancta Deoq; placens, sancti spiritus est mansio. Nominat Apostolus hanc oblationem rationale obsequium, quia perfecta ratio inde reddi ualet: occisio uero brutorum animalium, nullam habet rationem.

Sunt quidā deditiut sciant mathematicam, alij arithmeticā, alij astrologiam, alij musicam, alij philosophiam, & alij theologiam, & ita de omnibus scientijs & artibus. Vtiq; magnum gaudiū haberet inquisitor grammaticæ reperire unam breuissimam regulam, per quam in momento sciret omnem grammaticam, non modo quo Priscianus, sed in infinitum melius. Sic de studente rhetoricam: si traderetur ei uerbum abbreuiatum, ut perfectior esset in infinitum Tullio: & ita de omnibus scientijs animarum: ut quæ essent delitiæ illius ferculi, quod ueritas transiens ministrat, in quo gustatur ueritas omnis ueri, & attingitur omne desiderabile, uti in manna præfigurabatur. Et hæc perfectio est cibus uitæ spiritus, quasi qui arte omnipotentiæ attingit, ubi uoluntas coincidit cum potentia: ut omne id possit quod uelit. Scientia Dei est illa quæ conuertitur cum uoluntate, ut id sciat quod uelit, & cum potentia: ut sit actuid quod possit. Participare hanc scientiam, est delectatio immorta *Scientia ex doctrina uer bi Dei.*

http://www.obrascatolicas.com

immortalis: & hoc est habere sapientiã, scilicet sapidam, & uiuam scientiam, quæ præstat immortalitatem: qui enim hanc habet scientiam, ut id sciat quod scire optat, & ut id sit quod scit, & uult esse, et intelligere, & esse scilicet ubi intelligit quod uult, & qđ uult sit: ibi est fœlicitas, & quies beata. Spiritus igitur intellectualis in uerbo Dei seu ueritate, quam modo capacitatis appræhendit: etiam modo appræhensionis, hæc omnia assequitur. Diceres. Quid si appeteret spiritus aliqua huius mundi? Dico quod appetitus est ad bonum. Intellectus non potest appetere ut sit sensus, in quo ignorantia & tenebræ sunt. Dicebat Propheta: satiabor quum apparuerit gloria tua. Quia nõ potest aliud appeti, quando hoc apparuerit quod in omni appetitur. Diceres. Potest ne humanus spiritus appetere quod sit angelicus, aut spiritus Petri quod sit spiritus Ioannis Baptistæ? Dico: non. Quia spiritus non potest appetere non esse. Ideò quum non possit esse alius spiritus nisi desinat esse ille qui fuit: ideò intra esse suum, clauditur appetitus: immo non solũ non appetit aliud esse, sed summè delitiatur, quia aliud esse non potest. Esse enim suum, est ex participatione diuini esse: nam propriè Deo conuenit esse. Ideo quum ab illo esse habeat id quod est: in illo uti in suo regno, gaudet & delitiatur.

Lux naturæ concreata. Memoria.

Oportet quod lux instruat & illuminet cognitionem. Ad quid autem respicit homo qui uult legere librum aliquem nõne per prius respicit in memoriam quàm legat chartã? legit enim hoc in charta, quod ante uidit intra se, & in conceptu qui fluit de memoria: nam memoria cognitionem literarum & dictionum generat in conceptu intrinseco, & ibi prius uidetur, quàm in charta legatur. Ex scientia enim literarum, deuenitur ad lectionem: dum uideo sensibiles literas, recurro ad memoriam & similem repræsento, & si non habeo formam illam in memoria, non possum mihi conceptum facere, nec legere. Si igitur spiritus qui ex Deo est, dicitur intellectus, debet ambulare seu proficere in omni bonitate, iustitia, & ueritate: necesse est quod intus respiciant oculi eius in memoriam suam intellectualem, non acquisitam ex sensibilib. sed concreatam, & quæ est essentia eius, quia imago Dei: & ibi reperiet lucem bonitatis, iustitiæ, & ueritatis, quæ est lex naturæ lucida illuminans oculos, ut de illis faciat conceptum quem imitetur in ambulando. Et non est hæc lux nisi uerbum Dei illuminans: ut scias discernere bonum à malo, iustum ab iniusto, uerum à falso. Vnde de hac interna uisione se transfert spiritus ad sacras literas, & ibi in spiritu seu litera intuetur spiritualem intellectum, quem intra se uidit in lumine illo uerbi in ipso signato. Propter quòd habet nomen, quòd est ratio seu intellectus: nam non est ratio illa intellectualis nisi quia est splendor lucis diuinæ, quæ est absoluta ratio seu lux. Ambulare in illa luce, est se in omnibus imperio rationis subiicere, & per illam dirigi. Sic uides quomodo uerbum internum illuminat, seu docet uiam iustitiæ ad appræhensionem ueræ uitæ: quæ consistit in cognitione illius, qui est uita per se.

Quem igitur hoc uerbum docet, ille siue intret ad ipsum, siue cum ipso exeat ad sacras literas, pascua inueniet.

Ex-

Excitationum Libri noni Finis.

Excitationum ex Sermonibus Reuerendissimi Patris Nicolai De Cusa Cardinalis Liber Decimus.

Ex sermone. Loquímini ad petram coram eis.

Aqua spiritualis.

SEdebat super fontem Iacob, ibi requiem quærens: nam sapientia quæ in omnibus requiem querit, in Iacob inhabitat, scilicet in fideli uitiorum supplantatore. Sedebat super fontem expectans ut aquam elementarẽ petenti daret, aquam animæ salutarem. Dum enim quæritur sensibilis aqua, manifestat seipsam aqua spiritualis.

Spiritualia bona.

Temporalia per partem partiuntur, nunquàm totaliter haberi possunt, quia sunt in fluxu. Ideo pars post partem appetitur, quia pars non satiat nisi partialiter & temporaliter. Spiritualia autem impertibilia sunt, & non nisi totaliter & perfectè habentur. Iustitia enim apud quemlibet iustum est ex integro, non diuisa per iustos. Vnde iustitia Petri iusti, est & iustitia Pauli iusti: qui una iustitia, quæ Christus est, iusti sunt. Ideò iustus Petrus non desiderat iustitiam Pauli, iusto enim nihil deest iustitiæ. Spiritualis aqua non satiat temporaliter quia non est temporalis, nec uisibilis, sed æterna & inuisibilis. Illa fit fons saliens in uitam æternam. Fons saliens est uiuus, qui semper infundit se semper sitienti, non sitiet: quasi deficiat aqua illa: sed bene adhuc sitiet, quasi nunquàm ad fastidium capere possit de tam dulci refrigerio. Ideò saltus ille est uita æterna, quia est fontis indeficientis. Si quis haustam aquam concipit in uentre conuerti in fontem salientem: ille concipit similitudinem fontis spiritualis.

Fons uiuus spiritualis.

Spiritus est ut fons, unde non capitur ut aqua fontis, sed ut fons. Qui bibit sensibilem aquam, non bibit fontem: si posset bibere fontem, nunquàm sitiret: quia in ipso esset fons uiuus. Qui bibit spiritum, bibit fontem scaturientẽ. Spiritus enim est quasi scintilla ignis Dei, qui dicitur ignis consumens: qui quum in terram mittitur, fit fons emanans ignem, scilicet quia ardet in spiritu inconsumptibili. Sicut quælibet scintilla ignis, si cadit in materiam cõsumptibilem, de sua potentia fit uiuus ignis crescens continuè, si illi nõ deest materia. Ita de aqua, nam aqua uiua, est in eo quod uiua, etiã similis scintillæ ignis, fit enim fons seipsum multiplicans indeficienter. Attende differentiam inter generationem temporalem & æternã. Nam pater generando temporaliter, communicat filio temporalem potestatem generandi: uirtus enim seminis patris quæ datur, fit fons generandi in filio sicut in patre. Sic uirtus spiritus Christi formans seu generans filium spiritualem, fit fons in ipso secundum naturam spiritus, scilicet fons qui de seipso æternaliter, uitaliter mouetur. Vnde est semen diuinum scilicet spirituale: spiritus enim Deus est. Hæc generatio dicitur regeneratio, quia oportet naturam nostram spiritualem denuo nasci: sicut spiritus rationalis, in sciente est denuo natus, quia homo ignarus secundum naturam, factus est quò ad hoc alius homo scilicet sciens, non quòd aliquid intrauerit ab extrinseco in hominem interiorem uisibile uel imaginabile: sicut denuo nascitur spiritus noster, in quo est semen Dei siue scientiæ uitæ, non per immissionem alicuius uisibilis aut intelligibilis, sed uirtute altissimi obumbrantis spiritum, & ipsum immutantis & seconuertentis, sicut placidum obiectum, tristem animam immutat ad lætitiam, & ad se conuertit. Vnde sicut filius Dei denuo natus, factus est filius hominis uirtute altissimi: sic filius hominis denuo natus uirtute altissimi, fit filius Dei. Intellectus autem nobis datus est cum uirtute seminis intellectualis. Vnde in se habet principium fontale, mediante quo in seipso generat aquam intelligentiæ: & fons ille non potest nisi aquam suæ naturæ producere, scilicet humanæ

Regeneratio.

http://www.obrascatolicas.com

manæ intelligentiæ: ſicut intellectus principij quodlibet eſt, uel non eſt, producit aquas metaphyſicales, ex quibus alia flumina ſcientiarum emanant indefinenter. Sed ſi altius principiũ diuinũ, adeò intellectualẽ illam naturã excellens, quę excellentia fides dicitur, infunderet ſpiritui; fons ille diuinus in uiuas, & ueras æternas flueret. Sic dicebat Chriſtus quomodo flumina quæ de uentre credentis à ſpiritu recepto fluunt, ſunt flumina quæ in uentre ſeu ſpiritu hominis, qui recipit ſpiritum Dei per fidem, ab intra æternaliter fluunt.

Dilectio. Dicebat magiſter Eccehardus ſuper Ioannem, ſi diligerem proximum ita intensè ſicut me ipſum: utiq; omnis gloria, honor, meritum, et omne bonum eius ita eſſet meũ, ſicut eius. Et ſic mihi ſaperet in illo, ſicut in meipſo: & ipſius bona omnia eſſent mea ſine omni differentia diſcretionis; propter quod fortaſsis proximus dictus eſt quod de pari non plus nec minus diligendus ſit. Sicut ſi Deum diligo ut debeo, ſcilicet ex toto corde, tota anima, tota mente, & ex omnibus uiribus: tunc nihil utiq; diligo qđ in Deo non diligo, & in quo Deum non diligo: & aliud mandatum dilectionis proximi eſt ſimile huic. Sed quiſq; non minus tenet locum in ordine ſuo, ſicut una eſt uita totius corporis, & gaudet omne membrum de uita alterius, & compatitur de infirmitate: tamen oculus gaudet ut oculus, & manus ut manus. Et hæc eſt cõmunio ſanctorum, quia cõtentatur quilibet de ſuo, ut de collectione mannæ legitur. Sicut cõtentatur quodlibet membrũ de loco & ordine ſuo in corpore. Homo diuinus eſt iuſtus, ideò illud placet ei, quod Deo placet: quare gaudet plus de bono quod iuſtior aſſecutus eſt, quàm ſi ipſe eſſet aſſecutus: puta plus amat gloriam Dei in Paulo, quàm in ſeipſo. Sed amando fit ipſi illud proprium, quia bonũ in ſe habet quod amat. Sicut enim uiſibile habetur in uidente uidendo, ſic amabile in amante amando: ſed quò quis idipſum amat intenſius: hoc ipſo habet uerius, & gaudet dulcius. Et quàmuis ignis appetat eſſe immediatè cum ſphera lunæ, pars tamen infima ſeu media ignis quieſcit citra, ideò quia habet idem eſſe cum ſuprema parte ignis. Eſſe enim totius ignis æque immediate eſt in toto igne, & per ipſum totũ ignem. Hinc eſt quod pars infima ſpheræ ignis per formam totius, immediatè coniungitur ſpherę lunę, ſicut pars media aut ſuprema: ita de quolibet ſancto, qui pars eſt Eccleſiæ triumphantis. Sic eſt par gaudium omnium electorum, in diſpari claritate.

Ex ſermone. Non ſumus ancillæ.

Fides Mariæ. ISta fidei fœcunditas in uirgine Maria ad ſupremum & ultimum gradum peruenit, quæ eſt forma & exemplar quomodo fides regnat, & filium hominis in tantũ extollit, etiam uſq; in formam Dei, inquantum credere poteſt. Fides in Abraham terminabatur, in generatione ſterilis, quæ ille filium peperit promiſſum à Deo, cui credidit. Fides in uirgine Maria terminabatur in generatione filij Dei, cui ipſa credidit. Ecce q̃ fœcunda eſt ſterilis illa mater fidei, de cuius fœcunditate oẽs filij Iſrael proceſſerunt, & procedunt qui hic & in futuro Deũ uident, & uidebũt, hic in ænigmate, ibi facietenus. In ſterilitate autem fidei eſt maior fœcũditas, nã uti medici dicũt qui emperici nominantur, tunc quædam hærbæ faciũt mirandas curas: & hoc uerum experimur, ut quòd ſcamonea purgat coleram. Nulla tamen ratio reddi poteſt de hoc, quoniã procedit effectus ex occulta & ſpecifica proprietate: & huius auctoritati credens, qui expertus eſt reperit hoc uerum, licet nulla ratio hoc perſuadeat. Et de illis medicinis nos experimur maiores & infallibiliores effectus, quàm ubi Phyſici per rationem inueſtigantẽ medelam cõponunt. Fides igitur quòd uerbum Dei incarnatũ, curet omnem animæ languorem, & faciat ipſam renouare ſuam iuuentutem, quæ eſt eius innocentia, & in illa ipſam ſemper conſeruet: eſt ut experta medela quæ à proprietate ſpecifica hoc habet. Et ſi quis credit hoc uerum, ille per experientiam ſe reperiet fœlicem. Hoc reperire, eſt uidere, quæ eſt maior certitudo, quàm ratiocinari. Ita patet quòd maior eſt fœcunditas in ſterilitate fidei, quam ſequitur uiſio, quam in eo quòd multis rationibus fœcundum aſſeritur. Experientia autem docuit in filijs promiſsionis, quoniam fides operata eſt effectum.

Ex

Ex ſermone. Qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit.

Pœna Chriſti pœnis inferum cõparata. VIſio mortis uia cognoſcentiæ, eſt pœna conſummata. Et quia mors Chriſti fuit cõſummata, ideò quia uidit uia cognoſcentiæ mortem quam pati elegerat, tunc anima Chriſti deſcendit ad inferna, ubi eſt uiſio mortis. Mors enim infernus dicitur, & liberata eſt ex inferno inferiori. Inferior ſeu profundior infernus, eſt ubi mors uidetur. Quandò Deus ſuſcitauit Chriſtum, eruit ipſum ex inferno inferiori (ut in actis apoſtolorum dicitur) ſolutis doloribus inferni, & Propheta: non dereliquit animam meam in inferno. Paſsio autem Chriſti qua maior nulla eſſe poteſt: fuit ut damnatorum qui magis damnari nequeunt, ſcilicet uſque ad pœnã infernalẽ: in eius nomine dicit Propheta: dolores inferni circũdederũt me, eduxiſti tamen ab inferno animam meam. Sed ipſe ſolus eſt, qui per talem mortem intrauit in gloriam illam, illã pœnam ſenſus conformẽ damnatis in inferno, pati uoluit certè in gloriam Dei patris ſui, ut oſtenderet quod ei obediendũ ſit, uſq; ad extremũ ſupplicium. Hoc enim eſt Deum magnificare & glorificare omni poſsibili modo, atq; ppter noſtrã iuſtificationem, ſic actũ eſt per Chriſtum. Nã nos peccatores in ipſo infernales pœnas, quas iuſtè meremur exſoluimus, ut ſic in reſurrectionem uitæ perueniamus. Illi autem qui non ſunt Chriſti, manent in morte, non reſurgentes cum Chriſto, & uidebunt æternalem mortem: & hæc uiſio mortis, eſt ſecunda mors.

Viſio mortis in æternum, non eſt niſi eſſe uia cognoſcentiæ in morte, à qua nunq; uidens liberabitur, ueritas liberat à tali morte. Et ideò uiſio ueritatis, eſt eſſe uia cognoſcentiæ in uita indeperdibili, & immortali. Et alibi ait: in cognitione Dei & ipſius qui ſe ueritatem nominat, æternam uitam conſiſtere. Attenta mente conſidera, qđ uiſio ueritatis, liberat à coniectura & ænigmate ueritatis. Quàmdiu intellectus non uidet ueritatem, quam ſolùm uidere deſiderat, non poteſt ſe ei conformare, quia non poteſt in ſe concipere ſpeciem eius quam non uidit: ſed quando ueritas ſe oſtendet facie ad faciem uti eſt, tunc intellectus ad conformitatem perueniet. Cum enim filius Dei qui eſt ueritas, apparuerit nobis: tunc ſimiles erimus ei. Sicut imaginatio fit ſimilis figuræ uiſæ, ſic intellectus fit ſimilis ueritati uiſæ. Veritas igitur eſt forma, ad ſe intellectum formabilem conuertens, ſicut uiſibile ad ſe conuertit uirtutem imaginariam. Veritas quia liberat, hoc eſt æternam præſtat libertatem, dicitur filius. Intellectus tranſit in conformitatem filij Dei, quando apparuerit, quia ſit uerus: hoc eſt id quod Chriſtus pro maximo dono Apoſtolis promiſit, ſcilicet quod ſe ipſum eis oſtenſurus eſſet.

Veritas uti eſt non docetur, niſi ab illo noſtro magiſtro, quem indubia fide filium Dei credimus, illa ſola ueritas liberat. Omnis enim traditio ueritatis, quæ fit per humanas adinuentiones, poteſt eſſe uerior & lucidior, ideò non liberat. Nam etſi credimus aliquem doctum, & ideò ei credimus, utiq; doctiori plus crederemus. Nemo autem perfectus uſq; ad Chriſtum filium Dei. Apud quẽ autem manet doctrina Chriſti, ſi eſt fidelis, ipſe cognoſcet in ſermone eſſe ueritatem. Tranſibit fides in cognitionem, non quod cognoſcet per auditum ſcilicet fidem, ſed per intellectum ſcilicet uiſionem, quæ eſt lux illuminans uitaliter animam intellectiuam. Et ſi non poteſt ille rationes & oſtẽſiones facere, ut alijs reuelet uiſionẽ, ſicut qui uidet nouã Hieruſalẽ, quam neſcit depingere ut alijs reuelet uti eſt: tamen propterea non eſt minor certitudo apud ipſum. Putant mundi ſapientes, ueros Chriſti diſcipulos ignorantes, quia humano more diuina reuelare nequeunt: licet tantò ſint ſapientiores, quantò minùs eis humana ſeruire ſciunt ad oſtẽſionem diuinorum. Hoc ſatis nobis oſtenditur, ubi Iudæi qui de hoc mundo erant, Chriſtum qui non erat de hoc mundo, & loquebatur de ſpiritu alterius mũdi, intelligere non poterant: ſed uti erant de hoc mũdo, intellexerunt uerba alterius mundi. Et quia non conueniebant mundo ſuo, falſa eſſe dicebant, & ab dæmonium habente prolata.

Gloria. Chriſtiformes reputari debent, qui gloriam ſuam non quæruntſed gloriam Dei, etiam ad ſui contemptum: & Sathanici non Dei, ſed ſuam quærunt, uſq; ad contemptum Dei. Primi ſibi, ſecundi ſe Deo præferunt.

Ex

http://www.obrascatolicas.com

Ex sermone. Hoc sentite in uobis.

Vas manna. Inobedientia Obedientia.

Christus figulus est, qui efficit de obedienti anima uas pretiosum, in quo ponitur manna, hoc est uerbum uitæ, quod continetur in anima obediente. Primus Adam cum esset homo, uolens esse Deus, sciens ab obedientia recessit, & in pulchritudine fructus arboris, pastum scientiæ boni & mali quæsiuit, & mortem inuenit. Mendacium magisterium formādi accepit, cui homo obediuit, & formā erroris acquisiuit. Lutum illud supbia infectū, rigidum & inflexibile factū est, quasi cera frigida durū, non obediens sigillo ęternitatis: nec poterat mollescere, sine igne spirituali, qui non est repertus in hoc mundo. Venit Christus q in forma serui se humilians usq; ad inane, & omni uana forma uacuū, uti fit quando formatur lutum, ut fiat obediens ad omnia. Oportet enim lutum exinaniri, & penitus informe fieri: tūc erit aptum ad obediendū omni imperio figuli. Et ita factū, est qđ Christus exinanitus, ut in eo nec species, nec uita maneret: per crucem seu arborem mortis, in trauit ad gloriam patris. Adam per fructum arboris scientiæ reperit ignorantiam, & mortem: Christus per arborem mortis inuenit uitam. Certè in Christo humana natura, seu limus ex Adam, siue cera frigida: est calore cœlestis ignis qui charitas dicitur,

Conformatio animæ Christo.

à sua frigida natura resoluta, & facta est obediens imperio Dei. Quātò igitur anima magis est apta, ad nobilem diuinæ formæ impræssionem: tantò clariori modo ipsa gloria Dei relucet. Fit enim arte diuiuina, ex ipsa uas uiuum secundum capacitatem suam, euacuatis priùs omnibus mundanis desiderijs, & repletur rore gratiæ, ut possit attrahi sursum per Solem iustitiæ, exemplo quo ouum euacuatum & rore impletū, & cæra clausum, per Solem sursum attrahitur. Nos qui sumus huius mundi incolæ, habemus animam transformabilem, quasi sit cæra intellectualis, quæ seipsam conformat concupiscentijs suis, seu sibi placitis formis. Et quia ignorat diuinas formas, quæ sunt cœlestes & perpetuæ, non se illis sed temporalibus conformat, quæ nō possunt ei dare quod non habent. Sed si simpliciter se subiicit figulo, qui finxit sigillatim corda omnium, ut ille formet: tunc assequitur iuxta uerbum seu conceptum Dei, formā cœlestem & immortalem, quæ non est huius mundi quam ante receptionem non sciuit, neq; aliquis scit nisi qui accipit, & post receptionem, cognoscit se uerbo Dei cui obediuit, conformari. Ex quo autem anima se conformat illi quod amat, & dum se amat se sibi conformat, & quia à se non habet ut sit & uiuat: non se amat quando se amat. Sed si Deum amat à quo habet esse & uiuere, cuius est imago, & non se amat ut illum magis amet, tunc se amat. Non potest autem anima Deum amare, si non in ipsa sit forma Christi, qui solus nos instruit uerbo & exemplo, quomodo Deum patrem amare possumus, scilicet per eius formam & imitationem. Et ideò id quod in Christo credimus, scilicet obedientiam usq; ad mortem, in nobis si senserimus: tūc formatur in nobis Christus, & accipimus formam filij Dei, per quam ad gloriam patris pertingimus. Quomodo autem in nobis sentimus Christum in cruce? Sicut enim qui crucis patibulo affigitur, iam non præsentia contemplatur, nec de suis cogitat affectionibus, non pro crastina die, sollicitudine, curaq; distenditur, nec concupiscentia commouetur, nulla superbia, nulla æmulatione contētioneue succenditur, sed dū adhuc spirat in corpore, cunctis elementis credit inesse defectum: illuc præmittens sui cordis intuitum, quo se ire non dubitat. Ecce qui sic sentit cum Christo crucifixo, ille cum ipso crucifixus, non solùm à uitijs, sed ab elementis huius mundi ibi habet oculos fixos, quò se singulis momentis sperat migraturum. Talis completè obedit, & hæc est obedientia consummata.

Sermo in parasceue.

Articulus. Crucifixus etiam pro nobis sub Pōtio Pilato, passus, & sepultus est: est quintus articulus fidei, qui sancto Ioanni ascribitur. Ipse qui solus inter Apostolos præsens fuit, & omnia uidit, quæ circa Christum in passione acta sunt: hunc fidei articulū rectè symbolo addidit Apostolico. Loquamur igit̄ ad ipsum Deo dilectum Apostolū cordialiter, supplicantes ut nobis referat quid in his

in his uerbis uelit. Et constituamus matrem misericordiæ Mariam nostram aduocatam, ut ipsa nostro nomine loquatur & Ioanne ei respondente, informemur de singulis quæ hodie gesta sunt. Aloquamur igitur Mariam deuota prece, ut accipiat dicentes: Cum tu sis mater illa quæ Θεοτόκος nominaris, scilcet mater Dei seu uerbipara, & sis homo, ita quod filius tuus Iesus a te nomen habeat, & filium se hominis in laudem tuam frequenter nominauerit, quem usq; ad sepulturā non deseruisti, & scias nos hodie anniuersarium mortis filij tui agere, & in eius gloriam optare posse oculo interno ipsum in sua passione, quam pro nostra redemptione pertulit uidere: sume tibi hoc onus pijssima mater, ut te interrogante, Ioannes tuus nobis cuncta describat. *Dialogus de passione. Ecclesia.*

Maria. Digna est hæc petitio uoluntaria condescensione. Hoc enim desidero, ut filij mei charitas cognoscatur, quam tunc maximè ostendit, quando ipsam animæ suæ prætulit. *Maria. Ecclesia.*

Ecclesia. Nosti mater clementissima, quàm necessarium sit nostræ saluti, cognoscere uitam filij tui, in cuius uita est omnium uiuentium uita. Timemus nos ne rememoratio nobis necessaria, in te cōpassionis uulnera reuocet. Vellemus quæ nostræ salutis sunt, sed nollemus acerbissimum penetrantis gladij dolorem, denuò nostri causa uirgineū atq; simul maternū cor tuum absorbere.

Maria. Memoria doloris parturientis, est uiso filio uiuo gaudiosa. Nō est mihi molestū audire uoces cōpassionum, quas uos deuoti emittitis, imò supra omnia delectat, cū hodie cedat in salutem uestram, & in gloriam filij mei. Sum amodo dono filij mei impassibilis naturæ, ipse enim qui per mortem naturam quā à me sumpsit ad impassibilitatem perduxit, meā naturam in se fecit impassibilem. Ita & uos, quàm diu non exuitis hanc mortalem naturam per mortem, passibiles estis, & cōpati potestis filio meo: cuius passione uos qui ei compatimini, de corpore mortis liberati, ad eius similitudinē refugetis, & impassibilem induetis naturam. Hoc faciet mors filij in uobis, si uos reperiemini per cō

Ecclesia. passionem in ipsa. Ecclesia. Intelligimus mater pietatis, memoriam mortis Iesu ut cō moriamur, necessariam omnibus ad assequendam impassibilitatem. Maria. Rectè in-

Maria. telligitis. Nam etsi filius meus semel mortuus est, semper tamen hanc acerbissimam mortem, oculis fidelium uult esse præsentem, ut ea commorientibus, semper uitā meretur. Qui enim filio Dei commoritur, ille eidem conuiuit: socij passionis eius, sunt & socij consolationis. Nulla mors meretur ęternam ipsam uitam, nisi mors Christi immaculati, quæ per ipsum ad hoc est destinata, ut omnibus qui commoriuntur, uitam participet. Nam æterna uita quæ est spiritualis, omnes participes uiuificat: sicut iustitia omnes participes iustificat, et omnia opera meritoria uiuificat seu saporificat. Sicut enim sine sale est omnis cibus quamquàm pretiosus insipidus: sic filius meus sal terræ mortem subijt, qui est sal omnem mortem martyrum saliens & sapidam fa-

Ecclesia. ceins. Ecclesia. Dicito quæsumus mater gratiæ, quomodo compati debeamus, & commori saluatori?

Maria. Maria. Credere debetis primum filium meum esse & filium Dei, qui morte meruit uitam omni ad ipsum accedenti, & se ei summa fidelitate unienti. Hi enim qui fidelitate summa ei constringuntur, transeunt in unionem meriti, quia sunt membra eius fidelia: gaudent enim filij, de acquisitis per meritum patris. Fidelitas autem deposcit, ut sit integra & uera usque ad mortem. Si igitur filius Dei usque ad mortem fuit fidelis, & cum illa morte meruerit fidelibus suis liberationem à morte æterna: rectè mors eius omnibus liberatis imprimitur, ut portent in iugi memoria hoc excellentissimum fidelitatis opus, magno affectu. Ita quod desiderent, posse suam fidelitatem erga liberatorem omni eis possibili modo ostendere: hoc pro summa gratia habere, quod mors Christi in ipsis ad honorem eius renouetur.

Ecclesia. Maria. Ecclesia. Compassio igitur debet esse læta. Maria. Vtique uoluntarium non est sine hilaritate, licet caro sit infirma: promptitudo quæ in spiritu est, lætitiam ostendit. Concurrebat in passione filij mei, summa lætitia spiritus, cum summa tristitia sensus: uoluntas carnis noluit mori, sed abhorrebat plus mori, quàm aliqua cuiuscunque moriturihominis uoluntas, quia scientiam habuit mortis. Voluntas rationis habuit summum moriendi desiderium ad mortem, quia sciuit, per ipsam Deo & proximo se summè posse placere. Sensus enim qui est de hoc mundo, hic quęsct: spiritus qui est

http://www.obrascatolicas.com

de cœlo, non poteſt niſi in cœlo quieſcere. Sed cum ſpiritus qui dat eſſe nobile & ui tale ſenſui hominis, per ſeparationem à corpore mortem cauſet quoad corpus, quod uita priuatur, quæ eſt delectatio eius: ideò maximè triſtatur anima ſenſitiua, gaudet autem ſpiritus, qui per mortẽ illam tranſit ad ſuã uitã: Et quia nemo ſecurus eſt, quod ſpiritus ſuus trãſeat de morte ad uitam, niſi ille in quo eſt ſpiritus filij Dei, qui eſt uictor mortis: ideò illis demptis, qui habent arrã certitudinis mors omnibus
Eccleſia. amara eſt. Eccleſia. Quæ ſunt nos ad mortis Ieſu memoriam ducẽtia? Maria. Omnia
Maria. Eccleſiæ inſtituta. Nam Baptiſmus, Euchariſtia, & alia ſacramenta quę in ſe habent mortem Chriſti in merito & uirtute, ſcripturæ, picturæ, imago Crucifixi in omni Eccleſia, in biuijs, in oratorijs, hiſtoria paſſionis, & uiuus ſermo prædicatoris, qui propoſita ſenſibili forma transfert ad intellectualem animæ capacitatem, ubi infigit uirtutem meriti redemptoris, & inflammatur anima ad dilectionem ſaluatoris, & fit
Eccleſia. Chriſtiformis: ita ut in ea iugis ſit Crucifixi amoris læta memoria. Eccleſia: Vt igitur in nobis hæc memoria generetur, euangelizet Ioannes, & te ipſum dirigente, in
Maria. nobis crucifixum imprimat. Stamus enim attenti quaſi auidiſſimi, ut per auditum
Ioannes. capiamus uerbum ſalutis. Maria. Loquere igitur dilecte Ioannes. Ioannes. Iube mater quid uelis. Maria. Dicito primum de miſterijs crucis aliqua, ut ſapidior fiat hiſto-
Maria. ria. Ioannes. In paucis omnia crucis myſteria tetigiſti pijſſima mater. Sed quia tibi
Ioannes. placet ut ipſa reſumam pareo libens, ita ut tu quæ es mater uerbi incarnati dirigas, & obſcura mihi clarifices. Primum ſcitote uos fideles, duplex regnum eſſe naturę rationalis, quæ ſola regit, quia libera gaudet uoluntate: unum eſt regnum huius mundi, & eſt poſitum in maligno, quia malignus ei dominatur: Aliud eſt regnum cœli, quod fuit in hoc mundo incognitum, ſed eſt per Chriſtum euangelizatum. In primo regno: Iſte mundus eſt finis omnis religionis & uirtutis, & eſt uita temporalis. In ſecundo regno ſcilicet cœli, finis eſt Deus, & eſt uitą æterna. In primo regno non promittuntur niſi ſenſibilia, & delitiæ ſenſibiles. In ſecundo, non promittuntur niſi intellectualia, & delitiæ intellectuales. Sed ueniens de regno cœli, uerbum caro factum, illa quæ fuerunt penitus mundo incognita reuelauit, ſcilicet: quod natura rationis, non haberet finem & beatitudinem in delitijs huius mundi, ſed in delitijs Paradiſi regni cœleſtis. Quodcą regnum huius mũdi penitus in comparatione ad cœleſte, ſeruitus & miſeria eſſet reputandum: quoniam illa eſt differentia inter hunc mundum & regnum illud, quæ eſt uiſibilis & temporalis, ad inuiſibile & æternum. Hoc fuit omni generi humano nouum, & priùs inauditum. Dicebat autem magiſter multa ad capiendũ hoc, admonendo ne diligeretur iſte mundus, & quæ in eo ſunt, eò quod bona quæ apparent in eo, non eſſent niſi apparentia & erronea, ueritate & æternitate carentia. Sed bona regni cæleſtis, eſſent æterna & uera, & preſtarent fœlicitatem et lętitiam ſempiternam. Cumcą mundus iſte non poſſet capere euangelizationem, quia ea quæ ſpiritus ſunt non intelligeret, tanquam ea quæ nec audiuit nec uidit, nec concipere poſſet: tunc miſericordia motus uoluit finem inducere, per quẽ id quod non cognoſcitur, attingitur. Et dixit fidem ad omnia pertingere, & quod ipſe de cœlo ueniſſet, & illa quæ ibi apud patrem ſuum Deum uidiſſet, hic enarraret, & ſibi uticą credendum, quia ueritas eſſet, & filius ſeu uerbum Dei. Et oſtendit ſe in poteſtate & uirtute Deum, Dei filium, per mira opera quæ ſupra hominem ſunt, dicens. Si mihi non creditis, credite operibus quæ Deus pater qui in me eſt, & me ad uos miſit, pro ueſtra operatur ut ſalutæ: qđcą credenti nihil eſt impoſſibile, quia qui Deo credit, decipi nequit cum ſit uerax & fidelis in promiſſis. Et quod ipſe eſſet dator uitæ, oſtendit in reſuſcitatione mortuorum, & maximè Lazari, promittendo ſe daturum uitam immortalem ſibi credentibus, quoniam ipſe eſſet uerbum Dei, per quod Deus fecit omnia quæ in cœlo & in terra ſunt. Ideò non dubium, cum ars & ſcientia ſit omnipotentis Dei, quin poſſit efficere uitam illam in credentibus. Declarauit autem, quod ſicut ſenſibilis uita conſiſtit in ſenſibili refectione eſus & potus: ſic ſpiritualis intellectualis uita, in ſpirituali refectione, quæ eſt refectio ſapientię Nam ſapientia intellectum uitalem uiuificat, & quod ipſe eſſet hæc ſapientia, ſeu uerbum

uerbum patris omnia uiuificantis. Quare affirmabat illam uitam beatam in cognitione eſſe Dei, & ſui uerbi: quodcą uerbum ſeu filius, ſolum cognoſceret patrem, & nemo alius niſi filius reuelaret. Sicuti nemo cognoſcit ſapientiam alicuius doctoris, niſi mentalis eius conceptus ſeu uerbum, & uerbum ſeu genitus conceptus, induens ſenſibilem uocem reuelet patrem. Sic fuit omne ſtudium Chriſti, transferre hominem de ſenſibili delectatione ad guſtum dulcedinis, quem ſpiritus habet in appræhenſione uiuificantis ueritatis: & aperuit ſcripturas diuinas, quæ in ſenſibili litera habent illum ſpiritum ueritatis, animam immortaliter paſcentis. Et quòd non eſſet error ſeducens ad mortem ſpiritus, niſi in ſuperficie & cortice: ſpirituali autem intellectu, eſſet ueritas & dulcedo. Quodcą nemo poſſet ab errore, in quo iſte mundus longe à ueritate poſitus eſt, liberari, niſi per receptionem ſermonis ſui, tanquàm ſermonis filij Dei ſeu uerbi à Deo miſsi, ad illuminandas tenebras mundi. Ac quòd ſpiritus erroris, qui captiuum tenuit humanum genus, qui eſt & ſpiritus tenebrarum ſpiritualium, non poteſt expelli, niſi per lucem ſpiritualem uerbi Dei, & ſolùm uerbum Dei habet uirtutem fugandi mortem, quæ obtenebratio eſt ſpiritus, per oſtenſionem ſuijpſius & patris. Nam oſtenſio lucis in fonte ueritatis, ſic pellit ab intellectu tenebras mortales ignorantiæ, ſicut ſolaris lux tenebras ſenſibiles. Et hoc inter eſt, quia illuminatio uiuificans ſpiritum, eſt manens, quia in ſe conuertit ſpiritum. Sicuti ſapientia ſeu ſapida ſcientia, in ſe animam conuertit, quam ſapore ſuo delectabiliter paſcit: non temporaliter, nam eſt cibus qui non perit. Vnde ſi ſpiritus ex eius uirtute, ſemper plus fortificatur, & uiuificatur, ideò præſtat immortalitatem. Non ſic de cibo temporali & ſenſibili, ideò animalis natura antiquatur & moritur. Sed cum animæ humanæ, propter infectionem ab origine contractam, & longam continuationem, non eſſent aptæ ad expellendum ſpiritum erroris, à ſua antiquata paſſione, & ſeipſas mundandum cum carerent iuſtitia, quæ ſola iuſtificat ſpiritum, ad capacitatem illius beatitudinis immortalis (In maleuolam enim animam, non introibit ſapientię ſpiritus) ideò ad finem ut ſuam legationem iuxta patris deſiderium compleret, conſtituit ſe purgatorem animarum per meritum mortis, ut purgatis animabus, uitam ſuam diuinam regni cœlorum, poſſet communicare. Sed ad aſſequendam hanc purgationem, quæ conſiſtit in abluitione peccatorum, ſeu infirmitatum ſpiritualium, prædicauit neceſſarium eſſe, quod ſpiritus ſe ad capiendam purgationẽ adaptaret. Et docuit quod hæc præparatio fieret, ſi quis ipſum imitaretur. Si ſcilicet ad uirtutes Chriſti reſpiceret, quæ uerbo prædicaret, & opere oſtenderet, & illas imitaretur: ſectando mititatem, humilitatem, patientiam, ueritatem, miſericordiam, pacem, fidem, charitatem, iuſtitiam, & cæteras huiuſmodi, quæ ſunt fructus ſpiritus. Tunc enim uoluntas quæ eſt ſpiritus, ſe conformando uoluntati Chriſti, & oſtendendo hoc per opera uirtutis, pararet ſe ad receptionem meriti liberationis, & ad unionem cum ſpiritu uitæ Chriſti. Mortales enim uirtutes in anima habituatæ, ipſam ad immortalis uitæ receptionem diſponunt. Nam quando ad talem obedientiam ueniret ſpiritus, ut in eo non uiueret niſi uirtus & uoluntas Dei, & mortua eſſet uolũtas propria, quæ eſt carnis & huius mũdi: aptus eſſet ad motũ uitæ diuini ſpiritus. Quòdcą ille homo, qui ſic ad ſpiritum perueniret, obſeruaret mandata Dei in diligendo Deum & proximum, & præferret dilectionem Dei & proximi, ſuæ uitæ ſenſibili. Et ſic eſſet diſpoſitus, quod ipſum diuinus ſpiritus perpetuè inhabitaret. Vnde omnia hæc ſua documenta dilectionis Dei & proximi, in ſeipſo oſtendere uolens, mortem elegit, dum eſſet innocens: ut quantùm Deum diligeret, propter cuius obedientiam mori uoluit, & quantùm hominem diligeret propter cuius ſalutem obijt, oſtenderet. Sunt igitur omnia diuina myſteria, in crucifixione innocentis Chriſti complicata. Nam ſic eſt Deus diligendus ex tota uirtute animæ, ita quod omnia, & uita ipſa pro nihilo ad eius gloriam oſtendendam, eſt habenda. Sic proximi ſaluatio ſpiritus, tam eſt diligenda, quod temporalis deſpectuoſiſsima mors, eſt propter tantum bonum proximi, nihili facienda. Meruit innocentiſsimi Chriſti mors, uitam ipſam æternam, quæ iuſtè ei datur, cum ob ſolam dilectionem Dei & proximi paſſus

http://www.obrascatolicas.com

ſit,non ut lueret peccatum,quod in eo nihil habuit:aiebat enim appropinquans paſſioni,quomodo ſeipſum ſanctificaret,ſeu immolaret pro Apoſtolis & omnibus fidelibus,& quòd princeps mundi huius qui occupabat hominem, eijceretur foràs. Et quanta eſſet bonitas patris,innoteſceret & clareſceret,qui creauit hominem ut ei oſtenderet gloriam ſuam,& non pepercit filio ſuo,ſed tradidit eum pro liberatione hominis.Et quanta bonitas filij,qui ſeipſum impendit pro homine,in quo ſe filium Dei oſtẽdit.Data eſt igitur filio hominis uitæ poteſtas,ob meritum dilectionis perditæ uitæ.Vnde in hac morte quæ per ſolam dilectionem cauſata eſt, data eſt Chriſto ipſa uita æterna pro merito,quæ mortuos omnes in corpore & ſpiritu,fide & uirtute diſpoſitos,poteſt æternaliter uiuificare,ſic ei data eſt uita ipſa ſpiritus pro merito.Sicut ſi Deus alicui Solem iſtum uiſibilem pro merito dediſſet: talis haberet in poſſeſsione ſeu poteſtate,uirtutem illuminantem & uiuificantem omnem ſenſibilem,lucis & uitæ capacem naturam.Habet igitur Chriſtus uitam ſpiritus in ſua poteſtate,tanquàm iuſtus poſſeſſor & hæres regni uitæ:ipſe enim ſolus impleuit legem,quæ uitam promittit,& in hac lege ipſe Chriſtus fuit promiſſus. Nam quòd quis poſſet Deum diligere & proximum,ita ſcilicet perfectè ſicut lex præcipit: non fuit poſsibile niſi filio Dei,qui ſcit & cognoſcit patrem & uitam æternam. Promiſſus eſt igitur Meſsias in lege,& in Prophetis de eo ſcriptum eſt. Vnde ſpiritus legis eſt Chriſtus.Et quia lex uitam promittit ipſam ſeruanti,Chriſtus eſt ille cui regnum uitæ promittitur. Tanta igitur eſt in morte Chriſti dilectionis intenſitas oſtenſa, quòd nulla maior poſsibilis eſt,quoad Deum & proximum. Et ideò cum in ſe includat omnem poſsibilem dilectionem,omnem includit legis adimpletionem, & omnem eius obſeruantiæ promiſsionem. Ipſe eſt igitur ſponſus, qui habet ſponſam,& delitias ſpiritus.Vnde patet quòd ſicut nulla anima poteſt eſſe iuſta, ſine iuſtitia iuſtificante: ſic nec uiua, ſine illa uita uiuificante, nec aliud eſt iuſtificatio, quàm uiuificatio. Ita Chriſtus, eſt per meritum ſuæ mortis iuſtitia iuſtificans,& uita uiuificans omnes fideles Chriſtiformes. Vnde qui in luce ambulant ſicut ipſe, illos ſanguis eius mundat ab omni peccato: illi enim ſunt proximi eius,pro quibus mortuus eſt,pro quorum ſalute tradidit ſe in mortem.Nulla autem mors ea iuſcunq; poteſt ipſum mundare,quia nemo dedit ſibiipſi eſſe. Et nemo poteſt ſeipſum qui mortuus eſt reſuſcitare, et eſſe cauſa ſuæ ſalutis,aut denuò generare ut uiuat omnis enim peccator mortuus,non habet unde mereatur uitam. Nemo autem poteſt ueraciter dicere,ſe ſine peccato eſſe:ſed qui dixerit ſe peccatum non habere,mẽdax eſt Quare ſola mors Chriſti innocentis,qui ſeipſum pro nobis cruci obtulit,eſt iuſtificans capaces qui in ipſo manẽt,& ij ſunt qui ambulant ut ipſe. In eo charitas perfecta in morte oſtenſa docet,quod in charitate ambulantes ipſum ſequendo, filij Dei ſunt,hic in ſpe,& cum apparuerit poſt mortem in re, quia ſimiles ei erimus. Docent mortis Chriſti myſteria, quomodo mandata Dei, ſcilicet dilectio Dei, & ſimilis huic ſcilicet dilectio proximi,ſeruari debeant, ut perfecta ſit charitas. Et quomodo ſic ſeruans & faciens uiuet.Et non eſt longè regnum cœlorum,ſed eſt in uia,quia Chriſtum qui ducit ad regnum,imitatur.Nemo unquam adimpleuit legem quæ in dilectione conſiſtit,niſi Chriſtus,qui non uenit ſoluere legem,ſed ad implere,Hæc eſt perfecta charitas,quæ in morte Chriſti apparuit,quæ meretur ipſum regnum uitæ æternæ.Et cum nemo poſſit ad illam charitatem perfectam, quæ uitam promittit æternam,peruenire,cum non ſit qui faciat bonum quo non eſt melius, uſque ad unum qui eſt Chriſtus:ideò ipſe eſt ſolus qui perficit,& ſupplet id quod omnibus deeſt,& de eius plenitudine omnes accipiunt.Et quia meritum paſſionis, eſt hæc uita & theſaurus:ideò dici neceſſe eſt,per crucis myſterium omnes ſaluari qui ſaluantur.Idcirco in ſymbolo Apoſtolico poſui,quod Chriſtus pro nobis ſit crucifixus,Maria:Dicito Ioannes,quomodo eſt uita manens in fidelibus,filium meum ſequentibus?Ioannes. Aeterna uita,eſt regnum patris,quod pater dedit filio,et eſt lux uiua ſapientiæ ſeu charitas:manens in filio, manet in ipſa luce, ſeu in uita patris. Nam hæc promiſsio,quòd qui manet in charitate,ille in Deo manet. Qui eſt in forma

ma charitatis Chriſti,in Chriſto manet. Chriſtus eſt filius patris:qui in Chriſto manet,filius Dei eſt per formã Chriſti in quo manet:ideò et in patre,quia filius in patre, & pater in ipſo,quia pater in filio:& hæc eſt uita æterna. Qui confitetur filium,habet patrem:qui negat filium, negat patrem. Formata fides,eſt confeſsio uitam præſtans. Nam charitas quæ format fidem, eſt charitas Chriſti, eſt ſola perfecta:forma formans perfecta eſt. Vnde ut concludam hanc partem, ſcimus quoniam filius Dei uenit, & induit carnem, & mortuus eſt pro nobis, & reſurrexit pro nobis à mortuis, & aſſumpſit nos, & dedit nobis ſenſum ut cognoſcamus uerum Deum, & ſimus in uerò eius filio Ieſu Chriſto: hic eſt uerus Deus, & uita æterna. Maria. Satis nunc enodaſti dilecte Ioannes, cauſam aduentus filij mei in carnem, & curſum eius uſque ad mortem, quodq; mors crucis clarificat ipſum, & eſſe illum qui in lege & Prophetis promiſſus eſt, in quo omnes benedicuntur & uiuificantur. Et quod ipſe morte intercedente, eſt mediator omnia pacificans, & ad perfectum perducens, ipſe eſt iuſtitia Dei & hominum, ideò mediator pacificans. Eſt iuſtitia Dei patris, nam omnia patris promiſſa, adimplentur in ipſo: ipſe oſtendit patrem iuſtum, fidelem, & ueracem: ipſe eſt iuſtitia hominum, in cuius iuſtitia omnes iuſtificantur. Et hæc iuſtificatio, per mortem crucis conſummata eſt. Quomodo autem ad mortem peruenerit, expectat populi deuotio à te audire. Ioannes. Quæ uidi & in memoria teneo, te matre miſericordiæ admonente recitabo. Timeo autem uehemẽter, recitationem meam frigidiorem calore claritatis, quoad Chriſtum paſſum,& mitiorem maleuolentia ipſum perſequentium, non ſatisfacturam feruori tui deſiderij,& ſaluti expectãtis populi, niſi tua ſuppleat charitas. Maria. Adero & ſuccurrã. Ioãnes. Oro primum auditores,ut hac fide attendant, quod Chriſtus legatus charitatis, omnia præordinata exequtuus eſt abſq; defectu ita quod impoſsibile eſt melius fieri potuiſſe. Si igitur intendebat pater, quod filius ſua morte liberaret à morte humanum genus, talem ſubijt mortem filius, quæ in ſe omnium qui liberari debent, mortis pœnam, in ſua intenſitate doloris complicaret:ut omnis qui mortem iuſtè pati debuit propter legis tranſgreſsionem ſeu inobedientiam, in morte Chriſti ſatisfaciat, etiam ſi pœnam infernalis ſupplicij pati debuiſſet. Intenſitas igitur doloris Chriſti, qui noſtros dolores portauit, & qui condemnationis ſententiam in ſe ſumpſit,& chirographum cruci affixit ubi ſatisfecit,tanta fuit,quod nemo ipſam ſufferre potuiſſet, niſi in quo charitas perfectiſsima, quæ potuit ſola eſſe in filio Dei. Vnde quæcunque pœna aut ſcribitur aut cogitatur,minor eſt illa ſatisfactoria pœna,quam Chriſtus paſſus eſt. Habuit igitur ſcientiam mortis, & omnium pœnarum, omnium qui pœnas pati poſſunt, & quod ſenſibilem naturam, corpus tale & tam nobile, quod omni alio intenſiùs pati potuit. Et in illo genere pœnæ,quo nullum acerbiùs, deſpectuoſiùs & turpiùs,loco,& tempore,& congregatione omnium qui ad augendum dolorem ſpectando intererant, & quæque talia quæ excogitati poſſunt ad augmentum doloris,ut eſſet mors conſummata: nulla miſericordia, nulla pietas, in Iudæis, & in miniſtris,& tortorib. Iſta de ipſo Eſaias ſcripſerat,ſcilicet quod uir ultimus dolorum,ſciens infirmitatem, innocens noſtra peccata portans. Et hæc ſit fides audientium, ut ſciant acerbitatem pœnæ non eſſe expreſsibilem. Et quando aliter unus aliter alius ipſam exprimere nititur, in hoc non eſt error quaſi excedatur, ſed ſemper minus dicitur, quàm dici deberet. Maria. Optimè dicis Ioannes. Nam quomodo poſſet mea compaſsio, quæ fuit in filio meo paſsio, exprimi per alium: cum nec ipſam ego exprimere potuiſſem. Sed ſatis ſit ut quiſque pro ſua deuotione & dilectione ad filium, conceptum quantò poteſt paſsioni acerbiſsimæ, fabricet conformiorem. Proſequere igitur. Ioannes. Inchoemus igitur, & primum conſideremus, quomodo reſuſcitatio Lazari facta eſt de uiro nominato, & prope Hieruſalem,& de quatriduano, & modo mirabili, palam Ieſu clamante, Lazare ueni foras, fecit ludæos ſollicitos ut de nece Chriſti cogitarent: quia uiderant multos abire, & credere Chriſtum filium Dei,ſeu Meſsiam. Et quoniam nequa quàm fuit eis perſuaſuaſibile quod non eſſet Deus, uirtutes quas Chriſtus oſtendebat, adſcripſerunt

http://www.obrascatolicas.com

arti magicæ & maligno. Ideò concilio inito, prophetante Caiapha pontifice, expedire quòd unus homo moriatur pro populo, ne tota gens periret: capta est conclusio, quòd Christus moreretur in Hierusalem, extra quam non capit mori Prophetam, opportunitate ad hoc data. Ecce mirabile mysterium. Expediebat Christum mori, ut clarificaretur, & glorificatus seu clarificatus in exaltatione crucis, ad se traheret omnia. Iudæi uerò memoriam eius de terra delere proponentes, dictum Caiphæ ad suum propositum seruire credentes, sequuti sunt ipsius consilium. Christus uoluit mori, sed eo ordine ut moreretur quasi condemnatus. Et quoniam iustus uoluit mori, sed eo ordine ut moreretur quasi condemnatus. Et quoniam iustus quando ut condemnatus moreretur, tunc perderet Sathan omnem iustitiam, quam sibi in filios Adæ uendicabat, quia in ipsam iustitiam peccando, perderet iustitiam: sicut abusus priuat preuilegio abutentem. Sinebat Christus ista omnia sic fieri, quia suo proposito non aduersabantur: imò sic oportebat fieri, ut scilicet à Iudæis & gentibus, Deo in sacrificium pro omni gente offerretur, uti Caiaphas prophetabat, ut tota gens non periret, mira sunt ista. Intendebant à deceptione liberari, ideò Christum obtulerunt, & gens consequuta est liberationem, à deceptione principis mundi. Sathan seipsum decepit: procurauit Christum mori, ne perderet principatum, & per hoc perdidit. Deinde alia causa, cur Iudas factus est traditor, subsequuta est. Nam ante sex dies paschæ, Iesus ueniens Bethaniam, dum esset Lazarus secum in cœna, & plures qui conuenerant etiam ad uidendum Lazarum: Maria Magdalene attulit unguentum prætiosum, nardi pistici spicati, & fracto alabastro in quo erat fudit super caput eius, & odor impleuit totam domum. Id agente Iudà, indignati sunt discipuli de perditione tam pretiosi unguenti: potuisset enim uenundari multo ad usum pauperum. Hæc persuasit Iudas, ut de pauperibus discipuli loquerentur, licet ipse de ipsis non curaret, sed fur erat, & partem recepisset, si unguentum uænundatum fuisset: portauit enim loculos. Aestimabat autem se ex decima triginta argenteos habuisse, & statuit Christum tradere Iudæis pro illis triginta argenteis. Quomodo autem Christus & se & Mariam excusauit, clarum apud uos arbitror. Deinde altera die, quando Christus ut rex & sacerdos populum uisitare proponens, uenit Hierusalem super asinam, & turba atque discipuli cum pueris Hebræorum reuerentiam Christo ut Dei filio impendissent: Pharisæi indignati accesserunt Christum, ut compesceret à laudibus discipulos, & alios. Quibus Christus respondit, quòd si ipsi tacerent, lapides clamarent. Et eiectis nummularijs de templo, in zelo domus Dei, curatis multis infirmis, rediit Bethaniam. Ex his aucta est inuidia Scribarum & Pharisæorum contra eum. Altera die secunda feria mane rediens in templum, tentatus est per adductionem adulteræ. Et Apostolis qui ad eum deferebant esse gentiles, qui ad festum conuenerant, ipsum uidere desiderantes, respondebat: quomodo hora clarificationis aduenit, & hoc pater de cœlis contestatus est. Dixit autem quomodo clarificari deberet per mortem, similitudinem sumens de grano tritici, quod morte sua extendit multiplicatiuam uirtutem, quòdque ipse si exaltatus à terra fuerit, omnia ad se traheret. Iterum de sero Bathaniam rediit. Erat enim castellum Lazari & sororum in pede montis Oliueti, quindecim stadijs, seu duobus penè miliaribus distans ab Hierusalem. Maria. Sine ut clarificationem de qua filius meus loquutus est, gentilibus audientibus exponam. Omnia quæ beatificant animam, sapientia, seu sapida scientia sunt. Ideò summa beatitudo consistit in cognitione optimi, scilicet Dei & legati sui, filij mei. Et claritas est notitia clara, & talis quòd est cum laude, & dicitur gloria à claritate. Notitia enim Dei & filij eius, quæ excitat laudem est, quam Christus reuelare uenit. Et maximè illam in morte ostendit, ubi charitas quæ Deus est eam manifestauit. Et ibi ipse clarificauit patrem, ob cuius obedientiam mortem subijt: & pater clarificauit ipsum esse filium suum, qui non potuisset tantæ uirtutis esse, quòd mortem talem ob charitatem subijsset, nisi fuisset filius Dei & charitatis, quæ Deus est. Ecclesia. Gratias agimus tibi uirgini uirginum, quæ secundum nomen tuum quod est Maria, nos illuminasti. Quæsumus ut magis

magis illumines, quomodo æterna uita sit in cognitione. Maria. Intellectualis natura, est quæ cognoscit seu intelligit. Intelligere, est intus legere seu colligere. Quando igitur natura intellectualis, intelligit illa quæ sunt corporalia, non in se colligit corpora, quæ non possunt illabi spiritum: intellectualis enim spiritualis est naturæ. Sic dum intelligit calorem ignis, non efficitur calidus, non enim immutatur per illa, sicut sensus per illa immutatur, quando sentit, quia in se illa non colligit: sed species sibi fabricat, & phantasmata in similitudinem corporalium, per quæ intelligit corporalia. Quando uerò diuina intelligit quæ sunt spiritualia, & naturæ eius illabi possunt, tunc illa intra se habet & colligit: illa enim uti sunt, illabi possunt spiritui intellectuali. Et ideò intellectus non intelligit diuinam sapientiam, per phantasmata aut similitudines, eius, sed per ipsam: quia reperit sapientiam intra se: & nisi intellectus habeat sapientiam in se, non potest ipsam intelligere. Et eo ipso quòd intelligit, est sapiens, sic de uita, sic de charitate, & uirtutibus diuinis. Intellectus igitur eoipso quòd cognoscit uitam diuinam, habet in se uitam illam. Et ita eoipso quòd itelligit uitam, est uiuens. Habet igitur in se Deum, quando ipsum intelligit; & Christum, quoniam ueritatem intelligit, quia est ueritas: & charitatem habet, quæ est uiuus diuinus calor, quando charitatem intelligit. Vnde patet quòd cognitio Dei, & eius filij, est intra se habere omne desiderabile, & meliùs quàm cogitari possit. Et hæc est beatitudo, quæ nisi habeat, concipi aut intelligi nequit. Ecclesia: Meritò Maria nomiaris, & mater lucis fideles illuminantis. Maria. Prosequatur nunc Ioannes narrationem. Ioannes. Feria tertia iterum redijt ad templum, et principes sacerdotum interrogabant eum, in qua potestate hoc faceret: sed ipse alia quæstione illis proposita, ad quam non respondebant, se similiter excusauit. Et parabolas plures proposuit, scilicet de duobus filijs, quorum unus iussus intrare uineam, uerbo renuit, facto paruit alius contrario modo. Aliam de cultoribus uineæ, in qua aperuit se non ignorare, quomodo filium & hæredem occidere uellent, ut aslequerentur eius hæreditatem, & non intelligebant: quomodo ex morte filij hæredis, fierent multi eohæredes. Dixit etiam de inuitatis ad nuptias. Et tunc accesserunt pharisæi petentes, an Romanis capere tributum ab eis liceret. Quibus ostenso ei numismate, sic respondit: quòd tam Deo quàm Cæsari sua cuique iura seruarent illæsa. Deinde exposuit magnum mandatum, & dilectionem proximi. Et quòd proximus fuit Samaritanus, uolens dicere illum esse inter omnes absolutè proximum, qui liberat à morte animæ, & in hoc se in nomie Samaritani propalauit. Dedit etiam intellectum de Christo, quem Dauid nominat Deum suũ. Redarguebat pharisæos de falsa doctrina, ambitione, crudelitate, hypocrisi, auaritia, & superbia. Et recedens de templo dixit eis: non me uidebitis, donec dicatur benedictus qui uenit in nomine Domini. Et post egressionẽ ostenso ei opere mirando templi, ea quę erant futura prędixit, quomodo scilicet ueniret dies euersionis, in quo non remaneret lapis super lapidem. Rediens Bethaniam dixit; Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur.

Ecclesia Maria. Ioannes.

Nota quod quàmuis de Pilato sint altæ historiæ, scilicet quomodo seipsum interemit, tamen Tertulianus in Apologetico suo, dicit ipsum factum Christianum, & gesta mortis, resurrectionis, & ascensionis Christi scripsisse Tiberio. Cuius hæc sunt uerba. Pilatus iam pro sua conscientia Christianus, Cæsari tunc Tiberio super Christo nunciauit.

Pilatus.

Ex ser. Descendit ad inferna.

Obedientia.

Amor.

RAtionis est ut obediat uerbo Dei & credat ei, à quo habet id quod est. Dico de uiua obedientia. Nam obediẽtia quæ est ex timore, non est uiua. In rationali natura libera, obediẽtia in timore coactio est, & seruitus non libertas. Obedientia uiua, non est nisi ex amore. Vnde obediẽtia perfecta in rationali spiritu, est amor pfectus. Quare in perfectè obediẽte non reperitur aliqua ratio, nisi amor. Hinc lex obedientię, non est nisi rationalis amor, seu dilectio, quæ lex complicat omnem rationalem uiuendi modum. Amor enim delectabilis uita est.

http://www.obrascatolicas.com

Id quod rationalis ſpiritus maximè diligit, eſt uita: id quod in ipſa rationali natura maxime uiuit, eſt amor quem obedientia oſtendit. Vnde rationalis amor, eſt ut ametur fons ille, unde habet uitam, rationem, & amorem: quia amare fontem uitæ, eſt ui uere in lætitia. Et hic amor per maximam obendientiam oſtenditur, quam omnes uirtutes conſequuntur. Vnde ille rationalis ſpiritus uiuens, in charitate, eſt bonus, & non niſi bonum facit, omnia diligit, nihil odit, & non uult malum alicui: ſed ſe poſſe pro ſalute cuiuſcũq; poſſe in Dei ſui laudem, impendere optat. Viſitat autem uerbum, rationalem ſpiritum, qui rationalẽ ab eo recepit ueritatem: uerbum enim Dei, λόγος eſt, ſeu ratio rationum. An igitur rationabiliter uiuat, & fructificando creſcat, & ad uerbi Dei conformitatem accedat, inquirendo experitur.

Ex ſermone. Miniſtrat nobis fratres.

Paſtor. Sacra ſcriptura.

Sicut ſub diuerſis herbis, pabulum inuiſibile ouium continetur, per quod ſolùm ſenſibilis uita paſcitur: ſic ſub uaria ſcriptura, ſpiritus latitat mentem paſcens. Vnde ſpiritualis paſtus uiuificans & illuminans, non deprehenditur, niſi medio Chriſti, qui eſt oſtium uiuum, ſeipſum aperiens pulſanti, & claudens præſumenti.

Chriſtus eſt omnia in omnibus, in paſtore eſt ut paſtor, in ſubdito ut ſubditus & obediens. In paſtore, Chriſtus eſt uerbum Dei, docens præeſſe & præfici. In ſubdito, uerbum Dei docens parere & ſubijci. In diuite, docens humilitatem & miſericordiã, in infirmo patientiam, in iudice iuſtitiam, & ita de omnibus. Nam quicquid uirtutis eſt, docet hoc uerbum. Et pro exemplo doctrinæ, producit humanitatem ſuam, ut homo in ipſam reſpiciat, & ſic uerbo & exemplo paſcatur.

Chriſtus omnia in omnibus.

Paſtor non debet ad ſe reſpicere, dummodo qualitercunq; in paſcendo ea faciat, quæ Deus præcipit paſtori bono, etiam ſi propterea conciperet, ſe in inferno damnãdum. Nam ſi quis tantæ charitatis eſſet, ille utiq; non eſſet damnatus in inferno. Iuſtus enim in inferno, non habet pœnam iniuſtorum. Quare paſtor quantò fuerit maioris charitatis, et paratior magis pati pro grege: tantò maiorem gloriam aſſequetur. Si igitur ſe non curat uiuere, dũmodo ſubditi uiuant, qui ſunt quodã modo corpus eius myſticum: tunc quantò fuerit hoc ueriùs, tãto meliùs uiuet: quia non ſolã ipſe uiuet in ſubditis, ſed ipſi uiuent in eo, qui ſuam uitam obtuſit pro eis. At ſi caput habens debilia membra, omnia patitur ut membra ſua ſanentur: tunc ex ſanitate membrorum, quæ per eius paſsionem recuperata eſt, ipſe homo etiam in capite in ſanitate & uita augetur, & caput per triſtitiam & paſſionem non recipit niſi gaudium. Quantò enim quis animam ſuam ſeu uitam magis perdit propter charitatem: tantò magis inuenit. Nam quantò magis perdit ex charitate: tantò charitas maior. Quãtò charitas maior: tantò uita ſpiritus maior, quum charitas ſit uita ſpiritus intellectualis. Nã ex notitia Dei, charitas procedit, quæ eſt motus delectabilis ſeu uita, gaudium ſcilicet de appræhenſione. Qui enim Deum noſcit, non hæſitat ei ad ultimum uſq; obediendum, & operatur omnia ex charitate. Vnde actus per quem charitas oſtenditur maior, oſtendit maiorem uitam in ſpiritu. Sic ſpiritus qui ſe dat ad humilitatem ultimam, ut quantum in ſe eſt in nihilum reſoluatur propter charitatem, ille dum uidetur ire in nihilum, tranſit in perfectius eſſe.

Charitas paſtoris.

In notitia quæ filius eſt, eſt pater, qui noſcitur ſeu reuelatur. Et tam ex noto quàm notitia, oritur charitas. Ac ſi abſoluta pulchritudo, quæ in eis quæ non ſunt pulchra per eſſentiam ſed per participationem, per rationalem ſpiritum amatur, filium ſuum unigenitum de eſſentia ſua mitteret, ad reuelandam pulchritudinem ſiue patrẽ ſuum, in ſua ueritate & eſſentia: iſte auerteret rationalem ſpiritum, ab amore participatæ & corruptibilis pulchritudinis, & conuerteret ad amorem ſeu charitatem abſolutæ & immortalis pulchritudinis, cuius natura eſt, quod nunquàm poteſt ſatis amari, quia ſemper amabilior eſt quàm ametur. Ideò ſpiritus ille qui ex amore in amando fortificatur, paſcitur & creſcit unitiuè ſeu adhæſiuè, & æternam lætitiam adi-

adipiſcitur. Et ſicut de pulchritudine, ita de alijs, ſapientia, iuſtitia, aut ueritate concipe: quia ſunt nomina Dei, qui eſt ipſa abſoluta amabilitas, quæ dicitur & bonitas, ueritas, & reliqua id genus, quæ amantur per ſpiritum rationalem. Qui quidem rationalis amor, eſt intellectualiter uiuens, & ad differentiam amoris brutalis, charitas appellatur.

Ex ſermone: Gaudium ueſtrum nemo tollet.

Omnia in trinitate.

OMnia ſunt in patre ut in principio: omnia in filio, ut à principio creantur: omnia in ſpiritu ſancto, ut ſunt creata. Sicut tempus eſt in æternitate ſeu patre, ut in principio: & eſt in filio, ut in generatione & fluxu: & in ſpiritu ſancto, ut in completione ſeu periodo.

Itio. Abitio. Viſio.

Chriſtus dum aſcenderet ad patrem, euanuit ab oculis Apoſtolorum: & dum recederet ſenſibiliter, uenit ad eos intellectualiter, uti alibi dicit: uado & uenio ad uos. Viſio autem diſcretio eſt, & uidere eſt diſcernere. Vnde uiſio diſcretiua, eſt conſideranda uti res uidetur in figura, uel uti uidetur in forma: uti uidetur in figura, tunc uidetur in extrinſeco, in ſpeculo, & in coniectura, ſicut quum per oculos uidetur, qui figuram capiunt ſeu ſpeciem ſicuti ſpecula: uti uerò uidetur in forma, tunc uidetur in intrinſeco. Primo modo uidetur in imagine & umbra: ſecundo in luce & ueritate. Humana uiſio, ſcilicet quæ eſt diſcretio animata, habet extrinſecum & intrinſecum. Extrinſecum eſt ſenſus, intrinſecum intellectus. Mediante extrinſeco, homo attingit extrinſecum: mediante intrinſeco, intrinſecum. Quando recedit de extrinſeco: tunc deſerit ſenſum, & ſpeculatur circa ueritatem: quando exit de ſpeculatione, uadit ad ſenſibilia. Inter illa ſcilicet extrinſecum & intrinſecum, eſt quædam coincidentia, ubi extrinſecum cum intrinſeco coincidit, quæ poteſt dici opinio; habens lateraliter reſpectu extrinſeci imaginationem, & reſpectu intrinſeci rationem. Eſtò igitur quòd homo uideat aliquem, quem putet ſe priùs uidiſſe et nouiſſe: tunc ſi non eſt certus, deſerit extrinſecam uiſionẽ, & intra ſe cogitat uiſionẽ intellectuali diſcurrendo, ut ad nomen ſeu notitiam eius perueniat. Et dum ſic diſcurrit, iterum dimittit ſpeculationem intrinſecam, & intuetur oculo extrinſeco, ut ex figura eius reminiſcatur. Sic intrat & exit, & deſerit uiſionem unam & amplectitur aliam, ut attingat quæſitum.

Sicut in utero mulier concipit ſemen, de quo generatur animal; ſic in animali uita ſemen rationis creatur, de quo rationalis ſpiritus procedit. Vnde in uirtute uegetatiua, concipit mater ſemen animale, & in uirtute ſenſitiua, concipitur uia creationis ſemen rationale, & in uirtute rationali ſemen uerbi Dei, ſcilicet Chriſtus uia gratiæ, ſeu generationis. Nam quid eſt mulier quæ geſtat in utero puerum maſculum; niſi anima ſponſa Chriſti, quæ Chriſto per fidem eſt deſponſata: & quæ concepit in utero fidei ſemen uerbi Dei, & aluit quouſq; Chriſtus in eam uenit ad perfectionem: & non poteſt Chriſtus qui non eſt de hoc uiſibili mundo, ex utero fidei in ueritatem ſeu lucem progredi, niſi per mortem. Nam hæc regio, nõ eſt ueritatis ſeu lucis intellectualis, ſed ſenſus & corruptionis. Egreditur igitur partus uterum ſenſibilis uitæ, quæ eſt umbra rationis, ut liberatus ab umbra tenebroſæ ignorantiæ, ſit in ſua uiua & lucida intellectuali regione. Sicut egreditur de opacitate materni uteri, animal de uegetabili regione in ſenſibilem lucem, in qua ſuo modo proficit & delitiatur. Vnde ſicut hæc ſeparatio à matre & loco tenebrarum, quando fœtus exit uterum, & intrat in hanc ſenſibilem lucem, fit cum intenſiſſimo dolore, quia partus eſt pars uentris: ſic fit ſeparatio animæ rationalis à corpore, cum quo fuit in unitate ſuppoſiti unita. Sed triſtitia uertitur in gaudium: non enim mulier meminit preſſuræ, cum primùm uidet hominem natum in mundo, & cum primùm anima Chriſtum uidet in ſe natũ in mundo intellectuali, non meminit preſſuræ & doloris, propter gaudium. Et quantò magis egreditur hunc mundum de fide in ueritatem Chriſtiformiter, per patientiam & perſecutionem: tantò magis ex hoc gaudium habet, quia tanto reperitur Chriſto ſimilior. Quaſi aurum, quod eſt ex influentia Solis in mine-

http://www.obrascatolicas.com

ra nigra occultatum & cõceptum & per ignem purgatum relinquens ſcoriam nigredinis, reperitur uti Sol lucidum & incorruptibile.

Ex ſermone. Pater ueſter cœleſtis dabit uobis.

Opera intellectus.

SIcut creator omnium eſt purus intellectus, qui de ſe generat ſuum uerbum, ſeu conceptum, ſiue ideam rerum creabilium, & ex ipſo patre qui purus intellectus, & uerbo eius procedit ſpiritus, ſeu uoluntas, quæ mouet ut fiat creatura; ſic fiunt omnia opera intellectualis naturæ: puta intellectus meus uult ſuiipſius ſimilitudinem in nobis formare, concipit primò ſeipſum, generando de ſe uerbum ſuæ intelligentiæ, in quo ſeipſum intuetur, & facit conceptum illum quandam ideam ſeu formam exemplarem, ad cuius ſimilitudinem uult formare naturam intellectualem, quæ eſt in interiori homine noſtro. Et quia hæc forma eſt ei grata, ipſam amplectitur tanquam bonam. Et quia bonum eſt ſuiipſius communicatiuum, tunc oritur motus in uoluntate, & mouet linguam & omnia alia, ut formetur uox quam expiro, in qua uoce ſenſibili & formata, eſt ſpiritus deſideriĳ mei, in quo eſt uerbum conceptus mei, & in conceptu intellectus qui eſt pater uerbi. Vnde in omni opere intellectualis naturæ relucet ſimilitudo creationis Dei. Et uidetur quomodo perfectio requirit trinitatem, ſcilicet patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum. In omnibus igitur creaturis, ut ait ſacerrimus Dionyſius) eſt eſſentia, de qua generatur uirtus. Ex his autem procedit operatio, quæ fit per motum. Omnis autem motus dicitur ſpiritus: ſicut aer motus, dicitur uentus, ſeu ſpiritus.

Nulla anima eſt capax ſpiritus illius, niſi tota ardeat in deſiderio impetrandi. Non oritur flamma in lignis uiridibus, niſi eiectis contrariis humoribus, & ipſis intensè calefactis: tũc enim ſuperuenit flamma illuminans. Nam quãdiu ſpiritus qui euaporat ex lignis eſt aqueus & terreus, non deſcendit in ipſum flamma, ſed illis impuris uaporibus expulſis, in calido æthereo ſeu aereo ſpiritu qui lignis unitur, flãma quaſi de ſurſum emiſſa exoritur, & tendit ad cœlum ſurſum, à quo deſcendit. Hæc eſt (quàmuis diſpar) ſimilitudo, ſpiritus boni in animam deſcendentis, ipſam ſurſum dirigentis, & luce ſapientiæ illuminantis, & calore charitatis calefacientis, & ſemper permanentis, quum ſubiectum eius ſit incorruptibile. Sicuti de Asbeſto lapide dicitur, qui ſemel accenſus nunquàm extinguitur. Indubiè ſi calor in lignis continuatur, tunc augetur, & demum flamma exoritur. Oportet autem importunam diligentiam præcedere, ut habilitetur ſubiectum. Vnde cauſa nunc nota eſt, cur non datur omnib. ſpiritus ille, certè ideò; quia non oritur flamma in lignis uiridibus, quando non ceſſatur ab importuna malorum continuatione.

Signa inhabitantium ſpiritum.

Delectatio eſt ſignum quòd ſpiritus charitatis inhabitat animam. Murmuratio, ſignum inhabitantis inuidi & ſuperbi ſpiritus. Sed pronitas parendi cum gaudio, eſt ſignum boni ſpiritus. Qui uult fieri filius Dei, ille ſequitur Chriſtum, quouſq; fiat Chriſtiformis, & delectetur in uita Chriſti. Ille induit Chriſtum, qui ita facit, & nomine eius petit & accipit. Nemo poteſt à patre quicquàm obtinere, niſi filius quem pater diligit, & omnia ei dat Et ideo neceſſe eſt, quod qui uult exaudiri Chriſtus ſit, per participationem formæ eius, quæ eſt forma grata Deo, quia eſt forma uirtutum, id eſt neceſſe eſt ut ſit Chriſtiformis.

Conformatio exemplari Obedientia.

Videtur quòd intra noſtrum rationalem ſpiritum, ſit quædam uiua imago diuinæ ſapientiæ, ad quam dum reſpicimus, mouemur per quendam diuinum impulſum, ad pulſandum, ad petenda & quærenda ea, quæ ſunt perficientia imaginem, ſiue ipſam ad exemplaris conformitatem ducentia. Nam iſte eſt motus imaginis ut imaginis, ut ad conformitatem ſui exemplaris accedat: donum autem illud eſt fides. Nam ſpiritus fidei, in quo credimus Chriſtum filium Dei nos mouet, ut quæramus uiam perueniendi ad filiationem Dei, quæ eſt ultima fœlicitas. Et hoc erit, quando ad conformitatem Chriſti peruenerimus: non enim eſt illa conformitas, quam per fidem nos habituros ſperamus aliud, q̃ filiatio Dei. Conſiſtit autem uita in obediẽtia perfecta, quæ exaltauit Chriſtum ſuper omnia. Petere igitur debetis religioſi, ut uobis conformis detur obedientia, & habebitis quicquid optatis. Quamdiu enim non ſequimini Chriſtum qui eſt uia obedientiæ, ad ueritatem fœlicitatis, atq; ad uitam æternam non peruenietis. Si autem obedire inſtituitis Deo in prælato uſque ad mortem, mortem autem crucis, ſcilicet uſq; ad ultimum terribiliſſimorum: perfecti eſtis religioſi, & Chriſtiformes filĳ Dei benedicti, & adepti eſtis ſpiritum bonum, ſcilicet ſpiritum Chriſti, quem pater dat, ut hoc dono filios Chriſto conformes efficiat. Donum igitur patris ut patris, eſt filiatio, & eſt ſpiritus filĳ Dei in quo clamamus Abba pater. Omnes igitur ueraciter Deũ patrem in patrem habentes filĳ ſunt, quia in ſe habent ſpiritum Chriſti filĳ Dei, & opera Chriſtiformia, oſtendunt ſpiritum motorem. Et eſt hæc unica ſcientia, quæ dat nobis notitiam filorum Dei, ſcilicet Chriſtiformitas. Ad hanc nititur ducere, omnis religionis obſeruantia. Nam non eſt religio, niſi uia perueniendi ad ſpiritum Chriſti, qui non eſt de hoc mundo.

Ex ſermone, Subleuatis oculis.

Victoria Chriſti.

ALebat Chriſtus: Confidite quia ego uici mundum. Ex hoc intelligere debemus, Chriſtum eſſe uictoriam mundi. Qui igitur uult habere pacem, & à preſſura mundi liberari: neceſſe eſt quod ad Chriſtum confugiat, uictorem mundi: & ille ad Chriſtum recurrit, qui mundum derelinquit. Mundus eſt ſenſibilis uita, in ſenſu eſt aduerſitas & preſſura, in ueritate pax. Qui ſcit ueram uitam eſſe in intellectuali natura, quæ ſola eſt ueritatis capax: ille ſcit quod interior homo intellectualis, ſi induit ueritatem quæ eſt æterna, habet immortalem uitam. Intellectus enim in ueritate, eſt in cœlo ſuo & paradiſo delitiarum: nam in ueritate uiuit delectabiliter, & ueritas & paſcentia uitæ eius. Intelligere enim eſt ei uiuere, & intelligere, non eſt niſi ueritatem appræhendere, & hoc eſt cognoſcere. Sicut uidere eſt uiuere uiſui exteriori, ſic intelligere eſt uiuere intellectui. Viſus ſi clarè & limpidè uidet uiſibile, eſt in cœlo ſuo, & paradiſo: & nihil plus appetit, quia ibi delitiatur uitaliter: ſic de intellectu quo ad ueritatem. Intellectus autem qui eſt de mundo iſto, ſcilicet qui ſe putat uiuere in ſenſibilibus, patitur oppreſſiones & aduerſitates: quia nihil hic eſt permanens, & nihil paſcit immortalem intellectum, niſi immortale. Temporalia igitur & caduca, opprimunt intellectum. Vnde quando intellectus ſe putat per ſenſum appræhendiſſe uitam ſuam, in qua deliciatur, quando poſtea experitur, figuram huius mundi & concupiſcentiam eius præterire, triſtatur, repereins ſe deceptum. Si igitur uult gaudere in pace, oportet quod ſenſibilia pro nihilo habeat, & ſi habeat, ſine affectione ad illa, ut habeat & non habeatur: ut ſi diuitiæ affluant, cor non apponat. Ille induit Chriſtum uictorem mundi, qui ueraciter Deum mundo præfert, talis dicit uti Petrus: oportet plus obedire Deo quàm hominibus.

Amor.

Cognitio pretioſior huius mundi, eſt in uiſione: ſed uiſus nõ poteſt attingere niſi corporalia, & uiſibilia, & ſenſibilia. Creator autem nihil horum eſt quæ creauit. Senſibilia, creata ſunt, tam uiſibilia quàm inuiſibilia creata ſunt. Nihil igitur omnium eſt Deus. Sed filius Dei patris, manifeſtat ipſum: filius em̃ eſt manifeſtatio patris.

Vita æterna, eſt cognoſcere. Viuere eſt motus delectabiliſſimus, qui non eſt ſine amore: delectatio enim eſt opus amoris. Vnde in uita æterna eſt cognitio, quæ amor. Intellectus enim quodã naturaliſſimo amore, ſcire deſiderat. Et hoc deſiderium, eſt quod in ſe geſtat ueritatem, & qui ſcire deſiderat, ueritatem ſcire deſiderat. Scirè igitur hoc deſiderium, eſt appræhendere deſideratum in deſiderio. Vnde qui concipit Deum eſſe charitatem, & finem deſideriĳ ſcilicet bonitatem: ille uidet quomodo in appræhenſione charitatis, ſatiatur deſiderium animæ. Hoc deſideriũ eſt ſpiritus, in quo uniuntur potentiæ illæ rationalis animæ in ſuo ſupremo, quæ in ratione diſcurrente ſunt ſeparatæ ab inuicem. Vnde quũ dico, uitam æternam eſſe cognitionẽ charitatis, & tu ad cognitionem tantum reſpicis: occurrit tibi in cognitione, eſſe uitam æternam, & ſic in intellectu. Et quando reſpicis ad charitatem, ſcilicet quomodo amor ſeu charitas eſt in uoluntate ſeu affectione: occurrit tibi, q̃d uita æterna ſit in uolun-

http://www.obrascatolicas.com

uoluntate,quia amor ut amor non conoſcitur,niſi amando. Sed dum te eleuas ad illã ſimplicitatem,ubi idem eſt intelligere & amare:concipis has potentia animę noſtrę, ſcilicet intelligere, & amare, in fœlicitate ultima coincidere. Ideò quãtũ beata anima amat,tantũ intelligit,& econuersò,quantum intelligit,tantũ amat:quum fœlicitas illa illi aduenìat ab eo,ubi idem eſt intelligere & amare,& qui fœlicitando animam nõ ſe plus communicat intelligendo q̃ amando. Et ut hoc clariùs capias, conſidera quo modo anima rationalis,habet duas potentias in hoc mundo diuerſas:ut per unã omnia in ſe colligat, & eſt intellectus, intus ſeu in ſe legens omnia, ſeu omnia in ſe intus ligans: & per aliam ad omnia progreditur ad extra, & ſe ad omnia ligat, uti eſt uoluntas ſeu amor. Per illam enim ſe omnib. unit,ac ligat ad omnia:ſed dum eſt fœlix, Deum habet in quo in ſe omnia habet. Et ipſa eſt in ipſo omnibus unita, & hoc eſt idem ſcilicet omnia eſſe in ipſa, & ipſam in omnibus, quia Deum habet in quo omnia, & qui pariter in omnibus.

Ex ſermone. Aſſumptus eſt in cœlum.

Fides. Qui uerò non crediderit, condẽnabitur, ait ipſe Dominus:non dicit,qui crediderit & nõ fuerit baptizatus condemnabitur. Nam fides eſt neceſſitatis, cuius baptiſmus eſt ſacramentũ. Qui igitur fidem habet, & non poteſt aſſe qui ſacramentum uti latro in cruce, ſufficit fides. Quod autem non credens Chriſto,qui promittit credentibus uitam æternã,ſit condemnatus, hoc eſt in æterna morte damnatus:ex eo conſtat, nam ſpiritus noſter non aſſequitur id, quod non ſperat nec amat, amor enim iungit ſpiritum amato. Qui uerò non credit, non ſperat nec amat. Ideò qui non credit ſe uitam aſſequi poſſe æternam, manet in morte æterna.

Spiritualia dona. In uno homine illa uirtus naturę,q̃ eſt intellectualis,et de eſſẽtia humanæ naturę, ſe oſtẽdit uno modo,ſcilicet in arte ſcribẽdi,in alio in arte loquẽdi,in alio in arte regẽdi,et ita uariè relucet potẽtia ſeu uirtꝰ naturę itellectualis. Ita in uarijs ſupernaturalib. donis, ſpũs diuinus ſupernaturalis ſeu gratiæ,qui datur fidelib. oſtẽdit ſuam uirtutẽ. Quando enim anima recipit hanc uirtutẽ ex alto,tunc ipſam uirtutem ſe recepiſſe in ſignis,quę nõ poſſunt niſi à ſpiritu illo fieri,oſtẽdit. Et ideò Paulus dicebat,quomodo Chriſtus aſcendẽs in altũ,ducens ſecum captiuã captiuitatem,dedit dona hominibus,quæ enumerat. Et illa ſunt diuina dona,præſentiã ſpiritus ſignantia, nos certificantia,q̃d ſumus in conſortium Chriſti admiſſi,quia ſpiritũ eius habemus. Sicut enim intellectus, per ſui præſentiã efficit, quod animal aſſumptũ in conſortiũ ſuæ naturæ, ſcilicet q̃d beſtialitatis ignorantia & tenebroſa obſcuritas,lucem induit ſapientiæ humanæ: ſic anima rationalis, tranſit in conſortiũ diuinitatis, per unionem ſpiritus ſui cum ſpiritu Dei. Et uide differentiam,quoniam ſpiritus intellectualis, inſpirãdo creatur in animali,quia priùs animale q̃ ſpirituale. Sed ſpiritus ſimpliciter dum illabitur, non creatur ſed cõmunicatur. Ideò eſt alius et alius creatus in diuerſis hominibus,ſed unus & idem ille increatus. Ideò in Chriſtianis, in quibus eſt una fides, cum illis eſt etiam unus ſpiritus:quia fides non eſt niſi donum ſpiritus. Quãdo enim intellectualis natura eleuatur ultra naturam ſuam, ut ueritatem uideat quam non intelligit, ſcilicet quando ſupra intellectualem naturam, certiori modo appræhendit ueritatem, quam ſcit eſſe uitam ſuam:hoc ex altiore uirtute euenire neceſſe eſt. Et hanc uirtutem,quæ eſt altior quàm creata intellectualis, oportet eſſe diuinam, quia inter intellectualem naturam & diuinam,nulla alia mediare poteſt.

Reſurrectio. Aſcenſio in ſenſibilibus facta eſt ſignis, ut per ſenſibilia illa ſigna, concluderemus ueritatem reſurrectionis, quæ eſt in ipſo etiam aſcenſio. Diceret forte aliquis,ex quo reſurrectio eſt omnibus communis:quomodo & quare,hoc dicito? Dico quod modus non eſt cognitus, ſed poteſt dici ſecundùm aliquos, in homine eſſe corporalem naturam multum cœleſtialem,ſicut in ipſo eſt ſpiritus multum diuinus:& quod natura illa cœleſtialis,quæ dicitur quinta eſſentia,& in ſe unit elementalem,corruptis elementis maneat (ſicut ſi aurum in ſe plumbum habens unitum, plumbo diſſoluto manet) ac quòd ſpiritus hominis ad hanc naturam ſuam inclinetur, & ei iungatur in fine motus mundi: ut iudicium fiat de unito cum corpore ſpirituali, cœleſtiali ſeu incorruptibili,in quibus conſiſtit homo, & recipiat homo aſcenſionem pro merito, uel deſcenſionem pro demerito.

Ex ſermone. Alleluia. Veni ſancte ſpiritus.

Aduentus ſpiritus. Fides. VEnire ipſius ſpiritus, eſt replere corda fidelium: ſicut uenire ipſius amoris, eſt replere corda amantium. Intelligo corda fidelium eſſe interiorem hominem,qui habet naturam uitæ intellectualis. Credere enim non capitur niſi in uiuo intellectu. Quando autem fidelis intra ſuam intellectualem naturam concipit ſemen diuinum,ſcilicet filiationis Dei,ſeu conformitatis patris ſui:tunc nõ poteſt ſemen illud conformitatis intellectum perficere, niſi ſpirituali motu, qui datur à ſpiritu. Fides eſt potentia illa,de qua dicitur, quotquot autem receperunt enm, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Illa poteſtas eſt potentia,ut intellectualis natura ad id pertingat,quod credit. Credit quis Chriſtum hominem et filium Dei,et quod ipſe Chriſtiformis fieri poſsit? hæc fides certa eſt uirtus, in anima intellectiua in ſe habens formam Chriſti in potentia, ſicut in uirtute ſeminis complicatur forma arboris,ad cuius conformitatem aſpirat. Vnde hæc uirtus fidei, eſt prout per uerbum auditum Chriſti concepta eſt in intellectu, puta eſt concepta tanquàm ſemen uerbi Dei, ſeu arboris uitæ æternæ. Sicut in ouo columbæ, eſt uis conformandi ſe columbæ, quæ uis eſt ibi limitatè quia cognata: ſed in natura intellectuali liberæ uoluntatis, non eſt uirtus libera, & à natura limitata, poteſt tamen limitare per electionem, quia eſt naturæ intellectualis. & dum audit uerbum Chriſti & credit, eligit mediante fide formam diuinam, cui uult conformari, & concipit intra ſe uirtutem ex certitudine fidei, per quam poteſt ad conformitatem Dei pertingere. Hæc uirtus ipſius fidelis animæ,quæ eſt ex cõcepta fide,eſt diuina & nõ cognata,& eſt ſpiritualis,ſicut uirtus in ouo columbæ cœleſtialis & inuiſibilis uis,ſed eſt cognata. Sed ſi ouum columbæ debet peruenire ad hoc, quod forma columbæ quæ eſt in potentia, ueniat in actum: oportet quod ouum illud repleatur calore ſenſibili & temperato, mediante quo uirtus ſeminalis procedat de potentia in actum. Sic neceſſe eſt quod in natura intellectuali ubi eſt diuina forma, modo dicto per fidem concepta, & quæ eſt in uirtute ubi eſt concepta, ſi debet in actum uenire, ut ſcilicet ad conformitatem diuinæ formæ, perducatur de potentia in actum: neceſſe eſt quod repleatur calore diuino, ut mediante illo calore, moueatur & perficiatur conceptus atque diuinus partus.

Perfectio ſpiritualis. Spirituales perfectiones nihil habent à ſubiecto, ſed econuerſò ſubiecta omnia conſequũtur ab ipſis. Secus in corporalibus, puta in albedine & ſapore, nam corporalia corrumpuntur & deſinunt eſſe,corruptis ſubiectis: quia ab ipſis recipiunt eſſe, & unum eſſe. Oppoſito modo ſe habent perfectiones ſpirituales, quia nec eſſe, nec diuiſionem, nec numerum ab ipſis recipiunt ſubiectis:ſed dant ſubiectis totum ſuum eſſe inquantum huiuſmodi, ut patet in iuſtitia & iuſto. Ideó priora ſunt ſubiectis, & ſubiecta ſunt in ipſis. Iuſtus ut talis, totum ſuum eſſe recipit à iuſtitia, ita quod iuſtitia ſit ueré parens & pater iuſti. Sicut anima dat eſſe corpori, & corpus propriè eſt in anima, & non econuerſo:ideò deſtructo corpore hominis,non deſtruitur anima: ſic dicitur, quod iuſtitia ſit perpetua & immortalis. Patet quod iuſtitia,& ſapientia, & huiuſmodi non moriuntur cum iuſto & ſapiente, licet contrarium uideatur ignorantibus:Sic ſpiritus unus replet corda fidelium, quibus dat eſſe ſpirituale: unus ſcilicet ſuper unitatem & numerum. Aliter enim iuſtitia ſe habet ad iuſtum, & aliter albedo ad album, quia albedo recipit ſuum eſſe ab albo: ſed non iuſtitia à iuſto, imò econuerſò. Habitus autem uirtutum, ſunt in ſtudioſis, ſed ſunt quædam conformationes & configurationes ad iuſtitiam, & ad ipſum Deum, à quo ſunt. Dico configurationes:non quid figuratum immanens,& habens fictionem & radi-

cem

http://www.obrascatolicas.com

cem in ſtudioſis, ſed ſunt in continuo fieri, ſicut ſplendor in medio perſpicuo, & imago in ſpeculo.

Eſſe rerum: Res à Deo patre habet eſſe, quia unitas eſt: à Deo filio ſpecificatum eſſe, quia æqualitas: à Deo ſpiritu ſancto habet perfectum eſſe, quia nexus. Sicut ſi quis conſideret manum, illa habet primò commune eſſe, cum omnibus quæ ſunt: deinde eſſe ſpecificatum, ut ſit nec plus nec minùs quàm manus: deinde eſſe perfectũ, quia manus iſtius hominis per connexionem. Nexus ſeu ſpiritus qui eſt in brachio & in manu unus, nectit & manum & brachium. Et ſic omnia membra hominis, per unum ſpiritum nectuntur: ſic & partes uniuerſę, per unum ſpiritum ut ſit unum uniuerſum, nectuntur. In uniuerſo autem ſunt uariæ creaturæ, ſpirituales & corporales, & per unum omnipotentem ſpiritum, qui omnia replet, nectuntur. Ille igitur ſpiritus, qui eſt amoroſum omnium creaturarum ligamentum, quia in ipſo uniuerſa pacem habent & conſiſtũt: eſt etiam nexus ille, qui nectit in intellectuali natura omnium notiones, & eſt nexus ſeu gratia illa, quæ nectit intellectualem naturam uniuerſorum cauſæ. Aduerte de

Auis ex ouo. ouo. Eſt ouum primò à creatore, deinde formatur auis, poſt hæc perficitur ut fiat uolatilis: & ſic eſt intelectualis natura, quæ eſt creatori ſimillima. Nã ſicut Deus qui eſt ipſa entitas, uocat de non eſſe ad ſui ſimilitudinem creaturam ut ſit, ita quod uocare eſt intelligere, & intelligere eſt eſſe: ſic intellectualis natura, in ſe colligit rerum ſimilitudines, ut faciat ſe ſimilem rebus. Vnde intellectus hominis creatus, uerbo Dei doctus: concipit Deum ut ſe ſimilem ei faciat, & induit formã diuinam ſui creatoris, per regenerationem, ſicut ouum regeneratur in pullum, ſed adhuc non peruenit ad perfectionem, ut ſit ſpiritus: ſed perficitur ex motu uitali, quouſque perueniat ad æqualitatem. Sicut pullus ex ouo regeneratus, nondum habens pennas, perficitur demum ut uolet, & peruenia tad ſimilitudinem eius auis, unde habet ortum. In ſpecie uolantis, ſpiritus ſanctus uiſus eſt. Columba uolans, ſimplicitatem rectè ſpiritus ſancti figurat. Ad inſtar columbæ, ſpiritus noſter fit ſpiritualior, ut perueniat ad formam illam diuinam, ex qua per creationem exiuit. Ecce quomodo ouum, cuius motus ſecundum naturam eſt deorſum, fit uiuum. Et poſtquàm incœpit deguſtare cibum uitæ, fortificatur in ſpiritu uitæ, & acquirit pennas, & mediantibus illis ſe eleuat, & ſurſum mouetur, & ſcrutatur alta. Sic anima noſtra deorſum inclinata, ſecundum naturam carnis & generationem: denuò regeneratur, & fit uiua, poſt deguſtato cibo uitæ ſpiritualis, acquirit pennas amoris & contemplationis, & uolat ad alta.

Si abſoluta caliditas, concipiat ſuæ caliditatis ignem accendere: non erit ignis caliditas, ſed calidus dono, ſeu participatione caliditatis. Sic ſpiritus ſanctus eſt charitas, qui ſuæ charitatis ignem, accendit in ſpiritu deſiderij hominis, ut ſcilicet ardeat amore illo diuino. Amor autem ille diuinus in anima calefacta, non facit exſiccationẽ ſed liquefactionẽ & uitã, non cõſumptionẽ ſed perfectionẽ. Sicut calor ignis ſenſibilis in auro receptus, ipſum nõ exſiccat, ſed liquefacit, & ubi aurũ erat ſine motu, reſoluitur, ut ſecũdùm motum caloris moueatur, quaſi uiuat, & ex motu & in motu eſt calor. Et licet non appareat in auro quod moueatur, quãdo eſt fuſum: tamen propterea non minus, ſed plus mouetur. Infinitus motus, cũ quiete coincidit: ſicut in trocho uidemus, qui quantò plus & citiùs transfertur, tantò minùs apparet moueri. Et ſi ita citò circunferretur, quod citiùs circunferri non poſſet: tunc in motu eſſet quies. Sic in labore eſt requies, qui eſt labor ex ſpiritu ſancto. Charitas enim motus eſt uitæ, in

Ignis Charitatis. quo quies & delectatio. Charitas quando accendit ignem ſui amoris, tunc anima ardet amore uiuo & incorruptibili, ut formam diuinam nanciſcatur. Aſsicit enim animam ad ſui conformitatem, ac ſi ignis accenſus non ceſſaret, ſed ſemper creſceret: quia plus & plus appetit abſolutæ caliditati aſsimilari, quæ dicitur ignis conſumens. Ardet igitur anima, ut aſſequatur incorruptibilis uitæ formam. Charitas eſt forma incorruptibilium uirtutum, relucet charitas in formata iuſtitia, relucet in formata pietate, atque in ſingulis uirtutibus, perfectis & formatis. Vnde anima accenſa igne diuini amoris ardet, ut fiat iuſta uera iuſtitia, in cuius forma quæ charitas eſt quærit

eſt, quærit fœlicitari. Sic ardet amore omnium uirtutum, quia in ipſis eſt forma quam quærit. Quaſi uirtutes nominent formam unam illam aliter & aliter, ſecundum diuerſas rationes, cum non ſit ſecundùm unicam rationem, per hominem intelligibilis puta eſt uita uegetabilis, quæ quærit fœlicitari, & non poteſt niſi induat formam altiorem, puta uitæ ſenſibilis (quàmdiu enim non transformatur in ſenſitiuam, poteſt eſſe perfectior uita uegetatiua) accendit igitur uita ſenſitiua ignem ſui amoris in uita uegetatiua, ut appertatur tãquam ultima eius fœlicitas. Hæc uegetatiua uita ardẽs amore ſenſitiuæ, deſiderat uidere, audire, odorare, guſtare, tangere, & quæcũ talia, in quibus relucet forma uitæ ſenſibilis. Sunt enim uirtutes ſiue potentiæ ipſius uitæ ſenſibilis, quæ ſic ſunt per ipſam formam uitæ ſenſibilis formatæ, quod ſi ipſa forma carerent, non eſſent, nam non eſt uiſus ſine ſentire, & ſic de reliquis. Inducit igitur uegetatiua has uirtutes, ut aſſequatur ipſarum formam, in qua quieſcat. Sic ſentire quia in intelligere quærit fœlicitari (nã ſenſibilis diſcretio nõ poteſt quaſi fœlix ante formã intellectiuam quieſcere) ideò ardet amore intellectiuæ, & induit uirtutes intellectiuas, ſcilicet cogitatiuam, reminiſcitiuam, ratiocinatiuam, electiuam, & alias tales, forma intellectiua formatas, ut aſſequatur in ipſis formam, in qua quieſcat. Sic intellectiua nõ fœlicitatur, niſi in forma diuina, & ardet amore illius formæ, induens Theologicas ac diuinas uirtutes, ut aſſequatur formam illam.

Ex ſermone. Pange lingua glorioſi:

Euchariſtia: Dicitur myſterium Græcè μυστήριον, quia non eſt myſticè, licet uerè ſit hic ſanguis in ſacramento, nam non eſt aliquo ſenſu perceptibilis. Valde igitur eſt occultus: ac ſi ſub ſpecie uini, intellectuali oculo ſanguinem uiderem nobiliſsimum, non quia eſt in potentia uini, ſicut ſi uiderem pullum in potentia oui, ſed ueraciter atq; actu uia tranſſubſtantiationis, ſicut cum Chriſtus conuertit aquam in uinum. Si ordinem intellectualem humano modo conſpicimus, prius fuit ſubſtantia aquæ in ſubſtantiam uini tranſſubſtantiata, quàm odor, color, ſapor, & reliqua talia accederent ſubſtantiæ. Tunc autem ſola fide fuiſſet cognita tranſſubſtantiatio, quia ille puta hoc dixiſſet qui ueritas. Eſto igitur quod ille non permiſiſſet, ex illa ſubſtantia emanare propria accidentia, ſed ſicut fuit tranſſubſtantatio facta, antequàm ordine naturæ accidentia aquæ eſſent corrupta, ſic ſine corruptione permaniſſent, fuiſſet ſubſtantia uini ſub accidentibus aquæ. Et ſenſus negaſſet hoc uerum, qui arguit à poſteriori, ſed intellectus fide fortificatus, credens uerbo uti Dei filio, affirmaſſet & uerè quidem affirmaſſet, ſubſtantiam uini ſub accidentibus aquæ. Sed cur ita eſt abſconditum myſterium in ſacramento? Certe ideò, ut inſtruamur quod per fidem attingimus ad interiora, etiam contradicente ſenſu. Nã exteriora quæ ſunt de ſenſibili mundo, negant conſtanter ea quæ ſunt fidei. Ideò ibi fides habet meritũ, ubi non ſolum non eſt experimentum adiuuans fidem, ſed reſiſtens credulitati. Hæc fides uincit mundum. Ob meritum itaq; fidei, ſunt alia quæ apparent, & alia quæ creduntur. Et dum illa creduntur ex auctoritate dicentis, illum qui dicit credimus filium Dei, & ueritãtem eſſe illam, quæ non eſt de hoc mundo ſed de ſurſum.

Ex ſermone. Qui me inuenier.

Maria: Hiccuſa ex Sententia. Inter alia ex hiſtoria Lonbardica legitur, Mariam eſſe oratione impetratam, non ſemen Ioachim, ſed generationem, ſeu ſeminis in Annam quæ ſterilis non fuit trans fuſionem oratione obtentam, cum deeſſet uoluntas carnis & uirilis uoluntas. Erat enim ſemen ab omni pruritu concupiſcentiæ purgatum, & in ipſo ſemine complicabatur perfectiſsimum illud atque totius humanæ naturæ nobiliſsimum ab omni immunditia alienum ſemen. Vnde Ieſus ab Abraham proceſsit, ratione cuius filius Abrahæ, & Dauid dicitur. Cum igitur ſic legatur concepta Maria, ſine uoluptate uiri & carnis, ſicut tempore innocentiæ concepti fuiſſent omnes

http://www.obrascatolicas.com

omnes ſine peccato:ideó ſine originali peccato, quod uoluptatem comitatur ipſam, non ineptè conceptam credere poſſumus. Et non eſt hiſtoria illa reſpuenda, cum in ratione fundetur:complicabat enim ſœcunditatem ultimam ſeminis Abrahæ, quod in uirgine debuit ſine uiri commixtione in lucem prodire.

Conceptio ſapientiæ. Ratio rerum.

Conceptionem ſapientiæ intelligo,modo quo intellectus concipit, ſeu de ſe generat uerbum internum. Sicut ſi quis primò inueniſſet numerum, & per illũ omnia numeraſſet, numerus ille fuiſſet conceptio rationis ſeu intellectus, & quia ante omne numerabile,ideò non fuiſſet quicq̃ numerabilium. Quare nec tempus, nec ætas,nec ſæculũ,nec duratio,nec ſubſtantia, nec quantitas, nec quicq̃ omnium numerabiliũ. Principium enim numerabilium,nihil eſt omnium numerabiliũ ſeu principiatorum ſuorũ.Numerare eſt ratiocinari. Omnia quæ benè fiunt, per rationem fiunt. Sic dicit Salomon:Deũ per rationem ſeu ſapientiã omnia creaſſe.Nam appendere,ſeu põderare mẽſurare,determinare,ordinare,locare,quæ in creaturis experimur p̃ceſsiſſe ſitũ uniuerſi:illa prius in ratione cõcepta ſunt.Et dum in eſſe cũcta prodirent:unica lege omnia ſubſiſtebant ſcilicet grauia circa centrũ,leuia in circũferentia,& media in medio. Grauia fuerunt in ratione,ſine grauedine,& leuia ſine leuitate,& omnia non niſi ratio.Sed dũ exiuerunt uia creationis ut fierent creaturæ, aliquæ ſunt factæ ſenſibiles,aliquæ intellectuales,aliquæ uitales,& ita conſequenter.Sic enim ratio exigebat: ſicut in ſimplici conceptu rationis pictoris eſt homo,in quo conceptu non eſt pes pedaliter,nec manus manualiter,ſed omnia una ſimplex ratio.Dum autẽ pingitur,licet exemplet ur ab illo immortali conceptu: tamẽ ratio exigit, caput habere ſuam diſtinctam formã,ad corpus proportionatum,& manũ ſuam, & ita de ſingulis. Et ſi debet eſſe bona,oportet quod per rationẽ ſit facta:ita quod ſapientia et ratio pictoris,perfectam artẽ habentis, benè reſplendeat in tota imagine,& ſimul in qualibet parte eius. Sapientia igitur ſeu ratio eſt, ſine qua nihil factum eſt in qua omnia ſunt ipſa uita: quia tẽpus in ratione illa,eſt æternitas,& breuiter, creatura eſt creator.Omnia autem per hoc ſubſiſtunt,per quod in eſſe prodeũt. Vnde patet,quod omne benè ſubſiſtẽs, in ratione ſubſiſtit.Nam conſilia ſapientum,& bonum regimen,quod rem publicam conſeruat: non habet aliunde ſuam bonitatem,niſi à ratione: quando enim à ratione deuiaret,iret in interitum. Sapientia igitur omnibus preſtat uitam ſeu durationem. Inter omnia autem creata quæ ſunt in ſenſibili mundo,non eſt niſi homo capax ueræ ſapientiæ.Animalia uigent multa induſtria,ut ſic uiuant,nam uenationem faciunt ut uiuant:ſed illa uenatio,terminatur in uita ſenſibili, ad quam ordinata eſt. Homo uerò duplicem habet uenationem,unam animalem, aliam intellectualem. Venatur enim ut uiuat animaliter,& ſimiliter ut delectetur ſeu uiuat intellectualiter. Delectatio eſt motus uitæ: Experimur nos naturaliter ſcire deſiderare,& non ſolum habere uiſum, ut conſequamur ea quæ conferunt ad conſeruationem huius uitæ: ſed etiam ut rerum differentias ſciamus. Et quanta eſt delectatio in appræhenſione ueri, ſciunt ſpeculatiui.Dicit Salomon, ſapientiam delectari eſſe cum filijs hominum, quia tunc cognoſcitur & glorificatur. Appræhenſio igitur ſapiẽtiæ,eſt appræhẽſio finis,& fœlicitas,atq̃ uita æterna,quia eſt appræhenſio artis omnipotentis, & artis uitæ immortalis.Sicut ſi quis mortalis artẽ aſſequeretur, quæ præſtaret uitam & lætitiam immortalem.Qui igitur ſapiẽtiã inuenerit,benè(ait Salomon)inueniet uitam,et hauriet ſalutem à Domino Inueniri igitur poteſt,dum quæritur ſic quaſi uita:non enim aliter reperitur,ut uita.Mirabile eſt hoc,ſicut quæritur ita inuenitur. Si igitur tu credis, quod ſine ipſa non poſsis uiuere,& quod potius mori uelles, q̃ ipſam nõ adipiſci,ſicut homo potius mori uellet, quàm carere ratione, uel quod eſſet lapis:tunc omnia cõſilia inueniendi ipſam accipis,& cuſtodis omnia mandata,etiam ſi difficillima uideantur, & abſtines ab omni immunditia & maleuolentia, quia ſcis quod in maleuolam animam non intrat ſapientia,& regulas Euangelicas, quarum obſeruatio promittit inhabitantem ſapientiam,ſtrictiſsimè obſeruas.

Delectatio.

Ars creatiua. Intellectus.

Ieſus filius Dei cratoris,eandem habet artem creatiuam ſeu omnipotentem, quam habet pater. Ars generaẽ ab intellectu.Pater intellectus,ɇternaliter habuit ſapientia ſeu

ſeu artem creatiuam : creauit autem in tempore hominem Ieſum per artẽ creatiuam, quem ad artem ipſam uocauit.Omnes homines participant de arte creatiua aſsimilatiuè:ſed Ieſus artem ipſam aſſequutus eſt.Et hoc donũ quod ipſi pater dedit, eſt maius omnibus: quia non per partem neq̃ ad menſuram, ſed in plenitudine , ut quæcunq̃ uideret facere patrem,ipſe etiam facere poſſet. Sicut pater carnalis naturaliter generat filium,& cum hoc dat ei eandem naturam generandi: ſic Deus pater creauit Ieſum, & cum hoc dedit ei eandem artem creandi. Nam ſicut pater uiuificat quos uult,ita dedit filio,ut poſsit uiuificare quos uellet. Et quia uenit ut nos doceret uiam,ad appræhenſionem ſpiritus ſui , ſcilicet ſpiritus ſapientiæ & immortalitatis:tũc ab ipſo haurire debemus ſalutẽ,ſicut à Domino ſalutis. Nos autem hæc legimus de uirgine glorioſa,nam qui ipſam ſic inueniet ut matrem ſaluatoris : ille inueniet in ipſa uitam , & hauriet uitam à Domino Ieſu ſaluatore , filio eius ſemper benedicto. Quia ſupra habetur , hominem eſſe capacem ſapientiæ , quæ præſtat immortalitatẽ. Velles fortè ſcire quomodo hoc experiri poſſes. Dico multis modis. Nam tũ habes ſpiritum liberum,& qui opera carnis & naturæ non ſectatur ex neceſsitate. Corpus animale,ea quæ animalia appetunt, etiam appetit , ſpiritus tamen uetat. Nam opera carnis,ſæpe contrariantur munditiæ & religioni , ſeu conſuetudini : quibus & obſiſtunt maceratio,atq̃ ieiunium,& uerecundia in operibus animalitatis coram alijs maximè. Et ita ratione homo ſequatur animalitatem, etiam uetat in ſpiritu,qui immunditias & peccata abominatur. Experimur capacitatem ſapientiæ,& immortalitatis eſſe:quia ad ea inclinatur ſpiritus , quæ ſunt incorruptibilia, & amplectitur illa,uti uidemus in artibus:capit enim artem immortalem,ſcilicet numerandi & mẽſurandi.Et hoc non poſſet facere , niſi haberet animam , quæ de particularibus corruptibilibus experimentis,ſe poſſet ad uniuerſalem talium rationem conuertere, & ita artem acquirere. Poſſe autem ſe conuertere ad uniuerſalem particularium rationem, eſt ſignum quòd anima quæ hoc poteſt, non eſt alligata corruptibili inſtrumẽto corporeo,ſicut ſunt organa ſenſuum.Et ideò eſt capax ſciẽtiæ & artium,& ſapientiæ,quæ ſunt ſeparata à particularibus, & corruptibilibus. Et hinc non perit anima quando corpus perit , cum ab eo non dependeat, ſicut perit uiſus oculo deſtructo cui alligatur.Manente enim adhuc uirtute in anima,poſſet ipſa uidere oculo reparato.Experimur etiam imaginationem altiorẽ ſenſu,quia ſubtilius imaginamur,etiam re abſente, quàm ſentiamus:ſed imaginatio ſæpe errat circa ueritatem, ſicut dum imaginamur Antipodes cadere. Vnde eſt potentia ſubtilior,quæ corrigit imaginationem ſcilicet ratio,quæ dicit,quòd cadere illud eſſet graue aſcendere: ideò concludit, eos non poſſe plus cadere,quàm nos aſcendere. Adhuc ratio diſcurſiua ſæpe errat, & hunc errorem corrigit uiſio intellectualis,prout in libello de Beryllo tangitur. Et quia anima noſtra habet oculum,per quem intuetur in principium,quod omnem cõtrarietatem antecedit,& ita omnem corruptionem:tunc eſt incorruptibilis. Corruptibilia enim corruptibili oculo,compoſita compoſito,materialia materiali,& ſimile ſimili attingũtur.Sic incorruptibilia incorruptibili,ſimplicia ſimplici,immaterialia immateriali uidentur.Ex quo habes intellectum eſſe ſimplicem: & incorruptibilem:quia uidet ſimpliciter & indiuiſibiliter omni modo diuiſionis, creaturarum primum principium,& in ipſo omnia principiabilia , ſed ipſum nullum eſt omniũ principiatorum.Adhuc anima intuetur per habitum fidei,iuxta doctrinam ſaluatoris ultra naturam intellectualem,& eſt ultimum in quod intellectus eleuari poteſt. Et miracula ſunt, quæ atteſtantur medio fidei, intellectum ad omnia credibilia poſſe procedere,& operari.Et ita facilè intelligi poteſt per conſiderantem,intellectum non eſſe ſenſum:quia multa ſentimus,quæ non intelligimus, & econuersò : & clauſis oculis,& dum nihil audimus,nos intelligere poſſumus.Et ita anima,per hoc quòd eſt alligata corpori,ſentit:per ſuam uerò eſſentiam ut in ſe eſt,ſcilicet ut eſt ſeparata ab animatione illius corporis , eſt quodammodo abſoluta à particulari contractione, & intuetur in principia uniuerſalia contracta , & capax eſt ſapientiæ & uitæ immortalis.

Liber de Beryllo.

http://www.obrascatolicas.com

Immortalitas mentis.

Intellectus dum intuetur in uim cognoſcitiuam ſenſuum, quomodo illa ut deperdet ab organo deficiente deficit, & ut eſt uis animæ non deficit, quia reſtituto organo ſentit ut prius, ſine eo quòd noua potentia ſeu uis ſentiẽdi creetur: ſic uidet, quòd in imaginatiua contingit, ſcilicet quòd organo minus apto, anima rationalis minus aperte imaginatur, & quomodo ad tẽpus perdit homo memoriã organo impedito, & poſt recuperat. Ita in ratiocinabili anima, manet uis memoratiua, licet ceſſet ab actu, quem ſine apto organo exercere nequit. Sicut ſcriptor ſine penna ſcribere nequit: ita uis ratiocinatiua deficit, organo deficiẽte actu, ſed manet in ĩtellectu. Vñ cũ intellectus non utatur in uiſione ſua organo ſenſibili, quãdo intelligibilia intuetur, ſed tantùm tunc quando ſenſibilia: tunc ſenſibili utitur organo, & quando imaginabilia ſimiliter, cum ſint ſenſibilis naturæ. Sic & quando rationaliter diſcurrit & mouetur (cum inter ea diſcurrat, quæ à ſenſibilibus hauſit) in illis utitur ſenſibilibus organis, ſecundùm plus & minùs ſubtilibus, & ad exercitium aptis. In uiſione autem intelligibiliũ, quæ non ſunt in aliquo ſenſibili ſignabilia, propter exceſſum ſimplicitatis, & incontrahibilitatis abſolutæ naturæ illius: non utitur alio organo ſenſibili, ſed ſua tãtùm ſimplicitate conformis naturæ intelligibilium. Non deficit igitur illa uis uiſiua in intellectu, & cum non dependeat ab organo, tunc nihil ipſam poteſt impedire, quin liberè ſemper uidere poſsit. Sicut ſi oculus & uis uiſiua animæ eſſet idem, ſcilicet ipſa anima: nunquàm ex ſenio uel indiſpoſitione mẽbri, uiſio pateretur detrimentum. Intellectus autem intuetur in rationes, & iudicat quæ ratio uera, & quæ concludit immortalitatem, & quæ non. Videt igitur immortalitatem ſuam, quando uidet rationem unam propinquiùs ad apprehenſionem eius accedere quàm aliam, & in una ipſam præciſiùs relucere ei oſtẽdit quàm in alia. Hoc autem iudicium, non poſſet intellectus habere, ſi penitus ſuĩpſius immortalitatem non uideret. Videt igitur intellectus ſe immortalem, quando uidet nulla ratione formabili ſeu ſignabili ipſam ſic explicabilem, quin meliùs & præciſiùs poſsit explicari & oſtendi. Iudicat igitur rationem ex uiſione immortalitatis, & non econuersò ex ratione immortalitatem. Et ſi aliqua ratio cõcluderet immortalitatem, adhuc hoc eſſet incognitum, niſi intellectus ſic iudicaret. Nec intellectus in eo iudicio uideret in rationem tãtùm, ſed in ueritatem, ſecundùm cuius conformitatem in ratione repertam, iudicium faceret rationem ueram. Videtur igitur omnibus rectè ponderatis, intellectum non in ratione, ſed in ſe uidere incorruptibilem naturam ſuæ ſimplicitatis. Hæc autem uirtus intellectualis, nequaquàm eſt à generante: nam ſequeretur naturam & conditionem aliorum, quæ ſunt à generante. Sicut enim oculus naturaliter ſe habet ad colorem, & ſenſus ad obiectum: ita de intellectu dici oportet, ſcilicet quòd non liberè ſe haberet ad uolendum, memorandum, & intelligendum, ſed quòd per naturam neceſsitaretur, aut quòd per hominem alium neceſsitari poſſet, cuius contrarium experimur: quia liber eſt ad amandum, uel uolendum, & intelligendum. Item non ſeneſcit ſicut ſenſus, ideò non eſt à mortali & corruptibili. Videmus enim ſeniores, dum ſenſus deficiunt, uigere intellectu & ſapientia. Item homo ſaturatur, & ad terminum peruenit in iis quæ habet à generante: quia aliquando nõ uellet, nec uidere, nec audire ea, quę uidet uel audit. Sed non ſic de intelligere aut uelle: ſemper enim uellet, id quod intelligit plus intelligere, & quod amat plus amare. Et mundus totus non ſufficit ei, quia non replet deſiderium intelligendi eius, ſicut obiectum unum ſufficit ſenſui. Nihil igitur ſufficit intellectui, niſi Deus à quo habet eſſe, & cuius eſt imago. Nam uiua imago uita intellectiua, non poteſt quietem nec in ſe nec in aliquo alio habere, ſed ſolùm in exemplari, ut in ſuĩpſius principio, cauſa, & ueritate. Si enim anima eſſet à generante, omnia opera eius eſſent naturalia, & nullum morale opus poſſet habere, ſcilicet iuſtitiam, prudentiam, & huiuſmodi. Vnde pater prudens nõ generat filium prudentem, per ſuam prudentiam: & filius non eſt naturaliter prudens, ſed habet ſpiritum à Deo, qui eſt capax immortalis uirtutis, quia eſt à patre immortali. Si enim homo eſſet naturaliter ſtudioſus, omnis homo eſſet ſtudioſus, ſicut omnis homo riſibilis. Intellectualis natura eſt ſpiritualis, & ideò ingenerabilis. Si enim generabilis, ergo

go & corruptibilis: ſicut dum de cibali pane fit caro, ſpecies panis corrumpitur, & caro generatur. Sed ſpecies naturæ ſpiritualis, non poteſt ſic corrumpi, ſicut ſpecies naturæ corporalis, quæ habet ſubiectum, & materiam diuerſarum ſpecierum capacem. Adhuc ultima & potiſſima ratio, quòd anima rationalis non ſit, à generante eſt: quia habet finem propter quem eſt, altiorem quàm ſit eſſe formam hominis, ſcilicet intelligere & amare Deum. Eſt igitur intellectus à creante. Quomodo ſit anima, & an eſt creata de eſſentia Dei? Solutio. Deus (ut uult Auicenna) non agit aut creat per aliquod accidens, quum in eum non cadat, qui eſt ſimpliciſsimus, non enim agit ut ignis per calorem: ſed agit ut calor calefaciens ex ſua eſſentia. Sed non communicat ſe uia contractionis, quum ſit ſimplex & imparticipabilis, & impermiſcibilis, ſicut radius Solis nulli fœditati eſt permiſcibilis. Manet igitur Deus abſolutus, & uolũtate ſua creat, ſicut rex uoluntate ſua creat officiales, & lege immobili mouet omnia. Et dum dat eſſe officialibus & rectoribus, imprimit uoluntate ſua ſuam ſimilitudinem imperij in rectores, ut ſint ſuam ſimilitudinem imperialem participantes, uerita te imperiali imparticipata apud ipſum manente. Sicut ſi ſigillum imprimeret ſuam ſimilitudinem in ceram, non eſſent literæ in cera, de eſſentia literarum ſigilli incommunicabiliter, ſed eſſent ſimiles literarum eſſentialium. Deus enim ſuarum rationum ſimilitudines imprimit, ſic ſe communicat naturæ intellectuali. *Creatio animæ.*

Et attende, quòd ſimilitudo infinitatis Dei, ſcilicet quum Deus ſit actu infinitus uigor, reperitur in intellectu, modo quo ſimilitudo infinitatis eſt capax ipſius uigoris, ſicut ſimilitudo æternitatis, quæ eſt tota ſimul actu. Ideò poſſe ſemp plus & plus intelligere ſine fine, eſt ſimilitudo æternæ ſapientiæ. Et ex hoc elice quomodo eſt uiua imago, quæ ſe conformat creatori ſine fine, ideò docibilis.

Ex ſermone: Dum ſanctificatus fuero.

Vide quomodo Deus eſt finis omnium ſuorum operum, ſanctificat ut ſanctificetur, inſtruit ut intelligatur, iuſtificat ut iuſtificetur, clarificat ut clarificetur, amat ut ametur, & ſic de ſingulis. Ideò amantes Deum amantur, ſcientes ſciuntur, ſapientes ſapiuntur, neſcientes neſciuntur, & ignorantes ignorantur. *Sanctificatio.*

Diceres, cur requirit à nobis ſanctificationẽ? Dico quia luxĩ qua tenebræ nõ ſunt ullæ, lux ſcilicet ſpiritualis, ſeu intellectualis. Sicut enim ſenſibilis lux quantò nobilior, tantò melior, & ſeipſam remotiùs diffundit ex natura ſuæ perfectæ bonitatis: ſic de luce intellectuali, uult enim intellectus intelligi & cognoſci. Sicut enim rex magnus ſi non cognoſcitur in gloria ſua, non eſt plus rex quàm priuatus, & ideò regia celſitudo cognoſci deſiderat in gloria ſua, tanquàm rex: ſic intellectus, qui eſt rex regum. Id enim quod regit in omni regente, intellectus eſt. Vult igitur cognoſci, & quantò nobilior, tantò magis, ut in libris experimur doctorum. Sic conditor intellectus, quum ſit infinitè bonus, cognoſci uolens quia intellectus infinitus: omnia creauit ut cognoſcatur, ſeu uideatur in gloria ſua, & ſanctificetur, ſicut Sol uiſum lucidũ produceret, ut ipſe Sol in ſua claritate uideretur & glorificaretur, ſeu ſanctificaretur. Deus igitur quia uult ſanctificari, ideò hæc omnia ſunt, quæ creauit. Vult autem hoc quod uult, quia Deus. Dices. Quum ſanctitas ſit Deiformitas, quomodo acquiritur? Dico, in Chriſtiformitate. Nã quum Deus ſit nobis incognitus, ut nos ad Deiformitatem attraheret, miſit filium in noſtram naturam, qui quum ſit homo, accedi p nos poteſt: ut ſicut ipſe induit noſtrã naturam mortalem, ab omni uitio ſeparatam, ſciamus nos ſi uitio caruerimus ipſum induere poſſe, & ſic ſicut ipſe factus eſt filius hominis, nos efficiamur filij Dei. Tunc enim mundi ſumus, quando uitio caruerimus. Carere uitio, eſt eſſe ſanctum & immaculatum, & hoc eſt quando ſpiritum Chriſti habuerimus, qui non eſt de hoc mundo: quia ſi de hoc mundo eſſet, utiq; mũdus eum diligeret & ipſe ea quæ mũdi. Diceres, in quo cognoſcitur ſpiritus ille? Dico in paupertate ſecundùm mundum carnis, quæ eſt abundantia ſecundùm mũdum ſpiritus. *Deiformitas.* *Paupertas.*

http://www.obrascatolicas.com

Nam nil penitùs huius mundi poſsidere ut ſuum, dicitur paupertas ſpiritus, ille nullo amore coinquinatus eſt, nec laudum, nec bonorum temporalium, nec carnalitatum: ſed mundo utitur ut naui, per quam mare nauigat, ut celeriter & ſanè portum attingat. Et hoc eſt ſignum ſpiritum illum qui ſine amoris motu non eſt, ad æternorum dilectionem eſſe conuerſum. Vnde quũ in Deum tranſire appetamus, hoc quiſque agere intendit, ut ſimilis Deo pro uiribus efficiatur. Sed qui Deus quia ſpiritus eſt, non niſi per ſpiritum adiri poteſt, noſter autem ſpiritus, qui habet potentiam intellectiuam & uolitiuam, nõ poteſt per intellectiuam tranſire in Deum, quoniam omnem intellectum exuperat, nec per uolitiuam ſeu amorem, quum incognitũ non ametur: patet, quòd per ſe non poterit peruenire ad tranſitionem in Deum, ideò per mediatorem. Nam Deus pater mediante mediatore, attrahit ſpiritum noſtrum, ſicut deſideratum deſiderantem. Quando enim ſpiritus recipit uerbum & doctrinam leſu, & ſermones eius ſeruat: Chriſtum uti Dei filium diligit, & in eo patrem, & pater diligit ipſum per filij dilectionem. Deus autem charitas eſt, quæ amore cognoſcitur & cognoſcendo amatur: ita pergit ſpiritus in Deum, in unitate utriuſque potentiæ ſupradictæ.

Deus inacceſſibilis nobis.

Ex ſermone: Sic currite ut compræhendatis.

Curſus. Electio.

SVmus in hoc mundo, ſecundùm interiorem hominem exules & peregrini, non habentes manentem ciuitatem, ducentem ad nos determinatum finem: quem omnis currens deſiderat. Nemo enim currit ut currat, quod mouetur, propter quietem mouetur. Sed alius eſt motus naturæ, alius motus intelligentiæ. Mouentur enim tam equus quàm equitans: equus ſub directione ſeſſoris neceſſitatur, ſeſſor electione mouet. Cur autem neceſſitat equum ut currat? Certè ut compræhendat. Finis igitur eſt cauſa cauſarum, cuius gratia omnia ſunt. Id autem quòd agit propter finem, intellectus eſt, qui ideò eſt principium motus, omnia ad intentũ diſponens & ordinans. Ordine igitur quem in natura experimur, uidemus intelligẽtiam primam ſeu conditorem intellectum, primum mouens: quem Paulus Deum nominat, qui eſt cauſa ordinis, quæ enim à Deo ſunt, ordinata ſunt. Sicut igitur uidentes equum tenere uiam rectam ad ciuitatem, & non uagari in campo iuxta ſua deſideria, ſcimus hoc eſſe, quia ſeſſor ſic ipſum dirigit ad locum quem ipſe appetit: ita dũ uidemus animale corpus noſtrum moueri, ad manentem ciuitatem cœleſtium ciuium, ſcimus hunc motum eſſe ex directione intellectualis ſpiritus, qui ipſum animal dirigit. Sed quid dirigit intellectum? certè fides: nam niſi currens crederet, finẽ curſus eſſe appræhenſionem, & ſperaret ſuum curſum finem attingere, non curreret; ſeminans in ſpe ſeminat. Sed quid animat fidem & ſpem, quæ in curſu appræhendimus, quum ſine anima ſeu ſpiritu non ſit motus? Certè charitas. Nam charitas eſt ſpiritus uitæ, fidei, & ſpei. Et uirtus illa diuina, quæ mouet intellectum ad incorrupti-

Liberum arbitrium.

bilem diuinum finem, uideri debet per eleuationem de uiſibili homine ad inuiſibilẽ. In homine experimur corpus, & illud uiuere non ex ſe: uidemus enim corpus uita carere, quando nõ ſentit. Habet igitur uitam à uirtute ſenſitiua, ſed in homine experimur uirtutẽ ſenſitiuã dirigi, ad cõtraria eius deſideria, ut ad caſtitatem & abſtinentiã. Scimus igitur altiorem uirtutẽ illã eſſe, cui uirtus ſenſitiua obedit, quę eſt libera uoluntas. Non poteſt autem libera uoluntas eſſe, niſi in intellectuali natura. Arbitrium enim præſupponit intellectum, quum ſit electio: electio eſt comparans & diſcernẽs. Sic dico uirtutem illam altam, quæ naturam liberi arbitrij dirigit, habere ſpem quæ uiuit ex fide, fidem quæ mouetur ex charitate: habet igitur charitatem. Sed ſicut intellectus in homine eſt forma uiua, omnia formans & uiuificans, ſic ſe habet charitas in hac uirtute unitrina. Vnde ſicut ceſſante corpore & ſenſitiua uirtute, non deficit intellectus: ita & charitas manet, fide & ſpe ceſſante. Sed quid eſt illa charitas? Dico quòd eſt compræhenſio ſeu nexus, quo Chriſtianus nectitur diuinæ immortalitati,

Fœlicitas.

in quo conſiſtit ultima fœlicitas. Diceres. Quum ſupremum hominis ſit liber intellectus, quomodo peruenit homo ad ſpiritum illum, qui intellectum ſic dirigit, ad com

compræhenſionem finis, qui eſt ſupra intellectum? Dico quòd ſicut animalis homo de ſua natura corruptibilis & mortalis, penitùs ignorans & cæcus, fit uirtute intellectuali uidens & ſciens, conformiter ut angeli ſeu dij (ut eos Moyſes nominat) & hoc per intellectualem doctrinam: ſic fit noſtra intellectualis natura, per ſpiritum ſeu charitatem diuinam, fœlix. Non enim conſiſtit fœlicitas intelligentiæ noſtræ in ſcire, quum ſcire capiat magis & minus. Non enim fœlicitat, quod poteſt eſſe maiùs aut minùs: poteſt enim tolli, ſi poteſt eſſe minus, & non eſt perfectum, ſi poteſt eſſe maiùs. Fœlicitas autem eſt ſine ambiguo, finis perfectionis in ſtabili æternitate. Vnde ſicut quamdiu rem non uidimus, nobis gradus ultimæ ſenſibilis cognitionis deficit: ita quamdiu tantùm ſcimus ueritatẽ, & ipſam non uidemus uiſione illa, quæ eſt ultima fruitiua cognitio, nondum ad finem deſideriorum attingimus. Igitur fœlicitas, in uiſione intellectus conditoris omnium exiſtit. Quæ autem ſit doctrina illius diuini ſpiritus patet: nam eſt Euangelium, ſcilicet annũtians bona, non Philoſophia, aut Logica ſeu diſcurſiua ratiocinatio, ſeu rationalis ſuaſio, ſiue loquutio, ſed filij Dei annuntiatio, quæ per uirtutem operum oſtenſa eſt. Hac doctrina peruenitur ad hũc ſpiritum, nos ad fœlicitatem dirigentem, & non alia. Omnia igitur Paulus ſe facere dicit, ut particeps fiat Euangelij in quo hic ſpiritus eſt, nos docens uiam ad illam uitam. Habemus igitur nos ſic currere debere, ut participes Euangelij efficiamur. Tũc enim certi ſumus, ad compræhenſionem immortalis coronæ, nos peruenturos.

Spiritus deſiderij.

Diceres. Quomodo experior ſpiritum Chriſti habitare in corde, ſeu interiori homine? Dico quòd ex motu deſiderij, ſi ille ſit Chriſtiformis, ad obediantiam Dei intantùm inclinatus, ut tu uſq; ad mortem ardeas diuinis præceptis parere, & gaudeas in omni aduerſitate quam pateris, ut ei ſolùm pareas. Diceres. Quomodo igitur ille agere debet, qui non ſentit in ſe ſpiritum illum? Dico quòd attendere debet ad ſuam uocationem, & in illa currere quàm diligiſsimè, quia ad compræhenſionem peruenies. In omni curſu Chriſtiani, eſt uia quæ dirigit ad compræhenſionem. Vocati eſtis ut curratis ſicut canonici, ſic igitur currite. Canonicus à canone qui Latinè regula dicitur. In regularum igitur ſeu canonum obſeruatione uiuere, moueri, & currere debet. Menſuret igitur canonicus, ſecundùm menſuram rectitudinis & iuſtitiæ ſuũ curſum, ſi illum faciat ex canonum obſeruatia: quod ſi ſic inuenerit, ſciat ſe in uia compræhenſionis. Rectitudo illa conſiſtit in regulando motum concupiſcentiæ, qui eſt animalis: & eſt trinus, ſcilicet elationis, auaritiæ, & luxuriæ, qui per religionem reprimitur, quæ eſt munda & immaculata: & per regulam obedientiæ, dominatur motui elationis & ſuperbiæ: per regulã paupertatis, & auaritiæ: per regulam caſtitatis, luxuriæ. Omnis Chriſtianus regula Euangelica dirigitur, ne dominetur concupiſcentia in ipſo: ſed in ſuo ordine plus canonici, qui ſe uoto particularius ad canones aſtrinxerunt, & ut diuinis laudibus tantùm uacent, ſacrario operari ſtatuerunt, & ideò de illo edunt.

Canonicus.

Si pro gloria, quæ eſt quædam memoria laudis, etiam poſt mortem habens quandam immortalitatis imaginem, quidam etiam ſenſibilem mortem ſubeunt: quid agere tunc debeat immortalitatem comprædere ſatagens, non in imagine ſed ueritate?

Gloria.

Ex ſermone: Audiſtis fratres Pium ſecundum.

IN ſimplici patrefamiliâs, multiplex paternitas coincidit: nam eſt pater, quia genitor filij; eſt pater, quia curam habet omnium: & qui rector & ſenior, cui omnis honor debetur. Omnis autem paternitas quæ in cœlo & in terra reperitur, eſt à Deo patre. Inſtruimur autem per filium Dei Ieſum, illum eſſe patrem, quem Iudæi Deum nominãt. Hic igitur Deus, eſt ipſa paternitas abſoluta, quæ & pater. Quare quòd omnis perfectus paterfamiliâs exiſtit, ab ipſo Deo habet patre patrum. Habet igitur Deus connaturalem filium, hæredem uniuerſorum, habet peculiarem familiam, & omnium prouidentialem curam & regimen, cui omnis honor debeẽ. Qui igitur negat Deum habere connaturalem filium in diuinitate, & tamen ipſum curam

Paternitas.

http://www.obrascatolicas.com

omnium agere credunt: fatentur ipsum minoris perfectionis patremfamiliâs esse, & reperiatur in mundo, & datorem paternitatis, carere perfectione quam donat alijs.

Plantatio. Plantare est actus intellectus, bruta non plantant. Fit igitur per intellectum, & ad
Maximum. finem. Plantare autem primi intellectus, est creare: id quod plantat, fingit aut creat.
Minimum. Primus intellectus non recipit ab alio, sed habet apud se. Plantat igitur de se in alio, sicut sapiens instruens discipulos, de se recipit quod in alio plantat. Sic intellectus primus, qui in se habet ut in causa & principio omne formabile, & est mundus intelligibilis seu æternus, de se recipit siue de æternitate, id quod plantauit in mundo sensibili seu temporali. Sicut intellectus Mathematici, in se habet intellectualem circulum, quem plantat seu fingit in sensibili subiecto, sed ille intellectualis circulus non est circulus, sed intellectus qui si debet uideri circulus, necesse est ut uideatur per maximum pariter & minimum circulum, non quòd sint duo circuli figurabiles, sed ante omnem dualitatem figurabilium circulorum: ita intellectus, qui est principium omnium figurabilium circulorum, non est aliquis circulus, sed omnes circuli figurabiles id quod sunt circuli, habent ab ipso, quorum omnium ipse est exemplaris causa. Quare si debet nominari, secundum illas suas plantas seu figmenta, nominatur maximus pariter & minimus, quoniam omnium adæquatũ exemplar & præcisa mensura. Vnde dum Mathematicus figurat circulum in aëre, plantat intellectualem in sensibili materia: & dum facit alium maiorem circulum aut minorẽ, non plantat nisi eundem intellectualem, qui in respectu omnium figurabilium est simplex, maximus pariter & minimus. Sic primus intellectus, plantat oẽm creaturam. Introducens magister plantationem uineæ, docere uoluit causam creationis: nam sicut paterfamiliâs plantat ut assequatur fructum, & fructus est quia consurgit in sui consortium, si de creatore. Vinum enim quod est finis & perfectio plantæ, sumitur in consortium patrisfamiliâs plantatoris, siue intellectualis naturæ, quando conuertitur in sanguinem, & uiuificatur per animam intellectiuam, quæ ex hoc gaudet & lætatur, quia uinum in sui consortium sentit conuersum: sic primus intellectus, plantat intellectualem naturam, ut perfectio eius transeat in consortium diuinitatis eius. Addit uniuersorum magister, quomodo plantãtem uineam paterfamiliâs circumdedit custodi exteriori per sepem, quasi huius nobilis plãtę curam habeat, ut sit tuta à bestiali diruptione. Et fodit in ea torcular, scilicet separationis terrestreitatis, & expressionis latentis nobilitatis, quæ est cœlestialis natura, centrum motus sui sursum habens, ut experimur in euaporatione uini. Vnde spiritum æthereæ naturæ, quæ de sursum descendit, per Solis radium formatum experimur in uuis latitare, & propinquius in expressa humiditate earundem, qui expressus liquor, est uinum.

Vinum.

Ex sermone: Sicut nuper dum.

Scientia Christi. HAbes hic textum Christum omnia sciuisse naturaliter, quæ alij homines, studio uix modicè attingunt. In hoc solo potuit nosci Christus, in excellentia scilicet omnium hominum. Nam omne id quod omnes homines intellectu uigentes scire possunt, actu erat Christus. Homines possunt scire linguas, & unus plures quàm alius, Christus autem est uiuus sermo, seu uerbum Dei. Homines possunt esse docti, Christus sapientia uiua. Homines possunt uiuere uita rationali, Christus uita ipsa rationalis. Homines posſũt induere uitã immortalẽ, Christus est ipsa uita immortalis. Homines possunt induere incorruptionẽ, Christus ipsa incorruptio est. Homines possunt resurgere à mortuis, Christus ipsa resurrectio. Et ita de omni perfectione acquisibili per hominem, quoniam uerum est, Christum esse actu omnem perfectionem. Et scias quòd nemo est ita perfectus, quin possit esse perfectior: & ideò perfectio oĩm hoĩm, quum recipiat magis & minùs, non est proportionabilis ad pfectionẽ Christi, cũ illa sit altissima, qua nulla potest esse maior aut altior. Maximũ aũt quò non potest esse maius, actu est omnia: quoniam in sua maximitate, actu omnia complicat quę sunt possibilia, maiùs & minùs recipientia. Vñ ab illa maximitate seu plenitudine, omnis possibilitas perfectionis perducitur & perficitur. Et hoc nota scilicet nos habere cõcreatam possibilitatem perfectionis, secundũ quam dispositionem nos possumus fore perfectiores: sed nos non possumus nosipsos ducere de potentia in actum, nihil enim in potentia, seipsum potest ponere in actu, quum potentia per actum ponatur in actu. Summitas autem perfectionis discipuli, est ut sit sicut magister eius. Summitas intellectualis naturæ, est ut sit conformis uerbo, seu intellectui diuino. Nõ potest igitur intellectualem nostram naturam, alius quicunq; magister ducere ad summam suam perfectionem, nisi uerbum Dei. Nullus igitur homo potest esse fœlix, nisi conformis spiritui Christi. Dicit Euangelica litera Iudęos dixisse, quomodò hic scit literas, quum non didicerit? ex arte ergo simul & natura, est peritia literarum. Nam si absit ars, ignorantur: & si absit ingenium, non discuntur. In Christo igitur ars & natura uidentur coincidere. Ipse quidem sermo est, & ars omnipotens, per quam fecit Deus & sæcula. Omnia igitur sciuit, quia ars cum ingenio concurrebat, quoniam est ipsa ars atque intellectus omnium scibilium. Non fuissent Iudæi admirati, si credidissent Christum uiuum uerbum, & sermonem omnium sermonum formabilium. Sicut si quis conciperet scripturam aliquam esse uiuam uita intellectuali, non admiraretur si scriptura seipsam intelligeret sine doctore, quando aduerteret, quòd esse ipsius, esset uiuus intellectualis sermo.

Scientia literarum.

Excitationum ex sermonibus Reuerendiss. in Christo Patris Nicolai de Cusa, Cardinalis Decimi ac ultimi Libri, ad Iesu spei nostræ perpetuum decus & Gloriam, finis.

NICOLAI CVSANI
quum hæc scriberet Decani sancti Florini Constantien. Theol. Decretorumq; Doctoris excellentissimi, quippe qui uirtute & ingenio tantùm profecit, ut Cardinalis Tit. S. Petri ad uincula euaserit, in treis sequentes de Catholica Concordantia libros Præfatio.

IX poscunt agitata huius sacri Basilien sis Concilij, quę forte in nouitate quadam (facilè apud eos qui huius tempestatis scriptoribus indubiam fidem etiam in uoluntarijs præbent) dijudicarentur: aliqua peritiora ueterum ingenia, uetustate iamdudum abolita, ob eorum qui hoc æuo dies graues ad finem ducunt, & prisco-rum illuminatissimorum naturam disparem, palam facere. Et eo hæc res dissonantior uidetur, quò minus à teneris annis imbibita minusq; præuisa, quodam excitatiuo superno influxu, ex conquassatione ingeniorum ob exortam discordiam definita est.

Quis rogo, ante hos pauculos annos ea dixisse absq; nota potuisset, quæ nunc fieri conspeximus: ad manifestandam uniuersaliorum Conciliorum eminentissimam potestatem, quæ dudum non sine maximo publicæ utilitatis ac fidei orthodoxæ dispendio dormitauitq; Videmus autem per cuncta ingenia, etiam studiosissimorum omnium liberalium ac mœchanicarum artium, uetera repeti, eaq; auidissimè quidem ac si totius reuolutionis circulus proximo compleri superaretur, resumimus tantùm graues nec sententiosos auctores. Verum & eloquio & stilo ac forma literarum antiqua, uidemus omnes delectari, maximè quidem Italos, qui non satiantur disertissimo (ut natura Latini sunt) huius generis latiali eloquio: sed primorum uestigia repe-

Vetera placent.

http://www.obrascatolicas.com

Alemannorum ad eloquium difficultas.

tentes, Græcis literis maximum etiam studium impendunt. Nos uero Alemanni, etsi non longè alijs ingenio minores ex discrepanti stellarum situ essemus effecti: tamen in ipso suauissimo eloquij usu, alijs plærumq; non nostro cedimus uitio, cum non nisi labore maximo, tanquàm resistenti naturę uim facientes, Latinum rectè fari ualeamus. Non admirentur itaque nationes cæteræ, si inscripta testimonia certorum mandatorum legerint. Originalia enim multa longo ab usu perdita, per uetterum Cœnobiorum armaria, non sine magna diligentia collegi. Credant igitur qui legerint, quòd omnia ex antiquis originalibus, nõ ex cuiusquàm abbreuiata collectione, huc attracta sunt. Non retrahat rogo quemquàm à legẽdo, incultus stilus: apertus enim absq; fuco clarissimus sensus, humiliori eloquio etsi non auidiùs, facilius tamen rapitur. Verum quamuis omnibus placere uellem hanc collectionem, maximè tamen in hoc sacro Concilio constitutis, & tibi ĩprimis inuictissime Deo coronante Imperator noster Sigismunde, ac etiam prædigno Cardinali Iuliano, uestræ nationis mansuetissimo legato. Si etenim tantæ & excelsæ utriusq; potestatis approbatorum iudicia patescent, nemo sic laudata rectè spernere possit.

Huius operis testimonia.

Operis dedicatio.

Operis materia et diuisio.

De catholica concordantia tractaturus, inuestigare necesse habeo ipsam unionem, quæ Eccelleſia fidelis populi catholici dicitur. Et illius Ecclesiæ partes unitas, scilicet animam & corpus. Vnde & prima consideratio, est de toto composito, scilicet ipsa Ecclesia.

Secunda, de anima ipsius scilicet sacratissimo sacerdotio.

Tertia, de corpore scilicet sacro imperio. Et in qualibet inuestigabo ex antiquis & approbatis libris, quæ fuerint necessaria ad intelligendum subsistentiam, naturã, compag nes, & iuncturas cum membris: ut sic dulcis & harmonica concordantia sciri possit, per quam salus æterna & Reipublicæ terrenæ consistet.

Primi libri Capita.

Primi libri Capita.

IN hoc primo libro de Ecclesia, inuestigatio circa infrascripta uersatur.

Cap. 1. Quòd Ecclesia consistat ex cõcordantia omnium ratiocinabilium spirituum, per dulcissimam harmoniam ad Christum, ueritatem, uiam, & uitam, qui est sponsus Ecclesiæ.

Cap. 2. Quòd hæc colligantia, qua membra ipsius Ecclesiæ modo dictæ Christo uniuntur, habeant gratuationes differentes, secundùm exemplum sancti Ambrosij, de Magnete lapide & annulis ferreis sibi inuicem substitutis, & per magnetem attractis. Ex qua differentia, Hierarchicus ordo inuestigatur.

Cap. 3. Quòd una est Ecclesia à principio ad finem: sicus unus Christus, qui solus quoniam ueritas est, per omnes scripturas, per signa & sacrificia, loco & tempori congruo exprimitur, licet clariori modo uno tempore quàm alio. Et ibi quomodo gratuatiuè quodammodo, usq; in Christum successiuè, in maiori lumine sanctitatis & ueritatis, apparuerunt membra Christi, & sic descensiuè usq; in finem. Et quòd paradisus regnum Ecclesiæ significet.

Cap. 4. Quòd licet Ecclesia triplex sit, triumphans, dormiens, & militãs: tamẽ ipsa militans uariè consideratur, uel pro traducenda in triumphantem patriam, & est prædestinatorum, uel Deo in præsenti tempore per fidem & charitatem unitorum, uel per fidem tantùm. Et quomodo mo sic similis exercitui, & alijs exemplis proportionetur. Et est cap. notandum, ualens pro euacuatione multorum dubiorum, & reductione errantium.

Cap 5. Quòd Ecclesia ex bonis & malis permixta sit, & quòd exercitium malorum quod ex officio dependet, non caret effectu, quod & de signaculo trinitatis in Ecclesia militante, ac etiam de subordinatione Ecclesiæ triumphantis, dormientis, & militantis: & ibi de hoc pulchra & notanda.

Cap. 6. Quòd in triumphanti consideratur unitas, ex Deo angelis, & animalibus sanctorum. Et quòd militans triumphanti subordinatur, quoniam ex sacramentis & sacerdotio & populo catholico connectitur: sacramenta subalternãtur Deo, sacerdotio ministris scilicet angelis, populi beatis animabus. Et de ipsa colligantia subalternali: quomodo sacerdotium coniungitur per sacramenta quę Deo proxima sunt Christo, populus sacramentis per sacerdotium, & de graduatione cuiuslibet partis: & quomodo in qualibet parte, supremus Hierarcha in se repręsentatiuè inferiora comprædit, & est singularissimum cap. deinde de sacerdotio sacro singulariter, & primò.

Cap. 7. Quòd Ecclesiastica Hierarchia, ordines & gradus ad instar angelicæ, habeat. Et ibi exemplo & mixtura, hæc pars manifestatur.

Cap. 8. Quòd trinitas à sacerdotio consideratur: scilicet ordo, præsidentia, & cathedra, sicut spiritus anima & corpus se habẽtia: & quòd sicut in ordine est Hierarchica graduatio, sic & in præsidentia. & cathedra: & de sanctitate sacerdotij.

Cap. 9. Quòd sicut sacerdotium subalternatur Deo, ita præsidentialitas angelis: & quòd sacerdotium per medium cathedræ, angelo qui Ecclesiæ prælatus est, cõnectitur, ex quo ueritas cathedræ solidatur, & est singulare.

Cap. 10. Quòd efficacia intercessionalis sacerdotalis officij, iuuatur ex continuatione ipsius sacerdotij, quò ad hoc beatos in patria. Et ibi epilogus, quomodo ueritas sacerdotij radicatur in triplici cœlesti concordantia, quoniam additum nam per ordinem, ad angelicam per cathedram, & ad beatos in patria per officium. Et sic est sacerdotium ut anima una in corpore fidelium. Et est ualdè mente tenendũ, illud parũum cap. maximè ubi epilogat & subinfert.

Post præmissa oportet inuestigare, quæ uerba Christi ad Ecclesiam & Apostolorum successores trahi debent: ut in illis fundetur radix Ecclesiasticæ potestatis.

Cap. 11. Quòd Christus ad Apostolos loquutus est sæpe aliqua, quæ non poterant de ipsis sed successoribus uerificari, & sæpe uoluit ad Ecclesiam congregatam actu uerba dirigi, ali quando ad dispersam. Et ibi de Petro figuram Ecclesiæ gerente Et inscritur epistola Alipij, Augustini, & Fortunati, quę habet notanda puncta.

Cap. 12. Quòd per documenta pulchra, exempla illa probentur alibi. Et ibi de dispersione Ecclesiæ per mundum ante aduentum Domini secundùm. Et ibi qualiter ille aduentus intelligi debeat in nubibus.

Cap 13. Quòd illa est uera catholica Ecclesia, quæ cuiq; est loco coarctata, & ibi de Materno Colonienſi Episcopo.

Cap. 14. Quòd una sit uera certa Petri cathedra, in qua omnes Petri successores sedent. Et ibi de unitate cathedræ, in qua necessariò catholici sedere habent, & prior sedens in eadem est Papa. Et quomodo hoc intelligitur, qui Cathedræ Petri non adhæret, fidelis non est, & est singulare.

Cap. 15. Quòd præsidentes suam subiectam figurant Ecclesiam, & sic ecclesiastica potestas, est in Episcopo. Et ibi de principatu Romani Episcopi: quomodo in episcopatu fidei, stet primus.

Cap. 16 Quòd Romana Ecclesia capitur aliquãdo pro sede, & occasione illius, quot sint sedes, & quæ prima, & quod primitiuitas ab Ethnicis traxit initiũ. Et quòd Episcopus Romanus ab ipsa urbe Romana eminentiam habeat: & hoc declaratur argumentis multis, concurrente nihilominus priuilegio Christi.

Cap. 17. Quòd Romana Ecclesia aliquando capiatur pro proximè unitis sibi, & aliquando sedes pro pontifice & Ecclesia, pro Papa & pro clericis suæ diœcesis & fidelibus, aliquando pro subiectis metropoli, aliquando pro subiectis Patriarchatui, aliquando pro fidelium Ecclesia. Et in quo intelligitur, Romanam Ecclesiam errare non posse.

Secund. lib. Continenda.

Lib. II. Cap.

SEcundo loco, præsuppositis quibusdam fundamentis, ad propositum facientibus, se offert Conciliorum principalis materia, ob quam inuestigandam radicitus, labor omnis assumptus est. Vnde quod primò tractatur est id.

Cap. 1. Quòd synodus est cœtus senum uel presbyterorum per unam uiam tendentiũ, & quòd dissentientes nõ faciunt Conciliũ, & quòd habet gratuationes

http://www.obrascatolicas.com

nes uarias à particulari usq; ad uniuersalem,& quòd uniuersale uariè capitur. Et ibi exprimuntur graduationes,ab infima synodo usq; ad supremam.

Cap 2. Quòd quisq; præsidens regulariter habet subiectam synodum conuocare.Et ideò Papa uniuersalem. Et quomodo intelligitur, sine Papæ auctoritate synodum uniuersalem regulariter non esse.

Cap.3. Quòd ex quinq; Patriarchis, plenum uniuersale Concilium constituitur.Et quòd ad esse Concilij requiritur,quòd in aperto & nõ in obscuro, absq; motu cum omni libertate, absq; tumultu & ordinatè celebretur. Alioquí si rite non celebratur,errare potest,& etiam ab ipso ad aliud appellare, & multa ibi quæ singulariter notanda sunt.

Cap.4. Quòd in synodis uniuersalibus, ad hoc quòd à spiritu sancto dictata censeantur definita:ex concordantia,& communi omnium consensu, pronunciatio & decretatio fieri habet.

Cap 5. Quòd licet legantur multa Concilia,in quibus etiã interfuêre legati Apostolicæ sedis,errasse:tamen nullum de illis ritè celebratũ fuit, & hoc probatur de singulis conciliabulis.Et ibi,quomodo uniuersalia Concilia corrigunt particularia & de maxima firmitate uniuersalis Ecclesiæ catholicæ.

Cap.6. Forma antiquorum breuissima, in celebrandis uniuersalibus Cõcilijs. Post hæc de Concilijs generalibus,quæ sæpè uniuersalia dicũtur submittitur, in quo tractatu enodatur deceptio multorum recentiorum.

Cap.7. Quòd aliquando Concilium multarum prouinciarum, aliquando occidentale,& quòd omnia etiam cum legato Papæ celebrata, præter concilia uniuersalis Ecclesiæ:dicuntur sicut sunt prouincialia seu localia, licet dicantur uel generalia uel uniuersalia,aliquando etiam Papa in eis præsidente. Et quòd dicantur Patriarchalia.Et ibi de Concilio generali uel uniuersali ratione Ecclesiæ,aut Papæ, quomodo solum sit in certis regionibus, Patriarchali sedi subiectis collatum, & in quibus & quomodo hoc subest Papæ,& quantæ auctoritatis existat. Et alia utilia de cõgregatione & subscriptione.

Cap.8. Quòd auctoritas in Concilijs non dependet à capite Concilij, sed cõmuni omnium consensu. Et hoc declaratur per multas subscriptiones, Papam de consensu,& non tantùm de concilio definire & constituere. & quòd omnes Episcopi sunt iudices & definitiores & constituentes, & quòd subscriptio roboret & confirmet acta Conciliorum.

Cap.9. Quòd nulla constitutio canonica sit efficax, nisi ex consensu expresso uel tacito,aut secundùm aliquam canonicam facta fuerit. Alioqui si per qualẽcunq; particularem fiant ordinationes,non dicuntur non constitutiones,nec ligant nisi ex acceptatione uel consensu præueniente, quòad potestatem constituentis.

Cap.10. Quòd statuta etiam generalia,non ligent aliquando particulares prouincias,nisi acceptentur.Et quòd uigor statutorum,ex acceptatione per usum uel cõsensum potiùs dependet,& quòd ideò propriè solùm sunt constitutiones,quæ synodicè promulgantur.

Cap.11. Quòd Romani pontificis decreta, robur & ligandi uigorem ex acceptione & usu capiunt,aliter in periculo essent Christiani. Et propter hoc synodicę constitutiones sunt maximæ efficaciæ, & ibi causa redditur: & insuper iura quæ de decretalibus Apostolicæ sedis loquuntur,de synodicę aut secundùm canones decretis intelligi debent.

Cap.12. Quòd ex consensu uigor statutorum dependeat, probatur per uim q̃ consuetudini inest.Et quòd præsidentia Papæ in Concilio uniuersali, quòad potestatem condẽdi rectè æquiparetur præsidentiæ metropolitani, in prouinciali Concilio. Et ideò Papa semper quasi apud antiquos archiepiscopus nominatur.

Post hæc examinatur difficultas prætacta,ex argumentis quæ fieri possent,à Papa iurisdictionem omnium & statutorum uigorem dependere.

Cap.

Cap 13. Quòd argumenta omnia, quæ dicunt Papam habere potestatis plenitudinem à Deo,& consimilia,non obstant,& ibi latè de hoc. Et quomodo constituatur administratio superiorum,ex subiectione inferiorum:ex quo euenit potestatem superiorum etiam ab inferioribus dependere,& est notatu dignum. Et quòd Papalis administratio,non habeat alia principia quàm Episcopalis: quoniam omnis ecclesiasticæ potestatis administratio, desursum & deorsum constituitur,quoniam mediator est ipse pastor,inter Deum & gregem:& euacuantur omnia argumenta secũdùm ordinem, per longum processum.

Cap.14. Quòd omnis constitutio,ex radice naturalis iuris locum habet:& qđ omnis coercitio cum natura æquè liberi simus, ex electione & cõsensu subiectorum sit. Et quòd iurisdictio creata, ex se non habet potestatem,nisi secundùm legem & est pulchra speculatio.

Cap.15. Quòd ex fundamentis prætactis, sicut Episcopus sine capitulo,& Metropolitanus sine suffraganeis:ita & Papa sine cardinalibus,uniuersalia statuta oẽs subiectos tangentia facere non debeat.Et quòd ideò nullius Synodi iudicium,absq; auctoritate Apostolicæ sedis ratum est: quia ab omnibus etiam Synodicis, excepta uniuersali uniuersalis Ecclesiæ Synodo,ad ipsam Romanam sedem appellatum inuenitur.Et ibi quomodo hoc cõmune dictum intelligi debeat.

Deinde cognito quòd ex consensu firmitas Synodica dependet,uidendum qui interesse debeant,& ibi.

Cap 16. Quomodo ex definitis subscriptionibus deprehẽditur, Episcopos & definitores alios etiam consensum præstare & subscribere Abbates & monachos: laicos uerò tanquàm auditores & testes. Et quòd periti clerici etiam administratione carentes,non debeant à Concilijs pelli.

Et primò cõsequenter,de potestate uniuersalis Concilij, tractatus subnectitur.

Cap.17. Quòd Patriarchale Concilium nõ est regulariter supra Papam,sed ei subest nisi erret in fide:tamen eum reformare potest, sicut & Metropolitanum prouincialis.Et quòd uniuersalis Ecclesiæ Synodus,non tantùm supra Papam,sed etiã eius & omnium aliorum patriarcharum Synodos existit simpliciter:quo & euacuatur argumentum id,quod communiter obicitur, Romanam sedem priuilegio Christi toti Ecclesiæ supereminere. Et quòd uniuersale Concilium, saluo illo præuilegio in sedentem in sede,dum sua abutitur potestate,pro bono uniuatsalis Ecclesiæ iurisdictionem & superioritatem habet,& exemplà ponuntur.

Cap.18. Quòd fundamẽtum huius considerationis maioritatis Concilij supra Papam est,secundùm Augustinum:quia certior & infallibilior est repræsentatio Ecclesiæ,cui ueritas & assistentia est promissa in uniuersali Concilio,quàm in Papa tãtũ.Et ibi apiẽ fundamẽtũ totiꝰ materiæ,repẽtationis:& administrãois & cur eligi debent prælati,& qualis ordo seruari,& quomodo Cardinales,tanquàm legati prouinciarum à prouincijs eligi.Et ibi de ipsis aliqua singularia,quòd ipsorum potestas ex communi consensu exorta est,& quomodo.

Cap.19. Quòd libertas electionis est radix,per quam omnis ordinata potestas constituitur,& breuiter & pulchrè de hoc.

Consequenter ad difficilem materiam acceditur. An Papa per uniuersalis Ecclesiæ Concilij canones ita ligari possit,quòd in contrarium nequeat.Et primò.

Cap.20. Quòd Papa non possit tollere, imutare, uel retractare, uniuersales canones.Et probatur auctoritatibus & exemplis,& professionibus ac argumentis multis. Et quòd dispensatio & declaratio rationem canonis in particulari casu locum non habere, locum habet absque canonum præiudicio: & ibi de hoc latissimè,quia ita expedit.

Cap.21. Quòd etiam dispensare & aliquid disponere(quod uideatur uniuersalibus canonibus contrarium)Papa sine Cardinalibus non debeat.

Post superiora,de Concilijs alijs particularibus aliqua restantia annectantur. Et primo.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Cap.22. Quòd prouincialis Synodus, p̃ Metropolitanũ qui eſt iudex prouinciæ (licet criminales cauſas per ſe iudicare nequeat) congregari debeat: & quòd Cõcilia ſunt optimè & neceſſariè pro bono Eccleſiæ inſtituta. Et de uniuerſali Concilio multorum prouincialium, quomodo eſt ſuper particularia prouincialia. Et quomodo iudices locorum concurrere debent in illis, & quòd ſolui non debeat, niſi præfinito loco celebrando, & tunc cunctis determinatis.

Cap.23. Quòd forma celebrandi illud Concilium, tradatur in primo capitulo Tolletani Concilij, & ibi inſeritur de uerbo ad uerbum, quæ eſt notanda per omnia, maximè in fine.

Cap.24. Quòd uniuerſalia unius nationis uel regni magni Concilia, habẽt magnam poteſtatem, & de omnibus etiam de fidei definitionibus, inueniuntur ſe intromiſiſſe. Et iudicant de conſuetudinibus, de primatu, & breuiter de omnibus quæ in natione aut in regno oriuntur. Et ibi quòd non niſi ex uniuerſalibus & arduis cauſis congregari debeat, & quomodo, & etiam qualiter per legatos prouinciarum, uel eorum qui Concilio interſunt, plena auctoritas Concilij habetur.

Cap.25. Quòd uniuerſalia talia Concilia tanquam caput congregans, eis nihilominus ſubſit. Sic etiam pariformiter Papa, uniuerſalis Eccleſiæ Concilio ſubeſt, licet ad eius iuſſum cõgregatur. Et quòd ſicut auctoritas primorum Conciliorum uniuerſalium, à congregante non dependet, ita nec uniuerſalis Eccleſiæ Concilij auctoritas à Papa. Et ibi pulchra de hoc, quomodo continuari ipſa Concilia debeant. Et ibi cauſa utilitatis eorum.

Et quia omnes canones & ſtatuta & ſynodi ſunt, quibus ordinetur uita noſtra in Deum, & propter hoc ſunt reformatoria omnia concilia: ſubſequenter pauca de reformatione ſacerdotij ponuntur. Et quia omnis abuſus poteſtatis eccleſiaſticę eſt maximè, qui reformari debet, ideò primo de poteſtate eccleſiaſtica.

Cap.26. Quòd poteſtas ſacerdotio tradita eſt libera, à Chriſto ei credita, pro ſalute animarum in Dei laudem ordinata. Et quòd ex hoc uirtus diſtributiua ſacramenti Euchariſtiæ, illimitatè eſt eis credita. Et quòd fideles, decipi in modo diſtributionis ita à libera & credita poteſtate ſacerdotij depẽdẽtis nõ poſſint, in quo diſſoluitur error Bohemorũ dicentiũ: utrãq; ſpeciẽ de neceſsitate ſalutis diſtribui debere.

Cap.27. Quòd maior deformatio oritur ex deformatione capitis, & ex hoc qũ ſuperiores inferiorem poteſtatem uſurpant.

Cap.28. Quòd Papæ regulariter cõpetit arduas cauſas definire, & curam uniuerſalis Eccleſiæ habere, Metropolitanos confirmare, ſicut cuilibet Patriarchæ in ſuo diſtrictu. Et ibi de ſententia Calcedonenſi, & canone 8. Concilij. Ex quibus & alijs poteſtas ordinata Papę elicitur. ſ. facere permiſſa, & Synodos ſuas & ad eas Metropolitanos cõuocare, & inter Metropolitanos iudicare. Et ibi quomodo princeps ſeu Imperator, ſolùm uniuerſalis Eccleſiæ Concilijs, non illis Papalibus ſeu Patriarchalibus, intereſſe conſueuit. Et quomodo niſi ius unicuiq; illeſum & canones ſeruentur, pax Eccleſiæ perit.

Cap.29. Quòd canones 8. Concilij corruptè ſæpe in decreto poſiti, ad reformationem optimi ſunt. Et quòd iuxta 8. cautionem eius, Metropolitani ſæcularibus curis uacare nullo modo debeant, nec ſpiritualia per ſuffraganeos exercere: & quòd maxima difformitas oritur ex hoc, quòd prælati tantùm ſæcularibus curis inuigilant.

Cap.30. Quòd magna ſit difformitas in eo, quòd correctio & uiſitatio uertitur in quæſtũ, & ibi canon illius 8. Concilij, qui dicit illum ſacrilegum, qui ſub ſpecie uiſitationis ſubiectas Eccleſias grauat. Et quomodo auaritiam, de præſidentibus & maximè Romana curia, tolli oporteat: & quòd neceſsitati Eccleſiæ communi, ordinata contributione ſubueniri debeat.

Cap.31. Quòd remedium ſit in 8. Concilio cap.26 editum, quomodo grauatis ſubditis per Epiſcopum rei forma iudicij ſubueniatur. Et quomodo gradatim uſque ad Patriarcham per appellationes deueniendum ſit.

Cap.32. Quòd monachi promoti ad dignitatem Epiſcopalem, habitum & uitam

uitam monaſticam ſeruare teneantur ex canone xxvij. Et quòd prælati per electiones fieri debeant liberrimè abſq; impreſsione. Et quòd Epiſcopi ex præceptione principum, ex potentatu Epiſcopi facti diſponendi ſint: & quòd ſolùm idonei per aſcenſum, qui gradatim fieri debet, aſſumendi ſint ad prælaturas, qui ſolum zelo Dei non appetitu principandi tonſi ſunt. Et ibi quòd quatuor annis in ſacerdotio prius ſtare debuerit. Et quòd de eadem Eccleſia ſi digni inueniuntur, promotiones gradatim fieri debeant. Et qui geſſerant curam ſæcularium aſſumi non debere. Et quòd inuitis, Epiſcopus dari non debeat. Et multæ pulchræ rationes fortes ad hoc, quomodo electiones in iurè diuino & humano fundatæ ſunt.

Cap.33. Quòd reformatio depoſcit neceſſariò, ut quis ſ̃ officio & uota ſatisfaciat: & enumerantur aliqua, quę etiam ſunt neceſſaria fieri, ſi reformatio ordinaria introduci debet in Eccleſiam & ſacerdotium.

Cap.34. Vltimò epilogabitur in breui quicquid præmittitur Et euacuatur opinio eorum, qui primatum Petri à Chriſto eſſe negant, & ſolidatur ipſa ueritas, quæ dicit, principatum Papæ à Chriſto mediante conſenſu Eccleſię eſſe: & quòd eius poteſtas eſt à Deo, coactio uerò mediante Eccleſia.

Tertij libri Capita.

ESſent tertio loco pandendæ præambulari loquutione, eximiæ laudes noſtri à Deo coronati præſentis piiſsimi Sigiſmundi Imperatoris maximi. Et quia ipſe ille alter Auguſtus, qui ſe dominum nominari renuit, ac rectè alter Baſilius humillimus, cuius laudes ſubſequentia manifeſtant, ignoſcet facilè maximè mihi rudiſsimo omnium, qui cum minima explere nequeam, facilè in maximis imò in immenſis, confuſo ſtilo etiam priùs clara conuoluerem, nec aliquod futurum etiam ueritatis argumentum præberem: ſi eius inuictiſsimi Cæſaris uiuentis, & imperium efficax in me ſuum ſeruulum habentis, laudes canerem. Præſumptio enim adulationis, & principibus omnibus dum uiuunt, complacendi ſtudium fidem parui faciunt, ſi ab ijs maximè qua ego humili conditione conſtitutis ſcripturis mandantur. Ad rẽ itaq; ueniens uerſat̃ tota intentio, ut potentia ſacri noſtri imperij, quod apud Alemannos eſt, in finem ut conſeruetur, & concordantia, quia ſe annuè ſacerdotio ſancto unit ut uiuat catholicè, ſciatur. Eſt itaq; pro huius & difficilis rei fundamento, primò inquirendum de ipſo ſacro imperio, quo ordine aut qua dependentia & qua uia apud Alemannos ſubſiſtat. Vnde primo loco rectè inueſtigabitur.

Cap.1. Qua radicè legislatio ac principatus omnis, & maximè monarchicus exoritur ac quomodo ſolidetur, & exinde Imperatorẽ in corporali hierarchica, ſicut Papam in ſpeciali caput & omnium principem eſſe.

Cap.2. Quòd Imperialis poteſtas, ordinatè ex dono Conſtantini in occiduis, à Papa non dependeat; & quòd ipſa famoſa donatio Apocrypha ſit, ſicut quædam alia, & ibi hiſtoriæ quædam de Pipino & Carolo breuiter connexæ, ad ſciendũ quomodo temporalia primum ad Romanam Eccleſiam deuenerunt.

Cap.3. Quòd imperium non fuit de Græcis translatum per Papam in Germanos uel Francos, licet patricij Romanorum ſeu etiam Imperatores dicerentur: ſicut Henricus quartus, in generali Baſilienſi Concilio, coronatus particius dicebatur. Sed quòd Otho primus fuerit inter omnes Imperatores primus pleno iure, recto, ordine per populum & clerum Romanum & Synodum cum ſucceſſoribus creatus Imperator, & de hoc hiſtoriæ.

Cap.4. Quòd electores à Romano Pontifice non ſunt creati, nec poteſtatem habent: ſed ex communi conſenſu ſubiectorum imperio, qui diuino & humano iure, non poſitiuo, ſibi Imperatorem præficere poſſunt. Et quòd rectum & iuſtum imperium, uim ſolam ex eorum electione, abſq; Papali confirmatione habet. Et quòd deponi à ſolo Papa non poſsint.

Poſt hæc inueſtigatur poteſtas imperij.

Cap.5. Imperium poteſtatem ſupremam mundi, ac uicariam ſubſtitutionem à

Chri-

http://www.obrascatolicas.com

Christo habere, hinc & Dei minister, & Christi uicarius dicitur, typum Christi regnantis super omnes gerens.

Cap.6. Quòd imperij potestas æquetur subiectioni obedientiali. Et quòd Romanum imperium in certis ibi nominatis prouincijs & regnis nunquàm fuit, licet dominus mundi à maiori parte dicatur. Et quòd inter cunctos potentatus, supremũ locum ex appropinquatione ad Christum regnantem, per fidem iustè possideat.

Cap.7. Quòd imperatori supræma commissa cura, ob quam omnibus præeminet, est in custodia orthodoxæ fidei: & quòd suo modo Papæ æquetur, cum ipsi etiam fidei gubernacula commissa sint quòad custodiam, sicut sacerdotio quòad inquisitionem & magisterium. Et quòd hanc summam potestatem, ab electione Christianorum consequitur.

Deinde examinatur, an Concilijs Episcoporum, Imperator cum laicus sit, interesse debeat, occasione cuius primò dicitur.

Cap.8. Quòd laici certis Concilijs interesse debent ad se defendendũ alijs, ad tm̃ audiendum, & princeps in sibi subiecta patria, pro corrigendis delictis & reformatione, Concilia congregare debet, & ibi exemplum de Carolo magno &c.

Cap.9. Quòd sanctus Gregorius Theodericum regem Francorũ exhortatus est & monuit, ut Concilium aggregaret Episcoporũ, & de suo regno concubinatum & symoniam eliminaret. Et ibi alia exempla, de Recaredo rege Hispaniæ & Gallię. Et quòd regum sit illa exequi, quæ in illis Concilijs communi consensu dictantur.

Cap.10. Quòd reges & principes cũ magna reuerentia & deuotione, illis Cõcilijs interfuêre cum dulcissimis exhortationibus, & ibi notandnm exemplum Recaredi regis. Ad idem Sysenandi & Chuicillai regum exempla.

Cap.11. Quòd Rex obligetur ad augmentum fidei & deuotionis in subiectis, & etiam tenetur forma uirtutis, exemplo doctrinæ sancti Gregorij ad Hilpertum regem Francorum, & quòd Ecclesia ipsis tradita est, de qua commissione rationem reddere tenentur.

Cap.12. Quòd Rex & princeps leges & statuta generalia prouinciam respicięntia, in generalibus utriusq; status sui regni Cõcilijs, per consensum edicere habet, et illa salua ἐφεικείᾳ exequi & defensare. Et quòd quotidianum Concilij, de electis ex tota prouincia subiecta, de conseruatione uniuersalis sui Concilij habere debeat.

Consequuenter subiungitur, quomodo Imperator quoad ipsa uniuersalia totius Ecclesiæ concilia, se habere debeat.

Cap.13. Quòd Imperator, ad uniuersalem synodum totius catholicæ Ecclesiæ quõ ad collectionẽ & exhortationem & cætera, se habet sicut rex in suo regno. Et ibi quõ & quando congregare solitus est Imperator uniuersalia illa Concilia. Et ibi exempla aliquorum Imperatorum notatu digna inserta ad longum, ex causa ut obstruantur ora quorundam recentium, qui pauca uetera uiderunt.

Cap.14. Quòd Imperator dare debet, ut omnis tumultus uitetur in Concilijs, & expulsis expellendis, in tranquillitate & libertate Concilium constituatur, cum punitione turbantium patres. Et ibi de hoc exempla pulchra.

Cap.15. Quòd imperialis conuocatio ad synodos est exhortatoria, & Papalis quòad sacerdotium præceptoria. Et quòd imperialis urgente necessitate Ecclesiæ, Papa negligente præceptoria fiat.

Post hoc quid in ipsis Concilijs cum suo senatu agere debeat Imperator.

Cap.16. Quòd in uniuersalibus Concilijs legitur Imperator præsedisse, & secũ paucos ratò ultra .xv. ex senatu habuisse, qui ex eius iussione interfuêre tm̃, & nõ alij. Quare in laicos omnes in Concilio iurisdictionem habet, & eis sedes deputare.

Cap.17. Quòd laici uocem no habent in Concilio, dũ ecclesiastica tractant̃, & quòd ex illo fundamẽto, cõcordia in sedibus secularium principum, quorum hodie p̃sentia utilis, facilè absq; turbatione fieri possit, cuius ibi practica ponitur.

Cap.18. Quòd officium Imperatoris & laicorum in Concilio est promotoriale, ad digerendum cuncta quæ tractantur absq; omni partialitate per clarum iudicium. Et

Et qđ ut iudices neutrales in oĩbus se habere debẽt, sentẽtia aũt synodi ẽ̃ practica.

Cap.19. Quòd exhortationibus ad totum Concilium uti debeat Imperator. Exemplo pijssimi Basilij, quod inseritur & est uallde notandum.

Cap.20. Quòd locum suum tenentibus Imperatores, alloquutiones ad Concilia ac persuasiones & inductiones committere possint, sicut & ipsi facere. Et ibi practica, ex octaua synodo per Basilium Imperatorem congregata.

Cap.21. & 22. Quòd præmonere possit & debeat Concilium in ijs quæ necessaria sunt pro Ecclesia, & in synodo tractari debent, exemplo Martiani Imperatoris.

Cap.23. Quòd Alloqutio Basilij Imperatoris ad synodum quæ est suauissima, per quam ostenditur Imperatorem laborare debere, ut omnis definitio cũ Concilijs clarissimo ordine omnibus uolentibus audiri, auditis concludatur. Et post hoc nullus contradictor admittatur, & alia multa & notanda.

Cap.24. Qua pietate in omnes qui deliquerunt, tanquàm communis pater & pastor, pro eorum reductione uti debeat, & demum in rebelles & non acquiescentes imperiali exhortationi, synodicam sententiam exequi debeat, exemplo pijssimi Basilij singulariter notandi ostenditur. Et quòd noster Imperator alter Basilius, illo exẽplo in reductione oberrantium Bohemorum uti debeat. Post præmissa ad statum ordinatum sacri imperij perquirendũ, stilus uertitur. Et primo.

Cap.25. De imperiali Concilio, ex membris principalibus imperij collecto, & eius usu antiquo & utilitate, quòd regiminj Reipublicæ uallde conueniat, si rectè celebretur & continuetur: & exempla & cautelæ ponuntur.

Deinde pro inuestigatione reformationis lapsi imperij nostri à gradu suo primo ista tractantur. Et primo.

Cap.26. De florenti statu imperij, quomodo fidei augmentum omni studio procurabatur, & leges structissimam suam censuram obtinebant.

Cap.27. Quòd Othonis oratio secundi, de dando temporalia Ecclesijs, sanctã habuit considerationem.

Cap.28. Quòd principes & duces sub imperio, p tuendis subiectis officiati: tẽporanei primò & pòst hoc feudales uasalli, ex bonis causis seruato imperio annuo tributo & seruitio cõstituti fuêre. Et quõ Telonia & uectigalia & talliæ, Reipub. seruiebant. Et Imperator illam Rempublicam stipendiato exercitu tuebatur.

Cap.29. Quòd hodierno tempore, imperium multum ab illis obseruationibus indifformitates maximas cecidit. Et quòd Romana curia etiam in causa sit euacuationis ærarij Reipublicæ. Similiter quòd regimen hodiernum inordinatum in temporalibus, quò ad ecclesiasticos, Reipublicæ obsit.

Cap.30. Quòd Imperator solùm habens administrationẽ imperialiũ, arctatur iniustè sæpe per pacta & iuramenta clericorum, ad confirmandum quæ irrita esse deberent, & ibi exclamatio contra istud.

Cap.31. Quòd imperium ualdè cecidit: quia iustitia locũ non habet, & uis & p̃pria uoluntas, diffidatio, incendia, & rapinæ, Rempublicam deuastant. Et ibi exclamatio contra dicentes honorem esse, & per eum posse rem publicam regere sine iustitia.

Vltimò subiungetur reformatio imperij, post notitiam quondam sani, & post nostro tempore lapsi.

Cap.32. Quòd citò sit imperio mortaliter infirmo succurrendum. Et quid imperator noster agere debeat & proponere, pro introductione reformationis.

Cap.33. Quòd primo ordinari debeat annuus conuentus, & iudices per prouincias. Et in quolibet tres coniunguntur de triplici statu, ecclesiastico, nobilium, et populari. Et de modo cognoscendi eorum.

Cap.34. Quòd nulli liceat nisi iudicialiter rem alterius inuadere, sub pœna furti, latrocinij: necessariò ordinetur. Et quòd huiusmodi lex, cõsensu omnium in imperiali Concilio, dictari, subscribi, & in prouincijs sigillari debeat.

Cap.35. Quòd ipsa ordinatio annui conuentus, fieri debeat secundùm exemplũ priorum. Et ibi quoad proximè præmissa, exeplum in Gallijs per Imperatorem

(ut

http://www.obrascatolicas.com

(ut quidam dicunt. Constantinum practicatum & notandum. Et quòd ibi publica commoda, & ultima omnium consuetudinum prouinciarum & iudiciorum, examinari & regulari debeant.

Cap. 36. Quòd electoribus imperij, in quorum potestate est dare Imperatorem sit danda forma strictissima, secundùm quam proc edere habent uacari imperio.

Cap. 37. Aperitur forma qua ipsi uti possunt, quæ est perfecta bona & utilis, & ars examinata, congruè practicabilis.

Cap. 38. Quòd illa ars multum prosit, ubi arduà in Conciliis tractantur, ut cùm libertate meliùs Concilium à quoquàm intrepidè haberi possit. Et ibi de quodam alio Venetorum ingenio, in consilijs dandis.

Cap. 39. Quòd potest imperij necessariò resuscitabit, si pax seruari debeat absque desolatione, & omnimoda discessione, & de modo eandem resuscitandi, per publica tributa, Telonia, & ærariū publicum. Et ibi de exercitu publico, quomodo omnibus prouincijs & dominijs prosit, & easdem in expensis alleuiet.

Cap. 40. Quòd lites abbreuiandæ sint, ac illæ leues appellationes extra prouinciam & ad Romanam curiam inhibendæ, & quòd talia multa quæ prosunt Reipublicæ etiam in Ecclesiasticis negocijs, secundùm sanctorum patrum canones qui repetendi sunt, ordinari per imperiale Concilium possint & debeant.

Cap. 41. Vltimò & finaliter declaratur, nihil reipublicæ ecclesiasticæ tãtùm obesse, sicut discordia inter potentatum sacerdotij, & potentatum imperij. Et idem suasio, ex qua concordia seruari poterit, & in ipso capitulo, sub breuibus aperitur in figura per modum epilogi, utriusque potentatus consideratio. Et ea in summma breui, ad figuratum & prægnantem considerationem reducuntur, quæ diffusè tractata sunt.

Finis Capitum.

EXCELLENTISSIMI Decretorum Doctoris Domini Nicolai de Cusa, postea Cardinalis Tituli sancti Petri ad uincula, de Concordantia Catholica libri primi, qui de Ecclesia est.

Caput. I.

QVia facilè scienti fundamenta patescere possunt elicienda, quantùm minimò ingenio ex alto dabitur: de illa profunda diuinæ Ecclesiæ harmonia perpauca dicam. Concordantia enim est id, ratione cuius Ecclesia catholica in uno & in pluribus concordat in uno Domino & pluribus subditis. Et ab uno infinitæ concordantiæ rege pacifico, fluit illa dulcis concordantia uel harmonia spiritualis, gradatim & seriatim in cuncta membra subiecta & unita: ut sit unus Deus omnia in omnibus. Sumus enim ab initio ad hanc supermirandam harmonicam pacem, in adoptionem filiorum Dei, per Iesum Christum prædestinati, qui ideò descendit, ut ad impleret omnia. Hanc prædestinationem probat Apostolus ad Ephesios, per id quòd à principio pronunciatum: quia relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt ambo in carne una. Sacramentum est Christi & Ecclesiæ. Si ergo Adæ & Euæ copula, sacramentum magnum est in Christo & Ecclesia, certum est quòd sicut Eua os de ossibus uiri fuit, & caro de carne eius, sic & etiam de membris Christi, est os de ossibus, & caro de carne eius. Vnde Ambrosius in epistola. 16. ad Herennium hanc epistolã Pauli extollẽs ait: Nulla benedictionis tãta epistola increpuit plebẽ Dei, sicut illa. Et dicit, ꝙ Christus sedet ad dexterã patris, & nõ oẽs nos sedebimus, sed cõsedebimus i Christo & eius carne in cœlest

cœlestibus ut autem ad illam æternam concordantissimam unionem peruenire/mus per fidem: posuit gradualem differentem concordantiam ecclesiasticam, alios dando Apostolos alios Episcopos, alios Doctores, & ita deinceps, quousq; in unitate fidei & agnitionis occurrat capiti Et ut quasi membrum non desit capiti suo Christo qui est caput omnium, ex quo unum corpus fidelium, per harmoniam rationabilem uerbi compaginatum atq; compactum & cõnexum, per omnem inunctu-ram ministrationis, in mensuram uniuscuiusq; partis Augmentum enim corporis, facit ædificationem sui in charitate, ut assurgat unum templum in omnibus, in unũ templum in omnibus, in unum domicilij habitaculum in spiritu uniuersorum. In quo non solum sanctorum hominum, sed omnium credentium, omnium etiam superiorum rationabilium uirtutum atq; potestatum cõnexionem, fidei spiritusq; ac/cipiendam arbitror, ut per harmoniam quandam uirtutum ac ministeriorum, cor-pus unum ex omnibus rationabilis naturæ spiritibus, adhæreat capiti suo Christo. Ita ædificationis compage connexa, ut ne tactu quidem in iunctura singulorum ad hærentium discrepare uideatur. Hæc & pulchra, pulchrè Ambrosius ubi supra. Et concordat Hieronymus, in epistola ad Algasiam quasi penultima. Et in epistola de Monogamia, ubi dicit: Eua Ecclesiam significat, quia mater uiuentium, Adam Christum: matrimonium: unitatem spiritus. Christus caput mulieris, et mulier id est Ecclesia de costa uiri formata, & caro de carne, hæc ille. Multa sanctorum scripta, quæ breuitatis causa prætermittenda censeo, de hoc sunt. Et quia manifestissimum est, omne esse & uiuere, per concordantiam constitui: tunc in illa diuina essentia, ubi uitam & esse unum sunt summa æqualitate, est summa & infinita concordantia: quoniam ibi nulla contrarietas locum habere potest, ubi æternitas uita est. Omnis autem cõcordantia differentiarum est. Et quantò minor contrarietas in differentijs: tantò fortior concordantia, & longior uita, & ibi æterna tunc est, ubi nulla contrarietas. Ex hac enim radice, uide alta fundamenta sanctissimę trinitatis & unitatis: quoniam unitas in trinitate, & trinitas in unitate. Nec ulla penitus contrarietas, quia qualis pater, talis filius, talis & spiritus sanctus. Ecce inexpressibilem concordantiam, in Deo trino & uno, à qua quidem concordantia, uolenti subtilius indagare quomodo cuncta perfectionalia, de Deo dicibilia ac cogitabilia, in summa concordantia unius essentiæ & trium personarum sunt, maxima & incomprehensibilis ueritas, quæ ex hoc discursu oculis intellectus obijcitur, elici potest. Quoniam hæc cõcordantia, est ipsamet ueritas summa. Sed non est nostri propositi. Sufficit tamen ex Alberto magno super uerbo. tu es Christus filius Dei uiui. Matth. 16. scire ad nostrum propositum, quòd pater est fons uitæ, quæ in filio uenam accipit, & fluxum in omnes, in spiritu sancto: quoniam per unitatem spiritus, matrimonium quod inter Christum & Ecclesiam est, constituitur. Sicut placet Cypriano in lib. de unitate Ecclesiæ, qui Deum patrem habere uult, non potest in uita regnare, nisi per matrem uiuentium scilicet Ecclesiam. Et tunc cum in unitate spiritus est cum Christo. Christi membrum est, à quo per adhæsionem & concordantiam, secundus gradus transformamur ut ait Augustinus ad Cõsentium, de trinitate. Deus cum in seipso sit uita nobis uita efficitur, cum eius utcunq; efficimur participes. Et cum in ipso sit iustitia, etiam nobis fit iustitia cum ei cohærendo iustè uiuimus, & tantò magis minusuè iusti sumus, quantò magis minusuè illi cohæremus. Vnde scriptum est de unigenito filio Dei, cum utique sit patris sapientia, atque iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et quemadmodum scriptum est: qui gloriatur, in Domino glorietur. hęc ille. Vnde hæc est summa dicendorum: quod Christus est uia, ueritas & uita, & omnium creaturarum caput, unicus sponsus Ecclesiæ, quæ per concordantiam creaturarum omnium rationabilium ad eum unum, & inter se plurium constituitur, secundum uarias gradua-tiones.

Fidelium corpus unum.

Concordantia sum. a in Deo.

Christus.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. II.

NVnc ut propiùs accedamus posito hoc fundamento, scilicet quod Ecclesia per unionem ad Christum constituatur, modum intelligendi inuestigemus. Et profectò sicut à Deo unico, æterno, simplicissimo, fluunt per creationem cuncta, in quadam diuersa & uariè distanti imagine: ita ut altissima prima creatura participet in alto signaculo cum primo, non tamen in quadã concordantia essentiali infinita, qua filius est imago & splendor patris lucis ęternę, & tres personę unus est Deus & hoc propter incapacitatẽ creaturæ, qui cũ infinita sit, incapax est ex parte sua infinitę cõcordãtię: est tamẽ altissima suo modo, ex suprema adhæsione & sui dispositione, q̃ quãtò plus p̃cellit alia creata, tãto plus increato, simplici, infinito similior. Vnde suo modo naturali fluxu gradatim minùs similitudinis gerũt, & quasi in umbra figura aut similitudine præcedẽtis altioris naturæ, disponitur inferior gradatim, quousq; multiplicatio uersus inferiùs & ignobiliùs ita in radio deficiat uitalis naturæ, quod absq; multiplicatione amplius quiescat, in ultimo puncto ita parum habens uirtutis: quod tantum sibi sufficit, & non amplius communicare potest & sic ultimum illius ordinis in umbra terminatur. Et hæc est graduatio ab infinito: usq; ad nihil: licet talis media graduatio à primo ordinata sit, nihil tamen esse potest per ipsam totam hierarchicam lineam, quòd absq; fontali principio à mediis constitui possit. Et ut mea intentio clarior fiat, utar exemplo Ambrosij, in epistola. 3. ad Sabinum: qui uolens lapsum humanæ naturæ per medias propagatio
[Magnes. nes declarare, sumit exemplum magnetis lapidis, qui cum uim habeat attrahendi ferrum tantum, ut se transfundat in illius speciem: ita ut pleriscq; experiri uolentibus cum plures annulos ferreos ad eum lapidem admouerint, omnes pari teneat modo deinde si ei annulo cui adhęserit lapis alium admoueas annulum, & rursus per ordinem singulis substituas, licet in omnes penetret per ordinem ex illo lapide uis naturæ, tamen priores nexu uehementiore constringit, posteriores remotiore. Sic uerbum supernum lapidem imaginor, cuius uirtus penetrat cuncta usq; ad ultimum: non quòd gradatim deficiat uirtus infinita, sed ut finitis & terminatis creaturis, insit mirabilis connexionis ordo. Hoc generali ordine, trinitatis figuram gestant cuncta creata, quæ aut spiritualia, aut corporalia, aut mixta sunt. Deinde spiritualia, triplici ordine distinguuntur: & quilibet ordo triplici choro, ut per omnes cœlestium angelicorum spirituum choros, sit unitas hierarchica, & signaculum trinitatis, & unitatis in trinitate, et trinitatis in unitate. Et deinde quantæ sint subdiuisionum graduationes in quolibet choro, à supremo usq; ad infimum angelorum, & deinde cuiuslibet angeli in suis constitutiuis principijs: quis capere posset: deinde suo modo in corporali natura hanc hierarchiam quærentes, inuenient triplicem ordinem, & cuiuslibet tres choros. Et sicut suprema sphęra est ut umbra ultimi angeli, ita est terra ultima umbra, & hęx elementorũ. Deinde tertia mixta natura habet se ad instar aliarũ, quoniam ex rationabili, & sensitiuo, & uegetatiuo: & in ea ordines & chori, ut in angelica, & est elementatiua umbra huius, de hoc alibi. Magna enim ista sunt, in quibus à priori, inuestigatio omnium naturalium ac uniuersę creaturæ latet. Dum enim istæ admirandę differentes concordantiæ, totius uniuersi inuestigantur: quanta ibi miranda naturarum combinatio, quãta orbicularis & influentialis mutua participatio quantusúe in ijs ad unum finem ordo inuenitur, sapiẽtes cognoscunt. Sufficiat propræsenti scire pro nostra inuestigatione, quòd licet omnia creata in esse ex principijs creatis, quendam gradualem similitudinem cum primo gradatim habentibus constituantur, & per concordantiam uniantur naturali, & originali principio, ut conseruentur: tamen nostra Ecclesia de qua sermo, ex rationabilibus spiritus & hominibus, qui cum Christo uniuntur, licet non omnes pariformiter sed gradatim, ut in exemplo magnetis apertum est tantum constituitur.

Cap.

Cap. III.

NAm superius manifestum est per Ambrosium, quomodo sancta Ecclesia quam Beatus Paulus supernam Hierusalem, ac matrem nostram, ac manentem ciuitatem, et ędificationem ex Deo, et domum non manu factam appellat ex angelis & hominibus constat, quæ partim ex hominibus societate angelica in ordinibus distinctis perfruens, iam cum Deo in cœlo regnant: partim uerò in ordinibus distinctis peregrinetur in terra, & ad societatem supernam suspirat, ubi est tabernaculum non manufactum, neq; huius creationis. Ad cuius instar per Moysem factum est tabernaculum, iuxta iussionem Domini, ut omnia faceret iuxta quod in monte illi ostendit. In quo superno & uero tabernaculo, quod fixit Deus & non homo, in interiora uelaminis. i. in ipsum cœlum, confessionis nostræ antistes, summus & sempiternus Pontifex, sempiternum habens sacerdotium, *Rerum ordo & dispositio.*
sacerdosq; magnus secundum ordinem Melchisedech, per proprium sanguinem introiuit semel in sancta ęterna redemptione inuenta, sedensq; ad dexteram patris, in gloria paternæ maiestatis interpellat: non uoce, sed miseratione pro nobis. Ideoq; rex regum et dominus dominantium per quem reges regnant, et conditores legum iusta discernunt: cœlestem & terrenum principatum, cunctam uidelicet Rempublicam regens, tam cœlestem quam spiritualem ac temporalem, & terram distinctis in ordinibus disponens, ac moderans, ac supernæ, ac mundanæ curiæ præsidens: mirо ordine angelorum hominumq; ministeria, pro temporum uarietate & opportunitate dispensat. Et quæ singulis temporibus congruunt, uel occultiore inspiratione uel euidentiore illustratione, præceptione decernit. Hæc probant sancti doctores in uarijs paslibus, quoniam per hoc, quod anima cibo sapientiæ pascitur, tunc diuinè efficitur consors naturæ, filius enim est patris sapientia. Et hoc Deus aperuit (ut scribit Ambrosius. 12. epistola ad Herennium) per Prophetas & Apostolos, & scripturas thesauri sui, istud scilicet, fidem quæ est in Christo: ut hic per fidem cognoscamus, & ibi facie ad faciem uideamus, de quo plura ibi. Et idem Augustinus ad Deogratias in secunda quæstione de diuersitate sacrificiorum, ubi latissimè tantam difficultatem aperiens dicit: unum Christum ita diuersis sacrificijs tempore & loco congruis exprimi, sicut in uarietate linguarum idem pronunciatur. Et hæc uarietas pro hominum salute à Deo facta & præcepta extitit; qui nũquam iustitiæ & pietati mortalium deficit: alijs enim tunc moribus & signis alijs nunc, ut prius occultiùs & postea manifestiùs, & priùs à paucioribus, postea à pluribus, una & eadem religio sanctificatur & obseruatur. Vnde ut idem in tertia. q. ad eundem subiungit, graduatio in ijs sacrificijs fuit, quoniam prima ut umbrę, deinde alia ut figurę, usq; in Christum qui fuit ueritas. Et fortè ut præcedenti cap. tactum est, quoniam omnia creata propter Christum & ad eum sunt, ut unus mundus uni Deo uero incarnato sufficit: tunc à primordio tam in sacrificijs quam hominibus, gradatim aduentus clariori lumine prophetiarum manifestatus est. Ioannes inter natos mulierum eum digito ostendens sanctissimus, ante eum, & post eum Apostoli relicti. Et sicut graduatio à Christo uero Deo & homine, ad principium mundi usq; in principium hominum: ita & ab eo graduatio usq; in ultimum. Quod augustinus ad Esicium, de die nouissimo declarat, dicens: licet nunquam defecerunt mali tamen quantò plures erunt mali, tantò plus appropinquatur ad finem. Videmus autem malos nunc abundare apud nos, & post erũt abundantiores, & omnino abundantissimi, quando iam iamq; finis instabit: quæ quamdiu aberit, ignoratur. Scimus tamen in nouissimis diebus & temporibus, nos agere sicut Apostoli: sed multò magis qui fuerunt post illos ante nos, & magis nos quàm qui erunt post nos, donec ad illos ueniatur si dici potest; qui erunt nouissimorum nouissimi. hæc ille. Et illa est summa huius ueritatis, quod nihil aliud per cunctas scripturas, nisi Deus & uerbum caro factum crucifixum propter nos, ostenditur signis & sacrificijs. Hoc solũ Paulus sciuit, & ad hoc tãtùm per fidẽ inuitamur, ut per adoptionẽ filiorum Domini in Ecclesia, per fidem clamemus in spiritu abba pater, & simus quasi Dei filius quando resurgemus omnes incorru-

http://www.obrascatolicas.com

Pti,& facie ad faciem uidebimus illud æternum lumen:ut hoc latius Ambroſius in epiſtola 23. ad Herennium. Nam idem ad eundem epiſt. 20, ſcribit ita. Sicut inter animalia creata, homo meritò poſtremus quaſi finis naturæ formatus ad iuſtitiam: ſic inter omnes fines legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti,& ſic nos ut iumenta ſumus contemplatione Domini, ſicut ait Propheta: tanquam iumentum æſtimatus ſum apud te. hæc ille. Vnde ipſe paſtor bonus,& nos oues paſcuæ eius. Et hæc ſit radix uera noſtræ intentionis: quia uerum eſt ſapientia Dei patris, eſtq; ſapientia uita prouerb. 8. Tunc omnis rationalis creatura, quæ in uita remanſit & remanebit, neceſſario uero adhærebit:& ſic peccatum quod cauſa mortis fuit, tam in angelis quã hominibus, contra Dei ſapientiam fuit. Erexit enim ſe Angelus contra ſapientiam, qui uoluit altiſſimo ſimilis eſſe. Et ſimiliter homo, qui uoluit ſimilis diis eſſe, ſcientibus bonum & malum. Omnis itaq; humanæ naturæ uita poſt lapſum, ex adhæſione per fidem mediatoris incarnati uerbi eſt. Vnde non inepte conſiderari poteſt, quomodo Paradiſus à principio plantatus, regnum Eccleſiæ ſignificet, in cuius medio arbor uitæ, ueram tam cœleſtiali quam terrenę rationabili creaturæ, indefectibiliter præſtitiſſet uitam: quia ad eius radicem indeficiens fons ſpiritus ſanctus, qui Eccleſiam irrigat à principio ſtruxit,& arbor illa fructifera ſemper protulit fructum uitæ paſcens unitos. Sed cœleſtialis creatura, poſuit ſe contra hanc uitam, conuertens ſe ad arborem ſcientiæ. Dum uoluit enim ſimilis eſſe altiſſimo, abſq; hoc quod per ſapientiam quæ fuit ab æterno, participanter ſimilis fieret altiſſimo, quia eleuauit ſe ad ſcire, uolens edere de arbore ſcientiæ: ſic & homo ſpreuit credere, ut ſimilis eſſet altiſſimo, uoluit ſcire antequam crederet. Ecce quod ſapientia quæ uita eſt et uita quę Chriſtus eſt, perdita fuit per illas creaturas. Ambroſius de fide, Dei filius, ſapientia Dei: quia de corde patris aduenies, arcana cœleſtia credẽtibus reſeruauit, dicit credentibus. Nam ut idem ad Simplicianum ſcribit, ſolus filius noſcit patrem,& ille etiam cui ille reuelauerit,& nullus abſq; reuelatione filij, cœleſtia myſteria appræhendit. Quicunq; enim de Dei maieſtate aut cœleſtibus, ſiue Apoſtoli, ſiue Prophetæ: non niſi ex reuelatione demonſtrata ſibi loqui auſi ſunt. hæc ille. Quomodo Chriſtus ſit ſapientia, iuſtitia, ſanctitas, fortitudo, ſecundum Hieronymum. 11. queſtione 3, exiſtimata, unde patet quantus fuit error priorum ſpirituum & hominum, qui ſine illa uita, ad uitam & ueritatem nitebantur aſcendere. Ex quo concluditur, quod Eccleſia catholica, per fidem unionis ad Chriſtum conſtituitur: quoniam ſine fide impoſsibile eſt, illam deſideratam æternam gloriam appræhendere, Deum uidere & Dominum Ieſum ſaluatorem.

Cap. III.

Eccleſiæ triplex ordo.

BReuiùs loqui exigit compendium, quam exorditus ſum. Plane itaq; deſcendendo ad intentum, in hac Eccleſia, trinitatis ſignaculum quærentes, inueniemus iam Eccleſiam triplicem ordinem habentem. ſcilicet triumphantem dormientem,& militantem. In quolibet etiam ordine, iterum trinitatem cõtineri, cum alijs multis graduationibus, triniter in quolibet choro ſe habentibus. Et has hierarchias triumphantis & dormientis dimittendo, ad militantem ſtilum uertentes: conſiderandum puto, id quod Leo nonus. Zachariæ aduerſus præſumptiones Michaelis Conſtantini ſcribit, dicens: ipſa corporeorum compoſitio membrorum, nos doceat, qualiter Eccleſia intelligi debeat, ipſa enim eſt corpus Chriſti. Et Apoſtolus dicit, uos eſtis corpus & membra de membro. Et ſicut in uno corpore multa membra ſunt, omnia tamen non habent eundem actum: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſingulariter alter alterius membra. Et infra. Si totum corpus oculus, ubi auditus & alij ſenſus? Nunc autem diſpoſuit Deus ſicut uoluit corporis membra, ſingula officio ſuo apta. Membrum enim ſuo officio non contentum, ſed cupiens prœripere alienum: conturbat corporis ordinem totum: uelut ſi uiſus uoces auditus colores, diſcernere tentet. Sic ſingulorum ornamenta non ſũt alijs congrua, ſed unumquodq; requirit ſua & abijcit aliena. Nam pes refutat galeam & coronam, caput ſandalia:& tam diſcors concordia eſt in eis, ut eorum quodlibet alij officium ſuum

ſuum omnino deputare recuſet. Et tamen de bono unius pariter exultant, ſicut de malo communiter dolent,& officia ſua non ſibi tantum, ſed magis mutuæ utilitati exhibent unde ſecurus Apoſtolus ait: Si glorificatur unum membrum congaudent omnia membra. hęc ille. Et eſt ſingulare ſatis iſtud ſcriptum cum eo, quod in principio illius cap. ad Michaelem Patriarcham, & Leonem Archidiaconum loquendo, ſcribit: Sumus unum corpus,& unus ſpiritus, ſicut uocati ſumus in una ſpe uocationis. Ex quo patet, Papam, Patriarchis et omnibus Chriſtianis unum tale corpus conſtituere, ubi ſunt diuerſa membra,& quodlibet ſuo officio contentum, ne totus ordo turbetur. Vnde ex membrorum diuerſitate, hierarchia compræhendi poteſt in ordine ad ueritatem concordantiæ, ſine qua hierarchia non ſubſiſtit. Neceſſe eſt ergo concordiam illam eſſe in uno& pluribus, in uno capite & pluribus membris. Et ut de multis pauca per ordinem dicamus, in hoc corpore quod ita Chriſto adhæret in ſpiritu, habitat ſpiritus, uiuificans totum corpus & quodlibet eius membrum: ſicut anima eſt tota in toto corpore,& in qualibet eius parte: ut hoc late proſequitur Auguſtinus ad Dardanum, de Dei præſcia. Et ideò corpus iſtud animale ex Adam contractum, factum eſt ſpirituale per regenerationem in Chriſto, in qua regeneratione mortuum et conſepultum Chriſto, homo nouus ſpiritualior ſurrexit, tãquam ſponſa ſine macula deſponſata, ut per militiam deueniat ad uictoriam, quæ eſt per mortem, ut tunc ſponſa ſpiritualiſsima incorruptibilis refurgens, traducatur ad unionem perpetui matrimonij. Et manifeſtum eſt, hoc corpus Eccleſiæ quod ita ſe habuit, ex prędeſtinatis tantum conſtitui, quia illi ante mundi conſtitutionem ad illam hæreditatem uocati tantum pertinent. Et quia hoc iudicium eſt cunctis hominibus incognitum, quia nemo ſcit an odio an amore dignus ſit: ideò conſideratione illa, quòd quiſq; fidelis faciens uoluntatem Dei, unus ſpiritus cum eo efficitur per conſenſum,& ſic ſponſalia tunc contrahit futuræ conſummationis matrimonij: dicimus Eccleſiam ex prædeſtinatis & preſcitis conſtitui. Deus enim ut optimus eſt, diſpoſito & capaci gratiam gratum facientem diſtribuit. Sed quod non quiſq; huius militantis Eccleſiæ, ad conſummationem matrimonij perueniet, hoc in cauſa eſt; quia ultimam uictoriam, quæ eſt per mortem, perdet de meritis eius. Mortis hora in dicat prædeſtinatum & præſcitum. *Prædeſtinati & Præſciti.* Ante hoc tempus præſcitus aliquando poteſt eſſe in mortali peccato: præſcitus autem gratiam Dei, abſq; fide & adhæſione non poſſet habere. Quare in Eccleſia tunc eſt,& hoc modo exiſtentes in gratia præſentis iuſtitiæ, ſolum de Eccleſia eſſe cenſetur. Eſt deinde conſideratio alia, qua Eccleſia ut ſponſa fidelis conſideratur, obediens ſecundum altiorem & nobiliorem eius partẽ,& ſe quo ad hoc incarcerans,& refrenans, ut ſponſo fidelis permaneat:& hoc modo incarcerans intellectum, ut credat Chriſtum Deum et hominem ſaluatorem, de Eccleſia eſſe cenſetur. Vnde homo ſecundum Auguſt. ſuper ſymbolo, ad inſtar trinitatis imaginem gerens, ex ſpiritu & anima & corpore conſtitutus exiſtit. *Imago trinitatis in homine.* Spiritus autem eſt nobilior ſuperior & altior intellectualis, perſonæ patris figuram repræſentans:& corpus, perſonam filij:& anima quaſi utriuſq; naturam participans, ab utroq; procedentis perſonam ſpiritus ſancti. Et ſic homo ſe ſecundum ſpiritum intellectui ſubijciens,& credens in Chriſtum, quòd ipſe ſit uia, ueritas,& uita: de Eccleſia dicitur, licet nondum ſpiritus ſubiecit ſibi animam, nec per animam corpus. Vnde ad hoc ut homo bene diuinæ trinitati configuretur, ad percipiendam illam uitalem concordantiam, oportet ſpiritum eſſe perfectum: ſcilicet, ut per fidem: ſpem & charitatem, ſe iungat ſpiritui diuino, tanquam uitæ & ueritati. Oportet animam eſſe perfectam, ut ſpiritui obediat, cui ſępe non natura ſed conſuetudine peccandi, reſiſtit, & tunc animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Et ſic quando anima obedit ſpiritui, et ſpiritus Chriſto, non eſt deſperandum, corpus etiam naturæ reſtitui propriæ per reſurrectionem, ut totus homo ſpiritualis Deo uniatur, ſecundum Auguſtinum ubi ſupra. Vnde militans Eccleſia ſecundum illam uictoriam, quæ eſt per fidem, eſt ſimilis exercitui cognoſcenti Chriſtum uerum Deum & hominem, regem & imperatorem, uitam & ueritatem, licet non omnia membra operentur ſecun

http://www.obrascatolicas.com

dum hoc ut eius imperio obediant, etiam licet alium regem posse esse non existimẽt. Et quanꝯ fides sine operibus mortua sit: tamen non est præscisio durante fide sed adhuc est connexio ad instar membri aridi. 1. q. 1. sicut urgeri. 23. q. 7. quemadmodum. Vnde dicitur hæc Ecclesia immaculata sponsa secundum fidem, licet per inobedientiam animæ & corporis multorum uaria nomina sæpe sortiatur, ad instar cõmunitatis, quę ob multos bonos et multos malos aliquãdo tota bona, aliquãdo tota mala uocatur: ut Paulus ad Corint. iam bonos iam malos nominat Fuit huius Ecclesiæ Paulus membrum dum diceret: mente seruio legi Dei, carne legi peccati. Et quia solus Deus scrutator est cordium: ideò nullum est iudicium humanum certum de membris Ecclesiæ, nisi in modò renatis infantibus. In adultis autem fictio esse potest, ut Augustinus de correctione Donatistarum, multos in Ecclesia fictè dicit esse Vnde ex hoc trahitur, despõsationem qua Christus militantem Ecclesiam & quodlibet membrum eius desponsauit, similem esse desponsationi, in qua Imperator regi nam Franciæ desponsaret, ut reginam & dominam Franciæ: ita ut ipsa laboret, ut regnum obediat sibi, ut sponso offerat, alioqui non traduceretur. Vnde licet regina constans in fide remaneat, quia tamen aliquãdo rebellionem regni non castigat, & ad obedientiam non reducit cum possit, non traducitur. Non enim obligauit eam sponsus ad impossibile, licet ad difficile. Et sic quò ad militantis Ecclesiæ qualitatem, ista notanda, sic ut deinceps ad explanationem corporis supra descripti accedamus, eius habitudinem ponderantes.

Cap. V.

Sebi fmatis mala.

ADhuc pensandum est, quoniam Ecclesia ab unitate & concordantiali congregatione dicitur, quòd ipsa ex fraternitate constituitur, cui nihil propriè tantùm contrariatur, quantùm discissio siue scisma. Nam licet fides una, sit funiculus colligantię: tamen aliquando uarietas opinionum absq; pertinacia stat cum unitate. Cyprianus enim & totum concilium. 70. Episcoporum, diuersi fuerunt in fide catholica Ecclesiæ: tamen non abscissi, quoniam non prætulerunt opinionem unitati fraternæ, quia absq; pertinacia fuerunt, ut Augustino placet, libro secundo contra Donatistas. Deinde iudicium fidei est multum difficile. Ambro ad Constantium epistola. 37. Nerui enim sunt & quidam artus sapientiæ, non temerè credere, maximè in causa fidei, quæ rarò perfecta est in hominibus. Quare Ecclesia ista militans, quæ humano iudicio subest, multos habet in corpore exercitus, signo extrinseco non apparentes infideles, licet latenter scissi à concordia fidei, & non expelluntur aut damnãtur, nisi cognitis his occultis. Et sicut tales non inficiunt totũ exercitum: ita quousq; cognoscantur, in aliorum salutem et tutelam quæ agunt, effectu non carent, Cum enim homo ad impossibile non obligetur, excusatur meritò in occultis. Et ideò ministerium illius occulta hæretici, quod in unitate Ecclesiæ in salutem dispensare credit rectè, licet dispensatori obsit, non tamen ipsi rectè disposito in unitate Ecclesiæ capienti. Hæc est catholica ueritas, quam cuncti fideles fatentur, quam Augustinus libro secundo contra epistolam Parmeniani, ad longum prosequitur. Perfectissimus itaq; Deus & homo, qui est mediator Dei & hominum perfectissimè ex infallabili ordinatione ita ordinauit, quod sicut Augustinus ad Paulinum epistola quadragesima secunda scribit, ac altissimo ingenio Ambrosio, in epistola ad Iustum lib. 6. placet tunc Christus est totum illud quod quæritur, et medium concordantię ad Deum, per quem solùm omnia. Igitur non obest malus minister, quoniam sanctus spiritus per prælatum præpõsitum, & ministrum etiam fictũ, operatur. Qui fictè in Ecclesia est, ita operatur euangelizando, consecrando, regenerando, quòd salus ex hoc ministerio non minus præstabitur dignè recipienti: quoniam non homo, sed Christus hominis ministerio per sanctum spiritum hoc agit. Hæc est infallibilis ueritas, quam Augustinus contra Parmenianum prosequitur & habetur. i. q. i. per Esaiam, & multis alijs capitulis. 19. dist. secundum. Et quod officium sacerdotale uim capiat à spiritu sancto. Ambrosius libro primo de pœnitentia scribit. Ex quo nunc apparet, ad salutem membrorum Ecclesiæ, fictos in exercitu existen-

Cyprianus.

Augustinus. Ambrosius.

Augustinus.

Ambrosius.

existentes, effectualiter ministrare, Et sic constituitur hæc militans Ecclesia in uerita te qua ad hunc finem de bonis catholicis fidelibus, & fictis. Et in hac ultima consideratione Ecclesiæ, stabit studium nostrum amplius: & sic signaculum trinitatis, in consideratione Ecclesiæ nota. Quia aut consideratur quò ad iudicium diuinum, & tunc solùm per charitatem Deo uniti sunt de Ecclesia, & hos solus Deus cognoscit: aut quò ad iudicium angelicum, & sic fideles omnes & solùm illi & illi angelici spiritus, hoc iudicium absq; extrinseca operatione cognoscunt, postq; ad fidem intellectus cõuersus est. Quæ quidem fides est ut linea spiritualis continua, penetrans cunctos Christo unitos usq; in caput. Igitur cum hæc chorda, quacunq; spirituali harmonia occultè tangitur: in augmentum gaudij cœlestium omnium spirituum, percipitur ab ipsis angelicis spiritibus. Aliud est iudicium humanum, in quo per spem iudicantur extrinsecè humano iudicio regenerati in Christo esse quousq; ex opere aut signo extrinseco aliud constet. Sperant enim homines quodcunq; bonum in fide permanere, & sua spe æternæ gloriæ non frustari unq; uelle, nec de occultis iudicium fumere debent: Vnde militans Ecclesia est exercitui similis, qui signatur signo crucis, Antichristo qui Christo aduersatur, cuius Christi uexillum exercitus gestat, ex signo & signaturo extrinseca contrarius, licet non ita intrinsecè omnes qui in illo exercitu cotinentur sint, sicut extrinsecè stigmatizati. Et in hoc exercitu Christi immortali, tanquam in uno corpore concordantialis unitas fidei uerè aut præsumptè graduationes differentiales requirit, de quibus amplius dicendum. Et oportet ea transitoriè saltem tangere, quæ ad rem necessaria sunt, quę fortè cum sint profunda & alta, subtilius intranti maiores fructus ministrare possent, quam nostrum propositum hoc loco requirat. Vnde ut sit una continua concordantia unius spõsi & unius sponsæ, necesse est in hoc primò cõsiderare, quod tota Ecclesia una est in trinitate, scilicet est triumphans, est & dormiens, est & militans. Vnde militans est in infimo loco. Et sicut infimus ordo hierarchiæ in triumphanti illluminatur passiuè absq; communicatione ulteriori, quoniam ibi subsistit fluxus, & medius ordo illuminatur & illlumi nat, supremus uerò illuminat: ita militans est, in quo subsistit influentia. Est dormiens in medio constituta, & deinde suprema triumphans. Et hæc est miranda continuatio per disparia media, nam tota dormiens est sub tota triumphante, altior dormientis immediatè sub infimo triumphantis, & altior militantis sub infimo dormientis. Tota enim dormiens ex prædestinatis est: militans uerò quousq; ad dormientem uel triumphantem pertingat, semper dubia. Transitus autem de hac militanti habet se ita, quod omnis per dormientem, triumphantem attingit: sed plures attingunt absq; dormienti, qui non indigent purgari. Vnde inperscrutabilis est ista harmonia dormientium, licet absq; ordine non sit, cum tendat in supremam, Et quia Christus est omnia (ut præhabitum est) tũc ex Deo angelis et hominibus, per Christum Deo unitis constituta est Ecclesia radicali consideratione. Quare dormiens Ecclesia, tanꝯ media inter angelos & homines, considerata est ut umbra angelicæ; & militans ut umbra dormientis: licet dormiens ab humana uiatrici Ecclesia non separetur, quousq; traducatur in triumphantem. Vnde quoad hoc, considerari debet in connexitate esse cum militanti, quia in purgatione hinc inde beatificandæ animæ epulantur: licet illæ quòad meritum dormiant, istæ autem adhuc militent, sunt tamen in linea peregrinantium. Dormientes primi, quia absorpta est mors in uictoria, & certi sunt de præmio, & eapropter spiritualiores firmiori spe & indubitabili factæ secundum gradus meriti. Militantes infra in dubio in corporibus grossis, quasi umbræ præcedentes. Et licet tota dormientium multitudo, sub infimo triumphantis existat, tanꝯ sint purgatione indigentes, antequam ad patriam uenire possint: tamen de tota peregrinantium graduatione, non talis ordo ascendendi est, ut gradatim de infima militantium per dormientium quisq; rapiatur; & substituatur ultimo triumphantis: Quoniam iste ascensus uersus unionem ad uerum caput, sit uelox, & tardus, altus & bassus, ex graduatione intrinsecæ adhæsionis, ex parte meriti uel demeriti dependentis, ex cuiusq; proprio arbitrio libero sibi concreato: ut quisq; æquè gaudeat

Iudicium diuinum.

Angelicum.

Humanum.

Ecclesia triplex.

Militans.

Dormiens.

Triumphans.

http://www.obrascatolicas.com

principijs illis, per quæ in adoptionem filij Dei peruenire posset, gaudeat certè sicut ex infimo gradu aut sacerdotum aut laicorum, ob benemerita quis absque graduationibus medijs, ad præsidentiam aut ducalem, aut archiepiscopalem, uel altiorem rapitur. Sed hæc missa faciamus, ut ad uiuentium hominum Ecclesiam, nunc stilum conuertamus.

Cap. VI.

Trium ordinũ connexio.

EST autem in hoc corpore Ecclesiæ concordantia inuestiganda, in signaculo trinitatis, quoniam reperiuntur tres ordines magni, una mirabili connexione ad unum caput Christum. Primò, diuinissimæ concordantiæ trinitatis & unitatis, subalternatur sacramentorum connexio. Secundò, diuinæ concordantiæ angelicæ, qui sunt ministri diuinæ trinitatis, subalternatur sanctum sacerdotium: quoniam sacerdotes sunt ministri sacramentorum. Tertiò, subalternantur beatis spiritibus in patria, homines fideles in uia. Et sunt sacramenta illuminantia & purgantia, est sacerdotium pastorale purgatum & purgans, est fidelis populus qui purgatur, & non purgat ad modum angelicæ, & consequenter diuinæ trinitatis concordanti dispositione ordinata. In sacramentorum admiranda hierarchia caput Christus, se communicat cunctis in hac uia existentibus, sub figura & in ænigmate, quemadmodum uiæ conuenit & mortalitati nostræ: sicut se in triumphanti facie ad faciem communicat absque ænigmate, quoniam ita conuenit iuxta capacitatem utriusque status. Et talis diuina sacramentalis communicatio, habet hierarchicum ordinem, quoniam tot sunt sacramenta, ut uult Augustinus ad Volusianum, qui dicit: quòd nimis longum esset de uarietate signorum disputare conuenienter, quæ cum ad res diuinas pertinent, sacramenta appellantur. Vnde in tot & tantis sacramentis, ita diuinitùs pro nostra salute impertitis, quoniam in unum Christum finaliter tendunt: ordo sanctus concordantialis, usque in supremum sacramentum Eucharistiæ existit, ad modum quo in triumphanti, omnis ordinatio tendit mirabili concordantia, usque in Christum caput, per quem requiescit in Deo æternaliter omnis cura. Sic in hoc sacramento illius unici capitis Christi, alia omnia sacramenta ut in fine quiescunt, cum sit sacramentum sacramentorum. Omne etiam sacramentum imaginem trinitatis gestat, quoniam in quolibet est sacramentum tantum, est res tantum, & res & sacramentum simul. Quis cunctam illam dulcem concordantiam, ab ultimo ligno in primum sacramentum & intermedijs, & in quolibet per se inuestigare potest? Nullus pro certo: sufficiat ergo hæc pauca tetigisse. Subsequitur ordo sacerdotij, qui per sacramenta characterizatur, ut sit continuatio absque omni discisione media, totius Ecclesiæ: & sic gestat sacerdotium signaculum sacramentalis indelebilis communionis, ordinis siue concordantiæ ad superiora diuina. Et in hoc sacerdotio, hierarchia est ordinata à pontificatu summo, usque in laicum: quemadmodum magnus Dionysius, ecclesiasticam hierarchiam describit. Et sicut homo constituitur ex spiritu, anima, & corpore: ita sacramenta huius corporis Ecclesiæ unius sunt spiritus, & sacerdotium anima, & fideles ut corpus. Sicut enim anima partim adhæret corpori, & partim spiritui, & est medium, per quod spiritus influit in corpus: ita & sacerdotium se habet ad fideles. Quare totum sacerdotium, est ut anima una in corpore uno fidelium. Vnde Gregorius Nazianzenus, in Apologetico in principio, ubi loquitur de corpore Ecclesiæ, quomodo constituitur ex regentibus & rectis, dicit: alios pastores dedit, & doctores ad perfectionem Ecclesiæ, eos uidelicet, qui præ cæteris uirtute animi præditi, Deo familiarius assistant, & id officij in Ecclesia gerant, quid uel anima in corpore, uel mens & ratio operatur in anima. In quo quid deest, & in quo abundat uelut in membrorum diuersitate consonantia facta per spiritum perfectum, integrum, atque aptum ad omnia corpus existat, & dignum quod Christum habeat caput. Hæc ille. Quare sacerdotio conuenit uirtus regitiua, uiuificatiua, & illuminatiua: quoniam sacerdotes sunt lux mundi, & sal terræ. Vnde (ut dicit Cyprianus in epistola de aleatore) ideò sal terræ dicuntur sacerdotes, ut ex

Augustinus.

Sacramentum

Sacerdotij ordo.

Dionysius.

Gregorius Nazianze.

Cyprianus.

ut ex ipsis omnis fraternitas cœlesti sapientia saliatur. Et sunt hierarchicæ ordinationes, quòad animationem in sacerdotio. In hac cura regitiua præsidentiali, quoniam licet omnes supremæ hierarchiæ, qui Episcopi sunt, quòad ordinem & pontificale iudicium æquales sint: est tamen discretio gradualis, quòad regitiuam curam. Et in hac præsidentia, hierarchia consideratur ex quadam concordantia, quæ est in uno & pluribus. Est enim unus tantum Episcopatus, cuius quisque partem tenet, & ordo differentialis, quòad præsidentialem curam. Hoc utique erant alij omnes Apostoli, quod erat Petrus, pari consortio honoris & potestatis præditi: sed Petrus prælatus est cæteris, ut sit unitas in concordantia, ut Cypriantis deducit ad Nouatianum scribens. Et Hieronymus contra Iouinianum dicit: inter pares Apostolos, Petrum ad præsidendum electum, ut capite constituto, schismatis tollatur occasio. Vnde sicut Episcopatus unus, ita una cathedra, & una præsidentia gradualiter & hierarchicè constituta. De hac unitate cathedræ, Optatus Milenitanus libro secundo contra Parmenianum, contra quem septem libellos scripsit, eleganter disputat, cunctos catholicos Episcopos unitatem cathedrę necessariò tenere debere. Et quoniam hæc præsidentia à Christo capite est, ad uitandum schisma, & pacem fidelium, ac unitatem conseruandam instituta: tunc habet suam graduationem, ad instar dominorum temporalium figuratiuè. Vnde hoc est animaduertendum secundum Hieronymum, quòd sicut exercitus sibi capitaneum constituit, & ille tunc omnium consensum in se gestans, una præsidentialis publica persona existit: ita & Episcopus præsidens constituitur. 93. dist. legimus. Quare sicut Respublica est communis res populi, & res communis est res ciuitatis, & ciuitas est hominum multitudo, in quodlibet uinculum concordiæ redacta, ut scribit Augustinus ad Volusianum, de legum diuinarum imitatione: ita se habet præsidens in curia pastorali ad modum illius, cui Respublica commissa est. Vnde cuncti qui subsunt curiæ, intelliguntur ita in præsidente uniti, ac si ipse esset anima una, & ipse corpus, quod anima haberet animare. Vnde tales ita uniti, cum pastore Ecclesiam constituunt, ut eleganter scribit Cyprianus ad Florentium, & Papianum, cuius pars habetur. 7. q. 1. scire debes. Illi inquiens sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Vnde scire debes, Episcopum esse in Ecclesia, & Ecclesiam in Episcopo: & si quis cum Episcopo non sit, in Ecclesia non est. Hæc ille. Idem dicit Cyprianus in epistola ad Cornelium de quinque presbyteris, de quo plura inferiùs habentur. Vnde sicut Ecclesia uniuersalis, est corpus Christi mysticum: ita particulares Ecclesiæ, mystica sunt corpora suorum præsidentium, qui Christi legatione funguntur. Sic Anastasius Papa, ad Ioannem Hierosolymitanum contra Rufinum scribens, de Ecclesia Romana loquens dicit: mihi curæ non deerit, Euangelij fidem circa meos populos custodire, partesque corporis mei, per spatia diuersa terrarum quantum possum literis conuenire, ne qua profanæ interpretationis origo subrepat, quæ deuotas mentes immissa sui caligine labefactare conetur. Hæc ille. Concor. 19. di. ita dominus. Et hæc est radix una propositi nostri, quòd Ecclesia est in Episcopo per unionem, & sic Episcopus eos figurat & repræsentat, quia publica persona, quò ad istum concursum, & hoc ualebit pro sequentibus. Habet autem graduationem suam, ita ut Leo nonus, in epistola qua ad duos scribit Africæ Episcopos, dicens: Episcoporum ordo unus est, quamuis alij præferantur alijs, siue ex eo quòd primas ciuitates, & magis nominatas secundum potentiam, aut leges sæculi obtinent: siue quòd à sanctis Patribus, pro aliqua reuerentia dignitatis, aliquod priuilegium dignitatis possident. Nam sicut omnis mundana potestas, his gradibus dignitatum à se inuicem distat, id est, ut primus sit Augustus uel Imperator, deinde Cæsares, deinde reges, duces, & comites, atq; tribuni: ita & ecclesiastica potestas, ordinata à sanctis Patribus inuenitur, dicente beato Clemente: in illis ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis doctores erant, primates uel Patriarchæ positi sunt, qui reliquorum iudicia, & maiora negotia iuste definirent, qui etiam non uni prouinciæ, sed pluribus præessent. Deinde ubi Archiflamines erant Paganorum,

Petri prælatio Cyprianus.

Hieronymus.

Optatus.

Hieronymus.

Augustinus.

Prælati cum subditis unio.

Cyprianus.

Idem.

Anastasius.

Leo 9.

Clemens. Primates.

http://www.obrascatolicas.com

Archiepiscopi Metropolitani

norum, Archiepiscopi constituti sunt Christianorum, qui in singulis prouincijs præ essent. Vbi uero Metropolis erat, quæ interprætatur mater ciuitas, Metropolitani erãt, qui de tribus aut quatuor ciuitatibus intra aliquã prouinciam, maiori, & matri aliarum ciuitatum præsidebant. Vnde isti aliquando Metropolitani tãtum nominantur, aliquando Archiepiscopi, si in ipsa prouincia maiores aliqui non fuerint. Vbi autem minores ciuitates habuerunt tantum flamines uel comites, Episcopi sunt constituti. Porrò tribuni plebis non impunè intelliguntur presbyteri, siue reliqui inferioris ordinis clerici. His omnibus diuino et humano iure prælatus est Pontifex Romanus, hæc ille. Hæc etiam sententia est Anacleti, Clementis, Anitij, Iulij, & aliorũ Romanorum Pontificum. Et est multum notanda talis applicatio, quoniam ex ea constat, quòd præsidentialis ecclesiastica potestas superaddita sit temporali, quemadmodum anima corpori: sic quod ubi fuerit temporalis coadunatio in regimine terreno, superaddita est per uiam pacis, & concordiæ directiua præsidentia in Christũ, ut cuncta in unum caput potestatis supremæ, conuenienti medio reducerentur. Restat alio loco istud dictum meliùs ponderare, nunc fundamentalia quædam tangamus, deinde de sacerdotio singulariter.

Episcopi. Presbyteri.

Cap. VII.

Hierarchiæ.

SVperiùs cum de ordinis & choris hierarchicis diceremus, diximus quòd ad modum quo in tota hierarchia est supremum, medium, & infimum: ita & in suprema parte cuiuslibet creatæ inueniuntur ordines uarij, quousq; ad unum primum illius ordinis perueniatur. Rectè sicut in angelica sunt tres ordines, & in primo ordine iterum sunt tres chori, & licet in quolibet choro, ad hũc modum graduatio inueniatur: tamen hoc nunc intendo ad hoc, ut una continua concordialis connexio, per totam hierarchiam inueniatur. Ordinatissimè tamen ultimus chorus est primi ordinis, licet primi ordinis illuminatio, ita in eo incommunicabiliter persistat, ut ipsius ibi fluxus terminetur: tamen adhuc ille chorus, est subsequentis primi alterius ordinis ita prælatione cõnexus, ut absq; radio primi ordinis, sibi actualiter radium sufficientis, secundo ordini communicet, ut sic sit unus cõtinuus dulcis tonus, in ordine graduali continuo. Ex quo trahe ad instar, ac si ordo primus ad imaginationem sit 21. gradus spiritualis illuminationis, qui sunt adeò actiui, & redundantes in primo choro, quòd se nituntur cõmunicare secundo, sed non possunt in totum: sic 20. tantùm recipit secundus chorus, & ille receptos non potest communicare totaliter: unde communicat 19. Et quia in tribus punctis luminis consistit ordo, tunc non potest amplius infimus chorus in eodem ordine communicare. Quare quòad ordinem, purè passiuè se habet. Vnde 18. puncta quæ potest communicare, transeunt in ordinem inferiorem, & sic successiuè usq; ad ultimum chorum tertij ordinis, qui habet 12. Et ex hoc nota, quia Deus est lux infinita: tunc omnis lux extra Deum creata finita, comparatiuè ad Deum umbra est infinitæ lucis. Et tantò plus umbræ habet, quantò plus à Deo distat: licet in patria lumen æternum, diuinum sufficientissimè iuxta omne desiderium, quemlibet spirituum irradiando, complectatur. Sic in nostro proposito in ordinibus religionis, & illius partis Ecclesiæ, quæ spiritualior censetur, sunt nouem chori, ab episcopali choro usque monachalem. Et supremus ordo constituitur ex episcopali, sacerdotali, et diaconali: totus sacer medius, ex subdiaconali, acolytali, & exorcistali mixtus. Infimus, ex lectorali, ostiariali, & tonsorali. Nam sacer iterum ex diaconali, subdiaconali, & acolytali ordo comparatiuus concordantialis plus permixtus sanctitate, quoniam duos sacros habet choros. Item ex sacerdotali, diaconali, & subdiaconali ordo sacer: sub primo tamen ordine constitutus, & sic de alijs mixturis. Monachatus autem ad tonsoralem chorum connectitur, quoniam est ut medium inter laicos & clerum.

Communicatio graduum.

Ordines religionis.

Cap.

Cap. VIII.

Virtus regitiua.

SImiliter iuxta superiora, & uirtus regitiua, ex qua præsidentialitas & pastoralis cura oritur, habet suos ordines: quoniam ex Papali, Patriarchali, et Archiepiscopali, constituitur primus ordo. Secundus ex Episcopali, Archidiaconali, & Decanali. Tertius ex sacerdotali, diaconali, et subdiaconali, et habet inter se suas permixtas graduationes, & subalternas connexiones. Cur autem talis graduum diuersitas, necessariò pro conseruatione uniuersi existat ad instar, sicut in cœlestibus ut magnus eum differentiæ ordo seruaret: habetur. 89. di. ad hoc. In tota etiam cathedrali unitate hoc est aduertendum, quod totum sacerdotium, Ecclesiam & corpus unum constituit: cuius quidem sacerdotij ordo est ut anima, & spiritus sanctus, spiritus. Constituitur ergo Ecclesia sacerdotalis, ex corpore anima & spiritu. Et quoniam sanctus spiritus, per characterem ordinis sacerdotalia perficit: tunc sanctum est sacerdotium. Quod autem spiritus sanctus operetur in sacerdote, iam superiùs per Augustinum lib. 2. contra epistolam Parmeniani ostensum est. Idem etiam Albertus magnus latè super symbolo, in opere de officio missæ, ac per alios pene omnes doctores, sacerdotes, schismatici & hæretici sint & fuerint: Christi tamen sententia uerax est, qui sacerdotium sanctum usq; ad sæculi consummationem in ipso, & in se ipso, dixit permansurum. Quare corpus sacerdotale licet caducum, & mortale, & deuiabile in membris, non tamen in toto: quoniam semper maior pars in fide & lege Christi permaneat, ut hoc Cyprianus eleganter deducit ad Nouatianum, ubi dicit: licet omnis homo mendax, Dominus tamen uerax. Quare confessorum pars maior & melior, stat in fidei suæ robore, ac lege & disciplina Dominicæ ueritatis. Et sicut per casum Iudæ dignitas Apostolorum aliorum non est diminuta: ita etiam propter casum aliquorum sacerdotum à fide, alij dignitatem non perdunt. hæc ille. Ex quo ad nostrum propositum, fundamentum non paruum elicio, quod maior pars sacerdotum, in fide & lege persistit. Et hæc est altera radix magnã ad sui sequentia.

Ordines ecclesiæ.

Ecclesia.

Albertus magnus.

Cyprianus.

Fides sacerdotum.

Cap. IX.

DEinde in præsidentialitate hoc considerandum, quòd ipsa habet suum signaculum ex angelico spiritu, ex cathedra, & corpore. Quoniam sicut sacerdotij potestas ab ipsa trinitate robur capit, & spiritu sancto regitur, per medium characteris ordinis quia sacerdotium summo sacerdoti subalternatur, & primæ diuinæ concordantiæ, sic præsidentialitas, quæ ex sacerdotio fluit de sensitiuè & corporatiuè ad fideles, per dispensationem subalternatur hierarchiæ angelicæ, & ad angelicam uirtutem sacerdotium per medium cathedræ connectitur. Præsidere & præferri angelos Ecclesiæ iam ex Apoca. manifestum est, ac etiam Reipublicæ & principatibus, doctores catholici tenent, ex illis quæ angelus ad Danielem loquutus est, qui dixit: Ego ueni propter sermones tuos, Princeps autem Persarum restitit mihi 21. diebus. Et ecce Michael, unus de principibus primis, uenit in adiutorium mihi. Et paulò post. Nunc reuertor ut prælier aduersus principem Persarum, cum enim egrederer princeps Græcorum ueniens Et dicit sanctus Gregorius, quos (inquit) alios principes uocat gentium, nisi angelos? quia circa angelorum ministeria dispensanda, singulis quibusq; gentibus angeli sunt prælati, & uni populo diuersi. Quoniam populo Iudæorum captiuo in Perside, angelus qui Danieli loquebatur prælatus fuit: & Michael, alteri Iudæorum populo non captiuo. Vnde patet prelationem istam sanctam, angelicis spiritibus connecti per medium cathedræ. Quare sacerdotium ita ad præsidentiam relatum, habet suæ præsidentiæ animam, scilicet cathedram, & spiritum scilicet angelum ad moduni prioris. Vnde ex hoc trahitur, quod ueritas præsidentiæ & cathedræ ex hoc est infallibilis, ut Augustinus de correctione Donatistarum tractando, hoc dictum Christi, super cathedram Moysi, declarat, licet multi pestilentiales in cathedris sepæ sedeant. Et ex hoc sufficit alia magna radix nostri propositi, quomodo ueritas cathedræ adsit.

Angeli ecclesijs præsunt.

Principius &c.

Gregorius.

Augustinus.

Veritas cathedræ.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. X.

TErtio consideratur sacerdotium, quoad officium intercessionabile: & hoc modo oritur officium ex ordine, & præsidentia permixtim. Et tunc subordinatur beatis spiritibus in patria, qui fusas orationes, ex officio, ex ordine, & præsidentia resultato, offerunt pro illis quibus funduntur. Et hæc operatio, ex hac continuatione per officium sanctum suscipitur, licet persona offerentis accepta non sit. Et in hac consideratur radix, quomodo oratio sacerdotis acceptior est, quia continuatur per officium ad sanctos qui in patria sunt, & sic penetrat usq; in ueritatem quæ Christus est, & hæc sunt notãda. De hoc dicit Hostiensis, in summa de remiss. circa fi. Vna est Ecclesia, quæ militat in terris & in cœlis, alia triumphat. Et tota Ecclesia desiderat animas deuotas adiuuari, de pœni. di. i. hi duo. Et notat ibidem, quod tria sunt in Ecclesia, quæ semper retinent suam efficaciam, à quo cunq; etiam peccatore fiant: scilicet uirtus uerborum, uirtus sacramentorum, & Ecclesiæ desiderium. 15. q. fi. c. 13. q. 2. pro obeuntibus. Deus enim ad supplicationem triumphantis, & suffragium militantis mouetur: hæc ibi. Quia nunc habemus, quomodo ueritas sacerdotij radicata in triplici concordantia, ad diuinam continuatur per ordinem. Vnde Gregorius Nazianzènus in Apologetico dicit: Sacro sancta mysteria ad instar cœlestis imaginis celebrari: per quæ uti in terris adhuc positi, cœlestibus ordinibus sociamur. Continuatur ad angelicam per cathedram, & ad beatos in patria per officium. Et sic sacerdotium est ut anima una in uno corpore fidelium, quæ membris communicat uiuificationem, uegetationem, & sensationem, & iuxta graduationem membrorum quibus præsidet, gradum in præsidentia cathedrali sortitur. Corpus autem ex principatu mundi cõpaginatur gradatim, cuius caput est Respublica Romana. Vnde hierarchias illas mundanas, corporis ordines & choros, facilè quis ex superioribus habere potest: quare breuitatis causa supersedeo nunc, in tertia parte de hoc dicturus. Et hic tantum est tenendum animo: quod sicut anima residens in capite, æquiparatur Pontifici Romanæ ciuitatis, cuius Respublica supremum locum mundi obtinet: ita residens pariformiter gradatim in alijs membris, alios Pontifices representat, iuxta graduationem & notam Leonis noni suprapositam. Et sufficiat pro nunc cum Cypriano ad Rogatianum scire, quomodo una est Ecclesia, per totum mundum in multa membra diuisa: & unus episcopatus, multorum concordi numerositate diffusus, & quod qualiscũq; ille est, qui in illa non est extra Christum uitam & ueritatem est, ut ipse ait. Post premissa oportet inuestigare, quæ uerba Christi ad Ecclesiã & Apostolorũ successores trahi debẽt ut in illis fundetur radix ecclesiasticæ potestatis.

Oratio sacerdotis. Hostiensis.

Gregorius Nazianze.

Cyprianus.

Ecclesia est.

Cap. XI.

NVnc uidẽdum de ijs quæ ex premissis solidis fundamentis, considerationibus elici possunt, ad cognoscendam uiã in dubijs, quæ in Ecclesia oriri possẽt. Et primò ad uerba Christi, quæ loquutus est Apostolis, sentẽtiam Augustini ad Esitiũ de die nouissimo notemus, quia dicit uerba quę loquutus est Christus ad Apostolos, oportet de successoribus intelligere, sicut illud: eritis odio omnibus, gẽtibus propter nomẽ meũ. Et illud: eritis mihi in testes in Iudea & Samaria, & usq; ad extremũ terræ. Et sicut illud: ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus, usq; in sęculi cõsũmationẽ: quod tamẽ eũ uniuersæ Ecclesiæ promisisse, quæ alijs morientibus, alijs nascentibus usq; in sæculi consummationem futura est, quis non intelligat? sicut eis & illud ait, quod ad eos omnino non pertinet, & tamen sic dictũ tãq; ad solos eos pertineat. Cũ uideritis abominationes, & cũ uideritis hæc scitote. hæc ille. Ex quo cõsiderandũ, quòd uerba Christi ad Apostolos, trahi debẽt ad Ecclesiã. Et in hoc aduerti debet, quod aliquãdo Christus uoluit Ecclesię aperire mysteria tanquã Ecclesiæ unitæ, aliquando tanquam dispersæ. Et quoniã Petrus senior erat inter Apostolos quẽ ideo ad uitãdũ schisma, & pacẽ cõseruãdã Apostolis protulit, ut dicit Hieronimus lib. 1. contra Iouinianũ: tunc Christus Petrum propositum Apostolorũ sæpe alloquit, ut principem, in unitate totã Ecclesiam sibi cõmissã figurantem &

Augustinus. Christi uerba.

Hieronymus.

repræsentantem. Nam non dubium, Ecclesia uniuersalis claues habet ligandi & soluendi dum unita est, & non reperitur quòd alibi Christus ipsi tradiderit, nisi ibi ad Petrum loquendo: tibi dabo claues, & quodcunq; ligaueris. Hoc Augustinus 22. capitulo, de agone Christiano prosequitur. Similiter illud dictum Christi: Petre rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et ibi: Portæ inferi non præualebunt aduersus eã. Vnde quia (ut dicit Ambrosius. l. di. fidelior) Petrus pro soliditate Ecclesiæ petra dictus est, & ex eo petra, quia ipse est qui primus in nationibus fidei fundamentum posuit, & tanquam saxum immobile, totius operis Christiani compagem molemq; cõtinet: ideò Christus de Ecclesia loqui uolens, ad eum tanquam ipsam figurantem loquitur. Ideò Ecclesiæ priuilegia solida, ex ijs quæ Christus tradidit & promisit & loquutus est Petro, haurire debemus. Et ut breuiter aliqua tangantur, epistolam quam Alipius, Augustinus, & Fortunatus ad Generosum scripserunt notemus, ubi habetur: Euangelizatum est enim tibi per uocem ipsius Domini Iesu Christi, quòd omnibus gentibus annunciabitur Euangelium eius, & tunc erit finis. Euangelizatũ est tibi per Prophetas & Apostolicas literas, quomodo Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius qui est Christus, cum ei diceret Deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Has ergo promissiones tenenti, si tibi angelus de cœlo diceret, dimitte Christianitatem orbis terræ, & tene partem Donati: anathema esse debet, quia te à toto præcidere, & in partem contrudere conaretur, & alienare à promissis Dei. Si enim ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quantò rectiùs uerè & salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiæ figurã gerenti Dominus ait: super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non uincent eam Petro enim successit Linus, Lino Cletus, & Melchiades ex Eusebio. In illo autem ordine, qui ducitur à Petro usq; ad Anastasium, qui hodie est & in eadem cathedra sedet, etiam si quispiam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicat Ecclesiæ & innocentibus Christianis, cui Dominus prouidens, ait de præpositis malis: quod dicunt facite, quæ faciunt facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Vt sic certa sit spes fidelis quæ non in homine, sed in domino collocata, nunquam tempestate sacrilegi schismatis diuisa petur. Hæc ibi.

Epistola Alipij Augustini & Fortunati.

Cap. XII.

PVlchra documenta sunt in prætacta epistola complexa. Primo quòd Ecclesia uera est illa, quæ est catholica & diffusa, & quòd ipsa diffundetur ante diem iudicij per uniuersum orbem. Hæc etiam Augustinus latissimè in epistola ad Esitium de die nouissimo. Vnde licet dies iudicij extremi non ueniat, nisi prius Antichristus, & licet sancti (ut Cyprianus, Gregorius, Lactantius) uaria scribant de fine mũdi & Antichristi aduentu, imò Cyprianus eum proximè suo tempore uenturum credidit, ut scribit in duabus epistolis ad Demetrianum & Fortunatum: tamen an Antichristus in medio temporis uenerit, & an mundus septem millium annorum curriculis, ut Lactantius in 7. lib. institutionum uidetur opinari, uel quando hoc eueniat penitus incertum est, quia Christus ad Apostolos qui Ecclesiam constituebant, dixit: Non est uestrum noscere tempora uel momenta, quæ Deus in sua posuit potestate. Hoc tamen scimus ex Apostolo ad Thessal. secundum sanctum Hieronymum, ultima quæstione ad Algaziam, quòd priùs totum Romanum imperium debet desolari, & discessio ab eo fieri sic, quòd omnes subiacentes ei ab eo recedent. Et similiter secundum glo. super illa uerba Pauli, discessio ab obedientia Romanæ sedis, quò ad ecclesiasticos fieri debet, ante ipsius Antichristi aduentũ, ut hoc multi doctori dicunt. Vnde ex hoc dicto, & hodierna dispositione papatus & imperij, discretus & sagax, non multũ temporis superesse arguit: licet tamen persequutio, & multa de ijs malis quæ præcedere debent, hodie uideantur, scimus tamen quòd nondum statim finis, sed oportet ut nomen Domini & Ecclesia, per totum mundum & omnes insulas dispergatur. Quare Augustinus aduentum Christi in nubibus tempore persequutionis, non in superficie literæ de aduentu eius in die iudicij, sed subtiliori penetratione de aduentu Christi in Ecclesiam, dicit intelli-

Antichristi aduentus.

Augustinus.

http://www.obrascatolicas.com

intelligẽdum: exponens, quomodo in nubibus Eccleſiæ cum poteſtate magna tempore perſequutionis ueniet, & tunc mittet angelos ſuos, & congregabit electos: de quo per eum latê in præfata epiſtola ad Eſitium (hæc alibi latiſsimè in libello inquiſitionis ueri & boni proſequutus ſum) concludens plus 600. annis de tempore ſupereſſe, ac hoc tempore ad reformationem mundum diſponi debere. O Deus ſi hoc noſtro tempore leuare poſſemus capita noſtra, & uidere appropinquantem redemptionem noſtram, quia uidemus Eccleſiam nunquâm ad eum caſum deueniſſe, in quo nunc eſt: uellet Deus in ſacra Synodo Baſilienſi electos ſuos eſſe congregatos, & in tanta aduerſitate & perplexitate, in nubibus ibi congregatis oſtendere aduentum maieſtatis ſuæ.

Lib. inquiſitionis ueri & boni.

Cap. XIII.

Eccleſia catholica. Optatus.

HAbetur itaq; ſolidum refugium in dubijs omnibus, ex ſupraſcripta epiſtola. Quoniam hæc eſt catholica Eccleſia ueræ fidei, quæ minus coarctata loco, & diffuſior per orbem. Ita Optatus 2. lib. contra Parmenianum, quomodo de Romano Melchiade papa, Materno Agrippinenſi, Rethico Auguſtodunenſi, Marino Arelatenſi, & alijs 19. Epiſcopis, Eunomius & Olympius in Aphricam miſsi, Carthagine 40. diebus ſteterunt, & de ſtudio partium ſtrepitus quotidiani ſunt habiti, & nouiſsima ſententia ferebatur, Eccleſiam catholicam eſſe, quæ per orbem eſt diffuſa. De hoc Auguſtinus, & Cyprianus, & ſancti patres, ſcripta nobis maxima reliquerunt. Vnde ex hoc elicitur, quòd quia fides noſtra hodierna eſt concordans cum ea fide, quę fuit illis temporibus per orbem diffuſa: neceſſariò uera eſt, quia una eſt fides inuariabilis, licet de ducentis & 17. Epiſcopis, qui in Aphricanis partibus commorabantur, & ſe in Concilijs ſubſcripſerunt, nullus Chriſtianus ſit, neq; in orientalibus partibus: tamẽ inter tot ſchiſmata & uarias hæreſes in fide Chriſtiana, noſtra hæc unica uera fides diffuſior eſt, quàm aliqua ſecta ſchiſmaticorum aut hæreticorum. Vnde ex hoc unico argumento, omnis hæretica prauitas uicta iacet. Deinde habetur Petrum figurã geſsiſſe Eccleſiæ, contra quam portæ inferi non prævalebunt. Et hanc ſentẽtiam omnes priſci patres & fatentur, & rationibus aſtruunt. De hoc infra latiùs.

Auguſtinus.

Cap. XIIII.

Cathedra ſancti Petri uera & una. Optatus. Idem.

HAbetur inſuper, quòd una eſt cathedra uera & certa ſancti Petri, in qua ſedent omnes ſucceſſores. Vnde quum una cathedra ſit priuilegium unius Eccleſiæ & primum, ſecundum Optatum libro 2. contra Parmenianũ, tunc eſt uerum quòd non adhærens unitati cathedræ, extra unitatem Eccleſiæ eſt, 93. diſt. quæ Cathedram. Dicit autem conformiter Optatus loco præſcripto: Cathedra una eſt, & negare non potes ſcire te in urbe Roma Petro primo cathedram eſſe collatam, in qua ſederat omnium Apoſtolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus. In quo uno, cathedræ unitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſq; defenderet, ut iam ſchiſmaticus eſſet, qui contra unam cathedram alteram ſibi collocaret. Ergo cathedra unica eſt, quæ eſt prima de dotibus, & in ea ſedit primus Petrus, ſucceſsit Linus, Lino Clemens, cui Anacletus & ſequentes. Damaſo Siricius, qui hodie noſter eſt ſocius. Et infra. Contra portas inferi claues ſalutares legimus Petrum principem noſtrum recepiſſe, cui à Chriſto dictum eſt, tibi dabo claues. Vnde eſt ergo quòd claues regni uobis uſurpare contenditis, qui contra cathedram Petri, ueſtris præſumptionibus & audacijs ſacrilegè militatis? Et infra. Igitur de dotibus Eccleſiæ cathedra eſt prima, quam probauimus per Petrum noſtram eſſe, quæ ducit ad ſe angelum. Angelus enim qui datur Eccleſiæ, ei non coniungitur qui ſe cathedræ Petri non coniungit. Et infra: Vos dico eſſe abſciſos palmites à uite, uos riuum conciſum à fonte. Non enim poteſt origo eſſe riuus, qui paruus eſt, & non de ſe naſcitur, & arbor à ramo conciſo exſectus ante arreſcit. Hæc ille. Magna ſunt iſta documenta, quoniam non eſt niſi una cathedra, per deſcenſum ſuccedentium uſque in Petrum, ſuper quem Eccleſia fundata conſideranda: quoniam certi ſumus, quòd portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam.

Vnde

Vnde ex hoc notandum, quod qui ſe Chriſtianum eſſe fatetur, neceſſariò confiteri habet, connexam eſſe cathedram ſuam ad ſuccedentium cathedræ ſancto Petro, & in ſocietate illius cathedræ per unionem eſſe, alioqui Chriſtianus non eſt, 24. q. 1. quicunq; &. c. pudenda in fine. & c. ſchiſma. 93. diſt. qui cathedram, cum multis ſimilibus. Eſt itaq; uerum, unam eſſe cathedram Petri, quoniam cathedra principatum regitiuum ſignificat in Eccleſia. Et ſicut in ipſa cathedra Petri, tres primi Patriarchæ leguntur ſediſſe, ſcilicet Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus: ita & cum illis omnes ſubiecti Epiſcopi. Vnde dicit ſanctus Gregorius Papa in Regiſtro, 991 epiſtola ad Eulogium Alexandrinum: Suauiſſima mihi ſanctitas ueſtra, multa in epiſtolis de ſancti Apoſtolorũ principis Petri cathedra, loquuta eſt dicens, quod ipſe in ea nũc uſq; in ſuis ſucceſſoribus ſedeat: ſed me quidem ego indignum eſſe, non ſolùm in numero ſedentium, ſed etiam ſtantium agnoſco. Sed ea quæ dicta ſunt, in ea libenter accepi, quod ille mihi de cathedra loquutus eſt, qui in Petri cathedra ſedet. Et infra. Vnde quum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu, ſola Apoſtolorum principis ſedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis unius eſt: ipſe enim ſublimauit ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem uitam finire dignatus eſt: ipſe decorauit ſedem, in quam Euangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe firmauit ſedem, in qua. 7. annis quamuis diſceſſurus ſedit. Quum ergo unius atq; una ſit ſedes, cui ex auctoritate diuina tres Epiſcopi nunc præſident, quicquid ego de uobis boni audio, hoc mihi imputo: ſi quid de me boni creditis, hoc uobis imputate: quia in illo unũ ſumus, qui ait: Vt omnes unũ ſint, ſicut et tu pater in me, et ego in te: & ipſi in nobis unum ſint. Hęc ibi. Et eſt epiſtola ſingulariter notanda, quoniam in una Petri cathedra, ſedent tres Epiſcopi principes, quorum ſummus eſt Romanus. Et ſicut omnes Epiſcopi ad has ſedes, tempore Niceni Concilij & ante coniungebantur, & poſt illa tempora omnes Epiſcopi ab illis poſt hoc egreſsi ſunt: ſic eſt omnium Epiſcoporum unus Epiſcopatus, una cathedra, in qua primò ſedet Romanus. Et iterum licet aliqui, ut Liberius, Honorius, & alij in cathedra Petri aliquandiu ſedentes, in errorem ſchiſmatis cum ſeducti ceciderint, ſedes tamen abſq; uitio remanſit. Maximum eſt iſtud quòd menti tenendum eſſe cenſeo, quia hæc eſt certa regula & ſecura firmitas, quòd ſedes quæ originem receperunt à ſede Romana, cum qua tanquàm filiæ uniuntur: una ſedes ſiue cathedra cenſentur: licet tam in ſucceſsione directa, in linea recta Romanorum Pontificũ, quàm collateralium, certi pontifices in hæreſim ceciderint. Ab Abraham enim in Chriſtum generationes per Matthæum ſecundum lineam nominantur, licet non omnes in linea ſancti fuerint, Chriſtus tamẽ per eandem attingebatur. Sic in Eccleſia cuius hæc eſt figura, Chriſtus per rectam lineam Pontificum attingitur, malitia mediorum præſulum non obſtante. Eſt enim ipſa linea ſiue cathedra ſancta, in Chriſti aduentum indefectibiliter duratura uſq; ad ſæculi conſummationem. Vnde q ſe in Chriſtiana fide eſſe putant, de illis eſt regula Cypriani infallibilis, quòd maior pars ſemper in fide & ueritate legis perſiſtit, & quicunq; ſe ab illa ſeparat, ab Eccleſia fidelium ſe ſeparat. Vnde Cyprianus ad Florentium & Puppianum: Quid enim ſi exciderint quidã à fide, nunquid infidelitas eorum fidẽ Dei euacuauit? abſit. Eſt enim Deus uerax, omnis homo mendax. Et ut legitur in Euangelio, quum eum loquentem diſcipuli dereliquerunt, cõuerſus ad duodecim dixit: Nunquid uos uultis abire? Reſpondit ei Petrus, & dixit: Domine ad quem ibimus? uerbum uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es filius Dei uiui. Loquitur illic Petrus, ſuper quẽ ædificata fuit Eccleſia, docens: quia etſi contumax & ſuperba obedire nolentium multitudo diſcedat, Eccleſia tamen à Chriſto non recedit, & illi ſunt Eccleſia plebs ſacerdoti, & paſtor gregi adunati. Hæc ille. Bona eſt hæc doctrina, quia Petrus ut Eccleſiam repræſentans, nomine totius Eccleſiæ loquutus eſt: & tamẽ de Eccleſia multi exciderunt, imò de Apoſtolis Iudas. Quare illi Eccleſiam ueram fidelium cõſtituunt, qui inter Chriſti fidem ſe habere putantes, maiorem partem conſtituunt, & ſe ſuo paſtori Petro coadunant & eius cathedræ. Hanc ſententiam ex ſuperioribus manifeſtaui, relinquens pauca diffuſius ſubnectere de hac re curabo.

Patriarchæ. Gregorius.

Romanus pontifex formosus. Scismatici.

Cyprianus.

Nam

http://www.obrascatolicas.com

Nam licet Christus rogauerit, ut non deficeret fides Petri, qui pro sua reuerentia exauditus est, & licet hoc exponatur de fide Ecclesię: tamen etiam per aliquos, puta Albertum Magnum super eodem passu, de fide Petri & eius successoribus intelligitur, quia in eis finaliter non deficiet. Per alios autem ut Gorra exponit, intelligitur de fide Ecclesiæ Romanæ.

Cap. XV.

Cyprianus. Leo.

PRo clariori intellectu intenti nostri, reuocemus ad memoriam superiùs tacta, secundum sanctum Cyprianum & Leonem Nonum: si quòd quisque præsidens, gradum præsidentiæ sortitur secundũ locum cui præsidet, & eius loci leges uel priuilegia, & quòd præsidens ita totam Ecclesiam figurat sibi unitam, quòd Cyprianus eam esse dicit in præside. Quo ad primum dicimus, quia ut

Ambrosius. Roma caput Ecclesiæ. Roma. pontif. summus.

scribit Ambro. 2. q. 7. beati. Roma principatũ & caput obtinet nationum, & ita actũ est diuino nutu, ut ubi erat caput superstitionis, illic caput sanctitatis quiesceret. Ergo Romanus Episcopus, eum præsidentiæ gradum habet, quem habuit apud ethnicos Roma. de hoc. 80. dist. urbes secundum Lucium Papam, & secundum Clementem. c. in illis, e, dist. Et talis ordinatio fuit diuinitus inspirata, secundum Leonem in. c. illud. e. dist. de quo etiam. 99. dist. prouinciæ, Deinde priuilegium diuinum, Petrum prætulit aliis, concurrente tamen electione Apostolorum, secundum Anacletum, & sanctum Hiero. libro 1. contra Iouinianum. Sed ex superioribus secundum Augusti num, successores Petri in eadem cathedra sedent, ergo priuilegium cathedræ æquale nunc & tunc. Quare ita ut Petrus princeps fuit Apostolorum: ita & Romanus Põtifex Episcoporum princeps, quoniam in locum Apostolorum Episcopi succedũt, ad hoc infinita quasi habentur scripta. Vnde iste principatus, est super omnes homines in Ecclesia existentes, qui per fidem constituitur, est enim capitaneus in eo exercitu. Ita enim scribit Leo imperator ad Theodosium, & Valentinianus ad Theodo

Leo. Valẽtinianus.

sium. Beatissimus Romanæ ciuitatis Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide iudicare. Et infra: Hac enim gratia & secundum solemnitatem Conciliorum, & Constantinus Episco

Constantinus. Martianus.

pus eum per libellos appellauit, propter contentionem quæ orta est de fide. Item Martianus & Valentinianus, Leoni Archiepiscopo Romæ gloriosæ ciuitatis, tuam sanctitatem principatum in episcopatu diuinę fidei possidentem: de hoc: 12. dist. præceptis. 24. q. 1. quotiens. 16. q. 1. frater noster. Vnde sic intelligo. 9. q. 3. aliorum quod omnis fidelis Papæ submittitur: dũ totius corporis caput esse designetur. s. in fide,

Hiero.

quia corpus ex fidelibus constituitur. Sic dicit Hiero. ad Damasum, & in. 10. q. de cathedra Si quis cathedræ Petri adhæret, meus est, et tamen hoc iudicium fidei non est semper in nutu unius Pontificis deffinibile, quia hæreticus esse possit, de quo inferiùs dicetur: imò in illo iudicio fidei, in quo principatus eius consistit, Concilio catholicæ Ecclesiæ subest.

Cap. XVI.

Sedes.

VNde est aduertendum, quod Romana Ecclesia capitur pro sede aliquando & communiter. Et fuere ab antiquo tempore Niceni Concilij tres sedes, scilicet Romana, Alexandrina, & Antiochena, licet Helię siue Hierosolymorum Episcopus semper honoraretur, ut habetur. 6. c. Niceni concilij. 19. dist. Anastasius. 66. dist. quoniam mos. & 22. dist. sacrosancta. Vnde post hoc etiam sedes Hierosolymorum & Constãtinopolitana, in gestis Conciliorum inueniuntur. Vnde Constantinopolitanus, quodam particulari Concilio ante Calcedonense, quia noua Roma, se Patriarcham nominari obtinuit, quando illæ quinq; patriarchales sedes uocantur. 22. dist. deffiniuimus. Huiusmodi materia quæstionis, in Calcedonensi Concilio legitur expedita, quoniam allegantibus hincinde tam uicarijs Apostolicæ sedis quam patriarcha Constantinopolitano, canonibus iuxta decretum iudicium Concilij deffinitum fuit: sedem Apostolicam primatum tenere debere, quia antiqua Roma est: & Constantinopolitanam secundum locum, quia noua Roma est. 22. dist. de Constantinopolitanæ: licet Constantinopolitanus ijsdem gaudiat primariæ

mariæ priuilegijs. 22. dist. renouantes. Et licet Leo Papa tunc multis scripturis usus *Leo.* fuerat retractare illam partem definitionis, quòd Constantinopolitanus secundum locum habere deberet, quia obuiabat constitutionis Niceni Concilij, quas infringibiles scribit: tamen ita usus obtinuit longo tempore. Vnde in gestis uniuersaliũ Cõciliorum post subsecutorum, Constantinopolitanus sp̃ præcedit Alexandrinum. 22. dist. renouantes. c. se. & de priui. antiqua. Et has quinq; sedes, reperio in gestis. 8. concilij uniuersalis Constantinopolitani, septima actione quinq; capita Ecclesiæ nominatas, & notantur sedes Apostolicæ. 1. q. 7. conuenientibus, & in eis sedentes etiam Papæ uocantur, ut ibidem in paraghõ. item Cerasius. Quomodo autem sint capita *Papæ.* censenda, infra dicetur. Et sicut Papa Romanus sæpe uocatur Patriarcha (ut in gestis Conciliorum, præsertim octaui uniuersalis habetur, penè per totum) sic etiam alij Patriarchæ Papæ uocantur, ut notat glo. 40. dist. si Papa: & textus, 22. q. 2. sane. paraghõ. item si Romanorum. Sed non multum ad propositum. Hoc nunc notandum, sedem *Prælationis sediũ causæ.* primatum tenere super omnes. 22. dist. de Constantinopolitanæ. Et Hicmarus Re- *Hicmarus.* mensis. cap. 15. contra Laudunensem scribit, ex breui ponderosa definitione Niceni Concilij, quia dixit: antiquitas teneat omnem talem ordinationem graduationum, quæ apud Ethnicos fuit in primatijs, esse definitam spiritu sancto inspirante. Et ea propter definitio Calcedonensis Concilij dicit secundùm canones, Romanorũ primatem habere: sed canonem illũ antiquitas teneat in suis priuilegijs, ut quę fuit graduatio principatus in ciuitatibus Ethnicis, & eorum archiflamminibus, & alijs ibi remaneat ille gradus. Sed non dubium, in Capitolio Romano Pontificem maximum, in Iouis templo præpositum, ita & gratiæ tempore. Vnde Placida Augusta, filio Augusto scribens dicit: Quia Roma maxima ciuitatum & Domina omnium terrarum: ideò Petrus in ea principatum ordinauit diuini Episcopatus. Et quòd ex dispositione illa ciuitatum antiqui primatias arguebant, patet in disputatione. 12. actionis Calcedonensis Concilij, ubi Episcopum Niceni super Basionopolim ex curia prælatũ, multis argumentis ex hoc fundamento conuincere nititur, arguens. Et in primo ca. Tauritani Concilij definitum est: qui probauerit suam ciuitatem Metropolim esse uel fuisse, teneat primatum. Ecce primatum ex ciuitate disponi, & ortum capere primarium. Definitio enim centum quinquaginta patrum, ac etiam post hoc Calcedonensis Concilij, super prælatione sedis Constantinopolitanę, post Romam habet illam causam dicens: Etenim sedi senioris Romæ, propter imperium ciuitatis illius, digne patres præuilegia reddiderunt, eadem intentione permoti. Ideò reuerendissimi Episcopi, æquæ sanctæ sedi nouæ Romæ prę uilegia tribuerunt, rationabiliter iudicãtes, imperio & senatu urbem ornatam, æque seniores Romæ prę uilegijs frui, & in Ecclesiasticis sicut illam habere maiestatem negocijs, & secundam post illam existere. Ecce argumentũ uix solubile, quod in Calcedonensi Concilio approbatur. Et licet Imperatores prę uilegia dederit exemptionis certis prę laturis, semper tñ hoc ius antiquitatis exemptum & saluum remansit, ut ibidem. Vnde quantùm hoc dictum ueritati innitatur, ex hoc poterit deprehendi, quia si ex sanctitate primi præsidentis, aut loci reuerentia, sediũ primitiuitatem arguere deberemus: non dubiũ, Hierosolymorum prima foret, quoniam ibi Pontifex maximus, Ecclesiam lauit in sanguine suo. Ita etiam sedes Iacobi Apostoli primi Archiepiscopi ut legitur prima actione. 8. uniuersalis Cõcilij de cuius Cathedra Eus. li. 7. c. 16. scribit elegãter. Scriptores etiã super canonicis epistolis, ea propter Iacobi prælatas asserunt: quia primam Hierosolymorũ sedem habuit, quæ fuit prima Christianitatis, sicut & Paulus Iacobum præponit, quum de Ecclesiæ columnis loqueretur. Deinde Alexandrina nõ sortitur ex primo præsidẽ locum, quia Marcus non prę fertur sancto Ioanni Christi dilectissimo: & Marcus Alexandriæ, Ioannes Ephesi sedebat. Nec tamen præfertur Ephesus Alexandriæ, quòad dignitatem Episcopatus, quia Alexandria uicit Ephæsum sæculi dignitate: tamen ambo scilicet non tantùm sæculi dignitatẽ, sed & diuinam cãmaliã concurisse, in his sedium præeminentialibus causis credendũ est, ut ad idẽ de Antiochena sede scribit Innocentius Papa ad Alexandrinũ, ubi dicit: Vnde aduertimus, *Innocentius.*

http://www.obrascatolicas.com

non tam pro magnificentia ciuitatis hoc idem attributum, quàm quòd prima primi Apostoli sedes esse monstretur: tametsi à principio ita fuit, quòd secundùm loci dignitatem, dignitas ecclesiastica sit distributa, per sacra Concilia & sanctos patres. Non tamen propter acrescentiam dignitatis temporalis, nisi ordinatio Concilij interueniret, crescit dignitas Episcopi loci. Vnde quãdo Acatius dixit, se Episcopum regiæ ciuitatis esse, & propter hoc dignitatem suam ita esse magnam, quòd ab Apostolico præsule iudicari non possit: scribit Gelasius Papa ad Episcopos per Dardaniam, se risisse hoc, dicens: Nunquid apud Mediolanum, apud Rauennam, apud Syrinum, apud Treueros multis temporibus non constitit imperium? nunquid harum urbium sacerdotes, ultra mensuram sibimet antiquitùs deputatam, quippiam suis dignitatibus usurparunt? ubi de hoc pulchra. Idem de hoc Anastasius Papa Alexandrino Episcopo, in epistola quæ incipit. Onus & honor, quæ dicit Antiochenam Romanæ cessisse, & quòd non secundum uoluntatem Imperatorum, sed pristinum prouinciarum morem, Metropolitanos Episcopos debere nominari, de qua 10. dist. uer. imperiali. Et quia de istis plura supratacta sunt, concludendum existimo, Romanam sedem, ob sæculi dignitatem, & diuinum priuilegium, & in augmentum fidei, ut pax seruaretur, & ob tot experimenta sanctorum præsulum, quorum successiuè plus quàm triginta propter fidem martyrio coronabantur: per Conciliorum statuta primatum meritò possidere.

Gelasius.

Anastasius.

Rò. Pon. principatus.

Cap. XVII.

CApitur autem aliquãdo Ecclesia Romana, pro proximè unitis Romanæ Ecclesiæ, sicut in libello Leonis Noni, contra præsumptiones Michaelis Cõstãtinopolitani c. 32. ubi dicit: Romanam Ecclesiam esse ut cardinem, in quo in quo uoluitur ostium Ecclesiæ, & stabile semper manebit, & eius clerici propter propinquitatem ad cardinem, dicuntur Cardinales. Et Constantinus Imperator Agathoni Papæ (ut in principio gestorum sexti uniuersalis Concilij legitur) scribit, ut mittat tres personas de sua Ecclesia, & duodecim Metropolitanos de toto suo Concilio. Vnde potest ex hoc consideratio haberi, quòd aliquando sedes Apostolica, p Pontifice Romano capitur, aliquando Ecclesia Romana pro Papa, & eius diœcesi clericis & fidelibus: aliquando pro omnibus sub eius Metropoli & sede Archiepiscopali constitutis (ita enim legitur in multis uniuersalibus Conciliis, uocatus Archiepiscopus Romanus) aliquando pro omnibus Metropolitanis Ecclesijs, ipsi tãquàm Patriarchæ & capiti in sede patriarchali præsidenti unitis, ut in septima actione octaui uniuersalis Concilij: ubi de sententia Concilij Romani loquitur, dicit uicarius Patriarchæ Hierosolymorum, spiritus sanctus qui loquutus est in Romanorum Ecclesia, loquutus est & in nostra. Aliquãdo pro omnium fidelium Ecclesia, quæ ad ipsam Romanam ut ad caput unitur. Vnde quum dicitur, Romanam Ecclesiam nunquàm errare posse, hoc est uerum de tota uniuersali Ecclesia ultimò modo capta, & deinde de Patriarchali Romana Ecclesia etiam est uerum, deinde de Archiepiscopali est uerum, deinde de Episcopali est uerum finaliter. Sed istæ ueritates graduationem habent, quoniam prior est infallibilis, & fuit, & erit semper. Secunda est hodie infallibilis eo respectu, quia uniuersalis Ecclesia, quasi totaliter sub Patriarchatum Romanum est redacta. Deinde consideratione sedium Patriarchalium, tunc etiam est uerior fides semper sub Patriarchatu Romano, & ita fuit, & erit, licet uniuersalis Ecclesiæ in se maior sit promissione Christi firmitas. Deinde sedis Archiepiscopalis urbis Romanæ fidei ueritas, est adhuc plus fallibilis, & adhuc plus Episcopalis: licet à principio fidei Patriarchalis Romanæ Ecclesiæ inter omnes Patriarchales, Archiepiscopalis inter omnes Archiepiscopales, & Episcopalis inter omnes Episcopales, maior securitas & minor fallibilitas fuit. Et ita erit usq; in diem ultimum quoniam ut legitur in gestis octaui uniuersalis Concilij, Bahanis famatissimus præpositus curiæ & patricius dixit, quomodo Patriarchales sedes successiuè decrescendo, redigi deberent usq; ad unum patriarchatum, & per illum iterum Deus alios Patriarchatus reuocare deberet. Videmus iam proh dolor, unum expletum, det Deus ut secundum nostris

Ecclesia Romana quid?

Cardinales.

Constantinus

nostris temporibus uiderimus. Et quia (ut dixi) Ecclesia Romana aut Ecclesia alia, scilicet Constantinopolitana capitur sæpe pro ipsi unitis subiectis Ecclesijs: & hæc unio uocatur apud Græcos Synodus, apud nos Concilium. Restat nunc de Concilio aliqua subnectere.

Liber II. qui est de Concilio.

Cap. primum.

SVmma intentionis meæ est, paucis uarietatem & comparationẽ Synodorum, & earum auctoritatem explanare, ac deinde ex his quædam dubia soluere. Et primò, Synodus est propriè cætus senum uel presbyterorum. Et dicitur à σὺν quod est simul, & ὁδὸς uia: quia omnes una uia ad eundem finem tendunt. Et est Græcum, & interpretatur cœtus 15. dist. canones. uer. Synodus, & dicitur Latinè Concilium. Vnde autem dicatur Concilium Isiodorus scribit, & habetur 15. dist. canones. uer. Concilij, & propriè consistit in concordia; qui enim sibi dissentiunt, non agunt Concilium ut ibidem dicitur. Est autem uaria Synodus, quoniam graduationes suas habet, à particulari usq; ad uniuersalem per media uaria. Vniuersale autem Concilium siue Synodus uniuersalis, secundùm Bar. Brix. post Hug. 16. dist. c. 1. est, quod uel à Papa uel eius legato cum omnibus Episcopis constituitur: tamen hæc definitio forte non est sufficiens, quia potest trahi ad Concilium uniuersale sedis Apostolicę, de quo infra proximo capite. In illo enim est propriè de essentia, quòd legatus Apostolicæ sedis ad minimum intersit, si plenum & perfectũ esse debet, ut in diuer. porrò 17. dist. regula. Hicmarus uero Remensis in 20. ca. de hac tractans materia asserit, cuiusdam generalis Concilij, tempore Caroli in Francia de ueneratione imaginum celebrati, uolumine 4. eius libri ita haberi. Vniuersitas ab uno cognominatur, eo quòd uno multotiens uerbo propagatur. Nam multitudo unitate uertẽte in unum collecta uniuersitas efficitur. Et sicut uniuersalis Ecclesia, catholica dicitur Græcè: ita nimirum quicquid ab eius unitate non discessit, catholicum potest nuncupari. Omnis enim doctrina Christiana, uel quælibet constitutio siue traditio, talis esse debet, ut uniuersali consentiat Ecclesiæ. Quòd nequaquà hæretici seruauerunt, qui per diuersas mundi partes, aliquibus regionũ partibus coarctati, conuenticula quædam statuerunt, quibus se & plures ab Ecclesiastico consortio segregarunt. Quum ergo duarũ aut trium prouinciarum Episcopi conueniunt, & ea statuunt quæ catholicæ Ecclesiæ conueniunt, fortasse uniuersale dici potest: quamuis non sit ab uniuersis mundi præsulibus actum, sufficit quòd ab uniuersorum fide & traditionibus non discrepet hæc ille. Et ibi de hoc plura. Vnde diuerso respectu, uniuersale Concilium potest nũcupari patrũ conuentus: aut qui rem tractãt & definiunt catholicam Ecclesiasticam & ueram patres: aut quia de uniuersali statu tractant, aut de uniuersali causa, certæ integræ & magnæ prouinciæ & obedientiæ. Secundum enim definitionem Concilij iudicium istud uniuersalitatis sit: Nam aut de causa, quæ cunctis communis est modo dicto: & tunc rectè & communiter uniuersale dicitur, quando per uniuersalem cõgregationem, uniuersalis catholica definitio fit. Aliud autem Concilium licet uniuersale propter cãm uniuersalem dicatur, tamen non propriè catholicum uniuersale. Vnde in Aphricano Concilio, ubi statuitur de hoc ultimo uniuersali Concilio, dicitur: Ne fatigandis fratribus sit anniuersaria congregationis necessitas, placuit ut quotiens causa cõmunis totius Aphricæ hoc exegerit, tunc uniuersale congregetur. Causæ autem quum communes non fuerint, in prouincijs iudicentur. Et propriè illa dicuntur uniuersalia, ubi aliqua definitio fidei contra hæreticos facta fuit, ut probatur ex. c. dist. optatũ. licet omne uniuersale Concilium oporteat etiam canones promulgare 16. dist. habeo. Sunt autem Synodicæ congregationes differentes gradatim, à mi-

Synodus.

Concilium.

Vniuersale.

Hicmarus.

Catholicum.

Patrum conuentus.

Conci. Africanum.

http://www.obrascatolicas.com

Synodorum gradus. Leo. nima per media uaria uſq; ad uniuerſalem maximam. Nam curatus, ſuæ parochiæ Synodum congregat, & eſt ſupra eam diœceſana, ſupra quàm Metropolitana, ſupra quam prouincialis regni uel nationis, ſupra quam Parochialis. & omnium maxima uniuerſalis Eccleſiæ catholicæ. Et ut Leo (ad Martianum ſcribens in ea epiſtola, ubi de directa uicis ſuæ legatione pro Calcedonenſi Concilio ſcribit) ait, tunc nullum *Conciliabulũ* cenſeri debet Concilium, quod non innitur ueritati fidei, ſed conciliabulum ueriùs debet nuncupari. Cap. II.

HAbet autem quiſq; præſidens in ſuo gradu ſibi unitos conuocare, ſine quo aut eius uices gerente Concilium nec plenum, nec ritè adunatum cenſetur. Vnde cum Romanus Pontifex, ſupremus capitaneus militantis huius Eccleſiæ, & princeps in Epiſcopatu fidei exiſtat: uniuerſalia Concilia ſine eo ritè, eiuſué auctoritate regulariter non celebrãtur 96. diſt. ubi nam 17. diſt. uer. huic e- *Papam requiri Concilium Leo.* tiam. et c. regula. Et Leo nonus, in epiſtola ad Carthaginenſem Petrum, de hoc ſcribit, ad idem in. q. 16. dudum, & uarijs locis idem habetur: ſicut nec ſine Metropolitano prouincialis, qui ſine Patriarcha uniuerſalis Patriarchalis, aut ſine Epiſcopo diœceſana. Ratio eſt manifeſta, & definitiones ſacrorum Conciliorum in uarijs paſſibus hoc oſtendunt 17. diſt. regula cum. c. ibi ſequentibus 18. diſt. propter &. c. ſi quis. et. c. ſe. Ad uniuerſalem enim Patriarcham ſpectat, uniuerſalis Concilij conuocatio Vnde Pelagius, ad Epiſcopos à Ioanne Conſtantinopolitano congregatos: Relatũ *Pelagius.* eſt ad Apoſtolicam ſedem, Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum uniuerſalem ſe ſcribere, uoſq; hac præſumptione ad Synodum conuocare generalem. Ita dicit Marcellus Papa & martyr in 5. cap. decretorum ſuorum: Apoſtoli eorumq; ſucceſ- *Marcellus.* ſores. Domino inſpirante conſtituerunt, ut nulla fieret Synodus præter Romanæ ſedis auctoritatem. Nam illius ſedis Epiſcopus iudex eſt totius Eccleſiæ, nec aliquod iudicij ualet abſq; legitimo iudice. Hoc etiã affirmat Damaſus Papa, c. 9. decretorũ *Damaſus.* ſuorum, ſimiliter Athanaſius, & Iulius Rom. Pon. Huic non eſt multum ſuperfluo inſiſtere. Vnde licet uniuerſalia Concilia ſæpe legamus conuocata per Imperatores, imo omnia octo (ut ex geſtis haberi poteſt) uſq; ad octauum, tempore Baſilij Imperatoris Conſtantinopolitani conuocatum 15. diſt. cap. 1 tamen in Concilijs fuit ſemper præſidentialis Romani Pontificis auctoritas, ſine qua uniuerſale Concilium non fuiſſet, dummodo ſaltem intereſſe uoluiſſet & potuiſſet. Vnde ſicut perfecta prouincialis Synodus ſiue Metropolica non eſt (ut ſcribitur penultima actione Calcedonẽſis Concilij, & communis omnium antiquorum ſententia) ita in propoſito de uniuerſali Papa dummodo ſaltem uelit & poſsit. Alioqui ſi expectatus non mitteret, uel non *Papa recuſante Concilium haberi poteſt.* ueniret, uel nollet, Concilium congregatum ſuæ neceſsitati, & Eccleſiæ ſaluti prouidere debet. Hoc probat benè tex. octaui uniuerſalis Cõcilij q intitulat definitio Cõcilij ante aduentũ uicariorum ſeniorum Romæ, ubi poſt plura. Quoniam dudum expectati fuerunt uicarij ſeniorum Romæ, & amplius expectare non ſit iuſtum: incongruum omnino putamus, deſpicere fluctuantem Chriſti & ſaluatoris noſtri Eccleſiam, per dilationum diſpoſitionem quæ illi debetur. Hinc ergo uelut ex neceſsitate denuntiamus. Ad idem legitur in geſtis ſecundæ Epheſinæ Synodi, quãdo Concilium miſit ad Iulium Epiſcopum, Hylarium diaconum, & Dulcitiũ notarium Ambaſiatores Leonis Papæ, notificando eis, quomodo in poſt craſtino die Concilium ſedere uelle, rogando ut uenire maturarent, & ipſi non uenerunt, tunc Talaſius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ primæ dixit: Rememorare nos in hac ciuitate multã læſionem omnibus religioſiſsimis & ſanctiſsimis Epiſcopis, & ſanctis Eccleſijs afferre, & non hoc ſolùm, ſed & piiſsimus & amicus Chriſti Imperator, accelerari uult Synodi finem, ut cum omni ſubtilitate ea quæ decernentur agnoſcat. Quia igitur quod decuit & conuenit ſanctæ Synodo hoc factum eſt, commoniti ſunt per eos qui directi ſunt, iſ qui locum tenent ſanctiſsimi & Deo amiciſsimi Leonis Archiepiſcopi, & refutauerunt conuenire nobiſcum: arbitror non eſſe neceſſariam dilationem, ſed ſi placet ſanctæ Synodo, non uel ultra ea quæ ad moras pertinent producantur. Hæc ibi. Ecce dixit. quòd ea quæ ad Synodum pertinent, ſcilicet monitio ad proceſ ſum

ſum ſufficit, maximè ubi uenire refutauerint: tamen ut præfatus octaui Concilij textus probat nihil præcipitanter fieri debet, ſed longo tempore auctoritas Romani Pontificis expectari debet, ſicut ibi anno uno expectabatur & plus, & in iſs quæ ad fidem *Materia fidei Papã exigit.* ſpectant ſine deliberatione, de qua conſtet Romanæ Eccleſiæ, etiam in Concilio ritè congregato, licet abſens adhuc ſit auctoritas Apoſtolicæ ſedis, procedendum nõ eſt.

Cap: III.

ET quòd ex quinq; Patriarchalibus ſedibus, plenum uniuerſale Concilium colligitur, geſta octaui Concilij clarè docent. Dicitur enim in termino illius *Baſilius.* Concilij, quomodo Baſilius Imperator, per ſupremum auxilium & gratiam quinq; Patriarchas Eccleſiaſtici tabernaculi architectos, à finibus orbis terrarum conuocauit, & plura ibi de hoc. Qui textus infra in tertia parte habetur, & actione nona eiuſdem Concilij legitur, Synodum in receptione uicarij throni Alexandriæ dixiſſe, qui ultimo uenit: Glorificamus Deum uniuerſorum, qui quod deerat uniuerſali Synodo ſuppleuit, & nunc eam perfectiſsimam demonſtrauit. Ex quo ha- *Perfectiſsima Synodus.* betur, perfectiſsimam Synodum de capitibus totius Eccleſiæ colligi. Vnde in conuocatione octaui Cõcilij non puto ponendam, dummodo ſaltem partes ſint, qui Eccleſiam uniuerſalem repræſentent. Sed ſi nec patres, qui capita Eccleſiarum ſunt, ibi exiſtunt, nec conuocatio legitima ſupremæ poteſtatis: non dubium, in eo Concilio uniuerſalis Eccleſiæ repræſentationem eſſe non poſſe. Vbi autem legitima præceſſit conuocatio, nec adhuc patres qui capita exiſtunt conuenerunt: non crederem ſubitò currendum eſſe, quia multa Concilia etiam ritè conuocata, erraſſe legimus, ſed expectandi ſunt patres, licet non omnes neceſſariò expectentur, quoniã ſufficit plures eſſe, & omnes uocatos. Ita enim legitur, ſanctum Ambroſium in Concilio Aqui- *Ambroſius.* legienſi, Palladio hæretico de fide dicere renuenti, propter abſentiam orientalium Epiſcoporum (quia dixit ſolùm in pleno Concilio quale hoc eſſet de fide reſpondendum) reſpondiſſe: orientales Imperatores conuocarunt, & ſic uenire potuerunt, quare hæc allegatio eſt euagari. Vnde ad hoc quòd regulare ſit Concilium uniuerſale, tunc palam non clandeſtinè debet celebrari, ut ex quinta actione octaui Concilij uniuerſalis colligitur. Item libertas talis in eo eſſe debet, ut quiſq; liberalem loquendi habeat facultatem, ut in 6. Concilio generali, tempore Agathonis celebrato, in prima actione, & in fine epiſtolæ Synodicæ Agathonis legitur. Vnde quum Nicolao Papæ, de Concilio Phocij numeroſo obiectum eſſet, dixit. Nos quidem non tãtùm numeroſum Epiſcoporum collegium Niceni uel Calcedonenſis Conciliorum, cæterorumq; ſanctorum patrum Synodicas conſtitutiones ſequimur: ſed illorum libe ras ueneramur iuſtas & diuinitùs inſpiratas ſententias. Ex quo habetur, numerum patrum magnam auctoritatem præſtare cum libertate loquendi. Potius enim eligitur quòd à pluribus, quàm quòd à pauciori bus dictatur 19. diſt in canonicis 20. diſt. de quibus 2. q. 7. puto. Et non eſt numerus adeò neceſſarius, ſicut libertas & unanimitas 34. q. 1. alienus. Vnde Agatho, ſcribens Conſtantino loco prætacto, de patribus *Agatho.* in 6. Concilio cogregandis uerbum impunitatis, & liberam loquendi facultatem, unicuiq; loqui uolenti pro fide quam credit & tenet, concedire: quatenus ab omnibus manifeſtiſsimè cognoſcatur, quòd nullo terrore, nulla poteſtate, nulla comminatione uel auerſione quiſquàm pro ueritate loqui uolens, prohibitus aut repulſus exiſtat Et iterum: Oportet quòd priuatæ cauſæ religionis obtentu non exerceantur. Vnde Leo Papa, ad Theodoſium Imperatorem de errore Synodi Epheſinæ, dicit: Dum *Leo.* priuatæ cauſæ religionis exercentur obtentu, commiſſum eſt impietate paucorum, quòd uniuerſam Eccleſiam uulneraret. Comperimus non incerto nuntio, conueniſſe ad Synodum plures ſacerdotes, quorum utique frequentia conſulationi & iudicio profuiſſet, ſi is qui ſibi locum principalem uendicabat, ſacerdotalem moderationem uoluiſſet cuſtodire: ut (ſicut moris eſt) omnium ſententijs ex libertate prolatis, id ex tranquillo & æquo conſtitueretur animo, quod & fidei congrueret, & errantibus ſubueniret. In ipſo autem iudicio, non omnes qui conuenerant interfuiſſe

http://www.obrascatolicas.com

cognouimus. Nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui supradicti sacerdotis arbitrio captiuas manus impijs subscriptionibus dederunt, quòd nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent: talemq; ab eo prolatam sententiam esse, ut dum unus homo impetitur, in omnem Ecclesiam sæuire uideretur. Quod nostri ab Apostolica sede directi, adeò impium & catholicæ fidei contrarium esse uiderunt: ut ad consentiendum nulla potuerint oppressione compelli, constãterq; (ut decuit) fuerint protestati, nequaquàm id quod constituebatur Apostolicam sedem receptura. Et infra. Omnes nostrarum partium Ecclesiæ, mansuetudinem uestram cum gemitibus & lachrymis supplicant sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamarunt, et eisdem libellum appellationis Flauianus Episcopus obtulit, ut generalem Synodũ intra Italiam iubeatis celebrari. Et infra. Quasi autem post appellationem interpositam hoc necesse postulatur. Canonum Niceæ habitorum decreta testãtur, quæ à totius mundi sacerdotibus sunt constituta. Hæc ille. Ecce nunc essentialia ad uniuersale Concilium, ubi uniuersalia tractari debent, quòd non secretè, sed publicè omnibus liberrima detur audientia: & si tunc concordanti sententia aliquid fuerit definitum, per spiritum sanctum censetur inspiratum, & per Christum in medio congregatorum in eius nomine præsidentem, infallibiter iudicatum. Tale fuit Nicenum Concilium, de quo legitur in gestis Calcedonensis Concilij, quòd spiritus sanctus manifestè ibi patribus consedit. Et subiungitur: spiritum sanctum ea ordinare, quæ in huiusmodi Concilijs ordinantur. Ergo qui retractat ea, spiritus sancti cassat gratiam. Sancta Synodus dixit, omnes hoc dicimus, anathema qui retractat: talia fuerunt omnia orthodoxa Concilia. Quare in conclusione octaui Concilij, cum causa cur eis obediendũ sit exprimat, dicitur: per datam nobis potestatem à sancto spiritu, à primo & magno Pontifice nostro. Et infra. Quis enim nesciat, quòd in medio sanctæ Synodi, fuerit incompræhensibilis & incircumspectus Christus & Dominus, qui dixit: ubi duo uel tres fuerint congregati. Quòd maxima sit uniuersalis Concilij potestas, patet ex eo quòd Helpidius uir spectabilis ad Concilium Calcedonense, dixit (ut in prima legitur actione) Hodie cunctorum Deus uerbum saluator uobis se ad iudicãdum tradidit, & patitur iudicantes, & honorat potestatem decreti. Quale autem sit decretum hoc, ex quo eam habent potestatem patres in Concilio, in actione prima & quinta octaui Concilij habetur, ubi dicitur: Sanctissimi uicarij senioris Romæ, & nos qui reliquarum sedium uicarij sumus, hæc omnia dissoluimus hodie gratia Iesu Christi, qui nobis dedit summi sacerdotij potestatem ligandi atque soluendi. Vnde potestas ligandi & soluendi Petro, figuram Ecclesiæ gerenti, tradita est. Hoc est decretum, ex quo iudicium Synodi, suam capit firmitatem. Et de hac auctoritate Conciliorum, Isiodorus in principo libri sui quem de Synodis collegit, eleganter scribit, ubi uideri potest.

Helpidius. Auctoritas Concilij.

Isiodorus.

Cap. IIII.

Concordantia opus esse.

VErum quia dixi quòd si ex concordantia procedit definitio, tunc ex spiritu sancto processisse creditur, quoniam ipse est auctor pacis & concordiæ: et non est humanum, uarios homines in unum congregatos, in summa libertate loquendi constituros, ex una concordantia iudicare, sed diuinum: ideò præsumi hoc omnino debet. Ita enim legitur in quinta actione octaui Concilij, ubi dum de sententia Concilij dicitur, eam asserunt patres diuina inspiratione depromptam, quia unanimitate & concordia sanctæ Synodi fuerit promulgata. Et post terminum octaui uniuersalis Constantinopolitani, Basilius Imperator ad Synodum dixit: Dicat nunc sancta & uniuersalis Synodus, si omnibus sanctissimis Episcopis cõcordantibus atq; consentientibus, præsens terminus sit depromptus: oportet enim diuina quæq;, cum uniuersorum consensu & concordantia, in Ecclesiasticis prædicari & confirmari collegijs. Sancta synodus dixit, omnes ita sapimus, omnes ita prædicamus omnes concinentes & consentientes prompte subscribimus; hoc est ueritatis

tis iudicium, hoc est iustitiæ decretum, & ibi de hoc plura. Ecce concordantiam maximè in ijs quæ fidei sunt, requiri, & quantò maior est concordantia: tantò infallibilius iudicium. Vnde (ut in Calcedonensi Concilio legitur) maior pars semper regulariter uincat, & hoc iudicium certius præsumatur. Tamen ex sententia præfata, in fidei materia non est tutum iudicium, nisi maxima fuerit multitudo sacerdotum coadunata, tunc enim iuxta sententiam sancti Cypriani, quum maior pars semper ex decreto Christi absq; errore permanebit: maioris partis sententia multum haberet præsumptionis, sic quòd si aliqua stabilitas, absq; immutatione illius sententiæ in ipsis permaneret, fortiùs esset præsumptionis iudicium. Veritas enim permanet in sæculum sæculi, & falsitas seipsam aliquamdiu conseruare nequit. Vnde licet in Synodis uniuersalibus plura necessaria sint, maximè tamen (ut præhabitum est) communis omnium sententia. Vnde Leo Papa ad Synodum Ephesinam dicit: Pie & religiosè Christianissimus Imperator habere uoluit Concilium Episcopale, ut pleniori iudicio omnis posset error aboleri. Fratres nostros Iulium Episcopum, Renatum presbyterum, & filium meum Hylarium diaconum, cumq; his Dulcitium notarium probatæ fidei misi, qui uice mea sancto conuentui uestræ fraternitatis interfint, & communi uobiscum sententia, quæ sint Domino placitura constituant, hæc ibi. Ecce cõmuni sententia etiam legatorum cum alijs, negocia sacri Concilij uniuersalis definiri debere, de quo infra. Debet etiam sacrum Concilium uniuersale, regulis sancti spiritus, iam in canone sacræ scripturæ ac præteritis Concilij apertis, dirigi, maximè in negocio fidei, quæ una & inuariabilis necessariò sicut fuit, permanebit: & scripturas rimari in dubijs, sicut in sexto uniuersali Concilio actum fuit, & alijs multis, & tunc definitio ex allegatis sumpta, absq; errore necessariò erit. Vnde si ea non seruantur, maximè libera omnium audientia, ac ubi aliqua attentarentur in Synodis, quæ obuiarent fidei Romanæ Ecclesiæ: protestatio iustè ac simul & appellatio ad futurum aliud Concilium fieri potest, ut hoc est superiùs manifestatum. Et in epistola Leonis Papæ & Synodi, quæ in Roma conuenit ad Pulcheriman Augustam; clarius hoc comprobatur, ubi dicitur: legatos Apostolicæ sedis in Ephesina Synodo, propter uim & metum de nullitate protestatos, & ab ea fide nulla iniuria separari uelle, quam à se de Petri Apostoli ad sanctam Synodum detulissent. Ex hoc etiam elici potest, fidem Romanæ Ecclesiæ, in nulla Synodo uniuersali retractari posse. Hoc uerũ de fide illius totius Ecclesiæ, per suam Synodum sui scilicet Patriarchatus dictaram; ut hoc infra aperietur.

Leo.

Cap. V.

Conciliabulorum erroris causa.

Ariminense Concilium.

HIs consideratis, si ad uaria gesta conciliabulorum animũ applicauerimus, inueniemus, quomodo neutrum in his fundamentis fuit uerè fundatum: nam aut fuerunt secreta, aut humana industria fabricata, aut coacta timore. Vnde licè dicatur Ariminense Concilium fuisse 850. Episcoporum (ut Augustino contra Fœlicianum de trinitate scribente obiectum fuit) tamen non inuenitur ritè palàm & liberè congregatum, & stabile fuisse in concluso. De hoc uerò quomodo reuersi sunt ad subscriptionem fidei Nicenę, qui in Arimino fuerunt: Liberius Papa & occidentales Episcopi ad Eustathium & Cyrillum scribunt, in epistola quæ incipit: Optabilè nobis. Vnde Ambro. de patre & filio lib. 1. cap 8. Audisti sanctæ Imperator, qui talia asserunt iure esse damnatos, non humana industria, non compositione aliqua? 18. Episcopi ad Concilium uenerũt Nicenum: sed ut in numero eorum per signum suæ passionis & nominis, Dominus Iesus suo se probaret adesse consensu, quando crux in 300. Iesus in 18. est sacerdotibus. Hoc in Ariminensi Concilio habuit prima confessio, & post Ariminense Concilium secunda correctio, epistola ad Imperatorem Constantinopolitanum missa testatur; correctionem secreta Concilia confitentur-hæc ille. Vnde Ambro. in epistola 77. contra Maxentium dicit: ea facilitate euanuisse dictata illius conciliabuli, qua dictata fuere. Et quomodo hoc factum sit ipse ibidem ponit, & quòd factione humana, & coactione Constantij, absq; liber-

Ambro.

http://www.obrascatolicas.com

tate ita dictatum & ſubſcriptum fuit, in multis ſcripturis inuenitur. Et licet Liberius Papa tunc fuit, qui (ut ſcribit Auguſt. contra Creſcentium, Arrianæ ſectæ ſe ſubſcripſit) licet reſiſteret in principio, & propter hoc in exilium miſſus eſſet (& habetur elegans diſputatio Conſtantij Imperatoris & Liberij) redijt autem de exilio victus, & conſenſit errori, ut ſcribit ſanctus Hiero. in Chronicis: tamen non reperitur Concilio illo per ſe, uel uicarios interfuiſſe. Vnde Damaſus Papa & cæteri Epiſcopi in urbe Roma congregati, dilectiſsimis fratribus in Illyrico conſtitutis: Neq; enim præiudicium fieri potuit, per numerum Arimino congregatum, quando conſtat, neq; Romanum Epiſcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neq; Vincentium, qui tot annis Epiſcopatum inuiolabiliter cuſtodiuerit, neq; alios talibus ꝑbuiſſe conſenſum: maximè dum iſti (ſicut prædiximus) qui per conuentionem declinaſſe uidebantur, denuò utentes meliori conſilio, hæc ſibi diſplicere teſtati ſunt hęc ibi. Vnde multos defectus habuit illud conciliabulum. Similiter de Epheſina ſecunda Synodo hoc idem patet, quia etſi ritè congregata fuit, per præſentiam uicariorum Leonis Papæ: tamen defecit libertas, & abſq; concordantia reclamantibus & appellantibus uicarijs Apoſtolicis, capta fuit erronea deciſio, ut in geſtis Calcedonenſis Concilij manifeſtè ſcribitur. Quoniam qui ſe ſubſcripſerunt patres, fatebãtur metu corporis hoc feciſſe, ut de hoc etiam Leo Papa ad Theodoſium Imperatorem, & Pulcheriam Auguſtam, ſcribit. Quòd etiam legati Apoſtolicæ ſedis, ac alij qui Concilio Phocij interfuerunt, non ſint potiti libertate: ex geſtis octaui Concilij uniuerſalis habetur, ſimile habetur 16. q. 6. ſane. Quòd autem particularia Concilia unius Epiſcopi uel prouinciæ, correctionem capiant ab uniuerſali, Augu. ſcribit, & habetur 2. q. 7. puta. uer. item quum Petrus. Vnde etiam de Cõcilio 86. Epiſcoporum, in quo ſanctus Cyprianus: de quo Auguſt. ad Vincentium Rogatiſtam, & lib. 2. contra Donatiſtas, poſtea per uniuerſale fuit correctum. Dicit enim Auguſt. lib. 1. cõtra Donatiſtas, uolens ſtabili fundamento ex deciſione uniuerſalis Concilij fidem probare: Iãne uidear humanis argumentis id agere, quoniam quæſtionis huius obſcuritas, prioribus Eccleſiæ temporibus ante ſchiſma Donati, magnos uiros & magna charitate præditos Epiſcopos, ita inter ſe ſalua pace compulit diſceptare atq; fluctuare: ut diù Conciliorum in ſuis quibuſq; regionibus diuerſa ſtatuta mutauerint, donec plenario totius orbis Concilio, quòd ſalubriùs ſentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur. Et idem. Quomodo particularia per plenaria, & etiam plenaria per ſubſequentia plenaria ob facti errorem corrigantur. De unico baptiſmo libro 1. Quis neſciat Concilia quæ per ſingulas regiones uel prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum auctoritate, quę fiunt ex uniuerſo orbe Chriſtiano, ſine ullis ambiguitatibus cedere ipſaq; plenaria Concilia priora à poſterioribus emendari, quando & aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat, & agnoſcitur quod latebat. hęc ille. Ex quo duo nota, quòd plenarium Concilium, eſt totius uniuerſæ Eccleſiæ, ita intelligitur ille uer. item quum Petrus: ſcilicet quòd plenarium Concilium uincit omnem auctoritatem. Similiter eſt notandum experimento rerum uniuerſale plenarium poſſe deficere. Quomodo etiam uaria talia fuerunt Concilia, quæ iudicando errarunt, apud Auguſtinum in epiſtola ad Eluſium & Glorium, & ad cæteros de Donati parte miſſa, & alijs locis inuenitur. Vnde in his omnibus eſt ſententia Ambroſij uera, quòd ſecretiora ab uniuerſalibus correctionem recipiunt, iuxta doctrinam Auguſtini de Chriſtiana doctrina, libro 2. c. 8. quòd illa quæ uniuerſaliter recipiuntur, præponidebent particularibus. Vides modò quanta uniuerſalibus Concilijs auctoritas ineſt, dum rectè celebrantur. Vnde Auguſtinus lib. 1. ſermonum cõtra Pelagianos primæ partis dicit, matris Eccleſiæ hanc eſſe auctoritatem, quòd quiſquis contra hunc inexpugnabilem murum arietat, ipſe confringitur. De hoc etiam contra Fauſtum lib. 11. ait idem Auguſtinus, & plura de hoc applicari poſſunt ſcripta, ſed hoc loco opus non eſt, ideò ad alia tendamus.

Epheſinum Conciliabulũ

Concilia particularia per uniuerſalia corriguntur. Auguſt.

Idem.

Cõcilium plenarium.

Deficere poteſt in experiendo. Auguſt. Ambro. Auguſt.

Idem.

Cap

Cap. VI.

Modus procedendi in cõciliis.

IN ſumma eſt hoc aduertendum, ſecundum quòd ex Conciliorum geſtis legitur, uniuerſalia Concilia, de conſenſu Romani Pontificis ac aliorum Patriarcharum per Imperatores ſub articulis fidei congregabantur, & in loco congregationis in medio ponebantur ſacra euangelia, lignum ſanctæ crucis, & aliæ reliquiæ. Et omnes catholici Epiſcopi ac Abbates, intromittebãtur unà cum alijs laicis, quos ipſi uicarij ſedium adducebant, aut quos ipſe Imperator loco ſui aut ſecum adeſſe uolebat. Et per actiones diſtinctas ſecundum dies res tractabantur, & per ſeſsiones expediebãtur, & in ſcriptis legebatur cuiuſq; propoſitio, in alto pulpitro. Materia uero fidei prius tractabatur, & audiebat Synodus utriuſq; partis allegationes. Vidit originalia & principia librorum, & totius allegati capituli tenorem, ne ſyncopatè allegatus ſenſus, corruptè adductus forte foret, & cuncta iſta maturè palàm & publicè, cum recognitione & librorum & allegiatonum, perficiebantur, & ſecundùm teſtimonia ſcripturarum decreuit Synodus. Poſt hæc de pace ac reductione lapſorum, compoſitione litigantium, de partium conſenſu: & ultimò iudicialiter præmiſſo partiũ in Synodis compromiſſo, de cauſis ſe intromittebat, ut reclamatio minùs locum ſibi uendicaret. Et in qualibet actione, in fine ſurrexit notarius, qui dixit laudes Imperatori per multa adiectiua, comparando ipſum aut Conſtantino, aut Martiano, extollendo mores & ſtudium religioſitatis eius. Laudes etiam quinq; Patriarchis dixit, & ſenatui & Synodo æternam memoriam. Satuta uero ſimul & ſemel in fine, & ante concluſionem publicabantur, in duabus partibus Synodi inferiori & ſuperiori, alta uoce per Epiſcopos, aut Metropolitas. Subſequebatur concluſio de omnibus geſtis concorditer, in qua cauſa conuocationis & capta ſummaria concluſio inſerebatur, una cum profeſsione fidei. Et laici & principes, nihil definitiuè dixerunt, ſed ſollicitando, & exhortando, & dirigendo interfuêre. Vltimò ſubſcriptio adijciebatur, quæ uaria quò ad ordinem inuenitur, ſicut & ſeſsionis ordo in alijs & alijs Concilijs. Poſt uicarios Patriarchalium ſedium, ſubſcripſerunt ſe in octaua Synodo, Imperatores Baſilius & Conſtantinus, deinde Epiſcopi alij, ac inſuper ſenatus profitebatur ſe acceptare Synodum, & hoc fuit per notarios annotatum. Poſt hæc de Concilijs generalibus, quæ ſæpe uniuerſalia dicuntur: uidendum, in quo deceptio multorum recentiorum aperitur.

Ordo ſubſcribentium.

Cap. VII.

Concilia prouincialia.

Localia.

Vniuerſalia.

INuenitur præterea uniuerſale Cõcilij, etiam alicuius magnæ prouinciæ, aut duarum ſæpe unitarum ſimul; uocarijut in Tolenano quodam, & certo etiam Aphricano Concilio, de quo ſupra legitur, & infra de hoc latiùs Inuenitur etiam occidentalis Eccleſiæ Concilium uniuerſale nuncupari, ut in geſtis Concilij Aquilegienſis. Sanctus Ambroſius, obijciente hæretico uniuerſale Concilium non eſſe, reſpondit: unde licet omnia Concilia præter uniuerſalis Eccleſiæ, dicantur prouincialia, ut in diſt. uer. porro etiam cum legato Apoſtolicæ ſedis celebrato, ut ibidem, & cum Patriarcha, ut in ultima actione Calcedonenſis Concilij probatur, ubi Athanaſius in Concilio Antiocheni Patriarchæ (quia ter uocatus non uenit) legitur in prouinciali Concilio depoſitus. Et omnia Concilia uocantur localia, præter uniuerſalis Eccleſiæ Concilia, de quo uide tex. 1. q. 7. conuenientibus, qui eſt ſecundi Niceni Concilij. Et dicit ſex tantùm uniuerſalia Concilia præceſsiſſe, alia localia fuiſſe. Et quamquàm gloſſa dicat, ideò illa generalia fuiſſe, quia Apoſtolicæ ſedis legati interfuerunt: tamen etiam ſi hoc argumentum ſit bonum, ſcilicet abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ Concilium uniuerſale eſſe non poſſe, non ſequitur, ubi præſidet Papa in Concilio uel eius legatus, ibi eſſe uniuerſale Concilium uniuerſalis Eccleſiæ. Sextum enim Carthaginenſe, in quo interfuerunt legati Zozomi Papæ, Fauſtinus Epiſcopus, Philippus & Aſellus presbyteri, & quòddam Arelatenſe, in quo interfuere ſecundum aliquos Thodorus Epiſcopus ex Dalmatia, & Agathon diaconus legati Silueſtri Papæ: & Concilia prouincialia dicuntur. Vnde Leo

http://www.obrascatolicas.com

Papa ad Theodosium Augustum, Concilium uniuersale intra Italiam, sicut Synodus quæ ob hanc causam Romæ conuenerat, mecum petit, clementia uestra concedat. hæc ibi. Ecce uniuersalem Synodum, per Synodum ubi Papa præsedit, ab Imperatore intra Italiam petitam, quòd est notandum. Et textus 17.c. octaui Concilij, qui infra ponitur manifestè, hoc probat: dum aliud dicat uniuersale Cõcilium, aliud in quo Papa ut Patriarcha præsedit: sæpe Concilium Patriarchale Papæ, uniuersale siue generale dicitur, ut patet in capitulo antiqua de præuil. ubi scriptio nominat generale, & textus uniuersale, licet frequentius dicatur generale quàm uniuersale. Et similiter licet Concilium uniuersalis Ecclesiæ, propriè dicatur uniuersale, & ita frequenter nominetur: tamen aliquando uocatur generale, sicut Leo Papa, in epistola quæ incipit: Omniũ de approbatione fidei Calcedonẽsis Concilij nominat illud Calcedonẽse generale. Et Grego. l. di. quia sanctitas, nominat omnia quinq; uniuersalia. De isto autem nostro generali, Constantinus Imperator ad Agathonẽ Papã scribẽs pro sexto Concilio, dicit: ut mittat de sua Ecclesia tres personas, & suo Concilio duodecim Metropolitanos. Cui Agatho rescribit, quæ iuxta defectum temporis, ac seruilis prouinciæ qualitatem, pro satisfactione obedientiæ mittit. Et nisi longus prouinciarum ambitus, in quibus humilitatis suę Concilium constitutum est, fecisset: citius cõuocasset, & misisset, uti hæc in gestis sexti uniuersalis Concilij leguntur. Ex quo habetur, Papam ut quemlibet Patriarcham, habere proprium subiectum Patriarchale Concilium, ut habetur, ibidem in prima actione in. c. quod incipit pijssimus: & sunt septentrionales & occidentales de illo Concilio, prout ibidem in sexto Concilio, prima actione habetur magis particulariter. Etenim per Agathonem & suã Synodum, scribitur sic ad Constantinum: Constantino magno Imperatori, Heracleo, & Tyberio Augustis: Agatho Episcopus, seruus seruorum Dei, cum uniuersis Synodis, subiacentibus Concilio Apostolicæ sedis. Omnium bonorũ spes ineſſe dinoscitur, dum imperiale fastigium eius, à quo se coronatum & hominibus ptæstitutum ad salubriter gubernandum, agnoscit, ueram de eo confessionem qua sola præ omnibus muneribus delectatur inquirit, fideliter & uiuaciter amplecti desiderat. Et hoc ideò præstantissimum munus est, à quo procedit omne quod bonum est, ad quem rediigitur, quod de eius maiestate perceptum est: cuius spiritu perstruente in mentis arcanis, conualescente spiritali flagrantia, piæ intentionis radij circumquaq; perlustrant, & & suauitatis odor de sacrificio cordis ascendit ad Dominum, qui tali munere complacatur: Vnde in terrestribus fœlicitatem donet, & gentes subiuget uniuersas, quas ad ueræ suæ cognitionis confessionem ascisçat: quas subiectas Christiano imperio, de potestate liberet tenebrarum, ut fœlices faciat humiliatos, quos infœliciter exaltare ad eorum deiectionem permiserat. Quia uerò pijssimè atq; fortissimè principũ Auguste, uestræ pietatis cum laude admiramur Deo dignum propositum, quomodo circa Apostolicam nostram fidem dignanimi Deo secretius satisfaciente, nõ uerbis fluentibus, nec loquacitate fallaci, sed diuina sua gratia commouẽte, omniumq; ambiguitate sublata desideratis cognoscere, quæ ueritas orthodoxæ atque Apostolicæ fidei contineat. Omnes nos exigui Ecclesiarum præsules, uestri Christiani imperij famuli, in septentrionalibus & occiduis partibus constituti, licet parui ac simplices scientia, fide tamen per Dei gratiam stabiles, pro ijs quæ per diualem sacram præcepta cognouimus, confegnante ac disponente uobiscum, conditore & dispensatore omnium Deo, exhilarati pro huiusmodi pio proposito, cum intimis cordis fletibus gratias reddere cœpimus: quòd tam laudabile, tam mirificum, tam saluberrimum, tam singulariter Deo præ omnibus sacrificijs acceptabile, trã quillitas uestra creditur opus concupisse, quòd multis quidem pietate ac iustitia præditis regibus desideratum, paucissimis tamen raroq; ad effectum Deo placitum, cum sinceritate Apostolicę fidei perduci potuisse, demonstratur. Et infra. Præterea satisfaciendum est nostro exiguo famulatui, apud sereniſsimorum dominorum nostrorum clemẽtiam, pro tarditate missarum ex Concilio nostro personarum, quos dirigi per suam augustissimam sacram, uestrum pijssimum uestigium iussit. Primum quidem, quòd numerosa

Generale.

Papa & Patriarchæ proprium habẽt Concilium. Agatho.

rosa multitudo nostrorum, usq; ad Oceani regiones extenditur, cuius itineris longinquitas, in multi temporis cursum portelatur, sperabamus de Britannia Theodorum confamulum, atq; coepiscopum nostrum magnæ insulæ Britanniæ Archiepiscopum, atq; Philippum cum alijs qui ibidem hactenus demorantur, exinde ad nostrã humilitatem coniungere, atq; ut diuersos huius Concilij Episcopos, in diuersis regionibus constitutos, ad generalitatem totius Concilij seruilis nostra suggestio aduna ret, ne si tantùm pars quòd agebatur cognosceret, partem lateret. Maximè quia in medio gentium tam Longobardorum, quàm Sclauorum, nec non Francorum, Gallorum, atq; Gothorum seu Britannorum, plurimi confamulorum nostrorum esse noscuntur, qui & de hoc curiosè fatta gere non desistunt, ut cognoscant, quòd in causa Apostolicæ fidei peragatur, qui quantùm prodesse possunt, dum in consonantia fidei nobiscum tenentur, nobisq; concorditer sentiunt: tantùm (quod absit) si quid scãdali in fidei capitulo patiantur, inueniuntur infesti & contrarij. Nos autem licet humillimi, summis uiribus enitemur, ut Christiani uestri imperij Respublica, in qua beati Petri Apostolorum principis sedes fundata est, cuius auctoritatem omnes Christianæ nobiscum regiones uenerantur & colunt, per ipsius beati Petri Apostoli reuerentiam, omnium gentium sublimissima esse monstretur. Personas autem de nostræ humilitatis ordine præuidimus dirigere, ad uestræ à Deo protegendæ fortitudinis uestigia, quę omnium nostrum, id est uniuersorum per septentrionales uel occiduas regiones Episcoporum suggestionem, in qua & Apostolicæ nostræ fidei confessionẽ præbibuimus, offerre debeant: non tanquàm de incertis contendere, sed ut certa & immutabilia compendiosa definitione proferre. hæc ibi. Ex quibus habes, quomodo generale Concilium Patriarchale subiectum Romano Pontifici, est constitutum in septentrionalibus & occidentalibus prouincijs. Aphrica etiam Patriarchatui subest Romano. 12. dist. quis nesciat: ubi enumerantur prouinciæ Ro. sedi subiectæ. Vnde Flauianus Constãtinopolitanus Patriarcha, ad Leonem Papam scribens, ait: Omnibus qui sub tua reuerentia constituti sunt, Deo amãtissimis Episcopis. De quo etiam per Leonem ad Theodosium, in epistola quæ incipit: olim ab initio. Et pro hoc facit tex. 2. q. 4. in omnibus, ubi dicit nostrorũ Episcoporum omnium. Et 43. di. iuxta, ubi dicit omnes Episcopi, qui ordinationibus Apostolicæ sedis subiacent. Et Hilarius diaconus, ad Pulcheriam Augustam in quadam epistola, tamen ut habetur in epistola Nicolai Papæ ad Michaelem Imperatorem, tunc Thessalonicensis uicem Apostolicæ sedis habuit, per Epirum ueterem, & nouum Illiricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam, Riperensem, & Mediterraneam, Misiam, Dardaniam, & Præualum: & sic maximam partem, quoniam quasi totam Europam, & Aphricæ magnam partem Patriarchatus Romanus sub se habuit. Hoc autem Conciliũ Patriarchale, habet summum prerogatiuum in eo, quòd uocatur Romana Ecclesia, ad unam Romanam sedem adunata: quoniam in ijs quę fidei sunt nunquàm errauit, neq; errabit. Legitur enim in septima actione uniuersalis octaui Concilij, quòd ea quæ sedes Apostolicæ Synodicè regulaliterq; decreuit, tantò studiosiùs oportet amplecti tantò solicitiùs obseruare, quantò satiùs noscitis quę statuta fuerunt ab ea, hæc uniuersalẽ semper tenuisse Ecclesiam: ita ut contra singulos errores in Ecclesia exortos, prior hæc sedes primatus auctoritate, sententiæ terminũ dederit. Et ita demũ uniuersalis Ecclesia, licet aliquando per aliquantum tempus in quibusdam reluctata sit: tamen demũ probata probauit, & refutata refutauit. hęc ibi. Vnde ex hoc & alijs ibidẽ habetur, Papã in Concilio suo, quę fidei sunt, unanimitate & cõcordantia coepiscoporum, definire debere: Dicitur enim ibi: decernentibus nobiscum, & similiter considerantibus sanctissimis patribus coepiscopis nostris. de quo 19. di. Anastasius. & 24. q. 1. loquitur in glo. Quòd autem istud Concilium Romana Ecclesia uocetur ex superioribus patet, & in prima actione octaui uniuersalis Concilij, ubi per legatos Papę dicit. Legat libellus, quẽ sancta Romanorũ Ecclesia exposuit, q libellus i Concilio expositus fuit, & similiter in 6. actione in. c. quod incipit. Multę quidẽ: ubi dicitur, Synodũ cũ tota Romanorum Ecclesia, Nicolaum Papã anathema pronunciasse. Ista

Romanæ sedi subiiciuntur omnes.

Papa quæ fidei sunt diffinire debet.

http://www.obrascatolicas.com

Iſta Romana Eccleſia, ſemper ſtabilis in fide permanebit, ſic quòd ei non cohærentes, extra catholicam Eccleſiam exiſtunt, ut in geſtis eiuſdem Concilij prima actione, in libello per omnes ſubſcripto continetur. Legitur enim ibidem, quòd libellus quem Nicolaus Papa in Synodo dictauit, qui incipit: prima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, deinde à conſtitutis Dei & patrum nullatenus deuiare. Et infra & non poteſt Domini noſtri ſaluatoris ſententia prætermitti, dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in ſede Apoſtolica, immaculata eſt ſemper obſeruata religio, & ſancta celebrata doctrina. Et in fine: in qua eſt integra & uera Chriſtianæ religionis ſoliditas. Ille fuit per Adrianum ad Concilium Conſtantinopolitanum 8. uniuerſale miſſus, & omnes ſe ſubſcripſerunt ſic. Sequimur autem ſanctam Synodum & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipſe Domine coangelice ſumme pōtifex Adriane ſubſcripſiſti, ante ſanctiſsimum Petri Apoſtolorum eximij corpus celebrauit ſimul & quam tu ibi ipſe nuper egiſti, & omnia quę in ijs ſtatuta ſunt, ſecundum decreti ueſtri moderationē uenerabiliter conſeruabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes qui in illis damnati ſunt. Hæc ibi. Ecce duo notanda: ſedem Apoſtolicam pro tota Synodo Romana capi, & quòd profitens Romanā ſedem errare non poſſe, intelligere uelit per ſedem totam Synodum. Secundò eſt notandū Conſtantinopolitanam ſedem, ſequi in definitis (præſertim fidei) Romanam & ut habetur per apocriſarium Apoſtolicæ ſedis, qui ſubſcriptiones & geſta Synodi, præueniendo uicarios Apoſtolicæ ſedis, cautè Romā detulit: tunc Imperator Baſilius, & Patriarcha Ignatius, pœnituerunt de illa ſubſcriptione Epiſcoporum illius ſedis Conſtantinopolitanæ, ne Apoſtolica ſedes, ex receptis ſubſcriptionibus, maioritatem ſuper ipſam Conſtātinopolitanam argueret, quoniam profeſsio cauebat, quomodo in omnibus ſequerentur Apoſtolicam ſedem. Ideò procurauit Imperator ut per cuſtodes deputatos per eum, uicarijs Apoſtolicæ ſedis caperētur clàm illę ſubſcriptiones, quod factum fuit, ſed poſt hoc ex inductione uicariorum reſtitutæ fuerunt. Et fatebatur Imperator, Apoſtolicam ſedem magiſtram eſſe in fide, etne periculum interueniret perdendi, apocriſarius (ut prædicitur) ſecretè Romam eas cum geſtis detulit, ſequentibus uicarijs qui ſpoliati fuerunt in uia. Similiter & in ſexta Synodo, in prima actione, & alijs multis locis, probatur ſtabilitas fidei Romanæ Eccleſię. Exiſtis habes duo quę menti tenenda ſunt, ſcilicet: quòd Concilium uniuerſale, uel generale Patriarchale, ſubeſt & ſubiectum eſt Romano Pontifici, & hoc in ſubſcriptione legatorum Papæ, & ſui Concilij, in 6. & 8. Concilijs depræhenditur, quia legati Concilij ſequuntur facit. uer. huic etiam uer. illud 17. diſt. Et ſicut ipſe habet principatum in fide, & eſt iudex fidei (ut ſuperius habetur) ita hoc ſuum Concilium habet principatum, inter omnia Patriarchalia Concilia in fide. Vnde ex hoc ſecundò habes, iudicium fidei quod per Papam & hoc Concilium fit, eſſe tutiſsimum inter omnia particularium congregationum iudicia: licet infallibiliùs ſit & tutiùs, iudicium uniuerſalis Concilij totius Eccleſiæ. Dicit enim Imperator Martianus (ut legitur in prima actione Concilij Calcedonenſis) cogitantes non eſſe tutum abſq; Synodo, & ubicq; ſanctarum ſcripturarum præſulibus quæſtionem de fide renouare. Hodie autē (proh dolor) catholicæ uniuerſalis Eccleſiæ, & parochialis Romanæ ſedis, unum eſt Concilium, cum tota Eccleſia ređacta ſit ad illum tantum Patriarchatū. Quare ſicut ſemper ſtetit iudicium Eccleſiæ Romanæ (modo prędicto captæ) in uera fide, ita nūc amplius ſtabit infallibiliùs ſentētia Chriſti, quoniam portę inferorum aduerſus eam nunquàm prævalebunt. Et hæc eſt altera radix noſtri propoſiti. Romanus autē Pontifex, ad urbem Patriarchale Concilium frequenter ſolitus fuit conuocare, ſæpe etiā extra. Nam extra urbem celebratum fuit tempore Conſtantini, ſecundum Arelatenſe, in quo Apoſtolicæ ſedis, Silueſtricq; Papæ legati, Claudianus & habitus presbyteri, Eugenius & Quinatus diaconi, & de omnibus tam Africæ, Mauritanię, Ciciliæ, Italię, Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, quàm aliarum omnium prouinciarum ſub Patriarchatu Romano legati interfuiſſe leguntur. Habetur enim Synodum ſeu Concilium

Sedes proto ta Synodo.

Concilium uniuerſale Patriarchale ſubiectum eſt pōti. Ro. Iudicium fidei per Papam tutiſſimum.

um Romanæ Eccleſiæ eſſe, ad quod de prouincijs legati iuxta ipſius Papæ mandata conuenerunt, uti hæc in geſtis ui Synodi colligi poſſunt. Vnde ut ibidem colligitur, tunc ſupraſcriptiones aliorum in Concilio exiſtentium, Patriarchali annectebant, per hunc modū: primò enim ſubſcripſit Agatho ſic. Agatho Epiſcopus ſanctæ Dei catholicæ atq; Apoſtolicæ Eccleſiæ uerbis Romæ, huic ſuggeſtioni cum generalitate totius Apoſtolicæ ſedis Concilij, pro rectitudine Apoſtolicæ confeſsionis factę, ſicut ſuperius continetur, conſenſi atq; ſubſcripſi. Et ſequitur. Andreas gratia Dei Epiſcopus ſanctæ Oſtienſis Eccleſiæ, in hanc ſuggeſtionem quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi. Et ita præcisè Vuilfredus Epiſcopus Ebroicę, legatus uenerabilis Synodi per Britanniam ſubſcripſit. Vnde ut ibidem legitur. Felix Arelatenſis, & Taurinus diaconus Colonenſis, adiuncti fuerūt Adeodato pro tota Gallia, qui ſe omnes ſubſcripſerunt. Ex quo habes modum congregationis, & deinde ſubſcriptionis, & quomodo ex unanimo conſenſu prodire debet iudicium, quod eſt ſingulariter notandum.

Subſcriptiones.

Cap. VIII.

ET ut aliam nō paruam difficultatem (ſemper ſub correctione) euacuem, quæ habet dubium hoc: an ſtatuta quæ in uniuerſalibus, & alijs omnibus Cōcilijs ubi Papa per ſe uel legatum præeſt, per ipſum Papam auctoritatiuè conſilio Concilij concurrente fiant, an concordanter per Concilium. Ideò oportet aliâs ſubſcriptiones extra fidei materiam inquirere, de qua loquitur præcedens definitio Agathonis; ut ſic ex illis & alijs fundamenta eliciamus. Et primo in omnibus uniuerſalibus uniuerſalis Eccleſiæ Concilijs, inuenio legatos Papę, abſq; differentia pariformiter alijs ſe ſubſcripſiſſe. Vnde unuſquiſq; Epiſcopus uel dicit annuens, uel conſentiens, uel ſtatuens, uel definiens, ſubſcripſi. Ita pariformiter Apoſtolicæ ſedis legati Papæ, quia in octo uniuerſalibus Concilijs, non inuenio Papam per ſe interfuiſſe. Vnde ut ſciatur hoc dubium, non habere pauca ex geſtis Calcedonenſis Concilij, de depoſitione Dioſcori apponam. Poſtquàm enim Dioſcorus tertiò monitus noluit comparare, tunc Paſcaſius legatus Leonis Papæ, ad Synodum dixit: Volumus ediſcere à ueſtra ſanctitate, qua pœna dignus ſit, Sacta Synodus dixit, quæ placita ſunt canonibus fiant, Paſcaſius dixit: iubet reuerentia ueſtra ut ultione canonica contra eum utamur, conſentitis an aliud placet? Sancta Synodus dixit: etiam conſentimus, nullus diſſentit, totius Synodi uoluntas eſt una. Iulianus Epiſcopus Hipponenſis, dixit ad legatos Leonis: petimus ueſtram ſanctitatem in eo quòd magis inter cæteros eminetis, habentes locum ſanctiſsimi Papæ Leonis, iuſtam in contumacem promulgare uindictam, ac regulis inſitam contra eum ferre ſententiam, omnes enim nos & ſancta Synodus concors efficitur, ueſtræ ſententiæ ſanctitatis. Paſcaſius dixit, quod placet beatitudini ueſtrę unanimiter proferatur. Maximus Antiochenus Epiſcopus dixit: quòd uidetur ſanctitati ueſtræ cenſendum, in hoc concordes efficiemur ſimul. Poſt hoc legati Apoſtolici pronunciarunt ſententiā, quia Leo Papa depoſuiſſet Dioſcorum, & eum damnaſſet, & ſubiunxerunt: ſancta hæc Synodus, quæ placent canonicis regulis ſuper memorato Dioſcoro decernere, non moretur. Anatholius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, & quiſque de Concilio ſententiam dedit dicendo, eum alienum iudico, omnis ſacerdotalis ſiue Epiſcopalis miniſterij. Ecce quòd legati Apoſtolici in Concilio, quia primo loco exiſtunt, priùs proferūt ſententiam, ſi Synodus iubet, & per illos omnes ſecundum ordinem, & ex unitate uoluntatis & concordia dependet ſententiæ uigor. Vides etiam quòd ſententia ſedis Apoſtolicæ depoſitionis Dioſcori, iuxta canonicas regulas, in uniuerſali Synodo fuit iterum examinata: quod obſequentia infra, menti tenendum exiſtit. Habes formā uniuerſalium Conciliorum: pariformiter in alijs Romanorum Pontificum Concilijs, ſubſcriptiones factas reperio. Ita enim in Concilio Martini Papæ, quod præceſſit ſextam uniuerſalem Synodum, reperio Martinum ſic ſcripſiſſe. Martinus ſanctę catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus urbis Romæ, huic definitioni confirmationis orthodoxæ fidei, & damnatione Sergij Conſtantinopolitani, Pyrrhi, & Pauli

Dubium.

Legati Papæ primi ſententiam rogātur. Sententia ſedis Apoſtolicæ examinatur iterum.

http://www.obrascatolicas.com

Pauli ſtatuens ſubſcripſi. Et ſic Maximus ſanctæ Aquilegienſis Eccleſiæ præciſè cõ firmando, damnando & ſtatuendo, una cum 103. Epiſcopis ſe ſubſcripſit, quiſq; in eadem forma. Sic reperio in Concilio, cui Gregorius Papa iunior, tempore Leonis et Conſtantini iunioris Imperatoris Romæ præſedit, ſubſcriptiones factas. Gregorius ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ urbis Romæ Epiſcopus, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Agnellus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ferentinenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Et ſimiliter ſubſcripſerunt Epiſcopi numero 21. presbyteri 14. & diaconi 4. Similiter in Synodo Symmachi legitur. Nam tempore Theodorici regis, 218. Epiſcopi in Concilio, Symmacho præſidente in ſexta actione leguntur dixiſſe: ſanctorum patrum ſtatuta firmantes, expreſsis ſententiis ſancimus. Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit, quòd ſi aliqui hæc trãſgreſsi fuerint, & talia præſumpſerint, quòd ſuper his nobis uidetur pari adunatione manifeſtare. Quumq; ſurrexiſſent, & paulò poſt iterum conſediſſent, dixerunt: Si qs hęc hodie in hac ſancta Synodo prohibita, infringere præſumpſerit, ſi clericus eſt grãdu proprio careat: ſi monachus uel laicus, communione priuetur. Et infra: dum reſe diſſent, facto ſilẽtio uniuerſa Synodus dixit: quiſquis clericorum aut monachorum uel laicorum, tam maioris ordinis quàm inferioris, poſt hanc formam à nobis prolatam his decretis contraire præſumpſerit, ſtatutis canonis uelut ſchiſmaticus propellatur. Et ſubſcripſerunt ſic: Celius Symmachus Epiſcopus ſanctę catholicę Eccleſię urbis Romę, huic conſtituto à nobis inſpirante Domino peracto ſubſcripſi. Laurentius Epiſcopus ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, huic conſtituto à nobis inſpirante Domino peracto ſcripſi. Eulalius Epiſcopus Syracuſanæ, ſimiliter omnes ſubſcripſerunt. Et in ſexta actione dicit Symmachus Papa, quomodo quædam ſtatuta renouanda ſunt, & quędam corrigenda, ſubiungens modò: quia Deus preſentiam ueſtrã uotiuam mihi conceſsit, neceſſe eſt rem fieri firmam, quam credo Eccleſiaſticis facultatibus conuenire. Et ſubſcripſit, Celius Symmachus & reliqua. His conſtitutis Synodalibus à nobis prolatis & confirmatis, ſubſcripſi, & pariformiter omnes ſubſcripſerunt. Similiter reperio, in Concilio Papiæ celebrato per Bonifacium Papam contra clericos concubinarios, ſubſcriptiones factas. Ecce quia omnis ſubſcriptio conſenſit, oſtendit & firmitatem. Ita legitur in ſexto Concilio Aphricani Concilij ubi Gennadius dixit. Quę ab omnibus ſunt dicta, propria debemus ſubſcriptione roborare, & ad uniuerſis Epiſcopis dictum eſt: fiat, fiat, ut etiam uicarij ſenioris Romæ in concluſione octaui uniuerſalis Concilij, dixerunt. Quoniam prouidentia Dei, in proſperum finem omnia deuenerunt negocia Eccleſiæ, oportet nos in ſcriptis manu propria hæc roborare, ſecundùm ſynodicam conſequentiam, ut hæc circa finem geſtorum leguntur eiuſdem Concilij. Ideò ad firmitatem & conſenſum manifeſtandũ, & ad omnia roboranda quæ actitabantur, Epiſcoporum ſubſcriptiones, ſecundùm Synodicam conſequentiam, annectebantur in fine. Ita reperitur in Toletano Concilio quodam. His uerò omnibus finem & robur ſubſcriptione noſtra facientes. Et ſequitur: Ego Eugenius Toletanæ Eccleſiæ, prouinciæ Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſcopus Metropolitanus, his cõmunibus decretis annuẽs ſubſcripſi, ſimiliter & alij Epiſcopi ſubſcripſerũt. Ita in alio in quo fuit Iſiodorus dicitur: Omnia propria ſubſcriptione ut permaneant roboramus: & hoc inuenitur in fine omnium Conciliorum. Ex qua re ſequitur iuxta ſubſcriptiones prætactas, uigorem ſtatutorum canonum in Concilio, non ex Papa nec capite Concilij: ſed ex unico concordanti ſenſu, uigorem habere. Talia enim ſtatuta catholicæ Eccleſię communi conſenſu edita, Nicena Synodus redeuntes de hæreſi, uoluit profiteri debere, & de alijs non loquitur. 1. q. 7. ſi qui uoluerint. Et ſi aliquando reperitur, Papam de Conſilio Concilij hoc ſtatuiſſe (quod tamen nunquàm legitur in antiquis Concilijs) hoc tamen de Concilio affirmatiuo, & per quod conſenſus habebatur intelligendum eſt. Nam nulli dubium, quin prouinciale Concilium ſtatuere non poſſet ea, quæ ad totam prouinciam ſpectant, ſine capite ſcilicet Archiepiſcopo, qui iudex eſt prouinciæ, ut notatur per Archi 17. diſt. generabilia 9. q. 3. cap. 1. Et 2. niſi non uellet uel non poſſet, puta quia mortuus

tuus inter eſſe, ut notatur 18. diſt. placuit. Tamen ſtatuta quæ ipſis Concilijs prouincialibus dictata inueniuntur, non ea propter aſcribuntur Metropolitano, de conſenſu Concilij: ſed uarijs peritis, qui in Concilio fuerunt auctores canonum, ut hæc per ordinem habentur: 16. diſt. ſexta. uer. annotatio. Nec propter auctoritatem dictantium fuerunt canones, ſed quia aliorum conſilium concurrebat, & ſimiliter conſenſus, qui ex ſubſcriptione conuincitur.

Cap. IX.

ESt ſuperiùs manifeſtum, quòd Synodalis auctoritas ex poteſtate ligandi & ſoluendi Eccleſiæ, & ſacerdotio à Chriſto tradita, robur accipit, cum eo qꝰ in medio congregatorum propter nomen Chriſti, Chriſtus indubiẽ eſt, & cõgregatis in unum, ſpiritus Domini inſpirat. Eſt ſecundùm hoc in Nicena Synodo definitum, quòd quæ ſunt per unamquamq; prouinciam, Synodus prouincię habet diſpenſare 9. q. 2. Epiſcopi 3. q. 6. neminem. uer. illa. Et gubernare & adminiſtrare habet omnia, ex eadem definitione Niceni Concilij 9. q. 2. non inuitati. Et omnia exorta intra prouinciam, à conprouincialibus audiri debent & terminari, ut in allegato. uer. illa. Ex quo patet quòd quia Concilium ex conſenſu conſtituitur, quoniã ubi diſſenſio, ibi non eſt Concilium 15. di. canones. uer. Synodus: tunc non poteſt radicalius fundamentum inueſtigari, quàm concordantia. Eccleſiaſtici enim canones, non poſſunt niſi per Eccleſiaſticam congregationem (quæ Synodus uel cœtus dicitur) ſtatui. Et ideò niſi (quicunq; ille fuerit aut Papa, aut Patriarcha) decreta ſecundũ canones Eccleſiaſticos promulgauerit, non poſſunt illa ſtatuta, canones ſiue Eccleſiaſtica ſtatuta uocari, & nihil habent firmitatis, cuiuſcunq; particularis ſtatuta, niſi inquantum per acceptationem & uſum ſeu conſenſum confirmentur, ſeu canonib. conſentiant. Vnde textus Leonis Papæ, de epiſtolis ſuorum prædeceſſorum, & 19. diſt. ſi Romanorum, & Damaſi Papę 25. q. 1. omnium: loquuntur de decretalibus & epiſtolis, de canonum diſciplinis promulgatis. Non uolo negare, quin ex uirtute & poteſtate diuina, ac etiam præcepto quo obediendum eſt præpoſitis, & quo ſubiecti eſſe debemus Regibus, ſuperiores ſtatuẽdi & ordinandi, ſecundum commiſſam curã habeant poteſtatem: ſed dico, quòd ſtatutorum obligatorialis uirtus, cum hoc requirit conſenſum per uſum & acceptionem. Statuta enim Aphricana non ligaſſent Gallos, niſi Carolus ab Adriano Papa in duobus breuiarijs recepta, ea ad Galliam detuliſſet, & ſic Gallia acceptaſſet. Vnde in Concilio Toletano, 267. Chriſti anno celebrato, conuerſis omnibus de Arriana hæreſi ad fidem, dicit Synodus: Conſtitutionibus uerò ſactorum Conciliorum, Niceni, Ephæſini, Conſtantinopolitani, & Calcedonenſis, quas gratiſsima aure audiuimus, & conſenſione noſtra uera approbauimus, de toto corde & anima ſubſcripſimus. Ecce dicit Synodus, conſenſione noſtra. Et in alio Concilio Toletano: Hoc nobis placet, ut ſi quis cognitis geſtis Niceni Concilij, aliud quàm ſtatutum eſt facere præſumpſerit, & non in eo perſeuerandum putauerit: tunc excommunicatus habeatur, niſi per correctionem fratrum ſe emendauerit. Et frequenter inuenitur in omnibus Concilijs, confirmatio canonum præteritorum Conciliorum, per uſam innouationis, ut de conſenſu & acceptatione appareat, ut ſi forte abrogatio per non uſum introducta fuiſſet ſic tolleretur.

Quæ decreta canones dicãtur.

Cap. X.

ESt & illud manifeſtum, ſi cuiuslibet prouinciæ diſpoſitio, ad eius Synodum in omnibus ſpectat, quòd tunc nulla conſtitutio, niſi approbata per Synodũ ligat. Omnis enim lex debet patriæ, loco & tempori conuenire 4. di. erit autem 29. diſt. per totũ. Et hæc examinare habet Synodus prouinciæ. Loquor de poſitiuis humanis conſtitutionibus. Oportet eñ quòd omnia talia quæ ligare debent, contineantur in auctoritatibus ſacratum ſcripturarum, ſtatutis Epiſcoporũ in Con-

Quæ ſtatuta ligent.

http://www.obrascatolicas.com

Conciliȝs editis, aut conſuetudine uniuerſalis Eccleſiæ, alia omnia reſecari debent, 12.di.omnis, & eſt textus Auguſtini. Ecce quòd excludit omnia alia. Quare uigor particularium ſtatutorum, quòad hoc ſubditi per ea ligentur, requirit uſum & acceptationem. Vnde uſu leges firmantur, & utentium moribus approbantur. 4.diſt. leges. Et hoc etiam uerum, in ſtatutis Romani Põtificis, quæ per non uſum, uigorem perdunt, ut ibidem probatur in.c. ſtatuimus. et.c. deniq;. Vnde eſt ſciendum, quòd cõ

Conſtitutio.

ſtitutiones quaſi ſimul ſtationes, de ſen. ex. inter alia: licet aliter dicat Hoſti. in ſum. de conſti. paragh̃. unde dicatur. Et proprie ſunt canones, qui ab omnibus ſeruari debent, ut in c.1. de conſti. In ueteribus omibus libris, ſolùm nominantur illi canones, qui per Synodos conſtituti ſunt. Quoniam licet Metropolitanus habeat curam & ſollicitudinem prouinciæ. 9.q.3. per ſingulas: tamen ſtatuta generalia, totam prouinciam reſpicientia edere nequit, ſed oportet quòd conſtituit, id eſt cum alijs ſuffraganeis ſtatuat: quoniam de hac concordia gaudet altiſsimus, & gloriatur in membris ſuis. 9.q.3. Archiepiſcopus, ut uno ore concorditer glorificetur trinitas in Eccleſia. e. cã. et. q.c. nullus. Primàs ibi enim eſt Deus, ubi ſimplex ſine prauitate conſenſus, ut dicit Hormiſda Papa, in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpanię.

Cap. XI.

Primas Concilij Deus. Ro. Pon. poteſtas.

ET licet Apoſtolicis ſalutaribus monitis ſit obedientum 12.di. Apoſtolicis: & licet etiam ſit fatendum, Romanum Pontificem poteſtatem ſtatuendi habere à Deo, ut notat gloſſa de elec. generali in 6. & quòd hanc poteſtatem nemo ab eo tollere poteſt, ut notatur. 2.di.c.2. per archi. & anto. de but. de transla. c. 1. quod tamen limitatè intelligendum eſt, ſecundum ea quæ in fine huius partis ſecũdæ dicuntur: tamen ad hoc quòd ſtatutum eius liget, non ſufficit quòd ſit publicè promulgatum, ſed oportet quòd acceptetur, & per uſum approbetur ſecundum ſuperiora, & ea quæ norantur de conſti. ſuper rubrica, ubi dicitur per doct. quòd ad ualiditatem ſtatuti tria ſunt neceſſaria: poteſtas in ſtatuente, approbatio ſtatuti per uſum,

Statuto ut liget tria neceſſaria.

& eiuſdem publicatio. Vnde uidemus innumera Apoſtolica ſtatuta, etiam à principio poſtquàm edita fuêre, non fuiſſe acceptata. In quibus omnibus regula eſt, quæ habetur. 4.diſt. paragh̃. hęc etſi legibus ſint, quia communi uſu approbata nõ ſunt, ſe non obſeruantes tranſgreſsionis reos non arguunt: alioqui his non obedientes, proprio priuarentur honore. Tales enim leges ſiue ſtatuta, nullus dicitur contemnere uel tranſgredi, quia nondum efficax lex eſt. Verũ ſi lex foret & acceptata, qui eam non ſeruat, ex eo quia uoluntas eius eſt non ſubijci rationi legis, tunc eſt tranſgreſſor ex contemptu: ſecus ſi ductus ira uel concupiſcentia, ut notabiliter dicit Archi. 81.diſt.c. quicunq;. Ex quo habetur, quòd rectè illa ſunt canonica ſtatuta, quæ ſunt Synodicè conſtituta: quoniam Synodus repræſentat ſecũdum ſuam qualitatem, aut prouinciam, aut regnum. aut uniuerſalem Eccleſiam. Quicquid enim Synodicè ſic conſtituitur, ſecum apportat & acceptationem & confirmationem, licet robur in uſu uigeat. Quare omnia illa iura, quæ loquuntur de ſtatutis Apoſtolicæ ſedis, 19.diſt p̃ſertim.c. nulli fas. puto intelligi debere, de ſtatutis ſynodicis ipſius ſedis, ut ibi texdicere uidetur, aut ſaltem de ipſa ſede, quę non capitur pro Papa tantùm, ſed pro Cardinalibus etiam hodie legatione totius Romanæ Eccleſiæ, & etiam uniuerſalis fungentibus. Cuius quidem ſedis Papa os dicitur, quoniam per Papam ipſa ſedes loquitur. Et ideò Apoſtolicæ epiſtolæ uocantur, illæ Romanorum Pontificum epiſtolæ,

Epiſtolæ Apoſtolicæ.

quæ uigorem ſtatutorum habent, quoniam per conſenſum Synodi quandam Metropolitanorum concurrentium, annuè ad ſedem Papa eaſdem dictauit. Vnde in ſynodo Toletana, anno Chriſti 627. tempore Recaredi regis, ex omnium Epiſcoporum Hiſpaniæ & Galliæ collecta, in primo capitulo ſtatutorum prę̃miſsis capitulis fidei orthodoxæ (quoniam de Arriana hæreſi, reuertebantur omnes ad catholicam fidẽ) ita legitur:. At nunc pace Chriſti Eccleſia, Chriſti miſericordia reparata, omne quod priſcorum canonum auctoritas prohibet, ſit reſurgente diſciplina inhibitum, & agatur omne quòd præcepit. Permaneant in ſuo uigore Conciliorum omnium inſtituta, ſimul & Synodicæ ſanctorum præſulum Romanorum epiſtolæ. Ac in alio Concilio Toletano, tempore Syſeuandi regis celebrato, c.17. dicit. Apocalypſis librũ, multorum Conciliorum auctoritas, & Synodica ſanctorum Romanorum præſulum decreta, Ioannis Euangeliſtæ eſſe deſcribitur, & inter diuinos libros conſtituẽdum decreuerunt. Ecce quòd Synodicæ epiſtolæ decreta dicuntur. Et ex hoc habetur, approbationem librorum, quæ Gelaſio Papæ aſcribitur, fuiſſe Synodicam: ut hoc in Burcardo in tertio libro habetur, ubi dicitur: 70. Epiſcopos in Concilio illo fuiſſe. Et etiam illi textus Nicolai Papæ, Gelaſij, & aliorum qui dicunt ſub excommunicatione decreta per Romanorum Pontificem promulgata, pro correctione morum Eccleſiæ & diſplicina, intelligi debent, ſecundum Hicmarum ſubtiliſimum Archiepiſcopum Remenſem: cuius laudes idem Nicolaus Papa 11.q.3. excellentiſsimus, extollit de promulgatis. i. quæ Papa uulgò promit de diſciplinis ſacrorum canonum, uel ipſius Synodici Apoſtolici, quæ ſedes Apoſtolica ſæpe dicitur, cuius ipſe os eſt. Sic intelligo 19.diſt. Sol cum ſimilibus. de quo etiam infra in quodam loco dicetur.

Epiſtolæ Synodicæ.

Hicmarus.

Dicit enim Damaſus Papa (in epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum Concilij Mauritanię, & uniuerſis Epiſcopis Aphricanæ prouincię, in epiſtola quæ incipit: Lectis fraternitatis ueſtræ literis) ſuper Eccleſiã uniuerſalẽ Papã habere Epiſcopale miniſterium, & Romanam Eccleſiam uerticem Eccleſiarum, & quòd uice Petri legatione pro Chriſto utitur, quiſq; Romanus Pontifex. Et quòd in Metropolitano Concilio, de omni concordia cauſæ tractari debent omnium, ſed definire ſummas querelas cauſarum, uel damnare Epiſcopos, abſq; Apoſtolicæ ſedis auctoritate, minimè licet: quam omnes approbare ſi neceſſe fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nam Synodum ſine eius auctoritate fieri, non eſt catholicum: nec Epiſcopus niſi in Synodo, legitima & ſuo tempore, Apoſtolica auctoritate congregata, definitè damnari poteſt: nec nulla unquàm Concilia rata leguntur, quæ non ſunt fulta Apoſtolica auctoritate. hæc ille. Et talia & conſimilia per multos Romanos Pontifices habentur.

Damaſus. Papa ſuper totam Eccleſiam Epiſcopale habet miniſterium.

Et quia poteſtas & ſi de Papa tantùm intelligi deberet, tunc oportet quòd intelligatur iuxta præmiſſa, ſcilicet de ſtatutis acceptatis, uſu roboratis, & tunc redit in idẽ, ac ſi Synodica foret conſtitutio. Ritus enim uniuerſalis Eccleſiæ, ſtatutis Epiſcoporum in Concilio æquiparatur 12.diſt omnis.

Cap. XII.

QVantùm hoc ueritati innitatur, ſcilicet quòd uigor legis ex concordantia ſubiectionali, eorum qui per eam ligantur ſubſiſtat, facilè quiſq; apprædit, qui uires conſuetudinis ex uſu tantùm introductæ aduertit: de cuius efficacia, 12.diſt. per totum, & præſertim in.c. Eccleſiaſticarum habetur. Vnde ueneramur introducta per conſuetudinem, etiam ubi ignoratur, an cuiuſquàm principis condendæ legis poteſtatem habentis conſenſus interuenit, ac etiam ſi uis conſuetudinis etiam à tacito permiſſiuo conſenſu ſuperioris partim dependeret, ſicut in multis legitimè præſcriptis conſuetudinibus particularibus, contrà generales etiam præceptiuas humanas leges, dici non oportet: tamẽ adhuc principium uigoris ortum ab uſu, nullo præcedente conſenſu, imò in poteſtate etiam Patriarcharum, uidemus ſacrum Nicenum Concilium ex moribus arguiſſe. 65.diſt. mos eſt. et.c quoniam mos. dicens, parilis mos eſt Eccleſiæ Romanæ, ſcilicet ſicut Romanus Pontifex habet omnium ſuorum Epiſcoporum poteſtatem; ita & Alexandrinus, ex more habeat per Aegyptum. Conſuetudo enim attendi in Patriarcharum poteſtate iubetur 9.q.3. conqueſtus. Et uidemus quantùm Romanus Pontifex, ultra ſacras antiquas obſeruationes, ex uſu & conſuetudine ſubiectionalis obedientiæ, hodie acquiſiuit. Habetur breuiter ex præſcriptis una concluſio intenti, ex practica ſubſcriptionum, ac etiam rationabiliter probata, ſcilicet in Conciliȝs, Romanũ Pontificem in condendis ſtatutis generalibus, eam non habere poteſtatem, quã quidam adulatores eidem contribuunt, ſcilicet quòd ipſe tantũm ſtatuere habeat, alijs conſulentibus. Non nego tamen Papam ad conſultationem reſpondere, ſuadere, &

Conſenſus et uſus canoni & legi uires parit.

Papa non ſolus ſtatuere poteſt.

http://www.obrascatolicas.com

ſcribere ſemper potuiſſe: ſed dico de ſtatutis quæ uim canonum habent, & decretis, quæ ligant uniuerſaliter in Eccleſia. An etiam hodie ex longa conſuetudine introducta, Papa ſolus uniuerſaliter ſtatuere poſsit, pro tunc non examino; tamen dico, etiam ſi hoc poſſet, non eſt contra propoſitum noſtrum, in quo ſolùm ad hoc tẽdimus quòd canonum ſtatuendorum auctoritas, non ſolum dependet à Papa, ſed à communi conſenſu. Et contra hanc concluſionem, nulla præſcriptio uel conſuetudo ualere poteſt, ſicut nec contra ius diuinum & naturale, à quo iſta concluſio dependet. Sed quòd non diſtat præſidentia Romani Pontificis, quò ad hunc effectum in generali uel uniuerſali Concilio, à præſidentia Metropolitani in prouinciali, imò in uniuerſali Concilio totius uniuerſalis catholicæ Eccleſiæ: hæc præſidentia minor eſt, quò ad auctoritatem agendorum, quàm in Patriarchali; in Patriarchali uerò Metropolitano in prouinciali, rectè comparatur & æquiparatur iuxta præhabita. Quare apud antiquos, frequenter Romanus Pontifex Archiepiſcopus nominatur. In uniuerſali autem uniuerſalis Eccleſiæ, præſidentia Romana Pontifici non tantùm attribuitur, ſicut eidem in Patriarchali aut Metropolitano in prouinciali, ſecundùm ea quæ infrà dicentur.

Cap. XIII.

Argumenta quòd apud Papam ſit plenitudo poteſtatis.

VIdebitur fortaſſe aliquibus nouum iſtud, qui legerunt ſcripta Romanorum Pontificum, quomodo plenitudo poteſtatis ſit apud Romanum Pontificem, & quòd alij omnes uocati ſint in partem ſollicitudinis de uſu pal. ad honorem ad quòd Gelaſius, Siluester, & Nicolaus, ac Symmachus, & alij Romani Pontifices dicũt: quomodo Papa de omnibus Eccleſijs iudicet, & de eo nullus. Et quum poteſtas Papæ ſit diuina, à Deo ipſi tradita, per uerba: quodcunq; ligaueris: ut notat Fr. 3 de conſti. cũ omnis. Et ea propter ut uicarius Chriſti, præſidet Eccleſiæ uniuerſali, de transla. ca. 1. & 2. Et quum ipſe ſummam illam habeat poteſtatem & etiam reperiatur ſubditos quorumcunq; Epiſcoporum, abſq; negligentia Epiſcopi proprij, & iudicaſſe & abſoluiſſe, & ad eum ſine medio appelletur: poteſtas ſtatuendi dependens à poteſtate iuriſdictionis, ut no. archi. in præfato. c. cũ omnis: tunc abſurdum eſt dicere, quòd adhuc aliquid plus ad uigorem cuiuſcunq; ſtatu requiratur, quàm eius uoluntas, quod enim placet principi, legis habet uigorem. Inſuper non habet dubium, dictum doct. in. c. quum acceſsiſſent: & etiam in c. quum omnes, de conſti. rectorem cuiuslibet uniuerſitatis exercitium iuriſdictionis habere, remanente etiam ipſa iuriſdictione in habitu apud uniuerſitatem. Sed Papam eſſe rectorem nauiculæ ſancti Petri, & uniuerſalis Eccleſiæ, nemo etiam dubitat. Quare uigor conſtitutionum ab eo dependet, quum ſine rectore uniuerſitatis ſtatuere nequeat. Talia & ſimilia poſſent per allegationes longas adduci, ſed breuiter tangendo, quia cuncta ad iſta fundamenta reducuntur quæ contradici poſſunt, & maximè ex iſtis Gelaſius Papa, & ex geſtis in epiſtola ad uniuerſos Epiſcopos per Dardaniam concludit, quòd Apoſtolica ſedes ſine ulla Synodo more maiorum abſoluit, in què à Synodo damnatos, & ſimiliter ſine Synodo habuit quos oportuit damnandi poteſtatẽ, tamen antequàm procederet, de damnatione loquebatur Acatij hæretici, & fundat ſe Papa in damnatione generalis Synodi, quæ hæreſim damnauit: in quam Acatius incidit, ac ſi Papa fateretur, Acatium à ſede Apoſtolica abſq; Synodo non fuiſſe dãnatum, niſi in ſententiam, damnationis Synodi hæreſim, in quam incidit, damnantis incidiſſet: ac ſi Apoſtolica ſedes exequuuta fuiſſet priùs latam ſententiam 24. q. 1. Acatius cum duobus. c ſequentibus. Sed pro iueſtigando ueritatem illius, an ſcilicet de iure poſitiuo omnes prælati inferiores Papa, diriuatiue ſcilicet ab ipſo Papa iuriſdictonem habeant, ut notant doct. in c. quæ ab Eccleſiarum præſertim Dominus Fr. 3. oportet primò ſi hoc uerum foret, Petrũ aliquid à Chriſto ſingularitatis recepiſſe, & Papam in hoc ſucceſſorem eſſe. Sed ſcimus, quòd Petrus nihil plus poteſtatis à Chriſto recepit alijs Apoſtolis 21. diſt. in nouo 24. q. 1. loquitur. Nihil enim dictum eſt ad Petrum, quòd etiam alijs dictum non ſit. Nonné ſicut Petro dictum eſt

Gelaſius.

Vtrum iuriſdictio omnis à Papa.

quòd

quodcunq; ligaueris ſuper terram, ita alijs quemcunq; ligaueritis? Et quanquàm Petro dictum eſt, tu es Petrus, & ſuper hanc petram: tamen per petram, Chriſtum quem confeſſus eſt intelligimus. Et ſi Petrus per petram tanquàm lapis fundamenti Eccleſiæ intelligi deberet: tunc ſecundum ſanctum Hieronymum, ita ſimiliter alij Apoſtoli fuerunt lapides fundamenti Eccleſiæ, de quibus habetur Apocalipſis penultimo, ubi per 12. lapides fundamenti ciuitatis Hieruſalem ſanctæ Eccleſiæ, nemo dubitat Apoſtolos intelligi debere. Et ſi Petro dictum eſt, paſce oues: tamen manifeſtum eſt, quòd illa paſcentia eſt uerbo & exemplo. Ita etiam ſecundum ſanctum Auguſtinum, in gloſſa ſuper eodem uerbo, omnibus idem præceptum eſt ibi: Euntes in uniuerſum mundum Matth. & Marc. ulti. nil reperitur Petro aliud dictum quod poteſtatem importet aliquam. Ideò rectè dicimus, omnes Apoſtolos in poteſtate cum cum Petro æquales. Inſuper eſt ad memoriam reducendum, quòd in principio Eccleſiæ fuit unus tantum Epiſcopatus generalis, abſq; diſtinctione dioceſium, per orbem diffuſus 7. q. 1. Nouatianus. uer. Item Epiſcopatus. Et propter hoc notatur in ca. 1. de transl. præ quòd ad eſſe Epiſcopi non requiritur, quòd ſit illius uel illius loci Epiſcopus. ſed ſufficit quòd ſit generalis Eccleſiæ: ſicut Paulus & Barnabas, qui dum mitterentur generaliter miſsi ſunt 80. di. quod die dominico, ut hoc notat Oſtienſis in ſumma de transla, de quo etiam ſuperiùs aliquo loco latiùs dictum reperitur. Vnde cum poteſtas ligandi & ſoluendi, in qua fundatur omnis Eccleſiaſtica iuriſdictio, ſit immediatè à Chriſto, ut notat Ioan. in cap. 1. de renunc. li. 6. de pœni. di. 1. uerbum cũ ſimilibus. Et quia ab illa poteſtate ligandi & ſoluendi eſt diuinæ iuriſdictionis poteſtas, patet, omnes Epiſcopos & forte etiam presbyteros, æqualis poteſtatis eſſe quo ad iuriſdictionem: licet non exequutionis, quod quidem exercitum exequutiuum, ſub certis poſitiuis terminis claudit & reſtringitur, propter melius, & cauſam cũ maiori parte perducẽdi omnes homines ad finem ſuum, ſcilicet Deum, ob quem finem finaliter omnis poteſtas & iuriſdictio, & ſtatuta humana, per media proportionata tempori & loco, tendere debent. Vnde ceſſante cauſa ſtatuti illius, quæ habet diſtinctionem terminorum, & quòd nullus alterius terminus ingrediatur, pura uel ob negligentiam inferiorum, uel neceſsitatem: tunc ceſſant illa poſitiua iura. Et hoc uidemus, dum ſumus extra humana poſitiua iura, in naturali ſcilicet iure tempore neceſsitatis, quando tunc omnis ſacerdos à quocunq; delicto, etiam à Papa excommunicatum, & qualemcunq; abſoluit. Vnde adminiſtratio neceſſariò partim erit de iure poſitiuo, quòad gradus maioritatis & minoritatis. Quòd enim dioceſes ſunt diſtinctæ, & unus Epiſcopus ſuper presbyteros ad unitatem conſeruandam conſtitutus, hoc eſt de poſitiuo iure. Deo tamen inſpirante 93. & 95. di. olim. Quare dicimus ſecundũ Oſti. in ſumma de ma. & obe. quòd omnes Epiſcopi unius ſunt poteſtatis, & dignitates quæ ſupra ſunt, ſcilicet Archiepiſcopalis, Patriarchalis, & Papalis ſunt adminiſtrationis, ut eſt glo. in allegato c. in nouo & 2. q. 7. puto. Maioritas aut adminiſtrationis, quæ quidem adminiſtratio à iuriſdictione dependet, ex conſenſu ſubiectionalis partim conſtituitur, ſicut dicimus electum in eligentes (ex eo quia habet adminiſtrationem ordinariam) habere iuriſdictionem: ita notatur in ca. 1. de renunc lib. 6. Cardinales nomine uniuerſalis Eccleſiæ Papam eligere, & per hoc quòd ſe per illam electionem uniuerſalis Eccleſia ſuijcit electo, adminiſtratio illa in ipſo, cum illa translata iuriſdictione in eum per electionem, facit eum Papam. Non nego tamẽ, diuinam poteſtatem concurrere auctorizantem & confirmantem, ut ibi notatur, & certo loco inferiùs, præſertim in fine partis, tangitur. Ex quibus patet, iuriſdictionem in Romano Pontifice ita conſtitui ex diuino præuilegio & electione, ſicut in alijs adminiſtrationem Eccleſiaſticã habentibus. Et ſicut gradualis maioritas principatus, etiã eodẽ modo conſtituitur ex diuina ordinatione & electione, ſiue conſenſu ſubiectorum: ut dicit tex. in nouo allegatus Petrum Apoſtolis uolentibus à Chriſto principem cõſtitutum: ſic & in alijs adminiſtrationem habentibus, quę quidem adminiſtratio per Eccleſiam diſtributa & ordinata legitur, ut notat Oſti. in ſum, transla, & no. in c. paſtoralis de ijs quæ ſt. a præla. 13. q. 1. Eccleſijs. Quare hoc ſolum ſingularitatis in Petro

Petro nihil quod non alijs dictum.

Epiſcopi ea dẽ iuriſdictio

Epiſcoporũ omnium poteſtas una.

http://www.obrascatolicas.com

Petrus in quo maior. Hieron.

ueniemus, quòd ipſe fuit maior in adminiſtratione, ad quam uolentibus Apoſtolis à Chriſto eſt electus, qui ſenior, ut uult ſanctus Hieronymus contra louinianum libro primo. Verùm licet Romanus Pontifex, principaliter ſucceſſor ſit ſancti Petri: tamen non poſſumus negare, omnes Epiſcopos eſſe eiuſdem ſucceſſores. Petrus primò pontificatum ſuper Apoſtolos accepit ut in præallegato. c. in nouo. Cũ autem Epiſcopatus ſit principatus ſuper ſacerdotium, ut præhabitum eſt: quare dicere habemus, principatum Eccleſiaſticum, ſucceſsione quadam à primo principe ſcilicet Petro, dependere. Et ſicut principatus Petri, à legatione Chriſti dependebat: ita & omnium Epiſcoporum, ut dicit Anacletus in eodem c. in nouo. Quare qui eos audit Chriſtum audit. Et non dicit qui eos audit, Papam audit: imo Apoſtolicum præceptum habent omnes Epiſcopi regendi ſe, & gregem, in quo ſpiritus ſanctus eos poſuit ad regendam Eccleſiam, & ex illo iudicium Synodi ipſis creditum eſt, quia principes ſunt & rectores Eccleſiæ. Quòd etiam principes, qui inter Epiſcopos eliguntur ad Archiepiſcopatum uel primatum, ſint Petri ſucceſſores: patet per hoc, quod dicit idem Anacletus in epiſtola ad omnes Epiſcopos & ſacerdotes, quæ incipit: Benedictus Deus. Dicit enim, beati Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, ut Epiſcopi ſingulariũ gentium ſcirent, quis inter eos primus eſſet, quatenus ad eum potior eorum ſollicitudo pertineret. Nam & inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio, & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen conceſſum eſt à Domino, & ipſi inter ſe id ipſum uoluerunt, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas id eſt caput & principium teneret Apoſtolatus, qui & eandem formam ſucceſſoribus ſuis, & reliquis Epiſcopis tenẽdam tradiderunt. hæc ille. 22. diſt. ſacroſancta. Ecce quòd forma data eſt per Apoſtolos, quòd ſicut ipſi Petrum prætulerunt. ita primàs ſuper alios conſtitui debet. Qua re primàs ita ſuccedit Petro, ſicut alij Epiſcopi Apoſtolis: & ſicut de primate dictum eſt, ita & de Archiepiſcopo dici debet, quòd ipſe eſt ſucceſſor Petri. Dicunt quidam recentiores, Petrum Apoſtolos miſiſſe ad particulares prouincias, uolentes ex hoc trahere, quòd exercitium poteſtatis ligandi & ſoluendi, fuit à Chriſto Petro datum, & per Petrum alijs. Anacletus Papa in eadem epiſtola non ita dicit: ſed dicit, Apoſtolos à Chriſto electos, & eo iubente diſperſos. Inſuper Romani Pontifices, præſertim Symmachus Papa & alij ſcribunt, Romanum Pon. à ſolo Deo iudicari. Nonnẽ idẽ Anacletus in epiſtola quæ incipit, quoniã Apoſtolicæ, ad Epiſcopos Italiæ dicit, ſummos ſacerdotes, id eſt Epiſcopos à Deo iudicari. Et idem Pius Papa 6. q. 1. aues. Vnde qualem intellectum hoc habet de Papa, ſcilicet quòd à ſubiectis iudicari non poſſit, talem & aliud de Epiſcopis. Similiter ſi textus dicit, Papam habere plenitudinem poteſtatis, & alios in partem ſollicitudinis uocatos: ita etiam poſſumus de quolibet Archiepiſcopo, Patriarchaue dicere, ut dicit. uer. 1. 9. q. 3. Si dicis Papam ſubditos Epiſcoporum abſoluere & ligare, dico idem in alijs, quando conſenſus propriorum interuenit. Actus enim aliter nullus, per conſenſum aut gratificationem proprij ſacerdotis, in hac materia ualidus efficitur 9. q. 2. Lugdunenſis. c. nullum: & c. Epiſcopum. Cum ergo uſu communi ſit hoc introductũ, & ex uſu cõſenſus elicitur, patet, quòd efficacia huius, uigorem ex conſenſu recipit. Vnde cum nullus teneatur obedire, niſi in conceſsis à canone 18. q. 2. hoc tantum 9. q. 3. conqueſtus, & cum non reperiatur canon alicuius Concilij, Papam hoc poſſe appellatione nulla interpoſita: oportet ad conſuetudinem uſum & conſenſum iſtud reſoluere. Papa enim non habet ex canone, quò lædere poſsit iuriſdictionem Epiſcoporum: quia eſſet ordinem turbare 11. q. 1. peruenit in fi. Igitur non legitur antiquos Romanos Pontifices ſe de his intromiſiſſe, & talia confeſsionalia, & alia conſimilia conceſsiſſe, & forte non fuiſſet permiſſum. Vnde ſi Concilium Aphricanum, cui ſe ſubſcripſit ſanctus Auguſtinus, non admiſit appellationem à Synodo ad Papam, quia non inueniebatur in canonibus hoc conceſſum: ſed in Nicena Synodo definitum, cauſam terminari debere à Synodo ubi orta fuit, ut habetur 6. q. 4. ſi quis Epiſcopus criminaliter, ut hæc leguntur in epiſtola eiuſdem Concilij ad Zozimum Papam. Similiter illi, textum ij q. 6. ſi Epiſcopus qui aſcribitur Concilio Sardicenſi quòd appellari poſsit, & legatus Papæ ad prouinciam

Non ſolus Papa ſed & Epiſcopi à Deo iudicantur et plenitudinem poteſtatis habent.

Appellatio à ſynodo ad Papam non admiſſa.

ciam mitti deberet: ut patet ex eadem epiſtola, & in epiſtola ab Bonifacium Papam per idem Concilium ſcripta, uoluerunt admittere, imò dicunt ſe in nullo Cõcilio reperiſſe, licet Fauſtinus legatus Apoſtolicæ ſedis Concilij Niceni, & in allegato loco dicatur Sardicenſi Concilij fore: quomodo tunc admiſiſſent iſta, & ea quæ hodie exorbitanter fiunt? ſed quia conſenſus ex uſu longæuo, hoc nunc introduxit, ualida illa ſunt quò ad animarum ſalutem quam diu patiuntur, tolli autem poſſent per Concilium, & hoc reformatio depoſcit. Si dicis ultra de poteſtate diſpenſatiua Papæ in canonibus, ex eo arguendo poteſtatem ſtatuendi, nihil concludis, quia etiam Epiſcopus & presbyter diſpẽſant in canonibus pœnitentialibus 27. q. 6. tempore pœnitudinis, & Ehiſcopus in alijs pœnalibus. l. d. ſi quis presbyter 1. q. 5. uer. ultimo 9. q. 2. Lugdunenſis. Nec facit diſpẽſatio canonibus præiudiciũ 9. q. 1. ordinationes & q. 2. Lugdunenſis ar. c. preſc. l. di. Quare nihil concludit argumentum. Nec illud quod de rectore dicitur obſtat: quia ſi ſine rectore uniuerſitas ſtatuere non poſſet, exercitio iuriſdictionis apud eum exiſtente, non tamẽ ſequitur econuerſò rectorem ſine uniuerſitate, in qua eſt habitus, & poteſtas ſtatuere poſſe. Nec ex iuriſdictione rectè arguitur, quia poteſtas alligandi, licet alligetur iuriſdictioni: non tamen ad eam ſequitur, non omnis habens iuriſdictionẽ habet condendi poteſtatem. Sed omnis habens cõdendi poteſtatem, habet iuriſdictionem. Sic dicimus, omnem Synodum patrũ quia habet condendi poteſtatem, ſtatuta habere etiam, & iuriſdictionem. Vnde quia ex præhabitis patet, radicem canonum quòad ligandi uigorem in conſenſu exiſtere, alioqui niſi ex uſu ualidè argueremus, & niſi abrogatio per non uſum introduci poſſet, non foret ſalus. Qui poteſt ſcire, unde ſymbolum noſtrum additionem & mutationem à ſymbolis 4. Conciliorum abſq; anathemate recepit: aut de ſacramentis certis Eccleſiæ, ubi in Concilijs introductio facta ſit? Legitur enim in geſtis Concilij nono anno Conſtantini tertij, Romanæ præſidente Martino Papa & c. 5. Epiſcopis celebrato in principio Martinum Papam de Leone Papa, & quomodo per Synodũ Calcedonenſem eius ſcriptum approbatum foret, dixiſſe: ſancta Calcedonẽſis Synodus definiuit, hoc eſt dicere omnium ſanctorum chorus Quoniam quòd una ſanctorum patrum Synodus iudicare uidetur, tam omnes Synodi quàm uniuerſi omnino confirmare patres noſcuntur, ut pote in uno eodemq; uerbo fidei, uicisſim per indiſſolubilem conſonantiam & concordantiam, conſtituti. hæc ibi. At quomodo euaderemus innumeras pœnas lateſentẽtiæ in canonibus poſitas excommunicationis, depoſitionis, & huiuſmodi, niſi in ijs omnibus cõcordia & cõſenſus uſus & nõ uſus nos iuuaret? Vnde in c. 1. cuiuſdã Toletani Cõcilij dicit: Si qua in anterioribus ſunt neglecta, rediuiuam ordinationis cenſuram obtineant, quatenus dum ijs quæ in Cõcilijs ſunt decreta, ſed abuſione temporum hactenus dimiſſa, & ad cultum fidei pertinent, ſtudium religioſæ obſeruationis impendimus, Dei miſericordiam facilius impetremus. Ecce quòd neglecta produnt ordinationis cenſuram, quæ alia acceptatione reuiuiſcit: unde diuturni mores conſenſu mentium approbati, legem imitantur 12. di. diuturni: & ubi auctoritas deficit, mos populi & maiorũ inſtituta pro lege ſunt ſeruanda. e di. in his: in tali etenim cõſenſu, fundantur Synodalia ſtatuta. Vnde Gregorius Papa in profeſsione quatuor Conciliorum dicit: quia dum uniuerſali conſenſu ſunt conſtituta, ſic & non illa deſtitit, quiſquis præſumit aut ſoluere quos ligãt, aut ligare quos ſoluunt. Synodus enim non ſolum auctoritate eorum qui ſunt præſentes definit, ſed omnium (ut dicit Gregorius) uniuerſali conſenſu ea eſſe ſtatuta, quæ per Epiſcopos qui præſentes ſunt alios repræſentantes, ſtatuuntur. Vnde in fine cuiuſdam Toletani Concilij legitur: Si quis autem, tam noſtrum quàm eorum qui nũc ſanctæ Synodo ex prouincia defuerunt huic, tam ſalubri ordinationi obuiare præſumpſerit, uel ſolerter adimplere neglexerit; conuictus totius fraternæ charitatis habeatur aliquamdiu extraneus. Cenſentur enim illi præſentes, alijs ritè ad Synodum ſpectantibus conuocatis, communi legalitate omnium auctoritatem habere ex præmiſſis: & probantur hæc 118. c. ſecundi. Aphricani Concilii infra ponendo, ubi habetur: quòd legati aliorum nomine, plenam tribuunt Concilio auctoritatem. Et hæc pars

Rectori ſine uniuerſitate ſtatuere non licet.

Nõ omnis habens iuriſdictionem habet condendi poteſtatem.

Mos conſuetudinis uim legis habet.

Synodus omnes repræſentat.

http://www.obrascatolicas.com

non habet dubium. Concilia tam uniuersalia totius Ecclesiæ, quàm uniuersa lia regnorum Hispaniarum, Galliarum, uel Aphricæ, tam unius prouinciæ, semper potuisse sibi ipsis canones statuere, sicut Bonifacius ad Rusticum Narbonensem scribens dicit: patres in Nicena congregatos, sibimet canones statuisse, hoc est, toti mũdo seu uniuersali Ecclesiæ, quam ipsi ibi repræsentabant. Sicut Synodus prouincialis collecta, sibi prouidet de canonibus per prouinciam necessarijs. Ita si septem Galliarum prouinciæ conuenirent, possent septem prouincijs prouidere: etsi omnes mũdi prouinciæ conuenirent, sicut tunc quælibet potest sibi prouidere, possunt per communem concordiam omnes omnibus prouidere. Et mirum est dicere, non posse omnes congregatos cum plena auctoritate legatorum, cum quilibet per se posset. Quilibet autem per se sine Papa, non dubium sibi prouidere potest: ergo & omnes eo regulariter non spreto, nolenti & potenti interesse Romano Pontifice, ac alio ad Synodum spectante, cum tamen maioris sit auctoritatis Synodus plurium prouinciarum quàm unius, ut in cap. sequenti dicetur. Et dum hanc partem defendimus, quòd Papa non est uniuersalis Episcopus, sed super alios primus, & sacrorum Conciliorum non in Papa, sed in consensu omnium uigorem fundamus: tunc quia ueritatem defendimus, & unicuique suum honorem reseruamus, rectè Papam honoramus 99. di. Ecclesiæ.

Papa non est uniuersalis Episcopus: sed primus.

Cap. XIIII.

AD hæc ut meliùs quislibet cõtentetur, annecto aliam considerationem, quæ licet diffusiùs desideraret explicari: breuitati studens ac legenti complacere, distinctè perstringam eandem. Omnis constitutio radicatur in iure naturali & si ei contradicit, constitutio ualida esse nequit 9. di. cum ergo & c. constitutiones. Vnde cum ius naturale naturaliter rationi insit, tunc cognata est omnis lex homini in radice sua. Ideò sapientiores & præstantiores alijs, rectores eliguntur, ut ipsi è sua naturali clara ratione, sapientia & prudentia præditi, iustas leges eliciant, & per eas alios regant, & causas discutiant, ut pax seruetur, sicut sunt responsa prudentum 2. di. Ex quo euenit, quòd ratione uigentes, sunt naturaliter aliorum Domini & rectores: sed non per legem coërciuam, aut iudicium quod redditur in inuitum. Vnde cum natura omnes sint liberi, tunc omnis principatus, siue consistat in lege scripta, siue uiua apud principem, per quem principatum coërcentur à malis subditi, & eorum regulatur libertas ad bonum metu pœnarum: est à sola concordantia, & consensu subiectiuo. Nam si natura æquè potentes & æquè liberi homines sunt: uera & ordinata potestas, unius communis æquè potentis naturaliter, non nisi electione & consensu aliorum constitui potest, sicut etiam lex ex consensu constituitur 2. di. lex 8. di. quæ contra. Vbi dicit pactum inter se gentis aut ciuitatis. Generale pactum societatis humanæ est, obtemperare regibus suis. Ecce quia pacto generali conuenit humana societas, uelle regibus obedire: tunc quia in uerò regiminis ordine, ipsius rectoris electio fieri debet, per quam electionem constituatur rector iudex eligẽtium: tunc ordinata & recta dominia, & præsidentię per electionem constituuntur. Et etiã sic constituti, iudices sunt generales eligentium, ut secundum Ostiensem in summa, & alios doctores, hoc alibi notaui. Et quia sunt generales illi iudices, ab ipsis usq; ad summum appellationes interponi possunt: quia singulariter in qualibet causa, definitiores ex consensu specifico electi non sunt. Sed si in particulari causa electi à partibus forent, tunc appellare non liceret regulariter, ut habet 10. canõ Aphricani Concilij. Sanè si ex consensu partium iudices electi fuerunt, etiam à pauciori numero quàm constitutum est, non liceat prouocari, & habetur 2. q 6. Iudex iustè iudicare debet quare ipso iure sententia est nulla, si contra leges uel canones promulgatur. de sen. & re. iudi. c. 1. cum concor. ibi allegatis in glo. Nec etiam Apostolicam sedem legitur unquàm contra canones iudicasse, ut in epistola Bonifacij Papæ ad Zachariam in ea epistola, cuius initium est: confitemur & in multis allegationibus infra positis. Imò iudicium ipsius, per Concilium plenarium iterum examinatur, ut inferiùs ex gestis

Constitutio omnis ab iure naturali.

Principatus à cõsensu est.

A quibus appellare liceat

Papa non potest contra canones iudicare, nec canones condere per se.

gestis & auctoritate Augustini declaratur. In uanũ autem examinaretur, si omne id ius esset, quod Pontifex Romanus uellet: quia tũc iniustè sententiare nequiret. Quare oportet, quòd eius iudicium canonibus stringatur quibus subest, & per quos examinatur sententia, an secundùm eos sit iusta necné. Præterea canones radices habẽt in naturali iure, contra quod etiam princeps potestatem non habet. Igitur nec contra canonem in eo fundatum, & accessoriè ad ius naturale sequentem. Et quia hoc ita est, quomodo debemus dicere, in potestate iudicis esse condere canones & statuta? quoniam si hoc ita foret, non posset iudex si canonum condendorum potestatẽ per se haberet, unquàm argui de iniusta sententia: sententia enim ius foret, ergo semper iusta. Sed quia lex debet esse rationabilis, possibilis, consuetudini patriæ non aduersans 4. di. erit autem: non possumus legem dicere, non acceptam usu utentium, etiam in quo cunq; foro ciuili, uel canonico. e. di. leges. & c. sequentibus. Quare si usus requiritur approbatorius legum, ut dicit c. leges non possumus ex noua lege reum iustè condemnare: quia peccare in eam non potuit quæ nondum fuit. Oportet itaque quòd in approbatam legem, per mores & usum acceptam deliquerit. Vnde ex hoc clarè patet, legem & canonem esse regulam omnis iudicantis, & quòd omnis lex siue canon, supra quemcunq; iudicem iudicantem existit. Tunc ulteriùs, si canon ex concordantia usũ & acceptatione approbatur: tunc firmitas cuiusque constitutionis ex acceptatione est. Quare ex Concilio communi rectè Ecclesiastici canones dicuntur. Ecclesia enim congregatio est. Non potest unus rectè Ecclesiasticos canones edere. Vnde euenit, quòd uidemus in Concilijs canones ex concordi acceptatione, consensu, & subscriptione edi: Decretales autem aut decisiones iudiciales Romanorum Pontificum, aut dubiorum in emergentibus, non ex uoluntate purè potestatiua, robur firmitatis & iustitiæ recepisse: sed quia secundùm canones ita conuenit eas dem decisiones fieri, quæ sunt notanda. Ita intelligo decimoquinto, dist. sancta Romana. uer. Item decreta. Et 19. dist. in canonicis cum similibus: & de hoc etiam alibi diffusiùs, præsertim in fine huius secundæ partis, ac in principio tertiæ, & in fine eiusdem.

Cap. XV.

IAm ex præhabitis constat omnium constitutionum ligandi uigorem consistere in concordia, & consensu tacito uel expresso, qui ex usu, aut eorum, qui cæteros legatione quadam aut præsidentia in potestate habent, dictamen. Sicut enim Episcopus cum capitulo, Ecclesiam diœcesanam facere dicitur, quia alios omnes illa collectio in potentia habet, qui de eadem Ecclesia sunt, quare reputantur cuncti in istis: sic & Metropolita cum suffraganeis, Ecclesiam prouincialem constituit, & Patriarcha cum Metropolitanis, Patriarchalem. Vnde cuiuslibet collectionis auctoritas extendit se per omnes, in ipsa collectione repræsentatiua in potentia existentes. Romanam autem Ecclesiam dicimus ex Papa & Metropolitis adiunctis constituti, secundum antiquas obseruãtias: quia illi annuè ad ipsum Patriarchale caput concurrebant. Et quia nunc illis Metropolitanis, ac uniuersali obseruantia consentiente, Cardinales de diuersis regionibus assumpti, legationem ac uicem omnium habent, tam eligendo Rom. Pon. quàm consulendo uniuersali Rom. Ecclesię: dicimus rectè Rom. Pon. in cunctis uniuersalem Romanam Ecclesiam respicientibus, sine ipsis nihil facere debere, & si qua fecerit, impune non posse acceptari. Verũ est, quòd hæc Cardinalium taciti consensu uniuersalis Romanæ Ecclesiæ potestas, indigeret reformari, & ad ordinem expressæ legationis reduci, ut de hoc aliquo loco tactũ est. Ex præmissis etiam intellectus huius, quòd Ro. Pontifices sæpe allegant (ut Damasus Papa, in epistola ad Sephanum Archiepiscopum Concilij Mauritaniæ, & alij Rom. Pon. 17. di. regula) scilicet nullam ratam Synodum, quam ipsius Apostolicę sedis nõ firmat auctoritas: facilè haberi potest quoniã de fede loquit. Et uerũ est, nullum iudicium cuiuscunq; Synodi, ubi non est auctoritas Apostolicæ sedis, firmum esse: quia semper appellari potest à iudicio illius Synodi, ad Apostolicam sedem. Ita

http://www.obrascatolicas.com

de Patriarchis, Flauiano & Ignatio, & alijs Constantinopolitanis, & Athanasio Alexandrino & alijs, legimus ad Apostolicam sedem apparatum. Vnde si Synodus aliqua damnauit, quem etiam Patriarcha illius Synodi definitè propter appellationem quæ ab ea interponi potest ad Apostolicam sedem, absq; confirmatione eiusdem sedis, rata non est. Et cum dicitur, quòd absq; Synodo, ipsa sedes Apostolica iniustè in Synodo damnatos, restituere potest: hoc uerum est, absq; scilicet uniuersali Synodo uniuersalis Ecclesiæ. Quia si in Patriarchali Synodo, aut Constantinopolitana, uel Alexandrina, aut alia magna prouinciali, Gallicana, uel Hispana, quis damnaretur: Apostolica sedes quę (ut sępe dictum est) ex Romanam Ecclesiam facientibus & repræsentantibus constituitur, modo prætacto superioritatem continet, & de ipsis agnoscere potest Synodicis definitis. Ita legimus Nicolaum Papam, de Ignatio per Photium damnato, in sede Apostolica collecta Synodicè cognouisse. Ita Martinum Papam de Pyrrho & Sergio, & ante illos Iulium Papam de causa inter Eusebium & Athanasium Alexandrinum, & ita in omnibus legimus obseruatũ. Et hæc est uera sententia, scilicet quòd sedes Apostolica, in cognoscendo supereminet omnibus Synodis, dempta ipsa uniuersali uniuersalis Ecclesiæ, cuius ipsa sedes pars est. Quare absq; Synodo uniuersalis Ecclesiæ, de definitis omnũ Synodorum inferiorum cognoscit. Vnde (ut legitur in sexta actione octaui Concilij, in respõsionibus quas Metrophanensis Episcopus, Smyrnæ ad argumenta Zachariæ Calcedonensis, de Appiario restituto per Ecclesiam Romanam, contra sententiam Aphricani Concilij, scilicet quòd ipsa non fuisset accepta in Aphrica) tunc sententia Zozimi Papæ, in Synodo de absolutione Appiarij, prius in Synodo Aphricana damnati, fuit demum admissa. licet ipse ad eandem suam Ecclesiam primam, propter scandalum non fuisset admissus, sed datæ ipsi à Synodo fuere literæ commendatitiæ, quòd in omnibus alijs Ecclesijs sacerdotio fungi posset. Quæ nota. propter certa quæ de hac materia superiùs & inferiùs continentur. Et pro eodem est epistola Bonifacij Papæ ad Eulalium Alexandrinum Episcopum, de reconciliatione Aforum notãda, quia dicit Carthaginensem cum collegis suis, tempore Bonifacij & Cœlestini, in superbiam (instigante diabolo) contra Romanam Ecclesiam erectos: sed modo professos omnes libellum Synodi, tempore Iustiniani celebratæ, qui incipit: prima salus quem supra habui. Et licet illa epistola sit multum notanda, quia pulchrè loquitur in principio, quomodo Ecclesia ad instar cœlestis militiæ, disparem concordantiam habeat hierarchicam, in qua ad unum primum, scilicet Papam Romanum, deuenitur: tamen durum uidetur illud quod dicitur in eadem, Valerium cum collegis errasse: quia 226. Episcopi inter quos Augustinus fuit, in unam sententiam concordarunt, quã etiam scriptis firmarunt, ut superiùs declaratum extitit. Et si postea reducti sunt ad recognitionem auctoritate sedis, quò ad appellationem & cognitionem: non esset propterea dicendum eos priùs errasse, nisi hoc intelligeretur sic, quòd ipsa Aphricana Ecclesia in hoc errauit, quòd Sardicensis Concilij statutum non acceptauit quoniam ut superius quodam loco dictum est Augustinus non reputauit illud Concilium catholicum, sed potiùs Arrianum: tamen quia tota Ecclesia eius statuta admisit, ut legitur in gestis octaui uniuersalis Concilij, tunc & Afri etiam idem facere debebant, quò ad receptionem statutorum catholicorum, non habendo respectum ad statuentes. Fuit autem in Sardicensi Concilio, in honorem memoriæ sancti Petri, statutum, grauatum, ad Romanum Episcopum appellari posse, proponente & promouente Horosio Cordubẽsi Episcopo, legato Apostolicę sedis in illa Synodo, ut hoc habetur 6. q 4. quod si aliquos, quòd est ualdè notãdum: quoniam ille tex probat ex dispositione Synodica, ob honorem memoriæ sancti Petri, Romanum Pontificem prælatum in iudicando particularibus Concilijs, non nisi per formam ibi traditam, scilicet quòd ipse potest sententiam approbare, sed non improbare, nisi per nouam Synodum. Et probat ille textus administrationem Papæ ualdè à iure positiuo, & consensu Synodico dependere. Fortè diceres, etiam hæc regula de uniuersali Concilio uniuersæ Ecclesię uera est, quoniam nec illius Synodi etiam constitutiones, absque

Damnati iniustè in synodo quomodo per Papã restituí possint.

que Apostolicæ sedis imò Ro. Pon. auctoritate ratæ subsistũt. Fateor de cõstitutionibus fidem tangentibus uerum esse, quòd si sedis Apostolicæ auctoritas non interueniat ratæ non sint, imò & ipsius Pontificis consensus interuenire debet, cum sit princeps in Episcopatu fidei, sic & in alijs omnibus constitutionibus, quoniam ipsæ robur a concordia Synodica recipiunt. Nam etiam minimus suffraganeus in prouinciali, aut canonicus in Episcopali, aut Metropolitanus in Patriarchali Synodo, est ideò de suæ Synodi essentia, quia robur ex omni concordia dependet: sicut Damasus Papa, Concilium Ariminense ex hoc multum arguit, quia Vincentius qui longo tempore fuit Episcopus, & alij Episcopi consensum non dederunt. Imò credo nullum dubitare, quin actus, qui habet formam essentialem secundum quam fieri debet, sit intalidus illa non seruata. Sic crederem, Papam ordinatis Cardinalibus secundum prouinciarum legationem, (sicut alibi tetigi) etiam uno solo excluso uniuersali statuto, uniuersalem Romanam Ecclesiam respiciente, nihil agere debere. Igitur non habet hoc dubium in capite Synodi, scilicet Metropolita in prouinciali, & Papa in generaliuel uniuersali. Vnde sicut quocunq;, qui alioqui tenetur Synodis interesse, & uolenti & potenti spreto, iudicium Synodi, quia non recto ordine charitatis processit, reprehendi posset, ita fortiùs in capite: non tamen est hoc uerum, quòd in Synodo ritè congregata, admissis admittendis, & ritè celebrata, auctoritas ita etiam ab ipso capite dependeat, quòd nisi in quamcunq; definitionem consentiat, quòd tunc illa definitio sit nulla. Quia tunc iudicium non esset Synodi, sed unius tantùm, quod implicat. Et quia quisq; ad Synodum pergens, iudicio maioris partis se submittere tenetur, quia hanc præsupponit, quòd maior pars regulariter uincit: tunc Synodus finaliter ex concordia omnium definit. Licet uaria sint etiam particularium uota quando iuxta maiorem partem concludit: nulla tamen conclusio, maximè in materia fidei esset secura, nisi ad unitatem uota reducerentur, sicut in omnibus Concilijs legimus actum. Et cum isto intellectu posset satisfieri, uolenti rectè auctoritates, quas Romani Pontifices in suis epistolis ponunt, intelligere: dico Romani Pontifices, quoniam in Concilijs parùm de illis omnibus inuenire potui, quæ prædictis positionibus meis ad plenum non concordarent.

Sine Papæ cõsensu nihil constituendũ de fide.

Cap: XVI.

VErũm quia multi dubitare uidentur quæ personæ ad Concilium admitti & similiter ad subscriptionem debeant: ideò hoc est considerandũ, quòd licet Aegyptiaci, qui de Alexandria cum Dioscoro Calcedonam uenerunt cum alijs, in Calcedonensi Concilio de hoc quæstionem habuissent, & sæpe clamatum fuisset, ut in gestis eiusdem Concilij legitur, quòd Concilium Episcoporum esset, & alij expelli deberent: non tamen legitur ibi ea propter non Episcopos expulsos. In quinto uniuersali Concilio legitur, quòd omnes ad lectores usq; se subscripserunt. In 6. & 8. legitur presbyteros, & monachos, Imperatorem, & senatum, & diaconos se subscripsisse: & semper in sessionibus & subscriptionibus, in loco principalis Domini recipiebantur iuxta c. præcipimus 93. di. ubi textus. Et 94. dist. 1. tamen in 6. In Constantinopolitana Synodo, ubi subscriptiones ponunt Agathonis Papæ & eius Concilij: non legitur alios quam Episcopos aut eos repræsentantes, subscripsisse definitiuè. Vnde definitio & statuendi potestas, fortè semper Episcoporum de iure fuit, 11. di. omnia: ubi textus dicit, statuta in Concilijs Episcoporum recipi debere. Et licet alij uocati Abbates & monachi, etiam se subscriberent: non tamen hoc generaliter factum legitur, cum uerbo definitiuo, de quo 1. q. 7. conuenientibus. Vnde in uniuersali Concilio, dum de fide tractatur, mirandum satis cum laici inueniantur admissi: cur non Episcopi admitti, ad non tantùm consulendum sed ad simul statuendum & subscribendum, si saltem ualentes & intelligentes forent, non deberẽt. In alijs autem ubi non secundum unanimitatem, sed uocum pluralitatem definitio expectatur, ibi discretio, & prudentia, & auctoritas meritò põderari debẽt, ne fatuorum iudicium (quorum infinitus est numerus) numero uota sapiẽtum uincat. Quare

Quã ad Concilia et subscriptiones sint admittendi.

http://www.obrascatolicas.com

nec laicos, nec indifferenter clericos puto admitti debere: sed electos, & doctos uiros ecclesiasticos, non puto etiam in iudicio spernendos, cum bonum Reipublicæ tantum quæratur, & non obstat undecunq; ueniat, dum saltem inueniatur. Laici uerò qui in uniuersali Concilio, ubi de fide quomodo definiri debet admissi leguntur, ut infra habetur in 17. canone, 8. uniuersalis Concilij, & 96. di. ubi nam etiam alijs gestis in Concilio se subscribunt, sed ut testes. Vnde legitur in gestis 8. Concilij actione quarta, Senatores magnificentissimi, & gloriosissimi principes, per Bahanum patricium & præpositum dixerunt ad Concilium: Imperatores nostri sancti miserũt seruos suos, qui senatus uocantur, qui uoluntate Dei honoratus est secũdum omnia, ut simus discreti eorum quæ geruntur auditores. Si uultis ergo à nobis (sicut se habet ordo Synodicus, in fine sanctæ uniuersalis huius Synodi) exigere proprias subscriptiones, per me indignum seruum sanctorum imperatorum nostrorum cuncti fratres mei & compatricij, dicunt sanctissimo Domino nostro Patriarchæ, & sanctissimis uicarijs senioris Romæ, & orientalium sedium: nisi audiuerimus, & ab ipso Phocio stante in conspectu nostro & Episcopis eius, ut in conspectu nostro obserentur ora ipsorum, ex canonicis & synodicis præceptionibus, non scribet manus nostra unam literam in Synodo ista. Audiant iudicata per Nicolaum Papam in Synodo Romana, & si nihil contradixerint, sanabitur mundus ex condescensione ipsorum. Si hoc autem factum non fuerit, scimus quia nostri non egetis, ad subscribendum in fine à uobis gestorũ. Ecce quòd laici subscribere se, ut testes habentes in Cõcilio id quod iustitiæ ratio postulat, & rectè se subscribant exigere possunt à Concilio. Et hæc sufficiant pro ista materia.

Laici se ut testes subscribunt.

Cap. XVII.

PEr ea quę superiùs habentur, satis ad quęstionem quæ difficilis reputatur, an scilicet uniuersale Concilium sit supra Papam, facilè potest responsio dari. Nam uniuersale siue generale Concilium Patriarchale, subiectum semper legitur Romano Pontifici suo modo, sicut ex superioribus & subsequẽtibus patet. Et sicut in 6. cap. Niceni Concilij, de Alexandrino & alijs sedibus definitio habet 65. dist. mos post hoc omnia Concilia idem dicunt. Vnde de hoc uniuersali Cõcilio credo uerum esse, quòd nisi in fide Romanus Pontifex errauerit, quòd tunc iudicari per Concilium non possit, quamdiu enim fidelis est, caput remanet. Quare ab inferiori potestate iudicari non potest, quoniam illorum omnium habet potestatem, iuxta definitionem 6. cap. Niceni Concilij, & cum hoc remanet totius alterius partis Ecclesiæ aliorum Patriarcharum caput, in unitate Ecclesiæ catholicæ, quæ per fidem est. Vnde rectè sicut Metropolitanus per suam synodum iudicari non potest, iuxta definitionem 10. canonis 8 uniuersalis Concilij, & notatur de præben. graue. Et 11. q. 1. si clericus: Vbi archi. Metropolitanum, quia caput Concilij prouincialis, per ipsum Concilium puniri non posse, nisi in fide erret. Vnde Anacletus Papa, in epistola ad omnes Episcopos, quę incipit: Benedictus Deus, doctor uel pastor Ecclesiæ, si à fide exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus quàm distringendus: & intelligit per fideles subditos, ut patet ex textu immediatè sequenti. Et ratio est manifesta, quare de illis intelligi debeat: quia pastor Ecclesiæ, ab Ecclesia quæ grex ouiũ est, non potest corrigi. Sed si infidelis fuerit, pastor non est, & tunc corrigendus est per anathema, & subtractionem obedientiæ, & non habet dubium in hæresi damnata, quia in sententiam incidit semel damnatę prauitatis, ut de Acatio, Gelasius Papa ad Anastasiũ Imperatorem scribit, & ad uniuersos Episcopos per Dardaniam. Dicit enim pro constitutione antiquæ obseruationis, cunctos semel damnatæ prauitatis participes, uniuersalis Ecclesia duxit esse refutandos: sicut Nicena Synodus Arrium damnans, omnes Arrianos includit. Si uerò non esset damnata hæresis, tunc quouscq; constet per sentẽtiam eum hæreticum esse, ab eo recedendum non est, iuxta dictum 10. canonem. Potest tamen propter errorem in fide, & secretè corrigi per subditos pastor, & superiori denunciari. Vnde Fabianus Papa in epistola ad orientales, quæ incipit: Exigit dilectio, dicit: Si enim de uiaue

Concilium uniuersale utrũ sit supra Papam.

Papa fidelis à Concilio iudicari nequit.

Papæ mores reprobi tolerandi subditis.

Papa ob hæresim nondũ damnatam nõ est reijciẽdus.

uiauerit à fide Episcopus, erit corrigendus, primò secretè à subditis. Quòd si incorrigibilis (quod absit) apparuerit, tunc erit accusandus apud primates suos, aut ad sedem Apostolicã: pro alijs uero actibus suis, magis est tolerandus à subditis suis quã accusandus: hæc ille. Si uerò hereticus foret, tunc quia anathema est, in hæresi eo ipso nõ ex iure positiuo, quoniam hæreticus ob errorem in intellectu, & pertinaciam in uoluntate, à toto corpore Ecclesiæ se separauit, ut dicit sanctus Cyprianus. Et habetur 1. q. si quis (inquit) de Ecclesia hæretica præsumptione exierit, à seipso damnatus est 4. q. 5 c. 1. 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. Vnusquisq; etiam particularis, etiam laicus, se ab ipso hæretico separare tenetur, & per ipsam separationem ipsi dicit anathema. Eo modo legimus laicos in Concilio anathema dixisse, damnatis publicis hæreticis, & singulares homines etiam extra Concilium, Ro. Pontificibus hæreticis anathema dixisse. Sic superiores & maiores in administratione, dum hæretici fiunt, per inferiores dicuntur deponi: quando illi propter anathema quod incidit ob hæresim, ab eodem separantur. Vnde cum per subtractionem obedientiæ, cesset superioris administratio, & quia superioritas illa, ut in Archiepiscopo, primate, & Papa, in administratione consistit: cessante administratione rectè depositi censentur, sicut in c. 1. de renunc. l. 6. notat Io. in no. Quando constat Papam administrare non uelle, tunc iam censetur renũtiasse papatui, quia papatus in administratione consistit. ut notatur 21. di. in nouo 2. q. 7. puto. Cessat autem administratio, subtracta omnium obedientia propter hæresim. Igitur & papatus in materiali subiecto, scilicet hæretico deficit. Tali modo legimus Liberium Papam, & Marcellinum, per separationem, & obediæ subtractionem, depositos. Sic & quisq; Patriarcha etiam Romanus, indirectè deponitur à suis quondam subiectis, propter damnatam hæresim, in quam incidit. Ita puto omnia illa iura 40. di. si Papa 17. di. uer. huic etiam. 21. di. inferior. & c. nunc autem & consimilia intelligi debere. Tamẽ quanquàm Metropolitanus non iudicetur à suo Concilio, ut præhabitum est: potest tamen ab eodem reformari, hoc probat tex. coniuncta suprascriptione 2. q. 7. sicut inquit 9. q. 3. si autem & c. saluo. Eodem modo crederem, generale Romanę sedis Concilium, Papam reformare posse, per eundem textum dicit: caput Concilij per Concilium reformari debere. Ad hoc benè facit 18. di. uer. Episcoporum ubi probatur, quòd Concilium etiam inefficax in casu ad definiendum, est nihilominus efficax iuxta antiquos canones ad corrigendum & reformandum. Et hoc non uidetur habere dubium, in canonibus uniuersalium Conciliorum catholicæ Ecclesiæ latæ sententiæ: quoniam ad illas omnes catholici obligantur, ut infra ponetur latiùs in auc. statutis cõminatorialibus illorũ Conciliorum, ac alijs omnibus quorumcũq; Conciliorũ statutis, nisi per omissionẽ se Papa ad eorũ obseruationẽ obligasset. Clarũ est hoc locum in Papa non habere, et suo modo reddendo singula singulis, in alijs Patriarchis & Archiepiscopis dicendum, scilicet quòd corrigi possunt, secundũ statuta latæ sententię maioris auctoritatis, in suo etiam Concilio, per uiam declarationis se incidisse, ad modum quo in Papa dictum est, aliter non nisi exhortatoriè. Sed an uniuersale Concilium propriè captum, scilicet quod uniuersam catholicam Ecclesiam repræsentat, sit supra Patriarchas & Romanum Pontificem, credo dubium esse nõ debere. Vnde licet legatur in pluribus locis, potestatem Romani Pontificis à Christo esse: tamen in plerisq; locis habetur, quòd primatia Romanæ Ecclesiæ super omnes Ecclesias est ex decretis Apostolorum & eorũ successorũ, ut habetur in q. 6. dudũ. Et iudices Calcedonenses Concilij, dum de præuilegio primatiæ inter Romanã & Constantinopolitanã Ecclesias quæstio suborta esset, iusserũt canones produci, & sententiarũt iuxta canones, primatũ habere Romã antiquã; facit 17. di. uer. huic etiã. Et similiter quanquàm inueniatur Papã uicariũ Christi in scripturis: inueniẽ tamen etiã eũ uicem & legationẽ Petri habere 2. q. 7. in sancta. Et multa de similibus dici possent, quomodo uarietas fuit: alij enim Episcopi Papã consociũ nominarunt ut Optatus, alij consacerdotem ut Ambrosius, & alij patrem in Concilio Ephesino, & Concilio Taurinũ, alij fratrẽ, alij Episcopum, alij Archiepiscopũ, alij Patriarchã. Sed hoc nobis sufficit, quòd licet Romanus Põtifex ut successor Petri, à Christo mag-

Vniuersale Concilium prò ptie captũ supra Papã est.

Papæ nomina cõpellationes.

http://www.obrascatolicas.com

gna habeat prœuilegia,& altam poteſtatem ex ſede & cathedra,quæ prœuilegia cum ſede ſtalibia ſunt:tamẽ primitiuitas illa, qua Romanus Pontifex primàs eſt omnium Eccleſiarum,partim etiam ab hominibus & canonibus eſt,iuxta ſuperiùs dicta. Dicit enim Anacletus Papa, quòd dum Petrus princeps Apoſtolorum conſtitueretur à Chriſto,Apoſtolorum conſenſu factum 22.di.ſacroſancta. Non eſt enim dubium, Antiochenum Patriarcham ſedem habere ex ſucceſsione in ſede Petri,& tamen primatem ex hoc tantum non eſſe,quoniam Antiochena ceſsit Romanæ. Vnde Marcellus Papa,Antiochenis in epiſtola quæ incipit,ſollicitudinem omnium,dicit:Si enim ueſtra Antiochena quæ olim prima erat,Romanæ ceſsit,nulla eſt quæ eius non ſit ſubiecta ditioni,ad quam omnes quaſi ad caput Epiſcopi qui uoluerint fugere,eamq; appellare poterunt. hæc ibi. Vnde in Synodica Leonis noni,ad Petrum Antiochenum Patriarcham ſic ſcribitur:Ab Apoſtolica tua ſede,noſtram catholicam conſulendo perpendimus,tuam prudentiam nolle deuiare à dominico,& omnium ſanctorum patrum concordi decreto,quo inuiolabiliter cunctis in toto orbe terrarum Eccleſijs,ſancta Romana Eccleſia & Apoſtolica ſedes caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores cauſæ omnium Eccleſiarum definiendæ referantur. Sic omnia uenerandæ Concilia,ſic leges humanę promulgant,ſic ipſe ſanctus ſanctorum, rex regum, Dominus dominatium confirmat, quatenus ibi principalis dignitatis, & totius Eccleſiæ diſciplinæ uenerabilis apex præfulgeat, & præcellat:ubi ipſe uertex & cardo Apoſtolorum Petrus, carnis ſuæ reſurrectionem beatam in nouiſsimo die expectat. Nimirum ſolus eſt, pro quo ne deficeret eius fides, Dominus & ſaluator aſſeruit ſe rogaſſe,dicens:Simon,Simon,ecce Sathanas expetijt uos,ut cribraret ſicut triticum:ego autem rogaui pro te,ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando cõuerſus,confirma fratres tuos. Quę uenerabilis & efficax oratio obtinuit,quòd hactenus fides Petri non deficit,nec defectura creditur in throno illius,in ſæculum ſæculi: ſed confirmabit corda fratrum, uarijs concutiendo fidei periclitationibus,ſicut hucuſq; confirmare non ceſſauit. hæc ille. Vnde non puto uniuerſale Cõcilium illa prœuilegia primitiuitatis à Romana ſede,iuxta aliorum Conciliorum definitionem,tollere unquàm uelle: quoniam dicit idem Gregorius,contra præſumptionem Michaelis Conſtantini c.36. quiſquis Romanę Eccleſię auctoritatem uel prœuilegia euacuare ſeu minuere nititur, non hic unius Eccleſiæ, ſed totius Chriſtianitatis ſubuerſionem & interitum machinatur. Cuius compaſsione uel ſubſtentatione,ulteriùs reſpirabunt filiæ à quouis oppreſſæ, unica illa ſuffocata matre? cuius refugium appellabunt? ad quam refugium habebunt? ipſa enim Athanaſium, ipſa omnes catholicos ſuſcepit,fouit,defendit,& propriſs ſedibus pulſos reſtituit. hæc ille. Sed quia ſedentes in ipſa ſede ab hominibus aſſumuntur,deuiabiles & peccabiles,nũc maximè mũdo ad finem tendente,& malitia excreſcente: ſua poteſtate ad ædificationem data,ad deſtructionem abutuntur. Quis dubitare poteſt ſanæ mentis,abſque ueræ poteſtatis & prœuilegij ſedis diminutione,uniuerſale Concilium tam in abuſum, quàm abutentem,poteſtatem habere pro ſuijpſius conſeruatione,& totius Eccleſiæ ſalutari ordinato regimine? tamen dicere quòd uniuerſale Cõcilium etiam ſuper primatia Eccleſiæ Romanę cognoſcere & definire non poſsit,credo malè dictum eſſe: quoniam expreſſè Calcedonenſe Concilium ſe de hoc intromiſiſſe & iudicaſſe, in geſtis legitur. Quare uniuerſaliter dici poteſt, uniuerſale Concilium repræſentationem catholicæ Eccleſiæ,habere poteſtatem immediatè à Chriſto,& eſſe omni reſpectu tam ſupra Papam,quàm ſedem Apoſtolicam. Et hanc ſententiam, probant plura geſta,& canones,& rationes. Nam diſceptatio quæ in Calcedonenſi Concilio facta fuit, ſuper primatia probat hoc: ſimiliter & definitio Niceni Concilij, in eodem Concilio Calcedonenſi,pro parte Romanæ ſedis producta. Ac etiam quòd in plenarijs Concilijs,geſta & iudicata per Romanum Pontificem,etiam Synodicè inueniuntur repetita & examinata: ut in Calcedonenſi Cõcilio,iudicium Leonis contra Dioſcorum, & in ſexta Synodo, iudicium Synodicum Martini Papæ contra Pyrrhum & Sergium,& in octaua Synodo uniuerſali, iudicium Nicolai & Adriani Romanorũ Pontifi-

Antiochena ſedes Romanæ ceſsit.

Vniuerſale Concilium, in Papam abutẽtem prœuilegijs poteſtatẽ habet.

Iudicata per Papã in Concilio uniuerſali iterũ diſcuſſa.

tificum contra Phocium,cũ ſimilibus multis. Vnde Auguſtinus in epiſtola ad Glorium & Eluſium,quæ incipit, Dixit quidem Apoſtolus,poſtquàm tractauit de ſententia 70. Epiſcoporum contra Ceciſſianum, & quomodo illa per Milchiadem Papam,& certos alios Epiſcopos, per Conſtantinum Imperatorem eidem adiunctos, retractata fuit,dicit:quòd opponentes ſe contra ſententiam Milchiadis Papæ & ſociorum dixerunt,quaſi malos ſe eſſe iudices perpeſſos. Quæ uox eſt omnium malorum litigatorum, quum fuerint etiam manifeſtiſsima ueritate ſuperati, quaſi non eis adhuc iuſtiſsimè dici poſsit. Ecce,putemus illos Epiſcopos,qui Romę iudicauerũt, non bonos iudices fuiſſe? reſtabat adhuc plenarium uniuerſæ Eccleſiæ Concilium, ubi etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſet agitari,ut ſi malè iudicaſſe conuicti eſſent eorum ſententiæ ſoluerentur,quod utrũ fecerint probent: nos enim non eſſe factum facilè probamus ex eo, quòd totus orbis communicat ei: aut ſi factum eſt, etiam ibi ſunt uicti. hæc ibi. Ecce ſententiam Auguſtini,ſcilicet poſt iudicium etiam Papæ Romani,uniuerſale Concilium totius orbis ſupereminere approbatorium uel abſolutorium,etiam in ipſos iudices. Quam ſententiam in multis locis,19.di.in canonicis 2.q.7.puto.uer.item quum Petrus,& alijs locis in hoc opuſculo allegatis, ipſe Auguſt. dicit. Nec habet hoc dubium,quum Chriſtus dicat Petro,ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus. Vnde manifeſtum eſt, quòd non obediens Eccleſiæ aut Concilio eius eam repræſentanti,debet eſſe Petro & eius ſucceſſoribus ſicut ethnicus et publicanus. Et hoc probari poteſt auctoritate ſancti Gregorij Papæ,in epiſtola 214. in regiſtro: ubi poſtquàm reprehendit Ioannem Patriarcham Conſtantinopolitanum, de eo quòd ſe uniuerſalem Patriarcham ſcripſit in fine: Et nos quidem quibus per auſum temerarij culpa cõmittitur, ſeruamus quod præcipit ueritas dicens:ſi peccauerit & reliqua:ſi Eccleſiã nõ audierit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ego itaq; per reſpõſales meas,ſemel & bis uerbis humilibus hoc quod peccatur in tam Eccleſiam corripere ſtudui,per me ſcribo, quicquid humiliter facere debui, non omiſi,ſed in ea correptione deſpicior. Reſtat ut Eccleſiam debeam adire hæc ibi. Ecce Gregorij Papam fateri, quomodo correctio fraterna eo modo ad eum ſpectat,quo Chriſtus mandat, ſcilicet ut ultimò Eccleſia adeatur, tanquàm ſupremum iudicium. Similiter & alię plures diſpoſitiuæ ordinationes de Romanorum ſede,quæ in diuerſis Concilijs uniuerſalibus factæ ſunt, & manifeſtum eſt,illas diſpoſitiones à maiori auctoritate robur cœpiſſe,quare maior uniuerſalis Concilij auctoritas. Deinde ca non octaui Concilij,de poteſtate Patriarcharum, qui etiam de Patriarcha Romano loquitur: & ſimiliter canon eiuſdem Concilij,qui incipit:diuina hoc probant. Nam dicit iuſtè ac congruenter hæc ſancta & uniuerſalis Synodus definit & ſtatuit,quòd nullus laicorum aut monachorũ, aut aliquis de catallogo clericorum,ante diligentem examinationem & Synodicam ſententiam, à communione ſe ſeparet proprij Patriarchę,licet criminalem quamlibet eius cauſam ſe noſſe prętendat. Non dicit de hæreſi, quia licet recedendum non ſit, ut dicit textus iſte.et.ij q.7.ſacerdotes,& 8.q.4.nonne: tamen hoc uerum niſi in hæreſi, quia etiam ſi tolleretur, attentò quòd in damnatam hæreſim incidit,tunc excommunicatus eſt 24.q.1.cap.1. Et gloſſa allegat concordantias,in præfato.c et in.c.Anaſtaſius 19.di. Quare ab eo ſemper recedendum: ut ibidem in gloſſa,& Adrianus Papa in Synodo, in tertia alloquutione,& habetur ſeptima actione octaui Concilij. Et quia textus iſte in alijs criminibus intelligitur,ergo Papa per Synodum, in criminibus etiam alijs quàm hæreſi, iudicari poteſt. Hoc etiam probari poteſt per dictum ſancti Petri ad Clementem, ut habetur in epiſtola ipſius Clementis ad Iacobum, ubi dicit Petrum ſibi dixiſſe, dum eum ſucceſſorem ſubſtitueret: neq; enim iudicem aut cognitorem ſecularium te conſtituere uoluit hodie Chriſtus,ne prouocatus præſentiũ hominum curis,non poſsis uerbo Dei uacare. Si enim mundialium curis fueris occupatus, teipſum decipies, & eos quite audiunt: non enim poteris quæ ad ſalutem pertinent plenius ſingulis quibusq; diſtinguere. Et ex eo fiet, ut & tu tanquàm qui non docueris quæ ad ſa-

Auguſt.

Gregorius ad Eccleſiã refert.

Papa iudicari poteſt & deponi.

http://www.obrascatolicas.com

ſalutem hominum pertinent, deponaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant. hæc ibi. Non uolo tamen aſtruere Clementem in ueritate ita ſcripſiſſe, quia ſatis ueridicè habetur, illum Iacobum ante Petrum octo annis martyrio deceſsiſſe, ut infra in tertia parte dicetur. Sed quia Eccleſia non ſpernit hanc epiſtolam quod ſufficit: tunc manifeſtum eſt, etiam Papam ex negligentia deponi poſſe, quia dicit deponaris: quare habetur propoſitum. Ecce ergo quòd canon in ſententia Synodica, omnes Patriarchas æquiparat. Et per geſta Concilij illius ſatis apertè conſtat, ſemper Papam Patriarcham Romanum nuncupari: & ſi non eſt dubium, quālibet criminalē cauſam, alterius cuiuſcunq; Patriarchæ per ſynodū definiri poſſe, ſic & Romani Patriarchæ. Et quòd Patriarchæ æquiparētur in depoſitionibus, facit 22. di definiuimus. Probat etiā idem tex. 8. Cōcilij 10. canonis, ad depoſitionem Metropolitanorum uel eorum correctionem, omnes uicarios æqualiter ſe habere. Vnde geſta Concilij Calcedonenſis in ultima actione, & alijs locis, acalia geſta Conliorum probant, tam alios Patriarchas quàm Papam Romanum cum eorum Concilio, Epiſcopos uel Archiepiſcopos depoſuiſſe. Oportet igitur illa iura, quę loquuntur ſolùm deponere poſſe Epiſcopum, intelligi, in ſuo ſcilicet Patriarchatu. Et uidentur allegata geſta Calcedonenſis Concilij de depoſitione Anaſtaſij probare, Patriarcham non cum Concilio, ſed conſenſu ſui Concilij depoſitiones facere debere. Dicunt enim Epiſcopi Antiocheni Concilij: Nos depoſuimus Athanaſium, à clero Eccleſiæ ſuæ accommodatum, quia ter uocatus non uenit. Vnde idem quòd dicit Archi. 22. diſt. qua traditione Papam ſine Concilio quem deponere poſſe, oportet intelligere ſecundum ea, quæ inferiùs quodam loco habentur, hoc uerum ſine Concilio uniuerſalis Eccleſiæ, uel etiam ſine Patriarchali, ubi priuandus ſeu deponendus, incidit in pœnā latę ſententię. Sed ut hoc, ſcilicet Papam uniuerſali Concilio totius Eccleſię ſubeſſe, clariori definitione idem Concilium octauum uniuerſale explicaret, in canone 21. qui incipit, Dominicum ſermonem in. uer. porro, cuius pars habetur 22. diſt. definiuimus dicit, quòd uniuerſalis Synodus, cum conuenienti reuerentia, quamlibet quæſtionem de Romanorum ſede exortam audire tenetur, & in ea proficere aut profectum facere, nō tamen audaciter ſententiam in Romanum Pontificem dicere. Ecce quòd licet omnem quæſtionem de ſede Apoſtolica exortam, definire habeat uniuerſale Concilium: hoc tamen ob primatiam & reuerentiam capitis, cum conuenienti reuerentia, & non audaciter ſententiam dicendo, facere debet. Quare manifeſtum eſt ex his, uniuerſale Concilium ſimpliciter ſupra Papā eſſe, nec amplius de hoc opus eſt exempla producere, quum habeamus uaria decreta ſacri Baſilienſis Concilij, & etiam Conſtantienſis, quomodo Papa dicatur ſubeſſe Concilijs. Et licet Conſtantienſe tantum in tribus caſibus loquatur, clarum eſt quòd omnes canones facti, aut amplius factibiles, ad ipſos reducūtur. Nonné in quinta ſeſsione huius Baſilienſis Concilij fuit definitum, nullum per ſe uel procuratorem incorporatum, extra locum Concilij etiam auctoritate Apoſtolica trahi poſſe. Quare hoc niſi quia hoc cadere poſſet in præiudicium Concilij. Si ergo auctoritas Romani Pontificis in particulares perſonas, quando præſumit hoc uergere poſſe in præiudicium Concilij, non poteſt: quis dubitat totum Concilium ſupra Papam eſſe? Talia plura decreta ſunt huius Concilij, quæ hoc probant, ſcilicet citationem & monitionem Papæ & huiuſmodi.

Decreta Concilij Baſilienſis

Cap: XVIII.

Poteſtas ligādi.

VErūm ut profundiùs uideamus huius ueritatem, reuocemus ad mentē, ſuperiùs de repræſentatione præſidentium dicta. Et dicamus, quia poteſtas ligādi & ſoluendi, & infallibilitas & indeuiabilitas propter Chriſti aſsiſtentiā, uſq; in conſummationem ſæculi, eſt in ipſa catholica uera Eccleſia. Quum autem Romanus Pontifex ſit membrum illius Eccleſiæ, quæ corpus Chriſti myſticum eſt, & infallibilitas non cuilibet membro, ſed toti Eccleſiæ promiſſa eſt: tūc non cum

dubium, poteſtas indeuiabilis ligandi & ſoluendi totius Eccleſiæ, eſt ſupra poteſtatem Romani Pontificis, quanquàm ab eodē principio ligandi & ſoluendi, poteſtas tam Eccleſiæ quàm Papæ fluat. Et non dico hoc uerum, tantùm de ipſa tota Eccleſia ſacerdotali, quæ eſt ut anima una totius Eccleſiæ. Hoc uerum eſt ex Chriſti promiſſione & legatione, quia ſacerdotium à ſpiritu ſancto poſitum eſt, ad regendum Chriſti Eccleſiam, ut dicit Petrus Apoſtolus: Paſcite in uobis. Quare ipſum ſacerdotium actu uel uirtualiter congregatum, utitur præ tota Eccleſia. & omnibus membris eius de quorum numero Papa eſt ſua legatione, quam à Chriſto habet totam Eccleſiam paſcendi. Verum quia uniuerſale Concilium, eſt congregatio ſiue Eccleſia, de membris uniuerſæ catholicę Eccleſiæ congregata, & repræſentat ex hoc uniuerſam Eccleſiam: tunc conſiderandum eſt, quòd Romanus Pontifex etiam habet figuratam & reſiam: tunc conſiderandum eſt, quòd Romanus Pontifex etiam habet figuratam & repræſentatiuam perſonam, unius uniuerſæ Eccleſiæ. Vnde Auguſt. ſuper Ioanne ſup illo uerbo: Tu uocaberis Cephas, ait ſermone 7. Magnum quia mutauit ei nomen, & fecit de Simone Petrum. Petrus à petra, petra uerò Eccleſia, ergo in Petri nomine figurata eſt Eccleſia. Idem ſermone 11. & ſermone ultimò, ubi dum de Eccleſia loquere tur Auguſt, dicit: Cuius Eccleſiæ Petrus Apoſtolus, propter Apoſtolatus ſui primatum, gerebat figurata generalitate perſonam. Quòd enim ad ipſum propriè pertinet natura, unus homo erat gratia, unus Chriſtianus: abundatiore gratia, unus idemq; primus Apoſtolus. Sed quando ei dictum eſt: tibi dabo claues regni cœlorum, & qd cunq; ligaueris, uniuerſam ſignificabat Eccleſiam. Vnde Petrus accepit nomen, non enim à Petro petra, ſed Petrus à petra: ſicut non Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto. Ideò propriè ait Dominus: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: quia dixerat Petrus, tu es Chriſtus filius Dei uiui. Super ergo hāc petram quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam. Petra autem erat Chriſtus, ſupra quod fundamentum etiam ipſe ædificatus eſt Petrus. Eccleſia autem quæ fundatur à Chriſto claues ab eo regni cœlorum accepit in Petro, id eſt poteſtatem ligandi & ſoluendi peccata. Quòd autem per proprietatem in Chriſto Eccleſia: hoc eſt per ſignificationem Petru in Petra, quia ſignificatione intelligitur Chriſtus petrę, Petrus Eccleſia. hæc ille. Et pro hoc textus Auguſtini 11. q. 3. qui illud, & Leo 9. diſt. ita Dominus, & Archi. 24. q. 1. quod cunq; 21. di. decretis de pœni. di. uer. ſi es Chriſti Petrus. Et Auguſt. de agone Chriſtiano cap. 20. & in Homilia de trāsfiguratione, & de uerbis Domini lib. 1. ſermone 13. & ſermone 13. de Apoſtolis Petro & Paulo, & lib. 2. quæſtionum ueteris & noui teſtamenti. q. 79. & libro homiliarum, homilia. 46. & in pſalmo. 108. ſermone 13. Et Amb. de curapaſtorali. Et Anſel. ſuper illo uerbo Matth. Nam pauperes ſemper habebitis uobiſcum. Et quoniam hoc ita eſt, quòd Petrus à petra, & petra Eccleſia quæ ſignificat Chriſtum, & propter hoc eſt corpus eius myſticum: ideò patet, quomodo Chriſtus eſt ueritas, petra figura, ſiue ſignificatio Chriſti, Eccleſia: huius autem petræ figura ſiue ſignificatio, Petrus. Vnde ſicut Chriſtus eſt ueritas, cuius figura & ſignificatio eſt petra ſiue Eccleſia: ita petra eſt ueritas, cuius ſignificatio & figura eſt Petrus. Ex quo clarè patet, Eccleſiam ſupra Petrum eſſe, ſicut ſupra illam eſt Chriſtus. Rectè ſicut dicimus uetus teſtamentum eſſe figuram noui, & nouum teſtamentum eſſe ueritatem in ordine ad uetus, & ſic ſupra uetus & nouum eſſe figuram gloriæ, ubi ſola ueritas: ſic nouum teſtamentum eſt ueritas & figura. Veritas, reſpectu inferioris: figura, reſpectu ſuperioris, ſic & Eccleſia catholica. Deinde ex hoc patet, quòd ſicut Petrus unicè & confuſiſsimè figurat Eccleſiam, qui deuiabilis eſt: quòd tunc inter petram & Petrum, ſunt plures graduationes repræſentationum & ſignificationum, quouſq; in petram deueniatur, à confuſiſsima repræſentatione & figura, uſque in ueritatem per media certiora & ueriora. Vnam autem Eccleſiam ſignificare & repræſentare non poteſt, niſi unus aut una congregatio, quam Græci Synodum dicunt. Ex hoc euenit, quòd in Synodis uniuerſalibus conſiderari debet, an ſit ordinata congregatio, quæ ex unione Synodica, repræſentare habeat uniuerſalem Eccleſiam, puta ex Papa, Patriarchis, & puinciarum capitibus. unde quando ita iuxta p̄miſſa

Auguſt. Nominis mutatio. Auguſt.

Eccleſia ſupra Petrum.

Gradus inter petram & Petrum.

http://www.obrascatolicas.com

missa supra, contingit uniuersalem Ecclesiam Synodum ordinatè congregari: non dubium quantò illa Synodus minus confusè plus tenendo in ueritate repræsentat, tantò eius iudicium plus à fallibilitate uersus infallibilitatem tendit, & semper maiùs est iudicio unici Romani Pontificis, eum confusissimè figurãtis. Antiquum est hoc prouerbium, facilius inueniri, quod à pluribus quæritur. Quare Papæ iudicium minus stabile, & magis fallibile præsumi, quàm ipsius & aliorum, & hoc non habet dubium. Et præmissa uidentur probari, ex 77. epistola sancti Ambro. quæ est Romani Pontificis, & non Ambrosij, ut ex ipsamet epistola habenti respectum ad immediatè præcedentem probatur. Est enim 71. Epistola sancti Ambrosij ad Theophilum, quæ incipit: Non habet quod urget Euagrius, & habet quod metuat Flauianus. Ideoq; refugit examen. Debent fratres dolori iusto ueniam, quia propter ipsos uniuersus orbis concutitur, & illi tamen nostro non compatiuntur dolori. Et infra: Grauis toto orbe stabat discordia, cui bonę pacis naufragio sancta Synodus Capuensis, tandem obtulerat portum tranquillitatis, ut omnibus per totum Orientem daretur communio catholica confitentibus fidem, & duobus istis, tuæ sanctitatis examen impertirẽt fratribus & consacerdotibus nostris Aegyptijs consedentibus, quia hoc uerum iudicium arbitrati sumus. Et infra. Sanè referendum arbitramur ad sanctum fratrẽ nostrum Romanæ sacerdotem Ecclesiæ, quoniam præsumimus te ea iudicaturum, quæ etiam illi displicere non queant: ita enim erit utilè consultum sententiæ, ita pacis & quietis securitas, si id uestro statuatur Concilio Et infra. Quòd Ecclesia Romana haud dubiè comprobauerit, læti fructum huiusmodi examinis comprobamus.

Prouerbium.

Epistola Ambrosij.

Epistola Papæ Ambrosianis inserta.

Post hoc sequitur epistola, in qua est responsio ipsius Papæ, ad scripta illorum iudicum à Concilio deputatorum, secundum quòd consuluit Ambrosius, quòd ipse requiri deberet. Et in principio dicit Papa (cuius tamen nomen in meo codice non reperi) quòd ꝓ ueritate uel modestia de Bonoso Episcopo, suam sententiã scisciterentur. Et infra Aduertimus, quòd nobis iudicandi forma competere non potest. Nam si integra esset Synodus, hodie rectè de ijs quę compræhendit uestrorum scriptorum series iudicaremus. Vestrum est ergo qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre de omnibus. Et infra. Vicem enim Synodi recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit. Deniq; quum Bonosus Episcopus post iudicium uestrum, misisset ad fratrem nostrum Ambrosium, qui eius sententiam consuleret, interdictam sibi Ecclesiam irrumpere atq; ingredi: responsum est ei, quòd nihil temerandum foret, sed omnia modestè, patienter, ordinatè, gerenda. Neq; contra sententias uestras tentandum aliqd. ut quod uideretur uobis iustitiæ conuenire, statueretis, quibus hanc Synodus dederat auctoritatem. Ideò primũ est, ut ij iudicent, quibus iudicãdi facultas est data. Vos em̃ totius (ut scripsimus) Synodi uice decernitis, nobis quasi ex Synodi auctoritate, iudicare non conuenit Et infra in fine: Vnde uestræ normam expectamus sentẽtiæ. hæc ibi. Ecce Papam fateri, si integra foret Synodus, hoc est si non commisisset iudicium alijs, ipse de causa iudicare potuisset: sed quia Synodus commisit alijs, dicit se non posse, & ex auctoritate Synodi sibi non conuenire, quod est notandum. Quantùm ex hoc clarè probatur, auctoritatem Synodi supra Papam esse, & etiam commissarios Synodi, uicem totius Synodi gerentes, Papæ in commisso præferri. Fuit credo ille Papa sanctus Damasus qui hanc rescripsit, quoniam ut ex immediatè sequenti epistola 73. habetur, tunc Damasus illis temporibus fuit. Vbi dicit Ambro. Nam & ante biennium misit ad me sanctus Damasus, Romanæ Ecclesiæ sacerdos, iudicio Dei electus. Quare concluditur uniuersale Concilium ritè adunatum, licet graduationes inter se habere possit, quò ad iudicia, est tamen semper maioris auctoritatis, & minoris fallibilitatis, quàm Papæ tantùm. Ex quo sequitur corollariè, uniuersale Concilium etiam in alio quàm hæresis casu Papam deponere posse. Sicut hoc etiam de Benedicto 12. & Ioanne 23. legitur. Et hoc probatur ex. c. i. de renunt. lib 6. Quia si papalitas ab hoc subiecto materiali, scilicet isto homine, est iudicio ipsius Papę dũ se inutilẽ iudicat, remouibilis, ut ibidem, & hic habetur maioris auctoritatis esse Cõcilij iudicium, quàm Papæ tantùm & minùs fallibilè: tunc clarum est, quòd sicut Papa

Synodus supra Papam.

Iudicium Cõcilij infallibilius iudicio Papæ.

Papa non hæreticus deponi potest.

pa tunc potest ex causa legitima cessare ab administratione, ita etiam subiecti, communi Concilio possent ex eisdem causis in præstando obedientiam cessare, quando inutiliter administraret. Dum enim prælatus eligitur, eligitur ut præessendo prosit 1. q. 1. uer, Ecce cum honore 8. q. 1. qui Episcopatum 28. q. 1. iam nunc de renunc. nõ cum pridem. uer. porrò 23. q. 4. quisquis. Vnde quando inutilis est, tunc conditio tacita, secundum quam consensus interuenit, & cessante causa propter quam electio facta est præstant illam auctoritatem sic ipsi Concilio, à fortiori, quanquàm seipsum in illo capitæ primo Papa habere dicit. Et non habet aliquis ratione utens in hoc dubium, quin maior sit potestas ipsius Concilij Ecclesiam repręsentantis, in papalitatem: ut secundum utilitatem Ecclesiæ, materiale eius subiectum disponatur, quàm in iudicio unius hominis, in ipsam papalitatem sibi nomine Ecclesiæ & propter ipsam adiunctam. Posset fortè dubium esse, an Concilium exercitium administrationis à uero & unico Papa ad tempus, uel ad beneplacitum tollere posset, non propter impotẽtiam Concilij, sed propter rei contradictionem, quum ex superioribus pateat & etiam inferioribus, papatum in liberta administrandi potestate tantùm consistere. Vnde illa sublata, uidetur papatus sublatus: tamen qui in Constantiensi, & isto Basiliensi Concilio, certa decreta sunt contra Papam edita, sub suspensionis pœna negare non possum, Papam suspendi posse. Licet ego prima fronte non uellem negare, illa suspensione non obstante in foro conscientiæ, ubi est propria superna potestas Papæ, quãdiu Papa est uerè absolutum esse, & ad illam potestatem hanc suspensionem extendi nõ debere, quia illa uidetur diuinitùs papatui annexa, licet præter illam potestatem, omni alia quę à iure uel homine aut foro extrinseco dependet, quò ad exercitium, careat. Verum si Concilium expressè exercitium ligandi & soluendi, ab eo etiam in foro pœnitentiali, per suspensionem tollere uellet: tunc oporteret dicere, aut ipsum de posito pro tunc, aut quid aliud esse papatum, quàm liberam administrationem super omnes ligandi & soluendi, quod prædictis contradiceret, & nouum esset.

Prælatus inutilis deponi potest.

Papatus in quo consistat. Papam suspẽdi posse quatenus uerum sit

Ex his & superiùs tactis manifestum est: quia quisq; præsidens figurata generalitate subditos figurat, modo quo Papa confusissimè totam Ecclesiam, propinquiore autem modo suum Patriarchatum, adhuc propinquiore suam Metropolim, adhuc certiori suam diœcesim, adhuc certiori suum clerum, & ultimò quasi in uno corpore suum quotidianum consilium figurat. Vnde euenit, ut Cardinales aut legati prouinciarum, qui assistunt Romano Pontifici, principalia membra & pars corporis Papæ dicantur. Deinde etiam est ex hoc manifestum, quòd quantò particularior est præsidentia, tantò certior est repræsentatio, quæ apud ipsum præsidentem est, & minus cõfusa. Vnde propter hoc, quia ut dicit Hiero. ad Rusticum 7. q. 1. in apibus, omnis ordo Ecclesiasticus rectoribus utitur, in quibus demum ad unum deuenitur. Isti autem rectores per consensum iure diuino & naturali constitui deberent, & ut Auitius Papa dixit, tunc oportet ut qui omnibus præsse debet, ab omnibus eligatur. 65. dist. Archiepiscopus. Et quòd nullus detur inuitis, ut infra dicetur: quoniam secundum sanctum Leonem, nulla ratio sinit, ut inter Episcopos habeatur non electus. Ab hoc enim ut unum corpus in concordantia constituatur, ex subiectis & præsidente, ratio & naturale ius simul & diuinum exigunt, in hac spirituali unione matrimoniali consensum mutuum, quem ex omnium electione & electi consensu depræhendimus. Rectè sicut inter Christum & Ecclesiam spirituale: matrimonium ex consensu constituitur. ut 7. q. 1. sicut & alijs c. ibidem, & similibus multis 62. 2. & 63. di. & 24. q. 1. pudenda & 63. dist. Metropolitano. Vnde licet inuitis tradi possunt sacramenta, non tamen matrimonium: quia ibi consensus est de essentia 27. q. 2. uer. 1. & 32. q. 2. uer. 1. Et notat glo. 1. q. 1. constat. Ecclesia autem est uxor siue sponsa presbyteri, 21. q 3. sicut, cum similibus infra. De hoc infra plura dicentur. Vnde si recta ordinatio seruari deberet, tunc textus Concilij Toletani lib. 1. dist. qui in aliquo, & 62. dist. nulla, & dist. in nomine Domini, cum similibus seruari deberent, ut plæbani & curati eligerẽtur, aut saltem de eorum consensu utiliter prouideretur, ut 67. di. reliqui 63. di. si in plæbibus, & deinde concurrente eorundem laicorum consensu, clerus Episcopum.

Hiero.

Episcopus nõ est qui non electus.

Curati eligẽdi sunt.

http://www.obrascatolicas.com

63.dist.plæbs.& c.nosse:& Episcopi cum consensu Metropolitani.66.di. Archiepiscopi & Metropolitani prouinciarum,cum consensu Episcoporum legatos prouinciarum asciscentes Romano Pontifici,qui Cardinales uocarentur,& illi Cardinales Papam de consensu Metropolitanorum,quantùm possibile foret.Si autem ob periculadiuturnæ uacātiæ,non uideretur utilè consensum expectare,quòd tunc fieret sicut hactenus meliori ordine,hoc modo Romanus Pontifex secum continuum haberet Concilium,ordinatè repręsentatiuum uniuersalis Ecclesię,cum quo absq; dubio Ecclesia optimè regeretur.Vnde quando sub pœna excommunicationis latę sententię canō 26.8.uniuersalis Cōcilij statuit,Patriarchale iudicium pro firmo seruari debere,dicit iustum rationabile,& sine suspicione esse,eò quòd apud eum honorabiliores quiq; colligantur:& non dixit canon de Cardinalibus Romanis, quoniam ut colligitur ex canone,præsul iuncto.c.nullam 2. q 5.tunc Episcopi semper præcedebant Cardinales,quoniam maiores eis sunt.ut 2.q.7.quanquàm in glo.Quoniā Cardinales de clericis Romanis,sacerdotes & diaconi fuerunt,ut ibidem & 79.di.si quis pecunia,& c.oportebat,& c.si quis ex Episcopis.Cardinalitas enim quandam eminentiam significat,ut probat tex.24.di.presbyteri, ubi Cardinalis Pontifex pro Metropolitano ponitur.Et hoc etiam probatur,93. di.à subdiacono. Et superiùs dictum est,secundum Leonem nonum,& per archi.22.di.sacrosancta,ubi dicit Papam inter Cardinales numerari.Et quòd Episcopi dicantur etiam Cardinales 21. q.1.relatio 7. q.1.pastoralis 71.di.fraternitatem.Sed textus præallegatus,loquitur de Metropolitanis & legatis prouinciarum,qui ad Patriarchale Concilium, iuxta canonem 17.tenebantur concurrere.Quare in finem uniuersalis boni regiminis,quia plena uniuersalia Concilia difficulter colliguntur,hanc putarem primam radicem reformationū ut Cardinales ex legatis prouinciarum constituerentur, quorum Concilium cuncta grauia,aut ordinationi uniuersali canonum obuia, cum subscriptione tam Papæ q̄ Cardinalium expeditentur,ut ex subscriptione, certa scientia & strictum examen interueniisse uideretur, ut sic debita canonibus seruaretur reuerentia , & nihilominus utilitati & necessitati in particulari casu succurreretur. Funguntur enim Cardinales uice Metropolitanorū.23.di.in nomine Domini.Et notat.Hosti.in sum,de pœn.&reuer.tui Papa.uer.alij dicūt. Igitur sicut Metropolitani prouinciarum, per electionē prouincialium constituuntur:ita & Cardinales qui eorum uices gerunt, iuxta prænarrata constitui debent.Et maximè hoc tempore istud necessarium foret, quoniam non sicut antiquitus Metropolitani & Episcopi, quanquàm fortè iurent adhuc ex forma antiqua ut c.Episcopi & l.93.dist.annuatim ad Papam conueniunt, quorum Concilio,solebant Romani Pontifices in decidendis arduis uti. Et fuit huiusmodi obseruatio adeò stricta,præsertim de Metropolitanis,ut legitur in 17. canone,8.uniuersalis Concilij,quòd ipse neq; præter duas Synodos prouinciales,neq; principū sęcularium uocatione poterant excusari.Hodie autem etiam si in curia forent Romana tanquàm alieni ad consilium Papæ non uocantur, quod absurdum est, maximè quando uniuersalis Ecclesię casus aliquis,uel alius quoquo modo Ecclesiam uniuersalem respiciens tractatur. Quare necesse foret,tales legatos prouinciarum, Cardinales constitui ex multis utilibus causis, quas quisq; intelligens facilè concipit, qui cursum Romanæ curiæ aliquo pacto cognoscit.

Episcopi ofline Cardinalibus maiores

Cardinales ex legatis prouinciarum cō stituendi.

Cap. XIX.

Siiura ac dicta sanctorum patrum,quæ loquuntur, nullum ad præsidentialem curam ordinari debere,nisi electum ab ijs quibus præsidere debet,seruarentur,ut suæ præsidentiæ originem ab ijs se habere cognoscat quibus præest,& sic absq; superbia in amore pascat : tuncuideremus, quomodo ex ordinatis gradualibus electionibus, ad hoc rectè deuenitur, quòd superiùs per sanctum Augu. dictum est,scilicet quòd de petra,id est Ecclesia fidelium,Petrus oritur.Nō quòd potestas præsidentialis,quæ in præsidētibus est,à populo totaliter ortum capiat: sed sicut præhabitum est superiùs,tunc sacerdotium quod est ut anima in Ecclesia militan

Augusti.

tanti.Anima autē secundū eius motiuā & sensitiuā partē cōsiderata,educit de potētia materiæ:secundū aūt rationalē eius partē considerata,à Deo est.Sic sacerdotium, capit ab inferiori populo fidelium,illam præsidentialem motiuā uegetatiuam,& sensitiuā potestatem, quæ potestas exit de potētia materiæ subditorū,per uoluntariam subiectionem:à Deo autem per sacramenta capit potestatem rationalis animæ, quæ de sursum uenit,ut sic possit in dulci concordantia,superna potestate per medium elicitæ & traditæ potestatis,influere in corpus subiectorum,quæ ad salutarē unionem cum Christo capite perficiuntur.Vnde Hormisda Papa Episcopis Hispaniæ:Ne benedictio quæ per impositionem manus à Deo esse creditur,pretio comparetur:quis nobile putet esse quod uendidit:iustam sacerdotibus ordinandis reuerentiam seruet electio,ut in grati munere populorum,diuinū credatur esse iudicium. Ibi enim Deus,ubi simplex sine prauitate consensus.hæc ille.Et quanquàm summorum sacerdotum delectionem sibi Deus reseruauit,electionem tamen eorum fideli populo concessit 79.di.c.fi.& ille gratia diuina præfertur, qui communi consensu eligitur, 8.q.2. dilectissimi,de quo infra latiùs.Et pulchra est hęc speculatio,quomodo in populo omnes potestates,tam spirituales in potentia latent,quàm etiam temporales & corporales:licet ad hoc quòd ipsa præsidentialis potestas in actu constituatur, necessario desuper concurrere habeat radius formatiuus;qui hanc constituat in esse, quoniam omnis potestas desursum est,& loquor de ordinata potestate. Sicut rectè terra est fex elementorum, de ea tamen potentia mediante influentia cœlesti, uaria uegetabilia & sensibilia educuntur. Quare non inepte Abbas Ioachim super Apocalyp. dicit, populum patris figuram,clericos singulares filij & religiosos spiritus sancti gestare: quoniam sicut filius à patre,ita clerici à laicis,& sicut spiritussanctus ab utraq;,ita religiosi à laicis & clericis procedunt.

Hormisda.

Electio summorum fidelī populo data.

Terra.

Abbas Ioachim.

Cap. XX.

ALio occurrente dubio,an ita per decreta uniuersalis Concilij Papa ligari possit.Quòd in cōtrarium non possit,facile ex scriptis potest responderi:Quoniam si uniuersale Concilium propriè acceptum,est supra Papam(ut prædictum est)solutum est dubium. Vnde quamuis Papa in c.significasti de elect. supra Concilium,& c.proposuit de cōcess.præ.supra iura esse se dicat, hoc est uerum de Concilio generali suo, ubi ut Patriarcha præsidet, & de iuribus ibi aut alioqui in alijs particularibus Concilijs per eum editis : licet ob principatum super omnes de Ecclesia ἐνωτικεπαρ,fatear ita sedi Apostolicæ alligatam, quòd tolli quò ad particulares casus non possit,quoniam dispensare & interpretari habeat, sæpe ob utilitatē & necessitatem in ædificationem Ecclesiæ, & solùm ad illum finem. Quòd autem canones uniuersalium Conciliorum tollerenō possint uel mutare, uel aliquid in cōtrarium condere:textus est notabilis,25.q.1.contra statuta,ubi Zozimus Papa dicit: contra statuta patrum aliquid condere uel mutare,nec huiusmodi sedis potest auctoritas.Et idem Zozimus, Aurelio & uniuersis Episcopis per Aphricam & per Galliias constitutis,dicit:Cum aduersus statuta sanctorum patrum uenitur, non tantum illorum prudentiæ atq; sententiæ, quæ in æuum uictura sanxerunt, sed ipsi quodammodo fidei & catholicæ disciplinæ irrogatur iniuria.Quid enim tam sanctum & uenerabile est,sicut penitus non exorbitare ab itinere maiorum, quorum canonum statuta ueluti quædam fundamēta sunt,ferendis fidei nostræ ponderibus?hæc ille.Hęc etiam probantur ex eo,quòd Damasus Papa ad Paulinū scribens , iubebat ad fidem reuertentes,se subscribere debere,non tantum fidei Niceni Concilij symbolo,sed et canonibus:pro quo facit c.1.2.& 3.ca.dist. Et quia textus supra allegatus dicit contra statuta patrum,id est canones.ut est tex.20.di.de libellis, qui textus in fine cum dicto Zozimi benè concordat:quia dicit ad effectum,suumq; profectum sancta Euangelia utiliter retinere uel credere, non probatur, qui sanctorum statuta(quos canones dicimus)non obseruat.Et sanctus Gregorius Papa, in Registro ad Ioannem Episcopum Lariſſenorum,in epistola quę incipit:Frater noster adoramus,in fine dicit:Hęc enim consona sanctis patribus definitione sancimus , ut qui sacris nescit obedire canonibus,nec sacris administrare,nec communionem capere ,sit dignus altaribus.Et

Dubium.

Cui Concilio Papa præsideratur : et eius non.

Papa canones aboleren quit.

Gregor.

http://www.obrascatolicas.com

tales canones qui ita ab omnibus uenerari debent, in uniuersalibus Concilijs constituti oportet 16.dist.habeo librum. Et uocantur generalia, ut de canonibus Calcedonensis Concilij, Gregorius in Registro, ad Secundinum in epistola quæ incipit: Dilectionis tuæ dicit, ubi ait: sancta Calcedonensis Synodus, usq; ad definitionem fidei & prolationem canonum de generalibus causis loquuta est, post prolationem canonum specialia certamina Episcoporũ sopire curauit, hæc ibi. Talia statuta uniuersalem statum Ecclesiæ respicientia, Papam retractare non posse, notat Archi. 19. dist. ita Dominus in fi. facit. c. sunt quidam & alia capitula ibi posita 25. q. 1. Et iterum, Papa est pastor hominum, cui propriè dictum est, Pasce oues, sed regulæ & canones uniuersalium Conciliorum, sunt editi pro correctione morum 21. dist. Nicena igitur. Et illis Papa obedire tenetur, & illis in pascendo uti debet, quoniam diuino consultu saluberrimos canones ediderunt, ut ait Leo. 4. Papa 35. q. 1. Ideò. Vnde superaddit Concilium Constãtiense uniuersale, quòd nisi obedierit, puniri posit: quia nullam sedem magis exequi oportet uniuscuiusq; Synodi constitutum, quàm Romam, ut ait Gelasius Papa 25. q 1. confidimus. Et Leo Papa qui in 8. Concilio tuba Euangelicę ueritatis, legitur ad Martianum Augustũ de canonibus Nicenis loquens dicit quòd nulla posit improbitate conuelli, nulla nouitate uiolari: & addit, in quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo, necesse est me perseuerantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ spiritu Dei inspirante sunt conditæ, me (quod absit) conniuente uiolentur. Facit textus eiusdem Leonis 25. q. 1. quæ ad perpetuam. Et idem Leo de approbatione fidei Calcedonensis Concilij generalis, ad omnes directa, quæ incipit: Omnem dicit infirmum atq; irritum esse, quicquid contra canones Nicenos fit, quorum se asserit custodem. Causa autem quare non posit in contrarium: & cur eum exequi præ cæteris oporteat: quia ut dicit textus, uiolatores ibidem, quia spiritu Dei conditi sunt ad bonum regimen uniuersalis Ecclesię, & hoc specialiter promouere, spectat ad officium Romani Pontificis. Canon itaque uniuersalis Concilij est duplex, & regula regiminis, & ædificationis Ecclesiæ, qua maximè primum architectum uti oportet, si rectè sua potestate uti uoluerit. Rectiores enim & indeuiabiliores regulas nemo inuenire poterit, quàm spiritus sanctus, uniuersalium Conciliorum inspirator. Vnde in gestis actione 6. octaui Concilij, Zacharias Chalcedonensis Episcopus, dum ei obijceretur sententia Romani Pontificis, dixit Papæ: Nicolai & aliorum Patriarcharum canon princeps est, & secundùm illum agentes nil faciunt extra id quod decet: quum uerò extra hunc faciunt, siue Papa Nicolaus, siue alius quis quàm, nõ acquiescimus. Et infra: Si facta sunt hæc à Nicolao cum canone, sequimur, & conuenimus & roboramus, & contraria illis non sapimus: si uerò sunt facta extra ius uel canonem, non nos illa uituperamus seu proijcimus, sed canon. hęc ibi. Vnde quando Metrophanes respondebat, non dixit Papam esse super iura: sed dicit in quibus est causæ diuersitas, æstimationis quoq; ac opinionis diuersitas debet accidere. Et respondet, quomodo secundum regulas definiuit, quibus cõsuetudo obesse non potuit in contrarium allegata aliquorum, qui de laicis ac etiam neophitis, ad Patriarchale & Archiepiscopale culmen promoti fuerunt, dicens: Liquidũ est, quòd qui ea rarò fiunt posita leges non subuertunt. Fuit enim antiquorũ maxima cura in seruandis canonibus, & frequenter in principio canonum cuiuslibet synodi, statutum de obseruandis canonibus Carthaginensibus legitur, quæ uel facta uel dicta superius compræhẽsa sunt, uel ab alijs Concilijs sunt scripta, custodire nos oportet. Corruptor laicus, clericus, communione priuetur. Vniuersi dixerunt: placet, placet. Et adhuc fortiùs in Concilio generali, tempore Martini Papæ renouatoris canonum, ut dicit glo. 18. dist. proprij ante sextum uniuersale celebrati, in 2. cap. legitur, & repetitur octaua actione octaui Concilij uniuersalis. Sed quis secundum sceleratos hæreticos quocunq; modo, aut uerbo, aut tempore, aut loco, terminos transmittat illicitè: quos posuerunt firmiùs sanctæ catholicæ Ecclesiæ patres, & sanctæ & uniuersales quinque Synodi, nouitates temere adinuenire, & fidei alterius expositiones, aut typos, aut le-

Leo.

C. nõ duplex.

aut leges, aut definitiones, aut libellos. Et infra, contra pias orthodoxorum catholicæ Ecclesię, id est paternas & Synodales prædicationes hæc impiè agens, nisi pœnituerit, in sæcula sæculorum sit condemnatus, & dicet omnis populus, fiat, fiat: Martinus Papa se cum alijs subscripsit. Ex quo habes quòd de uniuersalibus Concilijs ca non loquebatur, quoniam Romani Pontifices ad illos obligantur. Quare in uniuersalibus Concilijs, canonibus se subscripsisse leguntur, non autem sic de generalibus suis Concilijs. Non enim dicit iste canon de omnibus canonibus, & legibus, & definitionibus patrum: sed dicit quinq; uniuersalium Conciliorum, quæ tunc celebrata tantum fuerant. Sic Leo ad Maximum antiochenum Patriarcham scribit, canones Niceni Concilij inuiolabiles. Et quòd Romani Pontifices, qui ad professionem uniuersalium Conciliorum, sicut & alij Patriarchæ tenentur, etiam ad canonum obseruantiam, ratione illius professionis teneantur. probat tex. sancta 16. dist. ubi ponitur forma professionis, scilicet profitetur Papa octo Concilia usq; ad unum apicem se seruaturum, & quæ statuerunt & prædicauerunt, omnibus modis sequi. Hoc etiam probat textus 15. dist. Sicut & quòd sanctus Grego. in illo cap. sicut non solũm de fide, sed etiam canonibus intellexit, probat tex. ipsius l. di. sicut sanctitas. Idem etiam probatur ex professione Leonis noni, ad Petrum Antiochenum, ubi post septem uniuersalia Concilia dicit: Quicquid supradicta uniuersalia Concilia senserunt & collaudauerunt, sentio & collaudo. Et in Pannormia, sancti Iuonis Carnotensis Episcopi scribitur, professio Romani Pontificis, ex libro Romanorum Pontificum sub hac forma. Profiteor diligentiùs & uiuaciùs, omnia decreta canonica omnium prædecessorum Apostolicorum nostrorum Pontificum, quæ uel Synodaliter statuerunt, & confirmata sunt confirmare, & indiminuta conseruare. Et sicut ab eis statuta sunt, in sui uigoris stabilitate custodire, quæq; uel quoucunq; abdicauerunt uel condemnauerunt, simili sententia condemnare & abiudicare. Et post hoc sequitur alia professio ex libro Pontificum, qui dicitur: Diurnus. Nihil de traditione, quam à probatissimis prædecessoribus meis traditam & conseruatam reperi, diminuere uel immutare, uel aliquam nouitatem admittere: sed feruenter ut eorum uerè discipulus & sequipeda, totis mentis meæ conatibus, quæ tradita canonicè reperio, obseruare & uenerari, profiteor. Ex quibus patet, quòd sancti antiqui Romani Pontifices, non ita præsumebant de sua potestate: sed fuerunt humiles, etiam se purgando coram Synodo sua, nõ uniuersalis Ecclesiæ: dico Synodum uniuersalis Ecclesiæ, Concilium uniuersale. De istis purgationibus 2. q. 4. mandastis, ubi glossa comparat Papam decano, qui se potest coram suo capitulo purgare, sicut Sixtus coram Synodo & c. audítum. & c. omnibus nobis. Imò Leo Papa submittit se omnibus pœnis in legibus contentis Martiani, si non seruauerit, propter suam confirmationem, ut ipsi scribit ad Leonem Augustum, de sua erga leges consensione. Si contrafecerim eis (inquit) me ullionum conditionibus subdo, quas non solum beatæ memoriæ principis Martiani auctoritas, sed etiam ego mea consensione firmaui. Ex quo habetur, quòd quando Papa se subijcit: tunc non habet dubium, eum sententia illius obligari, ut notat glossa in c. si Papa 40. di. sed hic probatur, Papam ex consensu subscriptionis, legibus subijci. Et quum superiùs de professione apertum sit, Papam in scriptis uniuersalium Conciliorum canones approbare, igitur & subijcitur. Et ulteriùs ut dicit rubrum sexti Capituli Conciliorum Aphricę, qui contra suam professionem uel subscriptionem uenerit, in Concilio deponatur. Et dicit textus ad interrogationem Gemnadij Episcopi, ab uniuersis Episcopis dictum est: Qui contra suam professionem uel subscriptionem uenerit, ipse sese ab hoc cœtu separabit. Ecce si Papa aut profitetur, aut subscripsit se statutis: si non seruat, se damnat, ut Leo Papa dicit supra. Et uide professionem Leonis quarti, de legum obseruatione ad Lotharium Augustum, quem & Pontificem nominat more antiquorum 10. dist. de capitulis. Et ex isto fundamento subscriptionis, ac ex superscriptionibus Romani Pontificis superiùs insertis, in suis Patriarchalibus Concilijs, non esset absurdum dicere Papam etiam Synodicè per Romanam Ecclesiam edita tollere aut immutare non posse propter subscriptionem

Iuo Carnoten sis.

Leo se legibus canonum submisit.

http://www.obrascatolicas.com

tamen quòad hoc refert, quia etiam si statuta Patriarchalia propter subscriptionem immutare non deberet, tamen si faceret non esset dicendum, quòd ita parum ualeret reuocatio seu immutatio, sicut si statutum uniuersalis Ecclesiæ catholicæ immutaret. Quoniam non obligatur Papa ad illius obseruantiam ex subscriptione tantum, sed quia ex maiori auctoritate quæ supra ipsum est, prodijt. Fortiùs ergo dicendum est, quòd canonibus uniuersalibus subsint, quibus se Romani Pontifices per suos legatos subscripserunt. Facit bene tex. 2.q.7. nos si qui hoc satis probat cum .uer. Item Hieronymus &.uer. Item Symmachus qui.uer. contra .uer. huic etiam 17.di. uidetur dicere, quòd Symmachus in Romana Synodo, sua dignitate fuit spoliatus, & hoc fuit uerum de facto, sed restitutus, quia non poterat iuxta .uer. huic etiam 2. dist: Et ista in originalibus gestis, per Ennodium diaconum solenniter & eleganter dictatis de illo Concilio, uideri poterunt. Facit ad prædicta etiam c. sequens ibidem. Et hanc subiectionem, scilicet quòd Romanus Pontifex subsit Concilio uniuersalis Ecclesiæ, ex alio deprehendimus: quia legati Apostolicę sedis, qui leguntur in uniuersalibus Concilijs fuisse, dum ad Concilium loquerentur adinstar sancti Petri; qui surrexit in Cõcilio Hierosolymorum dum loqueretur, in signum subiectionis & reuerentiæ, surrexisse leguntur. Sic legitur in 6. uniuersali Concilio Constãtinopoli celebrato, in prima actione. Et exurgentes qui locũ tenebãt Apostolicæ sedis Romæ. Similiter & in alijs Concilijs ita legitur. Similiter inuenitur, epistolas & scripturas Romanorũ Pontificum ad Concilium missas, uniuersale Concilium examinasse. In tertia actione octaui Concilij, lecta epistola Adriani Papæ à Concilio, uicarij senioris Romæ interrogauerunt, an canonicè & Synodicè facta fuisset epistola. Sãcta Synodus dixit: Canonica & ordinata, & plena iustitia est epistola quæ lecta est, sanctissimi Papæ Adriani. Et Metrophanes Deo amantissimus Episcopus Smyrnę surgens, dixit: Cognouimus sanctissimi Papæ Romani sollertem loquutionem & pudorem, quem in diuinis, & circa diuinorum canonum custodiam & obseruantiam habet. Et Nicolaus Papa ad Imperatorem Michaelem dicit, hanc sanctam Apostolicam Ecclesiam caput omnium Ecclesiarum, quæ semper sanctorum patrum synceriſſimas auctoritates in omnibus actibus sequitur. Et habetur in eodem Concilio octauo actione quarta, & consequenter in epistola Nicolai Papæ ad Photium, quæ sic incipit: Postquàm quæ ibidem habetur. In qua postquàm Nicolaus Papa primatum Apostolicæ sedis deducit, & quòd ex illo primatu, Romano Põtifici immineat pro omnibus qui Christi cẽsentur nomine cura, cuius rationem in ęterno examine reddere habet, subiungit: quo modo uniuersitas credentium, ã Romana Ecclesia doctrinam requirit, & integritatem fidei deposcit, & criminum solutionem, qui Dei gratia digni sunt, quoniam caput Ecclesiarum est, à qua rectitudinem atq; ordinem, in cunctis utilitatibus atq; Ecclesiasticis institutionibus, omnes Ecclesię exquirunt: quia ipsa Romana Ecclesia canonicas & Synodicas sanctorum patrum sanctiones, inuiolabiliter atq; irrefragabiliter retinet, & hinc est quòd eius iudicium firmum est. Ecce ex hoc habes causam firmitatis Apostolici Romani iudicij, ex inuiolabilium canonũ irrefragabili obseruatione esse: sic idem in Concilio suo, ex tota Romana Eccelesia congregato, ca. 6. dicit. Quoniam oportet nos maiorum nostrorum, imò toto mentis intuitu conseruare, & in omnibus sanctorum patrum semper dogmata uenerari, & habetur actione 7. Et in isto fundantur textus eiusdem Nicolai 9.q.3. patet 17.q.4. nemini qui dicunt sententiam Papæ à nemine retractari posse: sed si iniusta esset, retractaretur, & in dubio examinatur per uniuersale Concilium. Vnde in quarta actione octaui uniuersalis Concilij, quando uicarij Apostolicę sedis resistebãt, ne semel iudicata per Nicolaum Papam in Synodo refricarentur, obtinuerũt principes & senatores, qui dixerunt: se nolle gestis ut testes subscribere, nisi admitterentur iudicati in Synodo ad replicandum contra huiusmodi iudicata. Et surrexit Metrophanes Metropolita Smyrnæ, & dixit: Probantes uerba magnificentissimorum principum, inuenimus ea iusta & congruẽtia: hinc fauemus omnes Episcopi, & sancta hæc Synodus. Ecce quòd ex decreto Synodi uniuersalis fuit iudicium Nicolai Papæ, & sui Concilij de Photio, iterum in uniuersali

Vniuersali cõcilio Papa subest.

uniuersali Concilio, resciscentibus etiam uicarijs senioris Romæ, examinatum & depuratum. Ex quo apparet maioritas Concilij uniuersalis super Papam & Patriarchalem Synodum. Sic Leo Papa ad omnes Episcopos per uniuersas prouincias cõstitutos, de omnium prædecessorum suorum epistolis dicit: omnia decretalia constituta, tam à beatæ memoriæ Innocentio, quàm aliorum omnium prædecessorum, qui de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita uestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, ueniam sibi deinceps nouerit denegari 99. dist. si Romanorum. Similiter loquitur Damasus Papa, ut habetur 25.q.1. omnium, Et Hicmarus contra Landunensem hanc epistolam pertractans, dicit: Aduertendum quoniã Promulgare est uulgò promere, & non dicunt illi Pontifices de simplici legum uel canonum promulgatione: sed de decretalibus, de canonum disciplinis promulgatis. Vnde quando obuiant canonibus, potius canonibus est obediendum 19. d. uer. hoc autem & c. secundum. uer. quia ergo: ubi probantur maioris esse auctoritatis ueterum canones, quàm Romanorum Pontificum decretales obuiantes eis, & confirmatur sic. Manifestum est decretum Synodi, cui interest per legatos auctoritas Romani Pontificis, maioris aut saltem æqualis esse auctoritatis cum decretalibus Papæ: sed sic est; quòd talia Concilia possunt prouincialia dici; d. uer. porrò, & alio uocabulo localia 1.q.2. conuenientibus. Prouincialia autem per uniuersalia corrigi posse dubium non est, ut superiùs est ostensum, & textus est 2.q.7. puto. uer. item quum Petrus. Vbi dicit sanctus Augustinus, præferendum esse statutum uniuersalis Concilij, auctoritati unius Episcopi uel prouincialis Concilij. Et facit optimè ille textus ad propositum, ut patet ex eius assumpto, si Paulus corripuit Petrum, igitur à fortiori uniuersalis Concilij auctoritas. Item Innocentius scribit de canonibus Nicenis & Sardicensibus. Et Bonifacius ad Rusticum Narbonensem, qui dicit sanctos patres in Nicea spiritu sancto suggerente, & aliter credendum non esse, sibimet canones statuerunt: & addit, ut aduertat charitas tua, adeò nos præcepta canonum seruare, ut similiter constitutio nostra definiat. Hoc etiam in epistola Cœlestini ad uniuersos Episcopos per Calabriam constitutos. Et Leo Papa ad Anatholium Constantinopolitanum dicit: Nicenos canones usq; finem mundi mãsuros per sanctos patres conditos, qui apud nos in suis constitutionibus uiuunt, & si quid per aliquem aliter statuendo præsumitur, sine cunctatione cassatur. Et ad eundem: Illa (inquit) Nicenorum canonum per spiritum sanctum ordinata conditio, nulla est usquàm ex parte solubilis, quum tantò diuinitùs priuilegio sit sancta Synodus consecrata, ut siue per pauciores, siue per plures Ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitùs auctoritate sit uacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Ideò ad Maximum Antiochenum: quicquid propter speciales causas Synodalium, ad examen Episcopale affertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem: sed nihil de eo est à sanctis patribus apud Niceam definitum. Nam quod ab illorum constitutionibus & regulis discordat, Apostolicę sedis nunquàm poterit habere consensum. Et idem ad Anastasium. A regulis præstatutis, nulla aut negligentia aut præsumptione est decedendum. Et Gelasius in generali decreto ad omnes Episcopos: cum nobis contra salutarium reuerentiam regularum cupiamus nil licere de conse. d. 1. Basilicas. ubi tex. cõiuncta glo. tenet, quòd quum Romana Ecclesia sit suprema & pio deuotoq; proposito studeat seruare canones, & etiam propter utilitatem alicuius fortassis non relaxet: ideò totum corpus Ecclesiæ canones seruare debet. Item Ormisda ad sanctum Remigium Remẽsem Archiepiscopum: Paternas regulas, decretâ sanctissimis definita Concilijs, ab omnibus seruanda mandamus: ijs quantùm dignum est reuerentia custoditis, nullum relinquet culpæ locum sanctæ obseruationi obstaculum; ibi fas nefasq; præscriptum est, ibi prohibitũ ad quod nullus audeat aspirare. Ex quibus satis lucidè patet, opinionem antiquorum non fuisse Papam per uniuersalia Concilia ligari non posse: sed potius quòd ipse inter omnes tanquàm caput, regulis traditis per uniuersale Concilium, usus semper fuit, ac etiam uti oportere confessi sint. Et dicit Fabianus Papa 11.q.3. qui omnipotentem Deum metuit, nec cõ

Promulgare.

Canones præferuntur decretalibus.

Remigius. Remensis.

http://www.obrascatolicas.com

tra Euangelium Christi, nec contra Apostolos, nec contra prophetas, nec sanctorum patrum instituta agere aliquid, ullo modo consentit. Ecce quòd Romani Pontifices Deum timentes, agere non consentiunt contra sanctorum patrum instituta. Et adhuc alio argumento idem probatur. Manifestum est Leonem Papam in certis capitulis, constitutiones Chalcedonensis Concilij (præsertim quòd Constantinopolitana præcedere deberet Alexandrinam) non recepisse, sed semper reclamasse, & post eum quosdam alios, & tamen, decretum Concilij semper obtinuit: ut patet de priuile. antiqua & 22. dist. renouantes & in sessionibus & subscriptionibus Conciliorum post Chalcedonense. Si autem Papa in sua potestate haberet, posse decreta uniuersalium Conciliorum tollere, obtinuisset Leo & aliquot eius successores, quod uerum non est iuxta præmissa. Hoc etiam est aduertendum, quòd licet tribus capitulis, Leo Papa de capitulis Chalcedonensis Concilij, se opposuisset (ut Hicmarus latè prosequitur in libro præallegato) tamen non restituit tantùm ex sua auctoritate, sed ex auctoritate, Concilij Niceni, cuius canones inuiolabiles esse uoluit, & eorum custodiam dixit ad se pertinere, quibus illa capitula contrariari dixit. Sic similiter Aphricanum Concilium restituit Cœlestino in eo, quòd contra canonem Niceni Concilij uenire uoluit. Et Cœlestinus non dixit se hoc posse, sed allegabat idem Concilium pro se, & corruptè: quia non bene habuit translatum, ut patet in epistola Concilij Aphricani ad Papam Cœlestinum, urbis Romæ Episcopum, quæ incipit: Domino dilectissimo. Reuertendo tamen ad Leonem, tunc etiam quia una est auctoritas omnium uniuersalium Conciliorum 16. d. sancta, non etiam pro ea parte obtinuit, quòad ordinem sedium Patriarchalium, ut ex superioribus est manifestum. Deinde ut propiùs exemplum huius adducamus, Concilium Basilense uniuersale decreuit in secunda sessione, Romanum Pontificẽ contra c. frequens Concilij Constantiensis, non posse etiam quòad loci mutationem: licet etiam in eodem c. frequens. nullum irritàs decretum contra Romanum Pontificem sit positum. Vnde benè est hoc aduertẽdum, quoniam sine dubio ex inspiratione spiritussancti ita actum est, & hoc ex stabilitate Concilij deprehendi potest. Arguit enim sanctus Augusti. in libro de trinitate contra Fœlicem, ex instabilitate actitatorum contra Arimimense Concilium. Videmus nunc mirabili modo actum, quòd Concilium Basilense est fortiter Dei gratia firmatum, licet in principio multis dubiosis fluctuationibus quassarẽ: & hoc solùm à Deo est, qui est ueritas permanens. Ergo omia acta à principio per inspirationem spiritussancti, credamus firmiter. Mirum satis cur in prima sessione posito fundamẽto in c. frequens Concilij Constantiensis, ad tria se conuertit, scilicet extirpationem hæresum, reformationem morum uniuersæ Ecclesiæ, & pacem Christicolarum. Inspirabat hæc indubiè spiritussanctus, ne cum Papa fortè resistere uellet, quamuis dubitatio utilitatis Concilij oriri posset, in his tribus iam definitio præcessit in Constãtiensi Concilio amplius indisputabilis & immutabilis. Ad hoc itaq; firmum, ante etiam aduentum aduersitatis, se contulerat non absq; diuino instinctu Concilium. Subsequuta est præsens translatio, aut ueriùs dissolutio Concilij per Papam. Postquàm sequitur secunda sessio Concilij, quæ in mirabili syllogismo concludit sic argumenta: Papa omnibus reformatorijs decretis obedire tenetur. Maior est decretum Concilij Constantiensis, & minor (probatur per textum decreti frequens) tunc ultra obedire tenetur. Ergo subest, igitur tollere aut mutare non potest. Si hunc syllogismum spiritussanctus indubiè dictauit in hoc sacro Concilio, quid opus est amplius disputare aut dubitare, an ita Papa per decreta reformatoria ligari possit, quòd in contrarium uenire non possit: Iterum si Constantiense Concilium dicit, Papam non obedientem puniri posse, tunc uigor ut sit Concilium, non dependet totaliter à Papa: quia dũ nollet, esset: quomodo unquàm puniretur, qui per solum Concilium puniri potest? Item decretum Constantiense & Senense Conciliorum, dicit patres Basileę cõgregatos hoc tempore uerè facere Concilium, Papa dicit (quia ipse non uult) non esse. Quis est adeò insanus, qui diceret falsam esse Conciliorum sententiam, in qua necessariò includebatur auctoritas Romani Pontificis, & ueram esse uoluntatem Papæ Eugenij?

Papa constitutionibus generalis Concilij contradicens non auditur.

Augusti. Basilienſis cõcilij firmitas.

Syllogiſmus.

Papa non potest impedire Concilium.

nij? Si spiritussanctus se Basileæ hoc tempore in uniuersali Concilio uellet inspirare, dum ederentur decreta prętactorum Conciliorum: quomodo potest Papa Eugenius dicere, hoc uerum esse si ipse uelit, & non aliter: ac si inspiratio ipsius sancti spiritus, foret in potestate Romani Pontificis, quòd tunc quando ipse uelit inspiret. Si enim ad memoriam reducis, quomodo sancti patres in suis constitutionibus uiuunt, & quomodo sicut una est Ecclesia alijs morientibus, & alijs in locum succedentibus, quòd sic etiã uniuersalia Concilia sibi succedunt: tunc præfata facilè intelligis. Non tamẽ negari debet, quin Romanus Pontifex ἐπιεικείᾳ uti possit. Legitur enim in prima actione octaui Concilij, Adrianum scripsisse sic: Vt cum Gelasio Papa dicamus, necessaria rerum dispositione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur, sic canonũ paternorum decreta liberare, & retro præsulum decessorumq; nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri temperemus, quod & nos æqua possumus pro lucrandis fratribus ratione prosequi, & temporum necessitati consulendo penitus imitari hęc ibi. Et habetur 1. q. 7. necessaria, & ibi in. uer. nisi rigor. Ecce hoc fatendum est eo modo quo scribitur, ut in necessitate & utilitate pro restaurandis Ecclesijs, adhibita consideratione diligenti, quantum fieri potest temperetur. Et pro hoc est notandum. uer. sed sciendum, cum glo. 61. d. & q. 1. quod propter necessitatem in glo. quia Ecclesiasticæ prohibitiones, habeant certas causas, tunc illis cessantibus, licet ius ob suam generalitatem non cesset, habet tamen relaxatio locum. Venire enim contra generalem prohibitionem in particulari casu, ubi necessitas uel utilitas hoc suadet, quoniam iuris causa cessat: talis relaxatio non propriè est iuris relaxatio, sed declaratio casum illum in ratione legis non compræhendi. 28. d. de Syracusanæ. Verũ quia causę illius declarationis, uel interpretationis, dispensationis, aut relaxationis, debẽt uerè cõcludere ad hoc, quòd declaratio, relaxatio, uel temperatio locum habeat: ideò sacrum Basilense Concilium, quia causas in bulla dissolutionis aut translationis Eugenij Papæ positas non inuenit ueraciter concludentes, declarauit huiusmodi dispositionem contra c. frequẽs Concilij Constantiensis nullam, ex inefficacia causarum in bulla allegatarum, & per consequens eum non potuisse. Non dico tamen etiamsi causæ ueræ fuissent, ipsum solùm tanquàm sua auctoritate absq; Concilij consensu potuisse: sed si ueræ fuissent potuisset, quia Concilium consensisset. Et hoc probatur actione quarta octaui Concilij uniuersalis, in epistola Nicolai Papę ad Phocium, ad obiectionem Phocij de Nectario in secunda Synodo, de laico in Episcopum Constantinopolitanum promoto, respondendo dicit, necessitatem in causa dispensationis fuisse: & subiungit, quòd secunda Synodus non confirmauit neque sanxit, quòd hoc iterum fieret: quia quod contra patrum atque canonicas sanctiones pro necessitatis euentu fieri comprobatur, non in auctoritate tenendum est. Et infra: Ecce propter necessitatem & inopiam clericorum, Nectarius propter Ecclesiastica dogmata, & hæreticorum expugnationem, qui uenerandas deponere imagines pręsumpserunt. Tarasius, & per miraculorum signa Ambrosius ad regendas Ecclesias promoti sunt. hæc ille. Ex quo habetur, necessitatem utilitatem aut miracula, causas esse concludentes temperamentum iuris siue generalis canonis 5. distin. priscis glossa: tamen antiqua, 1. q. 1. quod propter necessitatem dicit propter necessitatem, ut ibi propter utilitatem, ut 1. q. 1. Dalibertus propter misericordiam 1. q. 5. cap. ultimò, propter consuetudinem multorum 4. dist. denique propter multitudinem 23. q. 4. non potest contra ius commune uenitur, quod etiam contra Concilium Nicenum, quod prohibuit mutationes sedium, & translationes ex necessitate & utilitate sępe dispensatum sit 7. q. 1. mutationes & cap. se. probatur: quòd autem ad necessitatem, non habet dubium, quia necessitas non est subiecta humanæ constitutioni, imò excusat quòd cõtra eam sit de cõse. d. 1. sicut & d. 4. sanctum. De utilitate autem moderatè adhuc agendũ est, ut non propter cuiuscunq; utilitatẽ relaxentẽ canones, ut dicit Gelasius Papa de cõse. d. 1. basilicas. Vnde Nicolaus Papa 35. q. 9. sententiã dicit, quòd dispẽsatorie Romana Ecclesia

Epicicia.

Temperandi canonis causæ.

Dispensandi causæ.

http://www.obrascatolicas.com

ſia, pro conſideratione ętatũ, temporum, & grauium neceſsitatum, ad inſtar Pauli aliquid agere poteſt. Quod tamen obſeruandũ eſt, quando illa ſcilicet Romana Eccleſia diſertiſsima cõſideratione hoc fieri delegerit, nõ quando ipſa quæ benè ſunt definita, retractare uoluerit, qui textus notandus eſt, quoniã ut dicit glo. ibidem poſſe eſſe in bono 22. q. 2. faciat. Et in iſta diſpenſatione eſt notandus. uer. ſed ſciendum 81. di. & glo. in. uer. his omnibus ibidem. Vnde nullo modo negari poteſt, quin propter neceſsitatem aut euidentem utilitatẽ, Papa diſpenſare poſsit contra quodcũq; ſtatutũ, imõ archi. dicit in c. ſanctorum 70. d. Epiſcopum hoc poſſe, de quo latè per eum ibidem, qui inter alia dicit: quòd ſi non canon aliquis hoc prohiberet, irrationabilis fieret. Et ponit exẽpla, ubi Epiſcopi contra Concilia tam prouincialia quàm uniuerſalia, ex illis cauſis diſpẽſarunt. Papa aũt ultra hoc, propter prerogatiuã perſonę diſpenſare poteſt, de quo per eũ ibid. Et ex iſtis patet, quòd poteſtas ſuperintendẽtię quæ eſt ad utilitatem Eccleſiæ in Papa: nõ eſt propriè ſupra canones, ſed ipſa declarat canones in occurrenti caſu, propter rationabiles cauſas locum non habere. Et ſic
Diſpenſatio. diſpenſatio, nõ eſt propriè iuris in uera ſua radicẽ relaxatio, ſed delcaratio, & eſt apparens relaxatio tantũ. Quare ſi cauſæ ueræ non ſubſunt, quę cõcludant hunc occurrentem caſum ſub ratione canonis non includi, non eſt uera diſpenſatio, ſed potius
Diſpẽſandus diſſipatio: imò adhuc ille cũ quo diſpẽſatũ eſt (quia canoni ſubeſt, à cuius obſeruatione non potuit niſi ſubſequẽtibus ueris & rationalibus cauſis abſolui ſecundũ præmiſſa, quanq; etiã Papa eũ intẽdebat eximere per diſpenſationẽ) pœnis & præcepto eius ita ſubeſt, quòd corã Deo ipſe ſicut alij ligatur per eũ: licet Eccleſia militans hoc nõ iudicet, quia pro Papa præſumit, quòd ſcilicet ipſe ritè & iuſtè ex ueris & rationalibus cauſis ipſam fecerit. Et ita dicit glo. in uerbo, adimplere cap. non eſt deuoto & doc. omnes & pro hoc & ſuperiùs poſitis de auctoritate uniuerſalis Concilij, textus
Pelagij decretalis. Pelagij Papę ſingularis, ex cuius regiſtro notandus eſt, cuius tenor ſubſcribitur. Pelagius Papa Valeriano patricio. Si quid de cauſa dãnationis triũ capitulorũ, Epiſcopi illarũ partiũ dubitant, quomodo cõſuetudo uetus habuit, aut eligãt de ſuis doctis uiros, aut unuſquiſq; pro ſe ueniat, & rationẽ à nobis cũ Dei gratia cõpetenter accipiẽs, ad matris cõmunionis ſanctæ catholicæ Eccleſię uiſcera reuertat. Nã quod ceſſitudo ueſtra dicit, ubi conuenire debeamus & quaſi Synodum facere: iſtud canones nulli permittunt poſt uniuerſalẽ Synodũ, & poſt iudiciũ, quod tanq; uno ore propẽ 4. milia Epiſcoporũ, tã in Metropolitanis ſuis q̃ ſingulares, Conſtantinopoli ꝓtulerũt, iterũ contentionẽ ad mediũ reuocare, ſed nec licuit aliquãdo, nec licebit particulare Synodũ congregari. Sed quoties aliqua de uniuerſali Synodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendã de eo quod non intelligũt rationẽ, aut ſpõte ij qui ſalutẽ animæ ſuæ deſiderãt, ad Apoſtolicã ſedẽ pro percipienda ratione conueniunt. Aut ſi forte (ſicut de talibus dictũ eſt, peccator cũ uenerit in profundũ malorũ contẽnit) ita obſtinati & contumaces extiterint, ut doceri non uelint: eos ac eiſdẽ Apoſtolicis ſedibus attrahi ad ſalutẽ quoquo modo neceſſe eſt, aut nẽ aliorũ ꝓditio eſſe poſsint, ſecundũ canones per ſęculares opprimi poteſtates: Data 12. kalen. Maiorũ. Anno 17. 12. c. baſilij 5. c. Ecce decretalẽ Pelagij notãdã in eo, quòd definitionẽ uniuerſalis Cõcilij ultimã dicit, & quòd Papa nõ debet in definitis per uniuerſale Concilium, dubia petẽtibus exoluere, & informare dubitãtes. Et hæc decretalis multum facit ad ſuperiora, ubi de auctoritate Conciliorum dictum eſt, & ad proximè dicta: ſcilicet quòd Papę diſpenſatio contra canones uniuerſales, non eſt niſi quędam doctrinalis declaratio. Vt aũt bona conſideratione & diligẽti, amplius cauſarũ examinatio fiat, deputandi ſunt Cardinales legati prouinciarum modo prætacto, per hoc ſacrum Concilium, quorũ Concilio & ſubſcriptione examinent cauſæ, an ita fieri expediat. Solebãt etiam aliquando Rom. Pon. in ſua profeſsione aperte profiteri, Cardinaliũ conſilio & aſſenſu ſuũ ſe peracturos officiũ, ut hæc habentur, in profeſsione Bonifacij octaui Vnde pro horũ omniũ concluſione, ſcilicet quòd Rom. Pon. regulariter (ſalua ἐπιεικείᾳ) modo iã dicto obedire teneat canonibus uniuerſaliũ Conciliorũ: notet canon primus octaui uniuerſalis Concilij, q declarat, uniuerſali Eccleſiæ canones tradi per uni-

uerſalia Concilia, deinde quòd uniuerſale Concilium profitetur eorundam obſeruationem: cui canoni, ac alijs omnibus eiuſdem Concilij, manifeſtum eſt tam legatos ſedis Apoſtolicæ, quàm alios cunctos ſe ſubſcripſiſſe, ut in fine eiuſdem Concilij clarè habetur, ubi dicitur: Nos hæc Apoſtolica, & Synodica documenta, ſine ulla euacuatione cuſtodimus. Et poſt aliqui ſanctiſſimi uicarij ſenioris Romę, dixerũt: Quoniam prouidentia Dei, in proſperum finem omnia Eccleſiæ deuenerunt negocia, oportet nos & in ſcriptis manu propria hæc roborare ſecundum Synodicã conſequentiam. Non eſt autem dubium, de uniuerſali Eccleſia Papam fidelem eſſe, & eum ſua profeſsione & ſubſcriptione obligari. Eſt autem textus talis. Et primò dicit rubrum de cuſtodiendis & conſeruãndis omnino antea expoſitis, & Eccleſię traditis canonibus. Textus autem ſic: Per æquam & regiæ iuſtitiæ diuinæ uiam inoffenſè incedere uolentes, ueluti quaſdam lampades ſemper lucentes & illuminantes greſſus noſtros, quæ ſecundùm Deum ſunt ſanctorum patrum definitiones, & ſenſus retinere debemus. Quapropter & has ut ſecunda colloquia, ſecundum magnum & ſapientiſſimum Dionyſium, æſtimantes & arbitrantes etiam de eis, cum diuino Dauid enixè canimus: Mandatum Domini lucidum illuminans oculos, & lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis. Et tum Prouerbiorum authore dicimus: Mandatum lucerna eſt, & lex lux. Et cum magnifico Eſaia clamamus ad omnium Deũ: Quia lux præcepta tua ſuper terram. Luci enim ueraciter aſſimilatæ ſunt diuinorum canonum hortationes & diſſuaſiones, ſecundum quòd diſcernitur melius à peiori, & expediens atq; proficuum ab eo quod non expedire, ſed obeſſe dinoſcitur. Igitur regulas, quæ ſanctæ catholicæ atq; Apoſtolicæ Eccleſiæ, tam à ſanctis famatiſſimis Apoſtolis, quàm ab orthodoxorum uniuerſalibus Concilijs ſeruare atq; cuſtodire profitemur: his & propriam uitam & morem regentes, & omnem ſacerdotij catalogum atq; omnes qui Chriſtiano cenſentur uocabulo, pœnis & damnationibus: & ediuersis receptionibus & iuſtificationibus, quæ per illas prolatæ ſunt atq; definitæ, ſubijci canonicè decernentes. Tenere quippè traditiones quas accepimus, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam ſanctorum qui antea fulſerunt, Paulus admonet apertè magnus Apoſtolus. hæc ibi. Eccè nunc clariſsimam deciſionem, Papam regulariter regulis uniuerſalium Conciliorum ligari. Igitur & inhibitio per uniuerſale Concilium cum irritatione & ſub pœna grauiſſima ipſi fieri poteſt, ut illis utatur, niſi in caſu ἐπιεικείας præexpreſſo. Hodie autem quia uniuerſalis Eccleſia (heu) ad ſolùm Patriarchatum Romanum redacta eſt, & quòd quondam Patriarchale generale tantùm, & ſubiectum Romano Pontifici fuit, hodie eſt uniuerſale, uniuerſam Eccleſiam repræſentans: hinc quum hoc nouum ſit, dubitatio exorta eſt. Quare hoc ſacrum Concilium, abſq; paſsione cum ſumma manſuetudine ſe habere debet, in ordine ad Romanum Pontificem, non ſe ex priuilegio uniuerſalis Concilij intantum erigat (de quo potius dolendum eſſet) quòd obliuiſcatur ſubiectionis Patriarchalis in qua ſemper fuit, ſecundùm quàm in Papam fidelem nihil poſſet: ſed ſeruato debito honore cuncta pacificè in augmentum fidei, & diuini cultus, & uniuerſale bonum catholicę Eccleſię, unanimi concordantia ordinentur, ut uideantur opera noſtra bona, & glorificetur Deus pater qui eſt in cœlis.

Dyonyſius.

Capitulum. XXI.

AD ſuperiora unum adijciendum eſſe cenſeo, ſcilicet: quòd per iſtud ſacrum Concilium lex fieri, aut ueriùs ius antiquum poſſet innouari, Papam in arduis negocijs maximè contra canones huius & aliorum Conciliorum cauſis urgentibus, abſq; Dominorum Cardinalium, qui clerici cenſentur uniuerſalis Eccleſiæ, modo ſupradicto deputari nõ poſſe quicquàm: alioqui ſi fecerit, quòd tunc illud irritum ſit. Et iam præceſsit archidiaconi ſententia, & Ioannis Mo. & aliorũ ſuper hoc: & eſt ultima reſolutio, quòd in tangentibus uniuerſalẽ Eccleſiam uerũ eſt, Papã ſine Cardinalibus nihil poſſe. Ego autẽ credo, quòd contra canones uenire & diſpẽſare, etiã in quocũq; particulari caſu rationabiliter dici poſſet, hoc cõcernere uniuer-

Papam ſine Cardinalibus in re ſumma nihil poſſe.

http://www.obrascatolicas.com

uniuersalem Ecclesiam propter canonem uniuersalis Ecclesię, qui ledi per huiusmodi dispensationem uidetur. Vnde quia argumẽtum à simili in iure forte est 3.q.5.quia suspecti 20.dist.in quibus 10.dist.si in adiutorium. Hinc adduco tale argumentum à simili. Episcopus habet de iure totam dispositionem diœcesis cum Ecclesijs, & decimis 10.q.1. decretum. Et tamen omnium illorum qui ita in sua potestate consistunt alienationem, siue donationem, siue permutationem, absque consensu & subscriptione suorum clericorum non habet 12.q.2.sine exceptione. Et dicit 22. c.Aphricani Concilij, irrita erit Episcoporum donatio, uel uenditio, uel commutatio rei Ecclesiasticæ, absq; conniuentia & subscriptione clericorum. Igitur à simili, etiam si dispositioni Papali tota Ecclesia subiaceret, tanquàm monarchæ unico: tamen res Ecclesiæ inter quas sacros canones esse credo, iuxta superiora mutare uel alienare non potest, sine sui clerici consensu & subscriptione. Nomine enim cleri Romana Ecclesię, in quantum monarchiam significat Romana Ecclesia, Cardinales ueniunt, ut superiùs quodam loco dicitur. Præterea manifestum est, non nisi ex utilitate uel necessitate alienationem rerum Ecclesiasticarum fieri posse: ita precisè & canonum mutationem siue dispensationem contra eos, & est argumentum satis à simili. Et pro hoc facit c, non liceat 12.q.2.qui textus in alienatione uidetur Papam alijs assimilare Episcopis. Præterea eadem Aphricana Synodus, cui se sanctus subscripsit Augustinus 15.q.7.Episcopus dicit: Episcopus nullius causam audiat absq; præsentia suorum clericorum, alioqui irrita erit sententia Episcopi. Et manifestum est, Episcopum dispositionem uniuersaliter habere totius diœcesis, licet graues sententias ferre, absq; clericorum suorum præsentia, & audire non possit. Patet igitur, sic & Papa facere tenetur, à simili in factis uniuersalis Ecclesiæ. Præterea mutationes aut aliq; nationes, per præsidentem in Ecclesiasticis præsidijs fieri non possunt, absq; consilio Concilij, siue totius presbyterij, ut 12.q.2.placuit, ubi dicit inconsulto Concilio, uel cũcto presbyterio. Et c. Episcopus, ubi dicit: nisi coram Concilio Ecclesię quod est uniuersale Concilium, non potest. Inter quas res principaliter sacros canones esse manifestum est. Vnde licet Cardinales possint in particularibus casibus contra canones propter necessitatem aut utilitatem consulere, & subscriptione sua firmare dispensationem: hoc tamen absque canonum præiudicio tantùm credo possunt. Tollere autem canones uniuersalium Conciliorum, absque consensu uniuersalis Concilij credo Papam cum Cardinalibus non posse. Et eo casu quo Cardinales consensum præbere habent, habet quilibet coniudicare casum: sed non quilibet ius iudicandi, quia ius non est nisi apud collegium, & non apud quemlibet de collegio, secundum non.doc.post Inno.in c.irrefragabili.uer.conquestus de offi.ordi. Et probatur 12.q.2.qui manumittit.ff.quòd cuius.uer.sicut.parag.1.Legitur enim in gestis Hildebrandi, qui Gregorius Papa septimus uocabatur, sic: Est autem priuilegium Romanæ sedis, semper assistere per Cardinales, presbyteros, & diaconos, ipsi summo Pontifici, uel uicario ipsius sedis.i.ei quem ipsa sedes sacrosancta os eius facit, per quem & cum quo prædicat, per quem sacramenta administrat, per quem & cum quo firmanda confirmat, & improbanda improbat: qua non subscribente inualida est summi Pontificis sententia.hæc ibi. Ecce quomodo ab antiquo irrita fuit Romani Pontificis sententia, absque Cardinalium subscriptione, & quòd Papa sedis Apostolicę os tantùm fuit.

Dispensare contra canones.

Canones Cõciliorũ absq; Concilio tolli non possunt.

Cap. XXII.

BReuiter pauca de prouincialibus Concilijs subijciamus, ut de uniuersali nostro, de quo principalis inuestigatio, melior notitia habeat. Prouinciale Concilium unius prouinciæ, ex Metropolitano & suffraganeis, & alijs de prouincia, ad ordinandum res prouincię, colligitur per Archiepiscopum, sine quo plenum & perfectum non est: quia ipse curam & sollicitudinem gerit totius prouinciæ. Hinc honore præcellit, & ad eum app.9.q.3. per singulas. Et licet sit ludex prouinciæ, tamen criminales causas definire non debet, sine præsentia suffraganeorum, necq;

necq; generales causas ad omnes Episcopos prouinciæ pertinentes, 15.q.7. Episcopus nullus & c. Fœlix. ut no. q.9.3. saluo: & supplet negligentiam suffraganeorum 9.q.3.cum simus, & uer. fi. quomodo autem res communes prouinciæ cum suffraganeis tractare debet 9.q.3. per singulas primo, & secundo, & alijs locis multis. Hoc autem Concilium ualdè necessarium magnã habens authoritatem ex Concilijs uniuersalibus disponendi & ordinandi omnia ad prouinciã necessaria, præter ea quæ uniuersalem Ecclesiam respiciunt, quoniam maiorem auctoritatẽ illa requirunt. Quantum autem sit utile Ecclesiæ Dei hoc Concilium, & alia legitur in tertio cap. Toletani Concilij, ubi dicitur: Nulla penè res disciplinæ mores ab Ecclesia Christi magis depulit, quàm sacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus, ad corrigendos Ecclesiasticos mores Synodum facere negligunt: ob hoc à nobis uniuersaliter definitum est, ut quiá iuxta antiqua patrum decreta, bis in anno difficultas temporis fieri Concilium non sinit, saltem uel semel à nobis celebretur: ita tamen ut si fidei causa est, aut quælibet alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ atq; Galliæ Synodus conuocetur: si uerò nec de fide nec de communi Ecclesiæ utilitate tractabitur, speciale fiat Concilium, prout uniuscuius q; Metropolitanus eligit peragendum. Omnes autem qui causas contra Episcopos, aut iudices, aut potentes, aut cõtra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem Concilium concurrant: & quæcunq; examine Synodali à quibuscunq; prauè usurpata inueniuntur, regni exequutorum instantia uastissimè ijs quibus iura sunt reformentur. Ita ut pro compellendis iudicibus uel secularibus uiris, ad Synodum Metropolitanam studiosè quidem exequutor à principe postuletur. Quintadecima autem calendarum Iuniarum, congregãda est in unaquaq; prouincia Synodus, propter uernale tempus, quando herbis terra uestitur, & pabula gramine inueniuntur. hęc ibi. Ecce quòd istud decretum fuit in quodam uniuersali Concilio totius Hispaniæ & Galliæ editũ, & disponit de prouincijs illi Concilio subiectis, ac etiam dicit quòd quæ fidem & generalem Ecclesiam respiciunt, in tali uniuersali Concilio tractari debent. Ex quo est mente tenendum, quòd uniuersalis multarum prouinciarum Synodus, est supra ipsas prouincias, generales q; fidei etiam causas tractare possit. Et hæc ob sequentia sunt notanda. Fuit in alio Concilio præcedenti etiam uniuersali taliter Toletano definitum, in Autumno in Calẽdis Nouembris Concilium prouinciale celebrati debere, & quòd iudices locorum & auctores fiscalium patrimoniorũ, ex decreto regis concurrere deberent, ut discerent q; pię & iustè cum populis agere debeant, ne in Angarijs aut operibus superfluis, siue priuatum honorent, siue fiscalem grauent, & quòd hoc tũc Episcopi prospicere debe rent, quomodo iudices cum populo agerent, & eos si excesserint corrigerent, aut regi denunciarent. Si emendare nollent, à communione tunc eos suspendere possent & quòd etiam de pœna iudicis non uenientis ad Synodum deliberare possent. Et fuit adiectum: Concilium autem non soluatur, nisi locum priùs elegerint, quo succedenti tempore iterum ad Concilium ueniatur, ut iam non necesse habeat Metropolitanus Episcopus, pro congregando Concilio literas destinare, si in priori Concilio tempus omnibus denunciatur & locus.

Conciliorum utilitas.

Cap. XXIII.

FOrma uerò, quomodo celebrari debeat hoc Concilium, definita in quarto ca. Concilij Toletani, tempore Sisenandi regis anno Christi 581. celebrati, sic describitur. Hora itaq; diei prima ante Solis ortum, ejciantur omnes ab Ecclesia, obseratisq; foribus cunctis ad unam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarij sedeant, & conuenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempora resideant. Post ingressum omnium Episcoporum atque consessum, uocentur deinde presbyteri, quos causa probauerit introire: nullus se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo poposcerit interesse, & corona facta de sedibus Episcoporum, presbyteri à tergo eorum resideant, diaconi in conspectu eorum stent. Deinde ingrediantur laici, qui electio-

Forma celebrandi Concilij generalis.

http://www.obrascatolicas.com

ctione Concilij interesse meruerint. Tum quoq; & notarij, quos ad recitandum uel excipiendum ordo requirit. Et obserantur ianuæ, sedentesq; in diuturno silentio sacerdotes, & cor tantum habentes ad Deum, dicat Archidiaconus, orate. Statimq; omnes in terram sternantur, & orantes diutius taciti cum fletibus & gemitibus, unus ex Episcopis senioribus surgens, orationem palàm fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra iacentibus. Finita autem oratione, & responso ab omnibus Amẽ, rursus dicat diaconus, erigite uos. Et confestim omnes surgant, & cum omni timore Dei & disciplina, tam ipsi quàm presbyteri sedeant. Sicq; omnibus in suis locis in silentio consedentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in medium proferens, capitula de Concilijs agendis pronunciet, finitisq; titulis Metropolitanus Episcopus Concilium alloquatur dicens: Ecce sanctissimi sacerdotes, recitatæ sunt ex canonibus priorum patrum sententię de Concilio celebrando: si qua igitur quempiam litium actio commouet, coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quamcunque querelam quæ contra canonem agit in audientiam sacerdotum protulerit: non prius ad aliud transeat capitulum, nisi primum quæ proposita est actio terminetur. Nam & si presbyter aliquis, aut diaconus, uel clericus, siue laicus, de ijs qui foris steterint, Concilium pro qualibet re crediderit appellandum Ecclesiæ, Metropolitano Archidiacono causam suam intimet, & ille Concilio denũciet, & tũc illi & introeundi & proponendi licentia concedatur: nullus enim Episcoporũ ab actu communi secedat, antequàm hora generalis secessionis adueniat. Concilium quoq; nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcunq; deliberatione cõmuni finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur. Tunc enim Deus suorum sacerdotum interesse credendus est conuentui, si tumultu omniũ abiecto, sollicitè atq; tranquillè Ecclesiastica negotia terminentur. ecce ordinẽ. Verùm non ita hodie obseruatur. Ipsius etiam in principio libri de Synodis ordinem celebrandę Synodi tractatur. Inscripsi uerò huic opusculo hunc canonẽ ob hoc, quòd circa eius finem contra dissolutionem scribitur, ac etiam in ultimò dicitur, quòd tunc Deus credendus est interfuisse Concilio: quando sollicitè atq; tranquillè Ecclesiastica negotia terminantur. Quare à fine Concilij argumentari debemus, quoniam etiam si rectè congregatum, & aliquandiu iustè & legitimè omnia sint tractata: tamen nisi in tranquillitate terminetur, non est ueraciter semper asserendum Christum in medio fuisse, quoniam ipse non est auctor discordiarum sed pacis: quod est notãdum, propter certa superiùs scripta.

Cap. XXIIII.

Concilia regni aut prouinciæ magna.

SVnt præterea alia Concilia quæ sæpe uniuersalia unius magni regni, aut magnæ prouinciæ, nominantur. Et alia colliguntur de omnibus particularibus prouincijs regni illius, aut nationum, & talia propter arduas communes causas (ut præhabitum est) congregabantur. Et definitum fuit in secundo Arelatensi Concilio, quòd tale Concilium per Gallias, per Arelatenses congregaretur. Reperitur etiam congregatum ad petitionem prouinciarum Galliæ. Vnde dicitur in principio illius Concilij: Cum ad postulationem prouinciarum, Galliæ sacerdotes conuenissemus ad Thaurinatium ciuitatem, atq; in eiusdem ciuitatis Ecclesia auctore Domino uel mediatore consedissemus. Et ut frequenter tempore quo sub uno rege erant Hispania & Francia, sicut tempore quo Gothi regnabãt, Recaredus rex Sisenandus & alij, tunc illa uniuersalia Concilia ex edicto regio in Toleto celebrabantur rectè, ad instar sicut de uniuersalibus uniuersalis Ecclesię legimus, quomodo per Imperatores colligebantur. & solebant reges cum suis proceribus illis sæpe interesse, & fidei catholicæ se subscribere, & multa inueniuntur solennia edita statuta de electione regis, quomodo per electionem constitui debeat, & alia statutum regium respicientia, maximè circa conseruationem uitæ eius, de quibus inferius uidebitur. Ac etiam ecclesiastici canones multi in ipsis conditi sunt, & in Concilio celebrato tempore Sisenandi in cap. legitur, quomodo illa uniuersalis Synodus propter decreta patrum, quæ uolunt unum debere usum psallendi & ministrandi esse in prouincia, quia tunc Gallia & Hispania una fide & uno regno continebantur, statuerunt eundem ritum seruari debere. Inueniuntur omnia in illis Concilijs definita, tã ad fidem quàm ad quascunq; magnas causas pertinentia. & semper in principio fides recitabatur. Legitur enim in Concilio Toletano, tempore Chincillai celebrato, quòd more Synodi uniuersalis, post solennia perfunctæ orationis, fidem quam intrinsecè ruminabant, uoce eructabant. Et in alio Sisenãdi tempore celebrato: & quia generale Concilium agimus, oportet primum nostri sermonis uocem de Deo esse, ut post professionem fidei, sequentia operis nostri uota, quasi supra firmamentum firmissimum disponantur. Similiter legitur contendentes de primatu, in ipsis definitionem recepisse. Vnde in Thaurinatium Concilio scribitur. Illud deinde inter Episcopos urbium Arelatensis & Viennensis, quæ de primatus apud nos honore certabant, à sancta Synodo definitum est. Cognouit de appellationibus & sententijs, latis in Concilijs prouincialibus, ut in gestis eiusdem Concilij de Exuperantio presbytero, & pro parte Terserij Episcopi iudicato, & Palladio laico contra Spanum presbyterum, cui graue crimen imposuit, legitur. Natio enim Aphricana, talia uniuersalia Concilia celebrauit, ad quæ de alijs appellabatur, ut scribit idem Concilium in epistola ad Cœlestinum Papam, & omnia definit etiam translationes Episcoporum, ut in 27. cap. eiusdem Concilij habetur, & priuationes Episcoporum, & noluit quòd ad Papam à sententia illius Concilij appellaretur: sed dixit terminari ibi causas debere, iuxta definitionem Niceni Concilij, ut scribit idem Concilium ad Bonifacium & Zozimum Rom. Pontifices. Et hoc Concilium hoc ordine annuè in 8. cap. eiusdem Aphricani Cõcilij iubebatur celebrari: Placuit ut propter Ecclesiasticas causas, quæ ad perniciem plebium sæpe uetera scunt, singulis quibusq; annis Concilium uocetur. Ad quod omnes prouinciæ, quæ primas sedes habent, de Concilijs suis binos aut quotquot elegerint Episcopos, legatos mittant, ut & minùs inuidiosi, minusq; hospitibus sumptuosi existant, ut congregato conuentu plena possit esse auctoritas: de Tripoli autem propter inopiam Episcoporum, unus Episcopus ueniat. Iste textus est notandus in duobus. Primò quòd sedes prouinciæ uocatur prima sedes: secundò quòd legati auctoritatem præstant prouinciarum nomine prouinciæ Concilio, quod pro Cardinalibus, & ijs quæ superiùs dicta sunt, notari debet. Post hoc fuit sublatum illud decretum in Mileuitano Concilio, ne fratres nimium fatigarentur, & fuit statutum, ut non nisi pro necessaria communi causa conuocaretur hoc generale Concilium. Insuper congregato uniuersali Concilio tali, si tunc multæ restabant causæ tractandæ, & multi interfuêre Episcopi, quælibet prouincia uices aliquibus commisit, & alij recesserunt. Ita legitur in Concilio Mileuitano cap. 29. Item placuit, ne diutius uniuersi Episcopi, quia d Concilium congregati sunt, tenerentur ab uniuerso Cõcilio, iudices ternos de singulis prouincijs eligi, & electi sunt de prouincia Carthaginensi: Vincentius, Fortunatus, & Clarus. De prouincia Numidiæ, Alipius, Augustinus, & Restitutus, & sic de alijs. Et additur: qui omnes cum sancto sene Aurelio uniuersa cognoscant, & subscripserunt uniuersi. Ex hoc est notandum, quando constitui debet Concilium restrictum, potestatem uniuersam habens, per uicem tenentes de singulis subiectis, uel ad Synodum spectantibus, constitui debet. Quare ita in Cardinalibus fieri deberet, qui uices prouinciarum, quę subsunt Romanæ Ecclesiæ, in quotidiano Concilio gerunt Quòd autem ista uniuersalia Concilia, maioris auctoritatis sint quàm prouincialia quæ eis subsunt, ex superioribus patet, & probant textus Concilij Laodicensis, & Martini Papæ, & alij qui habentur 6. q. 4.

Cap. XXV.

ET est considerandum, quòd licet ex decreto Concilij Arelatensis secundi, in quo legati Siluestri Papæ interfuêre, ad petitionẽ Arelatensis Episcopi Synodus celebrari deberet: tamẽ in Tauritano Concilio inuenitur de eodẽ iudicatũ, in quęstione quã cum Viẽnensi de primatu habebat. Sic Carthaginẽsis, non

http://www.obrascatolicas.com

non fuit à iudicio illius Synodi Aphricanæ exemptus: licet ipse conuocauerit, & prior in eo fuerit, quia indubitata fuit illa definitio Niceni Cõcilij, omnia exorta in Aphrica, in illo Concilio terminari debere ut 2. q. 6. placuit. Et licet ille textus dicat de prouinciali Aphricano ad generale, uel primatem, non ad transmarinum excepto Papa, appellare debere: tamen c. placuit eiusdem Concilij, & idem cum primo 11. q. 3. placuit, non excipit Papam, quia originale non excipit, imò priùs textus 2. q. 6. falsus est. & multa de ijs adduci possent. Et sic de uniuersali uniuersalis Ecclesiæ Concilio, pariformiter nullum tunc fuit dubium, quin ei subessent omnia Patriarchalia etiam Romanæ sedis Concilia, nec propter hoc quòd aliquis Patriarcharum, ex ordinatione alicuius illius uniuersalis Ecclesiæ Concilij, potestatem conuocandi uniuersalia talia Concilia habuisset, sicut scribit Athanasius, qui Niceno Concilio nõdum tunc Episcopus, sed dignus Episcopatu interfuit, ad Fœlicem Papam Nicenũ Concilium Ro. Pontifici congregandi hanc Synodum potestatem dedisse: fuisset exemptus à iurisdictione ipsius Synodi, sicut nec Arelatensis, nec Carthaginensis primates, ut præhabitum est. Et sicut auctoritates præfatorum uniuersalium Conciliorum regni, uel nationis, à congregante non dependit, sic quòd ibi non fuisset auctoritas plena, nisi per ipsum deputatum conuocatio facta fuisset, quoniam multa talia Concilia legimus absque illorum conuocatione celebrata & acceptata: ita dicendum de uniuersalis Ecclesiæ Concilio, quòd eius auctoritas non ita dependet à congregante, quòd nisi per Papã congregaret, quòd tunc non foret Concilium, quia tunc non fuissent omnia octo uniuersalia Concilia firma, quoniam per Imperatores congregata leguntur: & Romanus Pontifex ad instar aliorum Patriarcharum diuales sacras iussiones, pro uenirẽdo aut mittendo Concilium recepisse. Et hoc est ex hoc manifestum, quoniam auctoritas de congregando Concilio, à Concilio cuicunq; data cessat, congregato iam Concilio qualitercunque: sed Concilio non congregato hoc operatur auctoritas, quòd eam à Concilio habens, quando iuxta commissionem sibi expediri uisum est, potestatem habet congregandi, & cum congregatum est expleta est commissio. Si uerò absque auctoritate habentis congregare conuenirent plures, spreto aut non admisso commissario, uel eo non uocato iuxta præhabita, imperfectum esset Concilium. Sed si intimaretur necessitas congregandi Concilij commissionem habenti, nec curaret congregare, nec conuenire cum alijs ad prouidendum necessitatibus occurrentibus, dummodo aliter ritè celebraretur; quis dubitaret præsentes fluctuanti Ecclesiæ illis non obstantibus prouidere posse? necessitas enim quæ legem non habet, omnia argumenta positiui iuris qualitercunq; fieri possent in contrarium, tunc soluit: ut Ecclesiæ Dei salubriter prouideatur. Et in hac materia opus est reformatione, quò ad ea quæ expediri debent in ipsis prouincialibus, & uniuersalibus regni, aut nationis alicuius Synodis: ut canon Sardicensis Concilij, qui habetur 2. q. 6. scilicet quòd omnia in illis Concilijs qualitercunque orirentur, etiam depositiones Episcoporum in ipsis expedirentur, & interpositis appellationibus ad Apostolicam sedem, quòd tunc nihilominus in loco ubi causa ortum habuit, datis proprijs Apostolicis commissarijs, in Synodo expedirentur omnes causæ, iuxta formam ibi positam. Estq; etiam multum opportunum, prouincialia Concilia continuari indefectibiliter, & de suffraganeorum Concilio non propriam primò, sed prouincialem Synodum si opus fuerit interponi posse appellationem, ad uniuersalia nationalia Concilia Gallicana, Hispanica, & Germanica, quæ omnium studio pro conseruanda Republica ac pace patriæ, mutuaq; charitate reinstitui opus foret. Nec debet Ro. Pon. hanc ordinationẽ egrè ferrè cũ (ut scribunt Aphricani Concilij patres, ad Cœlestinũ Papã) decreta Nicena, siue inferioris gradus clericos, siue ipsos Episcopos, suis Metropolitanis apertissimè commiserunt. Prudẽtissimè enim iustissimeq; uiderũt, quęcũq; negotia in suis locis ubi orta sunt finiẽda, nec unicuiq; prouidentiã sancti spiritus defuturã: quoniam æquitas à Christi sacerdotibus & prudenter uideatur, & constantissimè teneatur. Maximè quia unicuiq; cõcessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ prouinciæ uel etiam uniuer-

uniuersale prouocare, nisi forte quisquam sit, qui credat uni cuilibet posse Deum nostri examinis inspirare iustitiam, & innumeralibus congregatis in Concilium sacerdotibus denegare. hæc ibi. Quare contentari meritò debet Ro. Pont. si res per Concilia eo ordine tractantur, & non debet ad suum examen ita cuncta aduocare, & suum iudicium multis sacerdotibus, auctoritate & diuino iure, & Niceno concilio, de finiendi et terminandi habentibus, præponere: sufficere meritò debet Ro. Pon. si Sardicense Concilium supra allegatum, quod per legatos Apostolicæ sedis Faustinum & alios, fuit pro statuto Niceni Concilij in Aphricana Synodo falsè allegatum & non abceptatum per eandem ut in epistola eiusdem Concilij ad Papam Bonifacium, & præfata epistola ad Cœlestinum hæc patent: per has omnes prouincias acceptetur. Verum est ipsos patres Aphricani Concilij (in quo & sanctus interfuit Augustinus) in prefata ad Cœlestinum epistola scribere hanc constitutionem, quam Gratianus Sardicensi Concilio ascribit, nulla patrum Synodo inuenisse constitutam. Quare satis posset dubitari, an Sardicensis Conc lij constitutio existat. Quare à fortiori Papa contentari deberet, si ipsam quam Aphricana Synodus non admisit constitutionem, omni parte an sit alicuius Concilij, et cuius dubiam pro honore sanctæ Ro. Ecclesiæ acceptamus: & in ijs ac alijs, sancta hæc Synodus medium proportionatum loco & temporali tale Deo duce inueniet, ut si qua uitia ex obedientia nimia exorta sunt, iuxta doctrinam sancti Gregorij. 11. q. 3. admouendi, non foueantur amplius, sed resistatur, ut in. c. quippe, qui est textus sancti Hieronymi ibidem. & 11. q. 3. quod ergo. 83. di. quando. Et hæc sufficiant pro hac materia.

Cap. XXVI.

SVpereſt ut de paucis ad formationem facientibus mentionem faciamus. Digressio enim à forma per patres nobis tradita, difformitatem in Ecclesia causauit, quoniam non quisq; rectè usus est sua potestate. Esset itaq; de potestate ecclesiastica uidendum, de qua multi eleganter scripserunt, ac deinde quid rectè conueniant, cuiq; potestati præsidentiali in gradu suo, ut uisa uestra forma & excessu abusus, reductio per proportionata media temporì cõgrua fieret. Hæc profunda & lata sunt, ideò non possunt facilè compendiosè perstringi. Vnde de potestate distributiua sacramentorum, & dispensatione uerbi, credita sacerdotio primo, multa dici oporteret. Sufficiat nunc, quod ministri & dispensatores ministeriorum sciunt, se nuncios angelos & Christi legatos cum hac commissione esse, ut omnia discretè ad Dei honorem & populi salutem peragant, ut est præceptum Innocentij. 90. præcipimus. Dum hæc ita agunt, discreti dispensatores libertate credita ad hos præfactos fines utendo, etiam si alij aliter dispensent, dummodo dispẽsandi modus traditus per Ecclesiam: restrictè limitatus non existat: talento credito rectè utitur, uti sanctus Cyprianus ad Antonianum, & Augustinus post eum ad Vincẽtium Rogatistam de certis Episcopis qui mœchos ad pœnitentiam nunq; admiserunt, alijs admittentibus scribunt, quos tamen ea propter ab Episcoporum suorũ collegio negant recessisse, uel catholicæ Ecclesiæ unitatem duritie censuræ seu obstinantia rupisse: ut quia apud alios adulteris pax daretur, qui non dabat de Ecclesia separaretur. Manente enim concordiæ uinculo, & perseuerante Ecclesiæ catholicæ individuo sacramento, actum suum disponit & dirigit unusquisq; Episcopus, rationem propositi sui Domino redditurus. hæc ibi, & est sententia sancti Cypriani in uarijs locis. Vnde uarietas dispensationis, quæ propter disciplinam rigorosa fuit antiquitus, & post hoc laxata: semper fuit in libera dispensatione sacerdotij ad præfactos fines. Quondam enim lapsis non dabatur nec spes communionis, etiam in extremis de pœni. di. 7. Hoc autem quousq; in unum conuenit sacerdotium, & scripturis ab utraq; parte prolatis, temperamentum salubri moderatione inueniretur: scilicet ut in articulo mortis daretur, de quo late per Cyprianum ad Antonium, de quo etiam de pœni. di. 3 in tantam, & multis textibus ibidem. Et Innocentius Papa scribit, quomodo consuetudo anterior habuit ut concederetur pœnitentia, & negaretur communio. Propter crebras persequutiones concessa pœnitentia, & negata communio

http://www.obrascatolicas.com

Communio negata fuit.

fuit: ut qui passim ad pœnitentiam admitterentur, in hoc saltem punirentur, ut de reconciliatione securos reuocaret per hoc à lapsu. Hodie autem quia pax data est Ecclesiæ, obseruatio prior durior facta est inclinatior, ut & ad pœnitentiam admittantur simul, & ad ultimum uiaticum. hæc ille. Illas omnes uarietates annotare superuacuum hoc loco esset. Scimus in Sardicensi Concilio (quod tota uniuersalis Ecclesia recepit, ut habetur in gestis octaui Concilij) statutum, ambitiosos etiam in mortis articulo extremo, ad communionem admitti non debere: licet Nicenum Concilium, omnem facinorosum ad ultimum uiaticum admitti iubeat. Similiter in ultimo capitulo Concilij Carthaginensis, cui se Augustinus subscripsit: mandatur communionem nunquam dari illis, qui emisso uoto castitatis, & assumpto habitu, post hoc redierunt ad sæculum & contraxerunt. Ex quo & alijs multis hoc saltem habetur, libertatem creditæ potestatis in dandis & distribuendis sacramentis, ad fines prædictos apud sacerdotium esse dandi & non dandi, secundùm locum & tempus, dispositionem subditorum. Ex quo euenit, ut sicut communicare est salutare, & medicinale: sic & excommunicatio est medicinalis propter obedientiam, ad quam omnes fideles tenentur in hoc maximè. 11. q. 3. si autem. & c. absit. Ita enim sanctus Petrus legitur ad Clementem dixisse: oportet eum qui præest uicem medici agere. De quo in epistola Clementis, ad Iacobum fratrem Domini. Vnde claré habetur Bohemos non rectè sapere, quòd communio sub utraq; specie, quò ad laicos de necessitate salutis existat. Quia cum laici per se non capere possint, & cum sacerdotio credita sit potestas distribuendi, sic quòd dare & non dare possit ad fines prædictos, sicut etiam docent prædicta exempla: quomodo tunc laici ad impossibile obligarentur? Et si dicunt, quòd sacerdotium præcepto Christi distribuere teneatur: dicant quomodo stetit Ecclesia in Christi præceptis ante Innocentium Papam, quando consuetudo fuit non dandi: deinde in tempore Cypriani & Cornelij Papæ, quando lapsis non dabatur, & tempore Sardicensis Concilij, quando ambitiosis denegabatur & illo tempore quando mœchis, & transgressoribus uoti castitatis, & tempore Eliberitani Concilij, ut habetur in. c. 63. eiusdem, quando adulteris, pueris, interficientibus etiam in extremis constitutis non dabatur, & deficientibus in accusatione grauí criminis presbiteri, uel Episcopi, ut in eodem concilio. Cap. 75. & stupratoribus puerorum, ut in c. Cap. 71. & mulieri alium uirum quàm illum cum quo mœchata fuit ducenti. Cap. 72. c. habentur, in omnibus illis etiam in fine uitæ communio non dabatur. Et iam longo tempore quando sub specie datur, si præceptum esset distribuere sub utraq; specie: non esset uerum, quòd maior pars sacerdotum & Episcoporum secundum sententiam Christi (ut scribit sanctus Cyprianus) in uera fide & lege Christi semper stetisset, ut superiùs tetigi, & collegi latè ex canone Bibliæ, & canonibus conciliorum, & doctorum scripturis, auctoritates hoc probantes quomodo irrestrictè liberrimè, apud sacerdotium est potestas distribuitiua huius sacramenti Eucharistiæ, in quodam opusculo contra hunc Bohemorum errorem, quare nunc ista missa faciamus. Sufficiant ista, quia præsentis speculationis non sunt. Sufficit scire, apud sacerdotium, hic cõgregatum, liberam potestatem esse ordinandi commissam distributiuam curam in laudem Dei, & populi salutem, ordinationibus & consuetudinibus uarijs non obstantibus.

S. Petrus.

Contra Bohemos.

Eucharistia quibus olim negata.

Epistolæ contra Bohemos.

Cap. XXVII.

Gregorius.

DEinde superioribus obediendum, dummodo terminos, infra quos potestas cuiusq; clauditur non excedant. Videndum primò de potestate Romani Pontificis, quia ut dicit Gregorius. 2. q. 7. sicut (inquit) à capite incipiendum est in Concilio reformatorio, hoc suprascriptio coniuncta textui probat. Vnde si ita sit ut omnis potestas regulis per uniuersalia Concilia traditis in suo regimine utatur, necessario optima reformatio sequitur, sic enim scribit Leo Papa ad Constantinum, Audentium, Rusticum: Iusta & rationabilis causa gaudendi est, cum à sacerdotibus in tantum ea gesta cognoscimus, quę & paternorum canonum regulis, & Apostolicis congruant institutis. Necesse est enim ut omne corpus Ecclesiæ

Leo.

Ecclesiæ salubri crescat unguento, si membra quæ præsunt & uigore excellant auctoritatis, & tranquillitate moderaminis. hæc ille. Vnde secundum Leonem nonum (ut superius habetur) membra omnia unius Ecclesiæ & corporis Christi mystici, habent sua singularia officia, in quibus per alia impediri absq; ordinis turbatione non possunt 80. di. singula. Turbatio autem ordinis est totius colligantiæ Ecclesiasticæ unionis turbatio, & ex illo difformitas, & languor in totum corpus diffunditur 11. q 1. peruenit. 99. di. nullus: & c. ecce, & textus Gregorij singula dicit noxium simulq; turpissimum est, unum membrum alterius officium usupare, & ministeria singulariter non distribuere. Igitur nec caput, nec membrum aliud quodcunq; usurpandi potestatem alterius membri habet, si sanum & uiuax absq; negligentia fuerit illud, cuius officium usurpatur, absq; totius corporis læsiua turbatione. Quare si sciuerimus: quæ cuiq; membro ex antiquorum regulis conueniunt, uidebimus unde corpus Ecclesiæ deformatum existit: non enim deformatum foret, nisi excessus & abusus interuenisset. Et quia dum caput ægrotat, cætera membra dolent: hinc integritas præsidentium, salus est subditorum 60. i. di. miramur. 86. di. inferiorum. Quare nulla maior difformitas ab aliquo poterit exoriri, quam ab illo qui suæ magnæ potestatis intuitu, licere sibi cuncta credens, in subditorum iura prorumpit.

Cap. XXVIII.

Potestas Papæ

VIdeamus igitur quæ summi præsulis regulata potestas, quæ cum sine dubio maxima sit in pascendis ouibus, in decidendis ambiguis grauibus dubijs, habet tamen certas particulares regulas. Nam licet c. i. de translatione prælat. in textu & glo. & de ex. prela. sicut uenit & . de offi. le. & translationem de concess. præben. proposuit & 25. q. i. sunt quidam. i. q. 7. uer. nisi rector rigor in glo. & 14. di. sicut in glo: antiqua. & alijs locis præ glo: notetur quid Papa possit, hoc tamen quod ipsi regulariter competit est, quia princeps in Episcopatu fidei, in dubijs fidei, ut superiùs aliquo loco dicitur, & deinde in cunctis uniuersalem curam totius Ecclesiæ respicientibus et in grauibus casibus. Verum de sua potestate in Nicena Synodo in Calcedonensi, ac 8. Constantinopolitano ita inuenio. In Niceno dicitur sexto cap. quòd de consuetudine omnium suorum habet potestatem. ut 66. di. mos est, licet ille canon non ita in Calcedonensi Concilio inueniatur productus. Vnde sententia Calcedonensis Concilij super allegationibus tam Romanæ quam Constantinopolitanæ ecclesiarum primatu, sic canit: Ex ijs quæ gesta sunt, uel ab unoquoq; deposita perpendimus, ante omnia quidem primatum & honorem præcipuum, secundum canones antiquæ Romæ Reuerendissimo Episcopo conseruari. Oportet autem reuerendissimum Archiepiscopum regiæ Constantinopolis urbis nouæ Romæ, ijsdem primatus honoribus dignum esse, & potestatem habere ordinare Episcopos in Asiana, Pontica, & Thracia diocesibus secundum hunc modum, ut decreto facto à clericis uniuscuiusq; Metropolis, & possessoribus, atq; clarissimis super hæc & à reuerendissimis Episcopis prouinciæ omnibus aut pluribus eligi, quantumq; præfatæ Ecclesiæ metropolitanæ dignum esse probauerint. Referri autem ab omnibus eligentibus sanctissimo Archiepiscopo Constantinopolitano, utrum sic si uelit hunc qui electus est deductum his ordinare aut secundum eius permissionem in prouincia Episcopatus mereri decretum. Vniuscuiusq; tamen ciuitatis Episcopus ab omnibus ordinari, aut plurimis prouinciæ reuerendissimis Episcopis potestatem habente metropolitano, secundum patrum regulam definitam, nihil communicante in illorum ordinationibus reuerendissimo Archiepiscopo Constantinopoleos, hæc à nobis prospecta sunt, quæ autem uidentur sanctum & uniuersale Concilium docere dignetur Reuerendissimi Episcopi dixerunt: hæc iusta sentit, hoc omnes dicimus, hoc omnibus placet: et in fine quòd interloquuti sumus, tota Synodus comprobauit. Ex isto decreto habetur, quòd quilibet honoribus gaudet in primatu Papæ illis & Constantinopolitanus: sed Constantinopolitanus solum habet confirmationem metropolitanorum, ut patet ex decreto, igitur & Romanus Pontifex regulariter. Et per hoc faciunt ea quæ. c. di. per totum habentur, tamen

http://www.obrascatolicas.com

men de iure confirmatio metropolitanorum non est nisi à suis subiectis l.i. di. qui in aliquo. &. 63. di. quia igitur in glo. licet pallium solum Romanus Pontifex tradat, ut c. di. per totum, & alijs locis multis. Et ad hoc decretum. 17. octaui Concilij uniuersalis. post quod Concilium nullum tale fuit, cuius decreta habeamus. Dicitur enim in rubro illius decreti, de potestate Patriarcharum & metropolitanorum ad eos aduentu: Sancta & uniuersalis Nicena prior Synodus, antiquam consuetudinem iubet seruari per Aegyptum, & prouincias quæ sub ipsa sunt, Ita ut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens: qui & in Romanorum ciuitate huiusmodi mos præualuit: qua pro causa & hæc sancta & magna synodus, quam in seniori & noua Roma, quam in sede Alexandrinæ, Antiochiæ, Hierosolymorum priscam consuetudinem decernit in omnibus conseruari, ita ut eorum præsules uniuersorum metropolitanorum, qui ab ipsis promouentur, siue per manus impositionem, siue per pallij dationem Episcopalis dignitatis, firmitatem accipiunt: habeant potestatem, uidelicet ad conuocandum eos urgente necessitate ad synodalem conuentum, uel etiam ad coercendum illos & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsan accusauerit. Sed quoniam sunt quidã metropolitanorũ, qui ne se secundum uocationem Apostolici præsulis occurrant, à mundi principibus se detineri sine ratione causantur: placuit talem excusationem omnimodè esse inualidam. Cum enim principes pro suis causis frequenter conuentus agant, impium est ut summos præsules, ad synodos pro ecclesiasticis negotijs celebrandis impediant, uel quosdam à Concilijs eo prohibeant, licet tale impedimentum & fictam prohibitionem, metropolitanorum suggestione diuersis modis fieri didicerimus. Consueuerunt autem metropolitani bis in anno synodos facere, ideòq; sicut dicunt, ad Patriarchale penitus non posse concurrere caput. Sed sancta hæc & uniuersalis synodus, nec Concilia quæ à metropolitanis fiunt interdicens, multò magis illa nouit rationabiliora esse ac utiliora, metropolitanorum Concilijs, quæ à Patriarchali fede congregantur, & idcirco fieri existit. à metropolita quippe unius prouinciæ efficitur, à Patriarcha uerò sæpe totius causa diœceseos dispensatur, ac per hoc communis utilitas prouidetur, propter quòd & speciale, propter generale bonum despici conuenit, cum à maioribus super hoc facta fuerit aduocatio. Quamuis apud quosdam metropolitanorum antiqua consuetudo et canonica traditio per contemptum ipsorũ postposita uideatur, non currentibus eis ad cõmunem perfectum quos leges Ecclesiæ seuerè condemnantes omni excusatione semota, subiacere uocationibus proprij Patriarchæ, siue cum communiter, siue cum sigillatim factę fuerint, exigunt. Illud autem tanquam perosum ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur: non posse synodum absq; principali præsentia celebrari, cum nusquam sacri canones conuenire sæculares principes in Concilijs sanxerint, sed solos antistites. Vnde nec interfuisse illos synodis (exceptis Concilijs uniuersalibus) inuenimus. Neq; enim fas est, sæculares principes spectatores fieri rerum, quæ sacerdotibus Dei nonnunquam eueniunt. Quisquis ergo metropolitanorum proprium Patriarcham contempserit, & uocationi eius quæ siue ad unum & solum, siue ad plures, siue ad omnes fit, absq; ualidissima ægrotatione, uel paganorum incursu non obedierit, & per totos duos menses post notitiam uocationis, ad proprium uenire Patriarcham minimè festinauerit, uel si quocunq; modo latitare, aut non cognoscere nuncium ab illo missum tentauerit, segregetur. Si uerò inter unum annum eandem contumaciam & inobedientiam demonstrauerit, deponatur omnimodo, & ab omni sacerdotali operatione decidat, atq; à dignitate & honore quæ metropolitanis cõuenit propellatur: hic autem qui huic definitioni non obedierit, anathema sit. Ecce modo quod regulariter Papa non habet nisi metropolitanos confirmare, & pallium tradere, & ad Concilium uocare, & per hoc. 3. q. 6. dudum. Et nota subscriptionem, quia dicit de potestate Patriarcharum: unde licet textus in conuocatione aliter dicat. 9. q. 3. per principalem scilicet, quòd tam monachos quam clericos omnes ad se conuocare possit: tamen secundum glo. antiquam hoc non est ita regulare, quia hoc

quia hoc facere debet priùs consulto prælato eorum, non tamen eorum requiritur consensus ut habet glo. Vnde si secundum definitionem Nicolai Papæ. 9. q. 3. conquæstus. Niceni canones locum habere debent: tunc hæc est intentio Niceni Concilij, quæ hic ponitur, quoniam hic est textus Niceni Concilij insertus; & post hoc declaratus: quoniam illa potestas est in confirmando metropolitanos, & conuocando Concilium. Papa enim si secundum Nicenos canones suam potestatem mensurare uoluerit: tunc metropolitanis ius eorũ dimittit, & permittit etiam quamlibet Ecclesiam liberam habere potestatem, suam diœcesim gubernandi, & iam superiùs de inuiolabilitate et stabilitate illorũ canonum, & de irritatione eius quod in contrariũ præsumitur, & quantùm obseruantur, quòd tunc pax in Ecclesia Dei custoditur, satis audiuimus. Ecce ut illa etiã auctoritate Romani Põtificis Bonifacij Papę, ad Hilariũ Narbonensem Episcopi præbentur, subnectatur parũ epistolę eius. Audiuimus patroculum in aliena prouincia prętermisso metropolitano, contra patrum regulas quem ordinasse, quod nequaquam possumus ferre patienter, quia conuenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Nulli enim uidetur incognita synodi constitutio Nicenæ, quia ita præcipitur (ut eadem propriè uerba ponamus) per unamquamq; prouinciam ius metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquã duos posse esse subiectos, & infra cesset huiusmodi presũptio auctoritate præsumptio eorum, qui digitum ultra suæ dignitatis limitem extendunt. Quod idcircò dicimus ut aduertat charitas tua, adeò nos canonũ præcepta seruare, ut ista cõstitutio quoq; nostra definiat, quatenus metropolitani sui, unaquæque prouincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet. Et Concilium Nicenum 64. di. Episcopi. dicit Episcopo confirmationem ad metropolitanum pertinere: Et idem Concilium Nicenum dicit: illud generaliter clarum est, quod si quis præter conscientiam metropolitani factus fuerit Episcopus, hunc magna Synodus definit Episcopum esse non oportere. c. di. illud de isto, 65 di. per totum. Et in c. non debet, quod est Concilij Martini, dicitur ordinationem aliter factam nihil ualere. Et Antiochenum Concilium in. c. se dicit: Si aliter quam statutum est factum fuerit, nihil ualet: electio & ordinatio ad idem capiuntur, ut infra dicetur, & hæc est ordinatio Dei patris, & lex matris Ecclesiæ. 3. q. 6. hęc quippe. Vnde Leo Papa ad Athanasium secundum: sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos & totius mundi reuerentia consecratos, singularum prouinciarum Episcopos ius traditum sibi antiquæ dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut à regulis prestatutis, nulla aut negligentia aut præsumptione decidant. Et ut idem Leo ad Maximum Antiochenum dicit: Quoniam uniuersæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruetur. Ecce quomodo ius decreuit, quod iudicio metropolitanorum Episcopi promoueri deberent 24. di. Episcopi, & de hoc sunt iura infinita. Et secundum Hicmarum, Episcopus non debet Papam sine consultu metropolitani adire, ut scribit Zozimus uniuersis Episcopis per Gallias, in epistola quæ incipit; placuit, ubi de commendatitijs loquitur. Similiter appellatio gradatim fieri deberet, non prætermisso metropolitano, nisi causam contra eum haberet. 2. q. 7. metropolitani. Quomodo autem primatis consensus etiam interuenire solebat, quando metropolitanus ordinauit, habetur 65. di. persona.

Cap. XXIX.

ET quia octauum uniuersale Concilium fuit ut prædixi ultimum, in quo canones scripti sunt: tunc satis illos ponderare habemus. Et licet canones eius sparsim in decreto habeantur, habentur tamen sub titulo aliquando Adriani Papæ, ut 61. di. nullus. &. c. Adrianus, uel sub titulo sextæ Synodi, ut. 12. q. 2. apostolicos, & sunt canones octaui Concilij, ideo annotare curaui. In facto enim metropolitanorum primo. 24. cap. statuit, quòd metropolitani non per suffraganeos, diuina officia & lętanias, & alia sacra quæ ad sua ministeria pertinent, sed per se ipsas; peragant. Vnde sic dicit, diuina scriptura dicente: maledictus omnis homo, qui facit opus Domini negligenter. Quidam metropolitanorum in extremam negligentiã

http://www.obrascatolicas.com

am & desidiam dilapsi preceptionibus suis subiectos ad se adducunt Episcopos, & committunt eis Ecclesiæ propriè diuina officia, & lætanias, & cuncta omnino sacra quæ ad se pertinent ministeria: ita ut per illos celebrent omnia, quæ per semet alacriter agere debuerunt, ac per id eos qui Episcopalem dignitatem meruerunt, quodãmodo clericos sibi subiectos exhibeant. Vacãt aũt ijdem præter ecclesiasticas leges, sęcularibus curis atq; dispositionibus dimittentes perseuerare in orationibus & obsecrationibus pro suis delictis, ac populi ignorãtijs quod nusquã apud antiquos penitus inuenitur, cum sit nimirũ cõtrarium canonicis omnino præceptis. Et quod seuiùs est, quia sua stipendia per distinctas mensiũ uices percipiunt, dicuntur prædicta perficere ministeria: quod ab Apostolico munimine modis omnibus ostenditur alienum. Hæc autem omnia, magnis & multis & uehementissimis damnationibus dignos huiusmodi, statuunt: probantur enim tales per hæc quæ fiunt etiam Sathanica iactantia & superbia languere. Quisquis autem metropolitanorum post hanc sanctæ & uniuersalis synodi definitionem, eadem audacia, uel superbia, & contemptu abusus, non per se cum timore Dei & alacritate seu conscientia bona, debita ministeria in propria ciuitate, sed per suffraganeos Episcopos efficere tentauerit: pœnas exsoluat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur. Ecce si uacare sęcularibus curis atq; dispositionibus, est omnino contrarium canonicis præceptis in metropolitano: quomodo penè omnes à Papa qui summus metropolita est, usque quasi ad minimum metropolitam, canonica præcepta seruantur, nonne iste tex. uerè narrat dispositionem hodiernam? Si igitur reformatio fieri debet in ijs, quę fiunt contra canonica præcepta: necesse est secundum illum canonem amplius illis sæcularibus curis & dispositionibus non uacare, sed ea quæ curæ animarum ac officio incumbunt, diligenter ac alacriter exercere. Vnde ne Papa sibi hoc non dictum putet, uideat id quod scribit sanctus Clemens ad Iacobum fratrem Domini, quid ad eum dixerat sanctus Petrus dum eum ordinaret, & sibi ligandi & soluendi potestatem tradidisset, ac exposuisset quomodo ut medicus pro salute subditorum illis uti deberet, subiunxit q; in nulla alia occupatione inueniri deberet, mundialis negotij occasionem perplexus dicens: neq; enim iudicem aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te uoluit ordinari Christus, ne præfocatus præsentium hominum curis non posses uerbo Dei uacare. Ad idem. 96. di. cum ad uerum. & c. duo quippe. Ecce negare non potest Papa, aut quilibet pastor, quin ad pascendum uerbo & exemplo datus sit, ut hæc Agatho dicit, ut in sexta Synodo in prima actione legitur sic: uæ mihi si negligens fuero. Quis rogo sufficit ad tantam curam spiritualem: nonne si perdifficile est spirituali curæ ad normam satisfacere necessariò concedendum est, temporalium curam præsidentibus pastoribus multum obesse? pluribus enim intentus, & penè se mutuò non planè consentientibus, quomodo utrumq; rectè agere potest, cum qui ad utrumq; festinet neutrum peragit? & non est opus circumloquutione, uidemus propter comixtionem curarum, spiritualem curam à temporali uictam, & pene succubuisse. Et si temperalia ita ad spiritualia conferunt, ut sine ipsis subsistere non possunt: non est tamen propter hoc cura temporalium spiritualibus humeris alligãda, ne qui ut spiritualior cæteris ut Pontifex, iter in patriam ostendere habet, mole temporalium grauiter pressus, citiùs cæteris in uia deficiat. Nam sępe post Constantinum fuit iste regendi modus, quando Concilium octauum uniuersale, de quo extractus est canon præcedens sequebatur. 400. annis & ultra Constanintum. Nec legitur in illis gestis, nec gestis sexti Concilij tempore Agathonis celebrati, Romanum pontificem ita temporali curæ inuigilasse: licet inueniatur Siciliam, Calabriam, Cãpaniam, fuisse de patrimonio sancti Petri, sed fuerunt patricij ac alij rectores, hanc Soldatorum curam gerentes, de quibus. 63. di. in Synodo. & 96. di. bonę inquit, & alijs locis legitur. Cum Dei adiutorio iuxta canonẽ præfatũ, & maximè in temporalium cura, remediũ per sanctã hãc Synodũ tale inuentum fuit: quod si spiritualibus amplius ĩpedita se erigere uirescere & reuiuiscere possit cũcta salubriter succedẽt. Quanta autem fuerit antiquorũ cura ad prohibendũ commixtionem spiri-

spiritualis & temporalis curæ in clero, uide sanctum Cyprianum ad clerum & plebẽ de Victore qui Faustinũ presbyterum tutorẽ nominauit &. 88. di. per latum, & per totam distinctionem: sed per uicedominos & œconomos temporalia agebant. ut in c. uolumus. 89. di. & c. quia in quibusdam de offi. or. cũ uos. 16. q. 7. nona actione. Et pro isto, nostri Alemanni in omni genere scientiarum expertissimi Hugonis de sancto Victore sẽtentia, quã in suo ponit sacramentali notanda, dum dicit: Ecclesia licet fructum terrenæ possessionis in usum accipiat, potestatem tamen exercendæ iustitiæ per ecclesiasticas personas, aut iudicia sæcularia exercere non potest: potest tamen ministros habere laicas personas, per quos iura & iudicia ad terrenam potestatem pertinentia, secundũ tenorem legũ & debitum iuris terreni exerceantur: sic tamen & qui potestatẽ habent, à principe terreno se habere cognoscãt hæc ille. Secundũ hoc patricij & rectores patrimoniorũ Ecclesiarum, per principem dabantur, consensu Ecclesiarum interueniente.

Cap. XXX.

EST tamen etiam unum deinceps de medio tollendũ, in quo maiores licentiæ altæ potestatis in subditos delinquunt, eos ultra iustũ grauando. Vnde octauum uniuersale Concilium. 9. ca. canonem contra Archiepiscopos sub obtentu uisitationis grauãtes suffraganeos promulgauit, in hæc uerba: Auaritiam utpote sẽcundã idololatriam Paulus magnus execratur Apostolus, cunctos uidelicet qui Christiano uocabulo censẽtur ab omni turpi lucro abstinere uolens, multò magis ergo ijs qui sacerdotio funguntur, nefas est coepiscopos aut suffraganeos suos per quemcũq; modũ grauare. Huius rei gratia definit hęc sancta uniuersalis Synodus, nullũ Archiepiscoporũ aut Metropolitanorũ relinquere propriam Ecclesiã; & sub occasione quasi uisitationis ad alias accedere, & potestate propria contra infirmiores abuti, & consumere redditus, qui apud illos inueniunt ad ecclesiasticã dispositionẽ, & alimenta pauperũ: ac per hoc grauare auaritiæ modo conscientias fratrũ & comministrorũ nostrorũ, excepta hospitalitate, quę aliquãdo ex necessario trãsitu fortassis accesserit. Sed & tũc non alia, nisi ex ijs quæ ad præsens de cõpẽdio pręparata inueniuntur, cũ reuerentia & timore Dei dignãter accipiat, & maturius propositũ iter perãbulet, nihil omnino eorũ quę sunt Ecclesiæ illius uel suffraganei Episcopi petẽs aut exigens. Si enim unũquemq; Episcoporum Ecclesiæ propriè rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importunè ac sine ratione dispergere, uel consumere redditus ecclesiasticos, sacri canones decernunt: quanputas impietate minimè iudicabitur indignus, qui alijs Episcopis commissas Ecclesias grauare, uel ambire, ac per hoc sacrilegij crimẽ incidere non formidãt? Quisquis ergo post hanc definitionẽ nostrã, tale quid facere tentauerit, pœnas subeat à Patriarcha qui per tempus fuerit, secundum congruentiã iniustitiæ ac auaritiæ suę, & deponat, & sequestret ut sacrilegus, & alter idololatra factus iuxta magnum Apostolũ. Ecce sacrilegos esse, qui occasione alicuius apparentis boni, subditas Ecclesias grauant. Vnde hic mũdus clamat de quæstu Romanæ curię, si simonia suo modo hæresis est, si grauare subiectas Ecclesias sacrilegiũ est, si hæc agens secundum magnũ Apostolũ idololatra est: necessariũ erit in uia reformationis omnes huiusmodi quæstus tollere, maximè quia scãdalizata est ipsa uniuersalis Ecclesia, ex hac auaritia præsidentiũ, & plus romanę curiæ q; aliarũ ecclesiarũ, Tolli itaq; necesse est per hoc sacrũ reformatorium Concilium, maximè istud quod Deo ita aduersũ animabus adeò noxiũ & in tota Ecclesia est scandolosũ, fiant cuncta in Romana curia, ac alijs metropolitis gratis. Si eget superior subsidio, charitatiua cõtributio tũc absq; renisu fiet, quãdo extorsio cessat. Si uniuersale regimen Ecclesię deposcit p expẽsis, legationũ ac assistentiũ in quotidiano Cõcilio, & cæteris seruiẽtibus publicæ utilitati: non dubiũ de collecta sufficienti absq; difficultate ꝓuidebitur. Si cęca auaritia, ac pomposa euacuabitur curialiũ dissolutio: Deus pius nõ dimittet Ecclesiã, quin ei in cũctis opportunis indubiè tũc prouideat maximè, quando ea quæ Christi sunt & non nostra, tranquillo animo fiunt. Nec poterit forte durabilis regula pro nunc inueniri, quæ pro contributione annuali faciẽda semper sufficiat: oportet enim semper necessitati occurrenti prouidere, secundũ quod occurrit. Vnde statuit pro nunc sacra hęc Syno

http://www.obrascatolicas.com

dus, aliquam annuam collectam duraturam usq; ad proximum uniuersale Concilium, quòd si Romano pontifici casus arduus adueniat, propter quem aliter fieri necesse est, conuocet Concilium uniuersale ut prouideatur.

Cap. XXXI.

Prouocatio ab Episcopo ad metropolitam.

INsuper sæpe subditi per uiam iniustitiæ grauantur, aut quandoq; suspectum hunc Episcopum propter gratiam quam aduersario præstat, aut inimicitiam: tũc statuit ipsa octaua Synodus 26. cap. contra hoc remedium ita dicens: placuit & hoc sanctæ Synodo, ut quicunq; presbiter aut diaconus à proprio Episcopo depositus fuerit propter aliquod crimen, uel quamlibet iniustitiam se pati dixerit, non acquieuerit iudicio proprij Episcopi dicens eum suspectui se habere, & uel propter inimicitiam quam erga se tenuerit, uel propter gratiam quam alijs quibusdam præstare uoluerit, idcircò in se fuisse tale quid operatum: potestatẽ habeat ad Metropolitam ipsius prouinciæ concurrere, & eam quam putat iniustam depositionem uel aliam læsionem denunciare. Metropolita uerò ille libenter suscipiat huiusmodi, & aduocet Episcopum qui deposuit, uel alio modo clerum læsit, & apud se cum alijs etiã Episcopis negocij faciat examen, ad confirmandum scilicet sine omni suspitioni, uel destruendum per ampliorem Synodum multo sententia clerici depositionem. Similiter etiam Episcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui à metropolitis suis se talia pretulisse fatentur: & apud patriarcham & metropolitas, qui sub ipso sunt, iustam & sine suspitione sententiam negotium quod mouetur accipiat. Insuper etiam nullo modo quisq; Metropolitanorum uel Episcoporum, à uicinis metropolitis uel Episcopis prouinciæ suæ iudicetur, licet quædam incurrisse crimina perhibeatur. sed à solo Patriarcha proprio iudicetur, cuius sententiam rationabilem, & iudicium iustum, ac sine suspitione fore decernimus, eò quod apud eum honorabiliores quiq; colligantur, ac per hoc ratum ac firmum penitus sit, quod ab ipso fuerit iudicatum. Si quis aũt non acquieuerit ijs quæ à nobis edita sũt, excommunicatus existat. Ex isto canone clarè habetur, quo remedio grauatus uti debeat, & quod gradatim ad superiorem Patriarcham deueniendum est, cuius iudicium firmũ ex eo est, quia honorabiliores quiq; apud eum colliguntur.

Cap. XXXII.

Episcopi ordinis sui habitũ seruent.

Laici non interſint electioni Episcopi.

STatuit præterea 27. cap. eadem Synodus, quod pallijs non nisi certis temporibus Metropolita aut alius cui conuenit, uti debet: & quod ex monastica uita ad Episcopalem dignitatem promoti, uitam & habitum monasticum seruare teneantur. Satis congruit hæc ultima particula tempori nostro, quoniam dissolutos pleroscq; ex Episcopis & monachis factos uidemus, nec habitum nec uitam habentes pristinam. Statuit & ipsa Synodus. 22. c. per electiones prælatos fieri, dicẽs promotiones & consecrationibus Episcoporum, Concordans prioribus Conciliis electione ac decreto Episcoporum collegij fieri, sancta hæc & uniuersalis Synodus definit & statuit, atq; iurè promulgat, neminem laicorum principum uel potentatũ semet inserere electioni uel promotioni Patriarchæ, uel Metropolitę, aut huiuslibet Episcopi, ne uidelicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio uel contentio, præsertim cum nullam in talibus potestatem quenquam potestatuum uel cæterorum laicorũ habere conueniat: sed potiùs silere & attendere sibi, usq; quo regulariter à collegio Ecclesiæ susciptat finem electio futuri pontificis. Si uerò quis laicorum ad cõcertandum uel cooperandum ab Ecclesia inuitatur, liceat huiusmodi cum reuerentia si forte uoluerit obtẽperare. Et infra: Quisquis autem sæcularium principum & potentatum, uel alterius dignitatis laicus, aduersus communem ac consonante atq; canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit: anathema sit, donec obediat & cõstiterit in hoc, quod Ecclesia de electione & ordinatione proprij præsulis se uelle monstrauerit. Hoc decretum non tamen cum recta superscriptione, habetur. 63. di. nullus. & c. Adrianus. Statuit similiter 12. cap. sic. Apostolicis & Synodicis canonibus, promotiones, & cõsecrationes Episcoporum ex potentatu & præceptione principum factas, penitus interdicentes, concordantes definimus, & sententiam nos quoq; proferimus: ut si quis Episcopus per uersutiam & tyrannidem principum

cipum, huiusmodi dignitatis cõsecrationẽ receperit, deponatur omnimodè utpote qui ex uoluntate carnalis sensus, et ex hominibus, & per homines Dei donũ possidere uoluit, uel cõsensit. Quantũ hæc prouisio, quæ multis iuribus prius expressa, renouata in octaua Synodo, hodie etiã necessaria sit, scimus omnes. Deinde ut ordinatim idonei promouerentur, statuit 5. cap. sic. Deinde canonicam stabilitatẽ in Ecclesijs semper manere in Christo cupientes, renouamus & confirmamus termínos & sanctiones, quæ olim à sanctis Apostolis, & sanctis Patribus nostris editæ, legere in Ecclesia posuerunt. Et infra. Prioribus ergo canonibus concordantes definimus, neminẽ de senatoria dignitate, uel mũdana conuersatione nuper tonsum, sub intentione uel expectatione Põtificatus, ut Patriarchatus honoris: clericũ aut monachũ, ad huiusmodi scandere gradũ, licet per singulos ordines diuini sacerdotij, plurimũ temporis fecisse probetur. Neq; eñ propter timorẽ uel amorẽ Dei, aut per expectationẽ transeundi uitã uirtutũ: sed ob amorẽ gloriæ ac principatus tonsus huiusmodi reperitur. Magis aũt coercemus huiusmodi, si ab imperatoria dignitate ad hoc cõpellatur. Si uerò quis per nullã suspitionem prædictæ concupiscẽtiæ & expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuncians mundo fiat clericus aut monachus, & omnẽ gradũ ecclesiasticũ transigens, per definita nũc tempora irreprehensibilis inuentus extiterit, & probatus ita ut in gradu lectoris annũ cõpleat, in subdiaconi uerò duos, sitq; diaconus tribus, presbyter quatuor annis: benè placuit sanctæ & uniuersali Synodo eligi hũc, atq; admitti. Circa hos aũt qui religiosè morati in ordine clericorum & monachorũ digni iudicati sunt: Põtificatus pariter & honore, prædictũ tempus abbreuiauit, nimirũ secundũ q Episcoporũ prælati probarunt, qui per tempora fuerint. Si uerò præter hanc definitionẽ nostram, quisq; ad iam fatũ supremum honorẽ, puectus extiterit, reprobẽ: et ab hoc sacerdotali operatione prorsus abijciaẽ, utpote qui, extra sacros canones sit promotus. Ecce canonẽ multũ pro reformatione necessariũ hoc tempore. Et consequenter uoluit 13. canone puidere, ut si digni in Ecclesijs proprijs inueniuntur, illi promoueri debẽt. Vnde sic statuit, quoniã quidem dicit alicubi diuinũ eloquium, dignus est operarius mercede sua: huius rei gratia & nos decernimus atq; promulgamus, ut magnæ Ecclesiæ clerici, qui in subiectis ordinib. morati sunt, ad maiores gradus ascendãt, & si digni claruerũt, melioribus perfrui mereanẽ honoribus, cum aliqui eorũ qui in ipsis sunt, aut per incremẽtũ ad maiora ministeria aduocati fuerint, aut per cõmunem naturæ terminũ dormientes defuerint. Sed nõ ex illis qui foris sunt, aliqui se ijs innectentes, debitas eis qui multo tẽpore laborauerũt dignitates uel honores accipiant, ac per hoc inueniantur Ecclesię clerici nullo modo posse proficere. Nullatenus aũt habeãt potestatem, qui principũ domorum uel suburbanarũ rerum curam gesserint, inter clerũ magnæ Ecclesiæ colligi uel constitui. Nemo quippe militãs Deo, sæculi negotijs implicatur. Si quis uerò præter definitionem quam modo prætulimus promotus fuerit: in quocunq; magnæ Ecclesiæ gradu reprobẽ, ab omni ecclesiastico gradu, tanq; qui cõtra magnã Synodum prouectus fuerit depellẽ. Ex quo patet, q si inuitis daretur Episcopus, quoniã contra magnã Synodum est, quæ per electionis uiam statuit esse puidendum. q tũc reprobari posset sic datus. Et hoc probat textus 61. di. nullus inuitis detur Episcopus. Vbi istud capitulũ iam suprapositũ, proximè p Cœlestinũ definitur q dicit: q clerici facultatẽ habeant renitendi, si se contra huiusmodi decretũ uiderint prægrauari, & quos sibi ingeri extrãsuerso uiderint, nõ timeãt refutare: facit c. obitũ. e. di. Et ad idẽ 63 di. si forte, ubi dicit textus, q in duobus in discordia electis, metropolitani iudicio detur unus q petitus sit: & nullus detur inuitis, ne plebs inuita Episcopũ non optatũ cõtemnat. Et facit ad hoc benè 33. q. 2. de ineptis: quia si unũ corpus spirituale constitui debet ex Episcopo & plebe, tũc consensus necessarius uidetur, ut ibi de matrimonio carnali dicitur: quoniam nõ dubium, inter Episcopũ & Ecclesiã matrimonium est 3. q. 1. audiuimus cũ similibus. Et propterea dicit tex 1. q. 1. ordinationes. q ordinationes, quę nõ fiũt cõmuni consensu clericorũ uel presbyterorũ, secundũ canonicas sanctiones, & ab alijs ad quos cõsecratio pertinet nõ cõprobãtur, falsas esse iudicamus, quoniã qui taliter ordinanẽ, non per ostiũ, id est, Christũ

Qui & quo gradu ad Episcopatum promouendi.

Inuitis nullus præficiendus.

http://www.obrascatolicas.com

intrant,ſed(ut ipſa ueritas teſtatur)fures ſunt & latrones.Et ratio huius eſt,quoniam conſenſus de eſſentia matrimonij eſt,ut ſuperiùs habetur.Diuerſitas enim ordinum prepoſitorũ & ſubiectorũ,pro conſeruatione Reipublicę ordinata eſt,ut dum reuerentiam exhibent minores potioribus,& potiores minoribus,dilectionem uera cõcordia ex diuerſitate contexeretur, & rectè officiorum generaretur adminiſtratio. ut.89.di.ad hoc,45.di.licet:Igitur ex concordia ſubſiſtit Eccleſia. Quare inuitis præſes non rectè præponitur,de quo pulchrè,83.di.eſto:ſed oportet quòd ille qui præeſt ab omnibus quibus præeſt conſtituatur tacitè uel expreſſè:ſin autem aliter præſumptum fuerit,uitiis carere dubium non eſt,quia irritum eſt 66.di.Archiepiſcopis.qui dicit alibi:Oportet qui omnibus præeſſe debet,ab omnibus eligatur. Et quòd ille textus.Archiepiſcopus.qui loquitur de ordinatione, intelligatur de electione:patet in originali,& in panormia Iuonis qui dicit: Oportet autẽ ut ille qui omnibus præeſſe uidetur,ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Verbum Oportet,eſt uerbum neceſſitatis.l.di.domino ſancto.i. aliter non poſſe 3.q.6.dudum quod pro præmiſſis.& c.Epiſcopo 8.q.i.eſt notandum.Idem etiam optimè probat c. metropolitano 63. di. & c.Valentinianus.Ordinatio enim ſępe idem eſt quod electio 61.di.ſacerdotibus: per conſenſum enim eligentium & electi,hoc matrimonium conſtituitur,ut no.in.c cum inter canonicas de elec.& 63.di.quanto in glo.Electio autem conſenſu æquiparatur,ut eſt textus in c.epiſcopos.63.di.Hoc eſt matrimonium quod inter eligentes & electum contrahitur,ut notatur in c.i.de transla,c.i.ſecundum Inno.Per eligentes & electum inter Eccleſiam & electum contrahitur,ut notatur in . c.i. de transla. De hoc etiam in c.obeuntibus.63.di.Et quia omnis cura reformationis ſtat in hoc ut prę ſides,rectores,& gubernatores boni conſtituantur,quoniam ſi quę lex animata eſſe debet in terris, bona non eſt: quale periculum ſubiectis immineat, facile ſcire quiſquæ poteſt. Vnde in conſtituendis rectoribus eccleſiaſticis qui inuitis dari nõ debẽt diuina præcepta ſunt,ut per electionem procedatur. Et ut paucis contentemur allegationibus,ita ſcribit ſanctus Cyprianus,in epiſtola de Martiale & Baſilide, ubi dicit:quòd plebs in ſua poteſtate habet eligendi dignos ſacerdotes,uel indignos recuſandi:quod & ipſum(dicit)uidemus de diuina auctoritate deſcẽdere,ut ſacerdos plebe preſente ſub omniũ oculis deligatur,& dignus atq; idoneus publico iudicio ac teſtimonio comprobetur,ſicut in numeris Dominus Moyſi præcipit: prende Aaron fratrem tuum,& Eleazar filium eius,& pones eos in montẽ corã omni ſynagoga,& exue Aaron ſtolam eius,& indue Eleazar filium eius. Et Aaron appoſitus morietur illic.Coram omni ſynagoga iubet Deus conſtitui ſacerdotem,id eſt inſtruit & oſtendit ordines ſacerdotales non niſi ſua populi adſiſtentis conſcientia fieri oportere,ut plebe præſente,uel detegantur malorum crimina,uel bonorum merita prædicentur,& ſit ordinatio iuſta & legitima:quæ omni ſuffragio & iudicio fuit examinata.Quòd poſtea ſecundum diuina myſteria ſeruatur in actibus Apoſtolorum, quando deordinando in locũ Iudæ,Petrus ad plebem loquitur. Surrexit(inuuit)Petrus in medio fratrum dicens,fuit autem turba in unum. Nec hoc in Epiſcoporum tantum & ſacerdotum,ſed in diaconorum ordinibus obſeruaſſe Apoſtolos animad uertimus,de quo & ipſo in actibus Apoſtolorũ ſcriptũ eſt. Et conuocauerũt(inquit) illi duodecim totã plebem diſcipulorum.Quod utiq; idcircò tam diligenter & cautè conuocata plebe tota gerebatur,ne quis ad altaris miniſterium, uel ſacerdotalem locum,indignus obreperet.hæc ille.Et act.6.ſuper illo tex.glo.dicunt, quod conſenſum multitudinis quæſiuerũt duodecim Apoſtoli omniũ fideliũ,qui diſcipuli uocabantur & hoc ut exemplũ darent,quoniã hic ordo ſeruãdus eſt in ordinãdis: eligere debet populus,& ordinare Epiſcopus.De eodem loquitur S.Hiero.et habetur.8.q.i.licet.&.c.ſi ergo.ubi de hoc.21.di.in nouo,ubi Anacletus Papa dicit.de uolũtate Apoſtolorũ,Petrũ præſidem factũ,& quòd Apoſtoli elegerũt.72.diſcipulos.Vnde licet legatur in epiſt. Clementis,Petrũ miſiſſe Epiſcopos per Gallias & alias partes, & ita etiã Clementi præcepiſſe,ut ipſe ad illas partes mitteret,quo ipſe nõ miſiſſet,et ſic omnes Patriarchæ,Archiepiſcopi,& Epiſcopi,à ſede Apoſtolica egreſſi ſunt.(Ita intelligo textũ.22.diſt.c.i.qui fuit Nicolai Papę,qui penè octingẽtis annis fuit poſt Chriſtum:

Chriſtum:licet manifeſtum ſit,quòd non in omnes partes mũdi de Roma miſſi ſint Epiſcopi,iam enim erant multi Epiſcopi per mundũ, anteqũ Petrus uenit Romam, ut eſt manifeſtum,quia Antiochiæ & Hieroſolymis.Et etiã ex illa epiſtola Clementis apparet,qui ſcribit Iacobo Hieroſolymorum,ut ipſe per Orientem mittat, tamẽ hoc non concludit,Papam ſolùm à principio Patriarchas ſiue primates conſtituiſſe ut quidam dicunt adulatores:quoniam tota Eccleſia,ſiue Apoſtoli qui totam Eccleſiam repræſentant,propinquiùs quàm ſolus Petrus primates conſtituerunt 99.diſt. nulli.qui textus dicit, Apoſtoli eorumq; ſucceſſores.Neque concludit, Eccleſijs aliquando fuiſſe prouiſum ſine electione:quia tunc non fuerunt Eccleſiæ, ſed miſſi fuerunt ad ædificandas Eccleſias.Et ideò electio locum habere non potuit, quia Eccleſia eligens tunc defecit.Vnde illi miſſi,gerẽtes figuram Chriſti ſecundi Adæ,ex coſta ſua ſcilicet diuini uerbi,ſibi Euam ædificarunt quam deſponſauerant,& ſic Euæ genitæ,poſt hæc non dabatur niſi ſponſus deſideratus.Sic hodie non dubium, Papam ad partes infidelium prædicatores mittere poſſe;ad modum Petri uel Clementis:ut hæc probat textus,Nulli,ſupra allegatus. Et ita intelligit Hoſtien.in ſumma de offi.lega.ubi dum de his quæ ſedi Apoſtolicæ dicũtur reſeruata,dicit: erectiones cathedralium ad eum ſpectare.Et ideò dicitur, ab Eccleſia Rom. omnes dignitates originem ſumpſiſſe.22.diſt.c.i.hæc ille.Ecce ergo electiones de diuino iure eſſe,preſertim quòd inuitus non detur populo,& conſequenter eſt contra omnẽ rationem, dare non expetitum.Vnde Leo Papa 62.diſt.nulla ratio finit;ut inter Epiſcopos habeantur,qui nec à clericis ſint electi,nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus Epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati.Ecce tria requiri ad hoc, quòd præſes rationabiliter conſtituatur:electionem cleri,conſenſum plebis, & iudicium metropolitani,& de hoc infinita(ut ita dicam)iura ſunt. Si igitur Eccleſia reformari debet,neceſſarium eſt diuina & naturalia iura,& canonum ſanctiones,circa materiã electionum repeti,& amplius ſeruari.Vnde Siritius Papa,de qualitate ordinandorũ & eligendorum,in epiſtola ad orthodoxos per diuerſas prouincias, ſcribit: Cogitantibus nobis metum diuini iudicij fratres chariſſimi, & poſt hanc uitam unumquenq; prout geſſerit recepturum:quid ueniat in querelam tacere nõ licuit, ſed nos loqui neceſsitas imperauit.Dicit Propheta.Exalta ut tuba uocem tuam, & cui omnium Eccleſiarum cura eſt ſi diſſimulem,audiam Dominum dicẽtem: reijcitis mandata Dei,ut traditiones ueſtras ſtatuatis.Quid enim aliud eſt reijcere mandata Dei, q̃ priuato iudicio & humano conſilio,nouis rebus cõſtituendis liberiùs delectariq; perlatum ita q; eſt ad conſcientiam Apoſtolicæ ſedis,cõtra eccleſiaſticum canonem præſumi,& quòd ita ſunt à maioribus ordinata,ut nè uel leui ſuſurro debeãt uiolari: proprias quaſdam nouas obſeruationes inducere,& prætermiſſo fundamẽto ſuper arenam conſtituere uelle,Domino dicente:Non transfer terminos,quos poſuerunt patres tui.Quod & ſanctus quoq; Apoſtolus,noui & ueteris teſtamẽti prædicator, monet, in quo loquutus eſt Chriſtus. State (inquit) & tenete traditiones ueſtras; quas didiciſtis,ſiue per uerbum,ſiue per epiſtolam.Et infra.De quo chariſſimi mihi ante ueſtram ſyncerítatem huiuſmodi literæ cucurrerunt,multo fratrum & ſacerdotum conſenſu,& hac noſtra ſubſcriptione,firmata eccleſiaſticorum canonum diſpoſitio,quæ apud Niceam tractata eſt,confirmata ſuo merito fundatiſſima permaneret.hæc ille.Ecce quòd contra mandatum Dei eſt,reijcere canones.Vnde licet Romanus Pontifex aliquando pro neceſsitate uel utilitate Eccleſiæ,laxare poſſet præcepta canonica,quę nulla tenus mutilanda ſunt his caſibus ceſſantibus,ut hoc Innocentius & Gelaſius dicunt.1.q.7.& ſi Gelaſius.& c.quòd pro remedio: tamen omnia iura electionis tollere penitus,& ſuæ diſpoſitioni reſeruare eccleſiaſticarum rerum diſpoſitionem,puto Papam non poſſe,quoniam electio diuini & humani iuris eſt,& præceptum Dei eſt,cui Papa obedire tenetur,qui terminos patrum transferre non debet.Faciunt ea quæ notantur.14.diſt. ſicut. & 1.q.7. niſi rigor. &. 25.q.1.ſunt quidam.quoniam in totum tollere non poteſt, contra quod ex cauſis prætactis diſpenſat.Et quia per tacitum conſenſum totius Eccleſiæ, Romani Pontifices reſer-

uationibus

http://www.obrascatolicas.com

uationibus factis uti sunt, nec sunt dati Episcopi repudiati & reprobati, sicut tamen meo iudicio reprobari poterant: tunc in consensum transiuit taciturnitas, quod sufficit pro titulo eorum qui præfecti sunt, taciturnitas pro consensu habetur, ut tractatur in regula, qui tacet. Et hoc casu quando nō opponitur, ut notat glo. antiqua capituli nolle. 43. dist. qui dicit, in publico negocio qui se non opponit quum possit, consentire intelligitur: & ca. eligendo pastorem, intelligitur contrahere sponsalia Ecclesiæ. Vnde quum Ecclesia non reclamauerit, intelligitur consentire: uelut si pater contrahat sponsalia filiæ suæ, si tacet consentire intelligitur. hæc ibi. Et idem Archi. 25. dist. Episcopus siue. Sic in proposito, si Papa supplet locum patris, & dat sponsum, & etiam tacet & recipit: cōsensus intelligitur. Ita dicit Lau. c. Episcopus. 24. dist. ubi quum textus diceret: quòd Episcopus sine Cōcilio clericorum suorum, clericos non ordinet, ita ut ciuium continentiam et testimonium quærat. dicit Lau. continentia, id est consensus: quem eo ipso dicuntur habere, quòd sciunt et non contradicūt. parag. so. ma. l. 2. ff. uolūtatem. Et hoc probat text. cum Adrianus. 63. di. coniuncta glo. super uerbo ad salutandum qui dicit: argumentum eos consensisse electioni, ex quo interfuerunt & eum salutauerunt, & non reclamauerunt, & eo quòd qui salutat alium, uidetur consentire ei. 24. q. 1. omnes. Nunc autem exorbitantia ob uarias legiones displicere incipit, & oritur contradictio. Quare puto Papam amplius non posse generaliter reseruare electiua beneficia, nisi ei expresse indulgeretur per hoc sacrum Concilium, attenta cōtradictione exorta: Papa enim inuitis Episcopum dare non potest, ut probat tex. in nouo. 21. dist. ubi dicitur, Petrum uoluntate Apostolorum præpositum. Et glo. arguit ex textu, Papam Episcopum dare nō debere, nisi uolentibus. 22. di. sacro inter beatos. 8. q. 1. licet. & c. si ergo. & c. audaciter faciunt quæ supra ponuntur. Et dicit Archi. post Ioan. de deo. c. in nouo, quòd Petrus ante resurrectionem electus fuit in principem per Christum, sed distulit confirmationem post resurrectionem: ut discipuli quibus præesse deberet præberent assensum, in typum electionis faciendæ, quum nemo inuitis dari debeat. 61. dist. nullus. Vnde uideretur irrita esse, nisi consensus interueniat, per c. obeuntibus. 63. di. ubi tex. quòd illud quod absq; eorum consensu & conniuentia factum fuerit, irritum esse. Et ad idem. 66. dist. Archiepiscopus. hoc benè probatur. Et ad hoc glo. super uerbo cōniuentia, in c. obeuntibus, quæ dicit argumentum ex tex. quòd si quod aliquorum consensu fieri debet, eorum dissensu dissoluitur factum. l. i. di. qui in aliquo. 30. q. 2. si uerum. 62. di. nulla ratio. i. q. i. ordinationes. 10. q. 2. casellas. 12. q. 2. alienationes. & c. siue. 15. q. 7. Episcopus nullius. 23. q. 5. quòd ideò. & c. manifestum. 20. q. 2. puella. & posset una ratio fortis assignari, cur consensus ex alio fundamento sit necessarius. Manifestum est, scientiam legis ex ore sacerdotum requiri, Malachię 2. ac insuper ex falsa doctrina quę ex ignorantia uel malitia sacerdotis seminaretur, populū non excusari. Vnde si non deberet populi consensus interuenire in præsidem, iniustè puniretur ex ignorātia uel malitia sacerdotis, iuxta præmissa: quum ad eius præsidentiam eorum consensus nunquàm interuenit: nihil enim potest tunc ipsi populo imputari. Quare salus publica exigit, per electionem & consensum præsides fieri.

Cap. XXXIII.

Alia reformationis capita.

SI (ut præmittitur) electiones purè eo ordine quo superiùs in diuersis locis fierent, & Episcopi ad quos de iure spectat, bonos curatos darent. ut 10. q. 1. regenda. & c. decretum. & c. quicunque. 16. q. 7. sicut domini. & c. omnes basilicæ & Ecclesias absque grauamine uisitarent. ut 10. q. 3. per totum, & bonis Ecclesiæ uterentur iuxta canonum sanctiones, ut fideles procuratores: & deinceps in diuino cultu concordantia per totam prouinciam esset, ut dicit textus Toletani Concilij 12. dist. de his. cum c. sequentibus. & moderata fieret ordinatio in huiusmodi officijs, sic quòd potius ad intellectum & deuotionem, quàm ad uocem & multitudinem psalmorum fastidiosam aduerteretur ut de conse. dist. 4. non mediocriter. Deo enim non uoce, sed corde cantandum, & in Ecclesia theatrales moduli audiri non debent, ut dicit Hierony. 92. dist. cantantes: tunc dulcissima concordantia non grauis,

grauis, non fastidiosa, adornaret templum Domini. Et deinde statuatur, ut quisque suo officio, uoto, religioni, & ordini satisfaciat, & hoc exactè exequendum est, si salutem omnium quærimus. Ac insuper obedientia superiorū proprio motu ob quascunq; criminales causas, quibus præter sententiam superior diffamatus extitit, iuxta decimum capitulum uniuersalis Concilij, seruāda præcipiatur, etiam cum memoria inter diuina officia, sub pœna depositionis in clericis, & excōmunicationis in laicis, & mōnachis: ut ille textus dicit. Ac insuper ut morum grauitas in singulis ordinibus seruetur, & maxime in Episcopis, nè se stratigeris subijciant, iuxta c. 14. eiusdem Concilij: quod dicit, eos qui diuina gratia ad Episcopale aduocantur officium, tanquàm imaginem & figuram gerentes cœlestium hierarcharum, id est angelorum: secundū hierarchicum planè gradum & morem, omni honore dignos ab omnibus principibus & subditis sancimus haberi. Deinde sicut sacra illa octaua Synodus alienationi prouidit, seruetur, ut in c. Apostolicos. 12. q. 2. Et bonum esset eundem canonem ita innouare, quòd etiam Romano Pontifici non liceret contrarium facere, iuxta c. non liceat. e. causa: & q. nec cōsensum in alijs Ecclesijs dare, sicut hactenus factum est. Ac insuper pro parte Ecclesiarum statutū renouetur, quòd bona 30. annis possessa, ac priuilegia per idem tempus habita in usu, amplius in sua firmitate persistant, sicut 18. c. octaui Concilij continetur. Et post hæc commendæ & pensiones, quoniam sacris dispositionibus obuiant, tollātur. Similiter & dispensationes ad incompatibilia, & beneficiorum pluralitas, & quòd quisq; in uno cōpetenti beneficio diuinis uacet, sicut hoc per uniuersalia penè omnia Concilia extat definitum. Et repetitur secunda parte. 23. capituli, octaui Concilij. Vnde tanta pluralitas paruorū beneficiorum, & subsequenter multorum sacerdotum ignarorum, multum decolorat Ecclesiam, et facit laicos clericis infestos esse: dum tot sacerdotes conspiciunt, quos uident ocio & uicijs uacare: sanctum enim sacerdotale officium, ualde uilescit ex hoc. Vnde dicit tex. 59. di. si officia. quòd pluralitas sacerdotum non sit multum utilis, quia omne magnum rarū esse debet. Melius enim est paucos habere et bonos, de æta. & quali. quū sit ars artium. Et quia de simonia, de concubinatu, de Cōcilijs uniuersalibus & prouincialibus, ac de electione, sacrum Concilium per decreta incepit prouidere: prouidebit spiritus sanctus de his omnibus, & reducet ad ordinationem canonicam, omnes pestiferas ex auaritia ortum habentes obseruationes, ut quisq; suæ curæ & ministerio satisfaciat; & cogitabat de modo coertionem & uigorem legibus indicendi: & quomodo exequutio ualida & stabilis, rigorosa, & immaculata sacrarum sanctionum fiat. Et in hoc consistit tota uis, quia nō deficiunt canones, sed exequutiones. Et non fiunt diligentes exequutiones, nisi per bonos præsides; quibus habitis per legem animatam, facile & subitò paternas uias repeteremus.

Cap. XXXIIII.

LAbor omnis præcedentis opusculi, concordantiam (qua subsistit Ecclesia) incœpit ex altis & primis principijs inuestigare. ordo uerò & si non ita, ut studio plano facilè conferre possit, seriatim intentum ostendit: hoc tamen in summa nititur explanare. Nulli est dubium Christum esse uiam, uitam, & ueritatem, caput & fundamentum Ecclesiæ, ad Ephes. 4. & 5. & 1. Corinth. 10. & in glo. super illud Matth. 16. tu es Petrus, & super hanc petram, & per Aug. in lib. retractationum, & super Ioan. in multis sermonibus, ac alios multos, imò penè omnes doctores. In hac quidem Ecclesia fides non deficiet, quia exauditus est Christus, qui usque ad sæculi consummationem cum successoribus Apostolorum remanebit. Vnde erunt semper Christi fideles, in quibus habitabit ipse Christus. Quare illud corpus fidelium, in quo Christus habitabit, Christiforme Ecclesia catholica dicitur: in qua sicut Christus, ita & uia & ueritas semper permanebit. Quomodo autem ex omnibus rationabilibus spiritibus Christo adhærentibus, ipsa uniuersorum unica constituatur Ecclesia, ac etiam quomodo in ipsa omnium Ecclesia trinitas, ex eius parte triumphantium, & alia militantium, & tertia dorminentium: ac insuper quomodo colligantia ipsius militantis ubi adhuc ipsa ueritas, scilicet CHRISTVS

in figura

http://www.obrascatolicas.com

in figura & ænigmate apprehenditur, ad ipsam ueritatem facialem, quæ est in patria triumphantium, inuestigetur, ut admirandus ordo (quantùm possibile est) aliquantulum pro nostra manuductione sciatur: quum diuersis & ad inuicem ordinatissimis huius militantis Ecclesiæ hierarchijs, pro modulo succinctè aperui in prima huius parte, quæ pars compendiosiùs stringi uix possit, Post hæc secunda parte, difficultatem maioritatis Conciliorum uniuersæ Ecclesiæ, super omnem particularem auctoritatem singularis præsidis aut Synodi localis, uolens indagare, ex hoc fundamento primo intellectum discursiuum direxi, hanc apprehendens conclusionem. Si uniuersalis catholica Ecclesia infallibiliter per Christi assistentiam dirigitur: tunc concurrente omnium Christianorum consensu, ad quãcunq; conclusionem necessitatem salutis includentem, necessariò sequitur illam Christianam fidelem & ueram. Vniuersale uerò Concilium dictans talem conclusionem, consensu et legatione omnium fidelium, necessariò ex Christi assistentia, & spiritu sancto inspirante, uerè & infallibiliter dictat eandem. Nulla enim potest esse ueritas ad æternam salutem diri gens, nisi per Christum. Vniuersale autem Concilium, ex præsidibus & legatis collectum, qui ad ipsam congregationem rei inuestigabilis, dubio in prouincia propria non digesto, dum sic in uago confluunt ad consulendum, consensu subiectorum non apportato: ad hæc si ritè & legitimè conuocatum, & omnibus uocatis collectum liberrimè celebratum, & iustè finitum, cum omnium consensu sententiam in quæstionibus salutem fidelium concernentibus dictauerit: propter propinquam repræsentationem totius catholicæ Ecclesiæ, & propter omnium fidelium cõsensum, qui per legatos ac præsides concurrit, nunquam legimus errasse: Omnes autem prouinciales Synodos, ac etiam Romanos Pontifices, hoc priuilegium non attingit. Et quoniam ob uarias præsertim recentiorum Iuristarum ac Theologorum scripturas qui Papalem etiam super ipsas synodicas auctoritates exaltant potentiam, necessarium fuit inquirere concordantias scripturarum, remanente ueritate præfata: repertas differentias inter uniuersale catholicæ Ecclesiæ, ac uniuersale nationis regni, uel Patriarchale, iuxta gesta Conciliorum (quæ quidem gesta, ut. 91. dist. c. i. legitur, approbata sunt) inserui, ut quisq; intellecta differentia facilè uideat hoc uerum scilicet quod uniuersale Concilium catholicæ Ecclesiæ supremam habet potestatem in omnibus, super ipsam Romanum Pontificem. Erat itaq; necessarium inquirere, quę sit Romani Pontificis auctoritas, tam in superioritate, quam præceptione, & statutorum editione. Et licet induxerim multa: tamen in hoc resedi, quod licet secundum plura sanctorum scripta potestas Romani Pontificis à Deo sit, & secundum alia ab homine & Concilijs uniuersalibus: tamen uidetur in ueritate medium concordantiæ per scripturas inuestigabile ad hoc demum tendere, quod ipsius Pontificis Romani potestas, quò ad considerationem præeminentiæ prioratus & principatus, sit à Deo per medium hominis & Conciliorum, scilicet mediante consessu electiuo. Consideraui enim primò legem Christianam liberrimam, ad quã nullus nisi sponte absq; coactione accedit. Vnde quum uia fidei nostrę sit ipse Christus non est in ipsis ad salutem necessarijs aliud quam ipse Christus, et ad eum liberrimus accessus. Quare coactio propriè non est in ipsa Ecclesia descensiuè à Christo: sed gratia est, quæ ab ipsa plenitudine fontis capitis, in ipsum corpus Christi mysticum fluit. Et ita dicit. 7. q. i. remoto, quòd gratia dignitatum sacerdotalium à Deo est. In hac quidem gratia, dicimus quoad Apostolatum, omnes Apostolos æquales, sicut quòad ipsũ sacerdotiũ omnes sacerdotes, sed abundãtiori gratia dicimus Petrum inter Apostolos primum. Ita dicit Augustinus super Ioan. sermone ult. quòd Petrus abundantiori gratia fuit unus, idemq; primus Apostolus: & propter primatum Apostolatus gerebat figurata qualitate personam Ecclesiæ. Et illum primatum Petri, quo ipse abundantiori gratia à Christo dotatus fuit, sacræ literæ mihi exprimunt ibi, quum Christus diceret, tu es Cephas, uocaberis cephas, quod interpretatur Petrus. Ioan. 1. ubi dicit Augustinus sermõ. 7. sic: Magnũ quòd mutauit ei nomẽ, & fecit de Simone Petrũ. Petrus autẽ à petra, petra uerò Ecclesia, ergo i Petri nomine figurata est Ecclesia.

Concilium uniuersale habet potestatem super Papam.

Mutatio nominis.

Ecce

Ecce quòd secundum intellectum maximi & doctissimi Augustini, illa nominis mutatio magna fuit. Vnde quum Christus diceret, tu es Petrus, tunc illud quòd predixerat, tu uocaberis Cephas, tanquam futurum contulit in præsens: non enim tunc dixit, tu nominaris uel uocaris Petrus, sed tu es Petrus. Ex quo apparet manifestè, quòd illa Christi promissio, qua promisit conuerso Simoni, eum in futuro Cephas nominandum, fuit promissio realis primatiæ, Vnde Aug. qui dicit Petrum primatum habuisse inter Apostolos, non potest intelligi de tempore conuersionis aut cognitionis Messiæ: sicut Petrus agnoscens interpretatur secundum aliquos, licet minus congruè secundum Bedam, sicut Alexander de Hal. super Ioanne, & eodem uerbo ponit, quia iam præcessit eum frater suus Andreas, qui illi Messiam inuentum prænunciabat, ut legitur Ioannes. 1. Quare de primatu inter alios, de Ecclesia ipse Augustinus necessariò intelligit, quòad præsidentiam & eminentiam, quam ibi consequutus est Petrus. Et ex superioribus manifestum est, Simonem à re Petrum uel Cepham nominatum. Hieronymus uerò super Galatas dicit, principem Apostolorum iam Petrum, iam Cepham nominari, non ob diuersitatem interpretationum, quoniam idem significant. Petrus enim Græcè & Latinè à petra dictum, idem est quod Cephas. Petrus uero Beda Hebræum negat, quia dicit hãc literam. p. apud Hebræos non haberi. Alexander de Hal. in Postillis super Ioanne dicit Hieronymum dicere idem. Nec Cephas est Hebræum, sed Syriacum ut quidam dicunt. Quamlibetcunq; hoc sit, propter textum qui dicit: tu es Petrus, & super hanc petram, oportet cum Augustino, Ambrosio, & alijs doctoribus affirmare, Petrum esse à petra dictum. Et Petrus sic est nomen Latinum, & non Hebræum. Et hoc uidetur ex tex. Ioan. primo ita probari: quia Ioan. præmittit in eodem cap. immediatè illum locum duo Hebræa, scilicet Rabbi & Messias, & adiungit interpretationem immediatè: sic uidetur etiam quòd Cephas sit uel Syriacum uel Hebræum, & Petrus eius interpretatio Latina uel Græca, & non econtrario, scilicet quòd Cephas sit Græcum, quòd Hebraicè Petrus interpretetur. Et dum hæc ego scriberem, incidit unum meo iudicio satis aduertendum, quia tex. Ioannis. 1. dicit, quòd hoc nomen Petrus est interpretatio huius nominis Cephas. Quare quum cephe Græcum, caput apud Latinos interpretetur, oportet & illam interpretationem hoc nomen Petrus habere, & non aliam de interpretationibus, quas sanctus Hiero. ponit Hæbraicorum nominum. Non dubium Ioan. Euangelistam Græce scripsisse Euangelium, & sic interpretationem propriam nominis Petri posuisse, ad ostendendum, quòd hoc nomen Petri quod Christus Simoni imposuit, ei ex illa interpretatione congrueret. Quare fortè non esset absurdum dicere, nomen Petrus iuxta Hebræam linguam Betros dici, & sic apud nos Petrus positum loco Betrus: eapropter quia. bet. illud Hebræum, forti & dura expressione primæ literæ scilicet. b. exprimitur, quasi sicut nos. p. proferimus. Et secundũ hoc Petrus resoluendo ad illud Hebræũ, caput domus interpret, & hęc interpretatio cõueniret Euãgelio & intentioni Christi, secundũ ipsum Euangelũ & expositionem sanctorũ: qui caput Ecclesiæ siue domus, Petrum à Christo dicunt constitutum Ad quod facit c. sacrosancta. 22. di. ubi terminus Cephas interpretatur caput. Quare Cephas Græcum est, Ego uero potius credo standum cum primis doctoribus, non obstante tex. sacrosancto qui Anacleto ascribitur, quoniam illas Anacleti epistolas apocryphas credo, ut infra in tertia parte dico. Non tamen nego quin ultima consideratio notanda sit & secundum eam in Actibus Apostolorum. Cap. 1. Petrus primo nominatur ut caput: & ea proposuit pro exequutione mandatorum Christi, quæ ipsi ut primo & capiti principaliùs commissa à Christo fuêre. Vnde licet omnes apostoli, rectores, pastores, & uicarij Christi fuêre, ut in prefatione missæ in cuiuslibet festiuitate decantatur: tamen in pastoratu illo, rectoratu, & uicariatu, abundantiori gratia Petrum primatum habuisse, sancti doctores affirmant, per hoc quod ei ut Ecclesiã totam, representãti, claues promissæ & datæ fuêre, ac pastoratus præcepta per uerba, pasce oues. Illum aũt pastoratũ Petrus inter alios primũ & principaliter sortitus, immediatè post Christi ascẽsionẽ incepit in omni cõ-

Petrus.

בתרוס

grega-

http://www.obrascatolicas.com

gregatione fidelium exequutioni demandare, ſicut præſides monere & reſpondere ſolent. Vnde primus fuit Petrus, qui uicariatū Chriſti uerbo doctrinæ & baptizandi officio. Hieroſolymis ſe habere oſtendit: & primum inter Apoſtolos ut in Actibus. 1.2.et.3.capitulis legitur. & Lucæ.7. Similiter ex eiſdem ſocis patet, ipſum Petrum primum Epiſcopum Hieroſolymorum: quia ea exercuit, quæ Epiſcopalis ordo requirit. Et fuit poſt hoc Epiſcopus Antiochiæ, ut hoc legitur ad Gal. 2. deinde Romæ, ubi ipſe epiſtolam primam ſcripſit, ut patet ex fine eius, ubi dicit: Salutat uos Eccleſia quæ eſt in Babylone. Et ſecundum Hiero. & Bedam: & exponentes omnes quos uidi illa Babylon fuit Roma, quia filia Babylonis antiquæ. Rectè enim ut ſe habuit monarchia Babylonica, ita præciſè Romana, ut hoc Paulus Oroſius in principio ſeptimi libri hiſtoriarum latè declarat. Et expoſitores Apocalip. diffuſè ſcribunt, quomodo Babylonicum regnum ſit ipſum Romanum. Sed non eſt noſtri propoſiti, ſufficit nobis: licet quidam Marſilius Paduanus, quem poſt omnem collationem uidi quodam loco ſecundæ partis dicere uideatur, per canonē Bibliæ non poſſe probari, Petrum Epiſcopum Romanum, imò aut Romanæ fuiſſe. Quòd ex ipſa epiſtola Petri præfata, ſecundum expoſitionē doctorum, falſum eſt. Et non eſt uſq; ad hæc tempora quiſquam doctorum ſanctorum inuentus, qui hoc unq; negauerit: imo Alipius, Auguſtinus. Optatus, Mileuitanus, ſanctus Hieronymus, ac alij omnes, qui Romanorum Pontificum catalogum ſuis ſcriptis inſeruerunt, à Petro incipiunt. Et dicit Optatus libro. 2. contra Parmenianum, quòd hoc non habet dubium ſedem Romanam per omnes ſucceſſores connumerādo uſq; ad Petrum qui prius ibi ſedit continuari, & per illum Chriſto coniungi: ut puto nullum catholicum, ſanctis quorum ſcripta per Eccleſiam appropata ſunt, in hoc diſſentire poſſe. Predictis autem conſentiunt doctores approbati, ſanctus Hiero. lib. 1. contra louinianū, ubi dum Iouinianus ei obijceret contra laudem uirginitatis, quòd Eccleſia non ſuper Ioannem ſed Petrum fundata eſſet, dicit ſanctus Hiero. ſuper Petrum fundatur Eccleſia: licet alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur, tamen propterea inter duodecim. unus eligitur, ut capite conſtituo, ſciſmatis tollatur occaſio. Sed cur non Ioannes electus eſt? ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens & penè puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur, & magiſter bonus (qui occaſionem iurgij debuerat à diſcipulis auferre, & dixit ad eos: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis, & qui uoluerit inter uos maior eſſe, minor omnium ſit) ne adoleſcenti quem dilexerat, cauſam præberet inuidiæ. hæc ille. Ecce ſententiam ſancti Hieronymi, cui non licet contradicere. Ex qua habetur, Petrum caput conſtitutum Apoſtolorum, & eis per Chriſtum prælatum, non obſtante quòd ipſa Eccleſia ex æquo ſuper omnes Apoſtolos ſit fundata, & quòd Romæ Petrus ſedit. Idē ad Damaſum Papam ſcribens de fide ſua dicit, hæc eſt fides, Et infra. Qui Petri fidem & ſedem tenes. Ad idem Cyprianus. 24. q. 1. loquitur. Gregorius. 1. di. conſiderandum. et Ambro e. diſt. fidelior. Clemens, 80. di. in illis. Auguſt. 2. q. 7. puto. Et non eſt opus ſcripturas adducere quia ab hac ſententia catholica Eccleſia nunquam diſſenſit. Iſte autem principatus Petri non conſiſtit in maioritate, quòad ligandi & ſoluendi poteſtatem in foro pœnitentiali, aut in ſacramentorum confectione, nec dubitat quiſquam de ultimo, nec de primo eſt dubitandum iuxta præmiſſa ſuperiùs, quoniam eadem eſt omnium Epiſcoporum (ſicut fuit omnium Apoſtolorum) ſpiritualis iudiciaria poteſtas, quoniam hæc à Chriſto per medium ſacerdotij fluit. Ita dicit Hiero. ſuper illud Matth. 16. quodcunq; ligaueris. Habent quidem eandem iudiciariam poteſtatem alij Apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem ait: Accipite ſpiritum ſanctum. hæc ille. Et multa ſuperiùs adducta ſunt. Nec fuit Petrus ex illo primatu Eccleſiæ maior: quoniam ipſe ab Eccleſia, & propter eam nominatur, ſecundum Auguſt. loco præallegato, & Ambro. l. di. fidelior, & alios doctores ſuperiùs adductos. Quare illa Petri maioritas, non fuit maioritas ſupra ſed infra Eccleſiam. Vnde licet os ſiue caput eſſet Apoſtolorum ac Eccleſiæ, & eius nomine proponeret ut Actuum primo, & reſponderet

deretut Actuum ſecundo: tamen nihilominus tanquàm membrum ſubfuit. Quare in medio fidelium ſurgens, in reuerentiam Eccleſiæ loquutus eſt, & paſſus eſt ſe mitti in Samariam ab ipſo, Actuum. 8. In ordine enim ad ipſam ueram uitam & ueritatem, Chriſtum Dominum & caput noſtrum uiuens, fideles quia filij Dei ſunt per regenerationem in Chriſto, fratres tamen ſunt, quoniā ibi non eſt aliud magiſteriū q; ipſe Chriſtus. Matth. 23 Nolite uocari Rabbi. unus eſt enim magiſter ueſter Chriſtus, omnes autē uos fratres eſtis. Vnde hoc reſpectu non eſt niſi fraternitas in Chriſti fidelibus: licet maioritas gratię, ſecundū diuinā ordinationem, cum eadem fraternitate conſiſtat. Vnde licet Petrus foret primus Apoſtolus modo dicto: tamē illa primitiuitas, non exceſsit ipſam Apoſtolorū fraternitatem, quòad ipſam Eccleſiam. Non enim erat Petrus plus filius Dei q; alius ex ſanctiſsimis Apoſtolis, licet abundantiori gratia doratus foret: & pro hac materia eſt notandā epiſtola ſancti Gregorij Papæ in Regiſtro. 22. di. ad Ioannē Patriacham Cōſtantinopolitanum, quæ incipit: eo tempore, in qua uult oſtendere, nullum Epiſcopum ita principatum gerere in Eccleſia, quòd oīa membra Eccleſiæ ſint ei ſubiecta: quinimò dicit illum Lucifero ſimilem qui hoc præſumit, quoniā ſuper aſtra cœli ſolium ſeu ſedē ponere nititur, dicens: Quid enim fratres tui omnes Eccleſiæ uniuerſalis Epiſcopi, niſi aſtra cœli ſunt, quib. dum cupis temetipſum uocabulo elato præponere, eorumq; nomem tui cōparatione calcare: quid aliud dicis, niſi in cœlum cōſcendā, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum? Et infra: Certè Petrus Apoſtolus primus, membrum ſanctæ & uniuerſalis Eccleſiæ, Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud q; ſingulariū ſunt plebiū capita: & tamē ſub uno capite Chriſto omnes mēbra? Et infra: Nullus Romanus pōtifex hoc temeratiū nomen uniuerſalis ſcilicet Epiſcopus ſibi arripuit, ne ſi ſibi in Pōtificatus gradu gloriam ſingularitatis arriperet, & hanc omnib. fratribus denegaſſe uiderentur: hæc ille ibi. Et idē in alia epiſtola. 22. ad Anaſtaſium Antiochenum, quæ incipit: Quū prædicator egregius ubi deducit, quomodo omnes unum ſumus in uno capite Chriſto, qui eſt paſtor omnium, & nullus eſt homo, cui omnia Chriſti mēbra ſint ſubiecta; & per cōſequēs, nullus uniuerſalis Patriarcha. Quia ſi hoc dici permittatur, honor omniū Patriarchatū negatur, & nullus iam Epiſcopus in ſtatu ueritatis inuenitur. Conſiderando uerò ſingula ipſius Eccleſiæ mēbra ſingulariter & in ſe: tunc prælatio abundātiori gratia, q̄ propter tollendū ſciſma neceſſaria fuit, ad bonū Eccleſiæ ordinatū regitiuē (iuxta ſanctū Hieronymi ſententiā) Chriſto Petro tradita legitur, ut ipſe ſicut ſingulorū fuit primus, omnium eſſet ſeruus & miniſter. Quoniam ſi propter Eccleſiam Petrus à petra dictus eſt, & Eccleſia non eſt niſi unio fidelium: rectè propter unionem fidelium, ob tollendū ſciſma, præſidentia eſt. Quare unitas fidelium eſt illa, ad cuius ſeruitiū & obſeruantiam præſidentia eſt ſuper ſingulos. Hinc unitas fidelium, quam nos Eccleſiā dicimus, ſiue uniuerſale Concilij catholicę Eccleſiæ ipſam repræſentans, eſt ſupra ſum miniſtrum ac ſingulorum præſidem. Et ita intelligo dictum ſaluatoris, quòd maior inter Apoſtolos diſtribuiuē, debeat eſſe miniſter omnium collectiuē, quoniā ſic Eccleſiam faciunt. Nec propter hoc dico, curatum præſidentem abſolui, à particulari cuiuslibet ſubiecti myſteriali cura: quoniam licet miniſter ſit cuiuslibet, remanet tamen ſuperior cuilibet, ut poteſtatem habeat paſtoralis curæ non ſic omnium collectiuē, iuxta præmiſſa. Etiam ad ea quæ ſuperiùs tacta ſunt, quomodo ſcilicet poteſtas principandi in Eccleſia, non ſic quò ad radicem illam, qua ipſa à Deo eſt propriè in coactione conſtituta, ſed myſteriali cura: probatur per illud. 2. ad Corinth. 2. ibi non enim dominamur fidei ueſtræ, ſed adiutores ſumus. Vbi glo. Ambroſii dicit: dominium & coactionem fides non patitur, quum ſit uoluntatis non neceſsitatis. Et Chryſoſt. in. ij dialogorum. cap. 3. inquit: In Eccleſia uerò non coactum, ſed acquieſcentem oportet ad meliora conuerti. Et Augu. ſuper illo in ad Thi. ulti. quicunq; ſub iugo ſunt dicit: ſciendum aliquos prædicaſſe communem omnibus in Chriſto libertatem eſſe, quòd de ſpirituali libertate utiq; uerum eſt, & non de carnali. Plura poſſent adduci, ſed ſufficit ſcire, uolentem & acquieſcentem tantum & non coactum Chriſto acceptum. Quare omnis ſpiritualis poteſtas in libertate, & non coactione: quantum ad

http://www.obrascatolicas.com

ipſam radicem qua à Chriſto eſt, propriè fundatur. Verum quia ipſa præſidentia principalis, ad unitatem propter tollendum ſciſma ordinata, extitit à Deo tunc niſi in ipſo principe eccleſiaſtico, abſq; tamen ipſo Dominio quo principes eorum dominant, ſic coertio aliqua nõ poteſt rectè unitas cõſeruari. Oportet em̃ putrida mẽbra & pedem abſcindi, & oculum ſcandalizantem ab Eccleſia erui, ſi corpus Eccleſiæ ſanum debet conſeruari. Quare illa coertio non erit, ſicut principes dominantur eorum: qui hic dominandi modus eſt, per uim ſuper corporibus & rebus, ſed erit coertio per liberam ſubiectionem omnium, uel partis maioris initiata, & punitio non niſi ad ſalutem tendens. Vnde ex hoc Anacletus Papa & alij, ut ſuperiùs continetur dicunt, Chriſtum Petrum concurrente Apoſtolorum conſenſu conſtituiſſe, & ſic ex ſubiectorum electione & conſenſu, radicatur ſuperioris poteſtas ſuo modo coactiua in eos. Qui enim priùs liberrimi erant eligendo ſuper ſe præſidem, ſe ei ſubijciunt. Vnde ex hoc fundamento ſuperiùs ſæpe dicitur, poteſtatem coactiuam aut principis, aut legis, ex approbatione per ſe ad hoc communi conſenſu tacito uel expreſſè conſtitutum, robur habere. Sic enim dicitur, quamquam omnis poteſtas deſurſum ſit, ſiue coactiua, ſiue œconomica regulatiua & ordinatiua: tamen ad hoc ut ipſa extrinſecè in actum prorumpere poſſit, homines liberos Chriſtianos regulando uel cogendo, tunc recta regula prærequirit ſubiectionem liberam eorum cum ipſi ex lege fidei Chriſtianæ, & naturali iure, non arctentur extra terminos libertatis. Hoc modo diffuſiùs intendebam deducere, omnem preſidatum eccleſiaſticum & ſpiritualem, à Chriſto mediante hominum aſſenſu conſtitui. Illi enim ſunt propriè præpoſiti noſtri, quiſi ex ſubiectorum cõſenſu præponuntur, ad quorũ obedientiã nos expreſſito conſenſu obligamur, cum ex hominibus per homines aſſumpti ſint. Verùm quòd ex hac radice quam ueram credo, niſi ex aliquo miraculo uel ſigno apparet, Deum aliquem preſidere uelle ante hominum conſenſum: tunc quidem omnes Chriſtianos neceſſariò oportet diuinis præceptis in omnibus acquieſcere. Non poſſe adhuc Romanum Pontificem perpetuum principem Eccleſiæ probari, ſatis ex hoc manifeſtum eſt. Nam hoc legitur, etiam ſi Petrus illum principatum omnium non habuit, propterea Romanum Pontificem eius ſucceſſorem, aut Antiochenum uel Hieroſolymitanum, cum eiuſdem ſint ſucceſſores habuiſſe aut habere debere, ex ſacris literis: niſi concurrant predicta, ſcilicet communis Eccleſiæ conſenſus ſicut Apoſtolorum in Petro. Vnde & ſi Romanus Pontifex, aut ex loco & ſede Petri aut principatu ciuitatis inter cęteros mundi Epiſcopos in primatu, ut præcipuus & honorabiliſſimus præſes tantæ ciuitatis, & ſedens in tanta Petri ſede, ueneraretur tamen niſi ſubiectiuè ex conſenſu concurreret electio, per eos qui aliorum omnium uices gerunt, non crederem ipſum præſidem aliorum omnium, & principem ſiue iudicem eſſe. Quare ſi per poſſibile Treuerenſis Achiepiſcopus per Eccleſiam congregatam pro præſide & capite eligeretur, ille propriè plus ſucceſſor ſancti Petri in principatu foret, quàm Romanus Epiſcopus. Licet credendum ſit, Romanum Pontificem ſicut locum Petri, ita & principatum nunquam perditurum, non enim ſucceſſio ex loco arguit ſucceſsionẽ in principatu, ut de Antiochia, & Hieroſolymis dictũ eſt: nec ceſſaret ille principatus in Eccleſia, etiam ſi Romanæ urbis ſedes Epiſcopalis deficeret, & de hoc ſuperiùs tetigi plura. Et quòd etiam habeat illam poteſtatem ſibi de capite prouidendi liberè, patet quia in omnibus pro ſua ſalute Chriſto ſuccedit prælati etiam omnes habentes ligandi & ſoluendi poteſtatem, quòd miſſi ſunt à Chriſto, ſicut Chriſtus à patre, manifeſtum eſt ex uerbis Chriſti. Io. 8. ſicut miſit me pater ubi apparet quòd ſicut Chriſtus fuit filius Dei uerus: ita Eccleſia eius corpus myſticum habet miſſionem ſimilem à Chriſto. Quare Chriſtus ſicut Eccleſia habet auctoritatem mittendi. Reſideo itaq; in hac concluſione, quòd principatus eccleſiaſticus ob unitatem Eccleſiæ, & ad eius ſeruitium & miniſterium à Deo ordinatus: in realitate ſua à Chriſto per Eccleſiam conſtituitur. Et quæcunq; argumenta aut pro ea parte, quòd principatus coactiuus à Deo in Eccleſia ſit tantùm, aut ex alia parte, quòd ipſe coactiuus principatus ex electione ſiue conſenſu hominum ſeu Eccleſiæ

Eccleſiæ tantũ exiſtat, ad hoc mediũ cõcordãtiæ, meo iudicio ueraciter reducuntur. Nihil tamen de meis conceptibus adeò firmũ aſſero, quin peritioribus dicam potius acquieſcendum. Dicit enim Ambro. unũquẽq; enim fallunt ſua ſcripta, & aurem prætereũt. Atq; ut filij deformes etiã delectant, ſic etiã ſcriptorẽ indecori ſermones ſui palpant, ut hæc Ambroſius Sabino Epiſtola. 33. ſcribit. Tamen minùs offendere puto Eccleſiã hanc opinionẽ, & per conſequẽs uerior cẽſeri debet, quã illa Marſilij de Padua in libro defenſorij pacis, cum ipſe ſuam ex fundamẽto tex. ſancti Auguſtini. 9. di. ego ſolus. tantũ poſsit defendere opinionẽ, reſoluendo ſolutionẽ omniũ argumẽtorũ in cõtrarium ad hoc, quod auctoritatib. doctorum credere nõ arctamur, niſi inquãtũ ſe in canone Bibliæ fundant. Hæc eſt pernicioſa opinio, poſt ſanctæ Eccleſiæ approbationem probabilium doctorum. Vnde potius etiã acquieſcendũ eſt textib. 12. Eccleſiaſticarum, & alijs ibi poſitis, q̃ ita præſumere. Neq; uera eſt ſolutio argumentorũ Marſilij ex ſuo fundamento iuxta præmiſſa: quia loquentes doctores de Petri principatu iuxta præmiſſa, in dictis Chriſti ſe fundant, quæ in canone Bibliæ habẽtur, & non in hiſtorijs alijs, licet etiam ille non ſint negandæ de Petro, quoniam ſancti eas probatas habuerunt, ut probat epiſtola Ambro. ad Anxentiũ de Baſilicis tradendis Epiſtola. 76. Et conſequenter quoniam deformitas omnis eſt ex hoc, quia nec præſidentes ſua uruntur poteſtate ordinatè ad finem propter quem eſt paſtoralis præſidentia, nec ſubiecti ordinatè ſuperioribus ut ſtatus cuiuſq; depoſcit obediunt. Quare de regulis canonicis, quomodo talis concordantia per ſanctos patres conſeruabatur, fuit dicendũ. Præmitti itaq; oportebat, de ipſo Concilio Eccleſiæ catholicæ, in quo eſt prima auctoritas ex conſenſu omnium, conſtituendi & regulãdi cuncta ad ſalutẽ dirigẽtia, deinde de alijs particularib. Concilijs, & poſt hoc de iam editis canonicis reformatorialib. ſtatutis, ut ad modũ doctrinæ ſanctorũ patrũ, & ſtatutorum ſacrorum Conciliorum, hoc ſacrũ Baſilienſe Conciliũ, inſequens patrũ ueſtigia, in inſtitutis procedat. Et hęc cõpendioſa collectio primæ & ſubſequẽtis partis ſub omni correctione, licet confuſè & ruditer pro incitamento ſtudioſorum tantùm ſcripturis mandata.

Approbatorũ ab Eccleſia ſit mitas.

Eiuſdem R. Patris Nicolai De Cuſa, in tertiam Partem ſeu librum de concordantia Catholica præfatio, de generibus Principatuum.

SI quis ab exordio, fundamẽta noſtro propoſito non tam utilia quàm neceſſaria, inueſtigare curaret: huic eſſent repetenda illa ipſa principia, in quibus & Ariſtoteles, & Plato, & Tullius, & alij ſapientes, dum de ordinatis Politicis, Oeconomicis, aut Monarchicis rigiminibus ſcripſere, radices poſuerunt. Naturalia quidem iura cuncta humanas conſiderationes & antecedunt, & omnia illa principia ſunt. Omni autem generi animantium primum à natura tribuitur, ut tueatur ſe corpus uitamq;, declinet nocitura, acquiratque neceſſaria, ut Tulius ex hac radice, primo de Officijs tertio cap. intentum elicit. Primum quidem eſſentiæ eſt ipſum eſſe. Quare ad hoc ut quælibet eſſentia ſit, habent connata ad hoc principia, inſtinctum, appetitum, aut rationem. Ex quo euenit, ſecundum naturarum diuerſitatem uaria eſſe media, propter eſſe & conſeruari naturaliter inſtinctui indita. Hoc fundamento Ariſtoteles. 7. Politicæ finali cap. concluſit, omnem artem & diſciplinam pro ſupplemento naturalium defectuum eſſe. Homines uerò ratione præ cunctis animalibus dotati, à principio conſodalitatem ac communionem ſuæ conſeruationi ac etiam fini, propter quem quiſq; eſt, multum conferre imo neceſſariam rationabili diſcurſu intelligentes, naturali inſtinctu ſe uniuerſè ac ſic cohabitantes, pagos urbeſq; conſtruxere. Et niſi homo pacis feruandæ ob corruptum multorum affectum regulas inueniſſet, parum unio ſaluti contuliſſet. Quare ciuitates, in quibus ciuium

Tullius.

Ariſtoteles

http://www.obrascatolicas.com

unitas, ac leges conseruandæ unitatis & concordiæ communi omni assensu, ac etiam earum omniũ custodes potentes, quantum publicæ conferebat utilitati, ex hoc consequenter ortũ habuerunt. Diuina quidem superadmiranda ac omnibus gratiosè collata lege apertum est, ut intelligerent homines maximè eorum utilitati consoliditates conferre: & deinde ordine tali conseruari, ut communi omnium ac saltem sapientum heroicorum consensu, aliis ipsis fauentibus leges statuerentur, quoniam ut in præcedenti collectione præhabitum est, secundum sanctum Cyprianum, ex Christi promissione maior pars sacerdotij à uera lege non deficiet. Ita pariformiter dum communi consensu res pro conseruatione Reipublicæ tractantur, maior pars populi ciuium aut heroicorum, à recta uia ac pro tempore utili non deficiet, alioqui contingeret naturalẽ appetitum frustrari, ut in pluribus quod pro inconuenientissimo apud philosophantes habetur. Videmus enim hominem animal esse politicum & ciuile, & naturaliter ad ciuilitatem inclinari. Hinc oportet ualentiorem partem pro remanentia politię esse, ut Aristoteles primo Policitæ primo cap. concludit. Sed cunctipotens Deus stultis & fatuis quandã naturalẽ seruitutem adiunxit, per quam facilè credãt sapientibus, ut sic ipsorum adiutorio gubernentur, & consequantur sui cõseruationem: ut post Calanũ Alexandro scribentem, epistola quę octaua. in ordine inter Ambrosianas inseritur, legitur: quod scilicet tanquam agricultura homo imprudens, & tanquam uinea deserta homo egens sensu. Resciſa autem uinea fructũ affert, semiputata frondescit, neglecta luxuriat. Quam materiam elegantissimè Ambrosius immediatè præcedenti septima tangens epistola, dicit: à Philosophis magno dispusationis molimine iactata & fluctuata est questio, dicentibus, quod omnis sapiens liber, omnis autem insipiens seruus. Sed multò hoc prius Dauid dicit, quit ait, Stultus sicut Luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristitibus mergitur: ubi enim sapiẽtia, ibi uirtus animi, ibi constantia & fortitudo. Sapiens enim idem est animo, non minuitur, non augetur rerum mutatione, nec ut paruus fluctuat, ut circumferatur omni uento doctrinæ. Et infra: Noe cũ audisset quia insipienter filius suus Cham riserat nudatum patrem, maledixit ei dicens: maledictus Cham, seruus domesticus erit fratribus suis Et præposuit ei fratres eius dominos, qui sapienter patris senectutem honorandam putarunt. Nonnè fons ille disciplinarũ omnium Iacob, ubertatem dispusationis huius omnium pectoribus infudit, qui sapientiæ, merito prælatus est fratri seniori. Deniq; pater pius qui cum inter duos filios affectu certaret paterno, sed increparet iudicio (affectus enim necessitudine fertur, meritis autem iudicia formantur) cum diuideret alteri gratiam, alteri misericordiam, sapienti gratiã, insipienti misericordiam, quia ad uirtutem se proprijs uiribus erigere non poterat, nec spontaneum gressum attollere benedixit eum ut seruiret fratri suo, & esset ipsius seruus. Ostendens ita deteriorem esse seruitute insipientiam, ut remedio ei seruitus sit. quia stultus regere se non potest, & nisi moderatorem habeat, præcipitatur proprijs uoluntatibus. Diligens ergo pater & consulens, seruum eum fratris sui fecit. ut eius regeretur consilio. Ideò inconsultis populis sapientes quiq; adhibentur rectores, qui plebeiã insipientiam uigore proprio regãt, ut potentiæ specie dominẽtur, quo uel inuitos auctoritate potestatis, subijciant ad obedientiã prudentioribus, & obsequẽdis legibus imposuit ergo insipienti uelut indomito iugũ, & cui in gladio suo uiuendum dixerat, libertatem negauit, ne temeritate laberetur: præfecit ei fratrem, cuius auctoritate & moderatione subiectus, proficeret ad conuersionem. Et quia seruitus habet discretionem est enim necessitatis infirmior, uoluntatis fortior: quia pulchriùs est bonũ quod nõ ex necessitate fit, sed ex uoluntate, ideo primum ei iugum imposuit necessitatis, postea benedictionem ei uoluntariæ subiectionis impertiuit. Non ergo natura seruum facit, sed insipientia. nec manumissio liberum, sed disciplina. Deniq; Esau liber natus est, & seruus factus. Ioseph uenditus in seruitutem est, & electus ad potestatem, ut suis emptoribus imperaret. Et postquã elegãter libertatẽ sapientis Ambrosius ibidem declarauit quomodo stulto tãtum lex posita est, ac quomodo ob peccatum sub pœ-

Homo animal politicum.

Dauid.

Iacob.

Stulto expedit seruire sapienti.

Seruitus duplex.

Natura seruus nemo.

sub pœnis legib. redigitur, subiũgit: seruit ergo peccator formidini, seruit cupiditati, seruit auaritiæ, seruit libidini, seruit malitiæ, seruit iracundię. Et uidetur huiusmodi sibi liber, sed magis seruit, quasi sub tyrannis positus: illi autem liberi sunt, qui legib. uiuunt: lex autem uera sermo rectus. Lex uerò non insculpta tabulis, nec ære incisa, sed impressa mentib. atq; infixa sensib. Quando sapiens non sub lege, sed ipse sibi lex est: opus legis in corde suo continens, naturali stilo sibi & quadam inscriptione formatum. hæc ille. Graues has sententias cum alijs notandis ualde, ille præclarissimus doctor Ambrosius in eadem & sequenti epistola ponit, ex quib. hoc unum menti tenendum: quod licet ex necessitate insipientes, quia se ipsos regere non poterant, serui sapientũ effecti sunt: tamen alligabatur illi necessitati uoluntaria subiectio, propter ipsam necessitatem. Et sic naturali quodam instinctu, præsidentia sapientum, & subiectio insipientum, redacta ad concordiam existit per communes leges, quarum ipsi sapientes maximè auctores, conseruatores, & exequutores existunt. Aliorum omniũ ad hoc per uoluntariam subiectionem concurrente assensu, et regimen dum ita disponitur, tunc impossibile est ciuitatem Aristocratizantem. i. secundũ uirturẽ per sapiẽtiores, aliorum consensu ad cõmunem utilitatem gubernatam, non benè disponi, ut Aristoteli placet quarto Politicæ cap. 7. Legis autem latio, per eos omnes qui per eam stringi debẽt aut maiorem partẽ, aliorum electione ferri debet, quoniã ad cõmune conferre debet. Et quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet: & communis definitio, ex omni consensu aut maioris partis solum, elicitur. Nec potest excusatio de obedientia legum sibi tunc locum uendicare, quando quisq; sibi ipsi legẽ condidit: non est enim bona dispositio, benè leges poni, non obedire autem, ut dicit Aristoteles quarto Politicorũ cap. 7. Est itaq; etiam eorum interprætari, quorum condere His enim legibus regnum gubernare necesse est: amare enim & obedire omnibus insunt. Quare etiam meliùs pro Republica extitit, legib. q̃ optimo uiro regi, ut ex intentione tertij Politicæ. 9. cap. hoc Aristoteles perquirens conludit, ac. 1. Rhetoricę cap. 1. Vbi enim non principantur leges, ibi non est politia, ut quarto Politicæ. 4. cap. statui autem oportet leges cum grauitate magna, ac digestæ multum per prudentiam, longa experientia suffultam, ut secundo Politicæ. 2. cap. dicitur. Oportet deinde principantes esse pro legum obseruatione, quos primo secundum ipsas leges dominari oportet, tertio. cap 6. & 4. ut, Ethicorum. cap. 5. quoniã lex oculus est ex multis oculis, & est intellectus sine appetitu, ut tertio Politicæ. 9, cap. inuentum enim sic à plurib. cui iam se quisq; subiecit mutare, principãtes non debent Et quamquã secundum leges princeps dominari debeat: tamen quia de his est dominus, de quibus secũdum leges nihil dicitur certitudinaliter, ut tertio Politicæ. cap. 6. ideò oportet eũ esse prudentem, ut tertio Politicæ. cap. 2. & quarto Ethicorum tractatu de iustitia, ut epikeizare rectè ualeat per directionem legis, ubi deficit propter particulare: & tũc ipse omnis principatus, siue Monarchicus per unum, siue Aristocraticus plurium sapientũ, siue Politicus omniũ ciuiũ simul, & cuiuslibet secundũ suum gradũ, quãdo secundũ uoluntatẽ subiectorũ existit, ad cõmunẽ tendẽs utilitatem, tempatus & iustus dicitur, ut hæc per Aristotelem tertio & quarto Politicorum. Si autem præter uoluntatem subiectorum ad propriam tendens utilitatem principatus, existit, intemperatus existit, ut tertio Politicorum. cap. 5. sic oriuntur tria genera principantium, præfatis temperatis aduersa: ut Tyrannis, Oligarchia, & Democratia, & de his intemperatis Tyrãnicis, Oligarchicis, et Democraticis principatib. libri historiarũ pleni sunt. Nẽbroth enim cœpit robustus uenator esse primo post diluuium, ac Ninus Assyriorum primus rex Beli filius, qui primus arma foràs extulit libidinis dominandi causa, & post eum Semiramis eius uxor: quæ Treuerum priuignum Nini ex alia Chaldęa uxore filium, patria regnoq; expulit (ut ferunt historiæ) ob causam: quia ipsa in eius exarsit, amorem, quam quia nouercam suam iustè spreuit, ipsa eum insequente Europam adijt, ac demum locum mansiuum in campo quodam amœnissimo interluente eum Mosella (de quo fluuio Ausonius admirandum opus metro contexit) delegit, acnostram ibi sui nominis urbem condidit Treuericam, omnium quæ in Europa sunt primam,

Liberi.

Legum præstantia.

Principatus intemperati.

Ninus. Semiramis.

http://www.obrascatolicas.com

primam, anno 42. natiuitatis Abrahæ, ut ueteres dicunt historiæ sed hæc præter propositum, De temperatis quidem principatibus, quomodo ipse Moyses & Aaron, & Eleazar, ac in Romana Republica Reges primò, deinde senatus ac consules, & etiam Imperatores, consensu & uoluntate pro communi utilitate, constituti sunt: superuacuum foret hoc loco notissima omnibus enarrare. Oportet autem principantem unum esse multis ex causis, etiam si ipse principatus ex pluribus heroicis uiris unitus & compactus foret, alioqui confusio exoriretur, quando in principando plures concurrerent, & confunderetur ordo, quando subiecti cui obedire potissimum deberent, nescirent. Pluralitas igitur principum mala, quoniam unum oportet principantem esse, ad quem ultimò secure recurratur. Omnem autem principatum Monarchicum, uel Aristocraticum, cum uolentibus subditis constituantur illi principatus, electione constitui oportet. 3. Politicæ cap. 8. Inter autem omnia temperati principatus genera. Monarchicus præeminet. Inter autem species huius principatus temperati Monarchicus qui per electionem constituitur absq; successoribus, præfertur ei qui per electionem constituitur cum ipsis successoribus. In generis enim successione, uaria solent interuenire quæ Reipublicæ sæpe obsunt. Quamquam enim heroici & sapientissimi & nobilissimi uiri, sæpe cum posteris ad Monarchicum regimen legantur salubriter aliquamdiu electi: tamen quia admodum fertilis agri, tales talium primi naturam parentum contrahentes, successiuè degenerant, & demum perit illorum illustritas, ut Aristoteles hoc habet secundo Rhetoricæ. cap. 24: unde etsi multæ etiam rationes prægnantes & fortes pro successorio Monarchatu existant, nihilominus ut optimus omnium uoluntate ad commune conferens præsit Reipublicæ semper, non est melior quisquam statuendi modus, quam per nouam electionem omnium aut maioris partis, uel saltem eorum procerum, qui minus uoces ex consensu habent. Hæc uidetur Aristotelis sententia primo Politicæ, c. 9, & libro secundo. cap. 8. & tertio. cap 2. & septimo libro. cap. 9. & 12. Huius uerò officium est, nihil contra leges præsumere: immo sub esse debet eis, & eorum doctrina, tanquam cor in medio corporis, totam Rempublicam uiuificare: immò secundum easdem puniri debet, in arduis scandalum in Republica ex transgressione generantibus, licet non in paruis delictis, ne contemptibilis fiat principatus. Vigilare itaque princeps habeat admodum cordi continuè pro Republica & legum strictissima obseruatione, quas eum exequi oportet, ut dicitur septimo Politicæ. cap. 6: & non uti summa potestate, ut regnum diuturniùs fiat, ut Aristoteles 5. Politicorum de Theopompo declarat, qui uoluit facere suum regnum diuturnum, ideò suprema potestate rarò usus est, ut se legibus conformaret, & populi amorem conseruaret. Sunt enim principanti necessaria tria: Primò amor ad consistentem politiam. Secundò potentia maximorum operum, principatus cum uirtute, & iustitia, ut. 5. Politicæ. cap. 4. Virtus autem est ipsa prudentia, quę est uirtutum magistra secundo Ethico. c. 5. Potentia autem necessaria est, ut per coactiuam potentiam ciuiles potentias in rebelles exequi possit (Vnde oportet ad hoc aptum habere instrumentum, scilicet exercitum armatorum, dicit enim Aristoteles 7. Politicæ 6 cap. communicantes autem necessarium est ipsis arma ad principatum (inobedientium gratia) & illa esse debet tanta, ut sit ea quæ singulorum & unius & simul plurium maior. ea autem quæ multitudinis minor: ut tertio Politic. 9. c. Mediocris quidem debet esse exercitus, ne uideatur Monarcha tyrannizare uelle ad propriam utilitatem, & tamen potens pro aliquibus & pluribus rebellibus. Omnem enim pœnam quam principans infligere debet, comparare debet medicinali antidoto Reipublicæ (ut docet Aristoteles tertio Ethico. 3. cap.) summopere ad hoc aduertere, ne in subiectis magna oriatur inæqualitas, propter enim excrescentiam aliquorum, rupta proportione politia perit: sicut ex partibus corpus componitur, & oportet augeri proportionabiliter, ut sanitas & commensuratio maneat, alioqui corrumpitur, si non secundum quantũ, sed secundum quale crescit, ut hæc Aristoteles. 5. Politico. c. 2. & 3, eiusdem c. 7. declarat. Multa itaq; circumspectione, prudentia, ac rerum experientia pollere principantem

Princeps sit unus.

Monarchię præstantia. Electo melior successione.

Electi officiũ.

Principanti tria necessaria

tem necesse est, ut secundum tempus & locũ, utiliter per pœnas medicinales ægrotãti Reipublicæ, aliter nunc aliter tunc, ut temporis qualitas deposcit, salubritet succurrat: ut eleganti exẽplo Aurelius Augustinus ad Volusianũ de diuinarũ legum mutationes nos informat, dicens: Vindicianum medicũ expertissimum, adolescentẽ à quadam infirmitate, mediante certa medicinali re adolescenti nota, curasse. Post tẽpora senuit adolescens, & in eandẽ reincidit pestẽ, usus est proprio motu eadẽ re quę prius eum sanitati restituit, nec conualuit: causam à Vindiciano exquirit. Respondit elegãter, non profuit quia Vindicianus non porrexit. Interrogatus post, cur hanc causam inualiditatis medicinæ confinxisset, dixit rectè dixi, si dedissem profuisset: non autẽ dedissem modo maturioris ætatis uiro, quam quondam adolescenti. Hoc exemplo Augustinus instruit, mutationes tam in diuinis quàm humanis legibus, utiliter pro tempore per eundem ac ad eundem finem fieri. *Augus.*

Venerabilis Sedulius, in libello de Christianis rectoribus, primo cap. octo principaliter Regi necessaria, his uersibus exprimit, *Sedulius.*

Fabrica nulla tenet stabilem per tempora formam,
Si non futuris nixa sit illa suis.
Nec stabilire queunt splendentis lumine templa,
Aula nec & regum esse his sine firma potest.
Iusti rectoris proprijs sic stare columnis
Publica res poscit propitiante Deo.
Prima columna micat ueri speciosa decore,
Ac patiens regimen ritè secunda tenet.
Tertia largiflua meritis dat muneta dextra,
Quartaq; blandiloquax dulcia uerba sonat.
Quinta malos reprimit, zeloq; micante coruscat,
Gaudet sexta potens magnificare bonos.
Septima clementi petit ore benigna tributum,
Ast octaua regit iustitiæ trutinam.
Nititur his solidis Respublica fulta columnis
Sicut mons zion, his stabiliq; manet.

Possent plura & elegantissima dicta sapientum huc adduci, si nostri propositi foret de ipsis principantibus ad longum tractare. Sed hæc radix nobis ad omnia cum his premissis sufficit, quod quẽlibet principantem inter Christi fideles, oportet Christo, cuius figuram & successionem gestat, in typo conformari. Respiciat itaq; ad Christũ qui est ipsa ueritas, & primò consideret, quoniam ipse est Dominus & magister, Deus & homo: ita & omnis principatus ex quodam diuino et humano exurgit Potestas enim omnis Dei habet ordinationem, ad Roma. 13. Et Augustinus super illud Ioan. 19. non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset desuper: eleganter declarat, potestatem etiam Pilati in Christum à Deo fuisse. Sic & sanctus Bernar. ad Archiepiscopum Zozonensem scribens, dicit: Romani præsidis potestatẽ Christus supra se fatetur cœlitus ordinatam, quare sacra est omnis maiestas & spiritualis & à Deo: Est etiam ab homine, ut Christus uerus uirginis Mariæ filius. Vnde ex incorrupta & intemerata uirgine, eius liberali consensu interueniente, dum diceret: fiat mihi secundum uerbum tuum. Christus nascitur Deus & homo. Ad modum huius ex unica incorrupta Ecclesia siue congregatione hominũ, ex purissimo cõsensu prodire debet uerus principatus: non ex aliqua uiolentia, non ex ambitione, aut prauitate simoniaca, sed ex puritate qua Christus in mundum propter amorem salutis populi dignatus est uenire. Et dum sic per Christum, qui est ostium uerum ad principatũ, quis eligitur & uocatur, & secundum Christi exemplum cum humilitate acceptatur, & per uestigia Christi princeps ambulauerit: necesse est Rempublicam optimè dispoui, & imperantis nomen perennari. Christus enim sub lege erat, non uenit soluere legem, sed adimplere, humilis & mitis corde, medicus mansuetissimus: & non est opus alia quacunq; doctrina principanti, quàm eius uestigia insequi, quoniam tunc *Christus Christiano principi imitãdus.* *Augus.* *Bernard.*

http://www.obrascatolicas.com

in luce ueritatis ambulat, & uitam æternam consequetur. Et quia principalis nostra intentio in hoc opere uersatur, circa inquisitionem concordantiæ Catholicæ: ideò hæc nunc sufficiant, in ipso principali proposito insistentes, inuestigemus ad hoc consequenter opportuna.

Cap. I.

SAtis præcedens collectio, concordiam Ecclesiasticę dispotioni uim maximam dare, cõclusit, ac dubia magna exsoluit: inter quæsi ea quæ memoriæ digna commendauit, hoc notauit præcipuè, Ecclesiam Christi ex sacramentis, sacerdotio, fidelibusq; connexam. In qua unitate, sacramenta ut spiritus, sacerdotium ut anima, ac cæteri fideles ut corpus, ad unius mysticum Christi corpus, concorditer constringuntur. Verum de sacerdotio quædam præmissa sunt, de corpore quid quantùm proposito congruit sermo habendus nunc est. Cuius gradualis hierarchica ordinatio in unum principem, ab infimo simplicium laicorum, pedum typum gerentium, per Rectores, Comites, Marchiones, Duces & Reges, usq; in Cæsareum caput, ex superioribus facile quisquàm intelligere poterit. Omnia enim quæ à Deo sunt, ordinata necessariò sunt. Est itaq; in catholica Ecclesia, in hoc ordine unus in plenitudine potestatis cęteris supeminẽs mũdi dominus, qui Romano pontifici suo modo in hac corporalis hierarchia, ad instar ipse in sacerdotali, regulariter par esse dicitur, seruata differentia quæ inter spirituale & corporale existit. Quas quidem sui generis concordantias utriusq; potestatis ac etiam differentias, inuestigare particulariter non intendo: sed ad præscriptã hãc regulã inuestigantem remittere, ut cognoscat, imperialem maiestatem ita omnium de iure qui imperio subsunt potestatem habere, sicut Romanus Patriarcha subiectos Episcopos Romanæ Ecclesiæ in potestate habet. Et sicut inter cunctos Patriarchas Romanus est primus: ita inter cunctos reges Romanorum rex. Duces uerò Archiepiscopis, Comites Episcopis compara, & prosequere residuum, ut superiùs secundum Leonem nonum quodam loco continetur.

Loquendum deinceps de corpore Eccle siæ mystico.

Cæsar.

Cap. II.

Inquirendade imperio.

ESset in primis stabiliendum fundamentum, quomodo ipsum imperium sacrum à Deo sit, deinde an dependeat ab eodem immediatè. Post hæc ubi hodie existat, & an à Papa sit translatum ueritate de Græcis in Germanos, in persona Caroli magni, ac de Electorib. imperij qua utantur potestate. Et quoniam istæ quæstiones uarię ac prolixæ, per multos recentiores doctores habentur, de legi tacendum esse. Vnum præterire nequeo, quoniam penè omnium sententia indubitata est, Constantinum Imperatorem, Occidentis imperium Ro.pon. Siluestro, ac eius in æuum successoribus, perpetuo dono tradidisse: & ideò etiam si ratio de unitate principantis, scilicet aduersari bono & recto ordini, duo capita fore non concluderet, pateret tamen in Occidente Imperatorem nullum nisi à Papa dependenter imperium cognoscere, iustè esse posse. Hãc radicem quoad potui inuestigaui, præsupponens hoc etiam indubitatũ esse, Constantinũ talem donationem agere potuisse: quæ tamen quæstio nec soluta est hactenus, nec soluetur ueriſimiliter unquàm. Sed in ueritate supra modum admiror, si res ita est, eò quod in autenticis libris, & in historijs approbatis non inuenitur. Relegi omnia quæ potui gesta imperialia ac Romanorum pontificum, historias sancti Hieronymi, qui ad cuncta colligendum diligentissimus fuit, Augustini, Ambrosij, ac aliorum opuscula peritissimorum, reuolui gesta sacrorum Conciliorum quæ post Nicenum fuere: & nullam inuenio concordantiam ad ea, quę de illa donatione leguntur. Sanctus Damasus Papa, ad instantiam beati Hieronymi, actus & gesta prædecessorum dicitur annotasse, in cuius opere de Siluestri Papa non ea inueniuntur, quę uulgò dicuntur. Legitur in certis historijs, Constantinum à Siluestro baptizatum, & ipsum Imperatorem tres illas sancti Ioannis, sanctorum Petri & Pauli Ecclesias mirificè ornasse, ac annuos multos redditus, è diuersis

De donatione Constantini.

uersis massis terrarum in diuersis prouincijs & insulis, pro continuando lampadarum balsami & nardipistici ac cæterorũ, donasse, de quibus omnibus particularem mentionem in Pontificum libro reperies. Sed de donatione temporalis dominij, aut imperij Occidentis, nihil ibi penitus continetur. Verum quòd postquàm Astulfus rex Longobardorum Exarchatum Rauennatem occupauit, cum alijs multis locis, & Stephanus secundus natione Romanus ex patre Constantino, multis legatis ad Astulfum missis rogaret, imperiali ditioni loca restitui, & facere non uellet Astulfus: Stephanus Pipinum adiens, eum cum duobus filijs in reges unxit. Fuit etiam cum eodem Stephano orator missus Imperatoris, & à Pipino impetrarunt ut Astulfum induceret, quòd imperio loca restitueret. Misit Pipinus, nec profecit. Vnde cũ non posset sic ab Astulfo restitutionem impetrare, promisit Stephano se ui ablaturum ab eo, & sancto Petro daturum. Hoc audito, reuertitur imperialis missus. Pipinus quæ promiserat expleuit. Forma uero huius donationis, in gestis præfati Stephani, cum nominatione particulari omnium bonorum continetur. Zacharias Papa monarchiam regni Franciæ in Pipinum transtulit, Lodouico rege depositò: de quo legitur 15.p.6.alius, & ia glo.c.uenerabilem: ex illo puto Pipinum sedi Apostolicæ fauisse. Post hoc Desiderius rex, iterum illas ciuitates aut earum aliquas, tempore Adriani sexti cœpit. Adrianus Papa multis missis ad eum legatis, repetijt ius sancti Petri, impetrare non potuit. Tunc Carolus magnus inuocatus per Adrianum, recuperauit, & iterum donauit sancto Petro solemni donatione, quæ in gestis eiusdem Adriani Papæ continẽtur. Ex istis constat, Constantinum imperium per Exarchatum Rauennatem, urbem Romam, & Occidentem minimè Papæ dedisse. Vnde continuè legitur, Imperatores usque ad tempora præfata, sicut prius pleno iure Romam, Rauennam, & Marchiam cum alijs locis possedisse. Et probat textus 96. dist. bene quidam. ubi dicit de patricio præfecto nomine Adoacris regis. & 63. dist. Agatho. 96. dist. cum ad uerum cum similibus. Et Romanos Pontifices legimus Imperatores fateri dominos. Scribit enim Agatho Papa ad Imperatorem Constantinum, qui sextam Synodum congregauit, & multis annis sequutus est primum, quomodo urbs Roma sit ipsius Imperatoris seruilis urbs. Et Bonifacius Papa ad Honorium, qui dicit: quòd Ecclesiæ Romanæ ipse habet regere sacerdotium, sed Imperator humanas res. Et in fine dicit, Romam esse urbem suæ mansuetudinis. hic textus habetur. 91. dist. Ecclesiæ. Et ut breuiter dicam, nullibi contrarium legi, quin usque ad illa prefata Pipini tempora, Imperator remanserit in possessione locorum prætactorum. Nec unquam legi, aliquem Romanorum Pontificum usque ad tempora Stephani secundi, in illis locis nomine sancti Petri aliquid iuris præsumpsisse habere. Hæc credo uera esse, non obstante famigera opinione de contrario, quæ in palea habetur Constantinus. 96. dist. quoniam absque dubio si non fuisset illud dictamen apocryphum, Gratianus in ueteribus codicibus, & canonum collectionibus inuenisset: & quia non inuenit, non posuit. Vnde quæ postea addidit, pro palea ita illam confictam scripturam posuit, sicut multa alia inueniuntur ex apocryphis libris nostris inscripta. Ego etiam ad longum hanc scripturam in quodam libro inueni, quæ multò plus continet, quàm ea quæ in decreto ponitur loco prælegato, & diligenter eam examinans repperi ex ipsamet scriptura, argumenta manifesta confictionis & falsitatis, quæ pro nunc longum & inutile foret his inserere. Etiam est aduertendum, quòd textus Constantinus. nonagesimo sexto dist. est ex legenda sancti Siluestri extractus, & fundat ille qui imposuit decreto auctoritatem ipsius textus in approbatione Gelasij in Synodo: rogo uideatur. decimoquinto dist. sancta Romana illa approbatio, & inuenietur pauci roboris: quia dicit auctorem ignorari, & tamen per catholicos legi, & ea propter legi posse, qualis sit approbatio quisque considerare potest. Multæ enim sunt historiæ sancti Siluestri: una, in quo hoc non inuenitur quam sanctus Damasus ponit: alia cuius auctor ignoratur, quam textus non dicit ueram, sed legi posse. Neque dicit in illa hoc contineri, etiam antiqua decreta non habent textum, nisi usque ad uer. Item decreta

De donatione imperij desiderantur testimonia.

Donatio Caroli magni. Constantini nulla legitur.

http://www.obrascatolicas.com

Romanorum pontificum incluſiuè, & ſic non inuenitur in illis libris iſte uer. de hiſtoria Silueſtri. Quinta etiam uniuerſalis Synodus, quæ de approbatis doctorum omniũ & ſcripturarum approbatarum libris mentionem facit, ac etiam ipſa ſynodus Martini Papæ, quæ fuit contra aſſerentes unam uoluntatem in Chriſto, ſcilicet contra Petrum & Sergium, renouans approbatas ſcripturas, ut egomet uidi: nullam de iſtis hiſtorijs faciunt mentionem, nec quiſquàm approbatus aut nominatus inter uerídicos, quem unquam uidi. Ego legi in Vincentio hiſtoriarum. 24. lib. in fine, ſecundum ſanctum Hieronymum: Conſtantinum uxorem Fauſtam, & filium Criſpum crudeliter occidiſſe, & in extremo uitæ, ab Euſebio Nicomediæ Epiſcopo baptizatum, in Arrianã hæreſim declinaſſe. A quo tempore (inquit Hieronymus) Eccleſiarum rapinæ, & totius orbis diſcordia ſequuta eſt, uſq; in præſens tempus. Iſta libro de actibus Silueſtri, quem Vincentius dicit à quodam cuius nomen ignorat, è Græco translatum, ut eodem lib. cap. 9. habetur, manifeſtè contradicunt. Quis non crederet potius Hieronymo approbato, quàm ignoti auctoris ſcripturis quæ apocryphæ dicuntur, quando auctor ignoratur? Textus etiam qui aſcribitur Melchiadi Papæ, qui habetur. 12. q. 1. futuram, qui uidetur huic dicto aliquantulum obſtare, non eſt Melchiadis Papæ ſecundum glo. quandam & etiam rei ueritatem, quia Melchiades præceſſit Silueſtrum, ut patet in catalogo Romanorum pontificum. Et ſi Conſtantinus fuit baptizatus à Silueſtro ſecundum commune dictum, tunc patet titulum illius textus falſum, quia loquitur de baptiſmo Conſtantini. Et etiam ſi Melchiadis foret ille textus, adhuc non haberetur argumentum ex eo contra præmiſſa: quia non dicit aliud, quàm Conſtantinum ſedem Romanam imperialem reliquiſſe, & Petro & ſucceſſoribus conceſsiſſe. Hoc eſt quod ubi fuit ſedes imperialis, quod ibi ſit modo papalis, quod non negatur. Et uerum eſt, Conſtantinum Imperatorem tempore Melchiadis Papæ fuiſſe, & tunc Chriſtianum, ut per Auguſtinum in multis locis hoc habetur, & maximè in Epiſtola ad Glorium & Eluſium, & quibus hoc gratum eſt, quæ incipit: Dixit quidem Apoſtolus, & hoc concordat cum Hieronymo. Vidi etiam decretum Leonis Papæ in Synodo Romana, cum ſubſcriptione Epiſcoporum & clericorum, & ciuium Romanorũ: ubi Leo Papa Othoni primo reſtituit omnia loca per Pipinum, & Carolum, & Robertum reges, ſancto Petro data. Et nominantur in eodem decreto omnia loca, & nullam facit de donatione Conſtantini mentionem. Sunt meo iudicio illa de Conſtantino apocrypha, ſicut fortaſsis etiam quædam alia longa & magna ſcripta, ſanctis Clemẽti & Anacleto Papæ attributa. In quibus uolentes Romanam ſedem omni laude dignam, plus quàm Eccleſiæ ſanctæ expedit & decet exaltare, ſe penitus aut quaſi fundant. Si quis illas omnes ſcripturas illis ſanctis attributas diligenter perlegeret, & eorum tempora ad illa ſcripta applicaret, ac deinde in opuſculis omnium ſanctorum patrum, qui uſque ad Auguſtinum, Hieronymum, & Ambroſium fuere, ac etiam de geſtis Conciliorum, ubi authentica ſcripta allegantur, uſum & memoriam haberet: hoc inueniret uerum, quia nec in illis omnibus ſcripturis, de illis præfatis epiſtolis mentio habetur, & etiam ipſæ Epiſtolæ applicatæ ad tempus eorum ſanctorum ſeipſas produnt. Scribitur in Clementis Epiſtolis, quomodo Papa fuerit & Petri ſucceſſor, & poſt Petri mortem ad ſanctum Iacobum has fingit ſcriptor miſiſſe Epiſtolas, qui fuit frater Domini & Hieroſolymorum Epiſcopus, & eſt manifeſtum Iacobum priùs Petro octo annis finiſſe martyrio uitam. Et hæc una de cauſis, cur inter catholicas Epiſtolas ea quæ Iacobi ſunt præcedũt, ut ſcribit Beda ſuper Canonicis Epiſtolis in principio. Scribitur quoque ipſum Clementem ſucceſſorem fuiſſe Petri, & hoc idem in alijs quæ ſancto Anacleto aſcribuntur, legitur. Quomodo ſancti uiri Hieronymus, Auguſtinus, Optatus, Mileuitanus, & cæteri, qui omnium Romanorum pontificum catalogum poſuerunt, hoc ignoraſſent? qui Clementẽ non interſerunt, uel ſaltem non immediatè poſt Petrum ponunt, ſi ipſas Epiſtolas aut tunc uidiſſent, aut pro authenticis habuiſſent. Inuenitur inſuper in ipſis epiſtolis de Epiſcoporum à ſacerdotibus differentia, quæ longo tempore poſt hoc (ut Hieronymo placet & Damaſo) in Eccleſia orta eſt, exalle-

Othoni reſtitutio loca imperij.

ex allegatis etiam in ipſis epiſtolis ac alijs innumeris, iſta patere poſſent, quæ hic ſuperuacuè ponerentur. Non opus foret diuinam ipſam & omni laude ſuperexcellentiſſimam Romanam primam ſedem, ſe his ambiguis iuuare argumentis, quæ ex illis epiſtolis extracta, decreto Gratiani inſerta inueniunt. Sufficienter quidẽ & multò elegantiùs, ueritas ipſa ex uſitatis certis & approbatis ſacris ſcripturis, & doctorũ ſcriptis, abſq; hæſitatione haberetur. Sicut nec de Conſtantini donatione ſe maiorem arguere deberet, quæ ſi etiam indubia foret: quid in ſpirituali cathedra poteſtatis Eccleſiaſticæ augere poſsit, quiſq; intelligit. Nõ adhuc dubitaretur de eius ualiditate ſolum, quæ diligenti inquiſitione quã pro ueritate ſciẽda reperire potui ſcribo, ſaluo in omnib. iudicio ſacræ Synodi. Et ſi omnia illa quæ prænarrata ſunt, ex acceptatione Eccleſiæ firma cenſeri debent, placet & mihi: quia etiam illis omnibus ſcripturis e medio ſublatis, ſanctam Romanam Eccleſiam primam, ſummæ poteſtatis excellentię inter cunctas ſedes, quiſq; catholicus fateretur.

Cap. III.

An in Germanos translatũ imperium.

VErum adhuc uolunt quidam, & eſt opinio uulgatiſsima, imperium translatum in Germanos per Adrianum, in perſonam Caroli Magni, iuxta ea quæ Innocent. 3. dicit in c. uenerabilẽ de elect. Sed fateor me nunquã in antiquis approbatis libris hoc legiſſe, licet Stephanus. 2. unxerit Pipinũ & eius duos filios in reges, non tamen habetur de imperij translatione: uerum quòd Carolus certis decreti, ac etiam geſtis Adriani, patricius Romanus uocatur. Poſtquã enim domino Pipini patris Caroli, ad ius & proprietatem ſancti Petri deuenerunt, ciuitates et loca ibi in geſtis Stephani nominata, quæ poſtea aucta ſunt, quia plures ciuitates ſeipſas dederunt iuri ſancti Petri, & conſi ſunt ciues illarum more Romanorum: tunc opus erat in illis omnibus locis defenſore & patricio: & deputatus fuit Carolus Magnus pro patricio, ut habetur. 63. diſt. c. Adrianus. & in ſynodo, ubi ipſe rex Franciæ & Longobardorum nominatur. Et habebat patricius (quia pater patriæ) curam iudicij temporalis, & præfuit in temporalibus, Papa ſe de ipſis minime intromittente: imò patricius ſecundum glo. antiquam in c. Adrianus. 63. diſt. pater Papę in temporalibus fuit, ſicut Papa in ſpiritualibus eius pater. Patricij dicti, quia ipſi ut patres filijs, Reipublicæ prouidebant Iſido. 9. Etymo. Et ſolebant coronati imperatores patricij uocari, ut legitur de Henrico. 4. qui fuit anno Chriſti. 1061. Quoniam mortuo Nicolao. 2. Romani coronam eidem miſerunt, & pro eligendo Põtifice interpellauerunt, qui uocatis plærisque Italiæ Epiſcopis, generaliq; conuentu Baſileę habito, eadem impoſita corona, patricius Romanorum appellatus eſt: ubi communi omnium conſilio, Romanorumque legentibus, Cadelo Permenſis præſul. 7. Kalen. Nouemb. Papa declaratur, qui & Honorius appellabatur. Sed Anſelmus quidam Epiſcopus Lucæ ciuitatis Tuſciæ, qui Alexander nominabatur: à certis Romanis & Normannis præelectus. 27. diebus cathedram occupauit, uſq; ad mortẽ. Cui ſucceſſit Hildebrandus, cui & Gregorius. 7. qui Henricum Imperatorem excommunicauit. Vnde hodiernum Concilium diſtans. 372. annis ab illo Baſileæ. 1433. celebratur. Cuius tempore ſereniſsimus Sigiſmundus, Romæ ab Eugenio imperiali diademate inſignitus, & Concilio ut ipſe Henricus & cæteri catholici imperatores intereſt. Sunt uerò anni præciſè 500. quibus per Henricum primum patrem Othonis primi, ipſa Baſilea ciuitas id eſt regalis ciuitas (deſtructa magna, Auguſta, quæ non multum diſtanter ſita erat) per Vngaros funditùs ædificata, & in Eccleſiis fundata fuit. de hoc non plura. Redeundo ad primum, admittendo ea quæ de patriciatu Caroli dicta ſunt, nõ ſequitur quod ea propter fuit de Græcis imperium translatum: imò in geſtis octaui Conſtantinopolitani Concilij manifeſtè apparet, ac etiam poſt hoc uſq; ad Othonem primum, quòd Romani pontifices, Nicolaus primus, Adrianus ſecundus, recognoſcunt Baſilium Imperatorem, qui illam ſynodum conuocauit, & filios ſuos, ac Leonem poſt hoc Imperatores Romanorum. Et non inuenitur in ipſis hiſtorijs, uerum Carolum nominatum Imperatorem: ſed regem & patritium Romanorũ. Licet quædã hiſtorię habeãt, ipſum in fine uitę quaſi, Auguſti nomẽ à Romano populo re-

cepiſſe,

Cunctas ſe dederunt imperiali pontificis-Patricius.

Auguſta Rauracorum quãdo deſtructa et Baſilea condita ſit.

Non uidetur imperium de Græcis tranſlatum.

http://www.obrascatolicas.com

cepisse,& etiã post eius mortẽ Imperator nominetur aliquando,ut.15.q.6.alius.Ego enim Colonię in maiori Ecclesia, uolumen ingens omnium missiuarum Adriani primi ad Carolum,& ipsius Caroli respõsiones,& insuper copias omniũ bullarũ, uidi, & fateor me nunc̃ translationem illam legisse:tamẽ imperij nomen multum lego cõmune antiquitus fuisse. Vocabatur enim Imperator electus per exercitũ, ut dicit sanctus Hiero.93.di.legimus & maximè in historijs reges Italiæ Imperatores fuisse legũtur:sicut etiã legi Berengarium Imperatorẽ nominatum,et alios multos.Etiã Ludouicus Pius rex Frãciæ legitur imperator.63.dist.ego Ludouicus, & 4.di. c.de capitulis, probatur Lotharium Impatorem & Põtificem nominari,& similiter de Ludouico patet ibidem. Vnde si omnia benè resoluuntur,qui imperare habebant maximè in Italia,Imperatores uocari aut reges solebant.Scimus deinde,quomodo post mortẽ Cõradi regis,defecit illa successio regum à Pipino & Carolo:& quomodo ordinatione & susu ipsius Conradi iam in ultimis agentis,Henricus dux Saxoniæ in regem electus est,et ad eũ insignia regia Cõradi delata sunt.Ac insup scimus,quomodo regnũ per successionem in Othonem primum,secundũ,et tertium deuenit.Et tunc tempore Henrici & Othonis primi, maximæ diuisiones & bella in Italia,hinc inde p mũdum fuerunt:& quomodo iam ille,iam iste,iã Arnulphus,post Berengarij9,et tunc Hugo, tunc Albericus, inter se bella habuere. Hugo enim rex, Romam,& cæteras uicinas regiones diu sub se habuit, deinde expulsus Albericus, eandem Romanam ciuitatẽ occupauit,& de similib. multa & uaria uidere posset,qui legeret historiam Liurprãdi diaconi Ticinensis Ecclesiæ, ad Raimundum Hispaniæ prouinciæ Liberitanũ Epm, qui fuit in cancellaria Berengarij. Quoniam quòd à tempore Basilij Imperatoris Cõstantini eius filij,& huius filij Leonis, & Carolo Caluo usq; ad Othonẽ primum,hinc inde in Europa actum est,diserte scripsit:& uerè (ut creditur) quia tũc multis arduis idem ipse interfuit. Vnde si cuncta resoluis,tunc ab Henrico primo,Alemãni p potentias armorũ,& maximè per primũ Othonẽ, regni Italiæ & urbis Romani regni Arelatẽsis,ac ipsius Germanię dominia acquisiuerunt: & ex tunc nominati sunt Imperatores,postq; Berengarius, Hugo, Arnulfus,et Albericus defecere. Quomodo aũt urbis Romanæ ac Italiæ dominiũ, per Othonẽ Romanis desiderantib.armis acquisitũ fuerit:longũ nimis foret enarrare. Et miror multum,qđ Gratianus .63. di in Synodo, loquẽs de inuestituris Eporum qui textus Othonẽ probat Imperatorem & regẽ Italiæ & Theutonicorum: non posuit illam restitutionem ciuitatum quondam donatarum Romanæ Ecclesiæ.Et quia tenuit tale dominiũ urbis Romæ & Italiæ Otho, Imperator est nominatus ipse, & omnes eius successores: licet dominiũ urbis, & ciuitarũ donatarũ quõdã per Pipinũ & Carolũ,et post hoc palios reges,63.di.ego Ludouicus:restitutũ sit Romano põtifici. Et sine dubio aliqd sibi restituentes Ecclesię reseruarũt:ratione cuius ultra regiũ nomẽ imperij admodũ priscorũ decorãtur:sicut quondã Carolus Magnus patriciatum & uocatur aduocatia in c. uenerabilem ad elect. Si em in homines subiectos Ecclesię Imperator nihil iperij haberet:quomodo posset ipse p coerctionẽ ipsos ad obedięntiã iuris sãcti Petri arctare? & quomodo iura sancti Petri posset (sicut iura Apostolica) cõseruare? 60.di.tibi dño. Sed extẽdere me p nũc nolo in istis qa præsentis speculationis nõ sunt,sufficit præfata tetigisse. Cap. IIII.

Imperator.

Liutprandi historia.

Electores imperij.

INsuper de electoribus imperij esset tractãdũ,de quib. in c. uenerabilem de elect. dicitur.Et uolunt doctores dicere,ipsos nomine Romani populi eligere,de quo per Ioan.An in addi.spe.de reſ.pñt.uer.finali.uer. Item quod obtentum Omne enim ordinatum imperium uel regnum (ut superiùs quodã loco dictũ est) ex electione ortum capit,& tunc uera Dei prouidentia censetur prælatus.Vnde Valentinianus & Martianus Imperatores ad Leonem Papam de congreganda Synodo scribunt sic:Victores Valentinianus & Martianus,gloriosi triumphatores semper Augusti,Leoni reuerendo Archiepiscopo gloriosæ ciuitatis Romæ. Ad hoc maximum imperium ueri Dei prouidentia & electione,senatus excellentissimi, cunctæq; militiæ.Secundum hoc enim Henricus primus pater Othonis, ordinatione Conradi regis, legitur per electionem constitutus rex, quum prius esset dux Saxoniæ, & primò factus est rex Theutonicorum. Otho uerò eius filius,à Synodo & Romano populo

populo accepit potestatem,successorem sibi eligendi,ut dicit tex.in synodo.63.di.al legatus,& hoc quòd ad regum Italiæ secundum glo. & secundũ illam ordinationem, usq; ad tertium Othonem est seruata successio.Post cuius mortem,Henricus secundus filius fratris tertij Othonis electus est. Et hic Imperator consensu procerum primatum,& utriusq; status cleri & populi,perpetuos Electores qui uice omniũ elegerunt,ordinauit tẽpore Gregorij.5.Alemãni,consanguinei quondã Othonis.Non est igitur eo mõ concedendum,electores à Romano põtifice potestatem eligendi habere,sic qđ nisi ipse consentiret,non haberent aut si uellet,ab ipsis tollere posset. Quis rogo dedit populo Romano potestatẽ eligendi Imperatorem: nisi ipsum ius diuinũ & naturale? per uiam enim uoluntariæ subiectionis & consensus in præsidentiã,prælationes concordantiales rectè & sanctè constitutæ sunt, in omni dominandi specie: omnis enim uiolẽtia iuri obuiat.Obtẽpare enim regulis,est ex generali pacto humano.8 dist.q̃ cõtra mores.parag.generale.l.fi.C. de iurisdict.om.iudi. ff. quod cuiusq; uin.l.i.parag.ij.Sicut enim in Toletano Concilio anno Christi 581.tẽpore Sysenandi regis,in cap. 75 statutum fuit,tunc defuncto rege, primates gentis cum sacerdotibus successorem regni Concilio communi cõstituere habent, ut dum unitatis concordia retinetur, nullum patriæ gentisq; dissidium per uim ambitionis oriatur Et subiungit cõstitutio:quod qui aliter tyrannicè regnum usurpauerit,ille excommunicatus sit,& ponit horrẽdã anathematizationẽ & maledictionẽ Dicũt enim reges Greceβασιλεῖσι eò quod tanc̃ bases in colligantia concordantiali populum sustineant, quare bases coronas habent. Tyranni Græcè idem quod reges Latinè:tyro fortis dicitur,& tyranus fortis rex.Et postea in usum uenit,ut tyranni dicantur pessimi & improbi reges, luxuriosi,dominationis cupiditatẽ & crudelissimã dominationẽ in populo exercentes,ut dicit Isido.9.etymo.Inuasores itaq; dominij,nõ uocati nec electi,tyranni dicũtur. Ecce si ea quæ superius habẽtur ad mentem reuoces,quõ omnis superioritas,ordinata ex electiua concordantia spontaneæ subiectionis,exoritur:& quòd populo illud diuinum seminarium, per communem omniũ hominũ æqualẽ necessitatẽ,& æqualia naturalia iura inest.ut omnis potestas quæ principaliter à Deo est, sicut & ipse homo,tunc diuina censeatur, quando per cõcordantiam communẽ à subiectis exoritur.Vt sic constitutus,quasi in se omniũ uoluntatem gestans in principãdo, publica & cõmunis persona,ac pater singulorum uocetur:in recta regulari ordinata potẽtia gubernans,absq; fastu superbię,dum se quasi omniũ collectiuè subiectorum,sibi, creaturam cognoscit,singulorũ pater existat.Hoc est illud ordinatum spiritualis colligantiæ diuinũ matrimonium,in radice duratiuæ concordantiæ collocatũ, per quod ista res publica,optimè ad finẽ æternæ fœlicitatis summa pace dirigitur. Et quia huiꝰ radices diuini & humani iuris superius habentur,non replico idem:sufficit scire,quod electio libera,à naturali & diuino iure dependens, non habet ortũ à positiuo iure,aut homine quocũq;,ut in eius arbitrio existat,quòad hoc ualiditas electionis,maximè in eligendo regem & Imperatorẽ,cuius esse & posse ab uno homine non dependet.Vn de electores qui communi consensu omniũ Alemannorum, & aliorum qui imperio subiecti erant,tempe secundi Henrici constituti sunt, radicalem uim habent ab ipso cõmuni omniũ consensu,qui sibi naturali iure Imperatorem constituere poterãt:nõ ab ipso Romano Põtifice,in cuius potestate nõ est,dare cuicunq; prouinciæ per mũdum regem uel Imperatorem,ipsa non consentiente.Sed concurrebat ad hoc consensus ipsius Gregorij.5.tanc̃ unius põtificis Romani,qui iuxta gradum suum in consentiendo in communẽ Imperatorem interesse habet.Rectè sicut in Concilijs uniuersalib. cõcurrit in primo gradu auctoritas ipsius, per cõsensum cum alijs omnib. ipm Cõcilium celebrãtib. uigor nihilominus definitionis nõ ab ipso primo oĩm põtifice, sed ex cõmuni oĩm.& ipsius & aliorum cõsensu dependet.Sed q̃ in cõstituendo rege aut Impatore,ipsius sacerdotij sicut & laicorũ cõsensus interuenire debet,hoc non est ex eo,quia imperiũ regiũ supeminet imperatiuè sacerdotio, quia scimus sacerdotium Soli,& imperiũ Lunæ æquari,ut in c.solitæ de maio.& ob: sed quia ipsa accidentalia rerum temporalium, sine quibus sacerdotium in hac caduca uita aliquandiu subsi-

Imperatorem facit consensus eligentium non papa.

stere

http://www.obrascatolicas.com

ſtere nequit, ipſi imperio (ut uult Aug. 8. diſt. quo iure. 23. q. 7. quicunq;) & ſuis legibus ſubſunt. Cui igitur cura eſſe debet de conſeruādo ſacerdote in eſſe, illius intereſſe etiā in regē conſentire. Quare ad Romanum pōtificē, qui ſacerdotio maximam curā gerit, ualde ſpectat, ita puto in ueritate conſenſum Romani Pontificis à principio interueniſſe. dum iſti electores conſtituerentur. Vnde ipſi cōmuni fungentes legatione omniū qui imperio ſubſunt, etiam totius ſacerdotij & Romani pōtificis eligunt: qui electus, ſine dubio ex ipſa electione cuncta conſequitur, ut notat Io. in glo. 93. di. legimus, & Inno. in c. uenerabilem de elect. Et ita tenetur ut notat Hoſti. de uer. ſig. ſuper quibuſdā, et glo. in Cle. Romani. ſup uerbo reges de iureiu. quoniā ſubiecti onē omniū habet, & per conſequens imperandi poteſtatē, in qua cōſiſtit imperij eſſentia: dicti enim prius fuere, ab imperādo exercitui. Vnctio aūt & coronatio, q̄s etiā legimus aliis regib. tribui, nec arguunt in Papa maioritatē, ſupra ipſam electionē confirmandā uel infirmandā, uel ſuper ipſam etiā imperium quoad temporalia ſicut nec unctio quæ fit regi Franciæ Remis, aut coronatio ipſiuſmet, Imperatoris per Archiepiſcopum Colonienſem Aquiſgrani. Et hoc ex eo, quia legitur Othonē primū, ab Archiepiſcopo Maguntinēſi Hildeberto, Aquiſgrani inunctū in regē Alemāniæ et Frācorū, de conſenſu & uolūtate principū, & totius populi Alemāniæ, Saxoniæ, & Frāciæ. Sic etiā legit ab Hergero Archiepo Magūtinenſi, unctionē & diadema mortuo Cōrado rege, Henrico primo de cōmuni oim̄ conſenſu oblatā, q recepto diademate noluit inungi, qa dixit ſe indignū. Ex qb. patet unctionē & diadema nihil pſtare imperiali poteſtati. Inſignia em̄ illa, quaſi ad maieſtatē ſacrā q̄ imperio ineſt oſtēdendā, materiali uiſibili ſubiecto impij, cū ceremoniis impēdunt, ut ſint ſigna pdicātia admirandā illā potentiā: ſicut ſimilia in Ro. pōtifice uidem9 fieri tantū ante oīa talia Papa eſt poſt electionē. Nōnne etiā q̄ in coronatiō e q̄ per Papā īperatori impēdit mutat, ut priūs rex et poſtea Imperator uocet? nihil min9 potētia imperādi prius in eo fuiſſe arguit, ut notiſsimū eſt. Fuit itaq; in ueritate Impator, dū in libera poteſtate habuit imperare, etiā ſi uulgò ita nō nominaret: ſed ut ad ipſam coronationē anhelet rex, ſeruat huic ſolennitati hoc nomē. De qua quidē coronatione diadematis et aliis, notat glo. in Cle. Ro. allegata, ſub uerbo ueſtigijs. Dū enim (ut dicit Iſiodo. 9. etymo) Duces titulis Imperatoris fungerent, ſenatus cēſuit, ut Auguſti Cæſaris hoc tantū nomē eſſet, & eo nomine à cæteris gentiū regib. diſtingueret. Ex hoc Cæſares ſibi hactenus hoc nomē ceperūt, maximè dū à Romanorū pōtifice (à quib. Ro. imperiū depender) diadema te inſigniunt. Et qa hæc materia à multis diſertiſsimè eſt tractata, ſufficiat nobis ſcire quod noſtri electores imperij, dū eligūt uno cōmuni omniū qui ſubſunt imperio cōſenſu, per cōcordē oīm trāsfuſionē in eos (in qua quidē concordia Ro. pon. Grego. 5. includebat) hoc agunt. Et ex hoc, ex electione Imperator efficitur, abſq; quacūq; cōfirmatione. Rectè in Cardinales utilis Eccleſiæ ptās per coēm omniū tacitū uel quēdā expreſſum cōſenſum in eligendo Papa transfuſa eſt. & ideò abſq; cōfirmatione electo Papa eſt. Et ſicut ptās electiua, hac concordātia uenit in certas utriuſq; ſtatus principes: ita quū par eſſe debeat ptās tollendi ab ipſis hāc ptātem, nō puto Ro. pōtificē ſolum ab ipſis principib. abdicare eādem, ſed concurrente tam ipſius Ro. pontificis q̄ aliorū omniū conſenſu, nō dubitat ab ipſis tolli poſſe hāc poteſtatē. Et hoc eſt cōe omniū pitorū dictū, ptātem cōdēdi leges populi Ro. ab Impatore tollere poſſe, qm̄ ab ipſis poteſtatē habet. Sic legimus populū Ro. longo tpe à regib. rectū, ſuperbiam regum nō ferentem, annua imperia, binoſq; conſules feciſſe: ſic & dictatores & cætera quæ ipſius regimini ſecundùm tempora uidebantur conuenire.

Otho primus à Frācis quoq; electus.

Vnctio et coronatio nihil addūt imperio.

Imperatoris nomen.

Imperialis maieſtatis excellentia.

Cap. V.

SEcundum ordinem inueſtiganda eſt concordātia, qua rectitudo imperij ſubſiſtit. Et primò præſupponitur id, quod uulgò notiſsimum eſt, quòd imperialis celſitudo eſt independens quòad ſui naturam: imò primo & ſupremo diſtincta à ſpirituali ſacerdotali poteſtate. 96. diſt. duo ſunt: habens dependentiam immediatam à Deo 97. diſt. Eccleſiæ meæ: & omnibus præeſt. 7. q. 1. in apibus. 11. q. 1. uer. hic ſi quis uer. uolumus. Eſt princeps & dominus mundi, in cuius poteſtate omnia ſunt. 13. diſt. quo iure. 24. q. 8. conuenior. 63. diſt. ego Ludouicus. Et

Et Papa ſupra eum quoad ipſa imperialia iura non eſt. 23. q. 1. in ſumma. q. 7. non ſi. 9. diſt. de capitulis. Et ad hoc faciunt præſcripta, & 66. diſt. quum ad uerum, multa habens ſingularia, in quibus à Papa & ſynodo honorabatur. 63. diſt. Adrianus. 2. &. c. in ſynodo. &. c. reatina, quem etiam dominū ſuum uocat ſæpe Papa, & honorat. 97. di. Eccleſię meæ ut ſuperius patuit, de Agathone Papa ad Conſtantinum ſcribente: quoniam ipſe eſt communis omniū pater poſt Deū in authoritate neq; uirū qđ ex dote eſt in ſi. coll. 8. Multę poſſent tam legales ſanctiones q̄ aliorū ſcripta adduci: ſed hoc eſt ſupremum prę uilegium, quia miniſter Dei eſt (ut dicit Paulus ad Rom. 13.) & eſt ut uicarius Ieſu Chriſti in terris, ut ſcribit Anaſtaſius Papa ad Imperatorem dicens: Pectus clementiæ ueſtræ, ſacrarium eſt publicę fœlicitatis, ut per inſtantiā ueſtram, quā uelut uicarium præſidere iuſsit in terris, Euangelicis Apoſtoliciſq; præceptis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam quæ ſunt ſalutifera, compleantur. Ecce quòd Imperator Chriſtianorum in ſua præſidentia Chriſti uicarius, qui rex regum & Dominus dominantiū exiſtit. Vnde ſicut Chriſtus eſt Rex regum, ita omnes reges in poteſtate regnantis dominij quid diuini habent. Quapropter reuerentia & obedientia eis debetur. Vnde dum quid præcipitur, quod obuiat diuino præcepto: manifeſtum eſt, illud præceptum nihil participationis diuini imperij habere. Quapropter ei nō obeditur impunè 11. q 3. Iulianus cum aliis ibi poſitis textibus, & 10. diſt. in multis capitulis, & q per totā. Quare ille omnium principum principatum rectè tenet, qui ſuum imperium ſubſtituit Chriſto uictori & triūphatori, & per fidē eidem Chriſto & ſuis legib. ſe ſubiicit Ex qua re imperium Chriſtianorum ſupereminet cunctis dominijs, tanquàm Deo proximum.

Imperator uicarius eſt Chriſti.

Cap. VI.

ESt autem conſiderandum quòd uirtus præceptiua non excedit terminos imperij & ſubiectionis, ut patet ex textu, ego Ludouicus. ubi licet Ludouicus ſe Imperatorem ſcribat: tamen quia ipſi non ſubiacebant de facto, niſi regnum Frāciæ & Longobardorum, illis præcepit. Et ſecundum hoc oportet dicere, quòd Imperator Romanorum, ſecundum imperium, q̄đ quondā Romani uirtutibus acquiſiuerunt, ut dicit tex. 28. q. 1. uer. ex his. dicitur Imperator mundi dominus à maiori parte ipſius mundi nomē capiens: quoniā Romani maiorē mundi partē ſubiectā habuerūt, non totā: quia Caſpios montes, & portas Alexandri uerſus Scythiā ſeptentrionalem, & Norduegiam, & partes ultra Caſpium mare, ultra Imaum montem, & regnum Senæ, ac etiam ultra Carmaniam deſertam uerſus Indiā, & orientem Aratoſiam, & illas Indicas regiones quæ ultra Indum fluuium & Gangem exiſtūt, & maximam ominum Taprobanā inſulā: neq; uerſus meridiē Arabiā fœlicē, quæ eſt ultra Perſicū mare circa Indicum ſinum, ac Trogloditicā regionem, ac Nubiā maximā regionē, ac cæteras quæ ultra deſertū maximū Libyæ & Mauritaniæ habitāt, non acquiſiuerūt. Quæ quidē regiones (ut mihi ex Coſmographia Ptolemęi Claudij conſtat) nō paruā mūdi partem, imò penè medietatē terræ habitabilis occupant. Sola em̄ India, muratàs uillas ad nouem milia dicitur continere. Scythia etiā ſi urbes nō habeat, populum tamen maximū habet. Nubia & Troglodítica regiones, quæ ultra ſolſtitialem circulum ſunt, habentes utraſq; umbras, ſicut Taprobana inſula, non ſunt ita habitatæ propter æſtū maximū: neq; Norduegia & fines Scythiæ, propter frigus, tamē multa in eis regna ſunt. Nā Troglodítica regio, cōtinet impium Noges Iohā quē nos Presbyterū Ioannē nominamus, q Chriſtianus & diaconus eſſe fideliſsimus cum 70. ſubiectis regib. dicitur: credo tamen nō eſſe populoſa & magna regna. Nulla autē partium orbis, tot habet homines ſicut Europa ſecūdum ſuam quantitatē: quoniam nō eſt quarta pars Aſiæ, nec medietas Aphricæ. Incipit autem in Cōſtantinopoli, & ptingit ad Gades Herculis ultra Hiſpaniā, in qua Roma occidentalis ciuitas ſita eſt, quare occidentale Ro. imperiū dicitur: & totius mundi, quia gentes illi ſubiectæ, maiorem numerū hominū conſtituebāt. Nunc uerò uidemus ad quid deuenit illud admirandū imperium. Oportet itaq; dicere, quòd ſi iurè Romani poſsidebāt monarchiā modo dicto, quòd tunc Imperator in quē translata eſt poteſtas, iurè mundi dominus eſt. Si uerò imperium non iurè niſi ex electiua concordia ſubiectorum poſsidetur iuxta

Imperator Ro. eſt dominus mundi non tamen. Loca ab Ro. inacceſſa.

Europa populoſiſsima.

http://www.obrascatolicas.com

iuxta præhabita: tunc non eſt dominus, niſi ſubiectorum actu, & oportet intelligere imperatorem dominum illius mundi cui imperat, eſſe. Cap. VII.

Principum excellentia.

VErùm quia excellentia imperialis, ex aliqua diuina colligantia & approximiatione ad Deum cunctorum regem, conſtituitur: graduationes conſideramus ſecundum hanc excellentiam, ſecundum acceſſum & receſſum ad ipſum Deum: dicendo: hũc minimum, qui in publico regimine minimè Deo aſsimilatur: hunc maximum, qui maximè. Et ſic rex Tartarorum, quia per leges diuinis inſtitutis minimè concordantes gubernat, minimus dicitur. Rex ſectæ Machometanæ maior, cum ueteris teſtamenti ſtatuta, ac certa noui ueneretur. Rex Chriſtianorum maximus, cum tam leges naturę, quàm utriuſq; teſtamenti, & orthodoxam fidem acceptet. Et ſecundum hanc conſiderationem ſacri principatus, dico maximam

Pax

imperij poteſtatem cõſiſtere. Omnis enim Rex & Imperator, habet officiũ publicũ ad publicam utilitatẽ ordinatã: publica uerò utilitas eſt pax, ad q̃ ordinãtur iuſtitia, & iuſta prælia. Principium autem pacis, eſt ad finem æternum dirigere ſubditos, & media illum pertingendi, ſunt ſacra inſtituta religionum. Quare prima cura imperialis in ijs obſeruandis uerſatur. Ita legimus Paganos Imperatores, Põtificẽs maximos nominari, propter curam quam religioni impendebant. Si igitur hæc eſt principalis cura imperij, & ad eam cætera omnia ſeruiunt: non habet dubium Chriſtianum imperium cæteris excellere, ſicut ſanctiſsima et mundiſsima noſtra religio Chriſtiana, in ſanctitate & ueritate uincit. Et ſicut omnis rex & princeps identicè quòad præſcripta curam gerere debet: ita quò ad uniuerſum Chriſtianum populum Imperator. Rectè ſicut Romanus Põtifex primò ſui Epiſcopatus, deinde Metropolis, poſt hæc Patriarchatus & uniuerſalis Eccleſiæ curam fidei, & quæ ad eam ſpectant, gerit: ita Imperator curam cuſtodiæ gerit, primò quò ad immediatè imperio ſubiectos, poſt hæc quò ad ſubiectos per medium principum ſibi ſubiectorum immediatè, ac deinde quò ad ſubiectos per medium regum & principum propriè ſibi nõ ſubiectorum, ſed lateralia loca ſibi uendicantium, & eum primum omnium recognoſcentium. Vnde ſicut princeps prouinciæ, in temporalibus adminiſtrationibus curam cuſtodię gerit dictatorum, pro cultu & religione, & bono ſtatu Reipublicæ in prouincialib. Concilijs, & rex in regalibus, quæ ſuperiùs uniuerſalia prouinciarum plurium dicuntur, Concilijs ita Imperator uniuerſalium, quæ in uniuerſali totius catholicæ Eccleſiæ Concilio ſtatuuntur. Et oportet quemcũq; principum pro cura illa quam gerit, pro tuenda Chriſti Eccleſia rationem reddere. 24.q.5. dicat. & c. regum. & c. omnes principes. Iſto modo Imperator dicitur aduocatus uniuerſalis Eccleſiæ, propter hanc curã protectionis ſtatutorum, & cuſtos fidei orthodoxæ. Lægitur Martianũ in Concilio Chalcedonenſi cuſtodem fidei appellatum. Et Baſilius Imperator, in principio octaui Cõcilij uniuerſalis dicit: ſibi diuina & benigniſsima prouidẽtia, uniuerſalis nauis fidei gubernacula commiſſa. Sicut enim magiſterium definiendi & ſtatuendi ea, quæ ad orthodoxam uniuerſalem fidem Chriſtianam ſpectãt, ſacerdotio à Deo committitur: ita imperio ſacro gubernare, confirmare & conſeruare illa, quæ à Deo per ſacerdotiũ ordinantur, committitur. Vnde licet Philippus Imperator, primus fuerit Chriſtianus Imperator, uita functus breui eſt poſt tempore parum in uniuerſo profecit, &

Philippus primus Chriſtianorũ peratorũ

licet Conſtantinus Imperator authoritatem dederit per uniuerſum orbem Eccleſias ædificandi, & poſt eum omnes baptizati ſunt Imperatores, licet à fide oberrauerint aliqui, ut ipſemet Conſtantinus ſecundum Hieronymum, Iulianus apoſtata, & Conſtantinus: non tamen fundo, tantum imperialem curam, quò ad fidei cuſtodiam uniuerſalem, in una ſucceſsione qua Imperatores interim ſucceſſerunt fideles fidelibus, ſed in ipſa radicali transfuſione poteſtatis à Chriſtiano populo. Dico Romanum populum omnem Chriſtianum populum, quomodo Chriſtiani omnes erant tunc, qui imperio ſubiacebant. Vnde dicitur facto Romano populo Chriſtiano, conſtituti Imperatores ab eodem, ſecundum hanc populi qualitatem, Conſtituti ſunt rectores Ex quo credo hoc uerũ, quod dicitur in. c. uenerabilem de elec. quia populi intẽtio nõ eſt niſi ſecundum ſuam qualitatem fidei imperium transfundere in rectorem: quod tunc hæreti-

Hæreticus nõ poteſt fieri imperator.

hereticus non ſortiatur poteſtatẽ imperij ex electione. Sed ſi Papa qui in Epiſcopatu fidei principatum gerit, electũ in fide errare inueniret: declarare poſſet eum non eſſe imperatorem. Nõ tamen nego, quin ſucceſsio etiam operetur ad hanc curã, ut ſicut legimus in uarijs Synodis nominatis, Imperatoribus fidei cuſtodiendæ curã commiſſam, ita & ſucceſſoribus, propter hoc acclamatum reperio per Chalcedonenſem Synodũ Martiano in laudibus, nono Conſtãtino æterna memoria. Et per hoc aperta eſt uia inueſtigandi ex uera radice, exaltationẽ imperij Chriſtiani ſuper omnia imperia, ac ipſius Imperatoris ſuper omnes reges & principes Chriſtianos, & ea propter quia utilis fidei cuſtos ac ſtatutorum, utilium conſeruator, quã quidem conſeruationem abſq; imperio in cunctos nõ poſſet perfectè habere, Vnde ſicut uniuerſalia ſtatuta ad fidem catholicam ſpectantia, tam ad ipſius eſſe conſeruationem & augmentum, uniuerſos Chriſti fideles ligant: ita omnes imperio ipſarum ordinationum conſeruatorio ſtatuto ſubſunt. Et ideò credo, ſi Imperator conſeruaturus leges ſanctarũ harum ad fidem ſpectantium definitionum adderet, ſicut Iuſtinianus, Martianus, & alij Imperatores fecerunt: quod tunc illæ ita uniuerſaliter ligarent, ſicut ipſa principalis, licet alię leges eos fortè non aſtringerent, qui de facto præuilegio ſuperioritatem imperij non recognoſcunt. Cap. VIII.

OCcaſione præmiſſorum inquirenda ſunt iſta. Primò quid laici in Cõcilijs ſacerdotum poſsint, & ibidem de Imperatore, quid in uniuerſalib. Concilijs inueniatur egiſſe. Poſt hæc de Concilio imperiali omnium ſubiectorũ ipſi, & eius utilitate aliquid ſubiungetur. Et ultimò de reformatione imperij aliqua cogitata explicabuntur. Superiùs habetur quomodo laici in uniuerſali Synodo inuitati ad audiendũ interſunt, & ſe geſtis ut teſtes ſubſcribunt. In ſynodo ſacerdotũ parochialium nõ eſt dubiũ laicos accuſari poſſe, & eos ad defendẽdũ ſe admitti debere, iuxta definita in quodam Maguntinenſi Concilio: ſed in alia Synodo, ubi ea quæ ſunt canonica & regularia uentilantur & examinãtur, & non debent alij laici, quos non decet eſſe perſpectores earum rerum quæ ſacerdotibus ſæpe accidunt, iuxta definitionem uniuerſalis Concilij ſuperiùs poſiti (niſi fuerint uocati) intereſſe ut in. 6. c. Cõcilij Cabillonẽſis legitur, & in Carthaginẽſi Concilio. c. 19. legitur. Erincipes uerò quoniam uniuerſalia facta ſui principatus, non quando clericorum cauſæ tractãtur, adeſſe poſſunt: imò & tunc ut auditores, ut hoc in innumeris Concilijs legimus, & ad petitionem ipſorũ legimus ut frequenter ipſa congregata. Legitur enim de Carolo magno rege ſic. Ego Carolus magnus, dux & princeps Francorũ anno ab incarnatione Chriſti. 752. 10. Kalen. Maij, cũ Concilio ſeruorũ Dei, & optimatũ meorũ Epiſcopos q in meo regno ſunt, cum præsbyteris in Conciliũ & Synodum congregaui, id eſt Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinenſem, & Bucardũ Vormaciẽſem, ut mihi conſilium darent, quomodo lex Dei & eccleſiaſtica religio recuperaretur, & per Conciliũ ſacerdotũ & optimatũ meorũ ordinauimus per ciuitates Epiſcopos & conſtituimus ſuper eos Bonifacium qui eſt legatus ſancti Petri. Et infra. ſtatuimus per annos ſingulos Synodum congregari, ut uobis præſentibus, canonum decreta & Eccleſiæ iura reſtaurentur, & religio Chriſtiana emendetur. Et fundatas Eccleſiarum pecunias Eccleſiis reſtituim9, falſos pbrõs & adulteros, & fornicatores diaconos & clericos, de pecunijs Eccleſiarũ abſtulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus. Et infra decreuimus iuxta ſanctorum canones, ut unuſquiſq; præsbyter Epiſcopo ſubiectus ſit illi, in cuius parochia habitat, & ſemper in. 40. diebus rationẽ miniſterij ſui ſiue de baptiſmo, ſiue de fide catholica, ſiue de precib. et oridie miſſarũ, Epiſcopo reddat. Et quocunq; iure canonico Epiſcopus circũeat parochiam ad populos confirmandos, preſbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collatione & adiutorio populi, qui ibi debet confirmari. Statuimus ſecundum catholicam ſanctionem, Epiſcopos & preſbyteros undecunq; ueniant, ad Eccleſiaſticum miniſterium ante Synodalem probationem non admitti. Item ſtatuimus, ut quiſq; ſeruorum Dei uel ancillarum Chriſti, in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus præsbyter fuerit, duos annos

Laici quid in concilijs ſacerdotum poſsint.

http://www.obrascatolicas.com

in carcere maneat, & ante flagellatus & excoriatus uideatur. Si uerò fuerit clericus uel monachus, post tertiam uerberationem in carcerem adeat per annum permansurus. Similiter & moniales seu nonnæ uelatæ, eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis earum. Fecit alia Synodus in qua idem interfuit Carolus magnus statutum cõtra fornicarios, sub pœna priuationis beneficij, & q̃ ad pœnitentiam redigi deberent, & illa alijs locari & plura alia, & de hac præfata Synodo Zacharias Papa scribit Bonifacio Archiepiscopo, in epistolis duabus, quarum una incipit, susceptis, et alia susciptentes sanctissime. Ecce regem congregate Concilij, & quæ sunt iusta cum alijs ordinare. Et utinam ad hoc hodie principes etiã operam darent, ut publica & mala uitia tollerentur, & maximè scandala magna in religione facientia, ut sunt fornicationes earum personarum quæ castitatem uouerunt, inter quæ de monialibus & earum custodia cura adhiberi deberet. Nam ille sanctus Bonifacius scribit Ethebaldo Anglorum regi, quòd apud Græcos & Romanos quasi blasphemiam Deo irrogasset, qui de hoc reus foret ut cum moniali concubuisset.

Cap. XIX.

Principum in Concilijs officia.

DAre itaq; debent reges & principes ad tales Synodos congregandas operam, iuxta admonitionem sancti Gregorij, ad Theodoricum regem Francorum ex registro. c. 173. iterata uos per uestram mercedem adhortatione pulsamus, ut congregari Synodum iubeatis, & sicut dudum scripsimus, corporalia sacerdotum uitia, & Simoniacę hæresis prauitatem, omnium Episcoporum definitione damnari, atque à regni uestri amputari finibus faciatis. hęc ille. Habet etiam Exarchus siue princeps monere per se uel alium Concilium, ut ea quæ ad pacem Ecclesiarum sunt ordinentur. 23. q. 4. sicut. Et si illa Cõcilia principum, quæ per Gallias, & Alemannias, per reges Francorum Aquisgrani, Agrippinæ, Cõfluentiæ, Moguntiæ, et alijs locis celebrata sunt enumerare uellemus: longum et inutile foret, quia nullus ignorat, cum quanta sollicitudine & studio, bonum publicũ, ueram & puram religionem ipsi sancti Patres procurarunt. Quæ quidem omnia, & communia bona publica, nullibi melius quàm in sacris conuentibus, ubi omnia per concordantiam tractantur, statui ordinariúe possunt. Est etiam principum officium, confirmare & custodire in Concilijs definita. Vnde legitur de Recaredo rege Galliæ & Hispaniæ sic. Glorioßissimus dominus rex uniuersorum Recaredus, sub regimine nostræ potestatis consistentium: amatores nos uestri diuina faciens ueritas, nostris principaliter sensibus inspirauit, ut causa instaurandæ fidei ac disciplinæ ecclesiasticę, Episcopos omnes Hispaniæ nostro præsentari culmini iuberemus, procedẽte autem diligenti & cauta deliberatione, siue quæ ad fidem conueniunt, siue ad morum corruptionem respiciunt, sensus maturitate & intelligentiæ grauitate cõstat esse gesta. Nostra proinde auctoritas hoc omnibus hominibus ad regnum nostrum pertinentibus iubet, ut si qua definita sunt in hoc sancto Concilio Toletano anno regni nostri fœliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus præterire præsumat. Capitula enim quæ sensibus nostris placita, & disciplinæ congrua, à præsenti cõscripta sunt Synodo, in omni auctoritate siue clericorum siue quorumcunq; hominum obseruentur, & maneant de obseruatione priorum canonum. Et infra. Omnes constitutiones ecclesiasticas, quas summatim breuiterq; perstrinximus, sicut plenius in canone continetur, manere perenni stabilitate sancimus. Si quis ergo clericus uel laicus harum sanctionum obediens esse noluerit: si Episcopus, præsbyter, diaconus, aut clericus fuerit, ab omni Concilio excommunicationi subiaceat: si uerò laicus fuerit & honestioris loci persona, medietatem facultatum suarum amittat, fisci iuribus profuturam: si uerò minoris loci persona est, amissione rerum suarum mulctatus, in exilium deputetur. hæc ibi. Consilia multa adducere possem, si opus foret. Est itaq; hoc notandum, quòd reges & principes acta Conciliorum custodire, confirmare, exequiq; debent, secundum quòd in ipsis canonibus mandatur.

Recaredus.

Cap.

Capitulum. X.

ADista autem Concilia, reges & principes cum omni mansuetudine reuerentia & humilitate, cum dulcibus exhortationib. accedere debent. Vnde legitur de eodem Recaredo in alio Concilio Toletano: Cum pro fidei suæ sinceritate idẽm gloriosissimus princeps, omnes regiminis sui pontifices in unũ conuenire mandasset, princeps Concilium sic alloquitur. Non incognitum reor uobis reuerendissimi sacerdotes, quòd propter instaurandam disciplinæ Ecclesiasticæ formam, ad nostræ uos serenitatis præsentiam euocauerim. Et quia decursis retrò temporibus, hæresis imminens in tota Ecclesia catholica, agere Synodica negotia denegabat: Deus cui placuit per nos hæresis obicem depellere, admonuit instituta de more Ecclesiastico reparare. Ergo sit nobis iocunditas, sit gaudium, quòd mos canonicus profectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducitur terminos. Priùs tamen admoneo pariter & exhortor, ieiunijs uos uigilijs & orationibus operam dare, ut ordo canonicus quem à sacerdotalibus sensibus detraxerat longa ac diurna obliuio, quem ætas nostra se nescire fatetur, diuino rursus nobis dono patefiat. Ad hæc autem gratias Deo agentes & glorioßissimo principi, uniuersum Concilium in laudibus cœpit acclamare: triduanum est exinde prædicando indictum ieiunium. Et cum die octaua Iduum Maiarum in unum cœtum sacerdotes Dei conuenissent, & oratione præmissa unusquisque sacerdotum congruo loco resedisset: ecce in medio eorum affuit serenißimus princeps, seque cum Dei sacerdotibus orationi communicans, diuino deinceps flamine plenus, sic ad loquendum exorsus est dicens: Non credimus uestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arrianorum laborauit Hispania, & non multos post discessum genitoris nostri dies, quibus nos uestra beatitudo fidei sanctæ catholicæ cognouit esse sociatos, credimus generaliter magnum & æternum gaudium habuisse. Et ideò uenerandi patres, ad hanc uos peragendam congregauimus Synodum. Et infra: Quàmuis Deus omnipotens pro utilitate populorum, regni nobis culmen subire tribuerit, & moderamina gentium non paucarum regiæ nostræ curæ commiserit: meminimus tamen uos mortalium cõditione perstringi, nec posse fœlicitatem futuræ beatitudinis aliter promereri, nisi nos cultum ueræ fidei repetamus, & conditori nostro, salutis confessione qua dignus est ipse, placeamus. Pro qua re quantum subditorum gloria regali excellimus, tantum prouidi esse debemus in ijs quæ à Deo sunt, uel nostram spem augere, uel gentibus nobis à Deo creditis consulere. Cæterum quid pro tantis beneficiorum collationibus omnipotentiæ diuinæ ualeamus tribuere, quando omnia ipsius sunt, & bonorum nostrorum nihil egeat: nisi ut in eum sic tota deuotione credamus, quemadmodum per scripturas sacras seipse intelligi uoluit, & credi præcepit: Et proinde sanctißimi patres, has nobilißimas gentes, quæ lucris per nos dominicis applicatæ sunt, quasi sanctum & placabile sacrificium per uestras manus, æterno Deo offero. Erit enim immarcessibilis corona uel gaudium in retributione iustorum, si populi qui nostra ad unitatem Ecclesiæ solertia transcurrerunt, fundati in eadem & stabiliti permaneãt. Sicut enim diuino nutu nostræ curæ fuit, hos populos ad unitatem Christi Ecclesiæ pertrahere: ita sit uestræ docibilitatis eos dogmatibus instituere, quò in tota ueritatis cognitione instructi, nouerint ex toto errores pernicioßos expuere, & uerę fidei tramitem ex charitate retinere, uel catholicæ Ecclesiæ communionem desiderio auidiore complecti. Cæterum sicut facile ad ueniam peruenire confido, quòd nescia hucusque tam clarißima errauerit gens: ita grauiùs esse non dubito, si agnitam ueritatem dubio cor deteneat atque à patenti lumine (quod absit) oculos suos auertat. Vnde ualde necessarium esse pospexi, uestram in unum conuenire beatitudinem, habent sententiæ dominicæ fidem qua dicit, ubi fuerint duo uel tres collecti in nomine meo, ibi ero in medio eorum. Credo enim beatam sanctę trinitatis diuinitatem, huic sancto interesse Concilio, & ideò tanquàm ante conspectum Dei, ita in medio uestri fidem meam protuli. hæc ille. Discant hic uniuersi reges sacra Concilia uenerari, & sollicitare eorum frequẽtiam, ac humilitatem in exhortatione exhibere sanctis Episcopis. Discant

Recaredi in conciliys concio.

http://www.obrascatolicas.com

ſcant ſancti Epiſcopi deuotè cum regibus ſe habere, quoniam per regem bonum Ecclesia Chriſti creſcit, ſecundum magnitudinem potentiæ eius. Ad hæc illud ſubiungam Syſenandi regis exemplum, dum ſtudio amoris Chriſti anno eiuſdem 581. ac diligentia religioſiſsimi Syſenandi regis Hiſpaniæ atq; Galliæ, in Toletanam urbem ſacerdotes cõueniſſent, rex ipſe dum in baſilica ſanctæ martyris Leocadiæ omnium cœtus adeſſet, pro merito fidei ſuæ cum magnificentiſsimis & nobiliſsimis uiris ingreſſus. Primum coram ſacerdotibus Dei, humi proſtratus cum lachrymis & gemitibus ad pro ſe interueniendum Domino poſtulauit. Deinde religioſa proſequutione Synodum exhortatus eſt, ut paternorum decretorum memores, ad confirmanda iura eccleſiaſtica ſtudium præberent, & illa corrigere, quæ dum per negligẽtiam in uſum uenerunt contra eccleſiaſticos, licentiam ſibi de uſurpatione fecerunt. Et in fine Concilij illius cui Iſidorus interfuit, dicũt Epiſcopi: Gloria & honor omnipotenti Deo noſtro, in cuius nomine cõgregati ſumus. Poſt hæc pax, ſalus, & diuturnitas, piiſsimo & amatori Chriſto, Domino noſtro Syſenando regi, cuius nos deuotio ad decretum hoc ſalutiferum cõuocauit. Corroboret Chriſti gloria regnum illius, protegat illum uſq; ad ultimam ſenectutẽ ſummi Dei gratia, & poſt præſentis regni gloriam, ad æternum regnum tranſeat, ut ſine fine regnet qui in ſæculo fœliciter imperat, ipſo præſtante, qui eſt Rex regum & Dominus dominorum. Sic legitur Chintilanum regem, in concilium aliud Toletanum, cum optimatibus & ſenioribus palatij ſui, intraſſe ſuppliciter ſe orationibus ſacerdotum commendantem, & quòd ſuos fideles ita facere ſancta exhortatione coegit: atq; hanc conſtitutionẽ quam ex præcepto eius Concilium decreuit, diuina inſpiratione præmiſit, ut per totum regnum ſuum, perpetuò à die Iduum Decembrium, lætania triduana ſeruetur. Ecce nunc reges intelligite, ex his exemplis erudimini qui iudicatis terram. Ita enim ſeruiendum eſt Deo in timore, & exultandum cum tremore. Omnes reges hunc morem ſemper habuêre, ut aliquos priſcos eligerent fama & uita clariſsimos quos ſequerentur: ſequimini quò ad Synodicas obſeruantias præfatos, & fœliciter uiuetis.

Syſenandi regis pietatis exemplum.

Cap. XI.

Grego. ad Hildebertum regem Francorum.

ATtendite itaq; ad exhortationem ſancti Gregorij Papæ, ad Hildebertum regem Francorum cap. 264. qui dicit: propter hoc omnipotens Deus bonos ad populorum regimina perducit, ut per eos omnibus qui prælati fuerint, dona ſuæ poteſtatis impẽdat. Quod in Anglorum gente factum cognouimus, cui ueſtra gloria idcirco præpoſita, ut bona quæ nobis conceſſa ſunt, etiã ſubiectæ uobis genti ſuperno beneficio reſtaurentur. Et ideò glorioſe fili, eam quam accepiſti diuinitùs gratiam, ſollicita mente cuſtodi, Chriſtianam fidem in populis tibi ſubditis extendere feſtina, zelum rectitudinis tuæ in eorum conuerſione multiplica, idolorum cultus inſequens, Fanorum ædificia euerte, ſubditorum mores in magna uitæ munditia exhortando, terrendo, corrigendo, & boni operis exempla monſtrando, ædifica: ut illum retributorem inuenias in cœlo, cuius nomen atq; cognitionem dilataueris in terra. Ipſe enim ueſtræ quoq; gloriæ nomẽ etiam poſteris glorioſius reddet, cuius uos honorem quæritis & reſeruatis in gentibus. Sic enim Cõſtantinus piiſsimus Imperator Romanam Rempublicam à peruerſis idolorum cultibus reuocans, omnipotenti Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto ſecum ſubdidit, ſeq; cum ſubiectis populis tota mente ad Deum conuertit. Vnde factum eſt, ut antiquorum principum nomen, ſuis uir ille laudibus uinceret, & tantùm in opinione prædeceſſores ſuos, quantùm in bono opere ſuperaret. Et nunc utiq; ueſtra gratia cognitionem unius Dei patris, filij & ſpiritus ſancti, regibus & populis ſibimet ſubiectis feſtinet infundere, ut antiquos gentis ſuæ reges laudibus ac meritis tranſeat. Et quantò ſtudioſiùs in ſubiectis ſuis etiam aliena peccata deterſerit: tantò etiam de peccatis proprijs ante omnipotentis Dei terribile examen ſecurior fiat. hæc ille. Ecce officium regis eſt, fidem catholicam dilatare in ſubiectis, per hoc nomen glorioſum acquirendo. Multas tales inſtructiones Iſidorus ponit, & aliqua de ipſius dictis. 23. q. 5. habentur,

bentur, & ad iſtam tendit concluſionem, quòd Deus eſt auctor poteſtatis regiæ, & illa ſua poteſtate rex propter demerita populi permiſsione diuina ſæpe abutitur. A Deo uerò regia poteſtas creditam Eccleſiæ ſanctæ commiſsionem recipit, cuius rationem reddere tenetur, quare legibus fidei omnes ſunt aſtricti. Non debet ſe ſolutum legibus exiſtimare rex, quia ſi lex iuſta eſt tunc ligat, & non aliter: quare & ipſum regem, qui iuſtitiæ ſubeſt.

Cap. XII.

ESt etiam iſtud in ſumma ſciendum, quod ſtudium regentis debet eſſe, ut per concordiam leges ordinet. Vnde opportunum eſt in Concilio utriuſq; ſtatus primatum & præſulum, cuncta uniuerſalia Rempublicam tangentia, ſtatui & ordinari: illius uero ſic per concordiam conſtituti, exequutor rex eſſe debet. Quoniam eſt ipſa conſtitutio regula, ſecundùm quam ſubiecti poteſtatem regis ordinatam eſſe uolunt. Regulari autem per concordiam capitis & membrorum præſidentialem poteſtatẽ pro bono Reipublicæ: nemo dubitat Concilium uniuerſale poſſe. Et licet rex diſpenſare aut interpretari, nihilominùs ipſam ſic conditam legem, in dubijs occurrentibus pro bono publico, & ad finem iuſtitiæ poſsit, per ἐπίκειαμ uirtutem: tamen hæc ſuo modo, ſicut in Romano Pontifice & canonibus ſupradictum eſt, intelligi debet. Non quòd rex tollere legem ſic editam poſsit abſq; Concilio, quæ cum Concilio edita eſt: ſed declarare rationem legis in occurrenti caſu, locum ſibi minimè uendicare. Et hæc ſufficiunt ad ſciendum, quomodo in Synodicis congregationibus officium regis eſt concurrere, exhortari, confirmare, & Eccleſiaſticis conſtituti onibus quæ uel ad fidem uel diuinum cultum ſpectant obedire & exequi. In publicum uerò ſtatum concernentibus, ſimul ſtatuere debet, & ita ſe habere ſicut rectè de Metropolitano dictum eſt ſuperiùs, qui caput ſui Concilij eſt. Et ſine cõſenſu Suffraganeorum, nihil uniuerſam prouinciam concernens ſtatuere poteſt, quoniam præſidere debet rex in illo Concilio, ubi ea diſcutiuntur quæ ad regimen Reipublicæ ſpectant, & cũ conſilio optimatum & etiam Epiſcoporum ſubiectorum, per conſenſum cũcta digeſtè ordinare. Habere quippe debet princeps ex omnibus de ſubiectis uiros perfectos, ad hoc de omni parte regni electos, qui in quotidiano cõſilio àdſint regi. Tales quippe conſiliarij, uicem gerere debent omnium regnicolarum, ſicut de Cardinalibus quodam loco qui Romano Põtifici aſtant, ſupradictum eſt. Et hi tales cõſiliarij, eorũ quos repreſentant, bonũ publicũ debent cõtinuè defenſare, et auiſare & medium ꝓportionatum eſſe, per qđ rex gubernet & influat ſibi ſubiectis, & per qđ ſubiecti refluunt in opportunis ad principem, & in hoc quotidiano conſilio magnauis regni conſiſtit: deberent quidem iſti conſiliarij in uniuerſali congregatione regni concorditer ad hoc deputari, & per leges & iuramenta ad bonum publicum perſuadendũ palam obligari Et quia de regimine Reipublicę ſanctus Thomas, Egidius de Roma, Sedulius, Scotus et ante illos Plato et Tullius (licet illi ultimi libri nõ habeantur) ac etiam alij plures, magna nobis uolumina reliquere, ad iſta quiſque recurrat in reſiduo Nunc de Imperatore uidendum, quid in uniuerſali Concilio catholicæ Eccleſiæ inueniatur egiſſe.

Qui de repub. ſcripſerint.

Cap. XIII.

EX ſuperioribus habetur, Imperatores ſanctos, congregationes Synodales uniuerſalium Conciliorum totius Eccleſiæ ſemper feciſſe. Ita ego perluſtrãs geſta omnium uniuerſalium Conciliorum uſq; ad octauum, incluſiuè Baſilij tempore celebratum, uerum eſſe reperi. Ita in eadem octaua Synodo, in quinta actione, Heliam colendiſsimum presbyterum, & Sincellum, throni Hieroſolymorum in auditione omnium affatum, legitur. Scitote quia in præteritis temporibus Imperatores erant, qui congregabant Synodos ex toto terrarum orbe, uicarios ad huiuſmodi diſpoſitionem cauſarum colligebant, quorum ergo, & Dei cultor Imperator noſter, uniuerſalem hanc Synodum fecit. hec ibi. Et legi in gloſſula Anaſtaſij bibliothecarij Apoſtolicæ ſedis, qui eandem Synodum de Græco tranſtulit ſuper eodem dicto, quòd uniuerſales Synodos de omni terra Imperatores colligere ſoliti fuerant: locales uerò nunquàm eos legitur collegiſſe. Et ad hoc concordat definitio canonica eiuſdem Concilij ſuperiùs ſcripta, quæ principalem id eſt Imperatorem, uniuerſalib.

Imperatores concilia uniuerſalia cõuocãt.

http://www.obrascatolicas.com

dixit interesse debere non alijs. Vnde breuiter dico, quòd sicut prædictum est, ita se habet Imperator ad uniuersalem catholicæ Ecclesiæ Synodum, sicut rex ad uniuersalem regni sui: nõ quòd coactiuè sed exhortatoriè colligere debeat, ut Synodus Aquileiæ, tempore sancti Ambrosij, decreto Imperatorum Theodosij & Valentiniani congregata, in epistola eiusdem Cõcilij in principio ponit: omnes per principes uocatos, nullum inuitum coactum. Sed solebant per diuales sanctiones, necessitatẽ celebrandi Concilij aperire Patriarchalibus sedibus, & diem & locum cõstituere, ac libertatem protectionis absq; oppressione uel timore offerre, secundum conditiones Synodi suprascriptas. Et ex tali congregatione, non recipit Synodus iudicij ac cõstitutionum firmitatem, sed ex omni cõsensu in ipsam congregationẽ, & ex uocatorũ comparitione & præsentia, ut hæc etiam superiùs discussa sunt. Dum enim instant uniuersalia pericula fidei, aut aliqua Christi Ecclesiam uniuersam turbantia: tũc uigilare debet ipse Imperator, & fidei, & pacis custos, & Rom. Pont. primo Synodi necessitatem insinuare, & eius consensum congregandi Concilij in definito loco requirere: sicut fecerunt Imperatores Valentinianus & Martianus ad Leonem Papam scribentes sic: Pro reuerenda & catholica religione Christianorum fidei, cuius auxilijs uirtutem nostræ potẽtiæ credimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in episcopatu diuinæ fidei possidentem, sacris literis in principio iustũ credimus alloquendam: inuitantes atq; rogantes, ut pro firmitate & statu nostri imperij, æternã diuinitatẽ sanctitas tua deprecetur, ut & tale ꝓpositum atq; desideriũ habeamus, quatenus omniũ impio errore sublato, per celebrãdam Synodũ te auctore maxima pars circa omnes Episcopos fidei catholicæ fiat, ab omni scelere pura & intemerata cõsistens. hæc illi. Pari modo legimus, dulci inuitatione alios Imperatores, Papã, & alios Patriarchas, Episcopos q; omnes, ad Synodũ uniuersalem semper aduocasse. Legit enim, Martianum Augustum ad Leonem Papam præfatũ sic scripsisse. Leoni reuerend. Episc. Ecclesiæ ciuitatis Romæ, Martianus. De studio & oratione nostra, sanctitas tua non dubitat, quin ueram Christianorum religionem, & Apostolicam fidẽ firmam uelimus permanere, & ab omni populo pia mente seruari. Denicq; soliditatẽ nostræ potentiæ, ex recta religione, & propitiatione saluatoris nostri cõsistere non ambigimus. Quapropter reuerendissimos uiros, quos ad nostram pietatẽ sanctitas tua direxit, libẽter & licut decebat animo grato suscepimus. Superest, ut si placuerit tuæ beatitudini, in has partes aduenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur. Nostris uticq; desiderijs uestra sanctitas satisfaciet, & sacræ religionis quæ utilia sint, decernet. Si uerò hoc onerosum est, ut tu ad has partes aduenias, hoc ipsum nobis proprijs tua sanctitas literis manifestet, quatenus in omnẽ Orientem, et in ipsam Thraciam, & Illyricum, sacræ nostræ literæ dirigãtur, ut quendam definitũ locum, ubi nobis placuerit, omnes sanctissimi Episcopi debeant conuenire, & quæ Christianorũ religioni atq; catholicæ fidei prosint, sicut sanctitas tua secundũ ecclesiasticas regulas definiuit, tua depositione declarent, hæc ibi. Constantinus etiã Imperator 3. huius nominis, qui cõuocauit sextã Synodum, anno Christi 686. uel circa, ad Agathonem Papã ita scripsit. Imperator Flauius Constãtinus fidelis Sacra Deo, sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo antiquæ nostræ Romæ. Per omnia nouit uestra paterna beatitudo, & plures sanctæ uestræ Ecclesiæ antiquę Romę, q; ex quo iussit Deus principaliter nos imperare, dum multoties uoluissent quidam motionẽ facere, de rebus de quibus est contentio pro dogmate pietatis, inter partes tã sanctę uestræ Ecclesiæ, cq; huius sanctæ magnæ Dei Ecclesiæ: hoc prohibuimus fieri, tẽpore non admittente, cognoscentes quòd ex particulari contentioue, non solũ ueritas sciri nõ posset, sed magis malum accresceret. Et infra: Veritas enim Deo chara est, & secundũ Domini uocẽ, quicũq; uoluerit omniũ princeps esse, sit omniũ minister. Et iterũ dictum est: In hoc cognoscẽt omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Postq; igitur rẽpus recipit perfectam congregationem fieri, adhortamur uestram paternam beatitudinẽ, per præsentem nostram piam sacram, dirigere uiros utiles atq; modestos, habẽtes totius (Deo inspirante) doctrinę peritiã irrepræhen-

prehensibilem, indutos personam uestræ Apostolicæ sedis, eiusq; consilij, deferentes & libros quos oportet proferri, & omnem auctoritatem habentes, quatenus conuenientes cum hic posito sanctissimo ac beatissimo Patriarcha, & Macario sanctissimo Patriarcha Theopolitanæ id est Antiochenæ ciuitatis: perscrutentur cum omni mansuetudine & modestia, & per gratiam sancti spiritus studeant ueritati insistere, & consentire. Monitionem habentibus eis qui huc aduenerint ex parte sedis uestræ, per præsentem nostram piam sacram, per Deum omnipotentem, nõ est apud nos partis cuiuslibet fauor, sed æqualitatem utriq; partibus conseruabimus, nullatenus necessitatem facientes quocunq; capitulo eis qui à uobis dirigentur quoquo modo, sed omni honore cum cõpetenti munificentia et susceptione dignos eos habebimus. Et si quidem uterq; conuenerint, ecce & bene: sin autem minimè conuenerint, iterum cum omni humanitate eos ad uos dirigemus, de cætero nos expectantes iudicium Dei imminere nobis, iuxta quod constituti sumus seruare fidem sanctam & immaculatam, quam percepimus unoquoque proprio sensu abundante, rationem reddituri ante sanctum & terribile tribunal Dei nostri. Inuitare enim & rogare possumus, ad omnem emendationem & unitatem omnium Christianorum: necessitatem uerò inferre nullatenus uolumus. Personæ uerò quæ dirigentur à paterna uestra beatitudine ipsa decernant. Ex uestra itaque sancta Ecclesia (si utique uidetur ei) tres personæ sufficiant, quòd & si plures quantæ ei placuerint dirigat. De Concilio uerò usque ad 12. metropolitanos Episcopos. De quatuor uerò monasterijs Bizanceis, ab unoquoq; monachos quatuor, nam si receperit tempus, perfectam congregationem studuissemus facere. Et infra: Deus autem noster proprio consilio protulit, quòd nos differebamus in hoc tempere, per omnia iubemus uestram paternam beatitudinem minimé effici impedimentum uoluntati Dei, sed eos dirigere. Sic enim speramus in eius benignitate, quoniam qui uoluit huiusmodi capitulũ moueri in presenti per sanctũ spiritum, concedere habet ut ueritas clareat, & instruantur omnes sine scismate atq; contentione in ueritate. Et infra. Omnẽq; impensam uenientiũ iussimus præbere, Theodorum glorioſsimum patricium & exarchum Christo amabilis nostrę Italiæ prouinciæ, tam in naui quàm in expensis & omni utilitati eorum. Et si necessitas exegerit, etiam castellatos dromones præbere ad eorum munimen, ut ex omnibus illæsi & sine periculo Deo cooperante ijdem ad nos perducantur. Diuinitas te seruet per annos multos, sanctissime atq; beatissime pater. Hæc epistola, in principio sextæ Synodi, quæ per illum facundissimũ Leonẽ Siculiensem Papam Romanum, utriusq; tã Græcæ quàm Latinæ linguæ disertissimum, translata est, scripta inuenitur, habens graues multas & notandas sententias. Maximè quomodo Imperator ordinationẽ sacri Cõcilij precogitare iuxta temporis congruentiã debet, & cum omni reuerentia aduocare & defensare uenientes, cum præstatione summæ libertatis absq; partialitate. Alijs uerò Episcopis legimus consimiliter Imperatores scripsisse per suas sacras. Vnde prę fati Imperatores Valentinianus et Martianus, ita rescripsere. Omnia ad uerã fidem & Christianã orthodoxã religionẽ tendentia, præponẽda alijs rebus existimamus. Et infra: Vnde tua sanctitas cum quantis approbauerit reuerendissimis Episcopis, sub tuo sacerdotio constitutis sanctarum Ecclesiarum, expertes habentibus diuinas scripturas, & scientiam & doctrinã orthodoxæ & ueræ fidei: præ cunctis eminentib. ad Niceam ciuitatem proximè Kalen. Septemb. aduenire festinet. Quisquis enim generalem & omni mundo utilem futuram Synodum refutauerit: peccat equidem, & nostrã diuinitatem offendit. Agnoscat autem & tua sanctitas, quoniam nostra pietas aderit in ipso Concilio, nisi quædam publicæ & ineuitabiles curæ nos inexpeditos fecerint, hæc illi. Dicit de Nicea, quia ad hanc ciuitatem indixit Concilium Valentianus, sed postea ad Chalcedonam est translatam. Vnde ad congregatos in Nicea ijdem scripserunt: Studij nostri est congruẽter decerni ea, quæ sanctæ & orthodoxæ religionis existunt, quatenus omnis ambiguitas perimatur, & decens pax sanctissimis & catholicis reddatur Ecclesiis, hoc enim omnibus rebus præponendum existimamus. Quia igitur uolumus interesse sancto Concilio, retinẽt uerò nos publicæ & necessarię utilitates

http://www.obrascatolicas.com

litates in expeditione: dignetur uestra religio non arbitrari graue, nostræ tranquillitatis præsentiam sustinere, sed orare quatenus ea quæ inter manus habemus Deo auxiliante disponentes, benè illuc uenire possimus, ut nostra pietate præsente decernantur, quæ omnem discordiam quæstionemq; submoueant, & confirment ueram ac uenerandam orthodoxam fidem, hæc ibi. Post hæc scripserunt ijdem Imperatores, quo missi Leonis Papæ omnino uoluerũt eos Concilio interesse debere. Et quia commodiùs possent in Chalcedonam propter necessitates publicas, quàm in Niceam concurrere: scribunt sic: Vnde si perspicit uestra religio, in Chalcedonensium ciuitatem uenire dignamini. Et quia dubitabant de securitate propter Euchetem, miserunt ad Imperatores, qui in Thracia fuerunt, hoc eis significãtes: qui ad eos rescripserunt, plenam securitatem eis promittentes. Ex his habes, quomodo Imperatores causas fidei omnibus præponere debent, & omnia cum cõuenienti reuerentia & charitate iuè, quæ in Synodis habent expedire, nullam necessitatem inferendo. Et quòd Concilio interesse debent ad fidem confirmandam, non ad necessitatem inferendam, sicut Martianus Imperator Constantinum allegans dixit 96. dist. nos ad fidem.

Cap. XIIII.

ETiam ad hoc operam dare debent Imperatores, & omnes reges sub suo regno Synodicas conuentiones habentes: ut tumultus omnis uitetur, & expellantur expellendi. Vnde piissima Pulcheria Augusta, ad consularem Bithiniæ stratigiũ, ut curam haberet circa disciplinam Synodi, quæ in Nicea cõgregata & nondũ Chalcedonam translata erat, scripsit: Quia secũdum nostrã sanctionem reuerendi Episcopi uniuersi conuenerunt, sustinentes potestatis nostrę presentiam, quæ post non multũ Deo cooperante aderit. Quidam autem (sicut agnouimus) quũ sint soliti conturbare & confundere Deo placitã disciplinam, superuenientes in Niceam clerici, atq; monachi, atq; laici, tumultus facere tentant, contendentes abiq; his quæ nobis placuerunt: necessariè has pias literas ad tuam direximus claritatẽ, quatenus cum omni uirtute, eos qui præter nostram euocationem, aut permissionem suorum Episcoporum ibidem commorantur clericos, siue intra hunc ordinem constitutos, siue aliqui eorũ à propriis Episcopis sunt remoti, uel monachos atq; laicos, quos nulla ratio ad Cõciliũ uocat, omni modo debeas ciuitate et ipsis locis expellere: ut cũ omni disciplina consedente sancta Synodo, sine omni commotione atq; contentione, quæ à Domino Christo reuelata fuerint, cõmuniter ab omnibus confirmentur. Scito enim, quòd si quis de cætero inuentus fuerit tumultuosus ibidem commorari, aut ante præsentiam nostræ tranquillitatis, aut certè post præsentiam: non fortuitum tibi imminere periculum, hæc ibi. Ecce laicos, monachos, & clericos, maximè non habentes sui Episcopi facultatem, Conciliis uniuersalibus interesse non debere: omnes enim contentiones, cũ tumultu pati in Conciliis non debent. Gloriosissimi enim iudices & amplissimus senatus, leguntur in prima actione Chalcedonensis Concilij dixisse, quando impediebatur tumultu lectio gestorum in Epheso: Acclamationes istæ populares, neque Episcopos decent, neque partes iuuant. De quo in Concilio Toletano prouisum est, & de pœna in loco benedictionis sedentium & turbantium Synodum, scilicet triduana excommunicatione. 5. q. 4. in loco. Sic in eisdem gestis Chalcedonensis Concilij legitur commonitorium, ad Helpidium uirum spectabilem, comitem sacri consistorij ab Imperatoribus datum pro defensione Synodi Ephesinæ, ubi sic legitur: Ideò igitur tam tuam claritatem, quàm Eulogium uirum spectabilem, & Tribunum, & notarium ad ministerium elegimus fidei defensandæ: sicut probatos in alijs pluribus rebus, rectissimosq; repertos, & circa Dei cultum opinatissimos, acualentes nostris diligẽter iussionibus ministerium exhibere. De ijs uerò quæ in Ephesi sancta Synodo fuerint constituenda nullum fieri tumultum uos permittere oportet: sed si quem uideritis conturbationibus & tumultibus tendentem ad læsionem sanctæ fidei, hunc debetis custodiæ mancipare, & ad nostram perferre notitiam relationibus uestris, ut causa quidem ordine proprio uentiletur. Interesse autem uos oportet iudicio, & operam celerem dare, quò aliqua circa inspectam probatio-

Contra Synodi turbatores.

nem

nem sancta Synodus fieri sibi cognoscat. Vos autem nobis cognitum facite, quæcunq; fuerint definita. Et infra: Non liceat autem ullum aliud moueri negocium ex pecuniarijs uidelicet capitulis, antequàm ea quæ de fide sunt catholica, effectui mancipentur. Ideò namq; & ciuile per literas quas ad uirum spectabilem proconsulẽ scripsimus, & reliquis militare nobis auxilium delegauimus, quatenus & uos siue per proprium officium, seu his fulti auxilijs sufficere possitis ad ea, quæ præcepimus adimplenda: quæ tantò alijs omnibus meliora sunt, quantò solent humanis diuina præcellere, & quæ in hac causa fuerint constituta, ad nostram perferre notitiam festinate. Eodem tenore Eulogio uiro spectabili scriptum est. hæc ibi. Ecce quomodo Imperator sollicitam curam de custodia uniuersalis Concilij habere debet, & omnino facere, ut tumultus & turbatio nulla fiat, & quòd decernẽda seruentur. Ista sunt quæ ad Imperatorem spectant, quòad Synodi principium, scilicet conuocare cum exhortatione & tuitione, summaq; libertate, & bona & optima custodia, dempta omni partialitate, & præcepti necessitate.

Cap. XV.

DE conuocatione uerò dubium ex prioribus (ubi de Papa dictũ est, quomodo ad eũ spectet) oriri posset: sed de reliquis prætactis nemo iustè dubitare poterit. Ideò quòad illud discutiendum dicamus, quòd hoc interest inter utriusq; cõuocationem. Quoniam Papa ut primus, & habens præceptiuã potestatẽ ex principatu sacerdotij sui in omnes alios Episcopos, quòad eam congregationem, respicientem uniuersalem Ecclesiæ statum, in qua ipse primam curam gerit: ex qua credita potestate, præcipere habet Christi fidelibus ut cõueniant, maximè subiectis omnibus sacerdotibus. Imperator uerò exhortatur & suadet Episcopis, ac præcipit laicis. Neq; Rom. Pont. dicit, conuocationem ad se pertinere tantum: sed q; sine sua auctoritate fieri Synodus non debeat. Quando itaq; Imp. ob incumbentem necessitatem Ecclesiæ, primò exhortatur Rom. Pont & deinde alios ut conueniãt: rectè prosequitur uiam antiquorum, tunc interpellat Rom. Pont. primò, & deinde aliorum auctoritatem. Et nisi ita ageret, scilicet si sine uocatione Rom. Pont. Episcopos congregaret, nõ esset uniuersalis Concilij auctoritas plena, iuxta prælabita: de essentia enim eius est, ut nullus excludatur, maximè Episcoporũ qui uelit & possit interesse: Igitur hoc indubiè in Rom. Pont. uerum. Si uerò Rom. Pont. rogatus non mitteret, aut non ueniret, alijs parentibus exhortationi imperiali: non est subitò procedendum, nisi necessitas Ecclesiæ quæ legem nõ habet, expeditionem desideraret. Verum si congregationi institutæ per Imperatorem, Rom. Pont. contradiceret, nisi necessitas Ecclesiæ plus parendum Imperatori persuaderet, Rom. Pont. mos gerendus est. Vnde non credo etiam absurdum esse illud dictum, quòd etiã propter curam commissam custodiendę fidei sacro imperio, ipse Imperator negligente aut contradicente Rom. Pont. imminente magno uniuersali turbationis Ecclesiæ periculo, præceptiuè posset Synodum indicere, ad prouidendum fluctuanti Ecclesiæ. Licet enim aut ordo aut positiui iuris determinatio, propter cõseruandam pacem exemerit clericos à potestate imperiali, ut superordinauerit etiam ipsi imperio sacerdotiũ, ut cunctis Rom. Pont. tamen quum cessant omnia illa, propter quæ huiusmodi sacra ordinatio instituta est, quoniam omnia propter conseruationem ipsius sanctæ Ecclesiæ ita constituta sunt, reuertimur tunc ad habendum eundem finem, ad aptos cõgruos modos tempori, hoc ordine nobis non seruiente minime curato. Et hæc sufficiant.

Qua differentia Papa et Imperator conuocent Concilia.

Quando Imperator sine Papæ assensu indicere Synodũ possit.

Cap. XVI.

NVnc perquiramus ex codicibus sacrorum Conciliorũ, florentissimę quondam Ecclesiæ, quid cõueniat Imperatori in Concilio congregato cũ suis patricijs & senatoribus peragere. Et primò reperio ex omnium gestis, tam in Chalcedona, Constantinopoli, Nicea, & Epheso, q; aut ipse Imperator per se interfuit, aut ex eius iussione eius locũ tenentes sacri senatus & iudices: pauci tamen semper ex maximis & principalibus & intelligentibus principibus, & non plures 20. unq; interfuisse, imò rarò 15. cõperio. Imperatore uerò in persona existẽte,

Imperator si adest præsidet.

http://www.obrascatolicas.com

reperio eũ ſemp præſediſſe. In ſexta enim Synodo tertius Cõſtantinꝰ præſedit in me dio, cum 10 de maioribus patricijs, et ad lęuam eius uicarij ſenioris Romæ et Hiero ſolymorum, ad dexteram uerò Patriarchæ alij: primô Conſtantinopolitanus, deinde Alexandrinus poſt Antiochenus, et coniungebantur in quolibet ſcamno, Epiſcopi illarum ſedium. In octaua Synodo preſidebat Baſilius, et ad dexteram et ſecundum ordinem uicarij Apoſtolicæ ſedis, & alij Patriarchæ. Verùm in Chalcedona (quia Martianus Imperator in principio non interfuit) ſenatus & iudices erant in medio, ſicut de tertio Conſtantino dictum eſt. Et ipſe Martianus ad Synodum poſt hoc ueniens, præſidebat cum paucis de ſenatu, ſibi adiunctis lateraliter uicarijs Apoſtolicæ ſedis & Patriarchis, ut in ſexta Synodo ſedentibus. Baſilius uerò Imperator, Patriarchalium ſedium uicarijs & Patriarchis, in ſubſcriptione ſe poſtpoſuit ex humilitate, tota Synodo rogante ut ſe præponeret, & ipſo ex humilitate renuente, ut dicũt geſta finalia eiuſdem Synodi. Vnde quia ſenatores & patricij, ac principes clariſſimi, qui ſunt pars corporis Imperatoris, conſueuerũt Synodis intereſſe, de iuſsione & mãdato Imperatoris, & non aliter ut omnia geſta clamant: tunc eſt hoc notandum, quòd nullus ſæcularis princeps habet ius intereſſendi uniuerſali Concilio, niſi Imperator, alij omnes ſolum ſi iuſsi ab Imperatore fuerint, uel ſacro Concilio. Illi uerò qui ſunt pars corporis eius, ſicut ſunt patricij, exconſules, exarchi, & ſacri ſenatus ipſi Imperatori immediatè coniungi debent. Fit itaq; iniuria Imperatori, ſi in locatione ſæcularium principum, qui de iure intereſſe non habent in uniuerſali Concilio, & quorum ius intereſſendi ab eius iuſsione dependet, impeditur. Ab imperiali enim poteſtate, ordinatio talis inter ſæculares dependet, qui omnes ei etiam alioqui exẽpti tunc in Cõcilio ſubſunt, tanquàm protectori Concilij, ex quare in omnes iuriſdictionẽ habet. Et maximè fit iniuria ipſis ſacri imperij Electoribus, populũ Romanum repræſentantibus & ſacrum ſenatum, & unum cum Imperatore proximæ colligationis corpus facientibus, ſi quiſquàm abſq; ordinatione ſacræ maieſtatis, maximè qui digniori titulo non decorantur, ipſis ſe præfert, & pro honore ſacri imperij & bono publico, talis ambitio admitti non deberet.

Princeps nullus præter imperatorem de iure intereſt cõcilio.

Electorum ius in concilio.

Cap. XVII.

TAmen ad hoc, ut de hac re nulla contentio oriatur tanquàm de nihilo, ſciendum eſt, ipſos laicos principes prætactos, etiam ſi iuſſu Imperatoris interſint, non habere uocem Synodicam, ſed ſolùm audire debere. Vnde ita legitur in geſtis octaui Concilij quarta actione, quôd quum uicarij ſenioris Romæ loquendo ad principes, qui iuſſu Baſilij interfuerunt, dicerent: Interrogate illos manificentiſsimi & glorioſiſsimi principes, an illi qui introierunt faciunt libellum hunc. Dixerunt principes ut obſecundantes uerbo, ueſtro, ex præceptione ueſtra interrogabimus eos, non per poteſtatem noſtrã: poteſtas enim hæc ueſtra eſt. Et in fine dicit Baſilius Imperator, in capitulo quod incipit: Multã quidẽ, cuius tenor infra ponitur. Quàmquàm non ſit datum iſtis ſecundum canonem dicendi quicquàm penitus de Eccleſiaſticis cauſis. Opus enim hoc Põtificum & ſacerdotum eſt: & loquitur de laicis. Idem Ambroſius. 75. epiſtola contra Anxenſium ad Valentinianum Imperatorem, dicens. Si ſcripturarum ſeriem diuinarum ueluerum tempora retractemus: quis eſt qui abnuat, in cauſa fidei Epiſcopos ſolere de Chriſtianis Imperatoribus, nõ Imperatores de Epiſcopis iudicare? & infra: Pater tuus Deo fauente uir matureris ævi dicebat, non eſt meum inter Epiſcopos iudicare. Tua nunc clementia dicit, ego debeo iudicare: & ille baptizatus in Chriſto, inhabilem ſe tanto ponderi eſſe putabat iudicij. hæc ille. Ecce quòd de pertinentibus ad fidei religionem, inter Epiſcopos imperator iudicare non debet. Scribit autem uenerabilis Sedulius, in libello de rectoribus Chriſtianis cap. 11. ipſum Valentinum Imperatorem poſt hæc dum à ſanctis Epiſcopis rogaretur, quatenus dignaretur ad emendationem ſacri dogmatis intereſſe, Synodo dixiſſe: Mihi (inquit) quum minimus ſim de populo, fas non eſt talia perſcrutari: uerum ſacerdotes, quorum hæc cura eſt, apud ſemetipſos

Laicis audire licet non loqui in concilijs.

metipſos congregentur ubi uoluerint. Et in ſexta Synodo dicitur in prima actione, præſidente piiſsimo & Chriſti dilecto magno Imperatore Cõſtantino, in ſecretario ſacri palatij, & exiuſsione eius à Deo inſtructæ ſerenitatis, præſentibus & audientibus Niceta glorioſiſsimo excõſule patricio, & comite imperialis obſequij & precis. Et ſimiliter hoc quodam loco ſuperiùs probatur, quomodo exiuſsione Imperatoris, Bahanis patricius aliorum nomine loquens, ad audiendum ſenatum intereſſe dixit. Et hoc probant geſta Chalcedonẽſis Concilij, ubi poſtquam principes in principio nominãtur, qui iuſsione Martiani interfuere, additur: Cõueniente autem etiam ſancto & uniuerſali Concilio, ſecundum ſacram iuſſionem in Calcedonenſem urbẽ congregato, Paſchaſmo & Lucentio reuerẽdis Epiſcopis, & Bonifacio presbytero, tuentibus locum ſanctiſsimi et reuerendiſsimi Archiepiſcopi almæ urbis Romæ Leonis; & Anatholio reuerendo Epiſcopo inclytæ urbis Conſtantinopolitanæ. Ecce Synodum ſolùm ex ſacerdotio cõſtitui, & laicos uocẽ in ipſa, maximè in Eccleſiaſticis rebus dum tractarentur, non habere. Quare ſi uocem non habent de iure, tunc ad audiendum tantùm uenientes, iudicio imperiali pro conſeruanda libertate Synodi, quô ad cuncta Synodum reſpicientia meritò ſubſunt, ſine cuius iuſsione & facultate intereſſe non deberent. Quare principes mundi non laicos ſed Epiſcopos, ut & uocem ſuam per eos aperire ualerent, mittere deberent, & tunc ceſſaret omnis quæſtio: quia quiſq; iuxta canonicas ſanctiones qui uocem habere uult, in ordine ſuo iuxta tempus promotionis debet conſidere. Si uerò reges & principes habent Synodo certa in ſinuare, hoc poſſunt per quoſcunq;, in loco Oratorum ad hoc communiter & publicæ deputatos, quia nulla audiẽtia cuiquàm denegatur. Deliberare uerò, & res Eccleſiaſticas definire, ſacerdotum eſt. Hoc ſi ita ſicut rectè ab antiquo introductum eſt ſeruaretur, nulla de ſedibus quæſtio, aut ea propter turbatio in Synodis exoriretur. Verum quia in Conſtantienſi Concilio principes uocati, & etiam in hoc noſtro Baſiliẽſi Concilio, ad habendam unam omnium concordantiam, conſultè ſatis exiſtunt: quia uigor Synodicæ præceptionis ex concordantia eſt. Et oportet pro conſeruatione fidei noſtræ, quæ ad arctum locum redacta eſt (maximè quum Imperatoris poteſtas hodie non omnes ſicut quondam ſtringat & compeſcat) res concorditer principum etiam aliorum & regum, qui in Chriſtianitate ſunt aduocationem, ut omnes Synodicas definitiones iuſtas & ſanctas & irreprehenſibiles uideantur, tractare, ut pax in Eccleſia ſeruetur, & ſciſma uitetur. Vnde tunc oportet etiam uti magna & ſapienti cautela, in his ſedibus uel locationibus, ne ex turbatione, quæ ex ambitioſis honoribus prætextu defenſionis dignitatis exoriri ſolent, confuſio maior fiat. Et poſſet facile ſuccurri per diſtinctionem locationum, ponendo ſedile ſcalare uel ſcabellum pro Imperatore, & ipſi proximè unitis, pro Francorum rege & ipſi coniunctis, & ſimiliter pro Hiſpaniæ regibus & alijs ut abſque mixtura diuerſorum regnorum, ſcamnis ſecundum ordinem regum poſitis, unuſquiſque princeps in ſedili regni ſui locaretur. Et quòd talis quidem ordo in pace danda ſeruaretur, ut ſecundùm ordinem regnorum locum in ipſius regni ſedili habenti, pax cæteris per oſculum communicanda daretur. In proceſſionibus uerò reges ſuo ordine Imperatorem lateraliter aſſociarent, alijs omnibus retrò ſuo ordine pergentibus regni cuiuslibet nobilibus & ambaſiatoribus, ſe ad ſuum regem linealiter, ad ſeriem qua in ſcamno ſederent colligantibus, abſq; cuiuſquàm alterius interruptione. Si uerò duo de eiuſdem regni dignitate aut prioritate contendẽtes forent, talis ordo ſeruetur: ut quiſque æquè propinquè Imperatori admittatur, ſenior à dextris, iunior à ſiniſtris abſque cuiuſquàm præiudicio. Et ita fieret de ſcamnis utriuſque contendentium, ſcilicet quòd ſenioris ſcamnum à dextris locaretur, iunioris à ſiniſtris. Et in proceſsione, quilibet obedientiarius á rege ſecundum ſuum ordinem per lineã rectã, ſe ſuo domino colligaret. Hæc ordinatio fortè ſalua meliori, poſſet ſcandalis quæ exoriri ſolent, facile obuiare. Et habet æquitatem planam & pacificam & in iure fundatam, ſecundum quòd ſuperiùs habetur: quomodo quiſq; cuiuſcunq; gradus altetius perſonam ut procurator ſeu legatus indutus, in eo loco ſedere debet ubi principalis;

Ordo principum conſidentium in cõcilijs.

http://www.obrascatolicas.com

palis. Hæc quidem ordinatio, fingit ſcamnum regno alicui deputatum tanquàm ſedẽ regis eſſe, quem ipſius oratores ſeu ambaſiatores ſi adſunt, ſeu principes proximiores abſq; etiam ſpeciali ad hoc regis commiſsione, fingit ꝓ bono pacis repræſentare. Et dũ hic ordo in ſcamno quolibet, qui & in ipſo regno præcedentibus cõmiſſarijs regis, & ſubſequentitibus ſuo ordine principibus, ſeruetur: quis dubitat optimè pacem quòd hoc poſſe conſeruari?

Cap. XVIII.

Imperator aliquando primatum addixit.

POſt hæc de ijs, quę ſedente Synodo imperialis maieſtas facere habeat, uidendum. Et primò reperio imperatores aliquãdo dediſſe primatum in Sonodo, ut in quadã epiſtola Theodoſii & Valẽtiniani ad Dioſcorũ, in ſecunda Epheſina damnata Synodo, quæ incipit: Ante hoc quidem. ubi dicitur. Neceſſariũ duximus his ſacris noſtris literis ad tuam uti reuerentiam, per quas manifeſtum facimus tuæ beatitudini & uniuerſæ Synodo, quòd nos regulas ſanctorum patrum ſequentes, non ſolum propter Theodericum, ſed & alios omnes qui ad congregatam ſanctam Synodum pertinent, auctoritatem & primatum tuæ præbemus beatitudini. hæc ibi. Sed non legi alibi quàm in illo conciliabulo factum: unde ut in eadem epiſtola propter timorem Neſtorianorum hoc fuit factum, etiam tunc nondum uenerunt nuntij Apoſtolicæ Romanæ ſedis forte: quare ipſę Dioſcorus Alexandrinus, meritò primatum habuit. Igitur de hoc non eſt multum curãdum. Sed ipſe imperator habet curare, ut detur per ſuos iudices & ſenatores maxima diligentia, ut canonico more ſancto & iuſto ſeruato ordine, non ex abrupto uel præcipitanter aut paſsionatè, per timorem uel impreſsionem ſeriatim abſq; materiarum inculeatione tractãda expediantur, ut nihil de inſtitutis per ſacros canones, ad inquirendam ueritatem, tam in iudicialibus definitionibus, quàm etiam diſputatorijs omittatur, tanquàm neutrales iudices. Vt etiam clara & manifeſta clariſsima fiant, ut rectè inuariabilis cõcluſio, & eiuſdem exequutio per imperialem maieſtatem fieri poſsit, abſq; omni hæſitatione. ita lego in omnibus uniuerſalibus Concilijs, Imperatores dum præſentes fuerũt, aut ſacri palatij iudices & ſenatum, officium promotorum habuiſſe, ad dirigendum cuncta ad claram ueritatis lucem; imò in terminorum obſeruatione & dilatorijs, ut iudices cum conſilio Concilij ſe habentes, ac etiam aliquando de aſſenſu & approbatione iudicantes: Sicut in quæſtione primatię, in Chalcedonenſi Concilio, inter Patriarcham Conſtantinoplitanum & Romanum mota, iudices ſententiauerunt iuxta productos canones, interrogantes poſt iudicium ſacram Synodum, utrum conſentiret, an aliud uideretur: tota uerò Synodus approbauit, ut legitur in fine geſtorum Chalcedonenſis Concilij. Firmatas autem iudicij, & omnium quæ ita aguntur in Concilio per quoſcunque ex conſenſu tantum, Synodica depẽdet auctoritate, iuxta ſuperiùs præmiſſa. Quare & ſi aliquando ſententiæ dependebat, & non eximperiali commiſsione uigor ſententiæ dependebat, & non eximperiali commiſsione, cuius auctoritas Synodum uirilem nõ præcellit. Dirigi uerò res per uiam canonicã, ne quicquàm quòd tractatur poſsit inculpari propter ſuam ſubſcriptionem, quã in fine ut teſtes, qui recto iudicio interfuerunt, pro firmitate facere debent: propria auctoritate petere poſſunt. Longum foret omnia enarrare, quomodo per Imperatores & iudices, interlocutores directoriè rei inueſtigandæ pro apertione ueritatis, fieri ſolebant. Sed una eſt concluſio, ſcilicet quoniam fiebat eo modo, quo iudicia canonica fieri habent, puta uocetur ter accuſatus, inducatur in Synodum, legatur libellus, reſpondeat delatus, deliberet melius, probetur negatum, oſtendatur per geſta Synodica ac dicta probabilium patrum: ſi eſt hæreſis quæ obijcitur, iuret producens notarius librum ita in ſcrinio propriè inueniſſe, & per talia & conſimilia quæ ad cauſam deſeruiunt. Fuit etiam optima conſuetudo, qua canones in quibus quis fundauit intentionem in ſcriptis producebantur, & pars reſpondebat fateretur utrum an ſuſpicaretur mutatum. Et ſic clariſsima fuere ſemper Synodica iudicia & apertiſsima. Et hæc de materia.

Imperatoris in concilijs officia.

Firmitas iudicatorum in cõcilijs à concilio dependet.

Cap. XIX.

Exhoratio Baſilij imperatoria.

QVæ Imperator in Concilio regulariter agere ſolitus fuerit, proximè dixi: uerum exhortationibus gratioſis ſæpe uſus eſt in Concilijs. Vnde Chriſtianiſsimi & piiſsimi Baſilij Imperatoris, cuius noſter Sigiſmundus à Deo coronatus inuictiſsimus Imperator, in hoc Baſilienſi Concilio ueſtigia inſequitur, ut proprié dicaẽ ſacrũ hoc Cõciliũ in Baſilea Baſilio altero ꝓſidente celebrari: aliqua ex octaua Synodo inſerere curaui. Ita eñ in exordio Synodi loquutus eſt Baſilij Imperator mitiſsimꝰ. Cũ diuina & benigniſsima ꝓuidentia nobis gubernacula utilis nauis cõmiſiſſet omne ſtudiũ arripuimus, & ante publicas Eccleſiaſticas diſſoluere, & ꝓcellas quæ per multos annos ex inuidia odientis bonum Sathanæ expanſæ ſunt, in ſtabilem tranquillitatẽ per meliorem quandã ꝓuiſionẽ trãsferre. Siquidẽ munito diuinitùs imperio noſtro ſemꝑ hoc deſideriũ gerente, ac ab alijs Patriarchalib. ſedib. uicarios adducere, ꝓpter iam dictã cauſam iudicante: cooperatꝰ eſt intẽtioni gubernati diuinitus imperij noſtri, ſolus infinitæ potẽtiæ rex & princeps pacis, & ut aſpicitis Conſiliũ noſtrũ cõpleuit, & in id ipſum cõuenire atq; concurrere fecit. A ſeniori qdẽ Roma, Epiſcopos duos, & diaconũ ũnũ de definitis ſeptẽ, prudẽtia, intellectu, acuita uenerabili decoratos. Ab Orientæ uerò, Prototroiũ Antiochię ſanctiſsimũ mertropolitã Tyri omni reuerẽtia plenũ. A Hieroſolymorũ autẽ ſancta Dei Eccleſia ſancta uidelicet Sion, de qua exijt qꝰ prophetatus eſt, & noua lex, & diſcretor omniũ Domini ſermo: ſanctiſsimũ Sincellũ, uirũ Apoſtolicũ omni ſapiẽtia diuina & humana refertũ. Igiť cooperatione & gratia Chriſti uniuerſorũ regis, & Dei cuncta tenẽtis, ijs quæ praua uobis omnib. eſſe uidebãtur & aſpera, in uias planas imperatoria diligẽtia & ſtudio noſtro trãslatis; cõmonemus & hortamur omnes uos fratres, ut cum multo põdere & reuerentia cõueniatis, ad ſanctã hãc & uniuerſalẽ Synodum, tanq; ad cõmunẽ & uniuerſis aptã atq; ſine labore medelã, nullã uitioſam motionẽ uel affectũ ferẽtes, nec ad cõtentioſam uoluntatẽ reſpiciẽtes, ſed potiùs uinci benè, q; uincere periculoſè ac iniuſtè ſitientes. Sic enim unuſquiſq; qui uitiatũ interiorẽ patitur hominẽ, ſanitatẽ recipiet, & æternã ſalutẽ percipiet. At uerò ad uos ipſos acclamationẽ imperij noſtri proponimus, quippe qui poteſtatẽ Synodici iudicij diuinitùs accepiſtis. Etenim uos ueritatis eſſe & diuinæ iuſtitiæ (ſecũdũ quòd eſt poſsibile) dilectores & imitatores, nequaq; quidẽ ambigimus. Sed ut & Deo munitũ imperiũ noſtrum, ſecundũ datam ſibi poteſtatis mẽſurã, in Eccleſiaſticis negotijs nihil tacuiſſe pateſcat, eorum quæ debent atq; conueniũt: depoſcimus religionem ueſtrã, ut omnis gratiæ & odij nunc maximè ſuperatrix efficiatur, quin potius impaſsibili beatęq; naturæ ad perſonam non accipiendam, omni robore quantum fieri poteſt aſsimiletur, & neque perſonam potentis per gradum, uel per amicitiam accipiat, neque pauperis miſereatur in iudicio. Sic utique ſecundùm Concilium, utique ac uoluntatem Dei, atque tranquilliſsimi imperij noſtri, pacatiſsima ſubſequetur ordinatio. hęc ibi. Longum foret aliorũ diuorum Imperatorum dulciſluas exhortationes inſerere, quas quiſq; Imperator ſecundum tractandam materiam adaptare ſtudebat, more huius piiſsimi Imperatoris ac aliorum.

Cap. XX.

SOlebant etiam Imperatores cum forte abeſſent, cõmittere locũ tenentib. alloquutionem ad Concilium, & ſuaſiones pro occurrenti materia. Sic legitur in ſeptima actione eiuſdem octaui Concilij: Bahanem patricium & præpoſitũ ad Concilium dixiſſe, Phocio cum ſuis Epiſcopis in Concilio exiſtente. Sanctus Imperator noſter uult facere alloquutionẽ ad iſtos, per me indignũ ſeruum ſuũ. Sanctiſsimi uicarij ſenioris Romæ dixerunt: ſicut iubet imperium eius. Bahanis dixit ad Phocium & Epiſcopos eius, hortatoriè alloquitur uos Imperator homines: dicite unde eſtis, de cœlo eſtis, de abyſſo eſtis, an de terra in qua nos degimus? & oſtendite mihi hac hora quia ſiue hęreſis mota eſt, ſiue ſciſma emerſerit in qualibet parte, et ſenſerit aliquis ex quatuor Patriarchis, imò uerò quinque, qui condemnatione condemnant uos: quid uobis uidetur ad hæc? eſt ne qui adiuuet uos: dicite? quis canon uos adiuuet, & ubi poſuerit Dominus canones in Eccleſiis ſuis, an in alio aliquo loco,

& ubi

http://www.obrascatolicas.com

& ubi Eccleſiæ ſunt hodie, & ubi prædicetur Euangelium? eſt ne alius locus ꝙ quem tenẽt uicarij iſti: dicite? Epiſcopi Phocij dixerunt. Deus cuſtodiat Imperatorem noſtrum. Verbum petiuimus impunitatis, ut diceremus negotia noſtra cum fiducia, & non accepimus: quantum ergo habemus loqui? Bahanis dixit. Sãctus Imperator noſter admonentis affectu ad uos dicit, utiꝙ Deus ideò audiuit deprecationem meam, & adduxit hos ſanctos uiros de finibus mundi, ne quid ſecundum faciem fiat, ſed ex æquo ponatur iudicio iniuſtiſsimum: Dicitis ut accipiatis uerbum ſecuritatis, & tunc quis à me triſtatus uel læſus fuerit, uolo ut dicatis. Ideò ſunt hic uicarij omnium ſedium, ut quidquid habetis in iuſtificationem ueſtram loquamini. Epiſcopi Phocij dixerunt. Scimus imperium ſanctum eius, quia neminem uult contriſtari. Quid uolumus dicere, ſi dixerimus iuſtitias noſtras, non fient. Bahanis dixit: Per Imperatorem noſtrum ſanctum, nihil prohibemini: iubet etenim, uult, & acquieſcit ut loquamini, ſed uidentes iudices conuicia ueſtra, nec audire uos uolunt. Epiſcopi Phocij dixerunt: & nos iudices ipſos non recipimus. Bahanis dixit: & reiecit regula Patriarchas? & irrationabiliter iudicant? Amphilocus Phoci Epiſcopus dixit: irrationabiliſsimè. Bahanis dixit: & tranſcenſu regulæ, & Patriarcharum ſuorũ iudicant? Epiſcopi Phocij dixerunt, extra. Bahanis dixit. Ite ad Patriarchatus & certificamini. Baſilius piiſsimus Imperator & amicus Chriſti dixit: quotquot creditis per omnia, quod à Patriarchatibus uenerint homines iſti cum commendatitijs literis, & non habetis aliquã ambiguitatem, ſuſcipite illos & quæ iudicantur ab ipſis: quotquot autem dubitatis ad hoc, & non habetis eos iuſtos, neꝙ ſecundum uerbum Patriacharum ſuorum agentes, ite ad eos & diſcite ab illis, & adducite etiam ad nos, imò uerò quôd plus certum exiſtit, & diſponemus ita. Epiſcopi Phocij dixerunt: nos iudicium non uidimus, & quomodo habemus ſequi quod nos non uidimus? Bahanis iuſſus ab Imperatore dixit: Sanctus Imperator dicit, ne dicatis fratres, quod uelim uos mittere illuc ut pereat quis ueſtrum. Teſtis eſt Deus, quem miſero illuc in conſpectu totius ſenatus & ſanctæ Synodi, dico, iterum reducam eum huc. Multa talia quæ notanda forent in actis leguntur, iſta ex cauſa, quoniam ſingularia quædam perpetuò notanda continentur, inſerui: ſcilicet quomodo Imperator amodo procurare debet, ut luce clariùs abſqꝙ omni dubitabili actu, geſta Conciliorum peragantur. Adhuc eſt aliud quoddã ſingulare in ipſis geſtis. Legitur dum ſe Epiſcopi Phocij multis argumentis & geſtis defendere uellent, Imperator dixit: quôd allegati per illos ſanati poſtea per Eccleſiã fuerunt: uos autem uſqꝙ ad præſens in peccato ueſtro eſtis, & in ſepulchro nequitiæ iacetis mortui Vnde omnes ſummi ſacerdotes Patriarchæ uos condemnant concorditer. Adeò uerò munitum imperium noſtrum, placidum & benignum eſt, & ueſtri curam gerit & conſulit, ut percipiatis miſericordias, quas deliberauerit ſancta & uniuerſalis Synodus: nam omnes nouimus quòd laici eſtis, & non adduximus uos latrare, & ſine ordine facere uerba, oĩa enim ueſtra mẽdacia ſunt & ſeductio. Phocij Epiſcopi dixerunt: hoc nec diabolꝰ auſus eſt dicere, ac ſi dicerẽt nos eſſe laicos. Imperator autem ideò eos laicos dixit, quia à Phocio qui non fuit Epiſcopus ordinati fuerunt, & Epiſcopi uolebant defendere Phocium & ſeipſos. Et quia quidam Eulanpius de Phocianis Epiſcopis ad uerba uenit cum Imperatore: uicarij Apoſtolicæ ſedis dixerunt, Eulampium ab Apoſtolica ſede damnatum & excommunicatum, & ideò uerba Imperator cum eo facere non deberet. Tunc dixit Baſilius. Ego crebro & multum rogaui ne perirent, & ideò uocaui eos huc, ſi nolũt cõcurrere ad Eccleſiam, quidquid iudicauerint Patriarchæ etiam ſi noluerint confirmabunt. Nemo enim poteſt datam eis poteſtatem à Chriſto Deo & ſaluatore noſtro, reprobare. Ecce quanta pietas & cura in Imperatore eſſe debet, & demum fides & conſtantia in definitis Synodicis.

Cap.

Cap. XXI.

DEbet etiam ipſe Imperator præmonitiones pro tractandis negotijs Concilio aperire, & ſi qua ſibi ſtatuẽda uidentur, quæ ad Synodũ ſpectãt indicare, & inſtare ut ſtatuantur. Vnde Martianus Imperator, in Concilio Chalcedonenſi ad Synodum dixit: Sunt quædam certa capitula, quæ honorum reſpectu ueſtrę reſeruauimus ſanctitati: congruũ rati regulariter uobis iſta Synodali diſponi conſilio potius, quàm noſtri legibus ſtatui. Et iubente ſacratiſsimo & piiſsimo principe, Beronicianus uir deuotiſsimus, ſecretarius diuini cõſiſtorij, capitula ita relegit, & fuit primum capitulum. Monachos qui per ſingulas ciuitates ſunt atqꝙ pro uincias, ſubiici Epiſcopo & quietem amplecti, & attendere ſolo ieiunio & orationi. Et hoc idem legitur per Henricum & Carolum reges, ſimul cum certis Epiſcopis Cõfluentiæ diœceſis Treuerenſis in Concilio exiſtentes, de monachis ſtatutum. Secundum fuit. Quòd clerici non deberent ſe curis mundanarum rerum ſubiicere, poſſeſsiones conducere, & procuratores fieri. Tertium capitulum. Quod clerici in uno titulo permanere debent, & ibi miniſtrare ubi ab initio deputati ſunt. Iſta capitula fuerunt laudata à ſancta Synodo, recepta & decretata: licet proh dolor hodie non ſeruentur. Sic Imperatores Theodoſius & Valentinianus, ad Epheſinum Concilium de Iba Epiſcopo ſcripſiſſe leguntur. Imperatores Cęſares Theodoſius & Valẽtinianus, uictores actriumphatores ſemper colendi Auguſti: ſanctę Synodo Epheſinæ. Plurimæ relationes ab Ediſſenorum ciuitate Oſdroenæ prouinciæ, cũ monumentis quæ ibi ſunt habita, huc directæ ſunt: in quibus infertur depoſitio plurimorum reuerendiſsimorum clericorum, & religioſiſsimorum Archimandritum, & eorum qui in dignitatibus conſtituti ſunt: & ferè uniuerſi eiuſdem ciuitatis populi, teſtimonium perhibent contra Ibam Ediſſenæ urbis Epiſcopum, de multa impietate atque blaſphemia. Quia igitur tale ſcelus per ueſtram corrigi conſequens eſt ſanctitatem (tantorum enim teſtimonium diſcindere ſanctum non eſt) dignetur igitur ſanctitas ueſtra teſtimonia & geſta legere, ipſum amouere, & alterum religioſum ibidem cõſtituere. Si enim maiorum præpoſiti urbium orthodoxi fuerint, neceſſariò & reliqui eorum magiſteria ſequentur. Talia & conſimilia ſecundùm temporis opportunitatem, ſoliti fuere præhortamenta dare ſacri Imperatores, quòd cedat noſtro glorioſiſsimo Sigiſmundo & eius ſucceſſoribus in exemplum.

Capitula ab imperatore propoſita in Calcedonenſi concilio primum.

Secundum.

Tertium.

Theodo. & Valen. imperatorum reſcripta.

Cap. XXII.

VLtimò quô hanc materiam ſcire debet imperialis celſitudo, quòd ſtatuta & definita per ſacra Concilia, omnimodo curare debet ut ſeruentur, etiam per leges pœnas non ſeruantibus infligendas. Vnde cũ inquiſitione decenti debet in ſacro Concilio inquirere, an communi Concilio & conſenſu definita ſint ea quæ publicãtur ſuæ maeſtati. Piiſsimus enim Martianus, lecta ſibi in Chalcedona quæ in ſymbolum redacta fuit, interrogauit: ſi omnium conſenſu religioſorum Epiſcorum firmarentur lecta? & habito reſponſo per Synodũ quòd ſic, quæ magnas etiam laudes dixit imperatori: ipſe Imperator legem apposuit hic dicendo. Pia & catholica fides pro patrum traditionibus à ſancta eſt Synodo demonſtrata, iuſtũ pariter atqꝙ utile noſtra probauit eſſe tranquillitas, omnem in poſterum contentionis materiam de ſyncera religione prorſus auferre. Si quis igitur aut priuatus, aut militaris adhærẽs ſtipendijs, ſiue clero ſociatus, publicam de fide contentionem faciat, ſeu uulgi perturbationem concitet: ſciat quòd qui priuati conditione notatus eſt, à ſacratiſsima urbe pelletur, militans uerò de ſua militia, & clericus de ſuo gradu periclitabuntur, etiam aliꝭ ſubdendi ſupplicijs. Sancta Synodus acclamauit, multos annos principi Chriſtiano, principem te per multos annos optamus, Similia adducere poſſem de multis geſtis Conciliorum. Sed piiſsimi Baſilij dictum quoniam notatu dignum, ſententioſum, & memoria digniſsimum, non potui non inſerere: ita enim legitur in concluſione Concilij octaui. Baſilius piiſsimus & Chriſto amabilis Imperator, ad Synodum dixit.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. XXIII.

Basilij in concilio percratio.

MVltam quidam uexationem & laborem, & uestra diuinitus collecta pertulit sanctitas, singulis uobis hincinde confluentibus ad fœliciſsimam urbem noſtram, cauſa Eccleſiaſticæ ordinationis & conſtitutionis: pro qua etiam diuturnam in ea moram ſuſtinuiſtis, & propter quam multi & ſenectutem contempſiſtis, & corporalem infirmitatem paruipendiſtis, & fortes facti eorum quæ requiei non congruunt toleraſtis, & diuturnam ſeparationem ſpiritualium filiorũ ueſtrorũ magnanimiter pertuliſtis. Sed ecce dolorũ & laborũ ueſtrorũ uidetis quàm ſit finis ſuauis, & Eccleſiæ Dei proficuus. Nam communis concurſus, & in ſpiritu ſancto magnæ huius & uniuerſalis Synodi conſenſus, omne ſcandalum & offendiculum è medio remouit Eccleſiæ, huiuſque multi temporis procellas compeſcuit, & ad lympidam tranquillitatem traduxit. Gratias ergo agimus Domino patres uenerabiles, de omnibus bonis, quæ nobis à Deo conceſſa ſunt, & admittimus zelum ueſtrum qui ſecundum Deum eſt: & optamus à munificentia magni Dei & rege uniuerſitatis, opulentam uobis retribui mercedem, dolores ueſtros & labores reconpenſantem, pro quibus & trãquillitas noſtra feſtinabit reficere ac animare uos, & omne deſiderium ueſtrum implere. In omni autem audẽtia expreſſa fateri, & hoc iuſtum putauimus pro communi omnium noſtrorũ munimine, & ſanctæ Dei Eccleſiæ perſeuerandi tranquillitate, propter eos qui communi inuident fœlicitati: & uulnerantur quidam ſagitta ſerpentis ſuper Eccleſiſtica ordinatione, congratulantur autem huius commotioni & æſtui, atq; delitias exiſtimant, ſi uiderint eam in tempeſtate fluctuantem. Talibus ergo expreſſe hodie dicimus, quiſquis habet aliquid aduerſus hanc ſanctam & uniuerſalem Synodum dicendum, uel contra huius canones aut terminum, ſtet in medio & quæ ſibi uidẽtur edicat, ſiue Epiſcopus ſit, ſiue quiſquam de Eccleſiaſtico clero, ſiue laicus, aut exijs qui ciuilib. officijs mancipatur exiſtat: cũquàm nõ ſit datum iſtis ſecundũ canonem dicendi quidquã penitus de Eccleſiaſticis cauſis, opus enim hoc pontificũ & ſacerdotum eſt: ſed exabundãti omne os iniquũ, obſtruere uolentes, licentiã pſtamus omnib. ut q in mente habet q ambiguũ, de ijs q decreta ſunt ab hac ſancta Synodo, hoc in mediũ exhibeat, & ſuſcipiat ſatisfactaiõis ſalubre remediũ nõ modicũ certamẽ certauim9, neq; labori cuilibet ceſsimus (ut & ipſi nobiſcum noſtis) ad congregandũ eos, qui à Roma & ab Orientis Patriarchalib ſedib. conuenerũt, quos conducere multi quidẽ & ante nos conati ſunt, ſed nullo modo ualuerunt. Non modicam uexationem & contritionem etiã Deo amãtiſsimi ſummi ſacerdotes ſuſtinuerũt, à longè cõcurrẽtes ad ſanctæ huiꝰ Synodi tractatũ. Qui ergo habet quid dicendũ dicat, dũ hæc celebrat. Nã ſoluta, ſancta & uniuerſali Synodo qui apparuerit Eccleſiæ Dei cõtradicẽs aut nõ cõmunicãs ei, ſiue Epiſcopus ſit, ſi ueabſolutè ſacerdos, ſiue dignitate aliqua præditus, uel aliter cõuerſatus: uenia ab imperio noſtro minimè conſequetur, ſed iuſtè condẽnabitur, & à ciuitate noſtra pelletur, ut corruptor & peſtilens, & mẽbrum putridum & inutile, & cõmune corpus Eccleſiæ uiolãs. Vos aũtem amatores uirtutum, Deo amiciſsimi ſummi ſacerdotes, qui Epali decoramini dono, Singuli commonete proprium gregẽ & ad ſalutem ducere ne pigritemini: demonſtrantes quantum multum ſit, eos Eccleſia Dei manẽte in trãquilitate, ab illa diſſilire, & cõtra eos q præſunt animab. ſuis inſanire, & à diuinis myſterijs ꝓpter irrationabiles et uiles occaſiones ſeſe coercere. Et quidẽ ſubiectũ uobis gregem, ꝑ unũquẽq; diem Dominicũ uerbis doctrinę cõfirmantes, ad diuinarũ uolũtatum dirigite perfectionẽ. Eos uerò q errore hæreſeos cuiuſquã detinẽtur, tanq; paſtores boni conuertite. Nouerit enim uirtutib. plena perfectio ueſtra, quia ſi notũ fuerit uobis hæreſis quęcũq; in ꝓuincia cuiuſq; ueſtrũ latitãs, nõ per aſsiduã doctrinã radicitùs euellatur, & omnes ad ortho doxã fidẽ manudicant canonicè: huiuſmodi Epiſcopus à proprio Patriarcha condẽnabitur. Et ſacris quidẽ doctrinis atq; ab abominationibus alienis, taliter ſacratiſsimus grex ueſtrum per paſcua ſalutaria, paſcatur. Ipſi autem in alterutrum pacifici eſtote, & Eccleſiæ uinculum in diſruptum conſeruate, in quo laboraſtis & concordaſtis. Quodq; uerbo & manu in præſenti ſancta & uelirum

uniuerſali Synodo confirmaſtis, ne per contentionem & pertinaciam mutuam, diſruptionem rurſus communis Eccleſiæ corporis faciatis, & non habeatis ueniam in die iuſtiſsimæ retributionis: ſed amicitia ueſtra & conſenſus, ſit ad ordinationem totius orbis diſtrictiſsima norma. Vnde uos contemplantur ſubditi quemadmodum prætores ad principalia, & ad uitam ueſtram & mores ſeu conuerſationem moderari probantur. Sed & qui in clero deputati eſtis Eccleſiæ Dei, eandem conſeruate, conſtitutionem & alternam concordiam in nullo declinantes, uel præter quæ ſancita ſunt ſpiritu ſancto ab hac magna & uniuerſali Synodo prædicantes. Nam & ipſi in omnibus conueniſtis, & Sole clariùs ueritatem reſplendere uidiſtis, in quam & conſenſiſtis, & concordantes apparuiſtis. De uobis autem laicis, tam qui in dignitatibus quam qui abſolutè conuerſamini, quod amplius dicam nõ habeo, quam quod nullo modo uobis licet de eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neq; penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & uniuerſali Synodo aduerſari. Hæc enim inueſtigare & querere, Patriarcharum, Pontificum, & ſacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi & ligandi poteſtatem habent, qui eccleſiaſticas & cœleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum, qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari uel à ligamento ſolui egemus. Quantæcunq; enim religionis & ſapientiæ laicus exiſtat, uel etiã ſi uniuerſa uirtute interiùs polleat, donec laicus eſt, ouis uocari non deſinet. Rurſus Epiſcopus quanta cunq; ſit irreuerentia plenus, & nudus omni uirtute, donec antiſtes eſt, & ueritatis uerbum rectè prædicauerit: paſtoris uocationis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ouium conſtitutis paſtores uerborum ſubtilitatem diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt quærendi & ambiendi habent. Oportet nos ergo cum timore et fide ſyncera hos audire, & facies eorum uereri: cum ſint miniſtri Domini omnipotentis, & huius formam poſſideant, & nihil amplius quam ea quæ noſtri ordinis ſunt requirere. Nunc autem (ut uidemus) adeò multos malitia in inſaniam accendit, ut obliuiſcentes proprij ordinis, & quod pedes ſint minimè cogitantes, legem ponere uelint oculis non ut natura ſe habet, ſicut ipſi cupiunt, & ſinguli ad accuſandum quidem maiores ſemper exiſtunt promptiſsimi, ad corrigendum autem ea in quibus accuſantur & criminantur pigerrimi. Et moneo & exhortor omnes qui tales ſunt, ut maledictum & alternum odium auertentes, & iudicare iudices deſinentes attendant ſibi, & ſecundum diuinam uoluntatem conuerſari conteridant. Nam non quieſcit ſupernum iudicium, ſed contra diffidentes diuinus furor ſtillabit, & iuſtam ultionem opere cunctis oſtendet. Oramus autem ſuper omnia ſanctum Dominum omnes melioratos, & ſecundum beneplacentem ei uoluntatem clareſcentes, non ſolùm à diuina ira intentatos manſuros, ſed & æterna bona conſecuturos, rationibus & interceſſionibus ſanctiſſimæ dominæ noſtrę Dei genitricis, & omniũ ſanctorum, & precibus & obſecrationibus ſanctæ huius & uniuerſalis Synodi. Amen. Et poſt lectionem Baſilius amicus Chriſti, & magnus Imperator dixit: dicat nunc quiſcunq; uoluerit ex ſedentibus in hac ſancta & uniuerſali Synodo, in quo iſtorum hęſitet uel ambigat, quę nũc lecta ſunt. Sancta Synodus exclamauit, omnibus placent quæ lecta ſunt: omnes eiſdem ipſis concordamus: omnes libenter ſubſcribimus. Ecce formam pĩſsimi Baſilij quam noſter omni clementia refertus alter Baſilius, quiſq; catholicus Imperator acceptet, ut ſic præcedenti clara præuia cognitione, approbationum ore & manu omnium, qui Synodo interſunt: ſubiungat approbatorium & cõfirmatorium ſigillum, cum ſanctione pœnali & coercentia, & dicta ſeruentur & uenerentur. Debet etiam ipſe communis omnium pater cũctos admonere etiam ſacerdotes, ut quiſq; officio ſatisfaciat. & altiſſimo uota perſoluat: & maximè ad hoc attendere, ut per proprios ueros, & non mercenarios paſtores grex et Chriſti membra ſalubriter paſcantur. Et maximæ debet omnibus paternam curam adhibere, et per pietatis uiam oberrantes ad uiam iuſtã reducere, omnibus poſsibilibus modis. Homo enim animal eſt nobile, quod potius uult duci quã trahi, et omne ferox animal, placat amica manus. Vnde ut hanc ſolertiam per exemplum dulciſſimi Baſilij oſtendamus, ἐπαναγνωſικὸν ſer-

Laicus ſemper ouis nõ paſtor.

http://www.obrascatolicas.com

monem,quam in ipſa Synodo ad ipſos Epiſcopos, cum inuaſore ſedis Conſtantinopolitanæ,ſchiſma facientes,qui plenus omni ſuauitate & doctrina exiſtit, ſub iungamus.

Exactione ſexta octaui uniuerſalis Concilij epanagnoſticum in diſſenſione ſciſmaticorum. Cap. XIIII.

Epanagnoſticon.

MVltæ quidem communes paſſiones ſunt,quas præcedentibus diebus audiens & intuens à Deo prouectum imperium noſtrum,lugere & contriſtari operæpretium duxit-Præcipuum autem malum,& calamitatum arx eſt Eccleſiæ tempeſtas,maligna aſpirantis aduerſus eam diaboli turbatio, pacis expulſio,& ueteris ordinis diſſolutio,auſus irruẽdi iunioris in ſeniorem, & inhonorati aduerſus honorabilem,ac omnimodo ſubuerſio ſtatus eccleſiaſtici: apud exteriores quidem in Concilijs iuſtitia conuerſante,apud Eccleſiam iniuſtitia fiducialiter agente,Amor principatus,ac amor priuatus,atq; nullius ſeueritatis propter hæc reputatio,nec nõ contra ſpiritualẽ patrẽ rabies & inſania.Hæc ſunt quę meam obtinebant & turbabant animam,& tanquam nubes craſſa obtenebrabant animũ, ac oculos cogebant fontes mihi lachrymarum largiri,& diuinitatem in auxilium & ſolutionem exiſtentis mœroris inuocabam.Et opus erat mihi ac cogitatio, ſi fortẽ poſſem in primis de eccleſiaſtica curam gerere unitate:quod & factum eſt,& in effectum deuenit,quemadmodum & uos omnes noſtis,quotquot ad ſacrum hoc conueniſtis collegium. Aliud enim imperij quod ſub me eſt dimittens, ad id ſolum in exordijs acceleraui:& ſecundum utriuſquæ diſſidentium partis petitionem,& priſcam eccleſiaſticam traditionem,perſpiciendi cauſa etiam iudices eorum,quæ in Eccleſia noſtra geſta ſunt,ex reliquis Patriarchalibus thronis collegi,rẽ perficiens cooperatione ſancti ſpiritus, quam multi quidem ante nos imperantium uidere deſiderauerunt,ex æquo autem omnes minimè conſequuti ſunt:Et quotquot pertinent ad eccleſiaſticam unitatem,ac ordinationem,omnia à me ſolerter peracta ſunt, quum in nullo penitus imperiali manu ac potentia (ut quidam) paruum uel magnum effecerim.Neq; enim ut ſacratiſſimns Patriarcha ad proprium regrederetur thronum imperij mei,opus uel excogitatio facta eſt:ſed multum ante ſanctiſsimus & beatiſſimus Papa Nicolaus,quæ circa illum erant certiſſimè diſcens,Synodicè decreuit reddi ei ius proprij throni,et anathema cum tota ſancta Romanorum Eccleſia pronunciauit,contra reſiſtens huiuſmodi decreto atq; ſententiæ.Hoc autem nos olim ſcientes,& pauentes iudicium anathematis promulgari obſecundare Synodico iudicio Romanæ Eccleſiæ neceſſarium duximus:& huius rei gratia reddidimus ei proprium thronum.Verum non modo Romanæ,ſed ad Orientem Solem ſitarum ſedium prouidentia meliori uicarij peruenerunt,nihil deinceps uel impedire,uel aduerſari,aut fauere utriq; parti iuſtiſſimo imperio noſtro conſenſuro. Cuius rei gratia in nullo Synodico iudicio inueniri uoluit,multorum garrulitates recidens,ne quis dixerit quod imperialis manus, & gladij, & protectores, ac mundanus potentatus, Concilium ſubadulterauerit.Vnum ſolum nobis deſiderium & ad præfatos iudices poſtq; illos uidimus ſupplicatio fuit,ne quenquam permitterent deperire,uel ab Eccleſia Dei quenq;(ſi fieri poſſet)proijci.Hoc ſolum eſt noſtrum,ſi uoluerit quis nominare crimina:alia uero omnia,canonibus & his quibus imperium Synodi creditum eſt,tradidimus,multum pro præſenti iudicio conturantes & condemnantes, id eſt condemnationem imprecantes,nil ad gratiam uel per odium decernendum.Humanè autem magis circa eos qui ceciderant affectandum,quos non propriè tantum ſed & communiter hodie omnibus uidẽtibus deprecamur, manum ijs qui compaſſione opus habent porrigere,& unam Eccleſiam celebrantium feſtiuitate,perficere. Ita patres ſpirituales & ueritatis defenſores,qui figurati ſecundum chriſma Aaron, & ſecundum zelum Phinees,ac ſecundum iudiciũ Salomonis, requirite ouem quæ perierat,conuertite quæ errauerat, ſuper humerum tollite ſolitariam,& compaſſionis uinculis alligate.Quæ ulcerata eſt emplaſtro condeſcenſionis ſanate, quæ extranea & abiecta eſt à ſpirituali mandra, nonagintanouem ouibus diſpenſationis more

more cõiungite.Relinquite memoriã ſempiternam poſterioribus generationibus, compaſſionis ueſtræ ad imitationem Chriſti . Et uos quoque qui curatione indigetis,ac medela opus habetis,pretioſa membra Chriſti,& ſi neſcio quomodo à malo dæmone detenti,eſtis ſeparati à capite.Vitis uera quæ propter contentionem importunam,imò uerò in iuſtam,in amaritudinẽ cõuerſa es:amici & proximi noſtri, & ſi propter odium irreuocabile ex aduerſo appropinquantes & ſtantes ac ueritatem reſpuentes,ſuſcipite admonitionis ſermonem:nõ autem confundor dicere etiã deprecationes,in id enim nos adduxit miſericordia quam circa nos habemus.Scrutamini intima conſcientiæ ueſtræ,& inuenietis malè uos ab Eccleſia eſſe diſiunctos Nouiſſima hora eſt,& iudex preforibus eſt fratres,ne præoccupemur ab eius Eccleſia ſequeſtrati, & longè ab eius gloria proijciamur.Nihil turpe ducamus paſſionem manifeſtare,& uulnus oſtendere,ac locũ pœnitentię & medicinæ requirere,atq; intra atrium ſaluantium fieri,ne confuſionem obedientiam arbitrando, confuſionis æternæ ſumamus experimentũ. Qualis autem eſt confuſio fratres; procidere Deo & ueniam expetere? Deo enim procidunt,qui Eccleſiæ & ſpiritualibus iſtis patribus procidunt.Cõfuſio quidẽ reuera eſt & maximus pudor,imò uerò in Deũ dimicatio,nolle unumquenq; propriũ confiteri peccatum,& humiliari propter Chriſtũ; ac lucrari & ſe & multos. Si aute omnino hoc confuſionem arbitramini,ego cui imperij ſuppoſita eſt corona,forma uobis efficiar huius optimæ humilitatis. Ego qui imperitus & inſipiens ſum,bonum initium erò uobis,qui ſapientes eſtis & ſcientia clari.Ego qui in peccatis uolutatus ſum,primus uobis typus fiam, qui mundi eſtis & uirtuti operam datis.Ego primus memet ſuper pauimentum proijcio, purpuram & diadema paruipendens.Aſcendite ad genas meas,& per oculos meos incedite: nec reputetis magnum,Imperatoris calcare ſcapulas,neq; uereamini pedibus tangere uerticem,cui ſuper imponitur à Deo donata corona. Omnia pati promptum habeo, & agere promptiùs,quæ uobis quidem confuſionem,mihi autem gloriam & maximam claritatem conferre uidentur.Neq; enim in hoc curã gero gloriæ meę, tantum ut uideam communem unitatem,& unam Eccleſiam feſtiuitatem celebrantium,tantum ne animę detrimentum patiar,& gaudeat ſuper me ille omnium inimicus diabolus,captiuum ſumens quòd mihi deſiderandum eſt:tantum ſpei meę lampas inſperatè non extinguatur,per quam feſtinabã communi illuſtrari lætitia, ſimul & gaudio. Neſcio quid erat ſatagendũ & efficiendũ,& non feci uel quos proponẽ dos admonitionis & deprecationis ſermones,& nõ propoſui,uos ergo uidebitis,innocẽs enim ſum ,à perditione ueſtra.Si uerò & ad magnũ & horrendũ illud iudiciũ futurę diei nos remittitis,quaſi pro nobis rationẽ daturos,noſcite quia bene noui q; nullus uobis iuſtitiæ ſermo,ſiue hic adeſt,ſiue illic aderit,niſi quãtũ in hac cõtroverſia inuentũ extiterit.Verũ ſi uultis & ante illud iudiciũ cõſcientiæ ueſtræ interrogare iudiciũ,diſcetis nihil amplius,q; quod ab imperio noſtro dicit. Deponite igitur cõtentionẽ fratres,& reſumite amorẽ fraternitatis:fugite diſſẽſionẽ, et unitatẽ amplectimini,odiũ auertite,& dilectionem in ſinũ recipite:ſtate cũ ꝓbabilib.& capite cõpingimini,recipite per parẽtiã diuinæ cõmunionis gratiã,,& nihil ob ſæcularia ſitis ſolliciti.Sunt enim apud compatientiſſimum imperiũ ſuſceptionum modi diuerſi,per quos uos conſolabimur & inceſſanter,quæ ſecundũ ſæculum uobis opportuna fuerint,faciemus.Rurſuſq; multimodè decertabimus obſecrãtes rogantes,& omne ingeniũ mouentes ad ſpirituales patres ueſtros & Patriarchas ut diſpẽſent quod eorum quę inſunt animo ueſtro quædam, tantũ ne temere contra ſalutem ueſtram agatis.Non enim eſt tempus ad pœnitentiam & receptionem præſenti acceptiùs: quinamq; hodie ligare & ſoluere Eccleſiæ negocia poſſunt,præſto ſunt. Dimittite importunè tempus explorare,& rerũ immutationem expectare,quę etſi fiat aliquãdo nihil uobis conferet:etenim etſi alia tempus immutauerit: hoc commouere non poterit.Nã ſi actio unius uiri ueſtri nil rationabile habentis,cum tota erronea eſſet, tantum æſtum operata eſt,ut huic uix ac difficile diſſoluere queuerimus actionem: dic mihi,& iudicium quatuor Patriarchalium ſedium quis diſſoluere poterit? ad

http://www.obrascatolicas.com

quem enim fugetis, solutionē obligamenti petentes? ad Ro. præsulem? sed fine tenus uos condemnauit. Ad Antiochenū? sed consentaneus Romano & consonus factus est. Ad Hierosolymitanum uel Alexandrinum? sed & illi uestræ damnationi consentiunt. Ac si & thronum, aliquando Constantinopolitanum, ille qui cūcta uolat uobis commisceat, & per uosmetipsos conuenire uolueritis: qui uos sequetur? uel quomodo aperire oculos, & aspicere quēpiam poteritis, impugnati ab omnibus sacerdotibus ac Patriarchalibus sedibus? Ne ergo fratres ipsi uos decipientes, tempus salutis uestræ perdatis (neq; enim tale inuenietis aliquando) sed importunas contentiones & obstinationes deserētes, communi medelæ occurrite, & medicinæ remedium sumite, ac adhęrete spirituali capiti nostro, & Ecclesiæ Dei cōmunicatores estote, ut & crimine exuamini, & Deum propitium habeatis, ac etiam lętificetis, imperiumq; nostrum exaltate, ac spiritualiter festiuitatē celebrare faciatis, atq; Rem pub. uniuersam gaudio maximo & tripudio repleatis, nec non & in communi omnes benedicamus pariter Domino gloriæ nostræ, ac principi pacis, & auctori disper sa congreganti & benè coaptanti, intercessionibus sanctissimæ dominæ nostræ Dei genetricis, Deum uidentium angelorum & omnium sanctorum Amen. Post lectionem uero ascendens Theodorus à secretis uicariorum senioris Romæ, legit. Ecce quomodo suauissimus & Christianissimus Imperator diuinitùs sibi concesso imperio, non uult perire unam ouem à Christo sibi ad custodiam creditā: transferens omne exilium, omnem tribulationem, & omnem angustiam in admonitionem & precem. Ecce qua humanitate uti debet Imperator, & cum diligentia curare debet, ne perdat etiam unam sibi creditā ouem. Vtere ô successor Basilij Sigismunde pijssime, tua cōnata clementia, & huius iam lecti formam, tuo prædulci eloquio (ut soles) applica. Attrahe itaq; prece ac omni humanitate eos qui exciderunt à salutis uia, maxime inclyti regni tui Bohemiæ incolas, & tibi seruiet ἐπαναγνώστικον istud de uerbo ad uerbū per omnia pōdera. Quāto studio prisci sancti Imperatores fidei orthodoxę augmentū maxima cura præstiterunt, non sit tua minor in conseruādis dudum Ecclesiæ incorporatis: fiant possibilia omnia, per pietatis & clementię uias. Dū hoc Christus Ecclesiæ sponsus uiderit, dabit sine dubio charitatiuæ imprecationi mirandum effectum. Dum enim ea quæ ipsa humilitas deposcit ordinatè fiunt, uictoria bellica nunq; deficiet. Non poterunt pertinaces, elati, diabolici, armatis Christi charitate ac humilitate, & eius solùm honorem quærentibus, obesse. Age Christianissime princeps, ut medio huius sacri Concilij, per tua dulcissima placatoria suasa, crudelis feritas eorum mansuescat. Et tunc (etsi non poterit spiritus Domini repente infundi trahabiles effecti, dietim ex quotidiana communione ipsorum & Christi fideliū reuertentur ad cor, & demum uidebunt se stultos in eò, quod proprię prudentiæ inniten tes, se contra communem catholicorum sententiam superbè erexerunt. Oportet aūt hanc rem maxima diligentia & indefessè infinitis medijs tractare, ut demū uincatur ille nefandus sathan, qui possessa aliquamdiu ipsorū corda, nō facile deserit. Habes tu princeps supernum admirandumq; donum, instar tui typum gerentis Basilij, ut scissmata quæq; ad unitatē, nō sine profundissima prudentia, & fatigationibus tędiosquæ multis, reducas. Hoc Constantiæ, dū in pontificibus Romanis contentio scismatica inoleuit, egit tua regalis sapientia, quòd Basilius in Patriarchis Constātinopolitanis Phoco & Ignatio aduersarijs. Cōstantinopolitana octaua Synodo egit. Hoc insuper in hoc sacratissimo Basilienſi Concilio studuisti, nō absq; grauissimis laboribus ad unitatē reducere inter mēbra Ecclesiæ, & caput nostrū Eugeniū Rom. sanctissimū Papam: quòd ipse Basilius inter se Ignatio in Concilio alio Cōstantinopolitano opponētes, subiectos Episcopos porsecit. Nūc restat, ut alios qui superstūt in regno tuo Bohemię inclyto et florenti, paucis ante hoc annis per reductionē perficias, qđ idē ipse Basilius de ipsis iconomachis, & imagines Christi & sanctorū destruentibus & earum uenerationē damnātibus, quorū multi bohemi sectatores existunt, laudabiliter adimpleuit. Non absq; diuina ordinatione, hoc tempore Ecclesiæ tēpestati multum illi tempori dum Basilius imperio prędest equalis, pro salute præfectus

Exhortatur Sigismundum.

fectus es: ut tu eiusdem uestigia insequens idem quod ipse Deo inspirante perageres. Sed uacua est exhortatio currenti ut currat: multo plus te natura sagax ac religiosus cultus, ad hæc sancta opera sollicitat, quam extranea quæcunq; etiam eruditissima suasio. Ideò non amplius fatigandus es uerbis Imperator optimè ut operi uaces.

Cap. XXV.

ESset hoc loco latè tractandum iuxta præmissa de imperiali Concilio, in quo imperialia illa quæ ad regimen bonum Reipu. spectant, maturo, digesto Cōcilio, ex omni elicito consensu, in leges redigi deberent. Sed quia uniuersalis Synodus sacerdotum, se propriè ad modū huius habet, cuius iam superiùs & qualitatum suarum omniū descriptionē præmisimus, ideò facile nos expediemus. *Concilium imperiale.*

Scimus Imperatorem caput & primum omniū, apud quem est imperialis iussio, de cōgregandis subditis, regibus, et principibus, si uerò qui ut membra ad ipsum caput concurrere habent, in hoc uniuersali imperiali Concilio sunt principales præsides prouinciarum, suas prouincias repręsentantes, ac etiam uniuersitatum magnarum rectores & magistri, & illi qui è senatorio gradu, qui sacer conuentus appellatur, existunt. Quoniam uel illustres qui primi ad latus principis, & pars corporis eius sūt. 6. q. 1. uer. si quis. uel spectabiles qui medij, uel clarissimi qui infimi: ultra quos gradus, inter senatorum certum nullus inueniebatur. 2. q. 6. anteriorum. uer. illud etiam. de quorum officijs per ordinem in libro digestorum. Primi ordines sunt Reges & electores imperij ac patricij. Secundi sunt Duces, præsides, præfecti & huiusmodi. Tertij Marchiones & Lantgrauij, & similes. Omnes illi qui cæteris eminent, & imperio plus approximātur, corpus imperiale cuius caput est ipse Cæsar, constituunt. Et dum simul conueniunt in uno compendio, repræsentatiuo, totum imperium collectum est: ut hoc probat. l. in. parag si quis cū militibus. 6. q. 1. canonizata. ut habetur ad. l. iul. maie. C. l. quisquis, & tex. octaui Concilij positus supra in. 17. cap. ubi dicit, quum principes pro suis causis frequenter conuentus agant. Et quia per consessum, uniuersalia decreta oportet pro salute imperij tractare: ac etiā in eum finem, ut lex generalis nō obsit parti imperij, ut de hoc uera notitia habeatur: præfati protoprinceps, & cæteri fidelissimi iurati conuenientes singula ad consultandū tempori & loco opportuno, ex scientia clara poterunt cunctis manifestarē, & tunc sic digesto Concilio, cōclusa summa custodia recipiētur. Reperi ego in libris antiquis, quædam imperialia concilia uniuersalia celebrata, in quibus se princeps post Imperatorē propriā manu, perpetua firmitate subscripsere, ad modū ut in ecclesiasticis Synodis fieri solitū est. Concilīū etiam Dagoberti regis. Coloniæ cum. 24. principibus habitum legi, in quo multa necessaria & pro conseruāda iustitia & pace optima, dictata omniū consensu fuēre. Leges etiā Caroli Magni. quæ cōsultu fidelium statuebantur, ut probat tex. 11. q. 1. quicunq; uer. uolumus. & Hildeberti ac aliorū uniuersale illud Concilīū examinauit, coadūnauit, & iuxta opportunitatem correxit & addidit: dās distinctis Imperij nostri locis distinctas obseruationes. Alemannis quidem alias q; Baiouarijs, quos hodie Bauaros nominamus: Riboarijs, etiam Burgundionibus & Lōgobardis alias: & alias edidit leges (quas salicas dixit) pro Saxonum & illarum regionum populis. Has ego uidi seriatim omnes collectas, & expertus sum multas de illis, & maximè potiores in uulgari usu, ex antiqua introductione cum suis formis, maximè in iudicijs ruralibus, potiùs q; in oppidis & ciuitatibus, propter forte superuenientia statuta municipalia, haberi. Talia Concilia qui cōuentus nuncupant, omni anno aut bis aut semel, lego antiquos Reges pro bono publicō celebrasse, in diuersis imperij ciuitatibus, & in illis punitiones strictissimæ factæ sunt, in turbātes pacem & leges publicas, & maximè in periuris & fidem non seruantibus. Et timore horum conuentuum, ad quos ex iuramento imperij prestito uocati uenire tenebantur, diffidationes particulares, rapine, & incendia non committebantur. Nullus illud iudicium illius cœtus, aut uitare aut recusare potuit, & sententias ibi latas, Imperator cum cœtu, militari manu in non obedientes exequutioni demandauit. Substātialia membra illius Concilij nominantur: siue illi sint Episcopi, siue laici, siue abbates:

Dagoberti concilium.

Lex salica.

Vtilitas conciliorum principalium.

http://www.obrascatolicas.com

tes: Alij uerò de hoc Concilio, niſi uocati particulariter non fuêre. In fine cuius libet conuentus rebus expeditis, alteri futuræ congregationi tempus & locus præfigeba tur: erat nihilominus ſemper in Imperatoris poteſtate, locum & tempus præuenire occurrentibus cauſis. Nulla unquam ordinatio melior et utilior uniuerſæ profuit Ec cleſiæ, non hominibus ſub imperio tantum degentibus. Confluebant Romani pontificis legati pro cauſis Eccleſiæ aliorum regum pro ſui regni arduis negocijs inſtantibus, & ſalutari Concilio cunctis neceſſitatibus publicis ſuccurrebatur. Credo nullam rem regimini publico plus utilitatis afferre poſſe, quam introductionem illius ſanctæ obſeruationis. Et quòd communi concilio ſit dictanda pro ſumma firmitate ſubſcriberent, aut ſignarentur aliqua cruce, manu propria cùiuſcunq; qui intereſſet, ut fieri ſolitum fuit: hac lege, ut ſi quis unq; contra legem manu propria ſubſcriptam aut ſignatam, temerè uenire tentauerit, â fama cadat, & quòd omni honore tanquam in ſeipſum & propriam fidem mendaciſſimus, eoipſo priuatus exiſtat. Hæc fuit antiquorum obſeruatio, quæ in illis patere poterit, qua geſta regum & Imperatorum, ac præfata ſtatuta eorum in conuentibus, abſq; tædio perluſtrauerint. Non inſiſto de illius conuentus ordinatione ad longum dicendo, eſt enim quò ad ordinẽ ſedium Electorũ, per pijſsimę memoriæ Carolum quartum, ac eius auream bullam, prouiſum in Metenſi conuentu: ſciunt cæteri principes iuxta dignitatẽ & ſenium loca ſua. Dum uerò aſſũt principes, fidelitatis iuramẽto ad ea quę imperio & Reipublicæ meliora, ac in currenti caſu ſecundum conſcientiæ iudicium, omni ſiniſtra affectione ſemota proſpexerint interrogati: liberè quiſq; & intrepidè palám edicere. Hæc & alia ex ſuperioribus in argumento ſimilitudinis pateſcunt.

Cap. XXVI.

VLtimum membrum huius partis eſt inter cuncta difficillimum, habens inueſtigationes, in experientijs potiùs q̃ literatura ſimplici fundatas. Cuius partitio prima, uerſatur circa ſacri imperij ſtatum florentis tempore, ut ſic hoc cognito, exceſſus hodiernus & gradus ipſius lapſus, perpẽdi poſſint. Poſt hæc oportet remedia ſanatiua, ex ingenij diſcurſu adiutorio principali ex priſcis geſtis ſumpto elicere, & ipſa aperire: ſaltem ut cæteris meliora per conſequentias illatiuas perquirantur gradatim. Primum membrum eſt ijs notum, qui actus ſtudioſos Imperatorum, qui ex hac inclyta Germania gubernaculorum initia traxêre, nouerunt. Et ne ad remotiſsimos primos maximòs Imperatores orbis neceſſe habeamus recurrere, quoniam reductio reformatiua, non poterit pro nũc ad talem ſtatum pertingere: miſſos eos faciamus, & ab Othone primo initium ſumentes: cui inter cunctos unq; Imperatores primum uera ſuprema abſq; diminutione & conditione imperialis poteſtas, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, tam à ſenatu Romano & toto populo, quam à Papa cum ſua Synodo tradida legitur. Tunc enim in tantum conquaſſatũ fuit Occidentale imperium, uarijs tyrannice ipſum inuadentibus, quod non niſi hoc pacto perpetuitatis imperij & reſtitutionis omnium donatarum Eccleſiæ, etiam ipſum purè oblatum, acceptare nollet. Factis itaq; his omnibus, ad uotum Othonis, dietim omnia dominia diuino adiutorio deuenerũt ſub ſua poteſtate, ſcilicet regnũ Italiæ, et Longobardorum, regnum Burgundionum, habitò priùs Germanorum regno, cuius primus rex pater eius Hẽricus legitur fuiſſe. Volunt autẽ quidam Othonẽ ſecundum, ex ſecunda uxore Othonis filia regis Burgundiæ natum, ad poſſeſsionẽ illius Burgundionũ regni hæreditario iure deueniſſe, ueruntamẽ propoſito noſtro ſufficit ſcire, ex illis regnis ac dominijs pretactis imperiũ noſtrũ collectũ, in quo ſumma fides & conſtantia ſeruata legitur. Etiam catholicæ fidei Hungari, Bohemi, Dani, Noruegi, Sarmatæ, Pruſſij, & cæteræ magnæ prouinciæ poſt hæc tempora noſtris imperantibus ſubiectæ reperiuntur. Sũma enim omniũ imperantium cura in cuſtodia fidei fuit, & eius augmento. Regebatur aũt imperiũ imperatiuè quoniam uox imperialis potẽtia & uigore armabatur: Non erat lex, quam impunè etiã maximus tranſire poſſet niſi enim lex cenſuram & pungitiuam acutiẽ retineat, obtundit & in diſſuetudinem abit. Oportet enim quod appetitus noxius freno legis teneatur,

Otho primus Imperator cerviſsimus.

Quæ regna ad imperium redacta.

Imperij priſca maieſtas. Lex uera.

tur, & intra ſuos terminos limitetur. Lex ſine correctione cenſurã non habens, uitã pdidit, nec lex dici meretur: ſicut nec mortuus homo, homo. Tunc quidẽ uigebãt leges & timebantur imperialia ſtatuta. Et ut ſeueritas legũ cõtinuo uſu fortificaretur, annui & maximi principũ conuentus indicti fuêre, in quibus nullus quantæcunq; potẽtiæ legis tranſgreſſor impunitus abſceſſit. Oportebat quidem nõ imperiale tantũ, ſed omnium principũ, imo parentum et amiciſſimorum ſententiã æquanimiter tollerare. Non poterat quiſq; in conuentu ob iuſiurandũ imperio præſtitum: ſtatutam legem interrogatus non approbare & non laudare, & per eam occurrentẽ caſum etiam cõtra filiũ non iudicare: ſed erat neceſſariũ, ſecundum legem unam omnium ſententiã & proferri, & exequutioni mandari. Sic abſq; partialitate, ex cõmuni concordia legalis ſanctio cenſurã obtinuit, nec poterat ſua libertate quiſq; eandẽ impunè tranſgredi. Ex hoc pax communis & patria fœlix.

Legis imperialis obſeruatio.

Cap. XXVII.

SVbſequenter Otho ſecundus, unico gaudens filio & multis regnis, cogitans difficile fore abſq; maximo labore tot regna in pace aliquãdiù ſeruari poſſe, inſequẽs ueſtigia Aui ſui Henrici primi, & Othonis patris: ſuum cogitatũ ad res eccleſiaſticas appulit, conſiderans multã religioſis locis per preteritos reges donata ſumma pace gaudere. Quia uerecundũ erat Deo dicatis uim inferre, animo ponderauit ordinationẽ ſanctę Synodi Romanæ Eccleſiæ, de qua. 63. di. in Synodo (per q̃ perpetua dabatur poteſtas Impera. & Roma. Pon. & cunctos ſub imperio Epiſcopos inueſtiẽdi, uel ſaltẽ eorum conſenſũ ſemper concurrere debere, celebrata canonica electione, ut 63. di. nos ſanctorum. Vnde hoc ponderans, credidit per petuis temporibus imperio ſubiectis pacẽ dari poſſe, ſi temporalia dominia tã Romanę Eccleſiæ q̃ aljs adiungerẽtur, cum certi ſeruitij obſeruatione, tunc enim cultus diuinus augmẽtaretur: & religionẽ in magnam reuerentiã exaltandam credidit quando ſanctiſsimi Epiſcopi magnæ potentiæ, aljs principibus intermiſcerent. Nõ poſſet tũc ſua quiſq; uolũtate in peccatis uti, nulla publica ſperabatur unq; peccata raptorum & depopulatorum agrorũ, & communem pacẽ turbantiũ incendiariorum & conſimilium poſſe nutriri: eccleſiaſtica ſacra poteſtate potẽti & ualẽti reſiſtente. Etiam prædones aut pauperũ depreſſores, qui particulari regimini præeſſẽt, ſic corrigi poſſe exiſtimabat: ut ſic abſq; tyrãnica oppreſsione, populus in libertate uiuere poſſet. Imperio etiam tranquilliſsimo nõ dubitabat hãc ordinationem utiliſsimam quando per annua ſeruitia, ac præſtimonias cuilibet Eccleſiæ iuxta quantitatem tẽporalium indictas, ſtatus imperialis manutenereti, ac etiam maior multò imperij potentia ex hoc appareret, q̃ illis omnibus dominijs ita Eccleſijs traditis, nullus niſi per imperiũ & abſq; ſucceſsione præfici poſſet, imo & deponi, ſi nõ ſanctè & canoni cè uiueret, quãdo ad Imperatoris aut Synodi accuſationẽ, Epiſcoporũ aliorum cognitio interueniret. Et ita parũ uidebãtur illa tẽporalia ab imperialibus abſcedere, quæ ſemper in eius poteſtate hoc ordine, cum magno commodo Reipublicæ, permanebant.

Otho ſecũdus.

Eccleſiaſticis cur data ſecularis poteſtas, et quatenus.

Cap XXVIII.

ORdinabãtur etiam tũc Principes, Duces, & Comites cõſtituti, debere tanq̃ officia publica imperiali iuſsione habẽtes ad nutũ remouibilia, rationẽ ſui miniſterij ærario publico reddere. Poſt hæc quia ſenatorum filij licet equeſtres primò forẽt, tamen ad ſenatũ demũ perueniebant: introductũ fuit, ut parentibus ritè in officio ſe habentibus, filij eodẽ officio nõ priuarẽtur, ad illum finem, ut patres minus auaritiæ ſtuderẽt, habentes de ſucceſſione in officio certitudinem, et etiam ut eorũ ſubiecti minùs tũc grauarentur per patrẽ, quando et ipſis ſui poſteri præeſſe deberẽt. Tamen ut imperiali celſitudini, nulla incõmoda detractoria dominiorum in futurũ ereſcente, poteſtate officiatorum exorirentur: feudalia introducta ſunt ſtatuta, & de fide ſeruanda ſtrictiſsima iuramẽta, quę per unũquemque uaſallorum inſtituẽdorum præſtari, & ſub pœna perditionis feudi inuiolabiliter ſeruari deberent. Eſt denicq; alia lex edita, ad magna feuda plura nullũ accumulatiuè ſuccedere poſſe, ne ſic plura magna accumulando, potentia ſubditorũ intantũ excreſceret, ut dum tyrannica rabie immemor iuramentorũ, apicem dominandi cuius appetitus per acquiſitionem creſcit appeteret, imperij potentia ſciſmatica turbatione

Magiſtratuum inſtitutio.

Feudalia ſtatuta.

http://www.obrascatolicas.com

sceret. Erat insuper Imperatorum cõsuetudo, facile accusationes fractæ fidei & periurij admittere, ut fidelitas per quam solùm persistit imperium, nunc̃ negligẽtia paruipenderetur. Pœna uerò erat priuationis, fidem non seruanti. Et tũc ne inuidia forè incitaret nobiles eiusdẽ sanguinis contra eum, cui hæc ablata donarentur: ista quæ sic in cõmissum ceciderunt, sacri Imperatores Ecclesijs frequenter applicarunt. Multis similibus sacris ordinationibus, circũspectissimi Imperatores, pro conseruatione
Scabini. Reipub. & sacri imperij, usi sunt, tam in ordinandis iudicijs Sabinorum, qui dictatores sententiarum exiltunt. Et ad hoc ex popularibus cum iuramẽto rectè secundùm conscientiam & rationem iudicandi assumuntur, ne in potestate præsidẽtis esset, ad nutum subiectos punire iuxta motum animi sui, c̃ etiam in cũctis alijs negotiationibus, Tallijs & telonijs, & cuncta tendebant ad publicam utilitatem. Erat tũc Imperator habens publicã defendendę pacis personã, ad hoc habens de publico exercitũ stipendiatũ: undic̃ per principes et rectores timebatur, undic̃ per populũ defensor patriæ, conseruator libertatis, reuelator oppressorũ, rigidissimus exequutor in Reipub. turbatores adorabatur, uenerabat, & colebatur: tũc rectè in eũ delinquẽs maiestatẽ summã offendit, & hoc crimẽ maximũ erat, qui in patriæ & omnitũ patrẽ peccauit. Quòd si cuncta illa dignissima relatu inscriberem, prolixior proposito fierem.

Cap. XXIX.

Imperij casus. EX his tamen respice, quantum abscesserit hodierni regiminis status, ubi penè nulla horum in usu habentur: periit omnis cura Reipub. laxato freno transtulit quic̃ leges impunè. Et ubi quondam uenerario cum tremore & timore, nunc despectus uel contemptus. Et leges omnes de araneartũ telis connexę sunt, minutissimæ uix locustæ teneri in ipsis possunt: non sicut quondam, quãdo in limitibus cõcupiscentiæ ut aprorũ fortissima retia cõtinuè tensa, importunos transgressores innectebant. Iam priuato commodo inuigilãt cuncti, nulla de proximo & de futuro cura per incuriã Imperatorũ. pietate rantũ putantium reficere posse & reformare ab errato, censura omnis cessauit, nec puniuntur rebelles: & tacti sunt exty rannica dominatione principes multi, & potẽtes, imperio decrescente. Temporalia

Temporalia Ecclesiarum nil prodesse Reipub. Ecclesiarum quid prosunt Reipub. quid imperio? quid subditis? certè parum aut nihil Mandabatur Othoni. 63. di. in Synodo, absc̃ pecunia inuestituras Episcoporum dare. An ab ipso Imperatore sola inuestitura sublata sit per Papam, uidimus: quoniam non solum pura absc̃ acceptione pecuniæ attracta est inuestitura per Romanum Pont. sed etiam tantum de pecunia, ut per Alemanniam omnes se nõ grauatos

Inuestitura ũ ambitũ taxat. tantum sed destructos conquerãtur. Rabidus appetitus ad ipsa terrena Ecclesijs annexa dominia, Episcopis ambitiosis hodie inest, ut ea uideamus expressè agere dum promoti sunt, quæ ante ambiebãt: de temporalibus omnis cura, de spiritualibus nulla. Non fuit ista Imperatorum intentio: non uolebãt spiritualia à temporalibus absorberi, quæ pro eorum augmento Ecclesijs dedẽre, & hæc omnia proh dolor ex peruerso ordine eueniunt. Et quia nulli canones seruãtur: nulla coercitio, disciplina, nec

Mala temporalium Ecclesiæ rectorum. punitio. Præterea illud temporalis dominij ecclesiasticorum regimen, multum Reipub. & subiectis obest. Dum uacant Ecclesiæ, semper in periculo scismatis existunt: aut quòd exactionari plus debeant alijs sub secularibus existentes. Quoniam si per electionem prouidẽdum est, ambitio procurat diuisionem uororum: si per curiam, facilius persuaderetur pro plus offerente. Et omnia illa grauamina aduenient pauperibus subditis, curia attrahit quicquid pingue est: & id quod imperium contulit, & pro Dei cultu & bono publico ordinauit sanctissimè, auaritia & cupiditate exorta, palleatis rationibus, & nouis adinuentionibus, totaliter peruertitur, et imperiale efficitur Papale, & spirituale temporale.

Cap. XXX.

Rerum inuersio. *Via imperij destructio.* EST insuper alia imperij destructio: quoniam quum imperator solùm administrator in utilitatem Reipub. existat, sæpe per pacta Electorum sua quærentium, intrat regimen. Et occupata contra ius imperialia, ob iusiurandum repetere non audet telonea grauantia Rempub deponere, ac alias utiles ordinationes facere, & per antecessores inconsultè absc̃ omnium conuentu amoris inordinati,

dinati, aut affectionis, uel sanguinis tam in præiudium imperij donata uel impigne-
Iuramentum Imperatoris de non reuocandis donationibus. rata, reuocare inhibetur. Et sic fit, ut dum electores sua quærunt, ita sibi credita potestate abutantur, quòd eis concessa potestas pro bono imperij, in eius destructionem conuertatur. Quoniam Imperatores non deberent permitti ab ipsis facere alienationes præiudiciales. Imperatori ipsi assistere deberent, ut semper augustus esset: Sed quia eũ ligant, ne ipsis donata uel obligata aliquando fictè, uel per consanguineos aut parẽtes qui imperio prefuerunt: tacent dũ ijdem facere uident Imperatorẽ, ne seipsos dãnent. O cæcitas maxima: non credãt principes de bonis imperij diuites fieri, & permanere posse aliquamdiu? Curantibus enim omnibus sua augmentare, imperio ad nihil tendente: quid sequitur nisi uniuersorum destructio? quoniam nõ existente potentia maiori conseruatiua, & pacatiua imperij inuidia eademc̃ semper crescente cupiditate, bella, scismata, diuisionesc̃ faciet, & tunc sicut omne regnum in se diuisum desolabitur iniquè collectum. Decipiuntur itac̃ principes sub imperio, dum ob illum finem attrahunt & colligunt undic̃ imperialia, ut potentiores & fortiores fiant: quoniam postquam totam capitis & imperij potestatem membrac̃ laniauerint et deglutiuerint desinet hierarchicus ordo, non enim est primus ad quem concurratur. Et ubi non est ordo, ibi est confusio: & ubi confusio, ibi nullus tutus. Et sic nobilibus inter se altercantibus, ius omne in armis proprijs quærentes surgent: quoniam sicut principes imperium deuorant, ita populares deuorabunt principes.

Cap XXXI.

Iustitiæ defectus. *Belli indictio quam diffidationem uocant.* INsuper hodie uidemus aut confusionem maximam in ordine iudiciario, aut penitus nullam iustitiam. Honore honor distinguitur à iure. Et occupare etiam maxima dominia nobiles licitè se posse dicunt, ubi possessorem nihil iuris habuisse nec̃ habere concedunt. Per uilissimum diffidationum modum honorem saluari putant, et ui post ipsam intimatam diffidationem ex quacunc̃ conficta, aut nulla causa qualitercunc̃ rapta, palam aut occultè, licitè credunt possideri, etiam si bona Ecclesiæ aut clericorum forent. O præsumpta audacia, contra omnes leges & iura. O iniquissimum iudicium, distinguens honestum à iusto, affirmans iniustum honestè posideri. Fuit rationabiliter sancitum, omnem diffidationem suprem[i] iudicis consensu non interueniente, & inhonestam & iniustam, & eos latrunculos fore qui aduersariorum bona illa uia occuparent. ff. de capti. & post li. l. hostes: de qua. 23. q. 2. cap. 1. & alijs multis capitulis per Hosti. in summa de treuga. & pace. & per Inno. in c. olim. ii. de. resti. spo. & ibi doc. Insuper manifestum est, res Ecclesiæ non esse cuiusc̃ prælati uel clerici, nec delictum ipsius prælati in damnum Ecclesiæ ea propter redũdare potest: quomodo tu nobilis credis honestam esse diffidationem, quam aut clerico, aut religioso conuentu seu prælato scribis? Insuper hoc esse honestum, quod sine maiori excommunicatione siue sacrilegio fieri nequit, quis adeò amens hoc concedit? Si clericum etiam diuina lege tu laicus capere propria auctoritate, aut malè tractare prohiberis: quam credis uirtutem tuæ fabricatæ diffidationis scedulæ inesse, ut tunc omnia iura diuina & humana cessare, & mortua esse credas, quando literulam præmittis? sic si Ecclesiarum bona: absc̃ sacrilegio ui rapi & distrahi per laicum non possunt: quomodo credis id licitum quod est sacrilegum. Error maximus & manifestus, qui recenter in Alemanniæ partibus proh dolor inoleuit, per quem Deus offenditur, pax publica & omnis status turbatur. Quis posset cuncta enarrare quæ nostro tempore iniquè introducta sunt, & iniquissimè defenduntur. Et hæc omnia ideò, quia leges & canones perdiderunt uigorem, & custodes & exequutores & pastores nulli sunt.

Cap. XXXII.

PEr ordinem illis deformitatibus ac periculis in quibus Respublica uersatur, ob præmissa prouidendum esset diligenter & citò, quia mortalis morbus imperium germanicum inuasit: cui nisi subito salutari antidoto subueniatur,

http://www.obrascatolicas.com

mors indubiè ſequetur,& quæretur imperium in Germania,& non inuenietur ibi:et per conſequens,alieni capient loca noſtra,& diuidẽtur inter nos,& ſic alteri nationi ſubijciemur.Nõ poteſt aũt meliùs prouideri q̃ per iam tritas & expertas & antiquas uias,ad quas per reformationem accedere neceſſe habemus. Quare prima radix eſt, inſtituere annuos conuentus generales,& in hoc ſacro Baſilienſi Concilio incipere, et futuris regulã dare. Agat itaq; piiſſimus Imperator(ut diligẽtiſſimus ſemper fuit) ut per ſuã ſacram iuſſionẽ,omnes maiores imperij principes utriuſque ſtatus cõcurrant. Proponat ſua admiranda induſtria,imperij flebilem et undiq; diminutiſſimum ſtatũ:aperiat quòd in Italia,quòd in Longobardia,de uigentibus imperij uiribus repererit:adijciat quòd in Arelatenſi regno,et per totam Germaniam ſuperſit.Et dum florentiſſimi quondam & tremendæ potentiæ imperij miſerabilem ſtatũ aperuerit, de eo quod proximè ſuperueniet niſi remedium apponatur ſubiungat:remedium uerò ab ipſis qui & fideliſſimi fuêre,& ſunt,& ad hoc uoto & iuramento aſtricti perquirat,de ſucceſſore ordo detur,cõcurrente prouidentia imperialis ſuæ celſitudinis.

Remedia in morbos imperij.

Annui conuentus imperiales.

Cap. XXXIII.

ET quia non poſſet tantus lapſus priſtinæ ſanitati reſtitui,ordo in curando detur:primò de annuis Concilijs imperialibus,et iuſtitia ſeruãda.Reperio quidem per Conſtantinum magnum(ut inferiùs diploma quoddam ſubiungetur) Galliæ per talẽ conuentum & iudices prouiſum.Nam poſtq; imperialia iudicia ac conuentus ceſſauêre,penè omnes deformitates ſunt introductæ.Videtur itaq; ordinandum,quòd duodecim aut plures ſedes ſparſim per prouincias imperio ſubditas,taliter ordinentur,quòd quælibet ſedes ex tribus iudicibus cõſtituatur pro triplici hominum ſtatu,ſcilicet ex nobili,eccleſiaſtico,& populari. Et quòd ipſi iudices de omnib. cauſis in eis decreto territorio exiſtentibus,inter quaſcunq; perſonas etiam eccleſiaſticas quoad temporalitatem quæ ab imperio dependet, cognoſcere poſsint per uiã appellationis â proprio ordinario,uel ſimplicis querelæ, ſi actor uel reus ordinarium ſupra ſe non habuerit,puta quia princeps:aut ſi habuerit & alteri ſu ſpectus fuerit,& non aliter.Et quę per appellationem introducta fuerit,ibi ultimum finem per ſentẽtiam capiat:quæ uerò per ſimplicem querelam,illa per appellationẽ ad proximum conuentum,ſi magna aut inter magnas fuerit,differri poterit.Pronunciet & citet quiſq; iudicum,ſecundum conditionem diſceptantium perſonarum,nobiles inter nobiles,eccleſiaſticus inter eccleſiaſticos,popularis inter populares:nulla tamen definitiua feratur,niſi ex communi deliberatione omnium trium,qui in arduis conſilium peritiſsimorum requirãt.Si uerò unus duobus diſſenſerit, uincat opinio maioris numeri in iudicando.Habeant etiam ipſi iudices poteſtatem, ſuam ſententiam exequutioni demãdandi,per bannum & ſeculare brachium,mulctas et pœnas erario publico cedentes.Debet etiam ipſis iudicibus & alijs omnibus,ſalarium ex publico deputari,ut iurent ſecundum tex. l. Iuliæ repetundarum canonizatæ. 1. q.7. ſancimus.

Sedium imperialium ordinatio.

Cap. XXXIIII.

ET ſtatuatur lex,quòd nulli liceat ſub pœna furti uel latrocinij, uiolenter propria auctoritate ex quacunq; cauſa , alterius bona occupare, aut ſibi aut ſuis damna inferre per diffidationes:ſed omnia fiant iudicum auctoritate,qui etiam repreſſa gliàs concedere poſsint cõtra contumacem.Verum ſi quis cõtra hanc legem facere præſumpſerit,in quo cunq; iudicio uillagio uel ciuitate depræhendatur,pœna furti & latrocinij plectatur:alioqui ſi forte iudicium ubi deprahẽſus fuerit hoc facere noluerit aut neglexerit,dum commodè potuit, ſint ipſorum iudicum bona eo ipſo confiſcata.Similiter ſi quis illos Aſsiſmos acceptauerit, debet talis ut publicus hoſtis capi,et eius bona occupari poſſe abſq; illa diffidentia,ut notat Hoſt. in ſumma de treuga & pace.parag.3.uer.ſed & ſi.Verum oportet hanc legem communi conſenſus,omnium ſtatui & ſubſcribi,& ad prouincias mitti, ut acceptetur & ſigilletur,& eius exemplũ in prouincia ſeruetur:& ſigillatum ad Cancellariam imperij remittatur,ut ſic omnium cõſenſu firmetur.Oportet etiã per omnes principes in cõuentu exiſtentes,iſtã legem ſubſcribi & ſigillari.& cũ hoc aliam legẽ,qua caueat, quòd

Lex de non occupandis alienis ſtatuenda.

Aſsiſmorum damnatio.

quod omnis ſiue princeps ſiue alius,qui contra ſuam propriam ſubſcriptionem propria auctoritate facit,abſq; iudicio aut Imperatoris licentia : talis in ſe ipſum ſententiam ipſo facto tulit infamię,& priuatus ſit omni honore,& ſit in poteſtate Imperatoris ſuo fiſco omnia bona quæ habet applicare ſi princeps fuerit. Si uero alius & laicus,ſint eo ipſo confiſcata.Si clericus, deponatur per Synodum clericorum, & cũ hoc adminiſtratione temporalium ſit priuatus,& per iudices temporaneus adminiſtrator,ad nutum remouibilis deputetur.Iſta lex ſubſcribatur cum alijs per omnes. Et has ſubſcriptiones ſeruet ſcrinium imperiale, ut per ipſas quiſque tranſgreſſor conuincatur,& non poterit iuſtitiæ rigor commodè introduci, niſi hoc ordine uel conſimili uia facti,diffidationum abuſio communi conſenſu tollatur.

Cap. XXXV.

ORdinetur autem conuentus annuus circa feſtum Pentecoſtes in Franckfordia quæ uidetur locus ex ſitu & alijs circumſtantijs aptiſsimus,ad quem concurrant iudices omnes & electores imperij in propria perſona, abſq; pompa & grauibus expenſis.Et præſideat ipſe dominus Imperator ſi præeſſe poterit per ſe,alioqui primus ex electoribus eius nomine,& facta imperij,& etiam particularia quæ occurrerunt iudicibus tractentur & reformentur reformanda. Si uerò ardua materia depoſcit pleniſsimum conuentum omnium principum ibi uel alibi fieri,fiat quòd plus expedit.Iſtud uero ordinarium Concilium annuũ,dominorum iudicum,ac electorum nunq; omittatur, in quo cauſæ principum per cõmunem ſententiã decidantur.Et quia prodeſt ab exẽplis reformationẽ introducere: epiſtolam imperialẽ & ut creditur Cõſtantini,q̃ iubebat in Arelato ſimilẽ conuentũ iudicũ Galliarum fieri,ſubmittã.Vocabat aũt Arelatũ urbs Conſtãtinopolitana.Incipit aũt ſacra illa iuſsio ſaluberrima,quæ ad uirũ illuſtrem Agricolã Galliarum præfectũ fuit directa,ubi in forma habet.Saluberrima magnificẽtię tuæ ſuggeſtione,inter reliquas Reipub.utilitates euidenter inſtructi,obſeruãda prouincialibus noſtris id eſt per ſeptem ꝓuincias menſura in æuũ auctoritate decreuimus,quòd ſperari planè ab ipſis ꝓuincialibus debuiſſet.Nã cum ꝓpter priuatas ac publicas neceſsitates , de ſingulis ciuitatibus,non ſolum de prouincijs ſingulis,uel honoratos confluere,uel mitti legatos,aut poſſeſſorũ utilitas,aut publicarũ ratio exigat functionũ; maximè opportunũ & conducibile iudicamus,ut ſeruata poſthac quotannis ſingulis cõſuetudine,in cõſtituto tempore in Metropolitana,id eſt,in Arelatenſi urbe,incipiãt ſeptem prouinciæ habere Concilium,in quo planè tam ſingulis q̃ in commune cõſulimus.Primum ut optimorũ conuentu ſub illuſtri præſentia præfecturæ (ſi id tamen ratio publicæ diſpoſitionis obtulerit)ſaluberrima de ſingulis rebus poſſent eſſe cõſiliatamen quicquid tractatũ fuerit & diſcuſſum ratio cinꝝs conſtitutũ,nec latere potiores prouincias poterit,& parem neceſſe eſt inter abſentes æquitatis formam iuſtitiæq; ſeruari.Hoc planè præter neceſsitates publicas etiã humanæ conuerſationi nõ parũ credimus cõmoditatis accedere,quòd in Conſtantina urbe iubemus annis ſingulis eſſe Concilũ.Tãta eſt em̃ loci opportunitas,tanta eſt copia cõmerciorũ,tanta illic frequẽtia cõmeantium:ut quicquid uſq; naſcit illic cõmodiùs diſtrahatur.Neq; enim ulla ꝓuincia ita peculiari fructus ſui fœlicitate lętat,ut non niſi hęc ꝓpria Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas.Quicquid enim diues Oriens,quicquid odoratus Arabs,quicquid delicatus Aſſyrius,quid Aphrica fertilis,qd ſpaciosa Hiſpania, qd fertilis Gallia,poteſt habere præclarũ:ita illud exuberat affatim,quaſi ibi naſcant omnia,quæ ubiq; conſtãt eſſe magnifica.Iam uerò decurſus Rhodani,& Turoni recurſus,neceſſe eſt ut uicinum faciant,ac penè conterminũ,uel quòd iſte præterfluit, uel ille quòd circuit.Cum ergo huic ſeruiat ciuitati quicquid habet terra præciputi: ad hanc uel naui uel uehiculo, terra, mari, flumine deferatur,quicquid ſingulis naſcitur.Quemadmodum non multum ſibi Galliæ noſtræ præſtitum credant,cum in eadem ciuitate ꝓcipiamus eſſe conuentum,in quo diuino quodã munere cõmoditatum,& cõmerciorum opportunitas tanta præſtat. Siquidem hoc rationabili planè ꝓbatoq; conſilio iã & uir illuſtris ꝓfectus Patronius obſeruari debere ꝓceperit; quod

Fracfordiæ locus annui conuentus.

Quis præſidere & quid agere debeat.

Epiſtola Conſtantini ad Agricolan.

http://www.obrascatolicas.com

quod interpollatum uel incuria temporum,uel desidia tyrannorum reparari solita prudentię nostræ auctoritate decreuimus.Agricola parens charissimè atq; amantissimè,unde illustris magnificentia tua,& hanc præceptionem nostram,& priorem te dis suæ dispositionem sequuta,id per septem prouincias in perpetuò faciet custodiri:ut ab Idibus Augustis quibuscunq; mediis diebus in Idus Septembris,in Arelatensi urbe,nouerint honorati uel possessores iudices singularum prouinciarum, annis singulis Concilium esse seruandum,ita ut de Nouem populana & secunda Aquitannica,quæ prouinciæ longiùs constitutæ sunt,si eorum occupatio certa retinuerit,sciant legatos iuxta consuetudinem esse mittendos. Qua prouisione plurimum & prouincialibus nostris gratiæ nos intelligimus utilitatisq; præstare, & Arelatensis urbis,cuius fidei,secundum testimonia atq; suffragia parentis patricijq; nostri, multa debemus:non parum adijcere nos constat ornatui. Sciat autem magnificentia tua quaternis auri libris iudicē esse mulctandū, ternis honoratos uel curiales,qui ad constitutum locum intra definitū tempus uenire distulerint.hæc ibi.Ecce ad suggestionem Agricolæ reformatum Concilium, quod quondam annue celebrabatur,quia multum prouincijs profuit.Noranda est etiam situatio Arelatensis ciuitatis,quæ in Gallijs tunc caput extitit,& ad nostrum imperium spectat, licet parum recognoscat. Est similiter considerandum, quod non solum iudices, sed etiam de singulis ciuitatibus honoratos,per se uel legatos concurrere oportebat. Et similiter est considerandum,quòd per mensem integrum durabat,& sub pœna astricti tenebantur uenire.Ad formam huius in Franckfordia(quæ ob mercium confluentiā, & loci situm, Arelato rectè comparatur) statuatur Concilium annuum, ad minimum per mensem celebrari,aut Maium, aut Septembrem, & cum præfatis supra, de qualibet ciuitate & metropoli, ac oppidis magnis imperialibus, ad minimum unus concurrat,Adducant etiam principes Electores secum quos uoluerint consiliarios,& nobiles,& omnes astringantur iuramento,secundum rectum rationis iudicium pro bono publico concilia impartiri. Examinentur ibi prouincialium consuetudines,& redigantur quantum fieri potest ad communes obseruantias, & maximè captiosę formæ omnino undiquaq; tollantur: quoniam sæpe simplices pauperes,iniustissimè per cauillationes causidicorum extra formam ducuntur & à tota causa cadūt,quoniam qui cadit á syllaba,cadit á causa, ut sæpe uidi per Treuerensim diœcesim accidere.Deinde tollantur pessimæ consuetudines, quę admittunt iuramentum contra quoscunq; & cuiuscunq; numeri testes. Et sunt tales pessimæ obseruantiæ multę per Germaniam contra iustitiam ueram, ac etiam peccata nutrientes: quæ particulariter enumerare nemo sciret Vnde propter hoc concurrere debēt prouinciarum iudices,& in scriptis consuetudines suarum prouinciarum redigere, & porrigere in Concilio ut examinentur. Cap. XXXVI.

Iuramentum rei cōtra testes non admittendum.

Iuramentum ab electoribus præstandum.

ESt denicq; maxima diligētia faciēda,in isto sacro Basiliensi Concilio imperiali ut electoribus sacri imperij det strictissima forma, quā transgredi nullo modo liceat:in qua ante omnia astringant iuramēto nulla practica,nullo pretio,aut ob quodcūq; particulare cōmodū,sed purè & simpliciter pro bono publico & cōseruatione sacri imperij et eius honore,secundū Deū & conscientiā eligere. Et si unq; reperiatur quis contrariū facere,q; tunc perpetuę infamię,ac crimē lęsę maiestatis,& eius pœnis subiaceat. Valde enim necessariū est,ad prauitatē electionis quibuscūq; maximis pœnis Electores cōstringi,propter practicas absurdissimas et inhonestissimas,quas legi præterito tēpore interuenisse,dum ipsi sua quærerent, per multos stringendo eligendum illicitos modos,ob quos Respublica penitus est neglecta.Et quia certi Electores occupare dicuntur certa oppida et castra imperij,ac etiam propter telonia,& alia commoda particularia, huiusmodi turpiter fœdatæ electiones per iniustas pactiones fieri dicuntur.Ante omnia ista differentia quæ dat perdendi occupata aliquandiu electoribus timorem, & eapropter ita practicandi:in generali conuentu purè discuti,& honestè consolidari deberet, ut sic quisq; ex electoribus in libertate puræ electionis cōstitueretur,Et quoniam ille est preficiendus

dus imperio,qui communi omnium electorum iudicio optimus uidetur: subiūgam nunc quandam regulam,quæ in hoc multum proderit,& similiter in Concilio seu conuentu,ubi elici debet intentio communis ex omnium uotis.

Cap. XXXVII.

Imperatoris ēligendi ratio.

SAcri imperij Electores, dum ad electionem procedere uolunt futuri Imperatoris,die statuto cum omni humilitate & deuotione maxima ad diuina conueniant spoliantes se omni peccato, ut in medio eorum sit Christus Dominus.Et inuocata gratia sancti spiritus,post introductionem deuotam agendę rei,tractent de pluribus,qui ad imperium dispositione extrinseca & intrinseca tantę maiestatis digni esse possint.Et ad hoc ut absq; omni timore liberrimè & secretissimè ipsa electio celebretur,prestitis iuramentis supra altare Domini,de eligendo iusto libere conscientiæ iudicio optimum:faciant per unum notarium nomina omnium de quibus tractarunt,in scedulas præcisè æquales redigi,& semper unum nomen in una scedula tantū,& in fine illius nominis distinctè signetur numerus per. 1. 3. quousq; perueniant ad numerū personarum,de quibus in tractatu mentio facta fuit,quòd digni reputarentur.Puta sint 10. comperti per Alemaniam, qui digni uisi sunt,inter quos communi iudicio dignissimus eligi debet,ponatur itaq; in una scedula non unius tantum,& sub illo nomine uel in eius latere,numerus ab uno usq; ad decem,& dentur cuilibet electori. 10. nomina. Acceptis itaq; scedulis per electores trahat quisq; ad partem solus,& secretè cum secretario si literas ignorat,& positis ante se omnibus 10.scedulis,legat cuiuslibet nomen.Et tunc in Dei nomine secundū suam conscientiam ponderet,quis inter illos omnes numerus idoneus existat,& signet cum puncto attramenti supra primum numerum simplicem longum punctū: & post hoc iudicet,qui post illum numerus idoneus,& signet secundum numerum cum puncto longo simplici,& sic continuè quousq; ueniat ad optimum suo iudicio & ibi signabit decimum numerū aut illum numerum qui numero personarum correspondebit.Et est bonum quòd de eodem incausto & per æquales pennas,& equalia simplicia longa aut breuia puncta,secundum quòd concordabunt,omnes signēt ne cuiusquam signatura præ cæteris notari possit, ad hoc ut libertas maior in electoribus,& pax inter omnes conseruetur.Factis itaq; illis signaturis, deferat in manu scedulas suas quisq; ex electoribus, & profiçiat unusquisq; suas manu propria in saccum uacuum,in medio electorum pendentem.Quibus in sacco positis, aduocētur sacerdos,qui missam celebrauit aut alius, & quidā computista habens tabulam in qua secundùm ordinem sint illa nomina,ponamus 10. eligendorum.Et sedens in medio electorum, sacerdos extrahat de sacco seriatim ut manibus occurrerint scedulas,& legat nomen & numerū signatum: computista uerò in latere illius nominis signet numerum,& fiat de omnibus. Quibus expletis colligat per additionem cōputista numeros cuiuslibet nominis:& ille tūc Imperator erit qui maiorem numerum habuit.Et secundū illam practicam,infinitis fraudibus obuiatur.Et etiam nulla practica siniſtra locum habere posset,nec poterit excogitari sanctior,iustior,honestior,& liberior eligendi modus,secundum quem impossibile erit si secundum conscientiam eligunt,quin ille præficiatur,qui ex omni iudicio simul collecto melior iudicatur,& non poterit aliud modus securior,imò ex quo illa infallibilis sententia haberi posset, inueniri: Quoniam omnes comparationes omnium personarum, & omnes mixturæ & syllogismi,per unumquemquæ ex electoribus factibiles, in hoc modo includuntur,quem ego absq; magno studio etiam non potui inuenire:& credas quòd perfectior inueniri nequit.Verùm ne quis ex electoribus propria affectione decipiatur, habeatur ista cautela,quòd si est aliquis aut plures,qui ex laicis communi tractatu inter eligendos conscripti sunt,scedula proprij nominis eidem non detur,sed aliæ omnes illa dempta ut tollatur occasio suspitionis:quia seipsum optimum omnium æstimare posset, maiorem numerum nominis sui signando. Hoc solùm dempto,regula prescripta in omnibus seruetur,& habebitur electio qua melior non poterit inueniri.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. XXXVIII.

HOc etiam electiuo artificio, multa singularia inuestigari possunt in conuentibus principũ, ex quibus magna salus Reipub. dependet. Sæpe enim proponitur materia, in qua commodum principum aliquorum uersatur, & Reipublicæ utilitas in eius contrario. Et tunc non audent palam pro bono publico particulariter consulere, timentes alios alterius opinionis esse, & sic non posse proficere. Et sic si non profecerint, inimicitiam cõtraherent illius principis, cuius cõmodo aduersaretur uotum consulentis. Sæpe etiam præsidẽs scilicet Imperator uel eius uicarius, uidetur ad unam partem quæsiti ualde affectionatus: tunc cõciliarij timore displicentiæ, impediuntur in consulendi libertate. Vnde cum omne Concilium tendere debeat principaliter ad Dei laudẽ & bonum publicũ, & illud semper eligibilius esse debeat, qđ comparatione ad aliud plus publico & cõmuni bono conuenit, tunc secundũ hoc proposito aliquo dubio super quo consultatio fieri debet, surgãt e medio duo peritiores, qui se ad partẽ contrahãt, & de dubio inuestigent per affirmatiuã & negatiuã, et consequentias ad ambas partes sequentes. Puta, si dubium ponit an expediat telonia esse: affirmatiuẽ q̃ sic, quia nemo ibi particulariter grauatur, sed ea quæ per mercatores soluunt, tam per uenditorẽ q̃ per emptores & ipsum mercatorem simul contribuuntur. Et non potest commodior congregatio pecuniarũ fieri q̃ illa: & si non essent modi facile pecunias habendi, quę pro tuitione Reip. sunt necessariæ, periret pax. Igitur propter istas & alias consequentias, uidet affirmatiua eligibilior. Alius pro alia parte dicit: hæc congregatio pecuniarũ est iniusta & illicita, absq̃ culpa & causa à non subditis euacuãs, Rempub. nullius utilitatis, quia pax per eam minime seruatur. Igitur negatiua est eligibilior, aperta sit materia, scribatur quæstio, & subscribatur affirmatio, & sub illa scribatur negatio. Sub illa scribatur mediũ quod aperitur, puta si dicere et unus de duobus sic: aliqui possent dicere q̃ affirmatiua sit tenenda, q̃ telonia sint & permaneãt, aliqui q̃ non. Aliqui quòd sint & moderata sint, sic q̃ de esculentis & poculentis, nisi negationis causa deferãtur, nihil soluatur, & alij nunc̃q̃ ultra florenum de carrata magna uini, uel cẽtum maldris tritici. Alij uero quòd soluantur telonia ut priùs, sed pecunia ad publicũ ærarium pro publicis negotijs reponatur. Alij quòd diuidatur pecunia, & medietas pro principibus & præsidibus ac iudicibus, alia ad ærarium publicũ. Tales & consimiles opiniones, quæ uerisimiliter excogitari possent, publicè per ipsos duos recitari debent: & si quis aliam addere uelit dicẽdo, etiam posset quis sic dicere uel sic, omnes illæ sunt per ordinem scribendæ sub quæstione, & fiant scedulæ secundũ numerum consiliariorũ. Et detur cuilibet una scedula, qua habita unusquisq̃ in domo per iuramẽtum præstitũ unam eligat, & alias cũ penna & incausto cassет, lineam grossam per mediũ eius trahendo, mane conueniant ad Concilium, & reponat unusquisq̃ scedulã in saccum. Quibus impositis, secretarius extrahat unam post aliam, & sedeat computista, & facta ratione, opinio quę habuerit plura uota, illa electione omnium melior: debent autem scedulæ omnes esse æquales, & manu unius scriptæ, ut præhabitũ est. Similiter fieri debent cõtendentibus pluribus magnis super eodem, ut eorum omnia nomina in scedulis similibus omnibus tradantur, postquàm casus benè apertus & intellectus fuerit: Et tunc per cõsiliarios, nomina omnium per pennam cassentur, illo saluo cui adiudicandum credit suo iudicio rem de qua est quæstio. Hoc modo concilia remanebunt libera & secreta, & erũt digestissima quòd singulariter nota. De modò uerò habilitandi ingenium ad discursum in dubijs, hoc anno tractatulum collegi, quare hic non insisto. Verum est quòd ubi deliberatio cadit super uno tantum affirmatiuè uel negatiuè simpliciter, ibi non esset incongruus modus Concilij dominij Venetiarũ: qui habent nodulos de panno laneo, & duo uasa seu urnas ligneas, ad formam calicum figuram habentes. Inferiùs ubi pes est calicis, debet esse lignum uacuatum, in quam partem per canale superiùs cadant nodi. Est autem una urna nigra, quæ uocatur Non: alia alba, quæ uocatur Ita. Vnde postquàm consiliarius capit unum nodum inter pollicem & indicem, & ostendit in aerem alijs, ne fraus fiat: tunc in palmam

Telonieus quæstus utrum iustus.

Litiũ per sortem aut uota diremptio.

Tractatulus de modo habilitãdi ingenium ad discursum in dubijs.

Modus concilij Veneti.

mam manus eam cadere sinit, & claudit manum, & superius in ipsam urnam albam manum intrudit. Et si est illius affirmatiuæ opinionis, mittit cadere nodum per cannam in fundum, & nihilominus extrahit manum clausam, et trudit etiam in aliam urnam, ne sciri possit opinio eius in quam urnam proiecerit. Si uerò nõ est opinio eius de affirmatiua, extrahat absque apertione manum, & intrudat in aliam, & ibi dimittat: hoc modo remanet uotum secretum. Post hoc effunduntur nodi, quia uas inferiùs infra canale aperitur & numerantur: & capitur conclusio ex numero nodorum affirmatiua uel negatiua, secundùm uictoriam numeri unius urnę supra alterius urnæ numerum. De his artificijs, quisq̃ secundum casum & locum cogitare poterit, tali semper pacto, ut libertas iudicij seruetur per secretam practicam.

Cap. XXXIX.

ESt consequenter ad hoc maximè studẽdum, ut potestas imperij resuscitetur, alioquí de omnibus ordinatis & ordinandis nullus sequetur effectus. Vigor legis in coercione est, coercionem potentia custodit & exequitur: qua sublata (quia nitimur in uetitum, & sumus ab adolescentia proni ad malum) legalis censura, & per consequens pax & iustitia non diù persistent. Quum ergo hoc ita sit, oportet ut per reformationem modus ad hoc detur. Quondam solebant Episcopi, Abbates, Principes, & Comites, secundum sibi subiectam prouinciam & terram, annua & quotidiana seruitia personalia et realia imperio facere: ex quibus quidam stipendiarij exercitui quotidiano imperiali; pro defensione Reipub. tenebantur, ac etiam ipse Imperator honestissimũ imperialem statum gestare solebat. Quo quidem imperiali & Reipub. defensorio exercitu deficiente, periit Respub. multũ. Nam oportet quemlibet principem & quamlibet etiam uniuersitatem & comitatũ, suũ ipsius in resistendo latrunculis curam agere: ex quo maximæ impensæ oriuntur, & subditi in ijs tempora consumentes, laborí libere uacare nequeunt. Et factæ sunt diuisiones maximæ per omnia loca imperij, & nulla penitus reperitur cõfidentia. Si uerò foret unus omnium publicus exercitus ad pacem conseruandam, & ius defendendum: tot expensæ inutiles, ac Reipub. exinnanitio non fierent. Perutile itaq̃ foret, huic ordinationi diligentissimam operam dare, ut per annuas cõtributiones moderatas, secundum dominia & loca, talis exercitus erigeretur, & ut per ipsum iustitia & pax seruarẽtur. Posset itaq̃ facile de imperialibus telonijs & gabellis principibus pro Repub. concessis; competens portio pro statu imperij annuè reseruari; & ab omnibus telonijs in portione moderata abstrahi. Et sic illa uectigalia ac tributa prouincialia, ad publicũ ærarium imperiale, pro exercitu præfato & statu imperiali, Franckfordiæ reponerentur: de quibus ita recollectis in annuo Concilio, & ratio & ordinatio fieret in Electorum ac aliorum præsentia, ut omnia iustè ac prudenter disponerentur. Et tunc cessarent magnæ expensæ, quas hodie principes coactè & inutiliter faciunt, & prouinciæ ditarentur, & Respub. & imperium exaltaretur denuò. Tunc possent Episcopi uacare spiritualibus, & temporalia œconomis committere, & per publicum exercitum omnis tyrãnus eliminaretur ab imperio. O Deus si animus omnium qui ista laudant ferueret in exequutione, tunc nostris diebus reflorescceret imperium: sed si ad ista tepidi & nostra cæca cupiditate circumuenti, antiquæ deformatæ consuetudini insistemus aliquandiu, absq̃ dubio de sacro imperio & bono statu Reipub. & omnium nostrorũ breuiter actum erit. Nullus siue ecclesiasticus siue sæcularis, se iure poterit excusare: omnium enim bonorum temporalium regimen, ad publicam commoditatem primò debet ordinari. Vnde Hugo noster excellentissimus Saxo, qui de sancto Victore nominatur, in lib. de Sacramentis, de ecclesiasticis possessionibus dicens, scribit ipsas possessiones nunc̃q̃ à regia potestate posse elongari. Quoniã si ratio postulauerit, & necessitas illis ipsa potestas debeat patrocinium: & illi ipsæ possessiones debeant in necessitate obsequiũ. Sicut enim regalis potestas patrocinium qđ dat alteri, nõ potest non dare: sic ipsa possessio ab ecclesiasticis personis obtenta, ob obsequiũ quod regiæ potestati pro patrocinio debetur, iure negare non potest. hæc ille. Possent ad hoc dicta beati Ambrosij in epist. de tradendis basilicis

Exercitus publicè alendus.

Hugo de sancto Victore Saxo.

http://www.obrascatolicas.com

licis,& aliorum multorum adduci, quibus quum omnia cum præscriptis concordent, breuitatis causa supersedeo.

Cap. XL.

Litium incommoda.

NOn est dubium Rempub.lædentia fieri,præter superiora quæ enumerare longum esset. Nos scimus quod iudiciarij lõgi strepitus,in utroq; tam sæculari quam Ecclesiastico iudicio,propter maximam confusionem & litium immortalitatem,maxima damna Reip.afferunt: & maximè quod causæ in locis ubi exortę sunt,ac in proprijs prouincijs non finiũtur & quod ad Romanam curiam etiam minimæ causæ beneficiorum ita crebriter deferuntur, ubi solũ maximæ tractari deberent.Sic enim propter gratias expectatiuas aut usurpatas collationes beneficiorum,& propter lites,omnis sudor etiam parentum per filios ad curiam defertur:& nihil reportatur,nisi quod prius in prouincia habebatur,puta beneficiolum fortè à proprijs parentibus dotatum.Et quia passim promotiones ad fortunam in curia fiunt:illuc confluunt omnes,à teneris annis ibi degẽtes,& expectantes ditari,ac postpon ũt studia ac religionum exercitia:deferunt aurum & argentum, & reportant chartas.Et quia canones sanctorum patrum non ita ordinauerunt, ac etiam quoniam experientia docuit,quantùm mali Reipub, ex hoc aduenit: modis omnibus reformanda hæc sunt.Non moueat quempiam commune dictum, quod sæcularis potentia de hac ecclesiastica ordinatione ita introducta, ex auctoritate Romani Pontificis,siue in collationibus beneficiorum,siue gratijs ac litibus,se impedire non habeat.Si de ecclesiasticis constitutionibus, ad augmentum diuini cultus,& pro libertate Deo seruientium institutis,nihil immutare habeat laicalis potestas habet tamen nihilominus prouidere Reipub. illis præfatis semper saluis: non deceret quempiam dicere sanctissimos Imperatores, qui pro bono Reipubl.in electionibus Episcoporum,& collationibus beneficiorum, & obseruatione religionum,multas sacras constitutiones ediderunt,erasse,& ita statuere nõ potuisse. Imo legimus Ro.Pontificem eosdem rogasse,ut constitutiones pro cultu diuino,pro bono publico,etiam contra peccatores,de clero ederent.Et si fortè diceretur,robur omnium illarum cõstitutionum,ab approbatione Apostolicæ aut Synodicæ auctoritatis dependebat:nolo in hoc insistere, licet 86 capitula, regularum ecclesiasticarum antiquorum Imperatorum legerim & collegerim,quę hic inserere superuacuum foret,& multa alia Caroli Magni & ipsius successorum,in quibus etiam de ipso Ro. Pontifice, ac alijs omnibus Patriarchis dispositiones,quòd de consecrandis Episcopis & alijs capere debeant,inueniantur.Et tamen nunquam repperi, aut Papam rogatum ut approbaret,uel etiam eapropter, quia si approbatio ipsius interuenit, legisse legitur:benè ut superius quodam loco habetur, aliquòs Ro.Pontifices fateri, se illas ordinationes uenerari.Vnde posito hoc ita esse,quod ille imperiales ordinationes in ecclesiasticis dispositionibus non habeant plus firmitatis, nisi inquantum prius in canonibus illæ ordinationes reperiebantur, aut inquantum per Synodos approbentur & recipiantur sicut hoc uerum esse probatur ex communi uulgatissimo dicto:quòd leges non dedignantur sacros canones imitari & in contradictione seu concursu legis & canonis,in Ecclesiasticis absq; dubio canon præfertur, tamen ad hæc si reformatio,quæ fieri postulatur se ex legalibus antiquis sanctis statutis ecclesiasticis iuuaret,absq; dubio potestate & auctoritate non careret. Illas enim constitutiones nemo dubitat canonicis statutis optimè conuenire & in nullo contradicere.Et ut uno uerbo omnia concludam,si pijssimis Imperator cum toto sibi subiecto Concilio necessitates Reipub.considerans, ac diminutionem diuini cultus, & morum deformitatem in omni statu cum causis et occasionibus ponderans, repeteret sacros canones,antiquas ac sanctissimas priscorum obseruationes, et quicquid illis obuiaret,siue priuilegia,siue exemptiones,siue introductiones:nonne in collationibus beneficiorum aut litibus, una cum toto suo Concilio decerneret tollendum esse,et canonibus sanctis strictissimè obediendum?Rogo quis Christianus dicere posset, ibi aliquid præter Potestatem et auctoritatem attentatum: quando pro

pro custodia antiquorum canonũ,& legalium sacrarum sanctionum,pro augmento diuini cultus,pro bono Reipub.illa fierent?Non retrahat te Imperatorẽ prudentissimum cuiuscunq; suasio,ab hac sancta tua intẽtione.Multi quidem fingunt sub specie bonæ obedientiæ,rationes coloratas ad defendendum uias malas, & ad excusandas excusationes in peccatis.Quæratur solus Christus qui est uia,ueritas,& uita,per uias patrum nostrorum,& tollantur uiæ malæ ex cupiditate,ambitione,& auaritia introductæ:ut sic reuiuiscant canones,sine quibus pax Ecclesiæ seruari nequit,nec religio augmentari. Multa quidem alia regibus incumbunt,maximè adulteria,furta,parricidia,periuria,rapinas,& consimilia peccata magna cohibere, & de patria expellere,ut dicit sanctus Cyprianus. & habetur 23,q.5.rex debet cum similibus.Insuper deceptiones quæ per contractus ac prauitates fiunt usurarias, per ludos taxillorum,per monopolia,& huiusmodi eradicare, ac festa coli facere, tollere exorbitantias,quæ in expensis nuptiarum ac exequiarum, ac pretiosarum uestium & similibus fieri solent.Et breuiter cuncta ad bonum publicum redigere.

Imperatori quæ uitia sint externa inuida.

Cap. XLI.

SVperiora docuêre,ueram concordantẽ Ecclesiæ harmoniã in rectè ordinata præsidentia,quæ ex communi consensu & electione exoritur,& libera subiectione omniũ aut partis maioris,ac quòd canones & leges tam diuinę, q̃ cõmuni omnium consensu humaniter rationabiliter dictatæ,æquissimum,medium uiamq; de hac uita transitoria ad cœlestem patriam ostendunt. Verum quia opera inuidiosi & à principio mendacioſi diaboli,inter sacerdotium & imperium sæpe scismata suscitantur,aut ex disceptatione super maioritate in potentatu, aut timore perditionis temporalium,uel huiusmodi.Et illa tempestate feruente,ut satis omnibus ex Euangelio liquet, dissipationem regni diuisione cœpta imminere constat, nec iura,nec leges,nec ordinis ecclesiastici censuram persistere posse.Erit eapropter omnium orthodoxorum primum & maximum studium, illæsam utriusq; potentatus hierarchiam,concordi uinculo in alterutrum diu conseruare. Cogitet itaq; dum hęc instinctu turbatoris pacis mentibus suggerũtur,ipse primus omnium Ro.Pontifex,se ministrum ex humiliatione exaltari: quodq; supremus aliorum ministerialem curam habet,non dominationis imperium,ac utraq; à Deo esse potestates, ac nostro gratiæ tempore uerè distinctas ut Nicolaus maximus Ro.pontifex asserit.96. dist.quum ad uerum.& idem.91.dist. Ecclesiæ meæ cõfirmatur. Consideret, ubinam potentatus Ro.pontificis,tantum confirmationis in extollentia ac præceptiua subditorum obedientia habeat,sicut imperialis:ad Roma.15:dico de Ro.pontifice,non de ipsõ sacro sacerdotio.Etiã textus celebriter de conse.dist.4.ac prima colla.inaucł quomodo oportet Epi.in principio:& consimilia multa ad minùs distinctionem independentem,& quòd de sursum utraq; potestas descendat,probare uidetur.Et illa fuit omnium antiquorum opinio uera.etsi dubia nouiter exorta sunt, ob sinistrum multorum complacendi studium.Repetantur uetera,imò si gladij utriusq; potestatem Papa haberet,non esset adhuc illorum intentio uerè probata, Imperatorem ab eo dependenter gladij usum habere.Nullus enim negat,reges mundi diuersos & varios,& infideles fuisse,quorum regalis potentatus,absq; hoc quod superiorem recognoscoret,à Deo dependebat:à quo (rogo) dependebat imperium, Paulo appellante ad Cæsarem,aut Christo ipsum approbante,dum iussit ea dari Cæsari, quę eius erant:Non potest etiam Papa in hoc se primum arguere, etiam si gladij potestatem haberet,tanq; ab eo dependeat omnis gladij potestas: dum rectè prædicta, ac alia infinita,quæ à nostris maioribus nobis relicta sunt,ad mentem reuocat. Nec exaltat Papam imperialis spontanea propter Christum humilitatis reuerentia, qui eũ nominat & honorat ut patrem.C.de.sum.tri.& fi.ca.l.fi. aut quòd passus sit aliquam diu se in secunda persona nominari à Papa,iuxta c.quam graui de cri. fal: sed potius aduertat,quòd humiles Imperatores catholici, Ro. Pontificem scripturis & operibus,ut spiritualem patrem & custodem animarum uenerabantur. Multò etiam plures scripturæ inuenirentur, quomodo Ro, Pontifex Imperatores honorare multò

Curandum ne regnum Christianorum sit diuisum.

Imperium non à Papa sed à Deo.

http://www.obrascatolicas.com

ampliori gradu ſolitus fuerit, ut ſuperius Agathonis Papæ cum ſuo Concilio ad Conſtantinum epiſtola declarat, ubi dicitur: Omnes enim exigui Eccleſiarum præſules, ueſtri Chriſtiani imperij famuli, & ad hęc nunc ſufficiat canon uictor. 97. diſt. Non negat Imperator iuxta c. omnes principes. & c. legebatur de ma. & obe. Epiſcopis ut patribus obedientiam præſtare debere. Hoc ita Papæ ut alijs ſufficiat, imò recordetur c. omnis anima. quòd eſt Pauli de cem. ac etiam quantos honores conſequutus eſt ab imperio. Nonne dum Conſtantinus Patriarcha, multis annis etiam ex Synodali decreto, ſe uniuerſalem & primum Patriarcham ac Epiſcopum nominaret, impetrante Bonifacio Papa poſt mortem imperatoris Mauricij, ac filiorum eius, à Phoca qui imperium occupauit, reſtitui ad primitiuitatem: Apoſtolica ſedes eius decreto legitur ad primum gradum reſtituta, iuxta ueridicas Pauli Guarnefridi Longobardorum hiſtoriographi tunc uiuentis, ſcripturas. Reducat memoriæ, quanta magnificentia, dona ac defenſiones, imminente turbatione Eccleſiæ ab imperio Ro. Eccleſia ſit conſequuta Et ſimiliter quomodo plus. 200. annis poſt primum Conſtantinum tempore Agathonis, de labore corporis uictus ei fuit, eo quod priſtina Eccleſiarũ ſuſtentatio, paulatim per diuerſas calamitates deficiendo ſuccubuit: ut hæc in geſtis ſextę Synodi legũtur. Et quomodo ab illis calamitatibus ab imperio fuit releuatus, & ſufficiat ei eminentia, qua Sol ſupra Lunã. & anima eſt ſuper corpus, abſq; hoc quod imperiũ non eſſe, niſi per eum ab eo dependẽter affirmet. Si regum & Imperatorum depoſitiones ac imperij translationes, & cætera fortè ad hoc præſumendum Apoſtolicum mouerent: ſciat niſi forte religioni & humilitati obſtaret, omnibus illis uerè & clariſsimis reſponderi poſſe: & taliter quòd fortè hæc minimè tantam poteſtatem, abſq; partium contendentium aut conſenſu aut acceptatione in Papa, ut Papam arguerent. Non defuerunt antiqui, qui Henricum quartũ Baſileæ coronatum per Romanorum legatos, ab excommunicatione Gregorij ſeu Hildebrandi defendebãt: etiam Apoſtolicæ ſedis Cardinales pro tunc, ac quoddam Concilium Romæ pro tunc celebratum: imò ipſa generalis Baſilienſis Synodus tunc celebrata, illa egit de eligendo Honorium Papam, propter quæ Henricus demum excommunicatus pronuntiabatur. Sic de Friderico ſecundo, uiro utiq; in Eccleſia ſtrenuiſsimo ac fidei propugnatore, ſcripta defenſoria & fortia inueniuntur, ac etiam de alijs Imperatoribus, acquieuit ſępe Pontificibus populus, ad obedientiæ bonum. Non hæc trahantur ad poteſtatis elationem, niſi ut præhabitum eſt ob delictum & peccatum, iuxta. c. uenerabilem de elect. & de iudi. nouit. Iſtæ omnes quæſtiones ceſſẽt amplius, & ſentiamus cum ſanctis ueteribus noſtris prædeceſſoribus. Etiam temporalia donata Eccleſiæ huic paci non præponendo, ſed potius ad modũ Leonis in Synodo, qui Othoni primo (ut præhabitum eſt) ei & ſucceſſoribus perpetuè omnia reſtituit: quia tunc deficiente fide, & exorta turbatione, conueniebat Imperatorem fidei defenſorem potentem eſſe. Quando expedire uidebitur faciendo maximè hodie, opportunũ foret imperiũ abundare: deficiente enim defenſore, uidemus quò tendimus. Sufficiat Papæ, quòd imperiũ Eccleſiæ in omnibus compatitur, agit pro eius tutela quæcunq; poſsibilia, & quãtum eius uires ſufferunt: non ui capit non repetit donata, ſed defendit & nutrit ſacerdotium, quod ſolùm ut digniſſimum ueneratur. Ex alio non debet Imperator ſe quocunq; titulo contra ſanctum Dei ſacerdotium erigere, ex auct. de non alie, re. ec. uer: ſi minus collumna. 2. ubi dicitur, imperium parum à ſacerdotio differre, nec ex præactis aut alijs quibuſcunq; ſe illi ſupernæ eccleſiaſticę poteſtati æquiparet. Illuminatur enim imperium à ſacerdotio, ſicut Luna à Sole: licet enim Luna ita à Deo creata ſit ſicut Sol, non tamen niſi per Solem illuminatur. Si omnis ordinatio imperialis ad finem per uiam rectam tendere debet, & Deus finis eſt, & Chriſtus uia: oportet imperium à ſacerdotio lumen: ſemitis ſuis requirere. Non cuncta illa terrena, quæ accidentaliter ſacerdotio ad ſubſiſtentiam conferunt, per imperium donata, ad æterna quouis modo comparanda. Nec reputet Imperator, qui imperialium omnium non dominus ſed adminiſtrator exiſtit, ſe maximũ quod feciſſe in non ſuis bonis quãdo illa pro bono publico iuxta diuinã commiſ-

Paulus Guarnefridus.

commiſſionem, ad finale diuini honoris augmentum conſtituit. Domini enim ſunt cardines terræ, ac ipſa terra, & plenitudo eius. Sacerdotium quidem ſanctum imperio ſuperadditum, tanquam uera uitalis anima corpori ſummopere uenerandũ eſt. Deus enim ſpiritus eſt, qui per medium ſacramentorum, quorum miniſtri ſunt domini ſacerdotes, tãquam per animas corpori, id eſt fideli populo gratioſe coniungitur, ut homo ſit in Deo. Eſt itaq; omnis diſputatoria commotio, ad concordiam pacatis animis redigenda, & perpetuò ſtabilienda, quia tota iſta noſtra Eccleſia, ex corpore et anima iuxta præfata conſtituitur, diuino ſpiritu eandẽ Eccleſiam per concordiam inhabitante & inſpirante, ut ſic ex ſpiritu diuino, anima ſacerdotali, & corpore fidelium, una omnium fidelium Chriſti etiam concorditer ſubſiſtat. Rupta uero harmonia ac naturaliter concordante proportione (ut notiſsimum eſt) in quolibet uiuente, ſegregatur anima à corpore, præcedẽte mortali febri, & incurabli infirmitate.

Non ſe Ro. Pontifex exaltet inter cunctos Domini ſacerdotes, exiſtimans alios nihil in exequutoriali adminiſtratione, niſi quantum ipſe conceſſerit, poſſe: ſed recordetur pluries longo tempore papatum uacaſſe, ſicut poſt Marcellinum ſeptem annis, & alijs temporibus aliquando duobus, & tamen non erat inefficax ſacerdotium. Et cogitet ſuam priòritatem, diuina diſpoſitione pro cunctorum ordinata gradu atione, & Eccleſiæ incõfuſa pacis tranquillitate ſeruanda, quò ad ſpiritualem poteſtatem, quæ ſolùm à Chriſto eſſe poteſt, ſibi nihil conferre, propter quod ſe meritò exaltet. Cõſideret etiã, ſi ſacerdotiũ eſt ut anima una, quæ eſt tota in toto, & in qualibet eius parte: quòd tunc exequutiones poteſtatum, quoad decretam prouinciam ſecundum plus & minus quum ab extrinſeco dependeant, non diminuunt ſpiritualem poteſtatem in ſe. Vnde ſicut ipſa anima, in pede hominis non eſt maior nec minor propter uitam quam pedi præſtat, ipſamet anima quæ in capite uel corde reſidet ſic ipſe Papatus ſe habet ut anima in capite, & Patriarchatus ut anima in auribus uel oculis, & Archiepiſcopalis dignitas ut anima in brachijs, & Epiſcopalis ut in digitis, & ſic de ſingulis uſq; ad pedes, qui in Repub. plurales deſignẽt. Vnde anima eius uitam præſtans, curatum rectè figuratur. Vna eſt ergo à Deo omnium ligandi & ſoluendi ac uiuificandi poteſtas, licet illa ex parte membrorum alia & alia, & maior & minor uideatur. Deinceps penſet Ro. Pontifex, tam per ipſas diuinas quam per canonicas ſanctiones, concordiam uitalem Eccleſiæ conſeruari, quæ quidem omnes radicem unam, in ipſa radicali & fontali diuini ſpiritus & naturali fluxu, uires capiunt: ipſa quidem proximior & conuenientior animæ, ſedes eſt in ipſo puriſsimo ſanguine, in cordis centro contento, à quo quidem ſanguine, per omnes arterias totius corporis rectificationis fluxum uitales ſpiritus capiunt. Sicut igitur ipſe arteriæ ſe per totum corpus undiq; per ramos transfundunt ex uno principio, ut per medium ipſarum uitalis ſpiritus fluat: ſic diuinæ ſanctiones, totum Eccleſiæ corpus etiam æquè potenter circumeunt dulci uitaliq; ſtructura, ambientes omnia membra. Vnde nullum eſt membrum, ſiue caput, ſiue pes, ſiue in medio eorum exiſtẽs, quod non circumeatur per ipſas, ac earum circumfluxione non intercludatur. Eodem modo uenæ quæ ab hepate initium capiunt, & ſe per totum corpus diffundunt, ſe ipſis arterijs connectentes, ac carne ſe immergentes, quaſi medium inter carnem & illum ſubtiliſſimum ſanguinem arteriarum exiſtentes, ſunt in hoc corpore Reipub. Eccleſiæ canonicæ conſtitutiones Synodicæ in hepate (ubi omnes uenæ concurrunt) digeſtæ, quæ ſunt quaſi medium, per quod ipſe carnalis homo ad ſpiritualem uitam dirigitur. Non ergo blandiatur ſibi in corpore Eccleſiæ exiſtens ſe eſſe ſupra, & uiuere extra ſanctiones canonicas, & earum ſaluberrimis præceptis non includi. Et ſicut paruæ uenæ, certa particularia membra rigantes, non habent (niſi ad communem fontem continuentur) uigorem uiuificatiuum & animæ delatiuum: ſic oportet omnia prouincialium ac particularium locorum ſtatuta, conformitatem ad communes canones abſq; contradictione habere. Et in hac conſideratione, radices in ſimilitudine inueſtigari poſſent de ijs, quæ latiùs ſuperius dicta ſunt. Poſt hæc imperialis ſublimitas cogitet ea, quæ de corporali compactione dicta ſunt applicare ad ea,

Pont. Rom. ne ſe extollat immodice.

Corporis compoſitio cõcors.

http://www.obrascatolicas.com

quæ de imperio dicta ſunt. Nam corpus ex oſſe, nerùo, & carnibus connectitur. Nerui uerò in medio utriuſq; naturam ſectantes, unam habent in cerebro (ubi altera rationis ſedes eſt) connexionem communem, & circumeunt omnes corporis artus diuerſarum iuncturarum, ad unitatem unius corporis ſtringendo. Et iſtæ ſunt leges imperiales, inter durum & molle in medio conſtitutæ, omnia concorditer colligantes membra ad unum, nec caput Imperatoris figuram geſtans eximitur, cum fluant illi nerui omnes à rationali ac naturali diſcurſu, cui legi nemo ſupereminet. Conſiderare itaq; habet ipſa ſuprema capitalis poteſtas, ne ipſi nerui aut laxentur nimium aut contrahantur, imò ipſe legislator non eximitur. Vnde Ambro. ad Valentinianum Imperatorem, epiſtola. 75. dicit. Dediſti leges, ne cui eſſet liberum aliud iudicare: quod tu præſcripſiſti alijs, præſcripſiſti, & tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipſe cuſtodiat. hæc ibi. Et eſt uulgatiſsimum: patere legem, quam tu ipſe tuleris. Nemo enim ad obſeruationem iniuſtæ legis obligatur, nemo uiuens à iuſto eximitur, quia hincinde totum corpus detrimentum ex hoc pateretur. Oportet enim legem ad formam chordæ ſub arcu tenſæ, eſſe: non nimium, ne rumpatur arcus: nec minus, ne quum laxata ſit ferire per ſagittam nequeat. Etiam ad hoc aduertere debet quod ſicut nerui oſſibus fortiter etiam putrefacta carne adhærent: ſic patriæ leges, quò ad ipſum principatum perpetuum, & iura patriæ, in corruptibiliter ſeruari debent. Patria quidem rectè oſſibus, dulcedinem medullarẽ habentibus & multum durabilibus, comparatur: carnes uerò tranſitorijs hominibus, qui ſæpe ob mollitiem, ignorantiam, uel infirmitatem, humaniter delinquunt, cum quibus oportet principem ut patrem agere, iam parcendo, iam diſpenſando, iam puniendo, ut cuiuslibet ſaluti conuenit, lege ſemper firma remanente. Nam ſi lex in quacunq; parte inficitur moritur: ſicut ſi neruus læditur in quacunq; corporis parte, totum corpus langueſcit Oportet etiam omnem particularem legem, quæ uenis paruis particularibus compatur, reformare, ut communi legi quæ bono publico prouidet, ac etiam fontali legum principio, ſcilicet rationali & naturali iuri non obuiet, alioqui morbus ex contrarietate illud membrum inuadens, de facili propter colligationem totum corpus inficeret. Debet itaq; citharœdus rex eſſe: & qui benè ſciat in fidibus concordiam obſeruare tam maiores quam minores, nec nimis nec minus extendere, ut communis concordantia per omnium harmoniam reſonet. Sit itaque cura Imperatori, ut rectè ad modum experti medici, corpus in ſanitate ſeruet, ut uitalis ſpiritus rectè per proportionabile medium ſibi iungi poſſit. Nam dum uiderit aliquam ex quatuor complexionibus excedere à temperamento uel deficere, & propterea corpus diſtemperatum, uel propter abundantem auaritioſam Melancoliam, quæ peſtes in corpus ſeminauit uarias, uſuram, fraudes, deceptiones, furta, rapinas, & omnes eas artes quibus abſq; labore cum quadam calliditate deceptoria, diuitiæ magnæ quæruntur, quòd abſq; læſione Reip. fieri nequit: uel ſi ex Colericis diſſidijs, bellis, diſciſionibus, & diuiſionibus, aut ſanguineis pompoſitatibus, luxurijs, commeſſationibus & ſimilibus: aut Phlegmaticis acedioſitatibus, in cunctis bonis operibus, & lucrādi uictus cauſa, & ob patriæ tutelam laboribus corpus torpeſcere, febreſcere, tumeſcere, uel exinaniri: quærat medelam, & audiat libros & conſilia peritiſsimorum quondam Reip. medicorum. receptam conficiat. Tentet per guſtum, uiſum, & odoratum anne conuenire loco & tempori poſſit. Si uidebitur quòd ſic, commendetur primò ſecreto Concilio ſuo, ſcilicet ipſis ſuis dentibus, ut diſgregent & inquirant, an aliquid confortatiui aut ſanatiui in ipſa recepta lateat, Si inuenit quidem ea benè attrita, aliquid ſalutiferi in eſſe, mittet ad fortiùs & maius examen maioris Concilij, ſcilicet ipſius ſtomachi, ut digeratur, depuretur, & purum ab impuro ſegregetur. Poſt hoc deputatum mittat ad conſiſtorium iudicum, ſcilicet ipſum hepar, ut iuxta neceſsitatem cuiuslibet membri, ipſa ſanatiua medicinalis lex diſtribuatur: & paternam curam in omnibus, & ad omnes partes & membra exhibeat, iam unguento dulcoratiuo, iam læſionis abſterſiuo, aut cauterio utendo, ac alijs omnibus conſeruatoriijs

Leges quatenus Imperatori obſeruandæ.

rijs medicinis: & nunquàm ad abſciſionem membri, niſi cum dolore compaſſionis accedat, & tunc quando alia non proſunt, & periculum infectionis exiſtit.

Hæc eſt ſumma omnium prætactorum, quam tu inuictiſsimè Imperator eò citiùs apprehendis ueritati ſubnixam, quę tuæ celſitudinis proximam effigiem deſcribit. Age itaque Cæſar optime, ut quamuis non admodum doctrinalis influxus, ex hoc uacuo omnium magiſterio, inepto labore quicquam exeri poſſet: nihilominus tamen pro incitamento ſtudioſorum, ac optimorum tibi aſsiſtentium ingeniorum, aliquando hæc collectio raptim ſaltem legatur. Sperandum eſt data ſapientibus occaſione, inquiſitio inflammabitur in hac hactenus dormitantibus ſubtiliſsimis intellectibus: & ſic erecta materia tanquàm igniculo ſcintillari, multis ex abditis prudentia, ſapientia, & omni circumſpectione plenis ingenijs, ſucceſsiuè et continuè afflantibus, ignis inflammeſcet magnus, qui deuoratis exorbitantijs, reductaq; in terreno imperio æquitate legali, fortitudinem imperij clareſcere faciet cum perpetuo augmento. Cuius fœliciſsimæ rei te omnium patrem noſtro æuo, principum authoremq; auidiſsimè expectamus, quòd pro tua immortali gloria attentiſsimo ſtudio fieri procura princeps clementiſsime, ut lit uia ad pacem Eccleſiæ, & ad æternam claritatem tibi, & ſubiectis noſtro æuo reficiatur. In laudem Chriſti regnantis in ſæcula benedicti, Amen.

Finit collectio de Concordantia catholica, ex uarijs ueterum approbatis ſcripturis, ad laudem Dei omnipotentis: quam ego Nicolaus de Cuſa, Decanus Sancti Florini Confluentiæ decretorum doctor minimus, ſacro huic Baſilienſi Concilio cum omni humilitate offero, nihil in omnibus uerum aut defendendum pro uero iudicans ſeu aſſerens, niſi quod ipſa ſancta Synodus catholicum & uerum iudicauerit, in omnibus ab omnibus orthodoxis corrigi paratus.

EPISTOLA PRIMA
Nicolai de Cuſa, ad Rodericum de Treuino, Archidiaconum, Oratorem regis caſtellæ.
In dieta Francofordienſi. Anno 1442. die 20. Maij.

VIR doctiſsime, mihi plurimum uenerande, domine Roderice de Areualo, Archidiacone de Treuino, ad hoc ut in his Eccleſię perturbationibus, ubi multorum opinione uulgi, doctiſsimorum ſententias in utramq; partem fluctuare conſpicis, ultimã ueriorem q; coniecturam, ſecundum regulas doctæ ignorantię, uenari ualeas: notato (quoniam de Papa & de Concilio Eccleſiam repræſentante, quæſtio eſt) quòd quoniam omnia in uerbo Dei ſunt, per quod omnia in eſſe prodierunt, tunc uerbum ipſum eſt omnia complicans; & omnia per ipſum explicata, ſunt in uarietate alteritatis, ipſum uerbum participantia. Vnitatem inſuper æterni uerbi omnia complicantis, omnia creata participant explicatiuè, uariè quidem: ut uerbum ipſum, quoduti eſt participari nequit, in uarietate multitudinis participantium meliori quidem modo quo poteſt, participetur. Omnia igitur in tantum ſunt, in quantùm ipſam uerbi entitatem participant. Fluit ergo eſſe omnis creaturæ, ab illa abſoluta entitate immediatiſsimè, quoniam omnibus æquè preſens eſt, ſed in alteritate participantium, exoritur alteritas creaturarum. Pari paſſu progredere, affirmando gratiam quæ naturæ ſuperadditur, ita ſe ad Chriſtum habere. Nam omnis creatura rationalis, in natura rationali humana, per gratiam in Chriſto

http://www.obrascatolicas.com

Iesu diuinitati hypostaticę unita: gratiam eleuationis ad unionem Dei, quæ est ultima fœlicitas consequi potest. Propter quam Iesus benedictus, omnes tales beatificandos est complicans. Omnes igitur rationales creaturæ, non aliter q̃ participatione gratię Iesu, fœlicitatem ultimam consequuntur. In omnibus ergo gratiam ipsam participantibus, est gratia Iesu, in uarietate participantiũ explicata. Et hoc quidem modo gratia Iesu est omne id quod est in omnibus Deo gratis, & omnes Deo grati in Iesu sunt omne id, quod sunt Deo grati. Vna est igitur gratia Iesu, ab omnibus saluatis uariè participata. Hoc Petrus omnium Theologorũ summitas, nobis insinuare uolens (ut Lucas in actibus refert) de ueteribus patribus referens, aiebat: Per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Et hæc est sancti Euangelij manifestatio, & diuini Pauli doctrina, quoniam Christus in omnibus est principatũ tenens, & caput omnis Ecclesiæ. Sunt autem homines rationales peregrinantes in spe saluationis, quibus reuelata est ueritas huius gratiæ per Christi incarnationẽ: Et hi quidem in fide sunt ueritatem agnoscentes, & in spe expectantes fœlicitatem, medio charitatis, qui militantem constituunt Ecclesiam, quæ omnia habet per gratiam Iesu Chtisti, quæ ad hoc sunt necessaria, ut post militiam in triumphantem transcendat, & beatitudinem in Iesu Christo consequatur. Hæc quidẽ Ecclesia est, in qua est gratia Iesu explicata, secundum istius mundi participantem naturam: quia cum non possit corruptibilis homo ueritatem intueri, ob suæ naturæ conditionem, sine ænigmate, & speculo, saltem ipsam in ænigmate, & speculo seu fide attingat. Quapropter, fideles seu in fide apprehendentes, in spe peregrinantes: adhæsiuo amore, participare suo quidẽ modo, in uaria alteritate, cõstat gratiam unicam Iesu Christi esse, Vnde & hanc Ecclesiam, Christi corpus dicimus mystice quidem, quia non est nisi gratia Iesu Christi explicata. Quoniam autem hæc est ipsa unica columna, sponsa sine macula, quæ habet Põtificem maximum Iesum, qui cœlos pœnetrauit, cuius tenet confessionem, Christo adhærens in spiritu, qui occultatus remanet in hoc sensibili mundo: tunc hæc Christi occultata Ecclesia, in sua sensibili particularitate membrorũ cum sciri nequeat, quis hanc teneat cõfessionem, & amore dignus existat, sed solum in ui rationis quadam uniuersalitate rationis attingitur. Sicut enim triumphantiũ Ecclesia, supra rationẽ in simplicitate intelligentiæ tantũ accessibilis est: ita & hæc militãs, in rationis uniuersalitate. Oportet aũt in sensibili mundo, sensibilibus signis de ipsa Christi Ecclesia coniecturã sumere, cũ aliter attingi nequeat rationis ueritas. Quapropter cõiecturalis illa Ecclesia in hoc sensibili mũdo, secundũ huius mũdi contractam cognitionẽ, uera quidem Ecclesia est, licet intra suam coniecturã ex signis receptam, admittat tam Christo in spiritu adhærẽtes q̃ non, Constituit hæc huius sensibilis mundi Ecclesia ex ijs, qui sensibilibus signis se Christũ participare demonstrant, uti sunt Christum filium Dei confitentes. Quapropter hæc ipsa Ecclesia sacra quędã habet signa ad hoc instituta, ut per ea cognoscamus eos qui Christi sunt; eo quidẽ modo quo ex signis coniecturalis trahi cognitio potest. Dico igitur quòd hæc Ecclesia Christi, huius coniecturalis modi iudicio sancta cẽsetur, etiam si mali et ficti sub signis sacris se intermisceant, quorũ signa quæ sacra sunt, tantum coniectura attingit. Non igitur omnes Christo adhærentes includit hæc Ecclesia. Qui enim nullo sensibili signo manifesti fiunt, penitus hoc iudicio excluſi remanent. Sic nec omnes de hac Ecclesia Christo adhærent, qui bonos tantum ad unionem admittit. Quoniam autem huius uitæ conditio talis est, quod hanc Ecclesiam ita esse oportet: ipsam à Christo optimo quidẽ modo, quo ipsa ut sic ordinari potuit ordinatam, non hæsitamus. Qua ex re sicut hæc ipsa Ecclesia perfecta est suo quidem modo, ita & caput habet. Sensibilem enim Ecclesiam, sensibile caput habere conuenit: & ob hoc caput huius Ecclesiæ, sensibile, est Pontifex qui ex hominibus assumitur, in quo est hæc ipsa Ecclesia complicatiuè, ut in primo uno confessore Christi. Petrum autem primum Christi confessorem scimus inter homines, & ob hoc Petrus à confessione petræ quæ Christus est nomen accipiens, complicatam in se Ecclesiam explicauit uerbo doctrinæ primo omnium. Non est igitur aliud

Ecclesia

Ecclesia quæ à Petro initium cepit superna reuelatione, quam unio fidelium in Petri confessione. Explicatio igitur Petri à petra dicti Ecclesiam complicantis, est Ecclesia una, eandem confessionem in alteritate multitudinis credentium participans. Quomodo autem multitudo unitatem non nisi in uaria alteritate potest participare non potuit Ecclesia nisi in uaria participatione unitatis subsistere: Quapropter uaria esse mẽbra unius corporis Ecclesiæ necesse fuit, in quibus una illa confessio tota in toto et in qualibet eius parte existeret. Vnitas igitur in uaria alteritate Ecclesię existit. Et sicut unitatis uirtus nõ nisi in participata alteritate attingi potest: sic nec cõplicantis principij uirtus, aliter quam in explicatis principiatis potest appræhendi. Nõ enim uirtus unitatis naturæ Adæ complicantis patris, aliter quam in explicatis à se hominibus attingitur: sic nec creatoris, nisi in ipsis creaturis. Hoc insuper modo Petri capitis Ecclesiæ huius complicatiua uirtus, non nisi in explicata à se Ecclesia potest appræhendi. Quando enim uarietatem potestatum, ordinum, & prælationum in unitate fidei in Ecclesia esse conspicimus: illa omnem uarietatem ordinatissimam atq̃ decoram, in Petro complicatam originaliter conspicientes, ad coniecturas de Petri admirabili potentia & uirtute erigimur, & plenitudinẽ omnium possibilium in Ecclesia pro eius conseruatione & directione, unicam Petri appræhendimus potestatem. Non enim est unitas in multitudine explicabilis, tanq̃ unitatis uirtus complicatiuè maior existat. Hinc principatum uniuersalem, omnem particularem principatum originaliter complicantem, inexhauribilem multiplicatione particularium cognoscimus. Si igitur in Ecclesia sunt Patriarcharum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, Episcoporum, Presbyterorũq̃ potestates: has quidem cõtractas esse constat. Contractum autem ex se ortum non habet, sed ex absoluto pendet. Quare potestas primi & supremi, in sua plenitudine ambit omnem omnium potestatem: imo non est potestas nisi una & primi, quæ in alteritate rectorũ uariè participatur, à nullo tamen maximè, Imparticipabilis enim est uti est. Vides nunc Prudentissime pater: quam inepte dicitur, potestatẽ particularium rectorum, equari aut eminere posse potestati uniuersalis principis. Vides diuinum dictum Leonis Papæ, quomodo omnis potestas primò quidẽ ab absolutissima illa diuina potestate esse recipit, sed in Ecclesia per Petrum caput, & principem Ecclesię. Aduerte igitur, quomodo non est potestas principis absoluta, nisi Dei summi: sed principatus omnis uariè hanc in alteritate contractationis participat. Principatus enim in hac Ecclesia absolutus quidem est suo modo, quoniam in ipso Ecclesia cõplicatur. Ita quidẽ principatus quicunq̃ absolutionem suo modo participat, cum supra populũ cui principat constituatur. Vndè irrationabiliter dicit, principem in eo regno ubi est princeps, præesse pariter & subesse: ratio enim contradictoriorum, coincidentiam nõ admittit. Quòd sapientissimi quidam intellexerunt, qui principem solutum legibus, & non posse à subditis iudicari dixerunt. Ideò satis tibi patere potest, q̃ execrabile delictum sit, scissura obedientiæ, & unitatis, & presumptuosum iudicium subiectorum contra sacrum principem, sub quocunq̃ colore istud fiat. Vides etiam sacrũ principatum omnem in Ecclesia, sub primò subsistere, inquantum in ipso complicatur & non aliter, Nam sacer principatus uniuersalis, ad ædificandam Ecclesiam existit. Quare omnis principatus, siue spiritualis, siue temporalis, inquantum huic fini subseruit, in Ecclesia esse potest. Et inquantum huic fini resistit, non est principatus in Ecclesia, cum non participet unicam ecclesiasticam uniuersalem potestatem, quæ in omni potestate quæ in Ecclesia est, est id quod est ipsa cõtractè. Vides per coincidentiam in unitate uniuersalis potestatis, differentes & spirituales & temporales potestates, in Ecclesia distinctè explicatas. Non est tibi nunc difficile intelligere, quomodo sacro principij Ecclesiæ, omnis fidelis subiectus esse debeat, siue rex, siue præses, aut alius, inquantum ipsi de Ecclesia esse uelint, quam illa potestas uniuersalis ambit: & hoc quando princeps Ecclesiæ, secundum principatus ipsius uirtutem, præcepta discernit. Vbi uerò ipse princeps ea fieri mandaret, quæ ad finem ædificationis Ecclesiæ illi creditæ non tenderent, non procederet iussio à principatu:

Leo Papa.

http://www.obrascatolicas.com

quare ei tunc obedire non esset necesse. Si uerò dubium esset, & de mente sacri principis non constaret: pro sacro principe præsumendum est, quòd rectè credita potestate utatur, & ipsi obediendum est: Cum ergo intelligamus in Ecclesia ubi sunt boni & mali, sacrorum principem etiam & bonum & malum esse posse, & uideamus potestatem eius Ecclesię obesse non posse cum in his quæ in ipsa potestate non complicantur ei non subsit quisquam, & in dubijs obediendo nihil sit periculi, sed periculum magnum non obediendo: hinc ait Augustinus, nullam posse causam dari, ob quam necessarium sit ad scisma peruenire. Augustinus. Quare scisma diabolicum inexcusabile crimen existit. Aduerte pater, quomodo explicata Ecclesia primitiua, & contracta re ipsa uniuersali Petri potestate; uariè secundum uarias particulares super intendẽtias, quilibet rector in sua particularitate Petri potestatem contractè participãs, eandem (salua contractione) quam Petrus habet potestatem. Vnde quia in hoc omnes Petri sunt successores, qui dominici gregis curam gerunt: uisum est sapientibus, uniuersalem potestatem sacri principis, Ecclesiæ superistam cuiusçp particularem non esse, nisi secundum sacri principatus conditionem, scilicet ad ædificationem. Ita scilicet quòd ipse est qui est uniuersalis successor Petri, in particularem Petri successorem non habeat potestatem, per quam potestas ædificatoria particularis, in sibi subiectis immutationem capiat aut impediatur: Secus autem quando superintendit sacer princeps uniuersalis, ne rector credita potestate in ædificationem, abutatur in destructionem subiectę Ecclesię. In hoc uidelicet murmurationes exoriri, quæ facile tolluntur: uniuersali sacro principe aduertente, se Petri successorem post Ecclesiam à Petro explicatam, non quasi ipse sit alter Petrus à petra dictus, super quam petram Ecclesia erat ædificanda cum ordine suo. Nam tollere ordinem & statũ uniuersalis Ecclesiæ explicare, non est sequi Petrum. Omnis enim Romanus & primus Pontifex, in explicatum Ecclesiæ ordinem & statum, à Petro non habet potestatẽ: quoniam hęc explicatio per Petri potestatem in ædificationem Ecclesiæ iam facta, per ipsum reperitur, quando ad Petri principatum natus in Ecclesia filius sublimitatur. Quia ita ea quæ explicata reperiuntur in Ecclesia per Petri successores modo nunc dicto, sunt ea quæ ex uniuersalis principis potestate prodierũt: non est conueniens illa per eandem potestatẽ nunc in electo Pontifice complicatorie existente, quouismodo infringi, siue illę sint regulæ, siue ordo statuum, aut alia uniuersalia quęcunqꝫ. Nisi in casu, quo Pontifex ipse uideret aut ἐπιείκειαν, aut immutationem utilem, pro ędificatione Ecclesiæ: quo in casu aduertere habet ne cum utilitatem procurare studet, fratres offendat & scãdalizet. Eo quidẽ modo sapientiores semper intellexerũt, quòd quamuis sacri principis Ecclesiæ manus ad ædificationẽ extensæ, nulla obseruãtia aut regula patrum etiã in Concilijs inhiberi impediriçp possent: non est tamen apud ipsum libera potestas reijciendi, semel per Petri explicatam potestatem salubriter pro regimine Ecclesiæ ordinata, quamdiu illa ad ædificationem præstat adiumentum. Sed nullam sedem magis oportet sanctorum patrum benè statuta inuiolabiliter, exequi, tanq̃ uerum Petri successorem, in ijs quæ ex eadem Petri potestate explicatorie prodiêre. Vides nũc quãdo sacer princeps Ecclesiæ, contra sanctorũ patrũ statuta aliquid præsumeret, ubi non constaret eum ex causa utilitatis aut necessitatis moueri sed potius ex aliqua particulari non digna causa: quomodo tũc in ipsa priora eiusdẽ Petri mandata offendit, exiens uires potentiæ suæ. Quapropter non esset inconueniens si pertinaciter in hoc perlisteret, ab eo recedi posse per Ecclesiã, quando recessus ipse, unitati Ecclesię sine qua Ecclesia esse nequit scissuram non inferret. Eo quidẽ modo Pontificem canonibus sanctorum patrum subesse intelligendum est, quasi in eo non sit potestas, benè ordinatis pro libito abutendi: & si in hoc pertinaciter persisteret, quòd tunc se sacro principatu quem in abusum paruisaceret indignum constitueret, Quemadmodum enim Petrus in uniuersali successore uiuit ita & in canonibus patrum, quoniam patres ipsi, & uniuersa Ecclesia in patribus: sic & Petrus in Ecclesia in ipsis sanctorum regulis uiuere dicitur, quamdiu illa utilitati ædificandæ Ecclesiæ pręstat adiumentum. Et hoc est iuxta regulam intellectualem doctę

doctæ ignorantiæ in Pontifice esse Ecclesiã complicatiuè, & ipsum esse pariter in Ecclesia hoc est cũ in suis sacris ordinationibus consentaneè uigilare, hæc si ad liquidum extendantur, intellectũ aperiunt, ut aliquorũ ineptissimè scripturæ facile spernantur. Videatur çp apertissimè. S. D. N. nulla cuiuscunçp Synodi constitutione prohiberi potuisse, quando Concilĩ pro reductione orientalis Ecclesię, in eo loco ubi magis rebus agendis congruebat, institueret. Atçp ob hoc omnes alias congregationes dissolueret, et patres à Basilea absolueret, ut ad tam sanctam unionem libere concurrere possent. Nam sicut non est potestas Pontificis ad destructionem bene actorum per patres: ita non est potestas sub cœlo, quæ eius possit auctoritatem minuere quominus errantes ad ouile reducat. Visi sunt illi obcæcatissimi uiri, in spiritu furoris fuisse extra omnem sensum, quando supra sacrum principem Ecclesiæ, nescio qualem iudiciariam sibi uendicabant potestatem, & horridum nefas attentarunt in sacrum principem suum sæuientes, seipsos ab eodem & uniuersa per orbem catholica Ecclesia pernicioſissimè secantes. Nunc satis est, quoniam gesta tibi res notissima est. Habes etiam illuminatum clarè intelligentiæ oculum, ut sophisticas palliationes eorum optimè conspicias, nulla auctoritate aut ratione fulciri. Patet etiam uniuerso orbi (cui uiri illi desperati uirus pessimum injcere tanta diligentia & cura sategerunt) eorum uanissima ambitio & apostatica rebellio, & maximè serenissimo maximarũçp laudũ dignissimo regi Castellæ & Legionis: qui (te medio) Deo amabilem sollicitudinẽ, conseruandæ unitati in his longè distantibus Germaniarũ regionibus, tanto zelo impendit: ut nihil occupatissimo regi in quotidiana Agarenorũ depressione infestiùs dietim occurrat: çp tales Christianæ Reipublicæ inimicissimos, sub periculosa quadã conniuentia tolerari per eos, quos ipsi temerario ausu, cum Christi uicario anathemate ferire conati sunt. Reportabit princeps ille clementissimus pro sua interna deuotione, immarcessibilem gloriam, Non enim poterit inconsolatus à Deo & Ecclesia relinqui, uir sanctissimorum desideriorum. Nec poterunt uota sacratissima eius, tua circumspectissima agitatione in hac præclara in uictissimi Romanorum regis, & glorioſissimorum electorum sacri Romani imperij constituta dieta, tanquam è cœlo missa non acceptari: ut sic in Domino gaudens omnia fœliciter peracta relaturus, reuertaris. Quod tibi tantò cordialiùs aduenire optò, quanto me nosti annis multis pro eodem feruentius laborasse. Valè.

Epistola II. Reuerend. Patris Nicolai de Cusa Card. De usu Communionis. Ad Bohemos.

IRige Domine Deus meus, in conspectu tuo uiam meam. Quoniam uariæ & innumerabiles sunt quæstiones, quæ ad opera obscurissima Dei, siue ad scripturarũ abditissimas latebras pertinent, quas aliquo genere complecti ac diffiniri difficile est, & multa ibi ignorantur salua fide, & alicubi erratur absçp hæretico crimine (ut ait ille ueritatis prudentissimus predicator Augustinus, secundo libro de originali peccato) hinc qui nimis amat sententiam suam, usçp ad præscisionẽ communionis, & condendi scismatis uel hæresis sacrilegium, diabolica præsumptione deteneri dicatur. Est enim angelica perfectio, in nullo aliter sapere çp se res habet. Rectè igitur çp diu per futuram resurrectionẽ, istam angelicam perfectionem assequuti nõ fuerimus, nos admonet magnus Leo Euãgelicæ ueritatis tuba: ne nos diabolica pręsumptio apprehendat, neçp alia tentatio secundũ Apostolum çp humana. Maximè hoc uerũ in fidei causa, quoniã cũ ipsa rarò perfecta sit, & nullibi periculosius erret, temeraria præsumptio periculosissima est. Imbuti em infidelitatis uenenis animi, nõ possunt impietatis suę glutinũ abolere, si pręsumptuositate uirus inhaustum inoleuerit. Quare nerui sunt et quidã artus sapiẽtię, in fidei causa non temere credere: uti Ambrosio ad constantinũ epist. 37. placere uidetur. Hinc sapientis Sophronij Patriarchę Hierosol. sententiam. In. Sexta. uniuersali Synodo prolatam amplectamur: Leo.

Non

http://www.obrascatolicas.com

Non sibi quisquam credat, sed cum alijs pariter cõferat Pauli exemplo, ne paternos terminos sua cõfidentia transiliat, & tunc in quod (pace & unitate Ecclesiæ seruata) peruenerit secure ambulare poterit. Vos uero Bohemi, qui quadã singularitate sub religionis specie, quò ad usum diuinissimæ Eucharistiæ, à reliquo corpore Ecclesiæ cum pacis & unitatis ruptura abscisi estis, contrarium huius agitis quod prædicatis. Nam cum hoc summum conuiuium, non solum sit sacramentum unitatis corporis Christi in altaris sacramento, sed & etiam in pacis uinculo, ut uult Augustinus in de ostensione Ecclesiæ ad Donatistas (est enim mysterium unionis cum capite & membris Christi, ut idem ait de sacramentis fidelium, feria secunda Paschæ) non recte uenemini unitatis sacramẽtum, quòd ipso in scismaticam diuisionem utimini. Non rectã fidem sacramenti tenetis, si separati à corpore Christi, uiuere uos putatis. Christus quidem caput Ecclesiæ, uita est quæ non uiuificat nisi unita membra. Quare cũ extra pacem & unitatem Ecclesiæ sitis, non uitam sed mortis iudicium expectatis. Reuertimini igitur citius ad Ecclesiam à qua exiuistis, ne id uobis contingat, quod Helias uicarius Hierosolymorum, ad Theodorum Catinum spernentem uenerandas imagines, in octaua generali Synodo dixit: quòd qui diuturnæ sectæ inseruiunt, difficile habent à mala qua tenentur opinione euelli: ferreis enim catenis diabolus mentes ipsorum constrictas tenet. Ad memoriam reuocate Patrum gesta, & comperietis in Synodalibus gestis, omnem particularem præsumptionẽ in fidei causa damnatam, & demum afflante diuino spiritu euanuisse. Forte dicitis: Christus uia, ueritas, & uita est. Per ipsum tantum ad beatitudinem pertingimus, & summum bonum apprehendimus: qui uerò in ueritate non ambulat, extra uiam est: qui extra uiam & ueritatem est, uitam æternam non consequitur. Nos uerò cum uia ueritatis incedamus, in uestigijs Patrum nostrorum qui cum Christo regnant, uitam attingemus, quam & ipsi assequuti sunt. Qui uerò per hanc uiam nõ pergit, sed breuiorem quærit: potiùs de seductione non tritæ uiæ, & præcipitatione, & præsumptione timere habet, etiam si talis attingeret finem optatum: cum non ambulet in semita sanctorũ, tanquam periculo se submittens, sequendus nõ est. Quid mali nobis ascribi potest, si nulla nouitate utimur, si id agimus quod cæteri, & insuper id addimus qd̃ Patres nostri in usu habuerũt: si necessarium fuit, uel ob Christi præceptum, & quia ita ipse fecit iudicarunt sanctissimi prædecessores ita faciendũ: rectè agimus eos sequendo. Si apud eos sanguinis communio nõ necessitate præcepti Christi tradebatur populo, ineffícax tamen non fuit, aliquid gratiæ recipienti accreuit, non possumus reprehendi si idem agimus. Nam etsi sine communione sacramẽtali uita haberi posset, nõ tamen is reprehensibilis est, qui ad communionem accedit: sicut nec corde credens inutiliter ad fidei sacramentum accedit, cur nos manducãtes iudicatis, cum uos ieiunantes minimè iudicemus? Si credimus communionem nobis præceptam, & eam eapropter summopere tanq̃ nostram uitã extollimus & appetimus: in quo est delictum? Hæc enim fides, quæ in augmentũ honoris tanti sacramenti tendit, ut credamus sine ipso uitam non esse: quomodo potest reprehendi, etiam si sine ipso uita haberi posset? sicuti habetur ubi affectus adest, & deest opportunitas. Nonne certum tenemus, in hoc sacramento uerũ corpus Christi ueramq̃ uitam esse Deum & hominem? & manifestum est, nos sine uita uiuere nõ posse. Si igitur in hac peregrinatione, Christus in Ecclesia militanti sub sacramentalibus signis latet: quomodo dici potest, non cadere sub præcepto Ecclesiæ dato, uiuere in Christo uolẽtem, ad cibationem istam nõ obligari? sicut enim immundus & infirmus, dum per accessionem ad agnum sine macula per fidem mũdatur & sanatur, dum se ad saluatorẽ conuertit, nõ tamẽ in Ecclesia nisi signũ huius manifestè appareat, ut huius sacramentũ baptismus existit: ita & mundatus & sanatus in Christo, absq̃ refectione & spirituali cibatione uiuere nequit. Et licet per internam charitatẽ Christo adhæreat, & uiuificãte spiritu uegetetur, per unionẽ amantis spiritus hominis, & amati Dei: non tamẽ in Ecclesia censetur uiuere posse absq̃ sacramento, in se uitã continente. Si enim gratũ & acceptũ est Deo, ad hoc quod corde credatur ad iustitiam, quòd etiam ore confessio fiat ad salutem, & oris confessio est signum fidei cordis: est clarum in Ecclesia obligationem ad signa pertingere, licet signata tunc sufficiant, quando impossibilitas signum ademerit. Sicut amor proximi non sufficit mentalis, nisi opus ac signum accedat: ut compassio uulnerati circa uiam, non suffecit in sacerdote & leuita, sed cum hoc exhibitio operis, ut in Samaritano. Impossibilitas autem excusat à signo, sicut egestas in non pascente fame morientem. Quare cum lex sit possibilium cadunt signa inquantum possibilia sicut signata, in præcepto. Sanctificatio enim sabbati præcepta non recte expletur per separatam internam contemplationem, sed cum hoc requiritur huius internæ sanctificationis explicata signa addenda, ut sunt ecclesiasticæ conuentiones, sacrificij oblatio, cum alijs multis, quæ secundum tempus à Deo inspirantur. Ita nec in honore parentes habet sufficienter, qui signo hoc non ostendit. Vnde cum Deum teneamur quantùm possibile est nobis supremè diligere, & in ipsa dilectione quantùm possibile est, dilectioni Dei quanos dilexit, ut unigenitum pro nobis morti traderet, conformare: erit necessarium huius dilectionis memoriam mortis & passionis scilicet nos habere, quoniam per ipsam, uitam assequimur. Et huius charitatis uiuificantis rememorationis mortis, non aliud signum nobis relictum est, quam communio Eucharistiæ, per quam mortem Domini annunciamus per memoriæ reminiscentiam in nobis esse, ac per ipsam nos uiuere, donec ueniat in alio ad uẽtu. Hinc credimus eos rectè obligari, dum in hac uita militamus, ad sacramentum diuinissimum Eucharistiæ, eo modo quo perfectiùs significat passionẽ, hoc est sub utraq; specie, quæ corporis laniationem & sanguinis effusionem signat in præteritum facta. Ac sub ipsis speciebus eundem sanguinem, idem corpus esse, & sumenti per uiam refectionis uitam prestare. Et sicut in morte Christi liberati saluatiq; sumus, cuius sacramentum baptismus existit, ita in resurrectione Christi uiuificati. Vnde hoc sacramentum Eucharistiæ, immortalis Christi sacramentum est, prout amplius non moritur, sed perenniter uiuit, licet memoriam mortis eius masticatio, interdentes, potatio siue fusio in os deglutioq; representent. Et tamen quia amplius non moritur, tunc signis memoriæ mortis, uita uiuificans capitur. Et quia sacramentum baptismi, per immersionem mortem & sepulturam figurat Christi, rectè hoc sacramentum completum, in se & mortis memoriam & resurrectionis uitam baptismum consequitur, quasi non sit fides, quæ uitam præstet, solùm in morte Christi, sed & in resurrectione qua cuncta completa fuerunt. Ita patres nostri, infantibus & tradiderunt, & tradi iusserunt corporis & sanguinis Christi post baptismum sacramenta, ut completã perfectamq; fidem, saluationem, simul & uitam consequerentur in Christo renati. Credimus etiam irreprehensibiliter hanc sacratissimam refectionem, non tantũ necessariam in anno semel, sed pro nostra infirmitate crebriter utilem: habẽti enim corpus debile, ranta annalis abstinentia, à cibo ipsum confortante & unificante, periculosa est. Ita iudicamus de spiritu nostro, & eius alimento spirituali. Vnde si pluries accedimus ad hanc mensam, in hoc sanctiores & fortiores nobis, qui nunc cum Christo regnant sequentes, reprehendi non meremur manducantes à non manducante, sicuti nec nos reprehendimus non manducantes. Hoc enim in probatione hominis latet, an abstinentia cõferat sanitati potiusq̃ cibatio, & in medici prouidẽtia cuius uicem pastores credimus agere, qui ouibus alimenta ministrãt aut subtrahunt, prout utilius iudicauerint. Consideramus etiam omne sacramẽtum signum esse alicuius signati, ac causam alicuius effectus gratię: & huiusmodi gratiæ per sacramentum acquisitę, necesse est quemlibet Christianum fateri Christum operatorem esse, teneriq; Christianum ad huius suę fidei sacramentum accedere. Et hoc est sacramẽtum sacramentorum, sacratissima Eucharistia: quoniam adultus credit operationem diuina Christi per signa scilicet uerba, & elementum & lauationem, gratiam regenerationis noui hominis qui est secundum Christum conferri. Huius totius fidei, quò ad effectum sacramentalem gratiæ, Eucharistia sacramentum est. Etenim uirtute diuina per uerba ministri, sub speciebus sensibilibus elementalibus, plenitudo gratiæ, ueritas, & uita, Christus Dominus Deus & homo existit. Hoc itaq; sacramentum,

http://www.obrascatolicas.com

est propriè sacramentum alterius cuiuscũq; sacramenti, & eius effectus cõpletiuum. Vnde sumitur pro complemento & confirmatione sacramenti alterius & eius effectus, sicut baptismus pro catechuminos credentes. Vnde fatemur sicuti quodam loco prædicitur, hoc diuinissimum sacramentum, prout datur in robur & complementum aliorum minus necessarium, quia est ut signum signi. Et cum signum legi. possibilitatis subsit: signum signi minori necessitati subest. Quare ut est cibatio, fatemur textum, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem eius biberitis, non habebitis uitam in uobis, cum possibilitate legis sacramentaliter obligatorium esse: non tamen adeò obligatorium, dum sumitur pro sacramento sacramentorum, ubi faciliores excusationes admittimus. Et hinc non hæsitamus, puerum baptizatum si ante sumptionem Eucharistiæ decesserit, per effectum prioris sacramenti regnum cum Christo consequuturum, cum hoc habeat, cuius Eucharistia sacramentũ esset si sumpsisset. Laudamus tamen omnia sacramenta hoc sacramentũ sequi, ea propter ut perfectissimé & signatum & eius confirmatorium signum, per exuberantiorem gratiam consequamur, quoniam Eucharistia est ipsa bona gratia, simul & sacramentum: Quis in his omnibus simplex oculus nos errare iudicare posset, ubi humiliter quantum ualemus, uestigia prædecessorum, praxim Christi & Apostolorum insequimur? Certè quamquam his rationibus uos coloratè nitemini defensare, multa tamen quæ agitis reprehensibilia sunt: inter quæ hoc maximè, quod non cum pace Ecclesiæ, sed temere & uestra sponte (auctoritate prohibente etiam ecclesiastica) ritum communionis, iam non sine causa quòad sanguinis speciem, quò ad laicos inconsuetum renouastis, potiùs eligentes abscindi ab Ecclesia: cũq; à renouatione desistere. Vbi hęc egistis, putantes plus utilitatis uos ex bibitione calicis in separatione, quam esu agni paschalis tantum in unitate & pace consequuturos, non rectè iudicastis. Non enim utiliter calix Domini unionis & pacis, pro causa diuisionis sumitur, nec uitam conferre potest extra Ecclesiam quæ corpus Christi est, abscisso membro. Nec uobis satis est, nisi diceretis reliquum corpus Ecclesiæ à uobis abscissum, uosq; ueram Ecclesiam, in paruã Bohemiæ portiunculam coarctatam, prænicioſiùs assereretis. In eadem quidem Ecclesia remanente unitate, uarium posse ritum esse sine periculo, nemo dubitat: ubi uerò præsumptuosa temeritas quemcunq; ritum unitati & pací præfert, etiã si in se bonus, sanctus, laudabilisq; foret, damnabilis est. Dicitis præcepto Christi obediendum esse primò loco, deinde Ecclesiæ: & si aliud præceperit Ecclesia cũ Christus, non Ecclesiæ sed Christo obediendum. Certè in hoc est omnium præsumptionũ initium, quando iudicant particulares suum sensum in diuinis præceptis uoluntati diuinæ conformiorem, quàm uniuersę Ecclesiæ. Audi huius similitudinem propinquã, quemadmodum Christus loquitur: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam ęternam in uobis. Ita idem loquitur. Qui nõ renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Origenes in ultima homil. super genesim, præceptũ Christi esse ait, & negat eius esse discipulũ, quẽ uiderit aliqua possidentẽ. Vnde si præceptũ est, ut etiã Hieron. in 2. dialogorũ actici & Critoboli dicere uidetur, tunc quia is solũ habebit lumẽ uitę, quę sequitẽ Christũ, et is sequitur qui eius est discipulus: cur Apostolici hęretici condemnati sunt, qui ita hoc præceptũ intellexerunt, & practicarũt, ut ait Augustinus in lib. Catalogi hęreticorum? Non alia certè de causa, cũ quòd ipsi se ab alijs prędecessorib. separarunt, iudicãtes ita strictè hoc præceptũ sub pœna damnationis obseruandum & practicandum, licet nõ habere proprium, in monachis & clericis plurimis laudabile sit, ut ibidem Augustinus. Certè tunc laudabile, quãdo in unitate Ecclesię huius intellectus præcepti practicatur. Et hoc sit exemplũ, ubi pius etiam intellectus præceptoris, cũ maceratione, abstinẽtia, & insequutione uestigiorũ Apostolorũ, & praxis Christi, extra unitatẽ damnatur. Sicut econuersò rigorosus intellectus præcepti & deuius non damnatur, si unitati Ecclesiæ non pręponitur, uti fuit circa baptismũ hæreticorũ S. Cypriani, & septẽ Episcoporũ: de quo latè per Augustinũ de baptismo, & in alijs multis locis. Vnde si in symbolo & eius intellectu, præceptis,

Responsio ad Argumenta.

Hieronymus.

Augustinus.

Cyprianus.

ceptis, ac alijs etiam omnibus sacramentis, inter separatos ab Ecclesia & Ecclesiæ concordia esset, & in hoc tantũ discordia, quòd non uniti cum Ecclesia à qua recesserunt: tales uitam consequi non posse & sacramentorũ effectum, Augustinus contra Vincentium rogatistam apertè ostendit. Iste uerò in Ecclesia remanet, qui suum sensum præsumptuosè non eleuat supra dictamen maioris partis sacerdotij, quibus uerbum creditum est, & qui Christi legatione funguntur. In obediendo enim illi sententiæ, quam saniorem Ecclesiæ partem uidet affirmare, nihil periculi incurrit Christianus. Hanc quidẽ sententiam ex Christi doctrina, sanctus Cyprianus eleganter deducit ad Nouatianum, ubi ait Christi ueracem confessorem, maiorem melioremq; partem in uera fide, lege, ac disciplina Dominicæ ueritatis persistere, quoniã portæ inferi non prævalebũt aduersus eam: ueritas enim cathedræ adhæret. Quare membra cathedræ unita & Pontifici coniuncta, Ecclesiam efficiunt, ut idem Cyprianus ad Florentinum & Papinianum scribit, cuius pars habetur 7. quæst. 1. Scire debes. Hoc elegantissimè Augustinus, Alipius, & Fortunatus, ad Generosum scribẽtes ostendũt: dicentes, etiam angelo credi non debere, potius quàm Ecclesiæ dispersæ per orbem, quæ Rom. Pont. & cathedræ Petri adhæret. Et pro infallibili regula salutis nostræ, Christus hanc tradidit Ecclesiæ potestatem & auctoritatem, ut cum in unitate cum ipsa perlistimus, quæ cathedræ Petri adhæret, per quam successores etiam malorum Christo capiti alligat, errare à uia salutis nõ possumus, etiam si in ipsa Ecclesia alius sic, alius sic uadat. Dices fortasis. Ecclesia hodierna non ita ambulat in ritu communionis, sicut ante ista tempora, quando sanctissimi uiri utriusq; speciei sacramentũ, necessarium esse ui præcepti Christi & uerbo & opere astruebant. Potuit ne tunc Ecclesia errare? Certè non. Quòd si non: quomodo id hodie uerum non est, quod tunc omnium opinione affirmabatur, cum non sit alia Ecclesia ista quam illa? Certè hoc te non moueat, quòd diuersis temporibus alius & alius ritus sacrificiorum & etiã sacramentorum stante ueritate inuenitur, scripturasq; esse ad tempus adaptatas & uariè intellectas, ita ut uno tempore secundum currentem uniuersalem ritum exponerentur, mutato ritu iterum sententia mutaretur. Christus enim, cui pater regnum cœleste terrenumq; tradidit, in utraq; præsidens, miro ordine angelorum hominumq; mysteria pro temporum uarietate dispensat, & quæ singulis temporibus cõgruunt, uel occulta inspiratione, uel euidentiori illustratione, suggerit. Hæc est doctoris sententia Ambrosij 12. epist. ad Herennium. Augustini ad Deo gratias, in secunda quæstione de mutatione sacrificiorum. Quare si hoc tempore distantiori à Christo, propinquiori Antichristo, ambulantibus nobis in descensu, remoto aliorum uestigijs, quorum alius sit ritus quàm fuerit: non tamen propterea extra ueritatem sumus constituti, ut idem Augustinus ad Esitium monachum de die nouissimo scribẽs, apertè declarat. Quare etiam si hodie alia fuerit interpretatio Ecclesiæ, eiusdem præcepti Euangelici quàm aliquando: tamẽ hic sensus nunc in usu currens ad regimen Ecclesiæ inspiratus uti tempori congruus, ut salutis uia deber acceptari, sicuti de baptismi forma Apostolorum tempore, ubi in Christi nomine, & alio sequenti ubi in trinitatis nomine, ac post hoc in nomine patris & filij & spiritus sancti uarietatẽ legimus, secundum temporis congruentiam salutẽ præstitisse. Ipsumq; diuinum præceptum nisi quis renatus fuerit, et ite baptizate: interpretationem tempori congruentẽ absq; errore recepisse, uno tempore currente usu ualidam, alio inualidam. Cuius sententię etiam de septuaginta interpretibus Augustinum fuisse, 18. libro de Ciuitate Dei legitur: arguens ex concordia tot interpretum, inspirationem diuinam credi debere, etiam si inueniretur aliquid ab originalibus detractum uel additum, & hoc eodem instigante spiritu actum, quo originale dictatum. Hanc sententiam radicem uniuersalium Conciliorum, in omnibus pene Concilijs reperimus canonizatam, quia ex unanimitate omnium etiam paucis resistentibus, inspirationem diuinam sententiam dictasse legitur. Fatuum est ergo argumentum, uelle uniuersalem Ecclesiæ ritum ex scripturis prædecessorum arguere. Legitur enim Apostolos non tradidisse fidem per scripturas, sed per uocalem impressionem breuissimi symboli: ubi inter

Bohemi.

Responsio.

Ambrosius.

Augustinus.

Augustinus.

Augustinus.

Alipius.

Fortunatus.

http://www.obrascatolicas.com

inter ea quæ ad saluationem necessaria narrãtur, Ecclesiæ sanctæ ac sanctorum communio narratur. Vnde scripturæ, de bene esse regiminis Ecclesiæ etiã inceptę & continuatæ, nequaquam de essentia existere possunt: quia per imperium alicuius tyranni Antichristi, omnes cremari & de mundo tolli possent, ut quondam libri ueteris testamenti, per Esdram laboriosè recuperati. Vnde cum hoc possibile sit, nõ erunt de essentia Ecclesiæ scripturæ cremabiles, Ecclesia semper persistente. Et tunc manifestum est, cum in ueritate persisteret, hoc (ut ueriùs) sequendum, quòd uniuersaliùs communiusq; esset, illisq; ex symbolo Apostolico necessariò communicãdum, qui maiorem sanioremq; Ecclesiæ partem efficerent. Videmus etiam in scripturarum intelligentia, uaria hominum ingenia uarios sensus explicare, uariamq; auctoritatis scripturarum opinionem existere, possibileq; fore aut in auctoritate earundem aut intellectuum inextricabilem dubietatem, hominum mentes suspendere: ubi erit solidum refugium peregrinantium. Certè in alio nullo quàm in militantis Ecclesiæ usu atq; approbatione, siue hoc sit circa scripturam, & eius auctoritatem atq; intellectum, siue extra scripturam in consuetudine accepta per Ecclesiam. In his enim firmitas est, ut in solida petra ac ueritatis columna, lex exarata quæ talia dictat acceptanda sit, aut sententia cui obediendum, aut opere in quo concurrendum. Et ita uia cuiusq; in Ecclesia existentis est, ut per Ecclesiam ac scripturam eius, intellectum aut usum non scriptum, se conuertat, non ut per scripturarum auctoritatem ad Ecclesiam pergat, & eam si cum scriptura non concordat, iuxta priscorum aut suum intellectum in operis exercitio impune spernere possit, & scripturæ inhærere. Hæc est omnium sanè intelligentium sententia, qui scripturarum auctoritatem aut intellectum (ut Augustinus de Euangelijs dicit) in Ecclesiæ approbatione fundant, quæ unam accipit & alteram abijcit. Et non econuersò, Ecclesiæ firmamentum in scripturarum auctoritate locant, licet & Ecclesia ex scripturis per ipsam acceptis & approbatis, aduersus eos qui ipsam impugnare quærunt & non scripturam, se iuuare consueuerint. Et econuersò, si scripturæ impugnentur, suam auctoritatem per communionem Ecclesiæ habentes pro sua ualiditate, ad Ecclesiæ acceptationem refugium petant, ut ita in cõmuni medio disceptantes, concordent in ueritate. Tamen possibile non est, scripturam quamcunq; siue ipsa præceptum siue consilium contineat, in eos qui apud Ecclesiã existunt, plus auctoritatis ligandi habere aut soluendi fideles, quàm ipsa Ecclesia uoluerit, aut uerbo aut opere expresserit. Si enim dictauerit præceptum, ut Dei præceptum in scriptis redactum acceptandum: per medium Ecclesiæ auctoritas manifestata reuerenter est amplectenda. Si uerò scripturam acceptat, & ipsam per communem usum etiam aliter quàm priores practicãdo intelligit: ita cum tali intellectu auctoritatem habeat. Si ut Concilium, dixerit Ecclesia scripturam etiã in uerbis præceptiuis explicatam, uerbo uel praxi acceptandam, cum non habeat aliud auctoritatis, quàm uti per Ecclesiam dictatur: non ad uerba, sed ad experimentalem sensum Ecclesiæ obliget, quoniam Ecclesia est, quæ non habet maculam neq; rugam erroris & falsitatis. Est enim corpus Christi, qui est ueritas, & sic spiritu ueritatis continuè uegetatur & regitur, quia in Ecclesia loquitur Christus, et in Christo Ecclesia. Augustinus super Psal. 30. & in sermone eiusdem de die Pentecostes, & ipsa Augustinus. Ecclesia de seipsa hoc testimoniũ perhibet in oratione, quã p ordinatis fundit in die parasceues. Dicetis forsitan, præcepta Christi quomodo mutabunt auctoritate Ecclesiæ: ut sint tũc obligatoria, quando Ecclesiæ placuerit: Dico nulla esse Christi præcepta, q̃ per Ecclesiam pro talibus accepta, ut prehabitum est. Si igitur constat Ecclesiam illa præcepta ut talia laudare, illis ut Christi præceptis obediendũ esse nemo ambigit. Si uerò circa præcepti intellectũ & eius expositionẽ diuersitas cõcurrat, aut ex loco aut tẽpore hic intellectus laudatus intelligit, quem maior uel sanior pars uerbo aut opere approbat, eo nõ obstante, q̃ aliquando alius intellectus in practica uigue rit. Et non est hęc mutatio, tanq̃ á minori auctoritate q̃ Christi præcipientis dependens, quoniã Ecclesia quę est corpus Christi & eius spiritu uegetat, non aliud agit q̃ Christus uult. Et ita mutatio ista interpretationis, á Christi uoluntate ita nunc uolentis

tis inspirante dependet: sicut præceptum ipsum quondam iuxta illius temporis conuenientiam aliter practicatum, & propterea hæc ligandi & soluendi potestas, non minor est in Ecclesia quam in Christo. Vnde Augustinus quarto libro de baptismo. Augustinus. Munus beatæ uitæ, non nisi intra Ecclesiam reperitur, quæ supra petram etiam fundata est, quæ ligandi & soluendi claues accepit. Hæc est una, quæ tenet & possidet omnem sponsi sui Domini potestatem. Idem ipse in septimo libro, ac alijs diuersis locis, ait enim ipsa ueritas: non derelinquam uos orphanos, sed uobiscum sum omni tempore usq; ad consumationem seculi. Quare uniuersa catholica Ecclesia ad Petri cathedram conglobata, á Christo nunq; recedet, qui ueritas est, cum qua Christus semper se mansurum pollicitus est. Varia sunt huius ueritatis exempla. Nonne præceptum sabbati ante Christi aduentum, per Ecclesiam quæ tunc una fuit cum ista, intellectum & practicatum fuit de septimo die? Post uerò Christi aduentum, practicatum in prima feria, quæ prima sabbati est. Non sine maximo mysterio, huius præcepti expletio ita introducta est à sancto spiritu: licet non constet nobis, aliter hoc Christum uoluisse, quam ex communi Ecclesiæ obseruantia, quæ ei displicere nequit, & tamen non uenit soluere legem Christus sed adimplere. Vnde præceptum sabbati, iuxta uoluntatẽ præcipientis, licet non sic ut quondam seruetur: non tamen soluitur, sed adimpletur. Idem in sacramentò matrimonij probatur. Nonne Deus dictus est ab initio eos coniungere, qui intentione & consensu mutuo concurrente contraxerunt, preceptum est hominem separare non debere quos Deus coniunxit & manifestum est cum in Paradiso institueretur hoc sacramentum, non habuisse quamcunq; graduum & personarum exceptionem: & tamen in temporis successu opportunitate superueniente, dictauit Ecclesia infra eos gradus coniunctionem irrationabilem, & iudicauit si infra eos gradus coniungerentur, postea separandos esse, qui tamen antea, tanq̃ à Deo coniuncti non separabantur. Et consequenter in nouo testamento uisum fuit, post aliquot tempora irrationabile fore, quòd in sacris ordinibus existentes contraherent, similiter & solenniter uouentes: quod si faceret separandos esse: qui tamen ante tanq̃ à Deo coniuncti, separari non potuissent. Sic consequenter de tertio gradu consanguinitatis & affinitatis, & demũ de quarto gradu usq; ad septimũ, & talia similia exempla plura, tam in alijs sacramentis quam præceptis. Quare manifestum, sicut non iudicamus Deum eos coniungere, quos Ecclesia iuxta temporis qualitatem rationabiliter non iudicat coniungibiles, licet hoc idem alio tempore ante & prius rationabile iudicauerit, ut de prohibitione usq; ad septimũ gradũ, licet etiam circa ipsas personas & qualitatẽ ipsarum nihil sit innouatum: sic & iudicamus Deum per precepta aliquando data, non aliud præcipere uelle, quam quòd Ecclesia iuxta temporis conditiones rationabile iudicauerit uerbo uel opere. Vt in primitiua Ecclesia præceptum proprium non habendi, fuit per Ecclesiam simpliciter per omnes ut sonat acceptatum. ut in actis Apostolorum & in libro Hieronymi de illustribus uiris, ubi de Philone Iudeo legitur. Hoc enim tũc cõueniebat paucitati Christianorũ, & plantationi Ecclesiæ. Postea uerò intrante multitudine gentium, non ita uniuersaliter conueniebat. Vnde secundũ rationabilem tẽporis congruentiam, idem præceptum absq; errore tunc per omnes, postea per aliquos, monachos scilicet, extat adimpletum. Habemus itaq; si ab omnibus scrupulositatibus circa præcepta & eorum intelligentiam, aut uariam Ecclesiæ consuetudinem intelligendi aut operandi secundum precepta Christi aut patrum, erui uoluerimus ad Ecclesiam firma fide & confidenter recurrere, aliud si extra ipsam inuenerimus, pro nostra salute minimè curantes. Forte cogitatis in his dictis meis hoc dubium remanere, ex quò reprehensionis uestræ sumimus argumentum: puta, dicitis de Ecclesiæ potestate nemo catholicus ambigit. Sed quòd illa ueritatis colũna sit, quæ cathedræ Petri ac Romanæ sedi adhæret, nondũ probatum est sufficienter. Iam hoc per scripturas ab illa Ecclesia approbatas Augustini in allegato loco, & alibi Hieronymi ad Damasum. 24. quæstione prima. hæc est fides. Per Ambrosium Athanasium ac alios laudatos doctores, Ecclesia à principio hoc ex ore Christi Augustinus. prolatum,

http://www.obrascatolicas.com

prolatum,tu es petrus,& super hanc petram. uerum esse asseruit, docuit, & prædicauit,& quod promissio Christi, quod inferi ad uersus ipsam nunquam præualebunt:ad eam Ecclesiam quæ ad ipsam sedem tanquam primam unita est pertineat, hactenus ueraciter tenuit. Licet non omnes in ea sede successiuè præsidentes,in sanAugustinus. ctitate primi prestiterint,non tamen hoc cathedræ obfuit nec obest,ut idem Augustinus in præallegata epistola scribit. Veritas enim cathedrę per Christum alligata est,quando dixit:supra cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei,quæ dicunt facite:non personis,quia agit,quæ faciunt facere nolite. Nolo tamen ut ex loco auctoritatem arguamus,cum possibile sit aliquando ibi non futurum Pontificem,aut urbem opprimi ab infidelibus,aut desolari:sed ex prioritate Episcopi super cæteros, in quo prior principatus & altior super quouscp existit. Quare cum nullo tempore à principio nascentis Ecclesiæ in alio cuiuscunq loci Episcopo,prior principatus fuerit quam in Petro,qui etsi in alijs locis ut transiens Pontificis officio usus fuerit: in urbe tamen Romana ut in finali ad quam tendebat,ipsum principatum erexit, eamcp sedem martyrio consecrauit. Hinc iubet Augustinus,si scire uelis an in Ecclesia existas,hac uestiges ratione,si cathedræ Romani Pontificis adhæreas,quæ per continuas successiones bonorum malorumcp in Petrum principem continuatur. Credendū est hanc sedem sacratissimam,quò ad locum etiam inexterminabilem. Et tamen si casu Roma deficeret:ibi ueritas Ecclesiæ remanebit,ubi erit principatus & Petri sedes,modo prædicto. Cum enim Episcopi succedant Apostolis:primo Apostolo rectè primus succedit Episcopus,ad quemcunq etiam particularē locum alium à Romana urbe fuerit sedes contracta. Nec potest quoquo modo cauillari, iuxta sancti Cypriani sententiam:quia cum populus adhærens Pontifici particularem constituat Ecclesiam,& cum unus sit per orbem principatus,qui suo priori adhærere debeat, Romanę scilicet sedi:erit necessario catholica Ecclesia illa,quæ primę sedi Petri adhæret. Et licet sæpe multi scismatica diuisione ab illa Romana Ecclesia recesserint: nunquam tamen fuit,quin maior fidelium numerus in unitate illius Romanæ Ecclesiæ ex fidelibus & primo Episcopo compactæ,perseueraret. Quare in ea nostræ saluti necessaria remansit hactenus,& remanebit ueritatis columna. Huius stabilis ueritatis exempla plura legimus,quoties aliæ Ecclesiæ, maximè Constantinopolitana,à fide errauerit,& ab ipsa Romana,fatua præsumptione se absciderit, & demum ad unitatem ipsius & obedientiam reducta sit. Si quis scire uoluerit, libellum Leonis noni contra præsumptiones Michaelis Constantinopolitani Patriarchæ legat, simul & antiquorum Conciliorum gesta in Constantinopoli. in urbe Romana, ac Lugduno & alibi celebrata reuoluat. Ita de Alexandrina ac alijs Patriarchalibus sedibus, paria plura inueniet. Nullum tamen eorum de Romana Ecclesia, aut quòd ipsa unquam á fide errauerit, aut per quamcunq sedem fuerit reducta comperiet: sed sicut aliæ ab ipsa aliquoties recesserunt in erroremcp ceciderunt,ita per principatum fortissimum Petri,debiles demum confortati in fide, ad eius unionem reducti sunt. Vnde infallibilitatis refugium est,in unione esse cum principe in Ecclesia, qui omnis principatus spiritualis,tam Petri inter Apostolos & Iudæos, quā Pauli inter gentes uti legimus successor utriuscp potestatem habet,ob salutem Christi fidelium in ædificationem Ecclesiæ. Nec ministerio caret,Romanum pontificem auctoritate principum Petri & Pauli ligare & soluere,quantum horum unicus successor existit & ambo principes:unius sedis & Episcopatus titulum erexerunt,ut in uniuersa Ecclesia ex Iudeis & gentilibus congreganda,tunc unus principatus in uno Episcopatu,ac una Christi Ecclesia existeret, De utriuscp tam Petri inter Apostolos & Iudæos,q̄ Pauli inter gentes primatu,immediatè à Christo utricp collato: Ambrosius elegāter explicat super epistolā ad Galatas,quæ hoc nobis insinuat. Potuit tamē uterq; ubicp Ecclesias fūdare,tā in circūcisione q̄p præputio:licet principalis cōmissio cum primatu Petri fuerit in circūcisione,& Pauli in pręputio. Nec in hoc alter alteri suberat,sed ambo sub Christo immediatè,ut ait Ambrosius ibidē,& secūdo libro de spiritusancto: Idem ait Augustinus super eandem epist. ad Galat. & Hieron. 2. qu. 7.

Paulus:

Paulus:tamen inter hos primatus prior erat Petri quàm Pauli, qui meo iudicio,licet in circumcisione se primò dilataret,irrestrictus tamen erat ex consequenti quò ad gē tes. Et ita ex ipsa prioritate primatus Petri, irrestricta cp potestate Apostolatus missionis & legationis Christi,possemus dicere nihil Petro defuisse, quod singulariter Paulo collatum sit à Christo. Quare actum est diuina ordinatione, quòd etiā si quid fundandæ sedis primatus in tota Ecclesia Petro quò ad gentes defuisset, Pauli primatus concurreret,qui una die tanquàm unus communis principatus, sedem glorioso martyrio consecrarunt,ut dicit Ambrosius secunda quæstione septima. Beati qui quidem unicus primatus, per singulos successores in Ecclesia uiget, cum plena ligandi soluendicp potestate. Nec est opus hoc loco inuestigare,an ideò ueritas infallibilis sit in Ecclesia:quia ad sedem illam unitur,tanquàm à fede riuus ille ueritatis priuilegialiter emanet,uel quia Episcopatus ille Ecclesiam amplectitur, ideò ille Episcopatus ab Ecclesia infallibilitatem sortiatur: aut neutrum horum, quoniam puto quòd hoc non sit ad nostrum propositum necessarium. Licet credam ex mutua adhærentia exurgere infallibilitatem, sicut esse humanum ex unione animæ & corporis: uti Cyprianus dicit Ecclesiam esse in Episcopo, & Episcopum in Ecclesia. Ita & hic primatus amplectitur Ecclesiam,sine qua non est,& ob quam est: Ecclesia amplectitur principem,sine quo una non est, nec benè persistere potest absq; scissura in unitate. Quę quidem unitas est de essentia Ecclesiæ,ut primatus propter ipsam unitatem conseruandam: ut ait Hieronymus contra Iouinianum, Petro primatum traditum uitandi schismatis causa. Vnde etsi in Ecclesia quædam appareat materialitas, inquantum subiectiuè consideratur ad regimen principum, & in primate formalitas, ut ex ipsis tanquàm materia & forma constituatur infallibilis illa Ecclesia catholica, quasi ex utroq; consurgens: tamen in parte Ecclesiæ quædam prioritas uidetur, ut Hieronymus ait. 95. distinctione Olim. & 93. distinctione. Legimus. Sicut & in alijs naturalibus,ubi forma educitur de potentia materiæ:ita de potentia Ecclesiæ educitur ille primatus,qui eo ipso quòd eductus est, respectiuè se habet ad Ecclesiam propter quam est,& diuino gaudet præsidentiali priuilegio ex successione. Et iam ista sufficiant quambreuissimè dicta, ut sciamus ex mutuo complexu Ecclesiæ & primatus,ueritatem Ecclesiæ persistere infallibiliter: sicut in diuidua ueritas, ex unione naturali & concordanti materiæ & formæ de eius potentia eductæ, & in ipsa inchoatę. Nec pati potest hæc sententia calumniam, quò ad ueritatem saluationis:quoniam fides ab Ecclesia nunquàm deficiet. Qui hoc non credit, Christo & ueritati non credit:qui autem fidem habet,& apud cor suum irreprehensibilis est,cum fiducia impetrat quia mādata seruat,primæ Ioannis cap.tertio, Quare Ecclesia pro tempore iudicans ita expedire uti agit, irreprehensibiliter sequenda est, quia fidem habet & mandata seruat,etiam si in hoc iudicio aliquid exequens deciperetur. Sicuti cum iudex falso testimonio circumuentus, excommunicat insontem,cum nihil agat in quo cor suum eum reprehendat ad hoc,mandata non transgreditur, sed ipsa seruat,cum dicant secundum allegata & probata esse iudicandum: & innocens obediendo sententiæ, & eapropter se à corpore Domini separans, non perdit gratiam aut uitam quam ex sacramento consequeretur,sed Ecclesiæ etiam decepte obediendo,in omissione salutem consequitur. Dico in omittendo:aliter licitum & sanctum si non prohibitum, siue ibi causa subsit siue non, siue illa causa quæ subesse debet aut propter quam uera sit siue non: quoniam in omittendo aliquem licitum meritorium actum non perditur salus, quæ per internam accessionem, ubi per se quis accedit ad Deum semper uiuentem in perpetuum,haberi potest, ad Hebræos septimo:& usque ad illum uoluntatis internum liberum actum, Ecclesiæ prohibitio non attingit. Et ideò cum absq; periculo salutis omitti possit actus de genere bonorum,ne detur rebellandi potestas per inobedientiam: potius est obedientia eligenda, sine qua nemo probus esse potest,quàm ex præsumptione innocentiæ prohibitus actus faciēdus. Non tamen idem in illicitis actibus faciendis addo, nec si mandatur ex iudicis præcepto quod illicitum est,obedire debeo,ubi iudex circumuentus hoc præcepit,quòd ego e-

http://www.obrascatolicas.com

um præcēpisse non præsumo si ueritatem sciuisset: quoniam si sine Dei offensione peragi nequit, potius tunc Deo quàm iudici obediendum, ne perdam salutem, iuxta Iacobi Apostoli sententiam, qui in uno offendit, omnium erit reus. ut in c. literas. de resti. spoli. De senten. excon. inquisitioni 11. q. tertia. Qui resistit cum sequentibus ibi positis. Dico, quando præsumo si ueritatem sciuisset non mādasse, quoniam non est uoluntas Ecclesiæ, nisi ob causas propter quas decet: quibus cessantibus, absque perplexitate potiùs Deo obedire debeo, cuius mandatum propter causarum falsitatem per Ecclesiam non est epieikizatum. Secus igitur si Ecclesia diuinum præceptum limitaret, aut interpretaretur epieikizando, ex causis quas rationales iudicaret, & quæ ueritati subessent: impunè is dispensatione Ecclesiæ tunc utitur ubi causæ cōcurrunt, uel mandato sine animæ detrimento parebit, imò impunè non parere non poterit, uti probatur hoc quò ad præceptum sabbati. c. licet de feriis. Quare manifestum est, quandocunque constat de uoluntate Ecclesiæ pura, illi obediendum esse tam in omittendo quàm faciendo, aliter ut ethnicus habendus, qui Ecclesiam non audit. Si conditionalis fuerit uoluntas, in quantùm scilicet causæ ueræ fuerint, quæ causam præstant præcepto aut prohibitioni, quòd pareatur: si præceptū aliàs illicitum esset, & causę falsę, non uult Ecclesia quòd obediatur. In prohibitionibus uerò etiam ex falsa causa, quæ apud Ecclesiam uera præsumitur: ob bonum obedientiæ etiam à licitis est abstinendum 11. q. 3. quid ergo: uti iniusta excommunicatione ex falsa causa 11. q. 3. sententia pastoris, & matrimonio, prohito in sacris existentibus seu prohibitis gradibus, & alijs multis, exempla patent. Habemus itaq; reprehensibilem esse omnem præsumptionem contra Ecclesiæ ritum, inobedientiamq; usq; ad scismaticam diuisionem damnabilem, non obstante quocunq; colore, aut ex praxi aut scriptura quacunq; pro resistentia & inobedientia allegata & assumpta. Ex qua conclusione euacuat omnis uestra intentio cū suis quibuscunq; rationibus: cū usus & uniuersalis Ecclesiæ hodiernus, ac Romanæ Ecclesiæ præceptum, in ipso usu rationabiliter fundatum, nullam excusationem admittant.

Epistola III. Reuerendiss. Patris, Nicolai de Cusa Cardinalis, ad Bohemos.

QVanquàm satis apertè constat ex priore epistola, non conuenire uobis Bohemis ex quacunq; causa, non consentiente catholica Ecclesia, propria auctoritate communionem renouare sub utraq; specie, hinc uerum non est, plus gratiæ ex duplicis speciei communione uobis aduenire sed minus, quamdiu in scismate hoc agitis, neq; etiam patiente Ecclesia, pius alijs sub panis tantùm specie communicantibus gratiæ consequeremini cum nihil (usu Ecclesiæ approbante) ipsis desit quod recipere teneantur & non receperint: tamen hanc partem clariorem faciam breui manuductione. Arbitraria potestas Ecclesiæ credita irrestrictè à sponso ligandi & soluendi: iudicat & discernit inter meritoria opera, & unum præfert alteri, secundum locum & tempus iudicium uariando: uti quondam uita coniugalis uirginali, post hæc uirginalis prælata coniugali existit, & de his multas ex tempore circa sacrificia & sacramenta mutationes legimus. Et non est dubium, quin pro tempore existens, iuxta Salomonis doctrinam, quisq; suum iudiciū & sensum, ne propriæ innitatur prudentiæ, Ecclesiæ iudicio subijcere & conformare debeat. Qui ergo secundùm hoc iudicium operatur, per cordium & uoluntatum scrutatorem remuneratur, iuxta feruorem operantis. Quare necesse erit, iudicium Ecclesiæ in illis conforme esse, iudicio Dei remunerantis: ita ut sicut quondam coniugium præferebatur castitati per Ecclesiam, ita & apud Deum remunerātem, & postea mutato iudicio Ecclesiæ, mutatum est & Dei iudicium. Sit itaque Ecclesia aliquem actum, ob causas tunc temporis existentes, iudicat actum magni meriti, & alio tempore alium maioris, uti pro refectione pontis, pacis tempore necessarij

necessarij, iudicat contributionem maximi meriti, propter periculum totius ruptureq; incumbentis, non tanti si periculum non adesset, alio uerò bellorum tempore propter hostiles incursus, qui per pontem ipsum in patriæ læsionem factus fuerit, iudicat magnum meritum contribuere pro destructione eiusdem pontis, & tale suum iudicium exprimit, cum numero indulgentiarum tempore maioris & minoris: & operans & contribuens, nunc refectioni nunc destructioni, secūdum iudicium Ecclesiæ intendens, meritum per tempus mensuratum gradualiter prout tempus sonat conse quetur: erit manifestum magnitudinem meriti, plurimum à iudicio Ecclesiæ dependere. Quare si Ecclesia nunc iudicat, contribuentem duos denarios pro aliquo pio opere, consequuturum meritum ut decem, & alio tempore aut paupertate hominum superueniente, aut charitate refrigescente, aut nemine ad pontem oculum habente, ad hoc quòd & pons reficiatur & charitas reuiuiscat, iudicat unum denariū dantem idem meritum ut decem consequuturum: non dubium quin diuerso tempore idem meritum sequatur opus simplex, quod quondam duplum. Pariformiter de gratia sacramentali. Si Ecclesia quempiam excommunicat, ut Paulus Corinthium, non hoc facit ut ipsum gratia & uita priuet, quia non mortalis sed medicinalis est excommunicatio: sicut Paulus excōmunicauit Corinthium, ut spiritus saluus fieret in die Domini. Si igitur Ecclesia iudicat conuenire saluti excommunicationem: manifestum est, obedientem gratia & uita non priuari ex eo, quia ad participationem Dominicę mensę non accedit, sed consequitur per actum obedientiæ eandem gratiam uitæ. Et sic in Ecclesiæ obedientibus, eundē finē habet cōmunicatio & excommunicatio. Pariformiter ex eodem Ecclesiæ iudicio, eundē finem gratiæ & salutis obedientes consequuntur, ex ipsa sub una specie communicatione nunc, sicut quondam sub diuersis. Et similiter etiam obedientes nunc, & Ecclesiæ uniti per eius consensum sub duplici specie recipientes, non plus consequuntur quàm sub una tantum, usu communi Ecclesiæ acceptante & approbante. Vnde ex communione utriusq; speciei uobis Bohemis hodie illicita, quia præsumpta cum scissura Ecclesiæ: si consentiente Ecclesia inoleuerit, non plus gratiæ & uitæ consequemini, quàm ante renouationem, ex communione sub panis specie fuistis consequuti. Nihil enim uobis tūc defuit, quod Ecclesia opportunum iudicaret: quare nihil gratiæ, quam ex specie sanguinis separatim subinde recipietis. Vnde etsi alia gratia per corpus sub panis specie, alia per sanguinem sub uini specie, erogatur: non tamen alia sanguinis gratia futura post Dominici corporis sacramentum expectatur, quæ non corporis sumptionē consequuta sit, ubi post communionem panis, calicis communio approbante Ecclesia nonexpectatur. Rectè (uti temporibus quondam primi Iulij Papæ, quando quidam propria auctoritate à ritu sub utraq; specie communicandi recedentes, loco utriusq; intinctū panem dederunt, & non rectè ritum sua auctoritate immutare poterant) per ipsum Iulium Papam reprehendebātur ut de conse. d. 2. cum omne. Post hoc nihilominus in Ecclesia catholica (licet nouitati primò Iulius restiterit) ex certis rationabilibus causis ritus extat introductus, cum intincto communicandi in multis locis, ut in Cōcilio Turonensi statutum legitur: de quo in libro Buchardi. 5. cap. ut omnis presbyter. uniuersali Ecclesia demum approbante, & non contradicente. Quare illud gratiæ, quod quondam seruato priori ritu, sub diuersa specie Christianus consequebatur: nunc comedendo separatim tunc & bibendo: illud postea ex unico actu communionis, sub specie intincti panis extat assequutus. Et licet tūc non parua altercatio in principio mutationis illius prioris ritus in Ecclesia fuerit, ob praxim Christi & priorum patrum, ut in eodem ca. cum omne: tamen uniuersalis Ecclesia quia ita tempori cōgruebat, populum, cum intincto pane communicare permisit. De qua re quidam religiosus frater Arnolfus, ad quęstionem cuiusdam Lamberti circa illa tempora scribens, dicit post principium. Prima ergo posita percontatio de altaris sacramento extitit, cur hodierna consuetudo Ecclesiæ, censeat porrigi corpus Dominicum aliter, quàm à Domino in cœna discipulis fuit distributum. Id enim quotidianus usus prætendit Ecclesię, ut porrigatur hostia sanguine intincta: cum à Domino prius corpus

Buchardus.

Arnolfus.

http://www.obrascatolicas.com

deinde ſanguis porrectus fuiſſe memoretur, etiam Iulio Papa illud quondam prohibente. De cuius dubietatis ambiguitate, quòd intelligimus, quòd à noſtris doctoribus accepimus, reſpondere parati ſumus. Redemptor noſter ueniens in mundum, quia propter hominum ſalutem inter homines apparuit, quæcunq; reparationi humanæ infirmitatis accommoda ſeu neceſſaria fore præuidit, ſicut oportere uidit in ſapientia ſua, ita ab omnibus fieri, & eſſe uoluit in Eccleſia ſua: hæc eis quæ facienda erant, eis cum quibus conuerſari dignatus eſt, uerbo uel exemplo inſinuauit, certum quo facienda erant præfigere modum ommittens. Hinc eſſe uidetur quod ait, hoc facite in meam commemorationem: non ait hoc modo facite, & ita baptizate, non ait hoc modo ſemel aut ter mergendo, non ait ſcrutiniū facite, chariſma conficite. Quare inſinuaſſe uidetur, circa modum mutationē ex cauſis rationabilibus accidere poſſe, ſicuti hæc experientia in multis comperimus: quia diſcipulis poſt cœnam, nobis ieiunis traditur, ut Auguſt. de conſecra d. 2. Liquidò Hieronymus ad Ianuarium narrat, ſuper epiſtolam ad Titum: quomodo priùs communi facetdotum Concilio, Eccleſia regebatur 93. d. Legimus & 95. d. Olim imponebatur aqua calici, quæ p Chriſtum impoſita non legitur. Alius eſt ritus hodie conficiendi, alius fuit quondam. Et poſt pauca dicit: ob honorem & reuerentiam ſacramenti, & periculum effuſionis, ac ut ſacerdos ſine periculo miniſtrare poſſet, conſuetudinem introductam panem intingendi. Ad decretum Iulij reſpondet: Quòd licet rationabiliter pro ſuo tempore fuerit inſtitutum, præualuit tamen poſtea rationabilis Eccleſiæ conſuetudo, quæ cum inualeſcit, decreto derogat: ut & decretum Teleſphori, de tempore celebrationis Miſſæ & aliorum, de tempore baptizationis & chriſmationis in fronte, cum multis ſimilibus per conſuetudinem aliter introducta, pro temporis conuenientia reperimus. Ad hoc enim tendit uoluntas paſtoris, ut quādiu poterit prodeſſe ſaluti, obſeruetur decretum. Quare per rationabilem conſuetudinem, nemo dubitat ipſis ſtatutis derogari. Superaddit aliam rationem dicens: Quamdiu ob perſequutionem fundendus fuit ſanguis Chriſti fidelium: uoluit Chriſtus, dum memoriam fuſionis ſanguinis Chriſti per ſumptionem calicis agerent, quòd ad mortis & ſanguinis fuſionis tormenta, uiriliter confortarentur, iuxta illud: ad magnam menſam ſediſti, ſcito quoniam talia oportet te præparare. Ex quo uidetur mihi (ut infra dicetur) colligendum, uſum ſacramenti, charitatem Eccleſiæ ad Chriſtum oſtendere: ut tunc ſæpe & ſub utraque ſpecie, quando ardens eſt tunc rariùs in anno, quando calida eſt, & ſubintincti panis ſpecie: tunc rariſsimè in anno & ſub una ſpecie, quando tepida eſt, ut hoc tempore. Et quia tunc erant nonnulli, qui primum ritum utriuſque ſpeciei nondum reliquerant, qui tamen hos non iudicarunt qui ritum mutarunt: ideò nec Eccleſia eos, quòd primum ritum obſeruarunt. Quare ait circa finem quæſtionis huius: omittimus de ea re ulteriùs loqui, fautores dominici ordinis nequaquàm arguentes, Eccleſiaſticæ uerò diſciplinæ cautelā minùs prouidis commendantes. Videtis exinde notandū, quomodo diuerſus ritus, incōcordanti unione Eccleſiæ catholicæ, æqualiter laudatur. Nec hic ideò melior, quia ordinem Dominicum ſequitur: quando alius ob Eccleſiaſticæ diſciplinæ cautelam per Eccleſiam admiſſus, per omnia ordinem ipſum ſequi poſtponit. Patet etiam, quòd ſi comedere & bibere ſacramentaliter caderent ſub præcepto: non tamen obligarent ad aliter faciendum ipſam bibitionem & comeſtionem, quàm habet ritus Eccleſię pro tempore, nūc ſeparatis ſpeciebus, nūc ſub intincto pane, & nunc ſub altera ſpecie, ſub qua totus Chriſtus eſt corpus & ſanguis, licet ipſa ſpecies non ſit niſi aut edibilis, aut potabilis. Sicut intinctus panis nō fuit potabilis, per quem tamen præcepto de bibendo, ſi præceptum eſt, fuerat ſatisfactum. Dixi ſi ſub diuino præcepto caderet, iuxta formam textus, niſi manducaueritis & biberitis: quem tamen ut infinita doctorum ſcripta uulgata tranſeam, non de ſacramentali manducatione loqui, ſanctus Hilarius per communem nos inſtruit regulam, in ſexta generali Synodo poſitam, ex nono ipſius ueritatis defenſoris libro de ſancta trinitate extractam, cuius hæc ſunt uerba: Natus unigenitus Deus ex uirgine homo, & ſecundùm plenitudinem temporis in ſemetipſo profecturus in Deum

um hominem: hunc per omnia Euangelici ſermonis modum tenuit, ut ſe Dei filium credi doceret, & hominis filium prædicari admoneret: loquutus eſt, & gerens homo uniuerſa quæ Dei ſunt, loquens deinde & gerens Deus uniuerſa quæ hominis ſunt: ita tamen ut in ipſo utriuſq; generis ſermone, nunquàm niſi cum ſignificatione hominis loquutus & Dei ſit. hæc ibi. Cum igitur Chriſtus hæc uerba cum in Capernaum doceret loquutus eſt, quare cum de tranſitoria uita, quæ per eſum & potum præſtatur, loquutus fuiſſet iuxta ſuam ipſius ſententiam, quia non in ſolo pane uiuit homo, ſed in uerbo Dei: oſtendit ſe uerbum uitæ eſſe & uitam præſtare, hocq; uerbum incarnatum filium hominis eſſe: quare dicit, niſi manducaueritis carnem filij hominis. Hæc autem expoſitio, non minus placet Auguſtino 26. Homilia ſuper Io. quia dicit: uitam de uita loquutam, ut ſe oſtendat uitam omnium ſibi adherentium. Vnde ut ita intelligitur, tunc eſt prima & ſupræma ueritas, continens Chriſtum Deum & hominem, uiam ueritatem, & uitam omnium ſibi adhærentium: & manifeſtum eſt, hanc adhæſionem per fidem & charitatem fieri, ait enim: Qui credit in me, habebit uitam æternam, & non morietur in æternum. Cuius adhæſionis, excellētiſsima Pauli epiſtola ad Epheſios, modum exprimit. Et Ambroſius 17. epiſtola ad Herennium admodum eleganter exponit, quomodo illa eſt per conuerſionem interni hominis per fidem ad Chriſtum, ſine qua eſt impoſsibile Deo placere. Vnde ſiue illa adhæſio uocetur fides, ſiue incorporatio ad corpus Chriſti, ſiue ſpiritualis refectio per quam uiuit anima, & ideò in uita & uita in ipſa: tunc eſt ſupremæ neceſſitatis, antecedens omnia ſacramenta tanta diſtantia, quòd ſine iſta nemo unquàm uiuere potuit nec poterit, licet multi qui uiuunt & uiuent perenniter, omnibus caruerint uiſibilibus ſacramentis. Non tamen nego ſecundùm Auguſtinum de uerbis Domini, & ſuper Pſalmum 33. & alios, fidelibus in prefatis uerbis ſacramentū Euchariſtiæ poſt hoc inſtitutum commēdatum, ſine quo tamen infantes baptizati uitam conſequi poſsint, quia Chriſto incorporati: quia id ſunt quod ſacramentum ſignificat, ut ait Auguſtinus ſermone de infantibus ad altare accedentibus. Et ſic cum hoc ſacramētum prout cibus eſt, ſit grandium & iudicium rationis habentium (quod innuit Apoſtolus per uerba, probet ſeipſum homo) & non diſiudicare non ualentium, quoniam diſcreta ratio diiudicare ſciens, per hanc ſapientiam & ueritatem incarnatam paſci debet quare ut ſic infantibus non conuenit. Sed ut ſuperius afferebatur, aliquando ut ſacramentum effectus prioris ſacramenti, quaſi ut ipſam confirmaret, tradebatur infantibus: ſed non de neceſſitate ſalutis, ut dicit Auguſtinus, quia iam pueri id fuēre conſequuti, cuius hoc eſt ſacramentum. Vnde manifeſtum eſt, uitam ſine hoc ſacramento haberi, & hunc textum præfatum dicentem, non habebitis uitam in uobis: non poſſe de ſacramētali eſu intelligi, ſine quo probatum eſt pueros auctoritate Auguſtini uiuere. Sed tamen cum non ſit dubium, nullum ſacramentum ſimpliciter neceſſarium, & tamen quodlibet ſecundùm ſuam conditionem & poſſibilitatem, cum debita reuerentia meritò amplecti debeat: concluſiones, diſputationes, & auctoritates ſæpiùs allegatas hincinde, ex quibus uos neceſsitatem præcepti probare, nos uerò declinare cōtendimus, miſſas nunc facientes, quoniam ſuperiora ſatis oſtendunt, auctoritatem Eccleſiæ præferendā ſcriptoribus: ut clariùs finaliter conſpiciatur ueritas, altiùs proſpicientes, dicamus Deo trino unum templum trinum ex angelicis ſpiritibus, ex beatis animabus, peregrinantibus hominibus, ſubordinatum, ut ait Auguſtinus 56. cap. in Enchiridion, & Ambroſius ad Herennium. Pars uerò militans, ex trinitate eſt, ſacramento ut ſpiritu, ſacerdotio ut anima, & fidelibus ut corpore. Poſtquàm enim peregrinamur, nondum finem attingentes in uia poſiti: per ſigna tanquàm in ſpeculo & in ænigmate, quantum uiæ poſſibile eſt, capiti noſtro ſpirituali coniungimur, & ipſum quem facie ad faciem uidere nequimus, per fidem ſub ſacramentalibus ſignis attingimus. Quare ipſa ſacramenta ſunt in Eccleſia peregrinante, tanquàm Chriſtus in patria, ſacerdotibus ut miniſtris angelicis exiſtentibus, & fidelibus fidelium beatarum animarum typum gerentibus, ut tota Eccleſia peregrinantium, ſubſit toti triumphanti. Erit itaq; prima & altior pars ſpiritualior, ſcilicet ſacramentorum, primo

http://www.obrascatolicas.com

loco Ecclesiæ adeò necessaria, quòd sine ipsa, Ecclesia ut Ecclesia medium unionis cum triumphante ac Christo capite, habere non posset. Nec Ecclesia quæ per fidem sub signis Christum amplectitur, Ecclesia peregrinantium esse posset, illa parte supræma & essentiali non existente. Vnde quamuis omnia ipsa sacramenta eiusdem capitis sint sacra signa, ipsum secundum uarios nostræ salutis respectus repræsentantia: tamen inter ipsa in ordine ad corpus Ecclesię, graduatio necessitatis existit, uti in eodem rationali spiritu diuersæ potentiæ sunt, secundum sub & supra, in ordine ad hominem se habentes. Ex quo euenit, quòd sacramentum ordinis in ipsa Ecclesia, est de prioribus sacramentis: quoniam per ipsum sacerdotium constituitur, & per sacerdotium alia sacramenta conficiuntur & ministrantur. Sacerdotium uerò est ut anima, quę inter spiritum & corpus est uiuificans, & gubernans ipsum corpus per influentiam spiritus, ut eleganter Gregorius Nazianzenus in Apologetico suo declarat. Vnde sicut in homine secundùm Augustinum super symbolum, est spiritus rationalis Deo proximior, deinde in infimo loco corpus, & in medio tanquàm partem capiens utriusq; anima corpus animans tanquàm medium per quod spiritus uitam corpori influit: ita spiritualia sacramenta per medium ordinis, sacerdotio coniũguntur, & per medium sacerdotij influunt uitam populo fidelium: ad instar ut in hierarchijs superioribus, primus ordo illuminat, secundus illuminatur & illuminat, tertius illuminatur tantum. Vnde consideratur necessarium fore, quòd ipsum sacerdotium continuetur per continuam successionem, usque in primum maximum sacerdotem, scilicet Christum, quoniam si aliquando rupta fuisset talis continuatio, non esset idem Christi sacerdotium, nec fuisset qui ipsos subsequentes sacerdotes consecrasset. Nemo enim dare potuisset quod non habuisset. Quare ea quæ secundum Augustinum superius de cathedra Petri dicta sunt, ad hoc tendunt: cũ Christus Petrum primum sacerdotem, cum plena potestate ligandi & soluendi constituerit, & ita eum miserit sicut ipse à uiuente patre missus fuit: eidem tradidit alios successores eiusdem potestatis constituendi sacerdotes. Hoc quidem sacerdotium, ita à capite inchoatum per successiones ad nos usq; pertinet: necunquàm deficiet talis successio legitima sacerdotij, cum necessariò tota deficeret Ecclesia. Et hinc Ecclesia quę sacerdotem habet, qui cum hac successione à Christo & Petro non descendit: non est de Ecclesia catholica, quoniam non potest nec uerè regi, nec uera habere sacramenta. Christus enim per medium suorum legitimorum sacerdotum, qui eius potestate & legatione funguntur, omni tempore conficit & renouat sacramenta, & per medium ipsorum sacramentorum, gratiam partitur fidelibus. Quare in Christo diuinitatem, animam rationalem, & corpus consideramus in unitate suppositi: ita in una Ecclesia sacramẽta, sacerdotium, & populum. Et sicut Christus secundum humanitatem fuit rex & sacerdos, & hæc humanitas rationalem animam principaliùs respicit: ita Christo succedunt legati sacerdotes, regnum in Ecclesia ac sacerdotium possidentes. Vt autem rationali animæ Christi fuit hypostaticè diuinitas unita, secundum quam potuit ipsa anima rationalis, in diuinas & miraculosas operationes supra naturam sanando aliquando signis mediantibus, ut quando manus imposuit, uerba loquutus est, lutũ fecit & oculos liniuit, benedixit & fregit, & huiusmodi: ita & uoluit sacerdotio quandam diuinam potestatem inesse, per quam & sacramenta conficerent, quæ operationem supernaturalem haberent, ac etiam ipsi operarentur ligando & soluendo uirtute potestatis regiæ, & per medium sacramentorum, uirtute potestatis diuinæ, eaq; finaliter hominum soluti conuenirent, propter quam quidem salutem, Christus uenit & factus est homo, rex & sacerdos. Vnde cum hoc ita sit, manifestum est in potestate sacerdotij ministrationem sacramentorum esse, maximè huius diuinissimi sacramenti Eucharistię, ut infra dicetur. Oportet autem quòd sacerdotium consideretur, aut prout est de corpore fidelium, & ita se habet purè passiuè in particularibus personis: quia sacerdotes ut priuatæ personæ de corpore fidelium existentes, ab alijs sacerdotibus publicam personam gerentibus ligantur & soluuntur. Aut se habent ut officium sacerdotale publicum gerentes, & tunc ligant & soluunt in uirtute creditæ

tæ potestatis & legationis. Aut se habent ut ministri Dei summi, typum Christi gerentes, & sic sanctificant & conficiunt sacramenta, gratiam conferentia & sanctificantia. Quare sacerdotium materialiter ut est de corpore fidelium cõsideratum, subest legibus fidelibus datis in recipiendo sacramenta, ad Christum ac æternam uitam ordinata. Vnde si præceptum est, fideles communionem Eucharistiæ sumere debere: hoc præceptum eo modo quo possibile est fieri, ita obligat sacerdotes sicut alios: dico modo possibili, quoniam lex possibilium est, & ad impossibile nemo obligatur. Quare si præcipitur communio diuinissimæ Eucharistiæ sumi debere, & non est dubium cum consecrans per se capiat aut capere possit: confecta sacramenta non capere modo sibi possibili, si calicem dimitteret. Quare nisi sub utraque specie sumeret, reprehensibilis esset, ut declararunt patres nostri quãplurimi, & ita uult textus, comperimus de conse. dist. 11. Si uerò ipse sacerdos non conficeret, nec in sua potestate sacramenta haberet, sed in potestate tradentis essent: manifestum est nec ipsum, nec alium quemcunq; ad aliter accipiendum obligari posse, quàm ut ipsi porriguntur. Vnde est hæc generalis regula omnium sacramentorum, quæ non sunt in potestate recipientis sed tradentis, ita tradere sicut libet: ad alium modum non obligari (salua semper fide, sine qua impossibile est Deo placere) quàm ut ei tradentur: dico salua fide, quæ si per sacramentum à Deo tradi debet, necesse est ut forma Ecclesię seruetur, mediante qua tantum gratia fidei in non habentibus usum rationis, creditur dari. In habentibus uerò discretionem, ubi iam incorporatio præcesserit; sufficit capere quæcunq; sacramenta uti traduntur, adhibita tamen possibili cautela per recipientem, ut ab eo capiat qui in communione Ecclesiæ existit, & cuius modus tradendi se uniuersæ catholicæ fidei & Ecclesiæ conformat, aut saltem diu scita tolerata ac confirmata per Ecclesiam extitit. Tunc enim quando recipienti, ubi fides præcedit in se, uel parentibus quò ad infantes, nihil illi possibile impingi potest: quis dubitat nec ob uariam formam, modum aut ritum sacramentorum ab Ecclesia tunc acceptum, aut permissum, salutem illi ita conformiter ad sententiam Ecclesiæ recipienti, abesse posse, nisi dicere uelimus, totam Ecclesiam cuius ille membrum factum est, eiusdem Ecclesiæ iudicio iam penitus defecisse, & ab omni modo salute cecidisse: quod est eroneum manifestè. Quare non minus fuêre in Christi nomine baptizati etiam infantes, quorum fides sana erat in omnibus articulis etiam trinitatis: quàm hodie in nomine patris, & filij, & spiritussancti, in Christo renati. Et ita de confirmatis quõdam per sacerdotes 95. d. Peruenit. & nunc per Episcopos & ita de communicatis quondam infantibus, & extrema unctione etiam in infantili ætate inunctis, & modo non, & de usu uariæ communionis etiam quòad adultos, penitus idem dico. Et hoc superiùs est manifestum; & satis est clarum, cum in adultis fidem habentibus sacramenta in uoto esse possint, eos ad spiritualem illam sacramentorum susceptionem, in uoto obligari: in receptione uerò non aliter obligari, quàm sibi possibile est habere. Vnde solum obligatio præceptiua sacramentorum quò ad receptionem, necessariò refertur ad uoluntatem tradentis: sic quòd recipiens paratus sit ita recipere, uti traditur ei per communionem habentem cum Ecclesia. Et quia credita est potestas sacerdotio præposito populo, sacramenta ad finem salutis prout conuenientius iudicauerit ministrare, Leuitici. 14. & 27. Deute. 3. Ezech. 44. primæ ad Corinthios 3. 6. & 9. secundæ ad Corinth. primo. Ad Ephes. primo. Lucæ 17. Mathæi 24. Actuum secundo 95. dist. præcipimus, maximè hoc casu ministrationis sacramenti Eucharistiæ, ut probat textus pulchrè primo Esdrę, secundo, & conformis. Neemię septimo, & multa Concilia 26. q. 6. Si quis. & de his cum alijs de pœ. & remi. omnis, ibi nisi de consilio sacerdotis: tunc patet, præceptum communicandi necessariò esse conditionale, scilicet si animarum curam habenti usum fuerit. Quare receptio sacramentalis Eucharistiæ, si sub præcepto Dei caderet: tunc in hoc præcepto aliquando homo qui seipsum probaret ex humilitate; secum posset dispensare per textum Pauli etiam per annos plures, sicuti multi Eremitæ fecerunt ante præceptum Ecclesiæ. Post uerò præceptum Ecclesiæ, abstinere nihilominus quisque posset cum consilio sacerdotis:

http://www.obrascatolicas.com

ut in cap. omnis utriusq;, & alijs locis, & hoc totum propter salutem accedere debẽtis, ne iudicium sibi manducet & bibat. In tradente uero similiter est potestas dandi & non dandi, ex causis rationalibus, uel sic & sic dandi, prout uiderit saluti expedire recipientis: quod nequaquàm uerum esset, si tantę necessitatis sacramentum esset, quòd sine eo uita haberi non posset, sicuti sacramentum fidei in discretione carentibus, quoniam nisi renati tales fuerint, regnum intrare nequeunt. Huius tam liberè creditæ potestatis tradendi Ecclesię sibi commissę, exempla multa legimus, ut de Paulo excommunicante Corinthium. Est non est dubium, Paulum iuxta intentionẽ Christi tunc egisse, ut spiritus excommunicati saluus fieret in die Domini. Aliquando non dabatur infantibus ante quintum annum, ut notatur super septimum Ecclesiasticæ hierarchiæ. Aliquando immediatè post baptismum etiam infra illos annos, ut in libro primo Rabani de institutione clericorum, cuius pars habetur de cõsecra. d. 4 post baptisma, & similiter in libro Adelberti Archiepiscopi Mediolanensis, de mysterijs baptismatis, ad interrogationem Caroli magni ca. ulti. Post hoc in Concilio generali omnis utriusq; sexus, dicitur: quòd postquàm ad annos discretionis uenerit: & sic communio puerorum cessauit. Et non deficiebant pro tempore rationes, adultis dabatur aliquando omni die, aliquando pluries in anno, aliquando infirmis sub utraq; specie, aliquando sub una, ut ista habentur de conse d. 2. peracta, & c. etsi non frequentiùs, c. peruenit, & c. presbyter, ubi sub specie panis 26. q. 6. lis qui primò, ubi sub specie uini, ut patet ex textu ibi. Eucharistia infundatur ori. Et Cyprianus de lapsis. Et ita confirmauit se illius dispositioni ministrans, de cuius salute agebat. Danielis 4 sicut populus ita sacerdos. Hinc ex hominibus sumitur Pontifex, ut eis compati possit, ad Hebræos quinto. Sæpe etiam nec sub una aut alia specie, etiam in extremis constitutis & petentibus dabatur, ut de pœni d. 7. Hoc fuit prohibitum in Niceno Concilio, licet ante teneretur, ut latè scribit Cyprianus ad Antonium, & de pœniten. d. tertia in tantam cum multis cap. ibi. positis 26. q. sexta, de his. Et hoc secundùm Innocentium Papam primum, propter crebras persequutiones, concessa enim pœnitentia tunc fuit, & negata communio. Sed suis temporibus, data pace Ecclesiæ prior durior obseruatio facta clementior, admittit simul & ad uiaticum. Sardicense Concilium statuit ambitiosos cõmunione perpetuo priuandos ultimum: capi. Carthaginense etiam uiatico priuat Apostatas semel à uoto. & 63. capi. Eleberitani Concilij & 57. & 71. & 72. in quibus crimina numerantur, ob quæ confessis & contritis uiaticum prohibebatur. Sæpe etiam unus Episcopus certis dabat, quibus alius nequaquàm. Vnde Cyprianus de hoc ad Antonium, & post eum Augustinus ad Vincentium Rogatistam scribunt, de certis Episcopis: qui mœchos etiam ad pœnitentiam nunquàm admiserunt, alijs admittentibus. Nec propter hoc ab inuicem & Episcoporum collegio recesserunt, nec Ecclesiæ unitatem duritiæ censuræ ruperunt. Manente enim concordiæ uinculo, & perseuerante Ecclesiæ catholicæ indiuiduo sacramento: actum suum disponit & dirigit unusquisq; Episcopus, rationem propositi sui Domino redditurus. hæc ibi. Quare nunc apertè satis ostensum puto propositum nostrum, scilicet nec ad sic uel sic tradendum sacerdotes præceptum habere, sed medici fungi potestate, ob quid, & cui, & quando, & qualiter ad finem salutis ministrando: habendo nunc respectum ad bonum publicum, quando ob facinora commissa, contritio in terrorem aliorum tunc subtrahitur, & nunc distribuitur, aut etiam infirmitate & indiscretione considerata sic uel sic ministrando, aut ob reuerentiam sacramenti & cautelam disciplinæ sub specie intincti panis, aut altera specie tantum aut periculũ infidelitatis crebriùs uel rariùs sic uel sic dando, semper respectum habendo ad id quod sibi meliùs uisum fuerit in credita legatione, iuxta præceptum innocentij 90. dist. præcipimus. Fortè dicitis non posse negari ex rationabilibus causis, ita ut exemplis ostensum est, & factum esse & fieri posse: sed cum non sint tales hodie ob quas calix subtrahi debeat populo, irrationabile esse sine causa à Christo concessum non ministrare. Ad hoc luce clariùs responsum censeo in precedentibus quia commune sacerdotium capiens sui regiminis motum à sancto spiritu, quoniam

am sanctissimum est, ex Christi legatione, non obstante quòd quidam peccatores sint in ministratione, errare nõ potest. Quia ad communis sacerdotij errorem, totam Ecclesiam errare necesse foret. Quare non cadit deceptio, quoad fidelem populum etiam per malum sacerdotem, rectum ex sui officij administratione: ut hoc clarissimè uidetur, & Augustinus hoc ostendit 1. q. 1. per Esaiam, & omnium hæc est sententia. Alioquin si in hoc hæsitatio esse posset, duo maxima incontinentia sequerentur: scilicet aut totam Ecclesiam errare posse, aut fidelem ad impossibilia obligari. Et si ratio inquiri deberet huius communis ritus hodiernæ communionis, uera & indubia, ab eo nos scisciari ipsam oporteret, qui sensum Domini nouit, & consiliarius eius fuit. Persuasibile tamen est, sicut non sine mysterio casus & decliuitatis Ecclesię, diaconi in parochijs desiterũt, quorum officium erat prius Eucharistiam sub panis specie per sacerdotem traditam cum sanguine confirmare: uti in ordinario. Romano legitur: ut Inno. de officio missæ, ac sancti Laurentij legenda. & notatur 93. dist. diacones & c. diaconi. & de conse. dist. 2. peruenit. Ac ob cautelam etiam & periculum effusionis, & impossibilitatem (diacono non existente) quia uni sacerdoti succesiuè sub utraque specie ministrare, tempus non suffecit, quæ omnia mysterio non carent: dum uix Ecclesia tepescat in charitate, ad ultimumque gradum descensus deducta, etiam ad ultimum gradum in ministerio peruenerit, ut certè rarius quàm unquàm, & sub una specie tantùm, & ob hoc iuxta statum Ecclesię, ad nostram salutem hunc usum inspiratum per spiritum sanctum credere debemus: ut hic usus rectè commensuratus charitati Ecclesiæ, ipsam sufficienter iuxta currentem charitatis appetitum pascat, pauco feruore sitim diuini sanguinis minimè generante, nisi in ipsis Pontificalibus ad certam corporis & sanguinis oblationem constitutis: ad Hebræ. 9. & sacerdotibus peccata populi comedentibus, & ex publico officio aliorum defectus supplentibus, & mortem Domini quousque in extremo iudicio denuò ueniat annunciantibus, ex merito officij publici & ex præcepto Dei, ita Ecclesia interprætante de conse. dist. 2. relatum & cap. comperimus, ad confectionem & sumptionem utriusque obligantur. In quibus persistet ueritas & robur infallibilitatis, ratione commissæ legationis, fidelium infirmitate non obstante: quibus fidelibus hoc tempore tanquàm ab hinc decessuris, sicut infirmis solitum fuit, uiaticum conuenit ministrari, sub una scilicet specie panis, ut probat textus presbyter, iuncta glossa de conse. dist. 2: Solet etiam à uobis curiosè, superfluè tamen quæri: quis Romanus Pontifex, aut quale Concilium, ritui unius speciei auctoritatem primò præstitit. Et licet infallibilis nostræ salutis regula, in istis per Augustinum, post Basilium 12. de Ecclesiasticis conscripta, meritò sufficeret: tamen ut curiositati etiam superfluæ satisfiat, dico, quòd plenaria totius orbis & uniuersæ Ecclesiæ Synodus, anno Christi 1215. in Ecclesia Lateranensi, Romæ Innocentio illo tertio, literatissimo diuinæ & humanæ legis peritissimo præsidente, hunc ritum non communicandi infantes, & sub una specie fideles per cap. omnis utriusque sexus approbauit, quò ad infantes in uerbo postquàm ad discretionis annos, quòad unam speciem ibi. Eucharistiæ sacramentum. Et licet dici possit, sacramentum calicis, quoniam etiam Eucharistiæ sacramentum est, comprehendi posse, ut cap. firmiter. uer. una de sum. trini: tamen panis & uini sacramenta prout sacramentum est, uel rei sacræ signum, uel complectitur signum cum re, licet sub utriusque speciebus idem Christus existat, nominantur sacramenta, ut in missarum collecta dicitur: Prosint nobis quæsumus Domine sacramenta. Et ne in hoc dubium remaneat, dicit ille textus à proprio sacerdote. Et iam superiùs manifestum est, nunquàm fuisse sacerdotis officium, sanguinem populo ministrare. Et probatur idem in ca. presbyter. de conse. dist. 11 iuncta glossa ubi textus: per sacramentum Eucharistiæ corpus tantùm intelligit, ut ait glossa. Idem probatur in cap. eiusdem generalis Concilij, de custodia Eucharistiæ: ubi eodem termino scilicet Eucharistiæ utitur: & tamen iuxta cap. presbyter cum glo: non potest ille textus Concilij, de sanguinis sacramento intelligi. Et ipse Innocen. declarat, in libro de officio Missæ, ac omnes doctores post eum ita uiden-

http://www.obrascatolicas.com

tur intellexisse: quia ex omnibus qui post ipsum Concilium fuerunt, non inuenitur aliquis, qui dicat fidelem ad communionem calicis obligari. Et ita nihil amplius restat, de quo per diuinæ pietatis misericordiam, non sit uobis abunde credo satisfactum. Quare amplius ab incœptis desistentes, matrem uestram Ecclesiam amplectimini, ut in eius unitatis pace peregrinantes, simul ad æternam pacem triumphantis Ecclesiæ, Christo duce transferri meteamur.

Epistola IIII. de Amplectenda unitate Ecclesiæ, Nicolai de Cusa Cardinal. Ad Bohemos.

Nicolaus miseratione diuina tituli sancti Petri ad uincula Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, Episcopus Brixinensis: magnificis, nobilibus, prudentibusque uiris, Dominis, Gubernatori, Concilio, regentibus, & uniuersis incolis regni Bohemiæ, ueram pacem assequi, & in ea perseueranter permanere. Voluit diuina pietas, ut ordinatione sanctissimi & pijssimi Pontificis nostri Nicolai Papæ quinti, summè pro uestra ac omnium salute uigilantis: ut uestræ ad Apostolicæ sedis unitatem redintegrationis, post multos longè nobis aptiores legatos, ad nos nunc perueniret qualiscunque sollicitudo. Et quamuis tam admonitione Apostoli, quàm sanctorum Conciliorum atque doctorum imbuti meritò retraheremur, maximè quia auersio animorum, non reperit hactenus efficax remedium, quasi iam tales animi, in seruitute principis tenebrarum redacti, nequeant intelligere ut benè agant: nihilominus nonnullis literis ex regno ad principes uicinos atque ad nos missis, in quibus S. D. nostet notatur, quasi compactionibus certis per Basilienses uobiscum initis detrahat, medio religiosi fratris Iohannis de Capistrano, respondere distulimus: sperantes Iacobellianos, qui Iacobelli uestaniam sequentes, communionem utriusque speciei quò ad populum laicalem, sua sponte contra ritum Ecclesiæ catholicæ continuant: de proximo ad Ecclesiam unde exiuerunt reuersuros, aut nos cum ipsis conuentum aliquem de proximo pro instauranda & firmanda pace habituros. Et fuimus de hoc non parum, ex his optimis uerbis oratorum uestrorum, qui nobiscum Ratisbonæ conuenerant, consolati. Sed nobis inquirentibus, quid singuli uestrum de sanctæ unionis repetitione sentiant: comperimus nondum omnium intentionem emollitam, ut ueram catholicam uelint unionem amplecti. Considerauimus autem Iacobelli sequaces, sub diuisionis materiam plurimum ex compactionibus firmare. Post hæc se praxim primitiuæ Ecclesiæ atque subsequentis, ac etiam sacras allegare scripturas. Et quia uisi sunt suis ultimis ad multos datis scripturis, penitus in compactionibus residere: nos uolentes experiri an illa deserere uellent, quæ nihil utilitatis contribuunt, deliberauimus primum nostris scriptis ostendere, eos superuacuè compactionibus inhærere, cum non seruiant ipsis in aliquo, sed potius nobis catholicis contra eos proponentes in euentum indurationis, alias eorum circa praxim primorum nostrorum enodare fallacias, atque demum nihil eos fulcimenti habere, ex sacris literis pro nostro modulo manifestare. Quamquàm fateamur longè sufficientiùs à nostris prædecessoribus, & qui adhuc supersunt doctissimis fidelibus, ad singula Iacobellianorum assumpta, responsum. Misimus autem primum ex Ratisbona literas tenoris subsequentis.

Epistola

Epistola V. Nicolai de Cusa Cardinalis ad Bohemos.

Nicolaus miseratione diuina tituli sancti Petri ad uincula Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, Episcopus Brixinensis; Vniuersis & singulis nobilibus, uenerabilibus, strenuis, honorabilibus, prudentibusque Baronibus, prælatis militibus, presbyteris, religiosis, militaribus, magistris ciuium, & oppidanis, & cunctis Ecclesiasticis, & secularibus inclytum regnum Bohemiæ, & Marchionatum Moraviæ inhabitantibus, ueræ pacis desideria fœliciter adipisci. Postquàm diuina pietas statuit, uti firmiter speramus, regnum & Marchionatum prædictum, hoc tempore ad obedientiam Sacrosanctæ, Romanæ catholicæ Ecclesiæ reuocare: Sanctissimus Dominus noster Dominus Nicolaus Papa quintus, nobis curam & sollicitudinem tam sancti operis cõmisit, & legati de latere plenam tribuit facultatem. Et quoniam nuper ex nobilibus regni ipsius oratoribus, in dieta Ratisbonensi latenter intellexímus, desideria omnium uestrorum diuina inspiratione, nunc ad ueram & effectualem unionem inclinari, & quòd ea propter Apostolicam legationem in regno ipso constitui optatis: pro complemento tam sancti propositi, mox operam dedimus, ut hoc summo Pontifici nostro quàm ocyssimè innotesceret. Et quoniam ad rem ipsam fœliciter conducendam, necesse est ut ante accessum Apostolici legati ad regnum, de mente singulorum, aut saltem maioris & sanioris partis inhabitantium, quò ad puram ueram & effectualem obedientiam & subiectionem, simus certiores facti. Nam nisi esset propositi uestri, uos uelle conformare progenitoribus uestris, qui hanc differentiam catholicam uitam duxerũt; qui fidem orthodoxam ab Apostolica sede atque priuilegia Metropolitanæ sedis, & generalis studij, pro sua deuotione & obedientia ad matrem suam ipsam scilicet sedem Romanam, meruerunt, quemadmodum & alia Christiana regna, quæ adhuc in eadem obedientia perseuerant: superuacuè Apostolicus legatus inquietaretur, & re non peracta in non paruum omnium uestrorum dedecus rediret. Ideò ut experiamur, quem fructum introitus legati efficere queat, honorabilem Ioannem Dursmit præsentium latorem, Capellanum nostrum deuotum ac dilectum, ad uos omnes & singulos transmisimus: cui dedimus in mandatis, ut his nostris patentibus literis ostensis, uniuscuiusque mentem & intentionem inuestiget; circa iam dictam obedientiam præstandam, & quæ circa ipsam atque securum accessum Apostolici legati fuerint opportuna, prout de hoc per nos latiùs est informatus. Quare rogamus uos & in Domino exhortamur, ut ipsum Capellanum nostrum admittere, benigne audire, & quæ mente geritis scripto patefacere uelitis, nec putetis nos à uobis rem magni ponderis leuiter exigere. Nam cum impossibile sit ueram pacem Ecclesiasticam constitui posse, quàmdiu non est omnimoda conformitas corporis & membrorum (turpis enim est omnis pars quæ toti non congruit) hinc in ea re, ubi qui non est cum uniuersali Ecclesia, contra eam esse constat. Necesse est purè & simpliciter absque pacto & conditione omnium conformitatem obedientiæ amplecti. Neque quemquàm moueat, quòd cum oratores tunc Basilienses Concilij, de pace Ecclesiastica Pragæ tractarent, ad compactiones deuentum sit. Nam experimento compertum est, modum illum integram pacem & unitatem, cum sancta Romana Ecclesia non effecisse: quæ cum sit pijssima mater omnium fidelium, nulli redeunti quem in fide genuit gremium claudere potest, omnia quæ filij sui postulant, si salutaria sunt liberaliter concedit. Sicut enim mater ipsa per quæcunque pacta, non posset trahi ad consentiendum in ijs, quæ filiorum suorum saluti sciret obuiare: ita etiam ea quæ salutis sunt, sine pactis assensum nequit denegare. Vnde si qui sunt nimium fortasis soliciti, hos admonitos esse uolumus, ne in catholica fide tali onere se frustra

http://www.obrascatolicas.com

ſtra fatigent, ſed matri fidei (cui hoc onus à ſponſo Chriſto Domino creditum eſt) de relinquant. Scit enim mater illa, quibus nos debeat paſcere fidei cibis, quę ſola in his talibus alimentis, quæ adminiſtrat pro ſalute noſtra, errare nequit. Oportet igitur omnem Chriſtianum per puram obedientiam, paſci cibo uitæ à matre ſua, ſancta Romana & catholica Eccleſia, quæ eum regenerauit, & nequaquàm inniti propriè prudentiæ. Experti eſtis quanta mala paſsi eſtis, eò quòd nonnullos qui contra Romanæ Eccleſiæ fidem & obſeruantiam nouitates introduxerunt, monitis matris ueſtræ præpoſuiſtis. Hi enim degeneres filij iactabant ſe Chriſtianos, & fratres ſuos, eiuſdē q'ue matris ſanctæ Romanæ & catholicæ Eccleſiæ filios, extra quàm non eſt ſalus, & matrem ſpreuerunt. Et hodie aliqui ſe ei anteponunt: de quibus rectè ſcriptura ait Filios enutriui, & ipſi ſpreuerunt me hi uerò nimium ſuo ingenio confidebant. Noli te igitur tales pro fratribus honorare, qui ſe matris ueſtræ filios nominari uerecundantur. Aperite quæſo oculos, & conſiderate unde excidiſtis, & quo perducti eſtis, & per quos: & credite plus matri ueſtræ, à qua omnia quæ ſalutis & honoris ſunt recepiſtis, quàm ſeductoribus illis, qui adeò cæci ſunt, quòd lumen non uident, adeò beſtiales, quòd matrem non cognoſcunt. Paruifacite omnia, quæ ipſi de compactionibus inge runt. Nam illorum ſciolorum confuſionem, Deus illas ſic fieri permiſit. Neque religioſus frater Ioannes de Capiſtrano, uir utiq; zelum Dei habens cum ſcientia, nec alius quiſquàm aſſerit, compactiones hæreſim in ſe continere, ſed conſtanter negatur in eis talia concedi, quæ uobis falsò ſubgeruntur. Poteritis ſi uolueritis ex compactionibus ipſis, ſeductores ueſtros facilè conuincere. Nam cum extra uniuerſalem Eccleſiam, quæ catholica Græcè dicitur, nō ſit ſalus, & ut ipſi negare non poſſunt: uidete in compactionibus, ubi eſt illa catholica Eccleſia, & reperietis in capituli articuli eſſe ſcriptum, quòd regnum Bohemiæ & Marchionatus, in fide conformare ſe debent uniuerſali Eccleſię. Et nō poteſt intellectus alius dari, quàm quòd Romana illa ſit uniuerſalis Eccleſia, cui ſe debent regnum & Marchionatus conformare. Si igitur illam admiſerint eſſe uniuerſalem Eccleſiam, cui ſe debēt regnum & Marchionatus conformare: clarè intelligitis, quòd ipſi ueſtri ſacerdotes qui in concordatis conſenſerunt, confeſsi ſunt uos eſſe extra uniuerſalem Eccleſiam, eorum ignorantia ſeductos. Nonnè clariſsimum eſt, illam uniuerſalem Eccleſiam, de qua loquuntur compactiones, in fide tenere, communionem ſub utraq; ſpecie non eſſe de neceſsitate ſalutis, quò ad non conſecrantes? Videte ſi illi qui compactiones allegant ſic credunt, ut etiam ſecundùm textum earum tenentur, & oſtenditur manifeſtè ex ipſis compactionibus, ubi dicitur, quòd poſt conformitatem fidei & rituum, illi & ille qui uſum habent ſub utraque ſpecie communicandi, communicent. Admiſerunt igitur ſacerdotes illi, quòd communio talis non fuit nec eſt de neceſsitate ſalutis, quando admiſerunt, quòd ſaltem uſum habentibus traderetur. Ecce quàm apertè conſtat in confuſionem ſeductoris, Deum ſic compactiones fieri permiſiſſe. Velitis quæſo diligenter attendere, quid utilitatis uobis eueniret, ſi obedientiam non aliter quàm ſaluis compactionibus præſtare uelletis. Nam ſi aliquid ſingularitatis ex ipſis habere putatis, circa ritum communionis ſub utraque ſpecie, ut ſeductores nonnulli perſuadent: legite textum, & ponderate mentem Concilij ex litera, & reperietis negligentia illorum ſacerdotum, uos omnia ibi uobis oblata perdidiſſe. Eſt enim uobis notorium, quòd illi tales ſacerdotes nunquàm ea quæ fieri debebant, ad habendam permiſsionem illius communionis procurarūt aut obſeruarunt, ſed non obſtantibus compactionibus continuarunt illa, quę dimittere tenebantur. Ideò ex eorum negligentia, permiſſio etiam quò ad perſonas quæ uſum habebant, non eſt ſortita effectum. Minus permiſſio de libertate concedenda, obtineri potuit à Synodo, ſemper ob talium presbyterum præſumptam pertinaciam, qui toto tempore quo Concilium ſedebat cōpactatū, nulla ex parte obſeruare curarunt: Et ita ſoluta eſt Synodus, antequàm euentualis promiſſio fieri potuerit. Videte nunc quęſo, quomodo quidā tales ueſtri ſacerdotes, in ſuā confuſionē ad cōpactiones refugiunt, ex quibus penitus nihil ex eorum ſeductorum culpa, etiā quoad eos qui

qui uſum comunionis habebant, eſtis aſſequuti. Sic alia quę in compactionibus ſunt nonne manifeſtè condemnāt tales allegantes? ipſi enim ſua ſponte currere ſe ingeruntur, & abſq; miſsione, expreſsè contra compactiones prædicant. Et cum nullam habeant poteſtatem ligandi & ſoluendi, populum decipiunt. Videtis ne quomodo obedientiam illam, de qua ſimiliter in compactionibus, quò ad ſuum ſeruāt Romanum Pontificem? Ex his intelligitis, compactiones nihil ſingularitatis uobis præſtare, ſed ſolùm confuſionem eorum, qui ſua præſumptione ſeducti uos ſeduxerunt, exprimere, ut ore ſuo iudicentur. Quare meritò inſtar aliorum fidelium, obedientiam puram, ſimplicem, ueram & effectualem quæ ſolum Deo grata, uobis utilis & ſalutaris exiſtit, ſuademus in legati aduentu alacri animo acceptare, & nos de illa certiores facere: per quam ſolā, ab illa liberaliſsima Apoſtolica ſede, indubiè omnia quæ ſalutis & pacis ſunt, potiùs ſine pacto quàm cum pacto quàm primum in laudem poteritis obtinere. Datum Ratisbonę ſub noſtro ſigillo, die 27. Iunij, Anno à natiuitate Dominini, Milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo ſecundo, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini Nicolai diuina prouindentia Papę quinti, anno ſexto. Et quanquàm in pactis inter nos & oratores ex regno, qui Ratisbonæ conſtituebantur, habebatur, noſtris mittendis conductum in regno dari debere: tamen per Capellanum noſtrum, de quo in litera, ſaluus conductus impetrari nequiuit, inde euenit, quòd præmiſſæ literæ non potuerunt ubilibet præſentari, neq; earum gerulus in credentia audiri. Fuimus autem ad ſic ſcribendum inducti rationibus illis, quibus & ſanctus Bernardus mouebatur, quando Mediolanenſibus tunc ſciſmaticis epiſtolam miſit, quæ in corpore epiſtolarum ipſius reperitur, incipiens: Ciuibus Mediolanenſibus. Suadet enim ne acquieſcant pſeudoprophetis, ſed attendant quòd cauſam nullam habent non ſimpliciter obediendi Apoſtolicæ ſedi cui reſiſtere, eſt ordinationi diuinæ reſiſtere, ac quòd finaliter ei reſiſtere nequeunt, quod-q'ue in ipſa ſit plenitudo poteſtatis & auctoritatis. Et ideò dare poteſt priuilegia etiam pallij, & tollere. Vnde Mediolanenſes benè conſulti, ſic fecerunt. De quo uideatur epiſtola illa, & alia ſequens eandem, & reperient nos ſanè & iuſtè conſuluiſſe. Sed ad hanc noſtram ſalutiferam monitionem, non recepimus reſponſum, niſi quorundam aſſertorum ſacerdotum oppidi Clatonienſis, ad quos reſcripſimus, ut ſequitur.

Epiſtola VI. Nicolai de Cuſa Cardinalis ad quoſdam Bohemorum presbyteros.

Nicolaus miſeratione diuina tituli ſancti Petri ad uincula ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus, Epiſcopus Brixinenſis: Martino & reliquis ſacerdotibus Clatonienſibus, ſpiritu duci ſaniori. Expectauimus ut ad noſtra ſcripta quæ ad manus ueſtras peruenēre, uos obedientes reſponderetis, atq; quòd præſtitam ueſtro & aliorum nominibus obedientiam Romano Pontifici, realiter & cum effectu ſeruaretis. Nunc uerò contrarium in ueſtris literis reperimus, in quibus multa contra catholicam fidem, clauium poteſtatē, propria ueſtra promiſſa in regni infamiam, & animarum ueſtrarum periculum, plus præſumptuosè quàm ſapienter, dolenter legimus. Nam in noſtris literis ubi de ſeductoribus populi loquimur, non credebamus uos offenſos. Habemus enim meliorem æſtimationem de uobis, quàm ueſtra ſcripta oſtendant. Scribitis nos omne ingenium adhibuiſſe ad compactiones, fatemur, ſed ad illum certè finem, ut uos & ueſtros complices qui ad compactiones confugitis, detectis his quæ ſcripſimus, cautiùs ageretis, quoniam in ueritate potius uobis aduerſantur, quàm ſeruiant. Vbi autem nobis culpam aſcribitis, quaſi uos ſeductores & omnes (licet non reperiatur omnes in no-

http://www.obrascatolicas.com

in nostris literis) seductos asseramus: non nobis sed uestris compactionibus, quas ni timini cunctis inculcare, usq; etiam ad iniuriam summi Pontificis nostri, rectiùs imputaretis. Ipsis enim præsuppositis, hęc sequi quæ scripsimus, nemo ratione utẽs amnitur in ipsis, scilicet quòd Bohemi usum habentes, communicabunt auctoritate Christi & Ecclesię ueræ sponsæ eius. Mirandum est, quòd uos ut nobis impingatis ignorantiam, non uidetis uos ruere in hæresim maximam, quasi sit alia Ecclesia catholica & alia sponsa Christi: ita quòd si non sitis de prima, sitis de secunda. Non opus est declarare hunc errorem, qui ex symbolo fidei notorius est. Deinde admiramini, quomodo auctoritate Ecclesiæ communicare, & extra Ecclesiam esse, se compatiantur. Neque nos id dicimus, neque credimus. Et compactiones docent, uos auctoritate Ecclesię non communicare potuisse, nisi prius fuissetis in Ecclesia catholica, per conformitatem fidei & rituum. Docent itaque compactiones, quas amplius declinare nõ potestis, post sigillationes, allegationes & uaria scripta uestra: quòd sine autoritate Ecclesiæ, illicitè cõmunionem duplicis speciei usurpastis. Nã non dicunt illæ, quòd autoritate Christi & Ecclesiæ sponsæ eius, communicastis in præteritum, aut communicatis in præsens: sed præmissa conformitate fidei & rituum, cum catholica Ecclesia communicabunt in futurum illi & illæ. Ex quo constat manifestissimè secundùm intentionem Concilij, uti etiam postea Synodus in decreto de communione declarauit, uos illam communionem absque autoritate Christi & Ecclesiæ, illicitè usurpasse. Fuisset tamen tunc demum facta licita illi & illis autoritate Christi & Ecclesiæ, si conditio conformitatis priùs fuisset adimpleta: quæ cum nunquàm sedẽte Synodo adimpleta reperitur, quanquàm sæpe sollicitati fueritis, ut scripturis per manus bonæ memoriæ tunc legati, & Domini Ioannis Polemar scriptis quæ apud nos sunt ostendere poterimus. Per uos igitur stetit, ut uosipsi negare non potestis: manet ergo illicita. Quomodo ergo in Ecclesia esse potestis: quando illicitè uestra propria præsumptione usurpata, uosipsos ab Ecclesia separastis? neque euadere potestis, nisi alia periculosiori hæresi inuoluamini. Quemadmodum in scriptis uestris uos inuolutos reperimus, ubi quandam fingitis Ecclesiam Mathematicam, de qua uos esse dicitis, etiam si neque cum Papa, neque Cardinalibus, neque cum toto mundo sitis: asserentes adhuc uos in templo Domini esse, nisi Christus uos repellat, quòd est potius insanire, quàm errare. Neque ita est ut scribitis, nos compactiones ignorare: nam illæ aliquam correctionem, nobis tunc præsidentibus in natione Germanica receperunt, maximè in capite de libertate communionis, ubi apponi fecimus, facultatem in euentum dari sacerdotibus, posse communicare populum modo qui ibi ponitur. Videte ergo, quid populus fidelis, etiam si cuncta per uos quæ fieri debebant fuissent adimpleta, obtinuisset: & an ex compactionibus hoc uerum sit, quod communiter & in scriptis uestris ad nos datis, asserere non cessatis, communionem duplicis speciei, sic per uos Basileæ deductam & Euangelica ueritate probatam, quòd illi doctores qui dicuntur Basileæ fuisse, rationibus conuicti eam admiserunt. Nam si libera facultas dabatur tantùm sacerdotibus, dandi in euentum completionis appositarum conditionum: nonné manifestum est, nequaquàm hoc subsistere posse quod uos dicitis? atque quòd illi doctores nequaquàm fuerunt uestris rationibus & autoritatibus inducti ad quicquàm concedendum, docet processus & definitio triceſimæ sessionis. Sæpissimè in faciem audistis, quòd non unicum saltem doctorem allegastis, qui ex intentione necessitatem illius communionis probaret. Propterea nonné postquàm promisistis & sigillastis compactiones sæpius præscriptas, & oratores Concilij sollicitati: non curastis ea seruare? Nouem petitiones obtulistis Basileæ: quarum prima erat, ut libertas euentualiter oblata quo ad sacerdotes tradendi, & populum recipiendi, transiret in præceptum. Habemus in manibus, legati & auditoris præfatorum responsum negatiuum: quod & te Martine non latet, qui (ut audiuimus) pro sollicitatione responsi, missus eras Basileam. Si igitur compactiones in quas consensistis non dede-

derũt quæ optastis, neq; post obtinuistis à Synodo: quare adhuc nõ cessatis asserere, id quod nobis quasi ignorantibus scribitis? Multa sunt apud nos monumenta Concilij illius, & testamentaria quædam scripta relicta legati & auditoris, quæ nos optimè de singulis instruunt, ita quòd nihil nos quasi ignorantes latere potest. Volumus tamen pro nunc patienter ferre iniurias uestras, ob spem melioris. Quòd autem tantùm scripsimus de compactionibus in alijs nostris literis, causa fuit, quia legimus scripta ex regno ad principes nostros regno propinquos transmissa, in quibus Ecclesiam & Pontificem, de non obseruantia præmissarum compactionum arguere uisi estis. Considerauimus igitur ad nos spectare, qui tenemur honorẽ pontificis Ecclesię pro posse defensare, uobis manifestare compactiones nihil tribuere: nec ad tales nos, ad quales illę literæ nos prouocarunt, descendimus particularitates refellendas, sperantes quòd Deus concederet unionem in Ecclesia sua, pro qua cum omnibus nostris tam in Oriente quàm in Occidente fideles impendimus labores. Eã turbare non uolumus, quamuis nobis Synodalia gesta sacrorum generalium Conciliorum ostenderent, rem istam humanitùs impossibilem, experimẽto aliorum qui de Ecclesia abierunt, quos rarò humana diligentia comperimus uerè redijsse. Et ne totum legationis tempus quemadmodum multi ex præteritis legatis, inaniter uobiscum perderemus: circa reformationem Alemannię aliquantisper uacauimus, quà pro parte nobis possibili expedita, nouo Apostolico recepto mandato incœpimus utinam fœliciter, & durante mandato non deficiamus: parati omnia exequi Pontificis iussa, pro regni pace, & salute. Nequaquàm putetis nos ad ea quæ priùs scripsimus, ob quæ à uobis de imprudentia arguimur, sine Pontificis nostri iussu processisse. Si enim simpliciter modo quo alij Christiani obedire recusatis, ad placitandum uobis nemo ab Apostolica sede mitteretur. Non est enim consuetudinis, nec iuris, quòd Christi uicarius & iudex fidei se subijciat, & placitationem cum suis subditis ineat: sed quòd obedientibus in ijs quæ salutis & pacis sunt, gratiosè, liberaliter, & paternè condescendat, prout nos in priori epistola, in fine id ipsum scripsimus & obtulimus. Ad quòd certè potius respicere, & oblationem magis quàm compactiones, seu compactata uestra magnificare debeatis. Admonemus uos pro credito nobis legationis officio, ut deinceps desistatis ab his modis inuectionis, & humiliemini uti decet Christianos sacerdotes, obediendo præpositis uestris, secundum legem Dei & sanctorum instituta realiter & cum effectu, prout ex promisso & de iure diuino & humano tenemini, & alios ad idem inducatis, nos de hoc certiores reddentes. Et tunc sentietis, præter spem quam de persona concepistis, omnem cordialem affectum ad quæuis inclyto regno uobis & singulis salutaria. Datum Brixinæ, decima sexta Decembris. Anno Milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo ſecundo.

Epistola. VII. Nicolai de Cusa Cardinalis, ad clerum & literatos Bohemiæ.

IN superioribus literis nostris satis ostensum putamus, Iacobellianos ex compactis pro se allegatis, conuictos sua confessione, extra catholicam Ecclesiam esse, quæ est sponsa Christi. Et nobis solùm sufficit sic ostẽdisse, p nostra cõtra eos uictoria, etiã si in omnibus sacramẽtis nobiscũ cõcurreret, ut elegãtissimè arguit magnus Augustinus cõtra Rogatistas & Donatistas ĩ multis locis, & latè de catholica Ecclesia, & pmissis in epistola quã ipse & Siluanus senex, Valẽtinus, Aurelius, Innocẽtius, Optatus & cæteri Episcopi, de Cõcilio Zertẽsi scripserunt ad Donatistas, cuius initium est. Cũ in auribus nostris fama crebresceret, & quòd illa sit catholica quæ unitur

http://www.obrascatolicas.com

unitur successori Petri Apostoli,& quòd anathema sit aliam asse, ostendit Augustinus in epistola quam ipse & Fortunatus ad Generosum scripserunt:& probatur in c. Pudenda,& c. schisma 24. q. & 93. 1. dist. Qui cathedrã. & in multis alijs locis. Audiant Iacobelliani,quid ait idem Augustinus in epistola ad Bonifacium comitem,quæ incipit:Laudo & gratulor & admiror,circa finem, sic enim dicit:Isti autem cum quibus agimus,non sunt desperandi: adhuc enim sunt in corpore scilicet suo mortali, sed non acquirent spiritum sanctum nisi in corpore Christi, cuius habent foris sacramentum,sed rem ipsam non tenent intus cuius illud est sacramentum, & ideò sibi iudicium manducant & bibunt. Vnus enim panis,est sacramentum unitatis,quoniam sicut Apostolus dicit:Vnus panis,& unum corpus multi sumus. Proinde Ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est, saluator corporis sui: extra hoc corpus, neminem uiuificat spiritussanctus. hæc & plura de hoc ibidem. Et idem Augustinus in epistola ad Paulinum quæ incipit: Quòd de peruentione ostendit,quòd in sacramento altaris quod est uotum, prædicatur nostrum aliud maximum uotum quo nos uouimus in Christo esse mansuros, utiq; in compage corporis Christi,cuius rei sacramentum est. hoc ibi. De quo idem de consecra. distin. 2. Qui manducat,in fine. Qui discordat iuncta glossa. Prætereamus nunc illa quæ Iacobelliani sæpissimè, licet surda aure,audiuerunt Basileæ & alibi,atq; legere possunt si uolunt. Nunc ad aliam partem praxis nos conuertamus,ex quo conuentio quæ in festo sancti Galli spectabatur, per uos nobis nunciatur recusata: uelitis rogamus impigrè quæ sequentur lectitare,si ueritatem scire diligitis, & reperietis nos uerum dixisse, in literis nostris præinsertis. Nam ignorantia historiarum & scripturarum decepit Iacobellum,& sequaces sacerdotes,qui plærosq; hactenus seduxerũt. Est igitur aduertendum,quòd Christus non nisi discipulis suis legitur dedisse corpus suum & sanguinem, qui ut Lucas ait,dixit: Si quis non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. In primitiua igitur Ecclesia omnes Christiani qui quotidie communicarunt,siue sub una siue sub duplici specie,fuerunt discipuli,qui omnibus resignarunt:ut scribit sanctus Hieronymus de illustribus uiris, in cap. de Philone dicens,in primitiua Ecclesia omnes fideles resignasse omnibus, ut suo tempore religiosos,sicut etiam in Actibus Apostolorum legitur. Et ut scribit Honorius,in libro qui gemma animæ dicitur:hic modus quò ad religiosos, omnibus diebus communicãdi suo tempore,& ante tempora scilicet sancti Benedicti,seruabatur. Sic ut scribit Chrysostomus super epistolam ad Hebræos, post communionem ministrorum altaris qui sancti reputantur,& intra sancta sanctorum circa altare communicant apud sacrum ostium,ubi ad sacta sanctorum intratur per diaconum: sancti ex populo uocabãtur ad communionem,quòd & hodie apud Græcos seruatur. Et quia pauci se sanctos p. sumunt,rarò aliqui ueniunt. Et in decretis Anacleti Papę,per sanctum Petrum in presbyterum ordinati, legitur, omnes qui intererant consecrationi communicasse. Dicit enim textus decreti,prout in originali & Bucardo habetur: Peracta autem cõsecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia, & si hoc neglexerint, degradentur:ecce dicit degradentur. Non igitur intelligitur, nisi de illis sanctis qui cõsecrationi intererant,& ad sancta sanctorum admittebant, sicut sunt in sacris ordinibus constituti. Pars huius textus habetur de consecra. distin. 1. Episcopus Deo. Idẽ probatur ex ca. tribus,iuncta glo. & c. Sacerdotum, de con. dist. 2. & sunt primi Clementis successores sancti Petri. Et non reperitur, alios tunc sub utraq; specie communicasse. Ita uidetur sanctus Dionysius dicere,in libro de Ecclesiastica Hierarchia. Et reperitur Romana Ecclesia antiquitùs sic seruasse: ut Guillermus in rationali diuinorum dicit,scilicet quòd presbyteri concelebrarunt Papæ, & communicarunt. Ita hodie seruat Ecclesia Constantinopolitana: quando enim Patriarcha solenniter celebrat,omnes presbyteri conueniunt ad concelebrandum,& communicãt. Est similiter attendendum, quòd antiquitùs Eucharistia dabatur ad manus communicandi,& hoc etiam patet: ex epistola sancti Cypriani, ubi tractat de miraculo calicis & puellę.

puellæ. Et sacerdos Græcus dat Eucharistiam hodie ad manum. Calicem autem nemo ministrabat, nisi diaconus, ut ibidem ex Cypriano. Et Hieronymus id ipsum dicit 93 distin. diaconi sunt. Et in legenda sancti Laurentij & sancti Sixti, quo progrederis reperitur. Et sic adhuc seruat Romana Ecclesia,Papa celebrante solenniter,& Constantinopolitana. Nam diaconi, Papæ & Patriarchæ calicem ministrant. Et in Concilio Rothomagensi,de quo in Bœcardo libr. 3. capi. 77. fuit statutum, contra sacerdotes qui laicis & mulierib. dabant calicẽ,præcipiendo ne amplius talib. calicem tradant: quoniam corpus Domini nesciunt diiudicare, neque inter cibum spiritualem & carnalem discernere. Sed quòd sacerdotes sumant, diaconus uel subdiaconus qui sunt ministri altaris colligenda tradant:ita tamen quòd sacerdotes eos suis proprijs manibus communicent. Et subditur: Sacerdos autem nulli laico aut fœminæ Eucharistiam in manibus,sed tantum in os eius cum his uerbis ponat: Corpus Domini & sanguis,prosit tibi ad remissionem peccatorum, & ad uitam æternam. Si quis hæc transgressus fuerit, quia Deum omnipotentem contẽnit,& quantum in ipso est inhonorat, ab altari remoueatur. hæc ibi. Sic adhuc hodie sancta Romana tenet Ecclesia. Nam diaconus & subdiaconus de manu Papæ corpus sumunt, & residuum colligunt in calice, & laicis non traditur Eucharistia ad manus,sed in os. Erat autem quædam constitutio facta in Concilio Turonensi,quòd Eucharistia quæ dabatur in os communicantis,intincta esset in sanguine,ad hoc quod presbyter ueraciter dicere posset in tradendo, corpus & sanguis Domini proficiat tibi. Sed hæc constitutio per Romanam Ecclesiam non fuit recepta,ut patet in c. cum omne, de consecratione distin. 2. ubi Iulius Papa intinctum panem prohibuit. Nec illa ratio allegata in Concilio Turonensi fuit ualida, quia nihilominus ueraciter dici potest in tradendo Eucharistiam in specie panis corpus Domini nostri Iesu Christi & sanguis, proficiat tibi: ubi enim corpus ibi & sanguis, ut Innocentius tertius in summa sua declarat. Et quòd sacramentum sub specie panis, secundùm eundem Innocentium,dicatur sacramentum corporis & sanguinis Christi:uidetur textus in c. Deus qui in fine de pœnitentijs & remissionibus, ubi uiaticum taliter nominat. Sed licet secundùm eundem in ratione esus non dicatur,nisi corporis sacramentum:est tamen uerum,quòd etiam laicis aliquo tempore dabatur Euaharistia sub utraq; specie,sed non reperitur hoc creb̃riter in anno, & aliter quàm solenniter per. Pontificem & in eius præsentia, decq; eius præcepto factum. Græci enim laici,consueuerunt tempore Chrysostomi & Ambrosij,uix semel in anno communicare,ut ipse Chrysostomus super epistolam ad Hebræos, & Ambrosius lib. 5. de sacramentis testantur Quàmuis statutum esset per Fabianũ Papam ut omnes laici saltem ter in anno cõmunicarent scilicet in festis Paschæ,Pentecostes,& natalis Domini, aliter pro Christianis nõ haberẽtur. Propterea reperitur præceptum diocesanis quos infirmitas non excusat, quòd illa tria festa cum suis Episcopis in ciuitatibus celebrent,ad accipiendum communionis uel benedictionis gratiam: & qui hoc neglexerant, communione priuabantur, ut reperitur in libro antiquo,qui corrector prætitulatur,in quo diriguntur sacerdotes, quomodo plebem curare debeant. Et ex Dionysio reperitur hoc fuisse ab initio, & ex gestis Concilij Chalcedonensis contra Hybam, cõtinuè obseruatum. Et hodie in cathedralibus Ecclesiis,calices magni et antiqui reperiũtur,forte ad illũ usum tũc ordinati, & seruabant Romę. Nam solus Põtifex Romanus,usq; ad proxima tempora,in festo Paschæ, laicos quibus ipse sua manu corpus Domini tradidit, permisit accedere ad susceptionem sanguinis de manu diaconi,sed nequaquàm alij laici in parrochijs, ad susceptionem sanguinis reperimus admissos. Communicabant autem Romani fideles, tempore sancti Hieronymi, semper corpus Christi accipiendo:ut ipse Hieronymus testatur, & in illa quotidiana communione, de sanguine nullam fecit ibidem mentionem. Dicit enim:Scio Romæ esse consuetudinem, ut fideles semper corpus Christi accipiant. Et Ambrosius, Augustinus,atque alij omnes exponentes uerba illa,panem nostrum quotidianum de communione fidelium, dicunt quotidianam illam communionem esse corporis Christi, nullam de sanguine mentionem facientes.

http://www.obrascatolicas.com

Christus enim docet nos petere panem illum supersubstantialem quotidie, sufficit igitur si impetratur. Est consequenter attendendum, quod communio est sacramentum unitatis & pacis. Ideò cuncta populo Christiano, loco quotidianæ communionis succesſit communio pacis, ut dicitur in rationali. Et dabatur communio Eucharistiæ Dominicis diebus, & ad hęc plus aucto populo, dabatur loco Eucharistiæ Dominicis diebus panis benedictus, qui εὐλογία dicitur. Græci adhuc sic seruant: excindunt frustum panis in forma crucis, quod consecrant pro sanctis: residuum panis benedicunt simpliciter, & non consecrant, & distribuunt populo. Romana Ecclesia fermentatum panem bene dixit pro populo, azimum consecrauit. Et Romani Pontifices, per acolythos diebus Dominicis miserunt fermentatum sacerdotibus, qui tunc in titulis celebrabant, ne saltem pro illis diebus communione Pontificis carerent: ut in antiquis obseruationibns legitur. Fuit enim statutum, quod saltem in Dominicis diebus missæ dicerentur in parochijs. Ideo tunc sacerdotes erant in titulis, & cõmunicabãt cũ Põtifice per fermentatũ: & sicut Pontifex misit sacerdotibus infra urbem, ita archidiaconi sacerdotibus extra urbem. Vna autem Ecclesia non habebat nisi unum sacerdotem, & cessauit rigor primitiuæ Ecclesiæ. Nam ut dicit Dionysius, post Euangelium omnes qui non fuerunt parati ad perceptionem Eucharistiæ expellebantur ab Ecclesia. Vnde post hoc fuerunt etiam non dispositi, admissi ad communionem orationis: & tales ad communionem pacis eulogiorum, & benedictionis finalis admittebantur. Si uerò fuerunt excommunicati, tunc non admittebantur ad communionem orationis: & per consequens ad nullam communionem, quia extra omnem communionem positi, ut in uersu: Os orare uale, communio mensa negatur. Est etiam aduertendum, quod à principio Ecclesiæ reperimns, apud sacerdotium fuisse liberam iudiciariam potestatem, in destributione huius sacramenti Eucharistiæ: nam excomunicatio semper fuit, & est medicinalis: Paulus enim excommunicauit Corinthium, ut spiritus saluaretur. Et quisq; Pontifex ex credita potestate, potuit excludere à communione ob reuerentiam Dei, ut Cyprianus histriones: aut ad ædificationem Ecclesiæ & horrorem peccati, ut Synodus fecit Sardicensis in cap. Osius de elect. quæ quosdam delinquentes perpetuo excluſit à communione: & Synodus Eleberitana, quæ mœcham perpetuò excluſit: Et ante Innocentium primum, lapsi post baptismum ad pœnitentiam admittebantur, sed nunquam etiam in extremis ad communionem. Et hanc seueritatem mitigauit ipse Papa: & Synodus Nycena, quæ concesſit uiaticum. Et consuluit beatus Augustinus, quòd qui post baptismum peccasset capitaliter, non accederet nisi publica pœnitenta peracta iudicio sacerdotis reconciliatus, aut priuata in religione: ut de ecclesiasticis dogmatibus scribit. Et quia in libro beati Dionysij de ecclesiastica hierarchia reperitur, quomodo adulti per Episcopum baptizati, admittebantur ad commnionem, quidam Pontifices etiam infantes baptizatos communicarunt etiam sub specie uini. Et alij ob reuerentiam sacramenti, & uomitum puerorum, non fecerunt, ut in pœnitentiali Roberti de sancto Victore. Alij etiam mortuis infuderunt Eucharistiam, quod etiam fuit Synodaliter prohibitum, & multæ reperiuntur uarietates rituum. Vt etiam ex Apostolo Paulo & Dionysio trahitur, unus consueuit tantum panis consecrari, & ille frangebatur & distribuebatur omnibus, & unus calix tantùm benedici per unum Pontificem, & distribui. Et fortè hic panis ex oblata farina conficiebatur, ut uult Ioannes Beleth: sed hic ritus nec in Orientali, nec in Occidentali Ecclesia hodie seruatur, non enim potuit aucto populo Christiano seruari. Legitur in libris Homberti apocrisarij sedis Apostolicæ, in dispusatione contra Nicetam Græcum de azimo, sanctum Iacobum, primum Episcopum Hierosolymorum, modum tenuisse in azymo & forma panis. De quo de conse. distin. prima. Iacobus frater quem hodie & semper tenuit Romana Ecclesia. Et in rationali dicitur, Appstolos Petrum & Paulum instituisse. Sed Græci à sancto Ioanne Apostolo se dicunt habere, quod semper fermento confecerunt. Hoc est autem singulariter attendendum, quod sacerdotes nunquam sine diacono celebrarunt, & in omni missa diaconus de manu diaconi calicem,

licem, ut glo. in cap. peruenit 93. distin. ponit causam, & ita præceptum fuit seruari Et ut in missali ponitur: Sumpsimus Domine sacramenta. tunc clarè uidetur, plures semper communicasse, quia seruabatur illa ordinatio, cui nunc uidemus in Romana Ecclesia (excepto solenni Papali officio) derogatum. Et Guiller. in rationali dicit hoc modo, licet sit scriptum, non seruari. Fuit etiam ante Inno. 3. obseruatio, quòd tempore interdicti non concedebatur uiaticum, sed tantùm pœnitentia & baptismus: quia uiaticum non reputabatur sacramentum necessitatis, ut hæc habentur in textu, & glo. & concordantijs allegatis, in cap. de sponsalibus. Non est. Sed Inno. tertio addidit uiaticum, ut in c. quod in te. de pœniten. & remissio. licet non esset necessitatis, ut in glo. ibidem. Viaticum autem semper sub specie panis reperitur reseruatum, ut idem Innocentius laudat in libro suo de officio Missæ, qui speculum Ecclesiæ nominatur, & textu iuncta glo. de conse. dist. 2. presbyter. Finaliter ipse Innocentius 3. in ultimo anno uitæ suæ scilicet 1215. congregauit Synodum Romæ apud Lateranum, quæ fuit uniuersalis & plenissima, & in qua fuerunt duo Patriarchę ex Oriente per se, & duo alij per suos apocrisarios & primates, Archiepiscopi, & Episcopi, & Abbates numero 1216, & omnium regum & principum oratores, fortè ante illam Synodum nulla adeò plena reperitur, in illa Synodo inter alia c. firmiter: damnamus. de summa trinitate c. 1. de custodia Eucharistiæ c. antiqua. de priuilegijs c. omnisque sexus. de pœniten. & remissio. cum alijs multis edita reperiuntur. Et ibi satis clarè definitum reperitur in c. firmiter. uer. Vna. quòd una est Ecclesia, extra quam non est salus in c. Antiqua in illa una Ecclesia, sancta Romana Ecclesia principatum tenens est omnium magistra in c. omnis utriusque: quòd fidelis in annis discretionis constitutus, confiteri ad minùs semel in anno, & recipere sacramentum Eucharistiæ tenetur, nisi de consilio sui sacerdotis abstineat. Mandatur etiam ibidem, quòd illa constitutio crebriùs publicetur. Illa constitutio ut de se patet, non ligat pueros, quia dicit de constitutis in annis discretionis: non ligat pluries quàm semel in anno, ad perceptionem sacramenti Eucharistiæ: non ligat nisi ad sacramentum, & non ad sacramenta: neque ligat ad integra sacramenta, ut dicit textus comperimus. de consecra. di. 2. uel totum Eucharistiæ sacramentum, ut dicit textus Inno. de pœniten. & remissio, ex parte. Et Concilium Nicenum nomine sacramenti, intelligit sub una specie: & nomine sacramenta, sub duplici. ut in c. peruenit 93. iuncta glo. Et frequenter omnes Missarum complendæ, in plurali loquuntur: Prosint quæsumus Domine nobis sacramenta. Ideò qui recipit sub specie panis, corpus scilicet Domini nostri, satisfacit statuto. Recipit enim sacramentum Eucharistiæ. 93. dist. præsente, quòd neque Iacobelliani negant: satisfacit igitur. Probatur etiam communionem non esse de præcepto Christi, quia dicit constitutio: nisi de consilio sacerdotis ad tempus abstineat. Pendet igitur à consilio sacerdotis communio. Sic & Nicena Synodus post concessionem uiatici, adhuc hoc remisit ad curam & probationem Episcopi 26 q. 6. de his in fine. Non est ergo de præcepto Christi, nisi eo modo quo Ecclesia auctoritate Christi præcipit. Papa autem est summus sacerdos & magister omnium, ut definiuit illa Synodus Lateranensis in c. Antiqua. & omnia alia Concilia, quæ præcesserunt. Quare ad eius consilium est in hoc maximè recurrendum, & ei acquiescendum. Quòd autem illa fuit intentio Synodi, scilicet non esse hominem obligatum ad sumptionem Eucharistiæ, nisi sub specie panis qui dicitur corpus Christi: patet primo ex ca. primo de custodia Eucharistiæ eiusdem Synodi. iuncto c. presbyter cum glo. de conse. dist. 2. & c. officium de officio archidiaconi, & in c. de ijs quæ sunt à maiori parte capituli etiam Synodi Lateranensis. Et sic omnes de ordine mendicantium, qui tunc cœperunt, & omnes doctores qui post illam Synodum fuerunt, intellexerunt. Et uniuersalis catholica Ecclesia, in qua crebriter constitutio illa omnis utriusq; sexus est publicata, & etiam Pragensis prouincia, quæ tempore Arnesti Archiepiscopi suis constitutionib. prouincialibus, hanc sæpedictam ordinationem omnis utriusq; sexus inseruit, ex praxi ita se intellexisse ostendit. Fuit in illa

http://www.obrascatolicas.com

Synodo sanctus Dominicus,& illo tempore Hugo illius ordinis, postillator solennis totius Bibliæ,post hoc per Innocentium quartum ad Cardinalatum promotus, qui talem intellectum exprimit,& post illum sanctus Thomas, qui in quarto sententiarum di.9.ait:Fideles ex illo statuto Ecclesię,ad recipiendum corpus Christi semel in anno obligari,post quem Archidiaconus in alle.c.comperimus. & Ioannes Andreæ in Clementina,ad nostram de hæreticis. Sic & omnes alij doctores & magistri,quotquot post Synodum illam fuerunt.Similiter & Honorius,Innocentij Papæ immediatus successor,ut in c.permittimus de sententia excommunicationis. Et tota catholica Ecclesia sic intellexit illam constitutionem,& in ea quieuit:etiam Ecclesia in regno Bohemiæ usq; ad Iacobellum,qui sibijpsi uisus est omnibus aut prudentior aut sanctior.Ipse enim ob ueritatem Euangelicam,asseruit ritum communionis sub utraq; specie,quò ad laicos repetendum.Et ad uerba illius,ex cuius prædicatione multi multorum errorum occasionem receperunt,ut ipsemet in quodam sermone suo confessus est,inconsulto Romano Pontifice,& Ecclesia catholica:assumptus est quidam ritus communionis sub utraque specie,per plures laicos in regno Bohemiæ,nunquàm tali modo in Dei Ecclesia practicatus. Quomodo Deo grata esse posset talis præsumptio,quando ipsi sacramentum unitatis recipiunt, in scissura ab Apostolica Romana Ecclesia, quasi ipsi omnibus qui sunt aut fuerunt sint sanctiores,quando eo modo sancti Domini sacerdotes, quibus solùm conceditur sancta sanctorum intrare,quasi quotidie communicare præsumunt? Si quis attendit, quomodo etiam Romanus Pontifex post sumptionem sanguinis, bina lotione oris ne quid remaneat in ore ex speciebus sacramentalibus utitur,ob reuerentiam tanti sacramenti:non potest illam irreuerentiam laicorum nisi detestari, etiam si horribiliora dictim non intercederent, quæ uitari in multitudine non possunt. Contra cuius Iacobelli præsumptionem,in ipso regno boni & mali,etiam Vuicleuistę,& extra regnum doctissimi magistri,eum insanire dicentes,plura scripserunt. Et duæ Synodi Constantiensis & Basiliensis,definierunt talem communionem non esse deueritate præcepti Euangelici,quò ad laicalem populum:& quòd non licet contra ritum Ecclesiæ rationabiliter introductum,alicui illum sua sponte usurpare: prout nunc homo utiq; à Deo missus,cui nomen frater Ioannes de Capistrano,uir religiosissimus potens opere & sermone,non cessat ex fundatissimis scripturis,errantes Iacobellianos ad ueritatem indefessis laboribus reuocare. Ex his clarè potest unusquisq; intelligere,Iacobellianos non ambulare,modo quo decet humiles & obedientes Christianos,quando sensum suum præferunt uniuersæ Ecclesiæ,& normam nõ sequuntur Apostolicæ sedis,unde & fidem receperunt,errant igitur.Omnes enim qui hanc regulam refutant,quam beati Petri sedem uident docere & obseruare, errare conuincuntur 11.dist.Nolite.& ca.Quis nesciat:cum infinitis similibus.Dicant Iacobelliani:an lex diuina præcipiat impossibile? Si hoc dixerint,blasphemant. Si igitur lex est possibilium,& non est in potestate laicorum habere Eucharistiam, nisi eo modo quo eis ministratur:quomodo potest lex ipsos astringere ad sumptionem sub dupli ci specie,si eis non ministratur sub duabus? non igitur possunt obligari,nisi admodum quem assequi possunt. Et quia consecrans per se recipere potest sacramentum sub utraq; specie,hinc ad hoc ipse tantùm obligatur.Deinde si quis dixerit,sacerdotium obligari ad tradendum laicis sub utraque specie, esto quòd sic sit,& non tradat:nónne laici sunt securi si sunt fideles, & per eos non stat quò minus assequantur? Dicere igitur quòd communio quò ad laicos fideles sit de necessitate salutis, est insanire potius quàm errare.Sed quòd neque sacerdotes obligentur de necessitate salutis ad tradendum sub duplici specie, patet: nam sacerdotes habent potestatem ligandi & soluendi in ædificationem:tenentur igitur uigore creditæ potestatis, ad omnia illa quæ iudicauerint ad honorem & reuerentiam Dei & animarum salutem conferre,sunt enim medici animarum. Et propter hoc habent claues discernendi inter lepram & lepram,& potestatem faciendi id, quòd secundùm creditam eis legationem,uiderint secundùm hominem,rem,locum,& tempus opportunum.

Quare

Quare si uniuersum sacerdotium, aut saltem maior pars cum cathedra Petri (quæ secundum sanctum Cyprianum errare non permittitur à Deo) uno tempore sic alio aliter, propter ædificationem Ecclesiæ,aut baptizaret, aut sacramenta ministraret, quia omnia hæc fiunt ob Dei reuerentiam, & animarum salutem : non potest ibi cadere deceptio, qualesunq; fuerint personæ: ut elegantissimè in multis passibus sanctus Augustinus, & alij catholici doctores dicunt, ex uoluntate Dei sic fieri. Hoc ostendunt ex Euangelio super uerbo, quæ dicunt facite: & qui uos audit,me audit: & sicut misit me uiuens pater, ita mitto uos: & uobiscum sum omni tempore, usq; ad consummationem sæculi: & fidelis seruus quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Et maximè hæc potestas credita est Petro & eius successoribus: pro Petro enim rogauit Iesus, ne deficeret fides eius, & obtinuit, quod portæ inferi non præualebunt aduersus Ecclesiam, cui Petrus præest. Fecit Innocentius tres sermones, quos misit Arnoldo Abbati Cistercienſi,ubi facta mentione Petri exponit, quomodo ad ipsum et eius successores,spectat singulariter ex præcepto Christi,pascere Eucharistia fideles. Et quoniam ad pastores spectat pascere non mactare: non debent ministrare Eucharistiam in iudicium, sed in uitam, & non debent margaritas proiicere ante porcos, sed debent fideles esse dispensatores, respiciendo ad mentem illius cuius uices agunt, & eius honorem, & ad commissi populi salutem : quòd maximè ad Papam spectat, cui singulariter Ecclesia est commissa. Est autem istud ex praxi Ecclesiæ, etiam in formis sacramentorum manifestum . Apostoli baptizabant in nomine Iesu, alio tempore Ecclesia in nomine trinitatis, aliter Græca Ecclesia hodie quàm Latina baptizat : & semper effectualiter . Conficiebant Apostoli sacramentum Eucharistiæ dicendo, pater noster, ut uult sanctus Grægorius, & uariæ adhuc formæ interuenerunt, antequàm Scholasticus esset qui illam composuit, quam hodie habet Ecclesia: quæ etiam uaria est secundum aliquos in uarijs sedibus. Nos uerò qui sub Romana degimus Ecclesia, ordinationem Missæ ab ipsis Romanis recepimus Pontificibus, qui successiué addiderunt unus post alium, & usque ad perfectum officium deuentum existit. Sed fides Ecclesiæ non decipitur, quòad animarum salutem, in rituum diuersitate. Vnde ab Apostolis baptizati, fuerunt uerè baptizati: quàmuis Christus dixisset, baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Non fecerunt enim contra Christi præceptum, qui in nomine Iesu baptizarunt. Nam in identitate fidei, noluit Christus eos astringere, quin conuenientibus uerbis iuxta locum & tempus, in ædificationem Ecclesiæ uterentur. Ministerium enim eis creditum , respiciebat ædificationem Ecclesiæ , & ad illum finem,salua ueritate fidei,sine qua nemo potest esse membrum Christi, & de corpore eius quod est Ecclesia. Omnia potuerũt Apostoli,& possunt successores: ait enim Cyprianus , manente concordiæ uinculo , & perseuerante Ecclesiæ catholicæ indiuiduo sacramento , actum suum disponit unusquisq; Episcopus, rationem propositi sui Domino redditurus . Et sanctus Augustinus in epistola ad Vincentium, hoc dictum tanquàm elegantissimum allegat. Ex præmissis constat, quòd tota catholica Ecclesia , non potest ad literam scripturarum obligari, licet semper ad spiritum: quando enim litera non seruit ædificationi & spiritui , recipit id quod magis seruit spiritui . Ita Paulus Apostolus se aiebat ministrum noui testamenti, non litera sed spiritu . Et ideò qui cum humanis rationibus ex litera , Ecclesiam nituntur impugnare errant. Nam Ecclesia sine litera fuit aliquando, ante Moysen, & etiam antequàm Apostolus Ioannes Euangelium, uel Paulus Epistolas scripserit. Et Christus Ecclesiam ædificauit sine litera, quia nihil scripsit. Non est igitur litera, quæ per tyrannum penitus deleri posset,de essentia Ecclesiæ, sed spiritus est qui uiuificat. Quare nec mirum, si praxis Ecclesiæ uno tempore interpretatur scripturam uno modo, & alio tempore alio modo. Nam intellectus currit cum praxi. Intellectus enim qui cum praxi concurrit, est spiritus uiuificans. Origenes enim & quidam alij,textum:si quis non renõciauerit omnib. quæ possidet,non potest meus

Cyprianus

Augustinus

Innocentius

Scholasticus

Cyprianus

Augustinus

http://www.obrascatolicas.com

esse discipulus: secundùm praxim primitiuæ Ecclesiæ, intellexerunt præceptum esse. Intrante autem multitudine, non fuit possibile omnes resignare: & nihilominus contra praxim tunc Ecclesiæ, Apostolici steterunt in intellectu, quòd textus ille haberet necessitatem præcepti, & damnati sunt ab Ecclesia tanquàm hæretici. Ita potest dici de alijs consimilibus scripturis, etiam de illa, nisi manducaueritis. Ecclesia igitur sicut recipit scripturam, ita & interpretatur. Sequuntur igitur scripturæ Ecclesiam, quæ prior est, & propter quam scriptura, & non econuerso. Et qui ad hoc non respexerunt, impugnarunt Ecclesiam frustra, & se segregarunt ab Ecclesia. Et hæc pertinax segregatio, per quam quis sensum suum quem habet de scripturis præponit Ecclesiæ: αἵρεσις Græcè dicitur, quod Latinè secta seu diuisio potest interpretari. Et quia iam præcesserunt doctissimi uiri, qui hæc latissimè uerissima esse ostenderunt, neque possunt per aliquem rationem habentem difficultari: satis sit proposito nostro, scilicet non esse possibile sacerdotes necessitari, ad dandam communionem laicis sub utraque specie. Sed quòd ministratio sacramenti credita est illis illuminatè, eo modo quoad Ecclesiæ ædificationem, scilicet Dei honorem, & animarum salutem, pro loco & tempore iudicauerint expedire. Diceret forte aliquis, sicut quis seipsum probans & peccatorem reperiens, debet abstinere ab accessu ad communionem: sic etiam tradens debet abstinere, ne tradat etiam publico peccatori, sed aliter non. Dicimus quòd ob reuerentiam sacramenti & ædificationem Ecclesiæ, semper Ecclesia denegauit tradere catechumenis fidelibus, etiam per quos non stetit quin baptizarentur, licet essent de corpore Christi, quia fideles. Similiter & existentibus in pœnitentia, licet essent Deo reconciliati per contritionem: similiter & energumenis, ut patet ex Dionysio. Vnde constat Ecclesiam ab initio usam fuisse libera potestate ad ædificationem, in ministrando hoc sacramentum. Adhuc manifestè declarabitur, Iacobellianos pro se nullas habere scripturas. Nam negare nequeunt, omnia Christi uerba in Euangelijs scripta, æquè uera esse: neque negare possunt, Christum in omnibus tenere principatum, qui primò ascendit ad cœlos. Reperitur igitur Abraam, Isaac, & Iacob, Prophetas, Apostolos, Virgines, habere æternam uitam: sed nemo ante Christum. Sed Christus dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit regnum cœlorum. Dixit etiam: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur. Oportet igitur quòd hoc uerificetur de omnibus sanctis. Non potest igitur hoc intelligi de uisibili baptismo, sed de renascentia inuisibili & spirituali, quæ fit per fidem: eo enim modo tantùm illud dictum potest uerificari, de omnibus sanctis ueteris & noui testamenti. Homo enim ex Adam natus, ut sit filius hominis, si debet denuò nasci ut sit filius Dei per gratiam: oportet quòd hæc filiatio fiat in uero filio naturali Dei, qui sibi naturam filiationis ex Adam uniuit, ut sit filius Dei & hominis. Quando igitur homo per fidem se filio Dei unit, transeundo in adoptionem per gratiam Dei patris cui credit & filio eius: sic in unitate spiritus sancti, spiritum suum per fidem firmam uniendo Deo, credens se posse sic ad filiationem Dei pertingere in filio Dei, qui est eiusdem naturæ humanæ secum, tunc denuò nascitur in spiritu. Vnde una est sola fides, una scilicet renascentia & filiatio, per quam omnes sancti renati sunt & renascentur. Illa non potest esse uisibilis & sensibilis, quia ut sic non est æquè ab omnibus sanctis participabilis: sed necessariò est spiritualis & intellectualis, uti una ueritas in multis intellectibus & receptibilis. Ob hoc Paulus aiebat, patres nostros omnes baptizatos: licet non baptismate Christi uisibiliter sicut Christiani, sed in baptismate Christi inuisibiliter, in nube uerò uisibiliter. Sic ubi Christus dicit: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: necesse est, quòd si de omnibus sanctis debet uerificari, qui habent uitam illam diuinam, quòd non intelligatur de uisibili seu sacramentali manducatione, sed de spirituali. Nam renatus per fidem in uerbo, non potest cibari nisi uerbo: ex ijs enim ex quibus sumus, ex eis & nutrimur. Vnum est uerbum per quod renascimur, & unum est uerbum per quod renati pascimur, & est uerbum uitæ intelle-

intellectualis, scilicet ueritas ipsa, quæ solùm pascere potest renatum intellectum per fidem. Et nos homines, non possumus hunc cibum per quem incorporamur uitæ intellectuali, scilicet ueritati participare, nisi in eo in quo nostra natura est in unitate personæ unita ipsi uerbo, quod est ueritas. Hinc Petrus aiebat, Christum habere uerba uitæ æternæ: hoc quidem habere, est esse. Nam hoc uerbum est uita, ut ait de se Iesus: ego sum uia, ueritas, & uita. Ita Paulus dicebat, patres nostros eandem escam spiritualem comedisse, & eundem potum spiritualem bibisse: & non potest esse aliter uerum, quod sit una & eadem esca plurium, nisi illa sit spiritualis. Nec; est alia esca sanctorum, quàm panis uitæ & intellectus, neque alius potus quám aqua sapientiæ. Et non est alius panis uiuus, nisi qui de cœlo descendit, quem qui manducat, non morietur sed uiuet in æternum. Neque alius est cibus uitæ æterne in hoc mundo, & alius in regno: nisi quod hic non attingitur, nisi modo quo hic mundus permittit, qui est sensibilis. Vnde non attingitur uita quæ est ueritas sensibiliter, nisi per fidem: sicut discipulus non attingit doctrinam magistri, nisi credat in sensibilibus uerbis magistri, ueritatem doctrinæ contineri. Sed in alio regno intellectuali, cibat ueritas non per fidem & signa sensibilia, sed per seipsam: nam ibi ueritas seipsam uti est, præbet cibum uitæ intellectualis. Vnde postquàm Iesus Christus, qui de uita æterna & cibo uitæ plura aperuit Apostolis, recedere uoluit de hoc mundo, dixit: Vado uobis parare mensam, ut bene & claré intelligerent cibum uitæ esse illum, quem ipse in mensa per eum paranda, in recessu de hoc mundo in alium transiens, ministrabit. Adhuc aliter qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, quod est uitam habere æternam. Sed nisi quis manducauerit carnã filij hominis, & biberit eius sanguinem, non habebit uitã. Igitur credere & baptizari, est manducare & bibere, ut dicit Augustinus, & habetur de consecra. distinc. 5. Qui passus. Et qui credit, habet uitam. Credere igitur, baptizari, manducare, & bibere, & quicquid similiter per Christum dicitur: non habet in spirituali intellectu differentiam, sed unum solùm est, quod per omnia talia uariè exprimitur, scilicet quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Eleganter igitur Beda ait super Ioannem, quod panis qui manducatur in regno Dei, non iuxta Cerinthum corporalis intelligendus est cibus, sed ille utique qui ait: Ego sum panis, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: id est, si quis meæ incarnationis sacramento perfectè incorporatus, meæ diuinæ maiestatis uisione frui meruerit, hic perpetua uitæ immortalis beatitudine gaudebit. hæc ille. Hic est enim cibus qui non perit, quem filius hominis dat, quem signauit pater esse filium suum, qui est cibus uerus, nobis in nostra natura datus à patre qui de cœlo descendit, qui est cibus uiuus & uerus, & potus uerus, & lux uera omnem rationem illuminans, & uitis uera. Et quia ueritas: idcirco nihil de mixto habet iste cibus, qui est uita. Quare non est uisibilis nec temporalis, sed præstat immortalitatem. Et est hæc necessaria omnium doctorum sententia: quoniam impossibile est aliter omnia Christi uerba æquè uera esse, si non intelligantur, ut sunt spiritus uiuificans: pro quo facit textus qui ponitur de consecra. distinc. 5. Inquit Apostolus. Sed si quis dixerit: Nónne quidam hunc textum, nisi manducaueritis, exponunt de esu sacramentali, scilicet quod quàmuis intelligatur de spirituali esu, tamen in hac Ecclesia constare debet Christianum sub signis sacramentalibus confiteri, Christum esse esum & potum uitæ: sic edens spiritualiter quasi corde credens ad iustitiam, etiam tenetur ad esum sacramentalem, quasi confessio oris fiat ad salutem, sicut & de baptismo fidelium dicitur. Tenetur igtur in uoto habere esum sacramentalem: aliquando ergo debet communicare, ut arguit sanctus Thomas. Fatemur hoc sic se habere, sed non potest quis obligari ex uoto ad impossibile. Ideò eo modo tantum obligabitur ad exequutionem uoti, quomodo Ecclesia tradit, si ipse per se sumere nequit. Et iste est uerus intellectus sancti

Beda.

http://www.obrascatolicas.com

Thomæ, qui ait: uoto ex præcepto Dei, nisi manducaueritis, exequutionem præcepto Ecclesiæ per cap. omnis utriusq; fidelem ad communionem obligari. Adhuc forte diceret aliquis: Christus dixit, hoc facite in meam commemorationem, præcepit igitur sacramentalem communionem fieri in sui memoriam. Non negamus præceptum Christi esse, ut hæc sic fiant in Ecclesia uti ipse fecit, & sic fit per successores illorum quibus præcepit. Nam Episcopi & sacerdotes qui succedunt discipulis, quibus hoc præceptum reperitur: gratias agunt, benedicunt, accipiunt, manducant, & bibunt Eucharistiam, in memoriam Christi: nec hæc fieri possunt per alios, quàm tales. Nemo enim potest per se accipere & manducare Eucharistiam, nisi qui consecrauit. Simul hic traditur potestas consecrandi & accipiendi per se & tradendi alijs.
Augustinus. Vnde dicit Augustinus, & habetur in cap. liquido de consecrat. distinct. 5. eos potestatem circa modum sacramenti habuisse: sed facultas tradendi alijs potestatem, aut distribuendi, non est præceptum: Christus enim elegit illos, quibus tradidit. Dicit enim Guillermus in rationali, quòd per traditionem calicis signauit discipulos suos, sic & ipsis discipulis eandem dedit potestatem, scilicet eligendi quibus tradant simi lem potestatem, & quibus communionem. Vnde quia ipsi discipuli ad hoc constituti fuerunt, ut ex uerbo, hoc facite, constat: manifestum est, eos sacerdotes sacerdotum, aut Pontifices creatos. Hinc qui in eorum uices succedunt, habent potestatem hoc faciendi, eo modo quo ipsi, & ante eos Christus Pontifex noui testamenti fecit, scilicet constituendi Pontifices, qui omnia talia possunt per se, & tradendi potestatem electis sacerdotibus hoc faciendi, scilicet gratias agendi, benedicendi, & accipiendi, simul & alijs dignis tradendi: uti elegantissimè diuinus tra-
Dionysius. dit Dionysius obseruatum. Ex nullo igitur textu habetur, quòd laici necesitentur recipere aliter quàm eis traditur. Aut quòd Episcopi seu sacerdotes necesitentur eis sic tradere, quo modo Christus discipulis tradidit, quorum laici uices non gerunt. Neque Paulus dissentit ab Euangelistis, quando scribit Corinthijs. Nam forte Corinthiorum sacerdotes intellexerunt, Christum cum suis discipulis ad ultimam cœnam conuenisse, & primò accepisse panem, gratias egisse, benedixisse, fregisse, & cœnantibus dixisse: Accipite & comedite. Et sic putabant cœnam à fractione panis inchoatam. Et postquàm cœnauit Christus, accepisse calicem, gratias egisse, benedixisse, & dixisse: Bibite ex hoc omnes, hic est enim & hunc morem: sequi uolebant. Et in hoc Paulus non reprehendit eos, sed in hoc quòd mysticum esum non intellexerunt, sed se dederunt ad conuiuia, ibi finem ponentes. In hoc non laudat eos, sed ducit eos de errore literæ ad spiritum, & ad mentem Christi instituentis sacramentum. An autem fuerint laici in illo conuiuio & mulieres, non potest clarè ex textu haberi: sed quòd non fuerint, maximè per finem textus uidetur, ubi ait: Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, quod de sacerdotibus concelebrantibus potius potest intelligi. Alij ut ex Dionysio habetur, non conueniebant cum sacerdotibus, nec uidere poterant mysteria. Et non sine magno mysterio, alia uerba ponit Paulus circa sumptionem corporis Christi, & alia circa sumptionem sanguinis. Nam dicit circa sumptionem corporis, hoc facite in meam memoriam: sed circa sumptionem sanguinis dicit: hoc facite quotiescunque biberitis in meam commemorationem. Quotiescunque enim sanguis ex calice bibitur, per quemcunque bibatur, tunc in memoriam Christi fieri debet. Non enim cadit præceptum in sumptionem, sed in memoriam, ut quando sumetur, quòd in memoria sumatur, maximè calix: & diligenter aduertenti, clarissimè constabit hanc esse intentionem Pauli, ex uerbis quæ sequuntur: Quotiescunque enim. Et probet se homo, quæ uerba clarè exprimunt, præceptum non cadere in sumptionem, sed in memoriam sumptionis contra consuetudinem malam Corinthiorum, qui ad corporales delicias trahebant Dominicam cœnam. Arbitramur nunc satis competenter per hanc prolixiorem Epistolam,

stolam, cuncta quæ Iacobelliani pro sui erroris fomento & palliatione, tam ex scriptura quàm praxi & (ut appellant) compactatis assumunt, potius contra eos esse, ostendisse: rogantes iterum atque iterum omnes, qui in Iacobellij sectam suis suasionibus sunt inducti, & propterea à sancta Romana & catholica Ecclesia segregati, ut prioribus nostris monitis, si uitam aslequi cupiunt immortalem, quàm primum acquiescant. Hoc si fecerint (ut speramus) habebunt piissimum Pontificem, qui scit omnibus compati fidelibus. Vosq; alios fideles, qui in fide parentum, & ritu catholicæ Ecclesiæ diuino munere hactenus præseruati estis, admonemus: ut Iacobellianos inducatis ad eam redire conformitatem, quam aut ipsi, aut eorum parentes uobiscum obseruarunt: hoc cedit in maximum meritum animabus uestris. Quod si acquieuerint, lucrati eos estis, & gaudebunt uobiscum, & cum tota catholica Ecclesia se esse pacificè unitos, nosq; non solùm amicissimum fautorem omnium & singulorum, sed & diligentissimum solicitatorem & fidelem cooperatorem offerimus in omnibus, quæ honori & utilitati inclyti regni & singulorum cadere poterunt, ut & sic tandem ex Christianæ militiæ catholica Ecclesia una, pariter ad triumphantem pertingere mereamur, gratia Domini & saluatoris nostri Iesu Christi semper benedicti. Amen. Datum in ciuitate nostra Brixinensi, die. 11. mensis Octobris. Anno à natiuitate Domini, milesimo, quadringentesimo, quinquagesimosecundo. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Nicolai diuina prouidentia Papæ quinti, anno sexto.

Epistolarum Ad Bohemos, reuerendissimi In Christo P.D. Nicolai de Cusa Cardinalis eos ad Vnitatem matris Ecclesiæ reuocantis.

FINIS.

http://www.obrascatolicas.com

DIALOGVS DOCtissimi Patris Nicolai de Cusa Cardina. de Pace seu Concordantia Fidei.

De Pace fidei. Cap. I.

IVit ex ijs quæ apud Constantinopolim proximè sæuissimè acta per Turcorũ regem diuulgabãtur, quidã uir zelo Dei accensus, qui loca illarũ regionũ aliquãdo uiderat, ut plurib. gemitib. oraret omniũ creatorẽ, qđ persequutionẽ q̃ ob diuersũ ritũ religionũ plus solito sæuit, sua pietate moderaretur. Accidit ut post dies aliquot, fortè ex diuturna cõtinuata meditatione, uisio quędã eidem zeloso manifestaretur, ex qua elicuit paucorũ sapientiũ concordia omniũ taliũ diuersitatũ quę in religionib. per orbẽ obseruãt peritia pollentiũ, unam posse facilẽ quandã concordantiã reperiri, ac per eã in religione perpetuã pacẽ, conuenienti ac ueraci medio cõstitui. Vndeut hæc uisio ad notitiam eorũ qui his maximis pręsunt aliquãdo deueniret, eã quãtũ memoria pręsentabat, planè subter conscripsit: Raptus est enim ad quandã intellectualẽ altitudinem, ubi quasi inter eos qui uita excesserunt, examẽ huiusce rei in cõsilio excelsorum præsidente Cunctipotente, ita habitum est. Aiebat enim Rex cœli & terræ, ad se de regno huius mũdi tristes nuncios gemitus oppressorum attulisse, ob religionem plærosq̃ in inuicem arma mouere, & sua potentia homines aut abnegationem diù obseruatæ sectæ cogere, aut mortem inferre. Fueruntq̃ plurimi harum lamentationũ ex uniuersa terra geruli, quos rex in pleno sanctorũ cœtu proponere mãdauit. Videbãtur autem omnes illi quasi noti cœlicolis, à rege ipso uniuersi, ab initio super singulas mundi prouincias & sectas constituti. Non enim habitu ut homines, sed intellectuales uirtutes apparebant. Dicebat enim Princeps unus, omniũ taliũ missorũ uice hanc sententiam: Domine rex uniuersitatis, quid habet omnis creatura quod ei non dedisti? Ex limo terræ placuit corpus hominis formatum, spiritu rationali per te inspirari, ut in eo reluceat ineffabilis uirtutis tuæ imago. Multiplicatus est ex uno populus multus, qui occupat aridæ superficiem. Et quamuis spiritus ille intellectualis seminatus in terra, absorptus in umbra, non uideat lucem & ortus sui initium: tu tamen concreasti eidem ea omnia per quæ excitatus admiratione eorum quæ sensu attingit, possit aliquando ad te omnium creatorem oculos mentis attollere, & tibi charitate summa uniri, & sic demum ad ortum suum cum fructu redire. Sed nosti Domine, quod magna multitudo non potest esse sine multa diuersitate; ac quod laboriosam ęrumnis & miserijs plenam pene omnes uitam ducere coguntur, & seruili subiectione regibus qui dominantur subesse. Ex quo factum est, quod pauci ex omnib. tantum ocij habeãt, ut propria utentes arbitrij libertate, ad sui notitiã pergere queãt: multis enim corporalibus curis & seruitijs distrahuntur, ita te qui es Deus abscondi. tus, quærere nequeunt. Quare proposuisti diuersos reges atq̃ uidentes, qui Prophetæ dicuntur, populo tuo, quorum plærique legationis tuæ officio usi, tuo nomine cultum & leges instituerunt, & rudem populũ instruxerunt. Has leges perinde acsi tuipse rex regum facie ad faciem eis loquutus fuisses acceptarunt, non eos sed te in ipsis audire credentes: uarijs autem nationibus uarios Prophetas & magistros misisti, & alios uno, alio salio tẽpore. Habet autẽ hoc humana terrena cõditio, quod longa cõ suetudo quæ in naturam transisse accipitur, pro ueritate defenditur. Sic eueniunt non paruę dissensiones, quando quelibet communitas suam fidem alteri præfert. Succurre igitur tu qui solus potes: propter te enim quem solum uenerantur, in eo quod cuncti adorare uidentur, est hæc æmulatio. Nam nemo appetit in omni eo quod appetere uidetur, nisi bonũ quod tu es: necq̃ quisquàm aliud omni intellectuali discursu quærit, q̃ uerum quod tu es. Quid quęrit uiuẽs, nisi uiuere? quid existens, nisi esse? Tu ergo qui es dator uitæ & esse, es ille q̃ in diuersis ritib. differẽter quæri uideris, & in diuersis

Rex Cœli.

Archangelus

nominibus nominaris, quoniam uti es manes omnibus incognitus & ineffabilis. Non enim qui infinita uirtus es, aliquid eorum es quæ creasti, nec potest creatura infinitatis tuæ conceptum comprehendere: cum finiti & infiniti nulla sit proportio. Tu autem omnipotens Deus, potes te qui omni menti inuisibilis es, modo quo capi queas, cui uis uisibilem ostendere. Noli igitur amplius te occultare Domine sis propicius, & ostende faciem tuam, & salui erunt omnes populi, qui amplius uenam uitæ & eius dulcedinem parum etiam prægustatam, deserere nequeunt: nam nemo à te recedit, nisi quia te ignorat. Si sic facere dignaberis, cessabit gladius & odij liuor, & quæcq̃ mala, & cognoscent omnes quomodo non est nisi una religio in rituum uarietate. Quod si forte hæc differentia rituum tolli non poterit, aut non expedit, ut diuersitas sit deuotionis adauctio, quando quelibet regio suis cæremonijs quasi tibi regi gratioribus, uigilantiorem operam impendet: saltem ut sicut tu unus es, una sit religio, & unus latriæ cultus. Sis igitur placabilis Domine, quia ira tua est pietas, & iustitia misericordia: parce debili creaturę tuæ. Ita nos tui commissarij, quos populo tuo custodes concessisti, & hic intueris, tuam maiestatem omni nobis possibili exorationis modo supplíciter deprecamur.

Cap. II.

AD hanc Archangeli supplicationem, cum omnes cœlici ciues se pariter regi summo inclinarent: aiebat qui in throno sedebat, hominem suo arbitrio dimissum, in quo arbitrio capacem eum suo consortio creasset. Sed quia animalis & terrenus homo, sub principe tenebrarum in ignorantia detinetur, ambulans secundùm conditiones uitæ sensibilis, quæ non est nisi de mundo principis tenebrarum, & non secundùm intellectualem interiorem hominem, cuius uita est de regione originis suæ: hinc aiebat, se multa cura & diligentia, per uarios Prophetas q̃ aliorũ cõparatione uidentes erant, deuiãtẽ hominẽ reuocasse. Et tandẽ quando nec omnes ipsi Prophetæ sufficienter principem ignorantiæ superare possent, uerbũ suũ misisse, per quod fecit & sæcula: quod induit humanitatẽ, ut sic saltem hominem docibilem libertatis arbitrij illuminaret, & uideret non secundùm exteriorem, sed interiorem hominem esse ambulandum, si aliquando reuerti speraret ad immortalis uitæ dulcedinem. Et quia uerbum suum induit hominem, & in sanguine suo perhibuit testimonium ueritati, scilicet hominem capacem esse æternæ uitę, propter quam assequendam animalis & sensibilis uita pro nihilo habenda sit, quodq̃ æterna uita non sit nisi interioris hominis ultimum desiderium: scilicet ueritas quæ solùm appetitur, & uti æterna est, æternaliter pascit intellectum. Quæ quidem ueritas intellectum pascens, non est nisi uerbum ipsum in quo complicantur omnia, & per quod omnia explicantur, & quod humanam induit naturam, ut quilibet homo secundum electionem liberi arbitrij in sua humana natura, in homine illo qui & uerbũ, immortale ueritatis pabulum se assequi non dubitaret. Addens, & cum hæc acta sint, quid est quod fieri potuit, & non est factum?

Cap. III.

AD quam interrogationem regis regum, VERBVM caro factum, omnium cœlicolarum principatum tenens, omnium uice respondit. Pater misericordiarum, & si opera tua perfectissima sunt, & non restat pro eorum complemento quicquàm adiiciendum: tamen quia ab initio decreuisti hominem liberi arbitrij manere: & cum nihil stabile in sensibili mundo perseueret, uarientur que extempore opiniones & coniecturæ fluxibiles, similiter & linguæ & interpretationes: indiget humana natura crebra uisitatione, ut fallaciæ quæ plurimum sunt circa uerbum tuum extirpentur, & sic ueritas continuè eluceſcat. Quę cum sit una, & non possit non capi per omnem liberum intellectum, perducétur omnis religionum diuersitas in unam fidem orthodoxam. Placuit regi. Et aduocatis angelis qui omnibus nationibus & linguis præsunt, cuilibet præcepit, ut unum cæteris peritiorem ad uerbum quod caro factum, adduceret. Et mox in conspectu uerbi comparuerunt uiri scilicet grauissimi mundi huius, quasi in extasim rapti, quos VERBVM Dei

Verbum.

sic

http://www.obrascatolicas.com

ſic alloquebatur: Audiuit Dominus rex cœli & terræ gemitum interfectorum & cõpeditorum, & in ſeruitutem redactorum, qui ob religionum diuerſitatem patiuntur, & quia omnes qui hanc aut faciunt aut patiuntur perſequutionem, non aliunde mouentur niſi quia ſic ſaluti credunt expedire, & ſuo creatori placere: miſertus eſt igitur Dominus populi, & conplacet omnem religionum diuerſitatem, communi omnium hominum conſenſu, in unicam concorditer reduci religionem deinceps inuiolabilem. Hoc onus miniſterij uobis uiris electis committit, dando uobis aſsiſtentes ex ſua curia adminiſtratorios angelicos ſpiritus, qui uos cuſtodiant ac dirigant, locum deputans Hieruſalem ad hoc aptiſsimum

Cap. IIII.

Græcus. ADhæc unus cæteris ſenior & (ut apparuit) GRAECVS, præmiſſa adoratione reſpondit: Laudes Deo noſtro dicimus, cuius miſericordia ſuper omnia opera eius, qui ſolus potens eſt efficere, quod in unam concordantem pacẽ tanta religionũ diuerſitas conducatur, cuius præcepto nos factura eius non poſſumus non obedire. Oramus tamen nunc inſtrui, quo modo hæc per nos religionis unitas poſsit introduci. Nam aliam fidem ab ea, quam natio quælibet etiam ſanguine hactenus defendit, noſtra ſuaſione difficulter acceptabit. Reſpondit. VERBVM. Non aliam fidem, ſed eandem unicam undiq; præſupponi reperietis. Vos enim qui nunc adeſtis, inter ueſtræ linguæ conſortes ſapientes dicimini, aut ſaltem Philoſophi, ſeu ſapientiæ amatores. Ita eſt inquit. GRAECVS. Cui VERBVM. Si igitur omnes amatis ſapientiam: nõnne ipſam ſapientiam eſſe præſupponitis? Clamabãt omnes ſimul, neminẽ dubitare eam eſſe. Subiunxit VERBVM. Non poteſt eſſe niſi una ſapientia. Sienim poſsibile eſſet plures eſſe ſapitẽtias, illas ab una eſſe neceſſe eſſet: ante enim omnẽ pluralitatem, eſt unitas. GRAECVS. Nemo noſtrum hæſitat in hoc, quin ſit una ſapientia, quam omnes amamus, & propter quam Philoſophi nominamur: cuius participatione ſunt multi ſapientes, ſapientia ipſa ſimplici & indiuiſa in ſe permanente. VERBVM. Concordatis igitur omnes, unam eſſe ſimpliciſsimam ſapientiam, cuius uis eſt ineffabilis. Et experitur quiſq; in explicatione uirtutis eius, ineffabilem ac infinitam uim illam. Quando enim uiſus ad ea quæ uiſibilia ſunt ſe conuertit, & quicquid intuetur, attendit ex ui ſapientiæ prodiiſſe, ita de auditu, & ſingulis quæ ſenſus attingit inuiſibilem ſapientiam, omnia excedere affirmat. GRAECVS. Nec nos q hanc fecimus Philoſophiæ profeſsionem, alia uia dulcedinem ſapientiæ, quàm rerum quæ ſenſu ſubiacent admiratione præguſtatam, amamus. Quis enim non moreretur pro adipiſcenda tali ſapientia, ex qua omnis emanat pulchritudo, omnis dulcedo uitæ, & omne deſiderabile? In opificio hominis, quanta relucet uirtus ſapientiæ, in membris, ordine membrorum, uita infuſa, harmonia organorum, motu, & demum in ſpiritu rationali, qui capax eſt artium mirabilium, & eſt quaſi ſignaculum ſapientiæ, in quo ſuper omnia ut in propinqua imagine relucet ſapientia æterna, ut ueritas in propinqua ſimilitudine. Et quòd ſuper omnia mirabile eſt, reducentia illa ſapientiæ, per uehementem conuerſionem ſpiritus, ad ueritatem plus & plus accedit quouſq; uiua ipſa relucentia de umbra imaginis, continuè uerior fiat & conformior ueræ ſapientiæ, licet abſoluta ipſa ſapientia, nunquàm ſit uti eſt in alio attingibilis: ut ſic ſit perpetuus & indeficiens cibus intellectualis, ipſa æterna inexhauribilis ſapientia. VERBVM. Rectè inceditis ad noſtrum quo tedimus propoſitum. Omnes igitur uos etſi diuerſarum religionum uocemini, unum præſupponitis in omni diuerſitate tali, quod ſapientiam nominatis. Sed dicite, complectiturne una ſapientia omne id quod dici poteſt?

Reſpon-

Reſpondit Italus. Cap. V.

IMò non eſt uerbum extra ſapientiam. Verbum enim ſummè ſapientis, in ſapientia eſt, & in uerbo ſapientia, nec quicquàm extra eam. Omnia enim infinita conplectitur ſapiẽtia. VERBVM. Si quis igitur diceret, omnia in ſapientia creata, & alius omnia in uerbo creata: diceretne illi idem an diuerſum? ITALVS. Licet appareat diuerſitas in dictione, eſt tamen idem in ſententia: creatoris enim uerbũ in quo cuncta creauit, non poteſt eſſe niſi ſapientia eius. VERBVM. Quid igitur apparet uobis: eſt ſapientia illa Deus, an creatura? ITALVS. Quia Deus creator omnia creat in ſapientia, ipſe eſt neceſſariò ſapientia creatæ ſapientiæ. Ante enim omnem creaturam eſt ſapientia, per quam omne creatum id eſt quod eſt. VERBVM. Sic ſapiẽtia eſt æterna, quia ante omne initiatũ & creatum. ITALVS. Nemo negare poteſt, quin id quod intelligitur eſſe ante omne principiatum, ſit æternum. VERBVM. Eſt ergo principium. ITALVS. Ita eſt. VERBVM. Ergo ſimpliciſsimũ, omne enim cõpoſitum eſt principiatũ: componentia enim non poſſunt eſſe poſt compoſitum. ITALVS. Fateor. VERBVM. Sapientia igit̃ eſt æternitas. ITALVS. Nec hoc aliter eſſe poteſt. VERBVM. Non eſt autem poſsibile plures eſſe æternitates, quia ante omnẽ pluralitatẽ eſt unitas. ITALVS. Neq; id quis cũ diffitebit. VERBVM. Eſt igitur ſapientia: Deus, unus, ſimplex, æternus, principium omnium. ITALVS. Ita eſſe neceſſe eſt. VERBVM Ecce quomodo uariarum ſectarum Philoſophi, in religione unius Dei quem omnes præſupponitis, in eo quod amatores ſapientiæ profitemini, concordatis.

Arabs. Cap. VI.

HIc Arabs exorſus reſpondit. Nihil clariùs nec ueriùs dici poteſt. VERBVM. Sicut autem uos profitemini, ex eo quod amatores ſapientiæ, abſolutam ſapientiã: putatiſne homines intellectu uigẽtes non amare ſapientiã? ARABS. Puto ueriſsimè omne homines natura apperere ſapientiã, cũ ſapientia ſit uita intellectus, q alio cibo cũ ueritate, & uerbo uitæ ſuo intellectuali, qui ſapiẽtia eſt, in uita ſua cõſeruari nequit. Sicut enim omne exiſtens, appetit omne id ſine quo exiſtere nõ poteſt: ita intellectualis uita ſapientiã. VERBVM. Omnes ergo homines profitentur uobiſcũ unam abſolutã ſapientiã eſſe, cũ præſupponũt: quæ eſt unus Deus. ARABS. Sic eſt, & aliud nemo intelligẽs aſtruere poteſt VERBVM. Vna eſt igitur religio & cultus omnium intellectu uigentium, quæ in omni diuerſitate rituũ præſupponitur. ARABS. Tues ſapientia, quia uerbum Dei: quæſo cultores pluriũ Deorum, quomodo cum Philoſophis in uno Deo conc urrunt? Nam nullo unq; tẽpore Philoſophi aliter ſenſiſſe reperiũtur, cũ q impoſsibile ſit eſſe plures Deos, quib. unus ſuperexaltatus non præſit: qui ſolus eſt principium, á quo alij habẽt quicquid habẽt, multò excellẽtiùs cũ monas in numero. VERBVM. Omnes qui unq; plures Deos colue runt, diuinitatẽ eſſe preſuppoſuerũt. Illã enim in omnib. Dijs tanq; in participantib. eandẽ adorant. Sicut enim albedine non exiſtente, nõ ſunt alba: ita diuinitate non exiſtẽte, non ſunt Dij. Cultus igit̃ Deorũ confitetur diuinitatem. Et qui dicit plures Deos, dicit unum antecedenter omniũ principiũ: ſicut qui aſſerit plures ſanctos, unũ ſanctum ſanctorum, cuius participatione omnes alij ſancti ſunt, admittit. Nunq; gens aliqua adeò ſtolida fuit, quæ plures crederet Deos, quorum quiſq; eſſet prima cauſa, principiũ, aut creator uniuerſi. ARABS. Ita puto. Nã idipſum contradicit ſibiipſi, plura eſſe principia prima. Principiũ enim cum non poſsit eſſe principiatũ, quia á ſeipſo eſſet principiatum, & eſſet anteq; eſſet, quòd nõ capit ratio: ideò principiũ eſt æternũ. Et nõ eſt poſsibile plura eſſe æterna, quia ante omnẽ pluralitatem eſt unitas. Ita unũ neceſſariò erit principium, & cauſa uniuerſi. Ob hoc non repperi hactenus gentẽ aliquã, in hoc à ueritatis uia declinaſſe. VERBVM. Si igitur omnes qui plures Deos uenerantur, reſpexerint ad id quod præſupponunt, ſcilicet ad Deitatem quæ eſt cauſa omnium, & illam uti ratio ipſa dictat in religionem manifeſtã aſſumpſerint, ſicut ipſam implicitè colũt in omnibus quos Deos nominant: lis eſt diſſoluta. ARABS. Forte hoc non eſſet difficile, ſed tollere culturam Deorum erit graue. Nam populus ſuffragia ſibi ex cultura præſtari pro certò tenet & inclinatur: ob hoc pro ſua ſaluatione, ad illa

http://www.obrascatolicas.com

ad illa numina recurrit. VERBVM. Si de ſaluatione pari iam dicto modo informare/tur, populus potiùs quæreret ſaluationem in eo qui dedit eſſe, & eſt ipſe ſaluator atq; ſaluatio infinita, cũ in ijs qui ex ſe nihil habent, niſi ab ipſo ſaluatore concedatur. Vbi uerò populus ad eos q ſancti habiti ſunt omniũ opinione, quia Deiformiter uixerũt, confugeret quaſi ad acceptos interceſſores, in quadã aut infirmitate aut alia neceſsitate, aut eoſdẽ δουλὴαν ueneratione coleret, ſeu eorũ memoriã reuerenter ageret, quia amici Dei & quorũ uita eſt imitanda, dũmodo uni ſoli Deo omnem daret latriæ cultum: non contradiceret unicæ religioni, & hoc modo populus facile quietaretur.

Hic Indus. Cap. VII.

QVid tunc de ſtatuis & ſimulacris? VERBVM. Imagines quæ ad notitiam deducunt ea, quæ in uerò unius Dei cultu conceduntur, non damnantur: ſed quando à cultu latriæ unius Dei abducunt, quaſi in ipſis lapidibus ſit aliquid diuinitatis, & ſtatuæ alligetur, tunc quia decipiunt, & à ueritate auertunt, meritò cõfringi debent. INDVS. Difficile eſt populum auertere ab inueterata idololatria, ob reſponſa quæ dantur. VERBVM. Rarò hæc reſponſa aliter quàm per ſacerdotes, qui ſic numen referunt reſpondiſſe, fabricantur. Nam quæſito propoſito, aut arte aliqua quam ex cœli diſpoſitione in obſeruantiã perduxerunt, aut ſorte, confingunt reſponſum quod numini aſcribunt, quaſi ſic cœlum aut Apollo, uel Sol iubeat reſpõdere Quapropter accidit illa plærũq; eſſe aut ambigua, ne apertè conuincantur de mendacio: aut penitus mendoſa, & ſic aliquado caſu uera. Et quando ſacerdos eſt bonus coniector, melius diuinat, & reſponſa ſunt ueriora. INDVS. Competit um eſt ſæpe ſpiritum quendam ſtatuæ alligatum, patenter reſponſa dare. VERBVM. Non anima hominis, aut Apollinis, uel Aſculapij, aut alterius qui p Deo colitur: ſed ſpiritus nequam, ab initio humanæ ſalutis inimicus, finxit ſe fide per hominem aliquando ſed rarò ſtatuæ alligari, & ad reſponſa cogi, ut ſic deciperet: ſed poſtquã detecta eſt fallacia, ceſſauit. Vnde hodie os habent & non loquuntur. Poſtquàm experimento comperta eſt hæc fallacia ſeductoris in multis regionibus, damnata eſt idololatria penè per omnia ſapientiorum hominum loca. Et non erit difficile ſimiliter in Oriente, ad inuocationem unius Dei fallaciam Idololatriæ detegi, ut ſic illi cæteris mundi nationibus conformentur. INDVS. Detectis fallacijs præapertis, atq; quod ob illas Romani prudentiſsimi, ſimiliter & Græci atq; Arabes, idola confregerunt: ſperandum eſt omnino idololatras Indos ſimiliter acturos, maximè cum ſapientes ſint, & neceſsitatem religionis in cultu unius Dei eſſe non hæſitent, etiam ſi cum hoc idola ſuo modo uenerentur: & de uno Deo adorando, ſic concluſionem capient pacificam. Sed de trino Deo, difficillimum erit concordiam ubiq; acceptari: uidebitur enim omnibus trinitatem ſine tribus concipi non poſſe. Quod ſi trinitas eſt in diuinitate, erit & pluralitas in Deitate. Prius autem dictum eſt, & ueré ita eſſe neceſſe eſt: ſcilicet non eſſe niſi unam Deitatem abſolutam. Non eſt igitur pluralitas in abſoluta Deitate; ſed in participantibus, qui non ſunt Deus abſolutè, ſed dij participatione. VERBVM. Deus ut creator, eſt trinus & unus: ut infinitus, nec trinus, nec unus, nec quicquàm eorum quæ dici poſſunt. Nam nomina quæ Deo attribuuntur, ſumuntur à creaturis, cùm ipſe ſit in ſe ineffabilis, & ſuper omne id quod nominari aut dici poteſt. Vnde quia Deũ colentes ipſum adorare debent, tanquàm principiũ uniuerſi, in ipſo autẽ uno uniuerſo reperitur partiũ multitudo inæqualitas & ſeparatio (multitudo enim ſtellarum, arborum, hominum, lapidum ſenſui patet) omnis autem multitudinis unitas eſt principium: ideò principium multitudinis eſt æterna unitas. Reperitur in uniuerſo partium inæqualitas, quia nulla æqualis alteri (inæqualitas enim cadit ab æqualitate unitatis) ante igitur omnem inæqualitatem eſt æqualitas æterna. Reperitur in uno uniuerſo partium diſtinctio ſeu ſeparatio, ante autem omnem diſtinctionem, eſt connexio unitatis & æqualitatis, à qua quidem cõnexione cadit ſeparatio ſeu diſtinctio. Cõnexio igitur æterna. Sed non poſſunt eſſe plura æterna. Igitur

Vnitas.

Æqualitas.

tur in una æternitate, reperitur unitas, unitatis æqualitas, & unitatis & æqualitatis unio ſeu connexio. Sic principiũ ſimpliciſsimum uniuerſi, eſt unitrinum: quia in principio complicari datur principiatum, omne autem principiatum dicit ſic ſe in principio ſuo complicari, & in omni principiato, trina talis diſtinctio in unitate eſſentiæ reperitur: Quare & omnium principium ſimpliciſsimum, erit trinum & unum.

Chaldæus. Cap. VIII.

HAec & ſi ſapientes aliquantulum capere poſſent: tamen cõmunem uulgum excedunt. Nam ut intelligo non eſt uerũ quod ſint tres Dij, ſed unus qui eſt trinus: uisne dicere, quòd ipſe unus in uirtute eſt trinus? VERBVM. Deus eſt abſoluta uis omnium uirtutũ, quia omnipotens. Vnde cum non ſit niſi una abſoluta uirtus, quę eſt diuina eſſentia, illã uirtutem dici trinã: non eſt aliud, quàm Deum aſſerere trinum. Sed non ſic capias uirtutem, prout diſtinguitur contra realitatẽ, quia in Deo uirtus eſt ipſa realitas: ſic & de potentia abſoluta, quę eſt & uirtus. Nam non uideretur cuiquàm abſurdum, ſi diceretur omnipotentiam diuinã quæ eſt Deus, in ſe habere unitatem quæ eſt entitas, æqualitatem, & connexionem. Vt ſic potentia unitatis uniat ſeu eſſentiet omnia quæ habent eſſe (in tantùm enim res eſt, in quantùm una eſt: unum enim & ens conuertuntur) & potentia æqualitatis, æqualificet ſeu formet omnia quæ conſiſtunt (in hoc enim quòd res nec plus nec minus eſt quàm id quòd eſt, æqualiter eſt: ſi enim plus uel minùs eſſet, non eſſet. Sine æqualitate igitur non poteſt eſſe) ſic potentia connexionis, uniat ſeu nectat. Vnde omnipotentia in uirtute unitatis, uocat de non eſſe, ut quod non erat, fiat capax ipſius eſſe: & in uirtute æqualitatis, format: & in uirtute cõnexionis, nectit, uti in eſſentia amoris uides, quomodo amare nectit amantem amabiliter. Quãdo igitur de non eſſe uocatur per omnipotentiam homo, primò in ordine oritur unitas, poſt æqualitas, inde nexus utriuſq;. Nam nihil eſſe poteſt niſi ſit unum: prioriter igitur eſt unum. Et quia homo uocatur de non eſſe: oritur unitas hominis primò in ordine, deinde æqualitas illius unitatis ſeu entitatis (nam æqualitas eſt explicatio formæ in unitate, ob quam uocatur unitas hominis, & non leonis uel alterius rei. Aequalitas autem non poteſt niſi ab unitate oriri: nam alteritas non producit æqualitatem, ſed unitas ſeu identitas) deinde ex unitate & æqualitate procedit amor ſeu nexus. Vnitas enim ab æqualitate, & æqualitas ab unitate, non ſunt ſeparabiles. Nexus igitur ſeu amor ſic ſe habet, quod poſita unitate ponitur æqualitas, & poſita unitate & æqualitate ponitur amor ſeu nexus. Si igitur non reperitur æqualitas quin ſit unitatis æqualitas, & non reperitur nexus quin ſit unitatis & æqualitatis nexus, ita quòd nexus eſt in unitate & æqualitas in unitate, & unitas in æqualitate, & unitas & æqualitas in nexu: manifeſtum eſt, non eſſe in trinitate eſſentialem diſtinctionem. Illa enim quæ eſſentialiter differunt ita ſe habent, quòd unum eſſe poteſt alio non exiſtente. Sed quia ſic ſe habet trinitas, quòd poſita unitate ponitur unitatis æqualitas, & econuerſo, & ſimiliter poſitis unitate & æqualitè ponitur nexus, & econuersò: hinc non in eſſentia ſed in ipſa relatione uidetur quomodo alia eſt unitas, alia æqualitas, alia connexio. Numeralis autem diſtinctio eſt eſſentialis: nam binarius differt à ternario eſſentialiter, poſito enim binario, non ponitur ternarius, & ad eſſe binarij non ſequitur ternarius. Quare trinitas in Deo non eſt compoſita, ſeu pluralis, ſeu numeralis, ſed eſt ſimpliciſsima unitas. Qui igitur Deum credunt unum, non negabunt ipſum trinum, quando intelligunt trinitatem illam nõ diſtingui ab unitate ſimpliciſsima, ſed eſſe ipſam: ita quòd niſi eſſet ipſa trinitas in unitate, non eſſet ipſum principium omnipotens ad creandum uniuerſum & ſingula. Virtus quantò unitior, tantò fortior: quantò autem unitior, tantò ſimplicior. Quantò igitur potentior ſeu fortior, tantò ſimplicior. Vnde cum eſſentia diuina ſit omnipotens, eſt ſimpliciſsima & trina. Sine enim trinitate, non eſſet principium ſimpliciſsimum, fortiſsimum, & omnipotens.

Chal-

http://www.obrascatolicas.com

CHALDAEVS. Arbitror neminem ab iſto intellectu diſſentire poſſe: Sed quòd Deus habeat filium, & participem in deitate; hoc impugnant Arabes, & multi cum ipſis. VERBVM. Nominant aliqui unitatem patrem, æqualitatem filium, & nexum ſpiritum ſanctum: quia illi termini etſi non ſint proprij, tamen conuenienter ſignificant trinitatem. Nam de unitate æqualitas, & de patre filius: & ab unitate patris & æqualitate filij, amor ſeu ſpiritus. Tranſit enim natura patris in quandam æqualitatem in filio. Quare amor & nexus ab unitate & æqualitate exoritur. Et ſi ſimpliciores termini reperiri poſſent, aptiores eſſent, ut unitas, iditas, & identitas. Hi enim terminj, magis uidẽtur fœcundiſsimam eſſentię ſimplicitatẽ explicare. Et attende cum in eſſentia rationalis animæ ſit quædam fœcunditas, ſcilicet mens, ſapientia, & amor ſeu uoluntas quoniam mens ex ſe exerit intellectum ſeu ſapientiam, ex quibus uoluntas ſeu amor, & eſt hæc trinitas in unitate eſſentiæ animæ fœcunditas, quam habet in ſimilitudine fœcundiſsimæ increatæ trinitatis: ſic res omnis creata gerit imaginem uirtutis creatiuę, & habet ſuo modo fœcunditatem in ſimilitudine propinqua uel diſtanti, fœcundiſsimæ trinitatis omnium creatricis. Ita ut non ſolum creatura habeat eſſe diuino, ſed eſſe fœcundum ſuo modo trinum, ab eſſe fœcundiſsimo trino & uno: ſine quo eſſe fœcundo, non poſſet nec mundus ſubſiſtere, nec creatura eſſet meliori modo quo eſſe poſſet.

Vnitas. Iditas. Identitas.

Ad hæc Iudæus reſpondit. Cap. IX.

Iudæus.

OPtimè explanata eſt ſuperbenedicta trinitas, quæ negari nequit. Nam Propheta quidam nobis ipſam quàm breuiſsimè aperiens, aiebat: Deum interrogaſſe, quomodo ipſe qui aliis fœcunditatem generationis tribuit, ſterilis eſſe poſſet? Et quámuis Iudæi fugiant trinitatem propter hoc, quia eam putarunt pluralitatem, tamen intellecto quòd ſit fœcunditas ſimpliciſsima, perlibenter acquieſcent. VERBVM. Faciſe etiam Arabes & omnes ſapientes ex his intelligent, trinitatem negare, eſſe negare diuinam fœcunditatem & uirtutem creatiuam: ac quòd admiſsio trinitatis, eſt negare Deorum pluralitatem & conſocialitatem. Facit enim ipſa fœcunditas quæ eſt trinitas, non eſſe neceſſe quòd ſint plures Dij, qui concurrãt ad creationem omnium, cum una fœcunditas infinita, ſufficiat omne id creare quod eſt creabile. Multò melius Arabes capere poterunt ueritatem hoc modo, quàm modo quo ipſi loquuntur, Deum habere eſſentiam & animam, addunteq; Deum habere uerbum & ſpiritum. Nam ſi dicitur Deum animam habere, non poteſt intelligi anima illa, niſi ratio ſeu uerbum quod eſt Deus. Non eſt enim aliud ratio quàm uerbum: & quid tunc eſt ſpiritus Sanctus Dei, niſi amor qui eſt Deus? Nihil enim de Deo ſimpliciſsimo uerificatur, quod non ſit ipſe: ſi uerum eſt Deus habere uerbum, uerum eſt uerbum Deum eſſe: ſi uerum eſt Deum habere ſpiritum, uerum eſt ſpiritum eſſe Deum. Habere enim inproprié conuenit Deo, quia ipſe eſt omnia, ita quòd habere in Deo, eſt eſſe. Vnde Arabs non negat Deum mentem eſſe, & ab illa uerbum generari ſeu ſapientiam: & ex his ſpiritum ſeu amorem procedere. Et hæc eſt illa trinitas, quæ ſupra eſt explanata & per Arabes poſita, licet plærieq; ex ipſis non aduertant ſe trinitatem fateri. Sic & in Prophetis ueſtris uos Iudæi reperitis, uerbo Dei cœlos formatos & ſpiritu eius. Modo autem quo negant Arabes & Iudæi trinitatem, certé ab omnibus negari debet: ſed modo quo ueritas trinitatis ſupra explicatur, ab omnibus de neceſsitate amplectitur.

Ad hæc Scytha. Cap. X.

Scitha.

Aegyptij. Platonici.

NIhil ſcrupuli eſſe poteſt in adoratione ſimpliciſsimæ trinitatis, quam & hodie omnes qui Deos ueneran tur adorant. Dicunt enim ſapientes, Deum creatorem eſſe utriuſq; ſexus, atq; amorem: uolentes per hoc fœcundiſsimam trinitatem creatoris (modo quo poſſunt) explicare. Alij aſſerunt Deum ſuperexaltatum, de ſe exerere intellectum ſeu rationem, & hunc dicunt Deum de Deo: atq; illum aſſerunt creatorẽ, quoniã omne creatum cauſam & rationẽ habet, cur

ſit hoc & non illud. Omnium igitur rerum ratio una infinita, Deus eſt. Ratio autem quæ λόγος ſeu uerbum à proferẽte emanat, ut cum omnipotens uerbum profert, facta ſint ea in re, quæ in uerbo complicantur: ut ſi diceret omnipotentia, fiat lux, tunc lux in uerbo cõplicata exiſtit ita actu. Hoc igitur uerbum Dei eſt intellectuale, ut prout rès eſt concepta in intellectu ut ſit, ita exiſtat realiter. Dicunt deinde ſpiritũ connexionis procedere in tertio ordine, qui ſcilicet connectit omnia ad unum ut ſit unitas uniuerſi. Nam animã mundi, ſeu ſpiritũ qui omnia nectit, per quem quælibet creatura participationem ordinis ut ſit pars uniuerſi, poſuerũt. Oportet igitur quòd hic ſpiritus in principio ſit ipſum principium: amor autẽ nectit. Hinc amor qui Deus eſt ſeu charitas, dici poteſt hic ſpiritus, cuius uis eſt diffuſa per uniuerſum: ita quòd nexus quò partes ad unum ſeu totum connectuntur, ſine quo perfectio nulla ſubſiſteret, habeat Deum ſuum principium. Ita clarè conſpicitur, omnes ſapientes aliquid trinitatis in unitate attigiſſe. Et propterea dum hanc quam nos audiuimus explanationem audiuerint, gaudebunt & laudabunt.

Reſpondit Gallus. Cap. XI.

Gallus.

ALiquando hoc argumentum uentilatum inter ſtudioſos audiui. Aeternitas aut eſt ingenita, aut genita, aut nec ingenita nec genita. Vide ingenitam rationabiliter patrem omnipotentem uocari, genitam uerbum ſeu filium, nec ingenitam nec genitam amorem ſeu ſpiritum ſanctum, quia ipſe procedit ab utroq;. Et nec eſt ingenitus, quia non eſt pater, nec genitus, quia non eſt filius, ſed procedens ab utroq;. Vna eſt igitur æternitas, & illa eſt trina & ſimpliciſsima. Vna deitas trina, una eſſentia trina, una uita trina, una potentia trina, una uirtus trina. In hac autem ſchola profeci, ut quæ obſcura fuerunt, luce clariùs quantùm nunc datur pateſcant. Et quoniam maxima reſtat contradictio in mundo, aſſerentibus quibuſdam uerbum carnem factum ob redemptionem omnium, aliis aliter ſentientibus: oportet ſuper hoc nos informari, quomodo in ea difficultate concordiam attingamus. VERBVM. Hanc partem elucidandam Petrus Apoſtolus recepit, ipſum audite ſufficienter enim edocebit quæq; abſcondita uobis. Et comparente Petro in medio eorum ita exorſus eſt. PETRVS. Omnis circa incarnatum uerbum diuerſitas, has uidetur habere uarietates. Primò quibuſdam dicentibus uerbum Dei non eſſe Deum: & hæc pars eſt iam antè ſufficienter exploſa, quoniam non poteſt uerbum Dei niſi Deus eſſe. Hoc autem uerbum eſt ratio: λόγος enim Græcè uerbum dicitur, quod eſt ratio: Deum enim habere rationem, qui eſt creator omnium rationalium animarum & ſpirituum, indubium eſt. Hæc autem ratio Dei, non eſt niſi Deus, uti præexpoſitum eſt: nam habere in Deo, coincidit cum eſſe. Ille enim à quo ſunt omnia, in ſe complectitur omnia, & eſt omnia in omnibus, quia formator omnium: ergo forma formarum. Forma autem formarum, complicat in ſe omnes formas formabiles. Verbum igitur ſeu ratio, infinita cauſa & menſura omnium quæ fieri poſſunt, Deus eſt. Quare illi qui admittunt uerbum Dei eſſe incarnatum ſeu humanatum, neceſſe eſt qđ ipſi fateantur, hominem illum quem dicunt Dei uerbum, etiam eſſe Deum.

Hic Perſa loquutus eſt dicens. Cap. XII.

Perſa.

PEtre, ſi uerbũ Dei eſt Deus: quomodo Deus qui eſt immutabilis fieri poſſet non Deus ſed homo, creator creatura? Negamus enim hoc penè omnes, pauci in Europa demptis. Etſi ſint quidam inter nos qui Chriſtiani uocentur, illi nobiſcum concordant in huius rei impoſsibilitate, ſcilicet quòd infinitum ſit finitum, & æternum temporale. PETRVS. Hoc ipſum ſcilicet æternũ eſſe temporale conſtanter uobiſcum nego: ſed cum uos omnes qui legem Arabum tenetis, dicatis Chriſtum eſſe uerbum Dei, & benè dicitis, neceſſe eſt & quod fateamini ipſum Deum. PERSA. Fatemur ipſum eſſe uerbum & ſpiritum Dei, quia inter omnes qui ſunt aut fuerunt, nemo habuit illam excellentiam uerbi & ſpiritus Dei: non tamen

http://www.obrascatolicas.com

admittimus propterea quòd fuerit Deus, qui non habet participem. Ne igitur incidamus in pluralitatem Deorum, negamus ipsum Deum, quẽ Deo proximum profitemur. PETRVS. In Christo naturam humanam creditis? PERSA. Credimus, & illam ueram in eo fuisse & perstitisse affirmamus. PETRVS. Optimè. Hæc natura, quia humana non erat diuina. Et ita in omni eo quod in Christo uidistis, secundum hanc naturam humanam, per quam similis erat alijs hominibus, non apprehendistis Christum Deum sed hominem. PERSA. Ita est. PETRVS. In hoc nemo à uobis dissentit. Nam natura humana fuit in Christo perfectissima, per quam fuit uerus homo, & mortalis ut alij homines: secundùm illam autem naturam, non fuit uerbum Dei. Dicito igitur mihi cum fateamini eum uerbum Dei, quid per hoc intenditis? PERSA. Non naturam sed gratiam, scilicet ipsum hanc gratiam excelsam assequutum, quòd in eo Deus posuit uerbum suum. PETRVS. Nónne in alijs Prophetis similiter posuit uerbum? nam omnes uerbo Domini loquuti sunt, & erant nuncij uerbi Dei. PERSA. Ita est, sed omnium Prophetarum maximus Christus: ideò magis propriè conuenit ei ut dicatur uerbum Dei, quàm alijs Prophetis. Possent enim plures epistolæ missæ in se uerbum regis continere, in particularibus negocijs & prouincijs: sed una sola esse, quæ uerbum regis cõtinet per quod totum regnum regitur, scilicet quia continet legem & præceptum, cui omnes obedire tenentur. PETRVS. Bonam ad hũc finem uideris similitudinem proposuisse: scilicet quòd uerbum regis scriptũ in uarijs chartis, non mutat ipsas chartas in alias naturas, manẽt enim naturæ earum post inscriptionem uerbi, uti erant ante: Sic dicitis, naturam humanam mansisse in Christo. PERSA. Dicimus. PETRVS. Placet. Sed attende quæ est differentia, inter missiles chartas & hæredem regni. In hærede regni est propriè uerbum regis uiuum & liberum & illimitatum, in missilibus nequaquàm. PERSA. Fateor si rex mittit hæredem in regnum, hæres portat uerbum patris uiuum & illimitatum. PETRVS. Nónne propriè hæres est uerbum, & non nuncius seu commissarius, aut epistola uel missoria: & in uerbo hæredis complicantur omnia uerba nunciorum & missoriarum? & quamuis hæres regni nõ sit pater sed filius, non est alienus è regia natura, propter quam æqualitatem est hæres? PERSA. Probè capio, sed obstat, quia rex & filius sunt duo: ideò non admittimus, Deum habere filium. Filius enim esset alius Deus quàm pater, sicut filius regis alius homo quàm pater. PETRVS. Benè similitudinem impugnas, nam non est propria, quãdo attendis ad suppositа, sed si tollis diuersitatem numeralem suppositorum, & respicis ad potentiam, quæ est in regali dignitate patris & filij sui hæredis: tunc uides quomodo illa potentia regalis, est una in patre & in filio. In patre ut in ingenito, in filio ut in genito seu uiuo uerbo patris. PERSA. Prosequere. PETRVS. Esto igitur quòd sit potentia talis regalis absoluta ingenita & genita, et quòd ipsa talis ingenita, uocet ad societatem successionis connaturalis genitæ, natura alienum, ut aliena natura in unione cum propria simul & indiuisè possideant regnum nónne naturalis successio, & gratiosa seu adoptiua, in una hæreditate concurrunt? PERSA. Manifestum est. PETRVS. Sic & in una successione unius regni, uniuntur filiatio & adoptio: sed adoptionis successio non in se, sed in filiationis successione supponitur. Adoptio enim quæ de sua natura non succedit, si succedere debet filiatione existente, oportet quòd non in se, sed in illo supponitur qui per naturam succedit. Si igitur adoptio, ut cum filiatione succedat in adeptione simplicissimæ & indiuisibilis hæreditatis, non capit ex se sed ex filiatione successionem: non erit alius successor adoptiuus & alius naturalis, licet alia natura adoptionis, alia naturalis. Nam quando separatus esset, & non in eadem hypostasi adoptiuus cum naturali: quomodo concurreret in successione indiuisibilis hæreditatis? Vnde in Christo sic tenendum est, naturam humanam unitam uerbo seu naturæ diuinæ, ita quòd humana non transit in diuinam, sed adhæret sic indissolubiliter eidem, ut non separatim in se sed in diuina sustentetur seu personetur, ad finem, ut ipsa humana natura uocata ad successionem æternæ uitæ cum diuina, in ipsa diuina immortalitatem assequi possit. PERSA. Competenter capio istud: sed adhuc alio intelligibili exemplo

Epistola.

ia

iam dictum clarifica. PETRVS. Non possunt fingi similitudines præcisè, sed ecce sapientia in se, est ne accidens, an substantia? PERSA. Substantia ut in se, ut alteri accidit accidens. PETRVS. Omnis autem sapientia in omnibus sapientibus ab illa est, quæ est per se sapientia, quoniam illa Deus. PERSA. Ostensa sunt hæc. PETRVS. Nónne unus homo est sapientior alio? PERSA. Certum est. PETRVS. Qui igitur sapientior est, propinquior est ad sapientiam per se, quæ est maxima absolutè: & qui minus sapiens, remotior. PERSA. Admitto. PETRVS. Nunquàm autem aliquis homo secundùm humanam naturam adeo sapiens est, quin possit esse sapientior: nam inter sapientiam contractam scilicet humanam, & sapientiam per se quæ est diuina & maxima atq; infinita, semper manet infinita distantia. PERSA. Et hoc similiter manifestum. PETRVS. Sic de magisterio absoluto & magisterio contracto pariformiter: in magisterio enim absoluto est ars infinita, in cõtracto finita. Esto igitur quòd intellectus alicuius, tale magisterium ac talem sapientiam habeat, quòd non sit possibile maiorem haberi sapientiam seu maius magisterium: tunc intellectus illius, maximæ unitus est sapientiæ per se, seu magisterio per se, adeò quòd unio illa maior esse non posset: nonne intellectus ille in uirtute unitæ sapientiæ maximæ, & uniti magisterij maximi cui unitur, diuinam uirtutem adeptus esset, & in homine talem habentem intellectum, natura intellectualis humana esset immediatissimè unita naturæ diuinæ, seu sapientiæ æternæ uerbo, aut atti omnipotenti? PERSA. Fateor totum, sed hæc unio adhuc esset gratiæ. PETRVS. Quando unio tanta esset naturæ inferioris ad diuinam, quòd maior esse non posset, tunc esset ei unita etiam in unitate personali: quàmdiu enim natura inferior non eleuaretur in unitatem personalem & hypostaticam superioris, maior esse posset. Si igitur ponitur maxima, inferior in superiori adhærendo subsistit: nec hoc per naturam, sed gratiam. Hæc autem gratia maxima quæ maior esse nequit, non distat à natura, sed cum illa unitur. Vnde etsi per gratiam humana natura uniatur diuinæ: tamen gratia illa cum maior esse nequeat, immediatissimè terminatur in natura. PERSA. Qualitercunq; dixeris, ex quo natura humana per gratiam potest eleuari ad unionem diuinæ in quolibet homine, non plus dici debet homo Christus Deus quàm alius sanctus, licet ipse inter homines sanctissimus. PETRVS. Si attenderes in solo Christo altitudinem altissimam quæ maior esse nequit, & gratiam maximam quæ maior esse nequit, & sanctitatem maximam, & ita de cæteris, deinde attenderes non esse possibile altitudinem maximam quæ maior esse nequit esse plusquàm unam, & ita de gratia & sanctitate, atque post hoc aduerteres, omnem altitudinem cuiuscunque Prophetæ quemcũque gradum habuerit, improportionabiliter distare ab altitudine illa quæ maior esse nequit, ita quòd dato quocunq; gradu altitudinis, inter illum & solum altissimum cadere possunt infiniti maiores dato, & minores altissimo, ita de gratia, sanctitate, prudentia, sapientia, magisterio, & singulis: tunc clarè uideres solum unum Christum esse posse, in quo natura humana in unitate suppositi unita, est naturæ, & hoc ipsum etiam Arbes fatentur, quamuis plærique non plenè considerent. Dicunt enim Arabes, Christum solùm altissimum in hoc mundo & futuro, & uerbum Dei. Neq; illi qui ducunt Christum Deum & hominem, aliud dicunt quàm Christum altissimum hominem & uerbum Dei. PERSA. Videtur quòd postquàm unio illa quæ in altissimo est necessaria benè consideratur, quòd Arabes ducibiles sint ad recipiendam hanc fidem: quia per eam unitas Dei (quam maximè custodire nituntur) nequaquam læditur sed saluatur. Sed dicito quomodo capi potest, quòd natura humana non in se, sed in diuina adhærendo suppositetur? PETRVS. Cape exemplum licet remotum. Lapis magnes attrahit sursum ferrum, & adhærendo in aere magneti, natura ferri non in sua ponderosa natura subsistit (aliter enim non penderet in aere, sed caderet secundum naturam suam uersus centrum terræ) sed in uirtute naturæ magnetis, ferrum magneti adhærendo, subsistit in aere, & non uirtute propriæ naturæ, secundum quam ibi esse non posset. Causa autem cur inclinetur sic ferri natura, ad naturam magnetis est, quia ferrum gerit in se similitudinem naturæ ma-

Magnetis.

http://www.obrascatolicas.com

gnetis,à qua ortum recepisse dicitur. Sic dum natura intellectualis humana, adhæreret naturæ intellectuali diuinæ propinquissimè, à qua recepit esse, illi adhæreret ut fonti uitæ suæ inseparabiliter. PERSA. Intelligo. PETRVS. Adhuc Arabum secta quæ magna est fatetur, Christum mortuos suscitasse, & de luto uolatilia creasse, & multa alia quæ Iesum Christum tanquàm potestatem habentem, expressè fecisse confitentur, ex quibus facilius duci possunt: quoniam ipsum hæc fecisse in uirtute naturæ diuinæ, cui humana suppositaliter unita fuit, negari nequit. Potestas enim Christi qua imperauit ista fieri, quæ facta per eum Arabes confitentur, nõ potuit esse secundùm naturam humanam, nisi humana illa in unione cum diuina, cuius potentia est taliter imperare, assumpta fuisset. PERSA. Ita & multa de Christo Arabes affirmant, quæ in Alfurcan conscribuntur: erit tamen difficilius Iudæos ad huius credulitatem inducere quàm alios, quoniam ipsi de Christo nihil per expressum admittunt. PETRVS. Habent in suis scripturis de Christo illa omnia: sed literalem sensum sequentes, intelligere nolunt. Hęc tamen Iudæorum resistentia non impedit concordiam: pauci enim sunt, & turbare uniuersum mundum armis non poterunt.

SYRVS adhæc. Cap. XII.

Syrus. PEtre audiui superiùs, concordiam ex præsuppositis in qualibet secta posse reperiri: dicito quomodo hoc in isto poterit articulo uerificari. PETRVS. Dicam, & primum dicito mihi: nónne solus Deus est æternus & immortalis? SYRVS. Sic credo, nam omne præter Deum principatum est. Quare cum principium habeat, habebit secundum naturam suam & finem. PETRVS. Nónne penè omnis religio Iudæorum, Christianorum, Arabum, & aliorum plurimorum hominum tenet, humanam mortalem naturã cuiuslibet hominis, post mortem temporalem ad uitam perpetuam resurrecturam? SYRVS. Ita credit. PETRVS. Fatentur igitur omnes tales, naturam humanam diuinæ & immortali uniri debere. Nam aliter quomodo transiret natura humana ad immortalitatem: si eidem non adhæreret, unione inseparabili? SYRVS. Hoc necessariò præsupponit fides resurrectionis. PETRVS. Si igitur hoc fides habet, ergo ipsa natura humana in aliquo homine prioriter unitur diuinæ: in illo scilicet qui est facies omnium gentium, & altissimus Messias & Christus, prout nominant Christum Arabes & Iudæi. Hic enim (Deo secundum omnes proximus) erit ille, in quo omnium hominum natura, prioriter unitur Deo: Ob hoc ipse est saluator & mediator omnium, in quo natura humana quæ est una, & per quam omnes homines, homines sunt, unitur diuinę & immortali naturæ: ut sic omnes homines eiusdem naturæ, assequantur resurrectionẽ à mortuis. SYRVS. Intelligo te uelle fidem resurrectionis mortuorum, præsupponere unionem naturæ humanæ ad diuinam, sine qua hæc fides esset impossibilis, & hanc asseris esse in Christo: quare ipsum præsupponit fides. PETRVS. Rectè capis, & hoc accipe quomodo omnia promissa quæ Iudæis promissa reperiuntur, in fide Messiæ seu mediatoris firmantur, per quem promissa inquantum æternam uitam respiciũt, solùm poterant & possunt compleri. SYRVS. Quid de alijs sectis? PETRVS. Pariformiter. Nam omnes homines non nisi æternam uitam in sua natura humana desiderant & expectant, & ad hoc purgationes animarum & sacra instituerunt, ut se illi æternæ uitæ in sua natura meliùs adaptent. Non appetunt homines beatitudinem quæ est ipsa æterna uita, in alia quàm propria natura: homo non uult esse nisi homo, non angelus, alia natura: uult autem esse homo beatus, qui ultimam fœlicitatem assequatur. Hæc autem fœlicitas non est nisi fruitio seu unio uitæ humanæ cum fonte suo, unde scilicet emanat ipsa uita, & est uita diuina immortalis. Hoc autem quomodo esset possibile homini, nisi in aliquo communis omnium natura ad talem unionem eleuata concedatur, per quem tanquàm mediatorem, omnes homines ultimum desideriorum consequi possint? & hic est uia quia homo, per quem accessum habet omnis homo ad Deum, qui est finis desideriorum. Christus ergo qui præsupponitur

ponitur per omnes, qui sperant ultimam fœlicitatem se assequuturos. SYRVS. Optimè hæc placent. Nam si intellectus humanus credit, se assequi posse unionem ad sapientiam, ubi æternum uitæ suæ pastum adipiscatur: præsupponit alicuius altissimi hominis intellectum unionem illam altissimè consequutum, & hoc altissimum magisterium adeptum: per quod quidem magisterium, se sperat similiter ad sapientiam illam aliquando peruenturum. Si enim hoc non crederet possibile, in aliquo etiam omnium hominum altissimo in uanum speraret. Et quoniam omnium spes est, aliquando consequi posse fœlicitatem, propter quam est omnis religio, nec in hoc cadit deceptio, quia hæc spes omnibus communis est ex cognato desiderio: & quam sequitur religio, quæ pariformiter omnibus consequenter cognata existit: hinc uideo hunc magistrum & mediatorem, naturæ humanæ supremitatem perfectionis & principatum tenentem, ab omnibus præsupponi. Sed dicunt fortè Iudæi, hunc principem naturæ in quo omnes defectus omnium hominum supplentur, nõdum natum sed aliquando nasciturum. PETRVS. Sufficit quòd tam Arabes quàm Christiani, atq; alij qui testimonium in sanguine suo perhibuerunt, testificentur per ea quæ Prophetæ de ipso loquuti sunt, & quæ dum esset in mundo super hominem operatus est, eum uenisse.

HISPANVS. Cap. XIII.

Hispanus. ERit fortè de Messia, quem maior mundi pars uenisse testatur, alia circa natiuitatem eius difficultas, asserentibus Christianis & Arabibus, eum de uirgine Maria natum, alijs hoc pro impossibili habentibus. PETRVS. Omnes qui Christum uenisse credunt, ipsum de uirgine natum confitentur. Nam cum ipse sit ultimi nitas perfectionis naturæ, & solus altissimus: cuius patris debuit esse filius? omnis enim pater generans, imperfectione naturæ distat ab ultimatæ perfectionis natura taliter, quòd non potest filio communicare perfectionem ultimam, qua altior esse nequit, & quæ extra unum hominem non est possibilis: solus ergo ille pater hoc potest, qui est creator naturæ. Altissimus igitur non habet nisi hunc in patrem, à quo est omnis paternitas. Virtute igitur diuina in utero uirginis altissimus concipitur, & in ipsa uirgine concurrebat altissima fœcunditas cum uirginitate. Vnde Christus sic natus est nobis, ut sit omnibus hominibus coniunctissimus. Eum enim habet patrem, à quo omnis hominis pater habet quòd est pater: & illam habet in matrem, quæ nulli hominum carnaliter copulata fuit, ut sic quisq; reperiat coniunctione propinquissima in Christo, suam naturam in ultima perfectione.

TVRCHVS. Cap. XIIII.

Turchus. REstat adhuc non parua differentia, asserentibus Christianis Christum crucifixum per Iudæos, alijs idipsum negantibus. PETRVS. Quòd quidam Christum negant crucifixum sed adhuc uiuere dicunt, & uenturum tempore Antichristi, ex eo euenit, quòd ipsi mysterium mortis eius ignorant. Et quia uenturus est ut asserunt, credunt eum uenturum in carne mortali, quasi alias non posset debellare Antichristum. Et quòd negant ipsum á Iudæis crucifixum, ad reuerentiã Christi ista dicere uidentur, quasi tales homines in Christum nullam potestatem habuissent. Sed attende quomodo historijs illis quæ sunt multæ, & prædicationi Apostolorum qui pro ueritate mortui sunt, meritò credi debet, scilicet Christum esse sic mortuum. Ita enim Prophetæ de Christo prædixerunt, quomodo morte turpissima condemnari deberet, quæ erat mors crucis. Et ratio hæc est: nam Christus uenit missus à Deo patre, ut euangelizaret regnum cœlorum, & ea de illo regno dixit, quæ meliùs per ipsum probari non poterant, quàm in testimonio sanguinis sui. Vnde ut esset obedientissimus Deo patri, & pro ueritate quam annunciabat omnem certitudinem offerret: mortuus est, & morte turpissima, ut omnis homo hanc non refutaret ueritatem recipere, pro cuius testimonio uoluntariè Christum mortem sciret subiisse. Prædicabat enim regnum cœlorum, euangelizando quomodo homo illius

http://www.obrascatolicas.com

regni capax, ad ipsum pertingere posset. In cuius regni cõparatione, hęc huius mundi uita, quæ tam tenaciter per omnes diligitur, pro nihilo ducenda est, & ut sciretur quòd ueritas est illa uita regni cœlorum, pro ueritate dedit uitam huius mundi. Vt sic perfectissimè euangelizaret regnum cœlorum, & liberaret mundum ab ignorantia, qua præfert hanc uitam futuræ, & daret se in sacrificium pro multis, ut sic in cruce exaltatus in omnium conspectu: attraheret ad credendũ omnes, & clarificaret Euangelium, & confortaret pusillanimes, & daret se liberè in redemptionem pro multis, & faceret omnia optimo modo quo fieri possent, quò homines assequerentur fidem saluationis, & spem ipsam adipiscendi, & charitatem adimpletione mãdatorum Dei. Si igitur Arabes attendant ad fructum mortis Christi, & quòd ad ipsum tanquàm missum à Deo, spectabat facere de seipso sacrificiũ, ut adimpleret desiderium patris sui, & quomodo nihil gloriosius Christo quàm propter ueritatẽ & obedientiam mori, etiam turpissima morte: non subtraherent à Christo hanc gloriam crucis, per quam dignus fuit & obedientissimus & altissimus superexaltari in gloria patris. Deinde si Christus prædicauit, homines immortalitatem consequuturos post mortem in resurrectione: quomodo potuit de hoc mundus melius certificari, quàm quòd ipse sponte mortuus est & resurrexit, & uiuus apparuit? mundus enim tunc ultima certificatione certificatus fuit, quando hominem Christum mortuum in cruce, palàm & publicè resurrexisse à mortuis & uiuere, audiuit testimonio multorum, qui ipsum uiuum uiderunt, & in hoc mortui sunt, ut essent fideles testes resurrectionis eius. Ista ergo fuit perfectissima euangelizatio, quam in seipso ostendit Christus, & perfectior esse non potuit: & sine morte & sine resurrectione, potuit semper perfectior esse. Qui igitur credit Christum Dominum nostrũ perfectissimè adimpleuisse uoluntatem Dei patris, omnia ista fateri debet, sine quibus euangelizatio non fuisset perfectissima. Adhuc attende, quoniam regnum cœlorum fuit omnibus absconditum usq; ad Christum. Nam hoc est Euangelium Christi, annunciare regnum illud omnibus incognitum. Non igitur fuit fides neq; spes assequendi regnum cœlorum, neq; à quoquàm amari potuit, quando penitus ignotum: neque fuit possibile quòd aliquis homo adipisceretur ipsum regnum, natura humana nondum ad illam exaltationem eleuata, ut diuinæ consors fieret naturæ. Christus igitur omni modo aperiendi aperuit regnum cœlorum: sed regnum cœlorum nemo intrare potest, nisi deponat regnum huius mundi per mortem. Oportet enim quòd mortalis deponat mortalitatem, hoc est potentiam moriendi. Et hoc non fit nisi morte, tunc potest induere immortalitatem. Christus autem homo mortalis, si nondum mortuus, nondum deposuit mortalitatem: ita non intrauit regnum cœlorum, in quo nullus mortalis esse potest. Si igitur ipse qui est primitiæ & primogenitus inter omnes homines non aperuit regna cœlorum: nondum natura nostra Deo unita, est in regnum introducta. Sic nullus hominum in regno cœlorũ esse posset, natura humana Deo unita nondum introducta. Cuius contrarium omnes homines, qui regnum cœlorum esse credunt, asserunt: omnes enim aliquos sanctos in sua secta fatentur fœlicitatem assequutos. Fides igitur omniũ, quæ sanctos esse fatetur in æterna gloria, Christum mortuum & cœlos ascendisse præsupponit.

ALEMANNVS. Cap. XIIII.

Alemãnus

OPtimè omnia ista, sed circa fœlicitatem uideo discrepantias non paucas. Nam Iudæis ex lege non nisi temporalia promissa dicuntur, quæ consistunt in sensibilibus bonis. Arabibus autem ex sua lege quæ in Alchorano scribitur, non nisi carnalia, sed perpetua leguntur promissa. Euangelium uerò promittit angeliformitatem, scilicet quòd homines erunt similes angelis, qui nihil carnalitatis habent. PETRVS. Quid potest concipi in hoc mundo, cuius desiderium non uilescit, sed augetur continuè? ALEMA. Omnia temporalia uilescunt, solum intellectualia nunquàm: comedere, bibere, luxuriari, & quicquid tale, si placent, aliquando displicent, & instabiliter se habent. Scire autem & intelligere, & oculo mentis intueri ueritatem, semper placent. Et quantò plus senuerit homo, tantò

tantò plus placent ista: & quantò plus acquisiuerit de istis, tantò plus augetur appetitus habẽdi. PETRVS. Si igitur desiderũ debet esse ppetuũ & cibatio perpetua, nõ erit nectẽporalis, nec sensibilis, sed intellectualis uitæ cibatio. Vnde & si in lege Alchorã reperiatur promissio Paradisi, ubi sunt flumina uini & mellis, & uirginum multitudo, & tamen multi illa in hoc mũdo abominantur: quomodo erunt illi fœlices, si assequentur ibi quæ hic nollent habere? Dicit in Alchorano: uirgines pulcherrimas nigras reperiri, cum oculis habentibus albugineum albissimũ & magnum: nullus Alemannus in hoc mundo, etiam uitijs carnis deditus, tales appeteret. Vnde oportet qđ similitudinaliter ista intelligãtur. Nam alibi prohibet cõcubitus fieri in Ecclesiis seu synagogis uel mesquitis, & alia omnia delectabilia carnis: non est tamen credendũ, quod mesquitę sint Paradiso sanctiores. Quomodo igitur prohibẽtur illa hic in mesquitis fieri, quæ ibi promittuntur in Paradiso? Alibi ait: omnia illa ibi reperiri, quia oportet quòd ibi fiat adimpletio omnium, quæ ibi desiderantur. In hoc satis ostendit quid uelit dicere, quando ait talia ibi reperiri. Nam cum ista sic in hoc mundo desiderentur, præsuppositò quòd in alio mundo foret æquale desiderium, tunc ibi exquisitè & abundè reperirentur. Aliter enim non potuit exprimere, uitam illam esse cõplementum desideriorũ, nisi per hãc similitudinem. Neq; uoluit rudi populo alia occultiora exprimere, sed tantum ea quæ secundũ sensum uidentur fœliciora, ne populus qui non gustat ea quæ spiritus sunt parui faceret promissa. Vnde tota cura illius maximè uidetur fuisse qui legem scripsit, auertere populũ ab idololatria, & ad illum finem promissiones tales fecit, & cuncta posuit. Sed non dãnauit Euangelium, imò laudauit, in hoc dans intelligere fœlicitatem quæ in Euangelio promittitur, non esse minorẽ illa corporali: & hoc intelligentes & sapientes inter eos, sciunt uerũ. Et Auicenna præfert fœlicitatem intellectualem uisionis seu fruitionis Dei & ueritatis, incõparabiliter fœlicitati descriptæ in lege Arabum, qui tamen fuit de illa lege: sic & cæteri sapientes. Nõ erit igitur in hoc difficultas cõcordandi omnes sectas. Dicetur enim fœlicitatẽ illã esse supra omne id quod scribi aut dici potest, quia cõpletio omnis desiderij, & adeptio boni in fonte suo, & uitæ in immortalitate. ALEMA. Quid tũc de ludęis, qui regni cælorum promissum nõ capiunt, sed tantũ rerũ temporaliũ? PETRVS. Ludęi pro obseruantia legis & eius sanctimonia, morti se tradunt. Vnde nisi crederent se fœlicitatem post mortẽ ex eo assequuturos, quia zelũ legis præferunt uitæ, nõ morerentur. Non est igitur fides ludæorum non esse uitam æternam, ac quòd illam assequi non possint (aliter nemo omnium moreretur pro lege) sed fœlicitatem quam expectant non expectant ex operib. legis: quia illæ leges illam non promittunt, sed ex fide quæ Christum præsupponit, ut supra dictum reperitur.

Auicenna.

TARTARVS. Cap. XV.

Tartarus.

DVdum multa in hoc loco prius incognita mihi, Tartari multi & simplices, unum Deum ut plurimũ colẽtes, admirantur, & uarietatem rituũ aliorũ etiam eundem cũ ipsis Deum colentium. Nam aliquos ex Christianis, omnes Arabes & Iudæos circũcisos, alios signatos in facie adustionib. alios baptizatos, deridٍent. Deinde circa matrimoniũ tanta est diuersitas, quia alius habet tantũ unam, alius unã uerã sibi matrimonio unitam, sed plures cõcubinas, alius etiã plures legitimas. Atq; circa sacrificia ritus adeò diuersus, ꝙ recitari nequit. Inter quas uarietates, Christianorũ sacrificiũ ubi offerunt panem & uinũ, & dicunt esse corpus & sanguinẽ Christi, quod sacrificiũ ipsi post oblationem comedunt & bibũt: uidetur abominabilius, deuorant enim eum quem colunt. Quomodo in ijs quæ etiã uariant ex loco & tẽpore posset fieri unio, non capio: & nisi fiat, non cessabit persequutio. Diuersitas enim parit diuisionẽ, & inimicitias, odia & bella. Tunc PAVLVS. doctor gentiũ, ex cõmissione uerbi exorsus est dicens. PAV. Oportet ut ostendatur non ex operib. sed ex fide saluationem animæ præsentari. Nam Abrahã pater fidei omniũ credentiũ, siue Christianorum, siue Arabũ, siue Iudęorum: credidit Deo, & reputatum est ei ad

http://www.obrascatolicas.com

iuſtitiam: anima iuſti, hæreditabit uitam æternam. Quo admiſſo, non turbabunt uarietates illæ rituum, nam ut ſigna ſenſibilia ueritatis fidei, ſunt inſtituta & recepta: ſigna autem mutationem capiunt, non ſignatum. TAR. Declara quomodo fides ſaluat? PAV. Si Deus promitteret aliqua ex mera ſua liberalitate & gratia: nónne ei qui potens eſt dare omnia & uerax eſt, credendum eſt? TAR. Certè, quandoquidem nemo decipi poteſt ei credens: & qui ei non credit, indignum eſſet ut quicquam gratiæ aſſequeretur. PAV. Quid igitur iuſtificat eum qui iuſtitiã aſſequitur? TAR. Non merita, aliâs non eſſet gratia, ſed debitum. PAV. Optimè ais. Sed quia nõ iuſtificatur ex operibus in conſpectu Dei omnis uiuens, ſed ex gratia, dat cui uult id quod uult omnipotens: tunc ſi quis dignus eſſe debet, ut aſſequatur repromiſſionem quæ ex pura gratia facta eſt, neceſſe eſt ut credat Deo. In hoc enim iuſtificat, quia ex hoc ſolo aſſequetur repromiſſionẽ, quia credit Deo, & expectat ut fiat uerbum Dei. TAR. Poſtq̃ Deus promiſit, iuſtum eſt quòd promiſſa ſeruentur. Iuſtificatur igitur Deo credens potius per repromiſſionem q̃ fidem. PAV. Deus qui promiſit Abrahæ ſemẽ in quo omnes benedicerentur, iuſtificauit Abraham, ut aſſequeretur promiſſionem. Sed ſi Abraham non credidiſſet Deo, neq; iuſtificationem fuiſſet aſſequutus, neq; repromiſſionem. TAR. Ita eſt. PAV. Fides igitur in Abraham tantum fecit, quòd adimpletio repromiſſionis iuſta fuit, quæ aliâs nec iuſta fuiſſet, nec adimpleta. TAR. Quid igitur repromiſit Deus? PAV. Deus promiſit Abrahæ quòd daret ei ſemen unum in Iſaac, in quo ſemine benedicentur omnes gentes. Et hæc promiſsio facta eſt, quãdo ſecundùm curſum communem naturæ, impoſsibile fuit Saram uxorem ex eo concipere & parere: ſed quia credidit, aſſequutus eſt Iſaac filiũ. Tẽtauit deinde Deus Abraham, ut offerret & interimeret puerũ Iſaac, in quo facta eſt repromiſsio ſeminis. Et Abraham obediuit Deo, nec tamẽ minus credidit repromiſsionem futuram, etiam ex mortuo filio poſt reſuſcitando. Ex quo Deus tãtam fidem repperit in Abraham, tũc iuſtificatus eſt Abraham, & adimpleta promiſsio in uno ſemine, quod ab eo per Iſaac deſcendit. TAR. Quod eſt illud ſemen? PAV. Chriſtus, omnes enim gentes in ipſo aſſequuntur diuinam benedictionem. TAR. Quæ eſt illa benedictio? PAV. Diuina benedictio, eſt ultimum deſideriorum ſeu fœlicitas, quæ dicitur æterna uita, de qua ſatis ſupra audiſti. TAR. Vis igitur Deum in Chriſto nobis benedictionem repromiſiſſe fœlicitatis æternæ. PAV. Sic uolo. Quapropter oportet credere Deo prout Abraham credidit, ut ſic credens iuſtificetur cum fideli Abraham, ad aſſequendã repromiſsionem in uno ſemine Abrahæ Chriſto Ieſu, quæ repromiſsio eſt diuina benedictio, omne bonum in ſe complicans. TAR. Vis igitur quòd ſola fides illa iuſtificet ad perceptionem æternæ uitæ? PAV. Volo. TAR. Quomodo dabis ſimplicibus Tartaris intellectum huius, ut capiant Chriſtum eſſe, in quo aſſequi poterũt fœlicitatem? PAV. Audiſti non tantum Chriſtianos ſed Arabes fateri, Chriſtum eſſe ſalutiſsimum omnium, qui fuerunt aut erũt in hoc ſæculo uel futuro, & faciem omnium gentium. Si igitur in uno ſemine eſt omniũ gentium benedictio, non poteſt eſſe niſi Chriſtus. TAR. Quale ſignum adducis? PAV. Adduco teſtimonium tàm Arabum q̃ Chriſtianorum, quòd ſpiritus uiuificãs mortuos, eſt ſpiritus Chriſti. Si igitur eſt ſpiritus uitæ in Chriſto, qui potens eſt quos uult uiuificare: tũc ille ſpiritus eſt, ſine quo non poteſt quiſq̃ mortuus reſuſcitari, aut quicunq̃ ſpiritus æternaliter uiuere. Inhabitat enim ſpiritũ Chriſti plenitudo diuinitatis & gratiæ, de qua plenitudine, omnes ſaluãdi recipiunt ſaluationis gratiam. TAR. Placet iſta à te doctore gentium audiſſe, quia cum iſs quæ ſupra audiui ſatisfaciunt propoſito: & uideo fidem iſtam neceſſariã ad ſalutem, ſine qua nemo ſaluabitur. Sed quæro, ſi fides ſufficit. PAV. Sine fide impoſsibile eſt quenq̃ placere Deo. Oportet autem quòd fides ſit formata, nam ſine operibus eſt mortua. TAR. Quæ ſunt opera? PAV. Si credis Deo, mandata ſeruas: nã quomodo credis Deum eſſe Deum, ſi non curas adimplere ea quæ præcipit? TAR. Dignum eſt ut mandata Dei ſeruentur. Sed Iudæi dicunt ſe habere mãdata eius per Moyſen, Arabes per Mahumeten, Chriſtiani per Ieſum, & fortè aliæ nationes ſuos uenerantur Prophetas, per quorum manus diuina ſe aſſerunt recepiſſe præcepta:

quomodo

quomodo igit̃ deueniemus in cõcordiã? PAV. Diuina mãdata breuiſsima & omnibus notiſsima ſunt, & cõmunia quibuſcũq; nationib, imò lumen nobis illa oſtendens, eſt concreatũ rationali animę. Nã in nobis loquitur Deus, ut ipſum diligamus, à quo reciꝑimus eſſe, & quòd non faciamus alteri, niſi id q̃d uellemus nobis fieri. Dilectio igitur eſt cõplemẽtum legis Dei, & omnes leges ad hanc reducuntur. TAR. Non ambigo quin tam fides q̃ lex dilectionis de quib. dixiſti, á Tartaris ſuſcipiãtur: ſed de ritibus multũ hæſito, nam neſcio quomodo circũciſionẽ quã derident, acceptabũt. PAV. Nõ refert quò ad ueritatem ſaluationis accipere circũciſionẽ, circũciſio enim nõ ſaluat, & ſine ipſa eſt ſaluatio: tamẽ qui circũciſionem nõ credit pro ſalute aſſequẽda neceſſariã, ſed eam fieri patitur in præputio, ut ſit Abrahæ & ſequaciũ eius etiã in hoc cõformior, non dãnatur talis ob circũciſionẽ, ſi habet fidem de qua ſupra. Sic Chriſtus circũciſus fuit, & multi ex Chriſtiãis poſt ipſum: uti adhuc Aethiopes Iacobini, & aliq; nunc circũciduntur, quaſi ſit ſacramentũ neceſsitatis ad ſalutẽ. Sed quomodo poſſet ſeruari pax inter fideles, ſi qui circũciduntur et aliq; nõ, eſt maior dubitatio. Vnde cũ maior pars mundi ſit ſine circũciſione, attento quòd circũciſio non eſt neceſſitatis: quòd tunc ſeminor pars cõformẽ faciat maiori parti cui unitur in fide, ob pacem ſeruandã opportunũ iudico. Imò ſi propter pacem maior pars ſeminori cõformaret & reciperet circũciſionẽ, arbitrarer faciendũ, ut ſic ex mutuis cõmunicationib. pax firmaretur. Sic enim aliis nationib. à Chriſtianis fidem, & Chriſtianis ab ipſis ob pacem circũciſionem recipientibus, pax meliùs fieret & ſolidaretur. Arbitror autem praxim huius difficilem. Sufficiat igitur pacem in fide & lege dilectionis firmari, ritum hinc inde tolerando.

ARMENVS Cap. XVI.

Armenius.

QVomodo de baptiſmo faciendum putas, cũ cenſeatur ſacramentũ neceſsitatis apud Chriſtianos? PAV. Baptiſmus eſt ſacramentũ fidei. Qui enim credit in Chriſto Ieſu ſe poſſe aſſequi aliquã iuſtificationem, ille credit per ipſum ablutionem peccatorum. Hanc mundationem in lotione baptiſmali ſignatam, quiſq̃ oſtendet fidelis. Nam nõ eſt aliud baptiſmus, q̃ fidei illius cõfeſsio in ſigno ſacramentali. Nõ eſſet fidelis, qui nollet fidẽ uerbo & quibuſcunq̃ ſignis ad hoc à Chriſto inſtitutis fateri. Sunt baptiſmales lotiones ob regionis deuotionem, tam apud Hebræos q̃ Arabes, quibus non erit difficile, lotionem à Chriſto inſtitutã ob fidei profeſsionẽ, recipere. ARMENVS. Neceſſe uidetur ut recipiatur ſacramentũ hoc, cum ſit neceſsitatis ſalutis. PAVLVS. Fides eſt neceſsitatis in adultis, qui ſine ſacramento ſaluari poſſunt, quando aſſequi non poterunt. Vbi uerò aſſequi poſſent, non poſſunt dici fideles, qui ſe tales eſſe per regenerationis ſacramẽtum oſtendere nolunt. ARMENVS. Quid de paruulis? PAVLVS. Facilius acquieſcent paruulos baptizari, quando ob religionem paſsi ſunt maſculos die octaua circũcidi, communtatio illa circunciſionis in baptiſmum grata erit, & dabitur optio an uelint in baptiſmate contentari.

BOHEMVS. Cap. XVII.

Bohemius

POſsibile eſſet in iſs omnib. quæ præmiſſa ſunt concordiã reperiri, ſed in ſacrificijs difficilimũ erit. Scimus enim Chriſtianos oblationem panis & uini pro ſacramento Euchariſtiæ, non poſſe ad cõplacendũ aliis dimittere, cum ſit à Chriſto tale ſacrificium inſtitutum: ſed quòd cæteræ nationes, quæ uſum nõ habent ſic ſacrificandi, acceptent hunc modũ, non eſt facile credendũ. Maxime cũ dicant inſaniam eſſe, credere cõuerſionẽ panis in carnẽ Chriſti, & uini in ſanguinẽ, & poſt deuorare ſacramẽta. PAVLVS. Hoc Euchariſtiæ ſacramentũ nõ aliud figurat, q̃ nos ex gratia in Chriſto Ieſu aſſequuturos refectionẽ uitæ æternæ, ſicut in hoc mũdo reficimur per panem & uinũ. Quando igitur credimus Chriſtum cibũ mentis, tũc ipſum ſumimus ſub ſpecieb. corpus cibantib. Et cum oporteat nos in fide hac concordare, quòd cibationẽ uitę ſpiritus aſſequimur in Chriſto: cui nõ oſtendimus nos hoc credere in Euchariſtiæ ſacramento? ſperandũ eſt omnes homines fideles, omnino uelle deguſtare cibum illum per fidẽ in hoc mũdo, qui erit in ueritate cibus uitæ noſtrę in alio mũdo. BOHE. Quomodo perſuadebitur omnibus gentib. ſubſtantiam panis in corpus Chriſti conuerſam in hoc Euchariſtiæ ſacramento? PAVLVS. Qui fidelis

http://www.obrascatolicas.com

eſt,ſcit quòd uerbũ Dei in Chriſto Ieſu,nos de miſeria huius mundi transferet uſq; ad filiationẽ Dei,& poſſeſſionẽ uitæ æternæ, quia Deo nihil eſt inpoſsibile. Si igit̃ hoc credimus & ſperamus, tunc uerbũ Dei ſecundũ ordinationem Chriſti, non hæſitamus poſſe panẽ in carnẽ mutare. Si natura hoc facit in animalibus: quomodo uerbũ hoc nõ faceret,per quòd Deus fecit & ſæcula? Exigit igitur fidei neceſsitas hoc credere. Nã ſi hoc eſt poſsibile,quòd nos filij Adæ q de terra ſum9,transferamur in Chriſto Ieſu uerbo Dei immortalis, & hoc credimus & fructum ſperamus, & quòd tunc erimus ſicut Ieſus uerbũ Dei patris: credere nos ſimiliter oportet trãſubſtantiationẽ panis in carnẽ & uini in ſanguinẽ per idẽ uerbũ,per quòd panis panis eſt, & uinum uinũ,& caro caro,et ſanguis ſanguis,et per q̃ natura cibũ cõuertit in cibatũ. BOHE. Hęc cõuerſio ſubſtãtiæ panis, difficulter attingitur. PAV. Fide facillimẽ: nã ſola mẽte hoc eſt attingibile,quæ ſola ſubſtantiã intuetur quia eſt, nõ quid eſt, ſubſtãtia enim antecedit omne accidens. Et ideò cum ſubſtãtia nec ſit qualis nec quanta, & ipſa ſola conuertatur,ut nõ ſit amplius ſubſtãtia panis, ſed ſubſtãtia carnis: non eſt niſi ſpiritualis iſta cõuerſio, quia remotiſsima ab omni eo qđ ſenſu eſt attingibile. Nõ igitur augẽt quãtitas carnis ex hac cõuerſione,neq; multiplicat̃ numero. Ob hoc nõ niſi una ſubſtatia carnis,in quã ſubſtãtia panis eſt cõuerſa: licet panis ſit in diuerſis locis oblatus, & plures ſint panes qui in ſacrificio ponũtur. BOHE. Capio doctrinã tuam mihi gratiſsimã,quomodo ſacramentũ iſtud eſt ſacramentũ cibationis uitæ æternæ,per quam cibationem,aſſequimur hæreditatem filiorum Dei in Ieſu Chriſto filio Dei,& quomodo eſt ſimilitudo huius in ſacramẽto iſto Euchariſtiæ: atq; quod mẽte ſola attingitur, & fide deguſtatur & capit̃. Quòd ſi hæc arcana nõ capiãtur, hoc ideò eſt, quia rudes abhorrebũt fortaſsis nõ ſolùm hoc credere, ſed ſumere tanta ſacramenta. Pau. Hoc ſacramẽtũ prout eſt in ſenſibilib. ſignis (habita fide nõ eſt ſic neſsitatis, quòd ſine eo nõ ſit ſalus,nã ſufficit ad ſalutẽ credere,& ſic mãducare cibum uitæ. Et ideò circa eius diſtributionẽ: an, & quib, & quoties dari debeat populo, nõ eſt lex neceſsitatis poſita Quare ſi quis fidẽ habẽs, ſe indignum iudicat accedere ad mẽſam ſummi regis, hæc humilitas laudãda potius exiſtit. Ideò circa uſum & ritũ eius, id qđ rectoribꝫ. Eccleſię pro tẽpore magis expedire uidebitur in qualibet religione (ſalua ſemper fide) poterit ordinari: ſic quòd ob diuerſitatem rituum per communem legem, non minùs pax fidei inuiolata perſeueret.

ANGLICVS. Cap. XVIII.

Anglicus. QVid de alijs ſacramentis fiet, de matrimonio ſcilicet,ordinibus, confirmationis,& extremæ unctionis? PAV. Oportet infirmitati hominum plærũq; condeſcẽdere,niſi uergat cõtra æternam ſalutẽ. Nam exactã quærere conformitatẽ in omnib. eſt potius pacem turbare. Sperandum tamen eſt, qđ in matrimonio & in ordinib. cõcordia reperiatur. Apud omnes enim nationes,matrimonium de lege naturæ quodammodo uidetur introductũ, ut unus unã habeat coniugem: ſic & ſacerdotium ſimiliter apud omnem religionem reperitur. Erit igitur in his communibus concordia facilior, & Chriſtiana religio in utroq; ſacramento, puritatem laudabiliorem etiam omnium aliorum iudicio probabitur obſeruare. ANLICVS. Quid de ieiunijs, officijs Eccleſiaſticis, abſtinẽtijs ciborum & potuum, orationum formis, & cæteris talibus? PAV. Vbi non poteſt conformitas in modo reperiri, permittantur nationes (ſalua fide & pace) in ſuis deuotionibus & cæremonialibus. Augebitur etiam fortaſsis deuotio ex quadam diuerſitate, quãdo quælibet natio conabitur ritum ſuum, ſtudio & diligẽtia ſplendidiorem efficere, ut aliam in hoc uincat,& ſic meritum magis aſſequatur apud Deum,& laudem in mundo.

¶ Poſtq; autẽ cum ſapientib. nationũ hæc ſic pertractata ſunt, pducti ſunt libri plurimi eorum,qui de ueterum obſeruãtijs ſcripſere, & in omni lingua quidã excellentes: ut apud Latinos Marcus Varro, apud Græcos Euſebius, qui religionũ diuerſitatem collegit,& plærisq; alij. Quib. examinatis, omnẽ diuerſitatẽ in ritib. potius cõpertum eſt

eſt fuiſſe, quàm in unius Dei cultura, quem ab initio omnes præſuppoſuiſſe ſemper & in omnibus culturis coluiſſe, ex omnibus ſcripturis in unum collectis reperiebatur: licet ſimplicitas popularis, ſæpe per aduerſam tenebrarum principis poteſtatem abducta, non aduerteret quid ageret. Concluſa eſt igitur in cœlo rationis concordia religionum, modo quo præmittitur: & mandatum eſt per regem regum, ut ſapientes redeant, & ad unitatem ueri cultus nationes inducant, & quòd adminiſtratorij ſpiritus illos ducant, & eis aſsiſtant: & deinde cum plena omnium poteſtate, in Hieruſalem quaſi ad centrum commune confluant, & omnium nominibus unam fidem acceptent, & ſuper ipſa perpetuam pacem firmentur: ut in pace creator omnium laudetur in ſæcula benedictus. Amen.

Libri De Pace fidei, Celeberrimi Patris. Nicolai de Cuſa Card. Finis.

CRIBRATIO AL-choran, Pio ſecundo, uniuerſalis Chriſtianorum Eccleſiæ ſummo ſanctiſsimoq; Pontifici.

Pius Leo

SVme ſanctiſsime Papa, libellum hunc per humilem ſeruulum tuum fidei zelo collectum: ut dum more, ter ſancti Leonis Papæ prædeceſſoris tui, Neſtorianam hæreſim Apoſtolico ſpiritu, angelico ingenio, diuinoq; eloquio damnantis: tu Mahumeranam ſectam de illa exortam, eodem ſpiritu, pari ingenio, facundiaq; æquali, erroneã eliminandamq; oſtendes: citò prõpteq; quædã rudimenta ſcitu neceſſaria ad manum habeas. Tuo etiam iudicio, qui in epiſcopatu fidei princeps es, illum & cuncta quæ ſcripſi ſcribamue atq; me totũ ut fidelem decet ſubiicio, in nullo unquàm ab Apoſtolico tuo throno diſſenſurus. Prologus.

Petrus cluniacenſis.

FEci quã potui diligentiã intelligendi librũ legis Arabũ, quẽ iuxta translationẽ per Petrũ Abbatem Cluniacenſem nobis procuratũ Baſileæ habui, cũ diſputatione eorũ nobiliũ Arabũ, quorũ unus ſocius Mahumet, niſus fuit aliũ trahere qui doctior & magnus inter Arabes, Chriſtianã fidem quã zeloſẽ coluit, oſtendit potius tenendã. Erant etiã alia quædã opuſcula de generatione Mahumet, & duodecim ſucceſſoribus eius in regno, & de ipſius doctrinis ad centũ quæſtiones. Dimiſi librũ apud magiſtrũ Ioannẽ de ſegobia, & ad urbem Cõſtantinopolin perrexi, ubi apud fratres Minores, habitantes apud ſanctã Crucem, repperi Alchoran in Arabico, quẽ mihi in certis punctis fratres illi prout ſciuerũt, explanarunt. In Pera autem in cõuentu ſancti Dominici erat translatus, modo quo Baſileæ dimiſi. Quæſiui ſi quis Græcorũ ſcripſiſſet cõtra illas ineptias, & non reperi niſi Ioannẽ Damaſcenum, qui parum poſt initiũ illius ſectę fuit, pauca ualde ſcripſiſſe quæ habentur. Fuit tunc Balthaſar de luparis mercator apud Conſtantinopolin, qui uidẽs me ſollicitũ circa prædicta, narrauit quomodo doctiſsimus et maximꝰ inter Teucros, poſtq; in Pera occultè de Euangelio ſancti Ioannis inſtructus fuit, cum duodecim uiris magnis ad Papam uenire proponeret & plenè informari, ſi ego ſecretè eis de conductu prouiderẽ. Cõperi relatione fratrum hæc ſic ſe habere, & depoſui cõductum ut petierunt. Et quia ille ſupremus præerat hoſpitalibus, uoluit illa uiſitare, & demum declinando ad locũ ubi nauis eos expectabat, Romã proficiſci: ſed peſtis eum in uiſitatione abſtulit. Dominus Balthaſar qui nũc miles Bononiæ moratur, ſæpius mihi retulit, omnes doctores eorum Euangelium ualde amare, & libro legis ſuæ præferre. Demum concitaui fratrem Dionyſium Carthuſium, ut ſcriberet contra Alchoran, qui fecit, & miſit opus ſuum magnum Nicolao Papæ. Vidi poſt hæc Romæ libellum fratris Ricoldi ordinis prædicatorum, qui Arabicis literis in Baldach operam dedit, & plus cæteris placuit. Vidi & aliorum fratrum de ea materia ſcripturas catholicas, maximè ſancti Thomæ de rationibus fidei, ad cantorem Antiochenum, & ultimò reuerendiſsimi Domini Cardinalis ſancti Sixti, hæreſes & errores Mahumet uiuis rationibus

Ioannes Damaſcenus.

Dionyſius. Ricoldus. Tomas.

http://www.obrascatolicas.com

nib. confutantis. Ego ingenium applicui, ut etiã ex Alchoran Euangeliũ uerũ oſtenderem. Et ut hoc facile fieri poſsit, cõpendioſum meũ cõceptum paucis præmittam.

EXperimur in nobis appetitum quendã eſſe, qui ob motũ qui ineo eſt ſpiritus dicitur: quod cp ratio motus ipſius eſt bonum. In ratione enim boni, mouetur appetitus. Sic uidemus bonũ ſua ui trahere ſpiritũ noſtrũ, ac qđ nulla eſt alia ratio cur bonum appetitur, niſi quia bonum: finis igitur deſiderij bonũ. Nec cp poteſt aliunde ſpiritus noſter habere appetitũ boni, niſi à bono. Bonũ igitur eſt creator ſpiritus noſtri ad ſe, & eſt eius principium pariter & finis. Non igitur quieſcit ſpiritus noſter, niſi in ſuo principio. Et quia ſpiritꝰ noſter intellectualis, nõ eſt ipſum bonum qđ appetit: cũ bonũ illud non ſit in ipſo ſi enim in ipſo intellectu eſſet, eſſet intellectus, ſicut ſcitum in ſciẽtia eſt ſcientia. Ignorat igitur intellectus quid ſit bonũ illud. Appetit ergo ſpiritus intellectualis in ſua natura conpræhendere bonum illud, Nam etſi nulli deeſſe poſsit qđ eſt, cũ eſſe ſit bonũ: tamẽ niſi intellectus intelligat ipſum caret eo, & quieſcere nequit. Et cum intellectus quid ſit hoc bonũ, qđ eſſe non dubitat, ignoret: non habet etiam ſcientiam nominis eius, & cõceptum de ipſo facere nequit quẽ non hæſitat omni conceptu maiorẽ & meliorẽ. Et quoniam nihil experimur in noſtro intellectu cõprædi, quod per ſenſum in ipſum nõ intrat (cæcus enim à natiuitate ſcientiam coloris nõ habet) ſcimus illud non eſſe de regione huius ſenſibilis mundi, quod cp ſpiritus noſter in hoc mundo ad quietem non perueniet. Cum autem ſciamus appetitum boni illius nos non habere fruſtra, etiã certi ſumus ſpiritũ noſtrũ intellectualẽ nõ eſſe de ſenſibili mũdo, ſed qđ exuta ſenſibili uita, ipſius appetitus ad quietẽ pertingere poterit. Verũ niſi ad hoc noſtræ intellectuali naturæ iſte mũdus cõferret, fruſtra itraſlem⁹ in ipſum. Oportet igit cp fateamur, nos in hoc mũdo habilitari uel dehabilitari poſſe, ad hoc cp in futuro ſæculo quietemur uel inquietemur. Via autẽ per quã in hoc mũdo trãſire debemus, ut habilitemur ad appræhenſionem deſiderati boni, non debet eſſe niſi bona, & quæ ſeducit mala erit. Hæc ſic ſe habere, cuicp habenti intellectum clarum eſt. Sed cum multæ poſsint uiæ eſſe quæ bonæ uideãtur, manet hæſitatio quæ ſit illa uia uera & perfecta, quæ certitudinaliter nos ducit ad cognitionẽ boni. Quòd quidẽ bonũ nominamus Deũ, ut dum de ipſo conferimus, nos mutuò intelligamus. Moyſes quidẽ deſcripſit unã, ſed nõ eſt omnib. recepta, nec intellecta: Chriſtus illã illuminauit et perfecit, multis tamẽ adhuc incredulis remanẽtib. Mahumet eandẽ uiam ut ab omnib. etiã Idololatris reciperetur, faciliorẽ deſcribere niſus eſt, licet maligni ſeductus. Et hæc ſunt magis famatæ deſcriptiones dictæ uiæ, licet aliæ ſapientũ & Prophetarũ factæ ſint. Omnes autẽ deſcriptiones iã dictæ in fundamẽto habent, bonũ illud ſæpe dictũ eſſe maximũ, & ideo unũ qđ unũ Deũ omnes appellant: ſua ſcp deſcriptiones bonas dicunt, quia ſint ipſis aut putẽtur ab eodẽ bono Deo reuelatæ. Clarũ eſt autẽ qđ cũ nullus purus homo Deũ concipere poſsit: qđ non habemus certitudinem qualencũcp, purũ hominẽ nobis poſſe uiã ad ſibi ignotũ terminũ pãdere. Vnde ſi nec Moyſes, nec Mahumet uncp, dum in hoc mũdo eſſent, ſæpe dictum bonum uiderunt (Deum enim nunquàm uidit homo) quomodo tunc alijs iter ad ipſum pandere potuerunt? Eſto autem quod ſermones aliquos eis immiſſos publicaſſent, qui figurabant ſeu ſignificabant Deum & uiam ad ipſum tamen ipſi illos exponere non potuiſſent, neque alius homo. Et ſi aliquis homo hanc uiam manifeſtare potuiſſet aut poſſet, illum utique maximum omnium hominum eſſe neceſſe fuiſſet, quemadmodum Meſsiam eſſe omnes nationes fatentur. Quòd ille homo non eſſet ipſa omniſciens diuina ſapientia, per quam Deus omnia operatur: utique quod ſibi incognitum eſſet reuelare nequiret. Ieſus autem uirginis Mariæ filius Chriſtus ille, per Moyſen & Prophetas prænunciatus uenturus: uenit, & uiam ſæpe dictam cum nihil ignoraret manifeſtiſsimé propalauit, atteſtante etiam Mahumet. Certum eſt igitur, quòd qui Chriſtum & uiam eius ſequitur, ad compræhenſionem deſiderati boni perueniet. Vnde ſi Mahumet in aliquo Chriſto diſſentit, neceſſe eſt ut hoc aut faciat ignorantia, quia Chriſtum non ſciuit nec intellexit aut peruerſitate intentionis, quia non intendebat homines ducere ad illũ finem

nem quietis, ad quẽ Chriſtus uiam oſtendit, ſed ſub colore illius finis, ſui ipſius gloriã quæſiuit. Vtrunc autem credi oportere, cõparatio legis Chriſti ad legem ipſius docebit. Tenendum igitur credimus, ignorantiã erroris & maleuolentiæ cauſam eſſe. Nemo enim cognoſcens Chriſtum, diſſentit ab ipſo, aut detrahit eidem. Intentio autem noſtra eſt, præſuppoſito Euangelio Chriſti, librum Mahumet cribrare, & oſtendere illa in ipſo etiam libro haberi, per quæ Euangelium ſi atteſtatione indigeret ualde confirmaretur. Et quod ubi diſſentit, hoc ex ignorantia & conſequenter ex peruerſitate intentionis, ipſi Mahumet eueniſſe. Chriſto non ſuam gloriam, ſed Dei patris & hominum ſalutem: Mahumet uerò non Dei gloriam & hominum ſalutem, ſed gloriam propriam quærente.

Alius prologus.

Nicolaus Sergius.

REfert nobilis ille Arabs Chriſtianus de quo ſupra meminí, Sergiũ monachum de monaſterio ſuo electum, Mecham aplicuiſſe, ibicp duos populos repperiſſe, idololatras & Iudæos, prædicaſſecp ibidẽ fidẽ Chriſtianã prout Neſtorius illã tenuit, ut fratres ſuos illius fectæ placaret ad gratiã, quia omnes idololatras conuertiſſet ad fidem, inter quos Mahumet erat, qui cõuerſus de idololatria, mortuus eſt Chriſtianus Neſtorianus. Sed tres aſtutiſsimi Iudei ſe Mahumet conũxerunt, ut ipſum auerterẽt, ne perfectus fieret, & illi ſua ſerunt uaria mala. Poſt uerò mortem Mahumet, omnibus ad ſuam ſectam reuertentibus: illi Iudæi acceſſerunt Hali filium Habitalix, cui Mahumet ſuas collectiones dimiſit, & perſuaſerũt ei, ut ſicut Mahumet ita & ipſe ſe in Prophetam eleuaret: & appoſuerunt & depoſuerunt de libro Mahumet, quæ uoluerunt. Videtur igitur quòd Mahumet ab initio fundatus fuit per Sergium, ut eſſet Chriſtianus, & legẽ illam ſeruaret. Ab illa uia non potuerunt Iudei ipſum amouere, ſed ut quantum poſſent retraherent, addiderũt illa per quæ uideretur propriẽ ſectæ Propheta, & ueteri teſtamento non minùs quàm Euangelio fidem dare, Sergius autẽ obtinuit ab eo (ut refert ſupra allegatus) quòd ipſe poſuit in Alchoran Chriſtianos maiores amicos maximè religioſos & ſacerdotes, quã Iudæos. Et quamuis hæc dicat, tamen poſtea à Iudæis inductus Chriſtianos deridet, qui ſuos prælatos & Pontifices Dei loco uenerantur. Hoc ideò quia Chriſtiani nominãt illos nomine, quo ſolus Deus nominatur: ſcilicet Dominos: nulli autẽ cõuenit illud, niſi Deo. Sic enim Exodo habetur: Dominus ipſe eſt Deus. Facit etiã de decem nominib. Dei aliquando mentionem, inter quæ eſt יהוה quod Dominus interpretatur, & nomẽ ineffabile per יהוה ſignificatur legitur, & exprimitur. Ideò in Alchoran. nulli niſi Deo tribuit hoc nomen, imò nec Chriſto, nec Marię uirgin. Et quia Chriſtiani nominant Chriſtum, Dominum Ieſum, & Mariã dominã: dicit quod loco Dei ipſi uenerentur. Et ſicut cauet, quòd nunquàm niſi Deo tribuat hoc nomen Dominus: ita cauet, quòd nunquàm Deo tribuat nomen pater, quia dicit Deum prout uult omnia facere, ideò non cõuenit ei actus generationis. Quãdo igitur ipſe de Chriſtianis bona dicit, intelligit de ueſtitis in albo, ſic enim diſcipulos nominat: & de credulis Chriſto uti Neſtorianos putabat, quorum errorem ignorauit, nec alios Chriſtianos cognouit. Neſtorius autem omnia quæ ſunt in Euangelio acceptauit, & quòd in Chriſto eſſet corpus, anima, & diuinitas: circa modum autem unionis errauit. Fatebatur corpus & animam uniri unione naturali, ut eſſet uerus homo: ſed hominem illum uniri diuinitati aiebat per gratiam, ſed non per communem gratiam, quia boni Deo uniuntur, ſed per plenitudinem gratiæ, ob quam una eſſet Dei & hominis Ieſu uoluntas, propter quam excellentiſsimam gratiam, de Chriſto uerificaretur ipſum eſſe filium Dei: Sed non admiſit Mariã eſſe matrem Dei, quia id quod in Chriſto reperitur à matre ſua receptum, non conuenit Deo: ſic uoluit naturam humanam, in Chriſto eſſe deificatam. Et quia Euangelium dicit, quomodo uerbum Dei factum eſt caro, non quod caro ſit facta uerbum Dei: ideò hunc ſenſum damnauit Eccleſia in Concilijs uniuerſalibus tertio & quartò, dans matri Ieſu nomen cp eſt theotocos, ideſt Dei genitrix. Neſtoriani autẽ generationem æternã confitentẽ, Quate-

Neſtoriani. Neſtorius.

http://www.obrascatolicas.com

re uidetur Mahumet contra ſanctiſsimam trinitatem & generationem æternam nihil uoluiſſe ſcribere, ſolum pluralitatem Deorum damnans, ut dicetur. Etiam ſiquis interrogaſſet Mahumet, in qua forma miſiſſet Deus ad homines legatũ plus quàm angelum: certum eſt ipſum dixiſſe, ſi Deus angelũ mitteret legatum ad homines, cũ forma humana indueret, ſic & ſi plus quàm angelum mitteret, reſponderet. Miſit autem ſecũdum ipſum Chriſtum, quem dicit uerbum Dei & filium Mariæ. Quare cum uerbum Dei ſit eiuſdem naturæ, cuius eſt Deus cuius eſt uerbum (omnia enim Dei Deus ſunt, ob ſimpliciſsimam eius naturam) quando uoluit Deus ſummum legatum mittere, miſit uerbum ſuum, quo non poteſt maior legatus concipi. Et quia ad homines miſit, uoluit quòd indueret humanam naturam mundiſsimam, quod ita fecit in uirgine Maria, ut ſæpiùs legitur in Alchoran. Non igitur erit difficile in Alchoran reperiri Euangelij ueritatem, licet ipſe Mahumet remotiſsimus fuerit á uerò Euangelij intellectu. Nec eſt prætermittendum, quo modo capitula collectionis dicti libri legis Arabum, non continuantur ad iniuicem: ſed quolibet de per ſe integrum exiſtit, & proprius eſt rythmus, ſeu carmen plenè menſuratum. In hoc enim ſummum ſtudium adhibuit conpilator, ut blanditijs dictaminis cunctos alliceret, & in ſtuporem uerteret, ſicq; dictata faceret diuina uideri. Hinc ignoſcendum mihi, ſi non uidebor undiq; congruum ordinem tenere: quando confuſiſsimi libri continentiam diſcutio.

Opus in tres libros diuiſi. Et cuiuslibet capita annotaui

Sequuntur capita primi libri huius operis.

De alchoran, & quòd Deus uerus non ſit author eius. 1
Quid continet Alchoran, ſecundum eius laudatores. 2
Quid continet ſecundum iudicium perfectorum. 3
Quòd Alchoran fide careat, ubi ſacris ſcripturis contradicit. 4
Quòd Euangelium ſit Alchoran præferendum. 5
Quòd Euangelium ſit lux ueritatis Alchoran. 6
Quòd elegantia dictaminis, non probat Alchoran Dei eſſe dictamen. 7
Quòd Chriſtum ſequentes omnibus præferuntur. 8
Quòd Alchoran malè dicat Chriſtianos incredulos, quia Chriſtum filiũ Dei dicũt. 9
Quòd clarè oſtenditur Chriſtus Dei filius. 10
Cur Chriſtus non ſe nominauit Deum, ſed filium. 11
Laudes Chriſti ex Alchoran, & oſtenſio diuinitatis eius. 12
Facilis oſtenſio, Chriſtum qui eſt uerbum Dei patris, eius filium. 13
Obiectio ex Alchoran, & eius ſolutio. 14
Quòd Ieſus quia Meſsias, eſt Dei uerus filius. 15
Quòd Chriſtus quia uerbum & legatus ſummus Dei, eſt Dei filius. 16
Quæ teſtimonia Alchoran continent, Chriſtum Dei filium eſſe. 17
Quomodo in Alchoran intelligi debet, Chriſtum eſſe ſpiritũ & animam Dei. 18
Quomodo in Alachoran intelligi debet, Chriſtum eſſe uirum bonum & optimum, & faciem omnium gentium. 19
Digreſsio ad manuductionem diuinorum. 20

Sequuntur capita ſecundi libri huius operis.

De Theologia myſtica, ſecundum quam Deus eſt ineffabilis. 1
De Theologia affirmatiua, ſecundum quam Deus eſt creator trinus & unus. 2
Quomodo ex operatione intellectualis naturæ, uidemus diuinam. 3
Quomodo de fœcunditate intellectualis, ad fœcunditatem diuinæ naturæ, eleuamur. 4
Manuductio ex ijs quæ in mundo ſunt, ut uideatur Deus trinus. 5
Manuductio de intellectuali trinitate ad diuinam. 6
Manuductio eiuſdem per amorem. 7
Declaratio ſanctæ trinitatis. 8
Aenigma licet remotum benedictæ trinitatis. 9

Iterum

Iterum ex tribus perſonis manuductio.
Quòd neceſſe eſt Arabes fateri trinitatem.
Chriſtum ueraciter fuiſſe mortuum & crucifixum.
Quòd crucifixio ſit Chriſti exaltatio & glorificatio.
Quomodo Deus aĩam Chriſti ad ſe reduxit ipm transfigurari fecit, & aſſumpſit.
De reſurrectione Ieſu Chriſti.
Myſterium natiuitatis & mortis Chriſti.
De fructu mortis Chriſti.
De Paradiſo.
Inuectio contra Alchoran. 19

Capita tertij libri.

Quòd Alchoran (fide unius Dei ſalua) omnibus blanditur: Chriſtum tamen præferendo. Cap. 1
Quòd Mahumet ignorauit quid agendum & ſentiendum, & nihil firmi reliquit. 2
Cur dicuntur ſaluati credentes Alchoran, & quòd gladius eſt magiſter. 3
Quòd Deus Alchoran uideatur Deus abſolutus: & Deus alius de quo loquitur, rebus ſit immerſus. 4
Quòd Deus Alchoran uideatur minor omnibus rebus, & ſeruus Mahumet, atq; eius conceptus. 5
Quòd Mahumet temerè cõtra Dei præcepta Chriſtum in Chriſtianis perſequitur. 6
Quòd Mahumet credat Dei præſcientiam neceſsitare ad omnia quæ aguntur. 7
Quòd finis operis Mahumet fuit ſui exaltatio. 8
Quòd Mahumet nunc ſcribat Chriſtum Deum & hominem, nunc hominem tantũ, ſic nunc ſingularem Deum, nunc pluralem. 9
Quòd Mahumet continuè uariat, ut in exemplis. 10
Contra id quod lex Alchoran ſit lex Abrahæ. 11
Quòd Alchoran malè dicat Abraham fuiſſe idololatrã, & uera hiſtoria ponitur. 12
De promiſsione facta Abrahæ fideli. 13
Quòd pactum Dei & Abrahæ excludit Iſmaelitas, & in Chriſto mediatore concluditur. 14
Quòd non niſi Chriſtianus trinitatẽ in unitate adorans, Abrahæ filius eſſe poſsit. 15
Quòd Arabes legem Abrahæ penitus ignorent, & eius ſint perſequutores. 16
Perſuaſio quòd Soldanus mandet Mariam uirginem Θεοτόκον credi, & lumen Euangelij amplecti. 17
Ad Califfam de Baldach, quòd Iudæi de Abraham appoſuerũt in Alchoran. 18
Oſtenſio ſine Chriſto non poſſe fœlicitari. 19
Oſtenſio Chriſtum meruiſſe Chriſtianis immortalitatem. 20
Declaratio ſimilitudinis Adæ & Chriſti. 21

De Alchoran, & quod Deus uerus non ſit author eius. Cap. I.

IStliber legis Arabum Alchoran ob præceptorũ collectionem, atq; Alfurkam ob diſcretam capitum ſeparationem, nominatus. Habet & alia nomina. Dicunt quidam obſeruatores libri, illum aliter in Oriente, & aliter in Heſperijs partibus diſtingui: Occidentales enim poſt orationem quę præmittitur, & mater libri nominatur: aiunt totum librum azoras ſeu capita habere 113. Orientales uerò primam azoram aiunt durare uſque Soretamram, quod eſt quintum cap. in libro Hiſpaniarum Hic liber ut in Hiſpania legitur in Latinum uerſus, per nos uiſus eſt: & ubi de hoc libro legis quicq; allegamus, illud in Latino illo haberi dicere intendimus. Huius autẽ uidetur apocryphus. Aiunt enim qdã Arabes ipſum Mahumet, quendã de Arabia de genere Iſmael, cõpoſuiſſe:

Alij

http://www.obrascatolicas.com

Alijuerò dicunt, Mahumet dixisse hunc librũ in septem uiris à Deo descendisse: quos nominant. Alij dicunt mortuo Mahumet, quatuor differentes & discordantes Alchoranos, per quatuor quos nominant sibi aduersantes, compositos. Dicunt etiam quidã hunc qui in usu est Merbam filium Elheken composuisse, & alios igni tradidisse. Fertur etiã Elgaguirũ potentẽ 85 sententias detraxisse de libro, et totidem alias addidisse. Legimus in Chronica Mahumet & regum suorum successorum, quo modo Gomar secũdus rex post Mahumet, ordinauit orationes feri in singulis templis in mense Remadam: & Alchorã cõpleto mẽse perlegi. Cui succesit Oodiner, qui auxilio aliorũ integritatem Alchoran primò collegit. Ex quib. certũ est, licet Mahumet aliqua præcepta ex testamẽto & Euangelio collegerit, quæ præcepta Dei seu Alchoran dicebãtur: tamẽ liber iste in sua integritate post eius obitum collectus est. Liber uerò ipse in primo cap. sic dicit. Omnis aduersarius, Gabrielis hunc librum tua cordi per creatorem intimãtis, ipsumq; diuino præcepto tuis cõmissum manib. &c. Hęc ut Dei uerba ad Mahumet leguntur, & sæpissimè in libro; eadẽ sententia repetitur, quæ uult solùm Deum creatorem autorem libri esse. Sed ut sapientiores Arabes & uerę historiæ habent, & liber ipse atq; nomẽ Alchoran ostẽdit: tũc est collectio quorundã præceptorum, & quæ quidẽ collectio, nullo modo Deo uero attribui potest. Vnde ipse colligeret, qui est ipsa sapientia? Oportet igitur quod collectio, quæ non potest nisi in tẽpore fieri, nequaquàm Deo ascribatur, cuius operatio est supra omne tẽpus sine successione. Cui igitur debet ascribi collectio nisi homini, qui de diuerlis scripturis collectionẽ facit, & collecta ut uult appellat quemadmodũ hęc collectio Alchorã dicitur? Ideò quidã sapientes, libri defensores, aiunt collectionẽ esse humanã: intimationem uerò Dei per Gabrielẽ esse. Verũ est collectionẽ hominis esse, sed quod Deus creator uniuersi, per Gabrielẽ ipsum librum intimauerit cordi Mahumet, non potest esse uerum: cũ illa in libro contineantur, quę ob suã turpitudinem, iniustitiam, et notam mẽdacij, & cõtradictionis, Deo sine blasphemia ascribi nequeãt. Alius igitur erit author eius q̃ Deus uerus, nec potest esse nisi Deus huius sæculi. Hic enim est qui excæcat mẽtes infidelitũ, ut nõ fulgeat illuminatio Euangelij glorię Christi, qui est imago Dei inuisibilis: quib. cũ Euangelium sit opertũ, ipsi pereunt, ut Apostolus Corinthijs scribit. Hic falsus Deus seu princeps huius mũdi, qui à principio est mẽdax-per aliquem suorũ angelorum, qui speciem lucis & nomen forte Gabrielis assumpsit, inueniens Mahumet hominẽ idololatram, Venerẽ colentẽ, & omnia quæ huius mũdi sunt concupiscentẽ, ad hoc aptissimũ, per ipsum principaliter & eius successores mendosam Alchorã collegit, cui hæreticos Christianos, & peruersos ludæos, aptos ad hoc cõsiliarios adiunxit. Vti sunt Sergius Nestorianus, & Iacobita Baheira, & Iudei Finees, & Abdia nomine Salõ, postea dictus Abdalla, ut ueræ historiæ de hoc apud Arabes reperiũtur. Et licet multa testimonia uideatur continere de laude ueteris testamenti, & Euangelij, & Prophetarum Abrahæ, Moysi, & maximè Iesu Christi filij Marię uirginis: tamen cum filijs omnibus, quò ad uerum & salutarem finem contradicat (ut infra patebit) potius ad decipiendum hæ laudes positæ creduntur.

Sergius
Baheira
Finees.
Abdias.

Quid continet Alhoran secundum eius laudatores, Cap II.

Dicunt autẽ sequaces Mahumet, bona intentione Alchoran scriptũ, & continere Mahumet orphanũ, erroneum seu idololatrã, atq; pauperẽ, legis & scripturę penitus ignarũ, solum natiuam Arabũ linguam scientem, multas uxores habentẽ, à Deo misericordiã consequutum, diuitẽ, & magni cordis subtiliũ capacis, & alti nominis factũ. Quẽ ipse Deus doctorẽ rudis gẽtis Arabicę et idololatrę cõstituit, legatũq; suũ ad ipsas creauit, & eis Prophetã præposuit: absq; tamen manifesta miraculorũ potestate, ut gentẽ illã sibi cõmissam ab errore in uitam reduceret. Et reuelauit ei Deus, ut fidem Abrahę uiri iustissimi (qui à Deo rũ cultura recedẽs, unum solũ Deum uniuersorũ creatorẽ adorauit) acceptaret, & ab Arabib. acceptandam suaderet, absq; tamen uiolenta coactione, prædicaretq; illum solum & unicum omniũ creatorem, et non alium esse imperatorẽ & regem uniuersi, omnium

omnium bonorum datorem, omnipotentem, uitæ & mortis dispensatorem, sapientẽ, incorporalem, incompræhensibilem, & interminalem seu infinitum, pium & misericordem, ueniæq; datorem omnibus fidelibus ipsum adorantibus & inuocantibus. Qui in die illa tremendi iudicij, quæ erit omnium terminus, resuscitabit mortuos ea facilitate qua ipsos creauit, & iudicabit inter bonos & malos, dans fidelibus & credulis secundum merita sua, perpetuam Paradisi omnium uoluptatum & desideriorum mansionem, & uitam optimam: incredulis uerò et malis, iuxta demerita cuique gehennam & perpetuam pœnam. Librum uerò Alchoranum à Deo descendisse dicunt, cuius libri mater & ueritissimum fundamentũ, fides premissa unius Dei, & reditus omnium ad ipsius terribile iudicium, affirmant. Alia autem quæ in ipso libro continentur, quędam aiunt probationes illius fidei, quædam uerò leges Arabũ, quas secundum librum illum creduli Arabes seruare tenentur, si Deo quem colunt obedire, & in eius gratia perstere uolunt, & iuxta merita fœlicem assequi in Paradiso remunerationem, Vnde omnes hanc fidem tenentes, mussilmannos scilicet sanæ fidei appellant, siue sint homines, siue angelici, aut dæmones. Hanc igitur fidem dicunt necessitate salutis, omnes qui ignem ęternum uitare uolunt, tenere oportere, in quam omnes (ut aiunt) præteriti Prophetæ consentiunt. Ideò liber ille, nulli Prophetarum contradicit, sed approbat eos, & confirmat libros à Deo ipsis traditos: scilicet testamentum Moysi, psalterium Dauid, & Euangelium traditum Iesu Christo filio Mariæ uirginis, Concludens, omnes prædicta credentes, & legem in libris legis suæ scripturam obseruantes, liberari à gehenna. Dicunt quomodo omnibus gentibus Deus natiuos nuncios miserit, & eas commonuit quid credere & quid agere ipsas oportet, ut in die iudicij inter bonos connumerentur, & Paradisum plenum gaudij assequantur, ne causam habeant tunc se excusandi, non recepisse doctorem & commonitorem: quodq; illis Dei nuncijs credere debebant, & diuinis per eos promulgatis præceptis obedire, in quo decipi nõ poterant. Quomodo enim Dei uerbi parendo, in Deo cõfidens qui est ueracissimus, quisquã in die illa se posset reperiri deceptum? Quare concludunt, quod si uarietas legum uel rituum, in identitate fidei in uarijs gentibus, per Dei nuncios præcepta reperiatur: hoc quidem obedienti, nequaq; quò minus apud pissimum atq; iustissimum iudicem condignum præmium assequatur, obesse poterit. Enumerat autẽ Prophetas & Dei nuncios quibus credendum erat, Abraham, Ismaelem, Isaac, Iacob, Moysen, Christum, et alios plures Hæc est summa continentiæ Alchoran, secundum libri illius laudatores.

Quid continet Alchoran, secundum iudicium perfectorum. Cap. III.

Sed qui tam inter Arabes q̃ Christianos perfectionẽ dono Dei assequuti sunt aduertunt, quoniã sub pretextu huius eradicationis idololatriæ, asserit Christum nec Dei filium, nec crucifixum. Et q̃ hæc adiectio, uidetur totius libri intentio: scilicet quòd Christum seu Messiam, nec Dei filium, nec crucifixum persuadeat. Quoniam Christum filium Dei esse, & in cruce mortuum, est fides illa quę uincit diabolum & mundum, & sola est uera & perfecta. Et nulla fides præter illam resistere potest diabolo, & dare uictoriam & immortalem uitam fideli, in regno cœlorum intellectuali & incorruptibili. Ideò hoc medio Sathan, de mundo ipsam Euangelicam fidem omnino eliminare conatur: quemadmodum uidemus multa Christianorum regna, iam à fide uera Christi recessisse, & Arabum legem acceptasse. Scimus autem tam ex Euangelio quam Alchoran, Mahumet non posse præualere, sed Christus demum uincet, ut infra patebit. Multi etiam Christiani sub principibus sectæ Arabum, Christo deuotiùs seruiunt, & infiniti Christiani renegati: & Arabes & eiusdem legis cum ipsis, timore gladij fingentes se illius sectæ, in hora mortis profitentur se Christianos: sic finaliter omnes facient.

http://www.obrascatolicas.com

Quod Alchoran fide careat, ubi ſacris ſcripturis contradicit. Cap. IIII.

DIcit autem quidam ſapiens attendendum, quomodo neceſſe fuit Mahumet, qui nullam præter Arabicam linguã ſciuit, nec legendi artem nec ſcribendi habuit, etiam ſi eloquentia Arabica rythmica & poetica præ cæteris pollebat, quia præ cunctis Arabicis libris Alchoran laudatur: habuiſſe ludæos & Chriſtianos, qui illi in Arabica lingua ea quæ in ueteri teſtamẽto, Pſalterio, atq; Euangelio continentur, referrent. Nam in alijs ſacris literis per Alchoran approbatis & confirmatis, tanq; lucidis & perfectis doctrinis eum peritum eſſe oportebat: cũ ſint Alchoran ſubſtãtia, & præſuppoſitum: Et nominantur ſupra aliqui ex illis qui ei adhæſerunt. Sed cũ illi hoc obijceretur q; ſic inſtrueretur, cecidit in faciem ſuam, & contractæ ſunt manus eius & pedes, & ſocij cooperuerunt ipſum ueſtibus ſuis. Qui ad ſe rediens dixit: Deus miſit corripere uos de ſermone quẽ dixiſtis, quod tales me docerent. Et legit unã ſententiam ex azora eluael, quod interpretatur palma, quæ ſic habet: Scimus quod ipſi dicent, quod inſtruet eũ homo lingua eorũ qua loquuntur Perſica. Hæc autẽ Arabica patens eſt. Ex hoc dixit: quomodo poteſt dici quòd illi me inſtruerent, quorũ unus Perſicus, et alter Hebræus eſt? qui dixerunt ei: poteſt eſſe quod lingua ſua loquantur tibi & exponãt, & tu lingua tua omnia rectifices? nec inuenit reſponſionem. Ecce ipſum Mahumet à diuerſis inſtructum. Et quia eo tunc quando Mahumet poſt Chriſtum annis 624. tempore Heraclij Imperatoris incepit, multæ hereſes circa Euangelij & ueteris teſtamenti intellectum dudum exortæ fuerunt, Synodaliter reprobatæ: eſt uerißimile ad ipſum plures confluxiſſe, qui puritatem intelligẽtiæ dicturarũ ſcripturarum, permixtam cũ nouitatibus opinionum minùs uerarũ habebãt, et ſcripturas ueteris teſtamenti cũ Talmuthicis narrationibus, & Euangelij claritatem cũ apocryphis libris, permiſcebãt, et prout ipſum uſum fuit, ipſi Mahumet recitabãt. Fertur etiã ſupra nominatos ludeos ſe Mahumet cõiunxiſſe, ut impedirent ne pfectus fieret Chriſtianus. Ex quo & poetico ſcribendo modo eueniſſe aiũt, rarò cõcordẽ hiſtorias in Alchoran deſcriptas, cũ ipſis in ueteri teſtamẽto & Euangelico poſitis. Sed cõtra hęc (ut aiunt) nititur Mahumet reſpondere, ſe non niſi à Deo informatũ, uolenſq; excuſationẽ adducere, dixit 25. Cum ſit hæc (ſcilicet in Alchoran) alicuius uerbi pro uerbo mutatio, Deo cõpoſitionem ſuam ſciente: dicunt increduli, tu quidẽ non es niſi mendax cum adeò uerba tua uaries. Sed huius rei plures ſunt inſcij: ipſe nãq; Deus, & ſpiritus benedictus, hunc librũ ueraciſſimum compoſuerũt. Sed hęc excuſatio conficta & mẽdax non ſufficit, quin libri compoſitor uarius reperiatur, quòd de uero & incommutabili Deo aſſerere, blaſphemia eſt. Neq; dicimus uariationẽ ſi ſit uerborum aliqua mutatio, ſtante identitate ſententiæ: ſed ubi ſententia Alchoran non eſt eadem cum Euangelio aut ueteri teſtamento, tunc enim nequaq; excuſabilis eſt Alchoran, quin concedi oporteat Deum illa non tradidiſſe. cũ non concordent cum prioribus diuinis, & per Alchoranum approbatis libris. Puta, ait in Alchoran uirginem Mariam matrem Ieſu, ſororem Aaron & filiam Amram: certiſsimũ eſt illum qui hæc Mahumet narrauit erraſſe & ueram Euangelij hiſtoriam ignoraſſe. Cum maria filia Amram ſoror Moyſi et Aaron, mortua fuerit annis plus mille, & in deſerto ſepulta ante uirginem Mariam, matrem Ieſu Chriſti glorioſam, quæ ut in eodem legitur Alchorano, fuit tempore Zachariæ patris Iohannis Baptiſtæ. Et cum hæc non ſemel ſed pluries Alchoran dicat hoc unicum exemplum ſufficit, errorem reperiri in libro, & ideò Dei compoſitionẽ non eſſe. Adhuc dicit cap. 75, de Maria in fine. Maria ſe dirigendo nil malitiæ ſeu prauitatis operata eſt. Vnde animam inflauimus illi noſtra uerba librumq; confirmanti, et in bonitate perſeueranti. Certum eſt Mariam ante Alchoran penè ſexcentis annis mortuam, quomodo tunc confirmauit librum Alchoran, de quo tamen Arabes ipſum loqui intelligunt. Sic erat in cap. 55 in recitatione illa quando Moyſes uenit ad Pharaonem, ubi Pharao dicit, ſe Moyſem in ſua domo nutriuiſſe. Nam ille Pharao qui Moyſem nutriuerat, diu mortuus fuit ante reditum Moyſi ad Aegypum. Exodi 4. Fuit

4. Fuit enim quadraginta annis Moyſes in Madiam, quo tempore obierat. Talia plura reperiuntur diſſona à ueritate ſacræ ſcripturæ, à Deo ante Mahumet traditæ, & Alchoran præferendę. Nec Alchoran hoc negat: ſic enim cap. 91. dicit: Si de mandatis tibi miſsis quicquam dubitas, anteceſſorum tuorum libros legendo, ueritatem tibi miſſam agnoſces, ne ſis ambiguus, nunc negans, nunc affirmans. Ecce iubet in dubijs recurri ad libros priores: qui etiam admittit, quòd ueriores ſeu meliores libri oſtẽdantur, & illis ſtetur. Sic nec cap. 30. dicit. Recentes te magnum affirmantes; tu dic librum iſto meliorem, ueſtrum dictum affirmantem afferre, eumq; beneuole ſequar. Ecce quomodo nunc uult affirmare Alchoran Euangelio proferendum. Non ſunt, igitur ea quæ in Alchoran continentur ut Dei uerba acceptanda, quando prioribus à Deo traditis & per Alchoran admiſsis libris, aduerſantur.

Quod Euangelium ſit Alchoran præferendum. Cap. V.

DEſcendentes itaq; ad magis particularia, ut deueniamus ad id quod intendimus, ſcilicet Euangelium Alchoran præferendum: dicimus eum qui Alchoran in Hiſpania in Latinum uertit, referre in principio. 5. cap. ſeu ſoret amram ſic haberi: Deus pius & miſericors, uiuus & altiſsimus, præter quẽ non eſt alius, qui prius Vetus teſtamentum, deinceps Euangelium rectas uias hominibus tradidit, poſtremò librum ueracem uidelicet Alfurcam ueſtræ legis confirmatorem, deſuper uobis tribuit: iſteq; continet uerba quædam firmiſsima & infringibilia quæ ſunt libri mater & materia, quædam uerò alia, & reliqua. Ecce quomodo Vetus teſtamentum & Euangelium rectas uias dicit continere, & confirmat ipſa. Alfurcan uerò dicit ueracem, & continere quædam firmiſsima quæ ſunt mater & materia libri & quæ illa ſint ſupradictum eſt. Et continentur in oratione in principio libri, quod principium mater libri nominatur, ſcilicet quod ſit unus Deus creator adorandus ac timendus, & terribilis iudex in die ultimi iudicij, quando eſt reſurrectio, alia non habent illam firmitatem infringibilem. Quare ubi diſcordant cum ueteri teſtamento uel Euangelio, potius ſtandum illis. Ad idem attentè aduertendum, quomodo in Alchoran legitur, Deum ludæis dixiſſe cap. 12. Chriſtum Mariæ filium, cui commiſimus Euangelium, quod eſt lumen & confirmatio teſtamenti ac caſtigamen, & recta uia timentibus Deum, ad ueſtræ legis complementum miſimus. Alibi ſæpe nominat Euangelium lucidum, & aliquando ſplẽdidiſsimum. Cum ergo hoc ita ſit, quod Euangelium in ſe omnia neceſſaria ad ſalutem contineat, & ſuppleat ad legem ueteris teſtamenti quæ ſupplenda reſtabant: nihil igitur in Alchoran reperitur; quod ſit neceſſarium ad ſalutem, ultra id quod in Euangelio continetur: & non eſt aliquid neceſſitatis in ipſo Alchoran, quod non ſit Euangelio conforme. Ait etiam quidam deuotus & Arabicæ linguæ peritus, qui in baldach ſtudio Alchoran operam dedit, in ca. elmeide ſic haberi: Limitauimus ueſtigia hominum per Ieſum filium Mariæ ueraciſſimum patenter, & dedimus ei Euangelium, in quo eſt directio & lux & ueritas manifeſta. Ex his patet Alchoran Arabes ad Euangelium remittere, tanquam ad lumen & rectam uiam Deum timentium. Dicit enim in Alchoran: Sciendum quidem uiros legum, nullius legis fideiue perfectionem aſſequi, niſi teſtamenti & Euangelij, ac huius libri à Deo poſiti præceptis pareant. Nec hoc poteſt de illis Chriſtianis intelligi, qui lucidiſſimum librum Euangelij ſequuntur: cum ipſe in pleriſq; locis atteſtetur, illos Chriſti diſcipulos in albis ueſtitos, perfectiſsimos eſſe. Oportet igitur ut de ludeis & Arabibus, qui ſunt uiri legum, intelligatur: Mandatur etiam 70 cap Alchoran, quòd omnes boni Deo ſeruiant; ut Chriſtus Ieſus Mariæ filius perſuauit. Si igitur ad hoc boni Chriſtiani nitũtur, ut faciant quemadmodum ibidem Alchorã continet: certiſsimum eſt ipſos ab illis qui Alcoran credunt, irreprehenſibiles eſſe.

Quod Euangelium ſit lux ueritatis Alchoran. Cap. VI.

ALchoran dici non poteſt ſufficere & uia recta eſſe, niſi includatur in ipſo Euangelium, & ſolũ illud conſtat lucem ueritatis, & rectæ uię in Alchoran dici debere, quòd Euangelio conſonat. Nec de Euangelio hæſitabat autor Alchoran. Allegat enim paſſus & continentias Euangelij de eo, quòd Chriſto

http://www.obrascatolicas.com

parabolas exponenti, aliqui abierunt retrò, de grano frumenti, de cæco nato, & alijs: Illud enim Euangelium de quo loquutus est, & allegabatur per ipsum in partibus Arabiæ, & undiq; reperitur: etiam fortassis hodie & prius scriptum in alio antiquo uolumine q̃ Alchoran, conficeretur. Et cum ab initio fidei Christianæ, per tot centenos annos ante Mahumet Euangelium mundo publicatum & hucusq; inuariatum maneat, de quo Mahumet tunc legitur dubitasse: mirandum est, cur Arabes pro intellectu Alchorã generaliter non addiderint studio & lectioni Euangelium. Sicut multi sapientes eorum, secretè Euangelium summa deuotione amplectuntur, cum sine eius scientia nihil perfectè ex Alchoran trahere possint: sed ut quidã peritus ait, alia causa non est, nisi quia sapientes eorum sciunt, quòd falsitas Alchorã de facili deprehenderetur, si ad legendum sacros & ueraces dictos libros, admitterẽtur. Vnde & si quis rectè considerat, illi nationi Arabum non fuit legatus necessarius, ad aliam q̃ ad Euangelij fidem & legem docendam. Post enim Christum, omnium Prophetarum etiam secundùm Alchoran altissimũ, & librum Euangelij omniũ librorum perfectissimũ: nihil melius restabit à Deo expectandũ. Hinc si qd pulchri, ueri, et clari in Alchoran reperitur: necesse est quod sit radius lucidissimi Euãgelij. Et hoc uerũ uidet qui Euangelio lecto ad Alchoran se transfert. Vnde contẽptus huius mundi, & prælatio futuri seculi, persuasio iustitiæ, & operũ misericordiæ; diuini & proximi amoris unde uenditio omnium suorũ, etiam animæ ipsi Deo maximi lucri conuincuntur. Vnde habetur, quod mori pro Deo sit uiuere æternaliter, unde uirtutum dilectio, usurarum, homicidiorum, periuriorum, atq; fornicationum, alienorumq; concupiscentię prohibitio, in Alchoran suæ claritatis splendorem receperunt, nisi ex Euangelica perfectione & conuenientia? Cur alia multa, quæ circa uoluptatum sensibilem & immunditiam carnis promittuntur in Alchoran, tenebrosa & tetra uiliaq; ab omnibus sapientibus etiam Arabibus reputãtur, nisi quia Euangelicis promissis discordant? ut infra latiùs dicetur. Lucet igitur Euangelij splendor in Alchoran, illis scilicet qui spiritu Christi ducuntur, etiam præter intentionem auctoris, sed non ipsi lubrico Mahumet, & illis Antichristis, qui hoc sæculũ futuro præferunt, & nihil bonum iudicant, nisi huic mundo & eorũ concupiscẽtijs conformetur. Illi putant Deum auctorem Alchoran, sua corrupta desideria confirmare, nõ aduertentes nihil uetiri esse, quod Euangelio contradicit.

Quòd elegantia dictaminis, non probat Alchoran Dei esse dictamen. Cap. VII.

NEc debet quenquam mouere id quòd dicit alibi, librum Alchoran non potuisse, nec ab omnibus hominibus, nec dæmonibus componi, ob ipsius admirabilis dictaminis elegantiam, ac quòd ideò diuinus censeri debet. Esto enim quòd hoc donum Mahumet habuerit, quod censetur per alios Arabes singulare, diuinum, & inaccessibile, & hoc arguat ob pulcherrimum dictamen, dulcedinem, & blandiciem sermonis stupendam, & cunctis mirabilem, librum Dei donum esse: non tamen propterea est affirmandum, omnia quæ in ipso conscripta sunt Dei uerba esse, qui uerax est, & stabilis, & sibi nequaq̃ contrarius. Vnde cũ multa in Alchoran de ijs quæ in testamento & Euangelio habentur, adeò uarientur q̃, simul cũ prædictis uera esse non possint: utiq; Deo ignorantiã & inconstantiam atq; mendacium ascribi oporteret, quod tamen etiam in id Alchoran pro maximo peccato habetur. Quòd autẽ dulcis sermonũ compositio non concludat dicta uera, patet ex tertio cap. Alchoran, ubi sic dicitur: Plures eloquij melliflui, quorum uox cordi non consonat, Deum sui cordis testem inuocant, cum ipsi tamen pernicies, gentiq; flagitium, fructibusq; pestem inducere nitantur. hi tales gehennæ puteo, pœnis undiq; uexati sepelientur. Sed si ut sequaces Alchoran aiunt, admitteremus librũ Alchoran finem & intentionem esse, nõ solùm non detrahere, nec Deo creatori, nec Christo, ne Prophetis ac legatis Dei, nec libris diuinis testamenti, Psalterij & Euangelij, sed gloriam dare creatori, laudem & testimonium Christo Mariæ uirginis filio super omnes Prophetas perhiberi, testamentum & Euangelium confirmare & approbare

probare, cuius contrarium omnes sapientes & zelosi credunt, ut supra patuit: utiq; tunc cum hoc intellectu Alchoran legens, licet uaria occurrant quæ offendãt legentem, quasi ille liber ob suam contrarietatem quam tam in se habet quam cum Euangelio & testamento, non possit Dei esse, ac quod Mahumet uir muliebris, lubricus, totus huius mundi & sensibilium amator, de peruersa idololatria & ignorantia ad legationem Dei & Propheticum spiritum sine potestate miraculorum à Deo assumptus non debeat credi, nec ipsius simplici relationi stari, quem inconstans & uarius reperitur & Dei arcana se ignorare confitetur, & multa fortia argumenta, quæ in Alchoran contra Mahumet in uarijs obijciuntur, & non soluuntur: tamen quando hęc omnia sic considerantur quod prædictæ intentioni seruiant, tunc aliquis elici potest fructus. Puta cum quis legit uitam Mahumet quæ in Alchoran scribitur, statim intelligat ideò illam Deo permittente insertam, ut sciatur ipsum nõ esse nec Christo, nec Moysi, nec alijs Prophetis comparandum, & multò minus præferendum. Quando enim comparatur uita, & scientia aliorum Prophetarum, ad uitam & scientiam ipsius: statim uidetur nullum debere potius sequi Mahumet quam Christum, quod etiam Alchoran manifestè confitetur.

Quòd Christum sequentes omnibus præferuntur. Cap. VIII.

ADmittit Alchoran, Christum sequentes præferri omnibus: cum Christus sit omnibus sanctissimis Prophetis suprapositus. Ait enim sic fictus Deus in Alchoran cap. 4. Omnium Prophetarum alio super alium per me sublimato & eorum quibusdam cum Deo loquutis: Christo Mariæ filio animam nostram propriè conferentes, uim atq; uirtutem præ cæteris prębuimus. Ecce ait, præ cæteris prębuimus. Si igitur Prophetas nobis à Deo missos audire & sequi tenemur. prę cęteris utiq; Christum sequi tenemur. Hoc clarissimè Alchoran ex intentione intendit, Christo scilicet potius adhærendum. Dicit enim alibi Alchoran, Christum dixisse: Timentes Deum me sequimini: Deus enim meus uesterq; Dominus est quem adorantes, recto proceditis tramite. Et subiungit: Quomodo uiri albis uestibus induti ipsum sequuti, alijs omnibus per Deum suprapositi sunt. Et alibi scribitur ut supra allegauimus, Euangelium esse lumen & confirmationem testamenti & castigamen, & rectam uiam Deum timentibus, & legis complementum. Ecce Christum & eius Euangelium sequi lumen, & ire per rectam uiam Deum timentium. Et iterum alibi: Iam diuina ueritas nobis data, rectam uiam proficiscentibus ostendit, cuius obseruatio, salutem obseruantibus generat, error quidem detrimentum. Ecce diuina ueritas utiq; per Christum in Euangelio est patefacta. Alibi de eodem sic ait: Tandem Christo Mariæ filio misso, cuius sequaces ipsi penitus obedientes, corda constantia & humilia atq; fidelia gesserunt, nos Euangelium dedimus, non ob aliud nisi ut per ipsum Dei dilectionem atq; gratiam assequerentur: sed non ut dignum erat, obseruauerunt. Et licet plures eorum sint increduli, eorum tamen credentibus meritum debitum & maximum tribuimus. Iterum alibi: Omnes boni Deo seruiant, ut Christus Iesus Mariæ filius persuasit, interrogans uiros albis indutos uestibus, quis mihi subueniet ex parte Dei me sequendo? responderunt illi, nos. Quidam autem filiorum Israel crediderunt, quos cæteris incredulis manentibus, longè super illos extollimus. Iam satis ostendimus ex Alchoran Christum potiùs quam Mahumet, & Euangelium potiùs quam Alchoran sequi oportere. Nunc descendentes inquiramus, an omnia quæ in Alchoran scribuntur, tendant ad gloriam Dei. Omnes enim homines creatos esse ad glorificandum Deum, Alchoran attestatur. Videtur autem qui plures Deos ponit, uelle Deo suam claritatem & gloriam obfuscare. Ideò ponere Deo socios, participes filios, alios Deos: est gloriæ magni Dei detrahere, & confundere atq; diuidere uniuersum, & cuncta in scismate & in confusione & malo ponere ut Alchoran declarat, secundùm intellectum quem Arabes libro attribuunt.

http://www.obrascatolicas.com

Quòd Alchoran malè dicat Christianos incredulos. Cap. IX.

CVm tu auctor libri Alchoran solùm Deorũ pluralitatem damnes: cur Christianos qui Christum filium Dei credũt, incredulos dicis? Nónne postquam Alchoran pluries negauit Deum filium sumpsisse, se in. 32. cap. sic resoluit dicens, Deus nequaquam filium seu participem sumpsit alium Deum: tunc enim quisq; cum suis facturis ueniẽs, in alium insurgeret. Dicit alium Deum, in quo declarat Christianos non esse incredulos, si dicunt Christum Dei filium non esse alium Deum. Inquantum enim gloriæ Dei non detrahit societas, participatio, & filiatio: Alchoran secundum uos non intendit illa de Deo tollere, cui nihil perfectionis deesse potest: sed inquãtum illa dicunt alium Deum, & illi uel illis gloriam illam soli creatori debitã tribuunt, tunc detrahunt à Deo creatore suã gloriã, & alteri diuidunt. Nec manet Deus creator Deus, quando nõ habet omnẽ gloriã, & maior gloria ¦esse posset. Ideò nulla ratione hoc dici potest: implicat enim contradictionem plures esse Deos, quando sequitur nullum esse Deum, cum quisq; careat summa gloria quę soli Deo conuenit. Alchoran huic sententiæ secundum uos consentit, & ait omnes Prophetas in hoc concordare: nec in hoc Christiani & Iudæi contradicũt. Et alchorã dicit, Mahumet missum ad Arabes idololatras, ut eos ad cultum unius Dei creatoris ducat. Si igitur Mahumet est ad hunc finem tantum missus ad idololatras suæ nationis, cur Christiani persequutionem patiuntur, qui nec sunt Arabes, nec plures Deos colunt? Patet satis Alchoran secundum etiam intellectum quem ipsi Arabes tribuunt, non negare, quin Deus habeat filium seu filios, dummodo non sit alius Deus aut alij Dij. Christiani enim & Iudęi non sunt repræhensibiles in eo, quod in oratione ad Deum creatorem & originem omnium, nominent ipsum patrem: & quemadmodum hoc tam in ueteri testamento quam Euangelio legitur, liber Alchoran non intendit negare, nisi quod sibi absurdum uidetur, homines se Dei filios appellare, Sic enim ait cap. 12. Vos Iudæi atque Christiani si Dei filij eiusq; dilecti estis, prout uos dicitis: cur uobis culpas atq; peccata gerentibus, pœnas & malum ingerit? Certè uos nihil aliud quam homines estis, à Deo ueniæ mercedisq; maximè datore, ad quem omniũ erit reditus, creati. Videtur ex hoc, ipsum arguere præsumptionem & modũ dicendi, quasi filiatio dicat consubstantialitatem. Sed ubi non intẽditur, non negat. Et quia in testamento ueteri ac Euangelio nusq; legitur, Christum aut alium quemcunq; sic filium Dei appellari, q; sit alius Deus à patre creatore, nec probationem Alchoran retellit quisq; Christianorũ, scilicet Deum non posse sumere filium, neq; ab uxore, cum non habeat, neq; si sumeret nobilissimam creaturam in filium. Non enim esse potest creatura eiusdem naturæ cum creatore, sicut necessariò filius existit etsi assumeret Deus filiũ: utiq; cum in tempore fieret talis assumptio, filius creatura esset. Concludit igitur Alchoran, impossibile esse Deum habere temporalẽ filium: quam conclusionem Christiani nequaq; impugnant. Negat autem Alchoran Christum filium Dei, licet ipsum exaltet supra omnem Prophetam. Interrogo autem te subditum libro Alchoran: cur negatur Messias filius Dei, cum in Euangelio per te approbato, sępius legatur, Christus Dei filius. Fortè dicis ex Alchoran, Christum coram Deo ad rationem positum, q; se Deum nominauerit hoc constanter negasse, ideò huius contrarium in Euangelio reperiri, nequaq; admittit. Non tam admiramur quando Christus coram Deo de hoc inculpatus sit, quod se Deum nominauerit & quomodo præsens fuerit Mahumet, qui Deum inuisibilem ut ipsemet fatetur nunquam uidit, q; plane irridemus. Ignorabat ne Deus ueritatem: & Christo falsum imposuit: aut si ueritatem, tunc primò sciuit postq; Christus se excusauit: nónne secundum Alchoran Christus est in carne mortali uiuus, in quodam loco amœno aquis irriguo, & ait ipsum uenturum denuò in hunc mundum, demum moriturum, & surrecturum: & in iudicio futuro rationem operum suorum redditurum? quomodo hæc concordant, hæc esse facta quæ in futuro iudicio secundùm Alchoran fieri expectantur. Nonnè dicit Alchoran, nullum uiuum hominem Deum accedere, & cum eo colloqui posse? Ecce quod huic dicto Alchoran non est fides adhibenda. Et ut hoc ex textu

textu Alchoran uerum uideatur, aduerte sic in textu dici ex cap 13. fictitio Deo dicente. O Iesu Mariæ fili, tu persuades hominibus, ut Dei loco te matremq; tuam Deos habeãt & uenerentur. Respondit Iesus: Nolit Deus ut quid præter uerum dicam: & si protuli tu nosti, quia tu omnium secreta cordium noscens, mei cordis arcanum penetras ego uero nequaquam tui. Tu scis itaq; nil hominibus nisi mandata tua dixisse scilicet quod te Deum meum & suum inuocent & adorent, quorum quamdiu tibi placuit testis affui. Nunc autem tu qui es testis omnium, postquam ab illis ad te me sublimasti, eorum cognitor existas: quibus si malum feceris, geris tua sunt: si condonaueris, tu es incompræhensibilis & sapiens. Dicit Deus: Nunc instat dies quo sua uindicis ueritas perficiet. Eis etenim ueniam quoniam me sequuti sunt, quod ipsis præ cæteris lucrum est maximum, & Paradisum aquarum fluxu dulcissimum ubi perseuerent, tribuam. Ego namq; omnipotens Deus, cœlo & terræ, & uniuersis quæ eorum capacitas continet impero, Ecce textum qui nihil facit contra diuinam Christi filiationem. Sed quod Christus nunquam persuaserit se & matrem loco Dei uenerari, nec id Euangelium habet, nec Christiani credunt. Non enim uenit Iesus, nisi ut daret gloriam Deo patri suo, & suam nequaquam quæsiuit.

Quòd clarè ostenditur Christum esse Dei filium. Cap. X.

DIceret Arabs, Si Christus Deus fuisset, utiq; cum Iudæi dicerent, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum non excusasset se, allegando in lege Deos dici, ad quos sermo Dei factus fuit, sed clarè respondisset. Dicimus eum clarè respondisse, aiebat enim: Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit in mundum uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi filius Dei sum. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis quia in me est pater, & ego in patre. Ecce q; clarè loquutus est: scilicet non esse blasphemiam si se filium Dei dixit, & ideò se tacitè Deum confessus sit. Nam si sermonum Dei capaces, Dij dicuntur: non est dubium, quin is quem pater ut pater ab æterno sanctificauit, & in tempore in mundum misit non blasphemiat, si se Dei filium appellat. Pater enim ut pater non generat nec sanctificat nisi filium: qui autem sanctificatus est à patre ante mundum, & deinde in mundum missus, utiq; coeternus patri est. Quod autem hoc cognosci possit, quantùm ad credulitatem sufficit, opera ostendunt quę nullus hominum ante ipsum fecit: ita quòd humanæ naturæ illa ascribi non possunt aut creaturæ, sed creatori. Nisi igitur pater creator esset in Christo quomodo eius opera Christus fecisset? Essentia igitur patris quæ operatur omnia in Christo erat. Et si Deus pater essentialiter est in Christo, erit Christus eius filius, quia eiusdem essentiæ. Erit igitur Christus quia filius in patre, cum extra essentiam patris filius esse non possit. Sicut si auctoritatem mittentis uideo mittentem, & equalem auctoritatem in misso uideo missum: utiq; mittens est in misso, & missus in mittente, ob equalitatem, de quo infra latiùs.

Quòd Christus non se nominat Deum, sed Dei filium. Cap. XI.

ADhuc attentè considera fidem Christianam esse, patrem omnipotentem esse Deum creatorẽ, et Christum illum Deum nominare suum patrem. Ait enim in Euangelio ad Iudæos: est pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis, quia Deus uester est. Ille benè intelligit Christum non se Deum nominasse, quia se patrem suum nominasset. Ostendit autem se satis filium Dei, quando illum semper patrem nominauit, quem Iudæi Deum dixerunt. Vnde Dei filium se nominauit & non Deum: cum nominatio Dei, sit nominatio patris Christi. Est igitur Christus filius Dei patris, & non deus pater, & est uerus filius Dei patris: ideò & consubstialis patri, licet non alius Deus quam pater. Vnde Christus non est Deus pater creans omnia, sed est Dei patris ueriſsimus filius eiusdem naturæ cum patre, per quem Deus pater creat omnia. Christus igitur non est nisi Dei filius unigenitus, & hinc eiusdem essentiæ & naturæ cum Deo patre: cum hoc sit de natura filij patris, ut sit cum eo eiusdem essentiæ & naturæ. Vt filius hominis, est eiusdem essentiæ & naturæ cu-

http://www.obrascatolicas.com

ius est pater eius,eiusdem scilicet humanæ naturæ. Sed essentia humana non est idē cum homine,ut tamen essentia diuina est idem cū Deo,ob simplicitatem maximam diuinitatis,Ideo filius hominis,licet sit eiusdem naturæ humanæ cum,patre non tamen idem homo,sed alius. Filius autem Dei est idem Deus cum patre,& non alius. Hæc clarissimè sacrum Euangelium reuelat,quod Alchoran approbat in genere,& ei in specie non contradicit,ut ex sequentibus ostenditur.

Laudes Christi ex Alchoran,& ostensio diuinitatis eius. Cap. XII.

SCribitur enim in Alchoran,Mariæ uirginis filium Iesum Christum esse,per hæc uerba:O Maria omnibus mulieribus & uiris splendidior,mundior,atq; iocundior:tibi summi nuncij gaudium cum uerbo Dei,cui nomen est Iesus Christus,qui est facies omnium gentium in hoc sęculo atq; futuro,sapiens uir optimus ab uniuersitatis creatore mittitur.Illa respondit.O Deus cū uirum non tetigi,filium quomodo habebo? Inquiunt angeli:Deo nihil occurit impossibile,omnia ut uult operanti:ipse filium tuum cum diuina uirtute uenientem,librum legiferum,omnisq; magisterij peritiam,& testamentum & Euangelium edocebit. Ille cæcos & mutos curabit:morpheaticos & leprosos mundabit,mortuos creatore cooperante uiuificabit,quæ cuncta à credentibus in Deum miracula censentur. Vetus testamentum confirmabit,sed cum diuina uirtute uenisse patefaciens,inquiet. Timentes Deum,me sequamini. Deus enim mei uestriq; Dominus est,quem adorantes recto procedunt tramite. Iterum alibi sic:Iesus Mariæ filius dei nuncius,suusq; spiritus & uerbum Mariæ cælitus missus,existit. Ecce Iesum,ecce Messiam seu Christum & uerbum Mariæ cælitus missum,hoc est à Deo cęli missum: quare eiusdem naturæ cuius Deus mittens. Non enim dici potest,quòd diuinum uerbum cum sit Dei uerbum,sit aliud quam Deus simplicissimus. Deus enim & suum uerbum non sunt duo Dij,sed idem Deus simplicissimus. Sic igitur patet Deum mittentem & suum uerbum missum,esse eiusdem naturæ diuinæ. Sed cum mittens Deus non se ipsum mittat,nec alium Deum mittat:non erit mittens missus,nec alius Deus Deus mittens,& alius missus.

Facilis ostensio,Christum qui est uerbum Dei patris, esse eius filium. Cap. XIII.

ADhuc sic. Certum est ex Alchoran,uerbo Dei omnia esse creata. Verbum igi Dei increatum est,quoniam per ipsum omnia creata sunt. Et igitur uerbum æternū increatum. Non est igitur uerbum sensibile,sed plus quam intellectuale. Intellectuale uerò uerbum per quod intellectus omnia operatur,intellectualis est conceptus:nam nisi intellectus intueatur in conceptum suum,quem intellectualiter. Sicut ædificator domus in uerbum seu conceptum intuetur,per quem ædificat. Dicitur autem uerbum,nam sicut uerbum extrinsecum sensibile,generatur à uerbo intrinseco intellectuali:sic conceptus generatur ab intellectu,& dicitur eius uerbum. Intellectualis igitur natura,omnia per uerbum suum format,& per uerbum reformat. Aedificator enim per uerbum format domum,& si ruit,per idem uerbum reformat. Deus sic per uerbum format & reformat. Hoc uerbum uocatur etiam sapientia:omnia enim Deus per sapientiam facit. Et dicit Alchoran: Christus cum diuinis uirtutibus aduenies inquit,En adsum cum sapiētia,uestras dissensiones discussurus,meq; sequendo timete Deum. Nominat igitur Alchorā id quod prius uerbum aiebat,nunc diuinam uirtutem & sapientiam:sic uerbum ratio dicitur omnia enim cum ratione facta sunt nihil enim est cuius legitima ratio non præcessit. Sic uerbum sermo dicitur,ars,seu magisterium,per quod Deus omnia facit:Euangelium uerò illud nominat uerbum,sine quo factum est nihil:& idem uerbum nominat Dei unigenitum,per quem fecit & sęcula. Sed cur potius Alchoran nominat uerbum filium quam filium,illum per quem omnia facta sunt? Fortassis ex eo quia cum uellet omnem modum pluralitatis Deorum eliminare à rudibus idololatris,noluit occasionem dare errandi illis,qui capere non poterant filiationem intellectualem aliter,

aliter quam in sensibili mundo uidetur:intellectuali uerò fœcunditati,propinquius uerbum quam filius accedit. Neq; apta loquutio est,Deum habere filium. Nam cum Deus sit pater omnipotens,omnium creator,qui omne id est quod habet,cum nihil sibi deesse possit:non est apta loquutio ipsum habere filium,quia idem uidetur acsi diceretur,Deum patrem esse filium,cum habere in ipso sit esse. Propter hoc tamen non intendebat Euangelio contradicente,nec testimonio Iohannis Zachariæ quem approbat,& ait esse confirmatorem uerbi,qui in Euangelio confirmat,Christum esse filium Dei unigenitum. Vnde cum illum quem Christiani nominant Christum,nominet Dei uerbum & Mariæ filium:tantum in hoc à Christianis uidetur discrepare.

Obiectio ex Alchoran,& eius solutio. Cap XIIII.

DIceret aliquis: nónne sic legitur in Alchoran? Pars plurima mentiendo dixit Deum habere filium:quomodo hæc non contradicunt Euangelio? Dico Alchoran se declarare,addit enim: Cœpit ne Deus filios plus diligere? quid iudicatis immemores? An uestri dicti rationem firmam habetis,librum quidem uestrum si ueraces estis in medium afferte. Ecce Deum non habere filium humano modo,Euangelio non contradicit,cum Deus sit spiritus,qui carnem & ossa non habet. Sed quòd Christus sit unigenitus Dei filius:librum Euangelio rum in medium poferte poterimus & ueraces reperiemur. Adhuc diceres: Nónne azora antepenultima sic habet? Constanter dic illis,Deum unum esse,necessarium omnibus & incorporeum,qui nec genuit,nec est generatus,nec habet quęquam similem. Respondemus illam azoram intelligi debere taliter,quod per ipsam intendit dare Deo gloriam,& non detrahere à Christo laudem. Vnde cum incorporeus Deus & deitas sint idem: si Deus de quo loquitur azora deitas intelligitur,non contradicit Euangelio,Deitas enim cum sit essentia diuina,nec est generans nec genita, nec habet aliam deitatem sibi æqualem: sed pater generat filium eiusdem essentiæ. Vnde considerare te oportet,quod licet idem sit Deus & deitas;cum simplicissimus sit penitus incorporeus & incompositus: tamen quando respicis in deitatem,nullam uides generationem:cum respicis in Deum,uides ipsam. Nam Deum patrem nominari in ueteri testamento,Psalterio,& Euangelio,clare legitur:deitatem autem non legitur patrem uocari. Si igitur Deo conuenit quod patrem nominetur,& in hoc non imponitur ei ullum mendacium:tunc cum uerum sit ipsum Deum esse patrem,non inconuenit Deo quòd Deus filius nominetur,cum pater non intelligatur pater sine filio. Etiam azora illa licet ad exclusionem plurium Deorum posita sit cum ad hoc totus liber principaliter tendere uidetur,per eius sequaces. & ad hunc finem per eos itreprehensibiles iudicetur,tamen etiam secundum ueritatem Euangelicam azora tolerari potest,Deum uidelicet nec genuisse nec generatum esse. Generatio enim in diuinis cum sit in æternitate,nunquam transiuit in præteritum,ut Deus dicatur genitus uel generatus: Sed Deus pater æternus generat Deum filium ętternum,eadem deitate Deum eadem ętternitate æternum.

Quòd Iesus quia Messias,est Dei uerus filius Cap. XV.

ADhuc dico,eó q; Alchorā dicit Iesum Marię filium Messiam seu Christum, omnia quæ Prophetę fatenē de Christo,ipse fatetur. Dicit aūt Micheas Propheta: Et tu Bethleem Ephrata,paruula,es in militib. Iuda. Ex te mihi egredietur,qui sit dominator in Israel,et egressus eius ab initio à diebus ętternitatis. Hic propheta de generatione Messię loquit,& duplicem ponit generationē unam temporalē in Bethleem,aliā ętternā. Ab initio mūdi prophetatum est,Deū Messiā saluatorē in mundum missurū. Certum est Messiam ante mūdi constitutionē esse,ut Christus de se loquēs in Euāgelio atteſtatur,ad patrē dicēs: Clarifica me pater clarita te quā habui ante mūdi constitutionē. Ecce dicit: Clarifica me pater. Vnde sit Deus Messiā missurus erat,illū,qui ante mūdi cōstitutionē clarificatus fuit:utiq; ille Messias qui ut omniū supremus et maximus saluator expectabatur Dei filius,fuit alius à patre ipsum missuro. Deus igitur erat eiusdē scilicet naturæ cū patre,ante omnē creaturam.

http://www.obrascatolicas.com

turam. Si enim tunc fuit quando non nisi natura diuina fuit, utiq; illius naturæ fuit, & ideò Deus fuit. Hinc Esaias Propheta dicebat: Deus ipse veniet & saluabit nos. tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Et sequitur ibi de semita & uia recta, quę sancta uocabitur, Euangelium sic appellans uti Alchoran. Ita Baruch Propheta, uidit ipsum Messiam Deum & Dei sapientiam uenturum, & cum hominibus conuersaturum, sic cæteri. Nec est difficile hoc uerum uideri: nam Messiam uenturum in hunc mundum, ante eius natiuitatem ex uirgine Maria, Prophetæ uiderunt, & Iudæi crediderunt, sicut & hodie uenturum credunt. Non potest dici, q̃ dum Messiam uiderunt, & illum uenturum prænunciauerunt, creaturam aliquam uiderint: sed diuinam uirtutem & potentiam mente cõspexerint, quam in hominem uenturam, & in mundo se manifesturam expectarunt, & sicut crediderunt & expectarunt, ita factum: est. Et non alius Messias de Maria natus, & alius quem uidentes seu Prophetæ uiderunt, sed iam ipse quem mente in æternitate contemplati sunt, in tempore apparuit. Neq; opus est ad præsens ut multa de Messia dicamus, cum Iesus sit ille Christus, de quo omnes scripturę loquutæ sunt, & attestãtur ipsum esse, quemadmodum Euangelium de Christo loquitur. Nec Alchoran minus de Christo intendit affirmare, quam Euangelium & Prophetæ. Vnde cum ait, ipsum summum Dei nuncium uenisse cum uirtute Dei, ac quod se cum illa uirtute seu potestate uenisse patefecerit, maxima de Christo affirmat: quo modo legatus est capax potestatis Dei ipsum mittentis, si nõ est sic summus, quo maior esse nequeat? quo modo est pura creatura, quo purior & nobilior per Deum creari non possit? quomodo poterit quę nõ est simpliciter maxima, ita quod maior per Deum fieri nequeat, & ei communicati plenitudo diuinæ potestatis?

Quòd Christus quia uerbum & legatus summi Dei, est Dei filius. Cap. XVI.

VErbum igitur, quod in uirgine Maria humanam recepit naturam, non fuit uerbum nisi omnipotens omnipotentis Dei patris, cuius incapax est omnis creatura. Rectè igitur ait Alchoran, illi sapientiam & omne magisterium ascribens, & in hoc optimè ait, quod affirmat Christum patefeciſſe mundo se cum diuina potestate uenisse, ut scilicet ipse legatus Dei, cui omnia dedit in manu potestatis eius, omne id posset quod homines à Deo petere possunt. Miracula enim quę Christus operatus est, patefecerunt in ipso esse eandem potestatem, quę est in Deo patre, qui eum misit. Et ut hanc patefactam Alchoran rudibus melius declararet, enumerat in summa curationes incurabilium morborum per homines, & resuscitationem mortuorum: etiam addens, quomodo factis de luto auibus, insufflando eis uitam tribuit: quasi diceret, nihil defuisse ei quæ Deo ascribimus. Sic in doctrinis suis Mahumet asserit: Christum ex terra in nomine patris sui, Iaphet filium Noe excitasse, ut referret gesta patris sui Noe in arca. Per quæ uerba etiam patet ipsum Christum filium Dei, quem patrem eius asseruit. Et ad quem finem hæc facta sit patefactio, Alchoran concludere uidetur, scilicet ut fidem haberent. Nam cum nullus nuncius qui est purus homo sit talis, quòd necesse sit ipsi credi, cum omni rationali creaturæ quantũcunq; ueraci, Deus ueraciorem creare possit: manet hæsitatiò, an illi quis talem fidem dare debeat, quod ipsum sequatur. Non est autem apud quemcunque dubium, Deum esse ueracem, & eius filium cum sit eiusdem naturæ, nequaquàm minus ueracem quàm Deum creatorem. Patefecit igitur Iesus se Christum & legatum, cum omni uirtute & potestate Dei, ad salutem hominum ad quos missus fuit quia Iesus ideò adiecit ut ait Alchoran: Timentes Deum, me sequamini. Deus enim meus uesterq; Dominus est. Filio enim regis unigenito, & hærede uniuersorum ad regnum misso, & patefacto quod ipse sit filius & legatus patris sui, sciunt cuncti ipsum esse summum legatum, quo pater nullum potuit maiorem mittere: quodq; ipse cum sit unigenitus dilectissimus regis patris sui filius, cum omni uirtute & potestate uenit, & ei sit penitus credendũ & obediendũ. Ille filius cõuenienter utiq; diceret: timẽtes regẽ patrem meũ, me eiusdem obediẽdo sequimini. Rex enim

enim ipse meus uesterq; Dominus est. Vnde illi qui Mahumet illa uerba in Alchoran sæpe repetisse aiunt, scilicet Christum dixisse, Deum suum & aliorum Dominũ: ad ostendendum Christum non se confessum Deum fuisse, cum dicat Deum suum Dominum, Alchoran malè interpretantur. Approbare enim Iesum esse Christum, & Euangelium esse uerum, & negare Christum esse filium Dei, implicat contradictionem. Sed optimè conuenit Christo filio Dei, nominare patrem suum, suum Dominum: quando fatebatur, se filium & legatum ad ipsius honorem & gloriam augendam aduenisse, & nequaquàm suam quærere, ut Euangelium attestatur.

Quòd testimonia Alchoran continent Christum Dei filium esse. Cap. XVII.

DIceret aliquis: quid sibi uult Alchoran ubi fatetur, quòd Christo Mariæ filio, spiritus diuinus auxilium atq; testimonium extitit. Spiritum diuinum testimonium dedisse Christo, Ioannes Zachariæ attestatur, ut in Euangelio scribitur. Ait enim: quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & manentem super Iesum, & ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit: super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Spiritus igitur diuinus, in columbæ specie super Christum in Iordane descendens, dedit testimonium quod & Ioannes perhibuit, Christum esse filium Dei. Dedit etiam in omnibus Apostolis ille spiritus & alijs sanctis testimonium, usq; ad mortẽ incluſiue, quoniam Iesus est Christus filius Dei. Quale autem auxilium dederit Christo in uirgine Maria concepto de spiritu sancto, & in omnibus qui spiritum sanctum receperunt pro arra promissionum Christi, & quomodo ille suggesserit fidelibus, ut intelligerent ueritatem eorum quæ Christus loquutus fuit, quoniam est spiritus ueritatis: sciunt qui Euangelium attentè atque sanctorum scripta studuerunt. Hoc meo arbitratu notandum, quomodo Alchoran extollit Ioannem Zachariæ, tanquàm illi cui omnino credendum: quem dicit uirum bonum, uirginem perseuerantem, magnumq; Prophetam uerbum Dei cõfirmantem, & similiter testimonium sancti spiritus allegat. Hæc omnia misericors Deus inseri uoluit, ut sic sapientes remittat ad ueritatis testimonia, ne Christo detrahat, si rudi populo hoc palàm non publicat, ob causam supra positam, Christum filium Dei. Nam etsi dixerit Deum inuisibilem, incorporalem, & quem nemo unquàm aperta facie uidit, ita quòd quisq; bene intelligere poterit, uisibilem Christum sensibilibus oculis, non fuisse secundum conditionem illam uisibilem & corporalem Deum: tamen quia timuit spiritualem diuinam uerbi Dei naturam, incredulos attingere nõ posse, ideò illis idiotis & ignaris quibus loqui oportebat, ut talibus sensibilibus de intellectualibus nihil sentientibus, cautiùs considerabat negatiuè prædicãdum, Christum Mariæ filium non esse filium Dei; cum filius Mariæ homo corporalis & uisibilis esset, quæ naturæ diuinæ non conueniunt. Eum tamẽ habere uirtutem & potestatem diuinam, quæ sola fide uideri potuit, attestantibus operibus illis miraculosis, quę nemo hominum ante eum fecit, negare non potuit.

Quomodo Alchoran intelligi debet, Christum esse spiritum, & animam Dei. Cap. XVIII.

DIceres: cur fatetur Alchoran Christum spiritum Dei: & alibi, quòd Deus ipsi animam suam propriè contulit. Dicimus Alchoran animam & spiritum sæpe pro eodem capere, & nos intelligimus per illa uitam illam intellectualem, quę sapientia est. Contulit enim ei Deus piam et misericordem animam suam, hoc est uitam non appropriatè, sed propriè. Ita ipse Christus ait in Euangelio: Sicut pater habet uitam in semetipso, ita dedit filio uitam habere in semetipso. Ecce quomodo Deus pater animam seu uitam suam propriè dedit Christo, ut pater animalis suam uitam animalem propriè dat filio suo, ut in semetipso uiuat, sicut pater uiuit à quo uitam recipit. Vna est igitur uitalis natura, Dei patris & eius filij Christi, quod Alchoran per unam utriusq; animam expressit. Et quia in patre

http://www.obrascatolicas.com

tre est uita omnipotens, ita ut quem uoluerit uiuificet: ita & dedit filio, ut ita quem uoluerit uiuificet. Et ideò illa uita spiritus Dei dicitur, propter uitalem motum. Omnis enim motus à causa occulta, spiritus dicitur, etiam uentus. In uita enim nisi uitalis & delectabilissimus motus esset, non esset uita uiua. Quare sicut somnolentia est figura mortis, ita uigilantia ad spiritualem motum, figura uitæ. Rectè igitur id Alchoran dicere potuit, quod Christus de se in Euangelio loquitur. Ego sum uita & resurrectio, scilicet à morte. Et alibi: Verba quæ loquutus sum, spiritus & uita sunt. Spiritus enim Christi est spiritus bonus, qui ad bonam uitam & immortalem quæ Deus est, mouet. Sed spiritus diaboli, est spiritus malus, qui mouet ad mortẽ perpetuam.

Quomodo intelligi debet Alchoran, Christum esse uirum bonum, & optimum, & faciem omnium gentium. Cap. XIX.

QVæreret aliquis: quid hoc significat, quòd Alcoran ait Christum uirum bonum & optimum, & faciem omnium gentium in hoc futuro q̃ sæculo? Dicimus Alchoran uirginem Mariam super omnes uiros & mulieres exaltare: & benè, quia mater est Christi filij Dei. Certum est autem Christum supra Mariam eius matrem exaltatum. Erit igitur uir bonus & optimus: quoniam melior esse nequit. Omnis uir quantumcunq; bonus quamdiu non est adeò bonus, quòd melior esse nequit: nõ est simpliciter optimus in posse & esse. Et cum solus Deus sit simpliciter bonus, imò optimus, ac bonitas ipsa: certum erit uirum qui sic est bonus participando bonitatem, quòd etiam est optimus, inter illum & Deum non posse mediare quenquàm: sed sic erit ille uir bonus, quòd etiam ipsa bonitas. Vnde Christus est bonus bonitate creata, quæ non est ipsa bonitas secundùm eam naturam, qua uir seu homo: & cum hoc bonus bonitate increata, quæ est ipsa bonitas, cum sit adeò bonus quòd optimus, qui melior esse nequit. Patet quomodo idem Christus ut est filius Mariæ matris suæ, humanam habens naturam, est bonus bonitate creata: & ut est filius Dei patris sui, diuinam habens naturam est optimus, hoc est bonus bonitate increata. Quæ ideò optima, quia nec melior nec aliter esse potest, cum sit actu omne id quod esse potest. Quòd autem Iesum faciem ait omnium gentium, tàm huius quàm futuri sæculi: maximè Christum extollit. Nam per hoc exprimit illum esse, de quo Propheta Dauid dicebat: Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus inæternum. Vbi est resplendentia pulchritudinis uitæ, nisi in facie? Quid pulchriùs facie omnium uirtutum? Quid aliud Christus secundùm Prophetam Dauid: nisi Dominus uirtutum, & rex omnis gloriæ, claritatis, & formositatis? Quare ipse est filius Dei, in quo habet pater summam complacentiam, & est Christus iunctus præ consortibus suis. Vnde dicit Mahumet in doctrinis, perfectos in statura Adæ & forma Iesu Christi, resurgere in die iudicij. Nam hæc forma quæ est facies omnium gentium, est perfectio perfectorum. Christus igitur est per quem perfecti iudicantur, & eius forma est illa, quæ solum immortali uitæ apta est. Qui igitur similes erunt, intrant in gaudium Domini. Ob hoc Alchoran alibi pluries repetit, quorundam facies in die iudicij albescere & claras fieri, scilicet perfectorum & beatorum, quorundam nigrescere, scilicet incredulorum & malorum. Et ut perbreuiter dicam: Christus est omne id, quod in omnibus gentibus præsentis & futuri sæculi uerè & iustè laudatur. Hinc ipse est omnium facies decora, in quo omnes gentes quiescunt & benedicuntur.

Digressio ad manuductionem diuinorum. Cap. XX.

QVomodo Alchoran Christum dicit ruhella, cuius interpretationem alij dicunt esse flatum Dei, alij spiritum Dei, alij uerbum Dei, alij animam Dei, licet hæ interpretationes non uarient ueritatem. Qualitercunq; enim interpretetur, siue sit flatus, siue spiritus, siue anima, siue uerbum Dei: necessariò Deus est, ut satis patet in præmissis. Nobis tamen uidetur, quòd hæc interpretatio quòd sit uerbum Dei scilicet intellectuale, quod conceptum appellamus, quia cum sacratissimo Euãgelio concordat, sit meritò acceptãda. Et ut simpliciores

pliciores exemplo sensibili ducantur, per quod patrem, uerbum, & spiritum aliqualiter à remotis uideant: pro intellectu præcedentium & sequentium est considerandum, quomodo magister qui uitra facit operatur. Vitrificatura enim est opus intelligentiæ, carentes intellectu eam artem non capiunt. Applicat autem cannam ferream, & ei adhærere facit aptam materiam, & insufflat in ipsam, & efficit uas uitreum prout uoluerit. In eo flatu est considerandum, quomodo intra materiam operatur, & format eam. Opus enim illud similitudinem habet operis naturæ. Ars enim ab extrinseco operatur: natura enim intrinsecò, ut quisq; scit & uidet. In eo igitur flatu, considero duo: Vnum est extrinsecum eius & est sensibile, ut est uentus seu aer qui expiratur per artificem: in intrinseco illius considero intellectum, quia artifex ad finem facit uas uitreum, operatur: intelligit enim id quod facit. Hinc intellectus nõ intelligeret nec se nec id quod operatur, nisi de se generaret conceptũ uasis quod efficit: et hunc conceptum intellectualem, uerbũ dicimus. Loquitur enim intellectus suam intentionem & conceptum quem intra se uidet, & sensui uisibilem facit. Hoc uerbũ generat, ab intellectu se in ipso explicante, sicut sermo generatur à conceptu se explicãte. Et quia sermo sine flatu non explicat, potest sermo flatus appellari humani conceptus, & conceptus pariformiter dici potest flatus intellectus. Ab intellectu igitur & eius uerbo procedit intellectualis motus, qui complet operationem: utiq; ista sic esse intellectualiter, quisq; conspicere potest. In efflatione igitur uitrificatoris, uideo intellectualem scilicet intellectum eius uerbum, & utriusq; spiritũ seu motum: quæ si ibi non essent, nunq; ipsa efflatio formam uasis introduceret. Neq; tamen intellectus, uerbum eius, & utriusq; spiritus, propterea recedunt à uitrificatore, quia in efflatione uidentur. Conformiter fiunt omnes operationes intellectuales, licet non corporali efflatione, sed intellectu, uerbo eius, & motu seu spiritu utriusq;: in sensibilibus per sensibilia in sensibili materia, mediante medio & organo siue instrumento sensibili: à Creatore uerò, omnia mediante uerbo, diuino motu seu spiritu in esse procedunt. Sicut enim ipse est absolutus ab omni contractione, ita absolutè sine medio extrinseco creat intellectualem naturam, & cuncta ut uult. Sed est considerandum, quomodo deus, instruxit Eliam 3. Reg. 16. quòd ipse non esset in forti spiritu seu uento subuertente montes, nec in commotione eum sequente, nec in igne commotionem subsequente, sed in sibilo auræ tenuis ignem subsequente. Dominum igitur in subtili sibilo tenuis aeris esse, ipsum spiritum esse omni spiritu quantumcunq; tenuissimo subtiliorem, ostendit. Non est autem Deus spiritus in sibilo tenui aliter quam spiritualiter sine loci occupatione, sicut intellectus in sermone Neq; spiritus ille qui Deus, est alicuius alterius spiritus aut accidens, sicut accidit substantiæ: sed est spiritus seu motus substantialis, omnem substantiam & cuncta creans, in quo est omnium scientia siue ars, & intellectus scientiæ & artis patet, prout infra de hoc suo loco latiùs dicetur. Substantiam igitur spiritum esse, & Deo similiorem qui spiritus est, patet. Et quidam Philosophus attendens, quomodo granum post euaporationem spiritus (in qua natura perdit fœcunditatem) seminatum, fructum nequit producere: dicebat substantiam spiritum esse. Hæc sic dicta sint, ut rudiores Alchoran subditi, eleuent mentem ad spiritualia, considerando spiritum imitari Deum per omnem substantiam, quodquæ substantialia quæ solo intellectu conspici possunt, utiq; accidentalibus sensibilibus sint longè preferenda, cum accidentis non sit esse, sed ad esse: ac quòd in scholis diuinis studere debemus, nequaquam comparantes generationem in diuinis & intellectualibus, generationi sensibili, nec gaudia uitæ diuinæ ad quam aspiramus, gaudijs uitæ mundanæ, cum improportionaliter intellectualia excedant sensibilia: ut sic de Alchoran recedant ad Euangelium Christi, totum, intellectuale & diuinum.

Vitrarius.

Libri primi de Cribratione Alchoran, Nicolai de Cusa. Car. Finis.

Cribrationis

http://www.obrascatolicas.com

Cribrationis Alchoran eiusdem Reuerendiss. Patris. Liber II.

De Theologia mystica, secundum quam Deus est ineffabilis. Cap. I.

NVNC accedamus ad elucidationem trinitatis, quam in diuinitate colimus: & ostendamus Alchoran pia interpretatione non contradicere trinitati, modo quo nos de ipsa loquimur qui Euangelio inhæremus. Dicit fortassis aliquis Arabs (quamuis negari nequeant, hæc quæ de laude Euangelij dicta sunt) per nos qui Alchoran uti Dei uerbum colimus, tamen cum sana fides sit unius solius & singularis Dei, omnium creatoris sine omni participe, sine socijs, sine pluralitate, sine filio seu filijs, & æqualitate quacunq;, & Christiani dicant pluralitatem Dei patris creatoris, & Dei filij eius, & Dei spiritussancti utriusq;, non contradicere Euangelio; ideò Alchoran musselmanni præferunt Euangelio. Et Califæ in Baldach, ubi studium eius sectæ est, inhibent Euangelium & Philosophiam publice legi. Experti enim sunt ante prohibitionem, eos qui Euangelio operam dederunt Christianos factos, & quendam Califam Christianum, crucem in secreto pectoris continuè portasse, ac Philosophos Alchoran deridere. Ideo 11. cap Alchoran, Christus dicitur Iesus Mariæ filius, Deiq; nuncius, suusq; spiritus, & uerbum Mariæ cælitùs missum existit. In Deum itaque illiq; suo legato credentes, ne dicatis Deos tres esse, cum nõ sit nisi unus Deus qui filio caret, eiq; omnipotenti uniuersa cœli terræq; subiecta sunt. Christus quidem ipse minimè negare poterit, sicut nec angeli Deo propinqui, quin Dei subsit imperio. Ad hoc respondemus: Euangelium omnem Deorum pluralitatem, nõ solum damnare, sed impossibilem affirmare. Deum enim principium & undè omnia oriuntur, nemo dubitat. Pluralitas quomodo esset principium, cum ante pluralitatem sit unitas seu singularitas, quæ necessariò est æterna, cum sit purũ principium? quod ideò æternum esse necesse est, quia principium & non principiatum. Illud autem principium potest considerari sine respectu ad principiata, ut non plus sit principium quàm non principium: ea consideratione est penitus infinitum & interminum, incomprehensibile, & ineffabile. Tunc certè cum excedat omnem sensum, & omnem intellectum, & omne nomen, & omne nominabile: nec dicitur unus, nec trinus, nec bonus, nec sapiens, nec pater, nec filius, nec spiritussanctus, & ita de omnibus quę dici aut cogitari possunt, ut Dionysius Areopagita hoc astruit, quoniam omnia talia nomina excellit & antecedit in infinitum. Sic manet absconditus ab oculis omnium sapientum, & nulli creaturæ, sed sibi tantùm cognitus. Et hoc tantùm de ipso cognoscimus, quòd ipse est ipsa infinitas, excedẽs omnem creatum intellectum infinitè: eo modo, cum de ipso nihil propriè dici & affirmari possit quod non excedat, in silentio tantùm admiramur & contemplamur & colimus: de illo interminо & infinito Deo, loquitur Alchoran 29. cap. dicens. Sicq; terminum scilicet mundi huius, seu diem iudicij nullatenus mẽdacem expectans, illum solùm Deum consideret, cuius nullus est terminus, præter quem non est alius Deus. Et in cap. 64. Omnis quidem res mundana terminabitur, sola uera Dei maximi largissimiq; facies, est interminabilis. An negat hoc aliquis? uniuersis creaturis cœlorum & terræ noua contingunt.

Dionysius.

De Theologia affirmatiua, secundum quam Deus est trinus & unus. Cap. II.

ALio modo aduertimus, mundum istum uisibilem, cum aliter esse posset quàm nunc est, non esse à seipso: nam fuisset antequàm esset. Et cum aliter posset esse, puta aut maior aut minor, uel alio modo, cum magnitudo sua sit terminata & finita, cui non repugnat quòd maior aut minor: utique ab aliquo

aliquo principio seniori ipso id est quod est, quod ipsum sic fecit, & non aliter. Illud autem principium cum non necessaretur ab alio, quia principium ante quod non est aliud principium, liberum fuit & est creare & non creare, quemadmodum intellectualis natura libera in suis operationibus. Sicut intellectus quando operatur, necessariò in mente seu in cõpræhensione habet id quod operatur, aliter nescires quid operaretur, & non esset intellectus: sic habet etiam necessariò in scientia seu arte id quod operatur. Si enim arte operandi careret: quomodo operaretur? Habet denuò necessariò id quod operatur in uoluntate cum uolẽs nihil faciat nobilis intellectus; experimur in nobis qui intellectualiter operamur, illa sic esse necessaria. Quomodo enim pictor per intellectum pingeret: nisi in mente haberet quod pingeret? Et quomodo posset pingere id quod in mente habet: si scientia pingendi careret? Et quomodo perficeret: quando nollet? Vnde uidemus, uoluntatem non esse artem, nec mentem, nec artem mentem. Non enim eius quod uolo semper artem habeo, nec eius quod in mente habeo, scientiam seu artem habeo. Et licet scientiam pingendi habeam tamen Mahumet depingere nequeo, cum ipsum mente non teneam. Vnde si mens, scientia, & uoluntas, sint eiusdem intellectualis substantię & naturę, ac etiã ex mẽte generetur ars & scientia (carens enim mente caret arte, & carens mente & arte; caret libera uoluntate & electione) procedit igitur libera uoluntas à mente & scientia seu arte: & hoc primò notabis. Consequenter aduerte, quomodo id quod in mente operantis intellectus est etiam in arte & in uoluntate: & non est aliud in mente, aliud in arte, & aliud in uoluntate, aliter non esset una perfecta operatio. Id uerò quod in mente est mens (ibi enim compræhensum & compræhensio, seu mentionatum & mens idem sunt) sic id quod in scientia est, scientia est, scitum enim ibi scientia est: atq; id quod in uoluntate est uoluntas est, ibi enim uolitum uoluntas est. Patet igitur non aliud esse mentem, & aliud scientiam, & aliud uoluntatem: sed idem esse tri aliter, licet non conuertibiliter: sic scilicet quod mens licet non sit scientia seu uoluntas, non tamen est aliud mens, quam ars & uoluntas. Exigit igitur nobilitas intellectualis naturę quæ libera est, mentem non esse scientiam de se genitam: quia cum sit ab ipsa mente genita, non est mens seu pater generans. Sic exigit mentem & scientiam à mente genitam non esse uoluntatem ab ipsa & arte procẽdentem: procedens enim non est illa quibus procedit. Hæc ideò, ut liberè & perfectè posset intellectuales producere operationes. Hæc agricola seminator grani, benè capit: Oportet enim ipsum in sua compræhensione habere semen grani, & in sua scientia artem seminandi granum, & in uoluntate uoluntatem granum seminandi: seminare enim est opus intellectus. & hæc sic se habent.

Quomodo ex operatione intellectualis naturæ uidemus diuinam. Cap. III.

AT quoniam intellectualis natura, hoc & hanc nobilitatem non habet, nisi à creatore suo (nam operatur in similitudine creatoris sui) sicut creando ueras res producit: ita intellectus imago eius, operando producit similitudines ueraru rerum. Creare enim est essentiare, & intelligere est assimilare: Quare creator omnium, cum intelligat id quod creat, et sciat seu artem habeat, & uelit, tunc unus creator omnium, ad hoc quod nobilissimus & perfectissimus atque liberrimus sit, creator ueraciter trinus est, cuius similitudo in nostro intellectu, uno in essentia & trino in operatione præmittitur. Diuinam igitur mentem, in quo omnia quæ creari possunt æternaliter consistunt, Christiani patrem & creatorem appellant, artem uerò eius omnipotentiæ, seu sapientiam siue scientiam, eius filium uocant, per quem omnia facit: uoluntatem uerò sine qua nihil esse potest, cum à patre & filio scilicet mente & arte procedat, spiritum sanctum confitentur, qui omnia ad effectum producit. Sunt autem in diuisa trinitatis illius operatione intellectualis unius creatoris, uidemus trinitatem: ob quam trinitatem,

Moyses

http://www.obrascatolicas.com

Moyſes Deum creatorem pluraliter in principio Geneſis per אלהים & uerbum faciamus hominem, expreſsit: licet alibi diceret; ego Deus zelotes. Sic & in Alchoran ait Deus: Nos, homines ex humore fragili creauimus. Et alibi: cœlum quidē & omnia cœleſtia pro uelle noſtro creauimus, licet alibi dicat: Dic meæ genti, ego ſum Deus miſericors. Et quemadmodum Moyſes & Mahumet per expreſsionem pluralitatis in creatione ſeu operatione Dei, noluerunt plures Deos fateri: ſic Chriſtiani propter trinitatem, recedere nolunt ab unitate Dei creatoris.

Quomodo de fœcunditate intellectualis, ad fœcunditatem diuinæ naturæ eleuemur. Cap. IIII.

ET ut per ſenſibilia in fœcunditatem intellectus, & de illa in diuinam te eleues fœcunditatem: attendedum uides tot pulchras & uarias ſtructuras ciuitatum, templorum, caſtrorum, & ædificiorum, tot uarios pannos, tot picturas & ornatus, tot linguas, tot ſcientias & artes, atq; libros, tot dulciſsimas harmonias, tot delectabiles dictiones, tot ordinatas politias, & alia innumera eſſe opus ſimplicis atq; diuini intellectus, inuiſibilis, et nullo ſenſu perceptibilis, à quo hęc omnia exiuerunt: & non exiuiſſent, niſi in eo intellectualiter multò altiori gradu præexiſterent, et mirabilem ualde uides intellectū. Tunc aſcende ab intellectu ad creatorem ipſius & omnium, ut uideas eius diuinam fœcunditatem, quomodo intelligentiæ, cœli, ſtellæ, Sol, Luna, elementa & omnia quæ ſunt, uiuunt, & intelligunt, ſunt opus ſimpliciſsimi atq; fœcundiſsimi creatoris: et quòd creatio, eſt oſtenſio eorum quæ ſemper & æternaliter in mente ipſius fuerunt ipſe, & in arte ſeu ſapientia ſua ſemper & æternaliter fuerunt idem ipſe, & in beneplacito uoluntatis ſuę æternaliter fuerunt idem ipſe Deus benedictus: qui diuitias gloriæ ſuæ ex mera bonitate ſua oſtendit, ſicut diues intellectus ad oſtenſionem gloriæ ſuæ, ſe in operibus ſuis oſtendit & communicat. Et ea quæ intra ſe habet intellectualiter, quātò præciſius poteſt ſenſibiliter nititur explicare, ut ſic iuxta naturam boni ſe diffundat & participabilem faciat. Et uidebis Deum ſimpliciſsimum, ineffabiliter diuitem, & pulchrum atq; plenum omni fœlicitate uitæ glorioſæ. De cuius diuitijs, ipſe tot lucidas intelligentias formis plenas, tot ſplendidas ſtellas, tot uiua animalia, tot dulciſsimos odores & ſapores, atque pulcherrimos flores, & cætera innumerabilia produxit & oſtendit.

Manuductio ex ijs quæ in mundo ſunt, ut uideatur Deus trinus. Cap. V.

ET quia Mahumet in eo quòd Deum credit creatorem omnium, etiam de illo aſſerit neceſſariò, quæ de eius trinitate Chriſtiani confitentur: ideò ut ad diuinam fœcunditatem, partum, & amorem, omnis Arabs poſsit quantum ſufficit fidei, pertingere: iterum dicimus, mundum iſtum ſine fœcunditate, prole, & amore non poſſe perſeuerare & ſubſiſtere, certiſsimū eſſe. Nam his ſublatis, mundum deficere oportet: & fœcunditate, partu, & amore unus eſt mundus. Vnius igitur mundi ſunt fœcunditas, partus, & amor. Nec fœcunditas eſt alius mundus, & partus alius, & amor alius: ſed ſunt unus & idem mundus. Et ſic hæc ſunt unius mundi, ut nihil mundi ſit ſine illis. Participatur enim fœcunditas mundi, & partus, & amor in angelis angelicè, in hominibus humanè, in brutis bruraliter, in uegetatiuis uegetaliter, in mineris mineraliter, in cœlis cœlicè, in Sole ſolariter, in Luna lunariter, in ſtellis ſtellariter, in entibus enticè, in elementis elementaliter, in uiuis uitaliter, in intellectualibus intellectualiter, & ita de ſingulis ſuo modo. Et unde habet mundus illa, ut ſit neceſſariò ita trinus ſicut unus: niſi à creatore? Si igitur ſine hac trinitate mundus naturam non haberet, nec naturalem perfectionem, nec benedictionem à Deo poſsideret, quæ in unitate eſſentiæ ſic triniter lucet: quomodo dicemus creatorem iſta perfectione naturali carere, quam omnibus tribuit, ut ſint meliori modo quo eſſe poſſunt? Sicut igitur creatum eſt unitrinum, ita & creator, cum creatum à ſe nihil ſit, & omne id quod eſt in hoc ſubſiſtat, quòd eſt imago & ſimilitudo creatoris. Trinitas igitur quę in creatura uidetur, eſt à trinitate increata tanquàm imago ab exemplari, & cauſatum à cauſa. Eſt igitur unitrinus Deus, qui creauit unitrinū mundum

dum ad ſui imaginem & ſimilitudinem. In diuina igitur natura eſt fœcunditas, proles & amor. Fœcunditas Deus eſt, qui & origo & pater: proles autem ipſius fœcunditatis, filius: amor, nexus utriuſq;.

Manuductio de intellectuali trinitate ad diuinam. Cap. VI.

ET ut in creatura magis Deo ſimili imaginem illius uideamus, ad naturam intellectualem inſpiciamus. In ipſa enim natura intellectuali ſpeculatiua, quanta ſit fœcunditas, proles, & amor: oſtendunt nobis libri innumerabiles contemplationum. Quot theoremata circa ueritatem generauit intellectualis fœcunditas: quot delectationes proceſſerunt ab illis, & ſuauitates ſpirituales, quæ fecerunt illos pro nihilo habere gaudia huius mundi: ſic de intellectu practico dicendum, ut ſupra tetigimus. In illa enim natura intellectuali eſt fœcunditas, quæ de ſe generat uerbum ſeu conceptum intellectualem, & ab ipſis procedit amplexus, ſeu uoluntas. Quādo enim mens, uerbū ſeu notitiā generat: ſtatim procedit amplexus, ſeu uoluntas. Sicut em̄ id quod non ſcitur nō amatur, ita non poteſt non procedere à mente & notitia, uoluntas. Scientia enim eſt de numero bonorum honorabilium: bonum autem eſt quod appetitur, omnia enim bonum appetunt. Ita patet quo exemplo duci poterimus ad diuinam trinitatem. Deus enim non poteſt dici ignorans ſeipſum: ſi autem ſe intelligit, de ſe conceptum ſeu uerbum ſuijpſius generat. Nec eſt idem generans uerbum & genitum, ſeu concipiens & conceptum: nec aliud in eſſentia diuina, cum Deus ſuijpſius cōceptum talem generet, quod non poſsit eſſe perfectior. Erit igitur æqualis æqualitate ſubſtantiali, quæ eſt perfectior accidentali: quare nequaquam alterius naturæ ſeu eſſentiæ. Sic nec amor ab ipſis procedens, poteſt dici ea à quibus procedit, nec poteſt dici aliud, cum ſit perfectiſsimus ante omnem alteritatem. Quare conſubſtantialis illis à quibus procedit, & hoc intenditur.

Manuductio eiuſdem per amorem. Cap. VII.

ADhuc ut ratione utentes uideant, nos qui trinitatem credimus, rationabiliter moueri: alio exemplo ad idem procedamus. Nemo eſt qui non uideat, amorem omnino neceſſarium ad hoc quod mundus ſubſiſtat: quoniam eo ſublato penitus nihil ſubſiſtere poteſt. In naturis intellectualibus & uitalibus amorem reperiri, ſicut & in omni quod ſubſiſtit, ſuo modo certum eſt: priuabimuſné Deum amore, qui eſt creator & dator omnis amoris? Si igitur Deum dicimus amorem habere, utiq; id eſt quod habet Deus igitur eſſentialis charitas ſeu amor eſt. Quoniam autem amor unit, amor perfectiſsimus qui maior eſſe nequit, neque minor cum ſit ſubſtantialis, maximè unit. Video igitur in eſſentia ipſius amoris unientis unitatem, quomodo enim eſſet unus uniens amor, ſine unitate? Video etiam æqualitatem in ipſo: nam amor gignit ſui ipſius æqualitatem, ſcilicet amorem, uti dicitur: ſi uis amari ama. Vnitas igitur generat æqualitatem. Video deinde procedere ex unitate amoris & eius æqualitate, utriuſq; connexionem, ſcilicet amorem connectentem unitatē amoris generantis, & æqualitatem amoris geniti. Amor igit̄ eſt connexio patris & eius filij, à quibus procedit. Certum eſt aūt unitatem eſſe ante omnē multitudinem, quare æterna eſt. Aequalitatē ante omnem pluralitatem, quia plura eo ipſo qd̄ plura, ſunt inęqualia. Cadit igit̄ ab æqualitate inæqualitas: eſt igitur æqualitas æterna. Sic & nexus æternus, quia ante pluralitatem: plura enim neceſſariò ſunt ab inuicem diuiſa, diuiſio uerò cadit à connexione. Ante igitur omnem diuiſionem eſt connexio, procedens ab unitate & æqualitate eius. Sic patet unitatem, equalitatem, & connexionem, ante omnem multitudinem inæqualitatem & diuiſio nem æterna, eſſe. Et cum non poſsint eſſe tria æterna, cum ante omnem multitudinem ſit unitas, quam multitudo præſupponit, ſicut inæqualitas præſupponit, ſicut inæqualitas præſupponit æqualitatem, & diuiſio præſupponit connexionem: ideò unitas, æqualitas, & connexio non ſunt tria æterna, ſed una æternitas. Sic non ſunt tria quia ſi eſſent tria, eſſent tria æterna. Non eſt igitur aliud unitas, aliud æqualitas, aliud utri uſq; nexus: quia tunc eſſent tria, & tria æterna. Nec tamen propterea uni-

http://www.obrascatolicas.com

tas est æqualitas, aut connexio, cum æqualitas sit genita ab unitate. Genitum autem non est generans, nec nexus est unitas, aut æqualitas, quia ab ipsis procedit: procedens autem non est illa, à quibus procedit. Patet igitur quomodo in essentia diuini amoris, unitas amoris, æqualitas amoris, & nexus amoris, nõ sunt tres amores, quia unus amor non est aliud ab alio, licet unitas amoris generantis, non sit æqualitas amoris geniti, aut nexus amoris utriusq; ab ipsis procedens.

Declaratio sanctæ trinitatis. Cap. VIII.

NVnc patet, quòd qui non attingunt non aliud non esse idem, & non idem non esse aliud, non possunt capere unitatem, æqualitatem, & nexum esse idem in essentia, & non inter se idem. Ideò trinitatem in deitate non capiunt, nisi in tribus dijs. Christus autem nos docuit, Deum patrem uiuificare, & etiam spiritum procedentem ab utroq; uiuificare: ut in Euangelio eius per Ioannem Apostolum descripto legitur: Non sunt tamen propterea nec tres uiuificatores, nec tres dij uiuificantes: licet non sit filius, nec spiritussanctus ab illo & filio procedens. Palam est illos qui hæc non capiunt, non habere conceptum perfectorem de Deo perfectissimo: sed sibi fingere Deum quẽdam, nequaquam ultima fœlicitate fœlicem, innaturalem, sterilem & infœcundum, carentem dulcedine paternalis & filialis atq; utriusq; amoris & gaudij, atq; perfectione fœcunditatis: non attendentes Deum per Esaiam dixisse: Nunquid ego si alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus. Si ego qui cæteris generationem tribuo sterilis ero? dicit Dominus Deus tuus. Neq; possunt Arabes hunc Esaiam Prophetã respuere, cum in Alchoran nullus Prophetarum respuitur, sed omnes acceptantur.

Aenigma licet remotum, benedictæ trinitatis. Cap. IX.

OPortet in istis ad ænigma recurrere, quousq; habeamus intellectum exercitatum. Vidi aquam magnam inter rotundas ripas, sine alterius aquæ influxu & effluxu, semper eiusdem quantitatis, habentem in circuitu fœcundas arbores, segetes & prata: & rustici propriè habitantes non sufficiebant laudare aquam, quam nullam putabant dari meliorem. Admirabar quomodo non diminueretur & exsiccaretur, cum non uiderem riuulum in ipsam fluentem, & cur non putresceret, quia stagnalis apparuit. Accessi propius & subtiliori consideratione diu habita, comperi in medio fontem apparere, & hoc ex flumine, qui efflui de centro uidebatur, sic esse iudicaui & dixi: Hęc forte est ratio, cur hęc aqua nunquam minuitur, quamuis arboribus & seminibus atq; herbis præstet unde uegetentur: quia uiuus fons non sinit ipsam imminui. Et quamuis sit stagnalis inter ripas, tamen continuè innouat seipsam, quia procedit ex fonte & fluuio fontis. Non igitur putrescit nec corrumpitur, quia non antiquatur, sed semper ex fœcunditate fontali innouatur. Vnde uidi ipsam aquam esse fontem, fluuium, & stagnum: & hoc æqualiter, quia non magis fuit fõs quam fluuius, & stagnum. & in stagno fluuium & fontem, nec tamen fons fuit fluuius uel stagnum, nec fluuius fons uel stagnum, nec stagnum fons uel fluuius. Nec hæc uidi, nisi intellectualiter considerans fontem de se generare fluuium: ideò fons & fluuius differunt, ut generans & genitum, siue ut pater & filius. Nec stagnum potest esse fluuius, uel fons à quibus procedit. Et dixi: fons unitas, fluuius æqualitas, nexus utriusq; stagnum. Concluſi igitur, quoniam si ad æternitatem dimisso ænigmate ascendero, ipsam uerlori modo comperio trinam & unam, quam hanc uisibilem aquam, & facilius superiùs dicta de generatione & præcessione æternæ, indubia fide credidi. Dixi etiam in Alchoran scribi, ex aqua omnia uiuentia esse. Igitur si aqua ista dat uitam uegetatiuam, omnibus circumstantibus arboribus, & seminibus & herbis sine sui diminutione: quanto magis creator aquæ huius, omnibus creaturis dat omnia sui diminutione? aquam in qua uidi fontem, fluuium, & stagnum, transumo ad absolutam essentiam, de quo omnia quæ sunt id quod sunt, recipiunt tam illa quæ sunt, quam quæ sunt & uiuunt, & quæ sunt, uiuunt, & intelligunt.

Cap.

Iterum ex tribus personis manuductio. Cap. X.

ADhuc attende. Non ita dicimus esse plures humanitates, sicut plures homines, sic non est idem humanitas & homo: sed idem est deitas & Deus, propter simplicissimam essentiam diuinam. Vnde sicut non sunt plures deitates, ita nec plures Dij: & non sunt nisi tres personæ in humanitate, scilicet ego, tu, ille. Vnde ueraciter dico: ego sum homo, tu es homo, ille est homo. Et sunt tres illæ personæ eiusdem humanitatis. Vnde igitur haberent hoc illæ personæ: nisi creator Deus esset similiter trinus in personis, & unus in essentia? Potest igitur Deus ueraciter dicere: ego sum Deus, tu es Deus, ille est Deus eiusdem deitatis. Et non sunt tres personæ tres Dij: quia non sunt tres deitates, sed sunt unus Deus, quia una deitas quæ Deus. Certum est etiam, tres personas in unitate non esse unitatem seu singularitatem, & tres personas in numero non esse nisi numerum & pluralitatem: nos autem dicimus, tres esse diuinas personas unitate, non in numero, & tres humanas personas in numero dicimus, ideò plures homines.

Necesse est Arabes fateri trinitatem. Cap. XI.

QVod autem Arabes oporteat hanc trinitatem in diuinis fateri, patet. Nam nisi fateantur, cum credant Alchoran esse librum ueritatis, conuincuntur Deo dare participem. Scribitur enim in Alchoran, quomodo Deus dixit Mahumet. Tibi quidem qui legem & librum ignorabas, nostrũ spiritum mittentes, lucem præbuimus. Et alibi: Cum hoc tibi diuinitus missso spiritus benedictus penitus iustus, cor tuum penetrauit, ut cum eo castiges Arabicè. Iterum alibi de Christo dicit: Iesus Mariæ filius, Deiq; nuncius, suusq; spiritus, & uerbum Mariæ cælitus missum existit. Iterum alibi: Ipse namq; Deus & suus spiritus benedictus, hunc Alchoran librum ueracissimum composuerunt. Consimilia in multis alijs locis Alchoran habet. Vnde cum spiritus Dei benedictus non possit dici creatura, & missus spiritus non sit à seipso missus: ideò nisi dicas ipsum esse tertiam personam in diuinis, & à patre & filio missam (quia dicit in plurali mittẽtes) necesse erit quòd ponas plures Deos, scilicet mittentes & missum. Iterum uerbum Dei cælitùs missum, est Iesus Mariæ filius. Et non potest uerbum Dei esse creatura: quia uerbo Domini omnia sunt creata. Verbum igitur Dei, Deus est. Si igitur est Deus; & non est secunda persona quæ filius dicitur, scilicet uerbum patris: erit necesse quòd ponas plures Deos, & uerbum Dei particeps Deo. Vide quãdo uis hoc negare, quòd uerbum Dei non sit filius Dei eiusdem naturę cum patre, ne uidearis Deo dare participem: tunc tu das Deo participem. Et hoc etiam probatur ex illa auctoritate, Deus & spiritus eius librum composuerunt. Si Deus & spiritus sit persona in diuinis. Oportet igitur Arabes de necessitate fateri trinitatem, alias sunt increduli, dantes Deo participem. Adhuc sic. Euangelium fatemini librum lucidissimum et ueracissimum, in illo continetur unum esse Deum patrem, & filium, & spiritumsanctum: nihil igitur in contrarium allegari potest per uos, quando hoc uobis ex Euangelio ostenditur, cum non sit minoris auctoritatis Euangelium quam Alchorã, ut Alchoran tradit. Quòd in Euangelio reperiatur, certum est: legitur enim in ipso Christum dixisse, unus est bonus Deus. Item: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Item, Paracletus autẽ spiritussanctus quẽ mittet pater: Alibi spiritũ ueritatis qui à patre procedit. Et iterum Christus mãdat: Baptizantes in nomine patris, & filij & spiritussancti. Ex quibus & alijs Euangelij locis clarè colligitur, unum esse Deum patrem, & filium, & spiritumsanctũ. Et hæc de sancta trinitate dicta sint.

Christum ueraciter fuisse mortuum & crucifixum. Cap. XII.

REstant non paruæ discordantiæ Alchoran ab Euangelio elucidandæ. Scribitur enim in Alchoran cap. 11. Christum non fuisse mortuum, sed alium quendam Christo similem Iudæos suspendisse, sed Christum nullatenus interfecisse: quia Deus incomprehensibilis & sapiens, eum ad se transmigrare fecit: in quem uiri legum ueraciter ante mortem credent, & eorum sæculo futuro testis astabit ille hæc ibi. Sed Euangelium & cunctæ scripturæ aliorum seu

http://www.obrascatolicas.com

discipulorũ, atq; historiæ temporum concorditer affirmant, non solum Christum mortuum, sed etiam secundũ scripturas Prophetarum de Messia, taliter ut prædictũ reperitur mortuum esse. Et quia secundũ libros sequaces, Alchoran non debet intelligi quasi sibi cõtradicat, & cum Euangelium & Prophetas approbet: ideò intellectus quærendus, quid in his prædictis intelligi uelit. Et primò eliciamus conformia Euangelio, in quo scribitur demum Christum unum pastorem, & uniuersum hunc mundum unum eius ouile futurum. Conformiter asserit Alchoran, omnes uiros legum tam ueteris testamenti quam noui atq; legis Arabum, in ipsum ante diem iudicij ueraciter credituros. Totum autem studium Alchoran est, persuadere in solum Deum credendum. Et quia hic asserit, quòd omnes uiri legum ueraciter in Christum credent: utiq; Christum à diuinitate non separat, nec alienum facit, sed diuinæ naturæ ipsum esse tacitè affirmat. Sic alebat Christus in Euangelio, qui in eum crederent, in Deum patrem crederent qui eum misit. Secundo asserit, Euangelium & Alchoran extremi iudicij eundem iudicem & testem: hunc autem iudicem, Euangelium dicit Christum esse. Hoc & Alchoran hic tacitè approbat, cum dicat Christum testem illorum sibi fidelium in futuro sæculo: per consequens fatetur Christũ etiam & iudicem sicut & Euangelium. Non erit autem iudex secundum Alchoran, nisi Deus creator. Erit igitur Christus homo quia iudex, etiam Deus. Dicit autem Alchoran cap 45. Tu Deus omnium conditor, cum Prophetis interfectis accedens, omnia cum ueritate iudicabis. Attende, si Deus iudicabit cum interfectis Prophetis & Christus est super omnes, qui non deerit in iudicio: etiam secundum Alchoran(ut patet ex præmissis) erit & ipse de interfectis Prophetis primus, & supremus, & ipsa ueritas, & Deum uerbum ueraX per quod omnia iudicabuntur, secundum allegatum locum Alchoran. Vnde rectè ait Euangeliũ, Deum patrem omne iudicium dedisse filio suo, quia & filius hominis est. Per formam enim humanam, iudicat homines sibi similes filios Dei esse sicut ipse est, & ita erunt filij immortalis uitæ: & dissimiles, filios æternæ mortis existere. Vnde patet secundum piam interpretationem Alchoran, hæc secreta non nisi sapientibus uoluisse reuelare. Ideò ait, illum nihil secretorum subticere, & solis sapientibus facilem esse Alchoran, aliis autem difficilem. Non erant enim rudes Arabes, quos ait Alchoran omnium incredulorum pessimos: apertè de secretis in illo principio informandi. Quòd si Mahumet ipsis simpliciter Euangelium prædicasset, & non dedisset propriam legem, accessissent ad legem Christianam, quam penè sexcentis annis refutarunt. Prædicauit igitur ipsis quomodo essent Ismahelitæ, & ab Abraham ortum habuissent: quodq; tam Iudæi quam Christiani illum uirum ut Prophetam laudarent, & eius fidem approbarent, per quam à Deo maxima esset hic & in alio sæculo assequutus. Et cum hoc facerent gentiles, qui sequendo Abraham, electis idolis aliquam aut Moisi aut Christi legem fouerent: à fortiori ipsi qui ex Abraham nati essent facere deberent. Quodq; Deus ipsum Mahumet in suum nuncium ad eos elegisset, & præciperet eis Abrahę fidem & legem acceptare, uiri scilicet optimi & fidelis, nec Iudæi nec Christiani, quos anteCessissent: qui electis idolis, se ad uniuersorum creatorem conuertit, ipsumq; adorauit, eiq; obediuit, similiter & posteri eius Isaac, Iacob, & duodecim tribus Israel. Hoc modo persuasit multipliciter idolorum culturam abijci, quam prius ob Euangelium nunquam abijcere curarunt, maximè quia Euangelica perfectio eis grauis uisa est, & talis quod eorum parentes eam acceptare timebant, edocti (ut & Alchoran continet) eos qui Christianitatem acceptant & non seruant mandata, plus omnibus Deum offendere, & grauissimè in inferno cruciari. Quare Mahumet ipsis secreta Euangelij occultabat, credens quod sapientibus in futurum patescere possent. Sicut etiam sanctum Euangelium multis manſit in principio obscurum & incognitum, & successiuè est magis & magis apertum. Et nisi hoc expediuisset, Christus uulgo non fuisset parabolicè loquutus.

Quòd

Quod crucifixio sit Christi exaltatio & glorificatio. Cap. XIII.

NVnc aduertamus ut mysterium eliciamus mortis Christi, quomodo intelligendum sit, Christum non fuisse in cruce mortuum. Primo certum est ipsum concordare cum Euangelio, quòd Christus uiuat. Si igitur uiuit, & expectatur ut redeat in mundum, ad conuertendos omnes uiros legum: utiq; ex hoc constat, Christianos qui eius Euangelium acceperunt, non accepturos aliud Euangelium ab ipso, cum istud sit perfectum etiam secundum Alchoran. Alij igitur si libros sequuntur Euangelij contrarios aut discordantes, utiq; necesse erit illos proijcere & Euangelium amplecti. Non sunt igitur illi in uia recta, sed tunc primum erunt. Absurdum est igitur ualde Arabes persequi Euangelij obseruatores, ex eo capite: quia eorum Alchoran secundum ipsorum intellectum non concordat. Faciunt enim contra Alchoran in eo quod persequuntur credentes, & in ipsis Euangelium in Alchoran approbatum. Dicunt forte, Christiani in eo non sunt Christiani, sed blasphemi, quòd credunt Christum Dei uerbum, per perfidissimos Iudæos in cruce suspensum. Respondent Christiani: Alchoran post mortem Christi quasi sexcentis annis compositus, approbat Euangelium tempore mortis Christi scriptum: & Prophetas qui ante mortem Christi prophetarunt Christum tunc uenturum quando uenit, ita facturum sicut fecit, ita morituruM sicut mortuus est. Et attendendũ, quomodo Gabriel angelus Danieli reuelauit, post 62. hebdomadas Christum occidi debere, ut legitur Danielis. 9. cap. quemadmodum & factum fuit. Ille enim Gabriel angelus hæc reuelauit Prophetę, quę ponit Mahumet sibi Alchoran intimasse. Quomodo igitur hoc stabit, quod Gabriel iussu Dei mortem Christi Prophetæ prædixerit: & eidem lapso tempore illo prius per ipsum prædicto, dicat ipsum non fuisse mortuum, Deum & se mendaces faciens? Adhuc considera, quomodo Christus ante mortem sic se in cruce moriturum suis discipulis predixit. Ita concorditer dicũt historiæ illius temporis, & sic tenuerunt omnes tam Christiani, quam Iudæi & gentiles antè Mahumet quasi sexcentis annis. Vnde debet argumentum sumi, quòd si Alchoran hoc negat, utiq; Euangelio est potius standum, cum nullam rationem assignet. Dicunt autem quidam compositori Alchoran usum fuisse, hoc esse blasphemum, & de tanto Propheta credi non debere, quasi non dicat ad eius honorem. Sed si hoc sic putauit, utiq; mysteria crucis Christi ignorauit. Crucifixio enim Christi, est ipsius Christi exaltatio & glorificatio, & Christianorum iustificatio & uita, & omnium hominum resurrectio. Multi fuerunt reges & principes, qui christianos deridebant & persequebantur, eò quod crucifixum colerent; uti Egeas in Achaia Andream primum Christi discipulum, cui Apostolus respondebat, hanc derisionem euenire ob ignorantiam mysteriorum mortis Christi in cruce, quę per gentiles capi non poterant. Et Paulus Apostolus dum de cruce Christi prædicaret, licet Iudæis esset scandalum, & sapientes mundi Græci hoc stultitiam reputarent: tamen non tacuit, quousq; redemptionis mysteria Christianis aperirent. Certum est igitur quòd Alchoran illis Arabibus si sine mysteriorum apertione Christum crucifixum aperte asseruisset, Christum in eorum mentibus non magnificasset. Voluit igitur secundum piam interpretationem occultare ipsis uilem mortem, & quòd adhuc uiueret & uenturus esset affirmare: quoniam eius resurrectionem à morte, per potestatem quam habuit animam suam ponendi & iterum assumendi (ut in Euangelio fatetur) non potuisset persuadere, nisi ipsum nõ solum hominem, sed & Deum ostendisset: quod unitati Dei quam prædicabat, aduersari putabat. Nec conuenie bat fidei suæ asserere, ipsum iam à morte resurrexisse, ut statim dicetur ideò sic forte loquutus est. Dicit tamen hęc taliter, quod sapientes elicere possunt Euangelium ueritissimum esse ut putabat.

Quomodo Deus animam Christi ad se reduxit, ipsum transmigrare fecit & assumpsit. Cap. XIIII.

ALchoran recitat, quòd cum increduli fraudulenter cum Christo agerent, scilicet studentes ipsum per mortem extinguere, delusi sunt, quem creator taliter affatus est: Ego tuam ad me reducens animam & exaltans, ab in-

http://www.obrascatolicas.com

credulis te liberaui. Post hoc alibi dicit: quomodo Deus ipsum Christum ad se transmigrare fecit Iterum alibi dicit, Christum per Deum ad se assumptum. Hæc omnia ordinatè Christiani sic esse affirmant. Nam Euangelio teste, dum clamaret uoce magna in cruce ad patrem, ut quid eum dereliquisset, & subiungeret quod in manus suas commendaret spiritum suum, quem sic clamando emisit, tunc hoc uerificatum quod Deus animam eius ad se reduxit. Idem enim est anima & spiritus. Sed per resurrectionem uerificata est transmigratio, fuit enim per mortem ad uitam immortalem. Sic eum Deus ad ipsum qui solum habitat immortalitatem transmigrare fecit, & hanc transmigrationem Christiani pascha nominant, De quo etiam Alchoran meminit. Vltimò in ascensione Christi ad patrem, assumptio uerificata existit. Negat autem Mahumet Iudæos eum peremisse, sed dicit alium illi similem ipsos suspē disse, nullam faciens unq̃ de cruce mentionem. Aduerte Mahumet sic forte argumentari uelle. Christus uiuit, ergo per Iudæos non est peremptus. Si enim peremptus fuisset, quomodo uiueret nisi resurrexisset? Resurrectio autem mortuorum nondum aduenit, sed uentura est dies, in qua omnes resurgent & redibunt. Ante illum diem omnia quo uitam habent, siue angeli, siue homines, siue alia animalia, extingui necesse est, ut omnium resurrectio & reditio fiat. Christus igitur qui uiuit quod certum est, nunq̃ fuit peremptus: morietur tamen tandem & in die resurrectionis resurget. Hæc est Mahumet persuasio, quę in Alchoran licet sparsim continetur. Tamen cap. 48. dicit: Primò quidem buccinę sonitu morti succumbunt omnia, nisi quę Dei dextera protexerit, secundò sonante reuiuiscunt. Et hæc nota propter sequentia. Et aduerte quòd Mahumet tenet solùm Deum resuscitatorem mortuorum, & quòd resuscitati & resuscitandi, non debent censeri resurrexisse à mortuis. Ideò oportet illos denuò mori ante diem resurrectionis. Deinde considera, inter diem mortis & diem resurrectionis, secundùm ipsum nullum sensibile tempus currere: ita quòd Abel filius Adæ primus mortuus, quando resurget non iudicabit se diutius fuisse mortuum, q̃ ille qui statim ante diem resurrectionis morietur. Dicit enim cap. 55. in fine. Die namq̃ iudicij, qua patebit singulis mandatum nostrum, accedent singuli quasi non morati, nisi per diei horam unam. Sic dicit etiam cap. 26. & in alijs locis sæpissimè. Ob hoc de illo medio tempore post mortem & ante resurrectionem non facit æstimationem, licet dicat illos qui propter Deum mori uidentur, non mori. Sic etiam in Alchoran scribitur obsequio Dei peremptos nemo mortuos existimet sed illos potissimum uiuos & sanos. Et alibi: obsequio diuino, Deiq̃ dilectione mortem subeuntibus, diuina pietas gaudia præbens, superuenit. Et iterum: in uijs Dei morientes, nequaq̃ mortui dicendi sunt: illi namq̃ de bono Dei dilectioneq̃ gaudentes, apud Deum uiuunt, expectantes post se relictos, nihilq̃ timentes. Vnde licet dicat, omnis anima mortem gustabit, tamen cum Euangelium dicat, non debere timeri eos, qui cum corpus occiderint non habeant quid amplius faciant, quia animam occidere non possunt, sed eum qui etiam ultra hoc potest animam mittere in gehennam: ideò sequutus est Euangelium & libros sapientiæ, quomodo iusti licet oculis insipientium uideantur mortui, sunt tamen uiui & in pace. Et nihil ominus animas talium demum mortem gustaturas affirmant, ut resurgant in generali resurrectione, quam appellat diem ueritatis. Dicit enim sic in Alchoran. Die ueritatis qua resurgent animæ & angeli. Et in doctrinis ad abdalla: In die illo mandabit Deus angelo mortis, ut omnem creaturam spiritum habentem interimat, tam angelos omnes, quam diabolos omnes, q̃ homines, aues, pisces, beluas & pecora. Sic enim ait in Alchoran: omnia mortua præter Deum. Et subiungit, quomodo Adriel angelus mortis, demum seipsum interimet. Post sequitur resurrectio, sic dicens: Tunc Raphael accepta tuba, cuius longitudo quingentorum annorū, stans in Hierusalem in sufflauit tubam, & efflauit omnes animas interim sibi seruatas, quę euolabunt ad corpora sua, Secūdum hanc opinionem certum est, Christum non esse peremptum à Iudæis quoad animam: propter Deum enim ipsum interfecissent, & tales non debent cēseri mortui. Vnde id quod Iudæi Christum suspenderunt falsum est omnino sed

sed id quod sequitur in Alchoran, profitentes etiam se suæ cędis auctores, cordibus suis non minimam ambiguitatem inde gerunt, sed eum nullatenus interfecerunt: est benè considerandum. Videtur enim quòd ex his uerbis non negetur, quin Iudæi cædis Christi auctores esse possint, licet ipsum non interfecerint. Non negat igitur Christum crucifixum in toto Alchoran, quam crucifixionem non Iudæi sed Pilatus facere poterat, modo quo dicit Euangelium.

De resurrectione Iesu Christi. Cap. XV.

QVòd autem Christus expers malorum mortuus, & sua uirtute iterum uiuus accesit, ex cap. 28. medio scilicet Alchoran, uidetur manifestè haberi, ubi Christus post multa sic scribitur loquutus: Deus me uirum non difficilem sed malorum expertem creauit, & super me est diuina salus in die meę natiuitatis & mortis, à qua uiuus iterum accedam. Hoc est de Christo Mariæ filio uerbum uerax, in quo tamen plurimi dissentiunt. Ecce dicit de die mortis, & non de die generalis resurrectionis, sicut dicit alibi de Ioanne Zachariæ. Vbi dicit quòd diuina salus super ipsum Ioannem die natiuitatis, mortis, & resurrectionis. Et ideò intelligo Christum ante illum diē mortuum & iterum uiuum accessisse modo quo Euangelium hoc recitat. Vnde non est uerum, Christum & omne uiuum mori sonante buccina, aut per Adrielem mortis angelum, ut in doctrinis Mahumet legitur. Ideò pro correctione illius assertionis, cap. 42. adijcitur. Omnia morti succumbere, nisi quæ dexera Dei protexerit, etsi aliquis sit illa protextione dignus utiq̃ Christus erit quo nullus dignior: imo ipse est illa Dei manus dextera, seu potentia, per quam Deus fecit & facit atq̃ faciet omnia. Facit ad hoc (id quod legitur in Chronica Mahumet & ipsius successorum regum) Mariam matrem Iesu post ipsum quinq̃ annis superstitem fuisse. et 54. annos. uixisse. Sed dicite nobis magistri legis Arabum: Si propter Deum interempti non sunt mortui, quia apud Deum uiuunt: utiq̃ anima illorum à corpore separata uiuet: debet ne anima illorum post hoc die occisionis omnium uiuentium mori? & si dicitis quòd sic. Nònne ille Dei amator in uia Dei ambulans, qui ea die interficit per angelum mortis: etiam non moritur in anima, sicut si dudum ante fuisset interfectus? Si sic. Non erit igitur ille secundùm animam Dei generalis resurrectionis mortuus, quare nec prius interempti propter Deum; non enim erunt peioris conditionis. Anima igitur omnium talium nunquam morietur neq̃ resurget, licet homo totus ex anima & corpore qui mortuus fuit, resurget. Et quia non est conueniens dicere, animam peccatoris mortuam & extinctam, à Deo resuscitari ad finem ut ardeat ęternaliter in gehenna: ideò Christi doctrina animam non posse occidi, utiq̃ uerissima est. Oportet ergo quòd id Alchoran omnia mortua præter Deum, intelligatur in comparatione ad Deum, qui solus habitat immortalitatem, à quo omne uiuēs in tantum uiuit inquantum ipse Deus id illi tribuit. Sed Deus tribuit animæ intellectiue ut liberè uiuat, & iudicetur si errorem ueritati præfert: non deficiet igitur cum sit subiectum diuini iudicij. Animalia uerò ratione carētia, cum non possint iudicari, & ad iudicium ipsa resurgere non sit necesse, in uanum resurgerent. Et quomodo eadem animalia resuscitarentur, anima priore non redeunte in corpus: quæ penitus per mortem fuit extincta & in nihilum redacta? Sic anima intellectiua cum creetur ex nulla preiacenti materia, si ipsa per mortem in nihilum redigeretur, quomodo eadem resurgeret? Ita nec angeli, nec dæmones resurrectione opus habent, cum sint intellectualis naturæ & iam iudicati. Neq̃ opus est ut cuncta non iudicanda, ad Deum à quo sunt redeant, cum apud ipsum nihil transeat in obliuionem seu præteritum. Oportet igitur Arabes intelligere talia Euangelio dissona, modo quo Christiani Euangelio inhærentes. Ideò non sine optima causa Alchoran Euangelium sæpe lucidissimum asserens, rectam uiam esse dicebat. Non est igitur asserendum Christum iterum moriturum, & demum cum alijs resurrecturum; sed uerè à mortuis resurrexisse.

http://www.obrascatolicas.com

Mysterium natiuitatis & mortis Christi. Cap. XVI.

AT ut causam mortis Christi in cruce uideamus, præmittendũ est Deum omnia in ostensione gloriæ suæ creasse. Nam cum rex incognitus, in gloria sua non possit censeri magis rex quam non rex, & careat honore & beneficentia ideò ut uideatur uirtus & gloria sua, ac per hoc magnus cognoscatur, honoretur, & glorificetur, omne suum studium applicat & conuertit. Non autem ostendit nisi intelligentibus. Sic Deus creaturas intellectuales, capaces iudicij gloriæ & ueritatis creauit, ut cognoscatur, & propter illas cuncta inferiora: quoniam propter semetipsum omnia operatus est, ut in cap: 94. Alchoran dicitur ipsum esse rerum principium & finem. Homo autem inter illas intellectuales infimum locum tenens intellectum habet in potentia indigens alio actu, qui ipsum de potentia in actum ducat. Positus est igitur in Paradiso, dotatus innocentia, ut innocens sub obedientia Dei uiuens, demum gratia Dei ad uisionem gloriæ Dei sui transferretur, & ea frueretur. Sed quia homo liber, suasu diaboli elegit potius per scientiam ascendere, quam per innocentiam & obedientiam: recusauit Deo obedire, ut secundùm promissa diaboli esset per se sciens bonum & malum: De Paradiso perdita innocentia eiectus existit. Et qui prius si stetisset semper uiuere potuisset, factus est mortalis & ignorans. Et propter hoc non fuit possibile ullo unq; tempore, ex omni studio suo ipsum ad immortalitatem & uisionem gloriæ Dei pertingere, quæ ab omni mortali uideri nequit. Nec erat remedium, nisi ille qui ipsum ad hoc creauit, etiam denuò gratioſè reformaret. Ad hanc igitur reformationem aptandam, probatus est homo, an lege naturę quæ ipsi concreata est proficere posset, cui postea lex scripta superaddita hominem erexit ad speranda promissa Dei: primò in sensibilibus, deinde in intellectualibus. Et inter omnes Prophetas, omnium saluator Messias à Deo mittendus, prænunciatus est aliquando uenturus, qui uirtutem Dei habens, complete ipsum Dei populum reformaret & saluaret. Hic tandem diu expectatus, de cœlo summus legatus & Dei filius, in forma hominis humilis & pauper, & pauperis filius uirginis Mariæ in hunc mundum ueniens Iesus Christus nominatus, cum diuina potestate apparuit, se opere hanc potestatem & Dei uirtutem palam doctrina cœlesti & miraculis diuinis habere ostendens: ut uiderent in ipso Deum patrem qui ipsum misit operari, & uerba quæ loquebatur ueracis dei esse: cui Ioannes Zachariæ testimonium certissimum dedit, & illa quæ apud patrem suum cœlestem uidit, enarrauit: & qui eius uerba receperunt, compererunt ipsum esse Dei uerbum ueracissimum. Dedit igitur ipse Dei filius dilectus, omnibus qui crediderunt eum Dei filium, potestatem filios Dei fieri. Nam in hoc fuit omnis diligentia eius, ut crederetur filius & uerbum Dei: tunc enim firma fide cuncta quæ annunciaret reciperentur, & promissis eius de regno futuro cœli, resurrectione à morte, & æterna uita, indubia fides adhiberetur, & eius præcepta seruarentur. Quis enim peccaret: quando ex uerbo Dei indubitato sciret, peccatum inferre mortem perpetuam? & quis non obediret usq; ad mortem, quando non hæsitaret in uerbo Dei, sibi pro temporali morte uitam perpetuam à Deo optimo remuneratore tribuendam? Quomodo enim homo dubitare poterit in promissis: qui certissima fide ea Dei promissa esse credit? Intrauit igitur Iesus in hunc mundum, sine quacunq; carnis concupiscentia & uolunte uiri, morti nequaquam obnoxius, quæ ob actuale peccatum primorum parentum & originale eorum, eorundem filiorum ex carnis concupiscentia genitorum, cunctos quos permisit Deus inuasit. Erat igitur innocens Iesus liber à morte, qui nec in peccatis natus est, nec ullum unq; peccatum fecit, Reuelauit ea de patre cœlesti & eius regno & gloria, quæ sibi soli nota erant & nulli alteri: cum nemo patrem unq; uidisset in hoc sensibili mundo, ubi non uideri potest: & se uiam, uitam, & ueritatem propalauit. Scripturas aperuit quoniam de ipso erant, & quod ipse medicus contra omnes infirmitates corporis & animæ etiam contra mortem esset, facto & doctrina patefecit. Quòdq; ipse rex & Messias esset, licet regnum suum de hoc mundo

mundo non esset: atq; hunc mundum & hanc sensibilem uitam pro nihilo habendam comparatione futuri sæculi & uitæ, uerbo & facto manifestauit. Et post multa signa & miracula, ut ostenderet hanc uitam propter ueritatem & regnum immortalis uitæ contemnendam, & Deo usq; ad mortem etiam crucis turpissimam obediendum: ipse qui esse potuit immortalis si uoluisset, mortuus est: sic Deum patrem suum ita uoluit clarificando, & morte sua innocentissima omnibus hominibus ipsum per fidem recipientibus & induentibus, æternam secum uitam promerendo. Meruit enim consummata mors innocentissimi unigeniti filij Dei, quam in humana natura passus est: redemptionem omnium captiuorum per Sathanam mortis auctorem in qua Christi morte, quisq; fidelis eidem incorporatus mortuus est, & uitam meruit. Igitur crucifixi Messiæ commortui omnes fideles, meruerunt uitam sibi perpetuam in Christo retribui. Resurrexit autem die tertia propria uirtute qui habuit potestatem ponendi animam in morte, & iterum sumendi eam in resurrectione. Vnde eius resurrectio est, per quam omnes homines resurgunt, qui cum eo eiusdem sunt humanæ naturæ, quæ in ipso est uitæ immortali unita. Resurrexit autem tertia die, ut facto probaret resurrectionẽ mortuorũ credendã, quã docuit diẽ iudicij expectandã. Ipse est igit̃ in cuius morte morimur, & in cuius resurrectione uiuificamur, & per quẽ accessum habemus ad Deũ patrẽ creatorem, ad uidendũ ipsum in gloria sua & cũ eo ipsum Christum Iesum eius filium semper benedictũ. Ex his perquam breuiter tactis constat, mortẽ Christi in cruce ignominiosam, maxima habere mysteria, & fuisse tam fidelibus necessariam quam Christo gloriosam: qui mortuus est ut clarificaret patrem, & ostenderet quantus ille est, cui Messias in suo corpore & turpissima & dolorosissima morte, usq; ad omnium terribilium ostendit obediendum: & quanta est illius dei pietas & remuneratio fidelium, qui omnibus Christiformibus ob filij sui mortem eis communicatam, cum eodem suo dilectissimo filio regnum uitæ retribuit possidendum. Hæc mors Christi crucifixi, Iesum clarificauit esse diuinæ bonitatis filium, quoniam non fuisset adeo pius, misericors, & uoluntarius ad obediendum usq; ad mortem inclusiuè, nisi perfectissimus fuisset, & Deiformis, sic reuelans patrem per testimonium in sanguine suo, Deum esse supra omnia amãdum, & sic ei seruiendum, & eius præcepta implenda, & uitam futuram magnificandam, usq; ad huius miseræ uitæ contemptum. Ostendit etiam promissã patris sui, & quæ de se ipso prædixit impleta, & ueracem esse patrem, secq; eius ueritatem: omnemq; scientiam & scripturarum mysteria, atq; quantum sit pater de cœlis ab omnibus diligendus, patefecit. Hæc sciunt filij lucis qui Christum sequuntur, & filij tenebrarum huius mundi amatores, spiritu Christi carentes, ignorant.

De fructu mortis Christi. Cap. XVII.

DIceret aliquis zelosus Arabs: Si mors Christi clarificat patrẽ omnium creatorem: utiq; potens & laudabilis est, & de hac re iocundum esset plenius informari. Zelo illius uiri conabimur pro nostra paruitate aliqua adhuc aperire, ut quisq; sic esse non hæsitet. Nam cum non sit dubium, peccata diuidere inter Deum & hominem, ut ait Propheta dicens: peccata uestra diuiserunt inter uos & Deum uestrum, & hinc Dauid Propheta imitator Dei ait, iniquos odio habui: hoc quidem peccatum potest esse ab ortu, ut sic in peccatis conceptus à matre existat ex immunditia & uoluptate carnis, ut idem Propheta se conceptum asserit. Et quoniam omnes sic ex Adam à matre ex uoluntate uiri concepti sunt, & nemo mundus illa mundicia quæ est Deo grata, Iob dicente: Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Nascimur enim filij iræ cum spiritu concupiscentiæ carnis, qui non est de regno intellectuali cœlorum Dei nostri incorporei. Et experimur ex pronitate ad malum quã ab adolescentia habemus, nos nõ moueri spiritu Dei bono, & hoc in nobis Dei dono expetimur. Deus em̃ sic hominẽ cõposuit, ut malo uiso expauescat: ut ait ca. 79. Alchorã. Quapropter nullus est ex Adam uia concupiscẽtiæ natus, qui nõ sit à Deo uel uitio

http://www.obrascatolicas.com

originis, uel peccati actualis ſeparatus, ſolo Chriſto excepto: qui atteſtante etiam Alchoran, à matre uirgine Maria, quæ nunquàm mala operata eſt, ſine uirili ſemine ſeu carnis uoluptate, mundiſsimè natus exiſtit. Et non eſt natus filius iræ & odij aut abominationis, ſed mundiſsimus: quare Deo inter omnes qui fuerunt & erunt homines dilectiſsimus. Hic utique nullum unquàm fecit peccatum actuale, ipſe enim eſt de quo ſcriptum eſt: Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, & ita à Deo nunquàm diuiſus ſeu ſeparatus: hunc diuina ſapientia in ſui unionem aſſumpſit. Nam ſicut ſapientia maleuolam animam & corpus ſubditum peccatis abominatur, ſic diligit ſanctam animam, & corpus ab omni peccato mundiſsimum, & ſibi perpetuo fœdere deſponſat. Ipſe eſt igitur primogenitus ſimiliter & unigenitus filius regis uirtutum, qui eſt rex gloriæ. Nam ſi (Moyſe teſte) Deus dixit, filius meus primogenitus eſt Iſrael: negari non poteſt Chriſtum in Iſrael, omnium primum qui Meſsias, atq; ipſum primogenitum Dei in orbem terrarum miſſum, qui & ſimul eſt unigenitus Dei filius, ut ipſe Chriſtus ait: qui nõ credit in me iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine unigeniti filij Dei. Si igitur hunc ſuum dilectiſsimum primogenitum & unigenitum filium Deus dedit pro ſalute mundi: utique maximè mundum dilexit. Quòd autem hoc fecit, atteſtatur Euangelium quod dicit: ſic enim Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. Nónne empti ſumus pretio magno: puta prætioſiſsimo ſanguine unigeniti filij eius, ut ſimus Dei, qui fuimus ſub principe tenebrarum? Ait enim Alchoran, quòd Adam à Deo præceptum mini mè operatus, ius mortale ſubiuit. Vnde totum genus humanum ob peccatum primi parentis ſpoliatum innocentia, quæ ſola in regno cœlorum locum habet: ſubditum principi huius mundi æternaliter damnatum, ad priuationem uiſionis gloriæ Dei, quæ mors eſt intellectualis naturæ: ſoluit debitum in morte unigeniti filij Dei, qui pro omnibus ipſum ut Meſsiam & regem intellectualis uitæ recipientibus, mortuus eſt. Sic omnes in eius morte mortui ſatisfecerunt, & liberati ſunt à ſeruitute principis mortis. Mors enim unigeniti qui plus omnibus diligebatur à Deo prætioſiſsima, abundè ideò ſatisfecit, quia fuit mors præcidentis dolorem mortis, ut ait Propheta: quem omnes morientes ignorant. Quare dicit idem: Verè languores noſtros ipſe portauit. Et dum ad fidelem fidei patrem Abraham reſpicimus, quantum ipſe meruit, quia filium ſuum unigenitum Iſaac ut Deo placeret in mortem tradere uoluit: ſtatim uidemus quid meruit Meſsias, ſeipſum in mortem tradens ut Deo placeret, in redemptione generis humani. Vide ineffabilem laudem Dei patris, in eo quòd filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Nónne meruit habere innumerabilem multitudinem filiorum & hæredũ regni ſui cœleſtis, quemadmodum Abraham? Et quid meruit Ieſus, realiter turpiſsima & doloroſiſsima morte mortuus: quæ omnes dolores morientium excedit? Certè quia uitam dedit, reſurrectionem à mortuis meruit pro ſe & fratribus ſuis patri acquiſitis, inter quos ipſe eſt ut primogenitus, in multis fratribus principatum tenens. Nec eſt regnum intellectualium cœlorum æſtimandum, ut eſt regnum huius mundi, quod dum plures habent, quilibet minus habet: ſed dum idem ſine defectu ab innumeris poteſt uideri & intelligi, ipſum regnum intellectuale ab innumeris intellectibus, poteſt à quolibet in ſolidum poſsideri. Intellectualis eſt uita reſurgentium, ut ſciant & delectentur ſe uiuere. Quæ eſſet remuneratio fidelis pro Deo morientis: ſi maneret in morte, aut ſi neſciret ſe uiuere, potius homo optat non eſſe, quàm ſine omni intellectu eſſe. Quare non reſurgit homo ad uitam intellectualem niſi in ſapientia, quæ eſt ſapida ſcientia, ut ſe ſapiat & ſciat uiuere. Sapientia autem quæ participatur in omnibus intellectum habentibus, in Meſsia magiſterium habet. Participatione igitur illius magiſterij, uiuit omnis in Chriſto reſurgens, quia ipſe eſt reſurrectio & uita quæ appetitur. Iam uidet quiſque zeloſus, quantum opus reformationis humanæ naturæ excedit opus creationis, & quàm ſapienter omnibus ſunt ordinata. Sapientia autem quæ omnia ſapientiſsimè diſpoſuit, tàm circa mortem quàm reſurrectionem Chriſti, licet nunquàm Chriſtum dereliquerit: non tamen mortua

mortua eſt, Chriſto ſecundùm humanitatem per ſeparationem animæ & corporis mortuo, nec eſt alia ſapientia quę aſſumpſit Ieſum hominem, quàm illa ſapientia patris Dei creatoris, per quam cuncta creauit (quam Alchoran animam Dei nominare uidetur, cum dicat animas hominum participare tantum de anima Dei, quàtum ipſa ſapientia relucet) ſed anima Chriſti plenitudini ſapiẽtiæ Dei eſt unita. Ob hoc ait Alchoran, Deum propriè animam ſuam Chriſto dediſſe, & ipſum illam ab utero matris habuiſſe, certis miraculis exemplificat. Loquebatur enim ut ait matri ſuę in puncto natiuitatis, ipſam confortando. Reſpondit tunc pro ipſa, illa die cum conſanguineis malum de matre ſuſpicantibus. Loquebatur quando uoluit infantibus ſicut ſenibus, & luto formato ut homo auis fieret. Et ita factum Mahumet in doctrina ſua & in Alchoran aſſerit. Sic loquutus eſt cęco nato ut uideret, leproſis & alijs infirmis ut ſani eſſent, mortuis ut uiuerent. Hæc & plura ex Euangelio & Alchoran elici poſſunt, qui liber eum etiam ſapientẽ aſſerit, dans ei idem nomen quod Deo, quem incomprehenſibilem & ſapiẽtem ſæpiſsimè affirmat. Si igitur fatetur Chriſtum abſolutè ſapientem, ſicut & Deum patrẽ: non erit alia ſapientia patris creatoris, & alia Chriſti, ſed pater creator per ſuam ſapiẽtiam quæ Chriſtus eſt, omnia operatur. Hæc eſt ſapientia immarceſsibilis uitam dans omni intellectuali naturæ, quæ ſine ſapientia mortua eſt. Ideò ad illius apprehenſionem, finis tendit creationis intellectualis naturæ, quam homo niſi mediatore Chriſto, in quo humana omnibus hominibus communis natura, ſapientiæ ſupremæ indiſſolubiliter unita eſt, attingere poteſt in ſua propria natura humana Chriſto & ſibi communi. Quare Chriſtus eſt magiſter, habens doctrinam & uerbum uitæ intellectus noſtri, reuelator omnium quæ in theſauro Dei continentur, oſtenſor patris, fontis ſapientiæ & gloriæ eius. Quæ oſtenſio eſt receptio ſapientiæ in ſe intellectualiter, uiuificãs æternaliter ipſum, & faciens ipſum ſimilem Chriſto filio Dei, qui eſt in gloria Dei patris. Et hoc eſt eſſe fœlicem, & regnare perpetuè in cœleſtibus ſummo gaudio beatitudinis. Et hęc ſunt promiſſa Chriſti, omnibus ipſum recipientibus firmiſsima.

De paradiſo. Cap. XVIII.

DIceret Arabs aliquis: Remota ſunt & multum diſtantia illa, quæ de Paradiſo in Alchoran leguntur, & eà quæ Euãgelium promittit. Alchoran enim deſideriorum omnium complementũ, credulis & legem ſeruantibus promittit: deſcribitq; illa deſideria, quæ communiter appetũtur per uoluptuoſos. Sed Euangelium ſolum promittit intellectualem fœlicitatem, quæ eſt in uiſione intellectuali, & ſcientia, ſapientia, & cognitione. Reſpondemus ſemper nobis apparuiſſe, tantum inter Paradiſum Mahumet & Chriſti intereſſe: quantum inter ſenſibilia & intellectualia, aut inter uiſibilia quæ ſunt temporalia, & inuiſibilia quæ ſunt æterna, ſic & de Alchoran & Euangelio pariformiter. Sunt tamen qui allegãt pro excuſatione compoſitoris Alchoran, quomodo ipſe rudes Arabes trahere uolebat, ut in unum creatorem crederẽt, qui dedit eis uiuere in hoc ſæculo temporali, quòd ille etiam eis eſſet daturus in ſæculo futuro perpetuò uitam ſine defectu, multò iſta uita meliorem: quodq; ad hunc finẽ (ut in Alchoran legitur) plures ſimilitudines introduxit, quas tamen non expoſuit, ſed ſapientibus illas notas reliquit. Et niſi exẽpla ſumpſiſſet ab hac uita ſenſibili, prædicendo futuræ uitæ iocũditatem, neq; intellexiſſent, neq; moti fuiſſent propter promiſſa eis incognita. Ait enim ca. 51. Credentes & benefacientes pulcherrima loca Paradiſi poſſeſſuri, omne ſuum uelle perficient, hoccq; lucrum eſt maximũ: huiuſmodi pollicitum illis ſummã lætitiam denunciat. Vnde uidetur unã concluſionem uelle prædicare, ſcilicet quòd Deus eſt remunerator fideliũ ſibi ſeruientiũ, ſecundum ſpẽ & deſideria ſeruientis: ꝑ ſeruitute temporali tẽporalia aſſequetur, ꝑ perpetuis perpetua, ꝑ uoluptuoſis uoluptuoſa: ꝑ intellectualibus ſeruiens intellectualia habebit. Sic enim dicit ca. 6. Deus omnium uota dinoſcens, omniũq; diues: mundana quærentib. tẽporale, cœleſtia petentib. atq; cœleſtib. ſummũ bonum tribuit. Et ca. 51. dicit. Studioſo bonorum huius ſæculi dabimus illa, ſed nullã in alio portionem habebit. Ideò ubi in ca 1. dicit, bonos Paradiſum introire, ubi dulciſsimas

http://www.obrascatolicas.com

cissimas aquas, pomaq; multimoda, fructus uarios, & decētissimas ac mūdissimas mulieres, omneq; bonū in æternum possidebūt, aduertendum ad id quod dicit, omneq; bonum in æternum possidebunt, utiq; illud non est aliud q̄ Deus tamen sensibilium promissiones sapissimè repetit, et demum in ca. 64 dicit: Omnes itaq; sapientes timeāt Deum, dantem omnibus credētibus sapientiam, suiq; notitiam. Et ca. 107 dicit, Paradisum apud Deum sortient. Et sæpe ponit similia, scilicet, quòd æterna uita, æternum gaudiū, & beatitudo, sit remuneratio. Dicit etiam in doctrinis, q̄ nulla futuri sæculi tradi possit similitudo. Ideò non uidetur finaliter quòd possit Euangelio contradicere, quòd Paradisum intellectualiū & sapientum, uisionē Dei & eius sapientiæ seu Christi asserit. Ideò Alchoran alibi eos qui in inferno sunt, priuatos ait discretione & sapientia. Etiā alibi enumeratis omnibus quæ in hoc mūdo uidentur & quę sæpe promittit Paradisum intrātibus, addit, q̄ bona futuri sęculi his omnibus sunt meliora, quoniā istud sæculū in cōparatione ad illud futurum nihil sit. Vnde sicut per similitudinē cruciatus ignis sensibilis, pœnam eorū qui dānati sunt describit, ita per aquam & fontes uitam saluatorū. Non tamen completè intellectualem fœlicitatem describit, secūdum Auicennam in Metaphysica sua: nam licet esset de lege Arabū affirmat Mahumet corporalē fœlicitatem describere, & quòd intellectualis illa multò excellentior, per sapientes melius describatur: Sed Alchoran, licet minus extensè, perfectam fœlicitatem sapientum, ponat in notitia Dei & sapientiæ quæ est filius Dei secundū præmissa, quemadmodū & Euangelium ex Christi perfectissima doctrina. Præterit enim iste mundus cū concupiscentijs suis, illa uerò quæ futuri & perpetui mundi sunt, habent se ad ista huius mundi, sicut perpetuum ad corruptibile. Vnde notitia seu uisio Dei patris & sapientiæ eius pascit immortaliter intellectum: quia sapientia est immarcessibilis, ut liber sapientiæ docet.

Inuectio contra Alchoran. Cap. XIX.

ADuerti dū legerem Alchoran, quomodo sæpissimè fit mentio de die tremēdi iudicij, Paradiso, & inferno, & semper uariè & per similitudines: cum aliter id quod nunq̄ in conceptum hominis intrauit describi non possit, nisi coniecturaliter ad sensibilia, quæ intelligibilium imagines existunt. Et quia ita uidi per uarias similitudines regnū cœlorum signari in Euangelio & ueteri testamento, intra me admittebam, posse illa pia sequaciū libri interpretatione excusari. Verum postq̄ legi ibidem castitatem in uirgine Maria, & in Iohanne Zachariæ, & generaliter in omnibus laudari, & q̄ concubitus in templis prohibetur, & lotio post ipsum præcipitur ante orationem ob eius fœditatem, quodq̄ mundicies Deo grata sit, ac quòd Deum uidēt boni & cum ipso sunt in paradiso, & quòd Deus ipsos maximè amet, & eis id quod maximum est retribuet, ac quòd ipsum maximū simpliciter non sit nisi gaudium sempiternum & incorporeum: stupebam de eo quod sæpe de puellis, & earum papillis, & bestiali concubitu in Paradiso totiens replicauit, dicens ca. 88. illam esse optimam Dei remunerationem credentium, & uerecundabar illa turpia legere intra me dicens. Si Mahumet adscribit Deo hunc librum plenum turpitudine, aut si ipse scribit & Deo auctoritatem tribuit, miror quomodo sapientes & casti uirtuteq; prædíti Arabes, Mauri, Aegyptij, Persæ, Afri. & Turci qui illius legis esse dicuntur, Mahumet pro Propheta habeant, cuius uitam nemo sequi potest, qui ad regnum cœlorum anhelat, ubi non nubent, & similes angelis sunt: ut Christus docuit. Nam tam turpia ita turpiter nemo loquitur nisi plenus omni tali turpitudine: ex abundantia enim cordis os loquitur. Et hoc uerum esse patet ex cap 42. ubi dicit: Deum uoluptates etiam illicitas alijs, iuxta prohibitionem quæ ponitur, 7. cap. Alchoran in fine, & uoluntarias quascunq; ei præmisisse: & quòd iuramentum licitum factum per ipsum, ne adulteratur cum Maria Christiana Iacobina præcepisset deleri. De quo loquitur ca. 75. in principio contra illa, quę alibi de damnatione adulterorum & periurorum dicit. Ipse enim in cap. 77. periuros qui ob sui saluationem iurarunt, esse damnatos affirmat. Quomodo igitur non ueretur Deum blasphemare, cui ascribit periurium præcepisse, ut adulterium continuaretur per ipsum.

Probant

Probant & hoc plura quæ circa mulieres permisit, ut illud cap. 3. Mulieres uobis subiectas penitus, pro modo uestro ubicunq; uolueritis parate. Et cap. 8. tot permittit uxores quot quiuerit quisq; subiugare seu castigare. Et cap. 9. sic dicit: Liber hic uobis cœlitùs missus licitum atq; tenendum hoc uobis statuit, ut pecunijs uestris castas mulieres eis præbendo ducatis. Itaq; taliter uestris factis quod deinceps placuerit, ruboris atq; timoris expertes agite. Etsi reperiatur Dauid excessisse in numero uxorum, aut alios postea sanctos: hoc non excusat Mahumet, qui ui legis indulsit quasi Deo sic uolente, quòd prius apud omnes Prophetas & legislatores fuit in auditum. Et est blasphemia. Deo hoc imponere quod perfectè aduersatur. Et consideraui, quomodo legi in Alchoran cap. 76. sic præcepisse Deum Mahumet, ut te ueracem comprobes. Non dicte nisi nuncium tantum esse. Idem in cap. 77. in principio, per iuramentum Deus affirmat nuncium, scilicet ad Arabes idololatras. Et ca. 27. Tuæ quidem linguæ nullam facultatem indulsimus, nisi ut Deum timentibus nuncium gaudio plenum, & castigamen incredulis, nunciet. Et ca 32. Dicito. mihi nihil iniunctum est, nisi solum Deum adorare, nec illi participem æstimare: cui me commendo & ad ipsum redibo. Si hæc uera sunt: cur non seruauit? cur alijs sibi non iniunctum iniunxit? Cur ca. 77. se doctorem gentium nominauit, qui secundùm præmissa nuncius ad Arabes idololatras fuit. Etsi de his sibi non commisis intromittere nullatenus præsumpsit: dic Mahumet, cur loqueris contra Euangelium & uetus testamentum, & nouam legem, & librum docere tentasti: quasi hæc tibi commissa fuerint? Quando fateris tuæ linguæ non esse facultatem concessam, nisi ut nuncies Deum timentibus nuncium gaudio plenum, & castigamen incredulis, in his facile tibi & cuiq; creditur. Hoc enim quisq; dicere & nunciare potest, cum sit uerum, & à Deo uerò omne est uerum: à Deo te potestatem hæc dicendi habere, tibi & omnibus dicentibus facile credi potest. In alijs uerò quomodo loqui præsumis, cum tibi non sit à Deo nec iniunctum nec indultum? Et si dicis, cur tibi credam, quando Deo non obedis? utiq; excusabilis es, nisi uarietatem immutabili Deo ut soles tribuas, ut sic blasphemando euadas. Omnipotens tamen Deus inter omnia illa spurca & uana, & sapientibus etiam Arabum abominabilia, talia etiā inseri uoluit: in quibus Euangelicus splendor sic lateret occultatus, quod sapientibus diligenti studio quæsitus, seipsum manifestaret. Tanta etenim est lux Euangelica, quòd sine ipsa nihil apparere potest uerum & clarum: sed omne dictum & scriptum illa luce carens quæ dicit, ego sum lux mundi, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, ut qui sequitur me non ambulet in tenebris, est obscurum, inordinatum, tenebrosum, mortiferum, & intellectuali naturæ abominabile, licet bestialitati & animalitati quæ est de hoc sensibili mundo, sapida uideatur.

Cribationis Alchoran Reuerend. Patris Nicolai de Cusa Card. Secundi Libri finis.

Cribrationis

http://www.obrascatolicas.com

Cribrationis Alchoran Reuerendiſſimi Domini Nicolai de Cuſa.

Liber III.

Quòd Alchoran fide unius Dei ſalua omnibus blanditur, Chriſtum tamen præferendo. Cap. I.

OPortet ut qui Alchoran legit, aduertat quomodò ſalua fide quæ eſt, non eſt Deus niſi Deus, nulli intendit contradicere. Ideò ita uariat ea ubi diſſenſiones eſſe ſciuit, ut quiſq; aliquid grati reperiat, cuiuſcunq; hæreſis aut ſectæ fuerit: puta ſæpè dicit, quòd inter mortem & reſurrectionem cuiuſq; uix hora interſit, ne de ſtatu animarum ante iudicium opus ſit dubitare: tamen etiam interſerit aliquas in amœno loco fontibus referto, medio tempore locari, ut de Chriſto & uirgine Maria cap. 32. ſcribit, & iuſtis ob Deum interemptis, quos uiuere in Deo aſſerit. Sic etiam dicit, aliquas uſq; in diem iudicij igne cruciari, eodem cap. 32. licet nullas dicit in Paradiſo uel inferno ante ſententiam iudicijs in die finali reperiri. Hæc ita ambiguè ſcribit, quòd contrarias doctrinas hæreticorum, & rectè ſentientium de animabus defunctorum ante iudicium, fouere uideatur: ſic nititur in omnibus facere opinionibus. Nam de regno cœlorum non dicit quicquam, ſed de Paradiſo ſæpiſsimè loquitur, ac ſi de Paradiſo terreſtri intenderet. Et quòd ad locum unde eiectus fuit Adam, homo poſt diem iudicij fidelis & meritus reſtituetur, ibi perpetuò manſurus. Tamen ne Chriſtianorum Paradiſum ſcilicet regnum cœlorum negligere uideatur, duas ponit in certo loco Paradiſos, & gradus in eo plures: & in Paradiſo aliquando illa reperiri affirmat, quę Chriſtiani credunt in regno cœlorum haberi, ſcilicet uitam æternam. Sic dicit cap. 25, Res mundana citò, diuina nunquam peribit: ſecundum optimum modum ſuorum operum, quemcunq; Deus remunerabit, uitam tribuens æternam ſiue uir fuerit ſiue mulier. Ecce æterna uita eſt diuina, quæ in regno Dei cœli habetur, & per Chriſtianos expectatur. Sicut etiam dicit ca. 18. Tandem omnes obſeruatores diuiniorum præceptorum, plenum gaudium atq; perpetuũ ſortientur. Hoc autem non poteſt eſſe, niſi apud Deũ qui habitat in cœlis. Dicit etiam 26 bonos aſſe qui Paradiſum, ubi de diuina ſubſtantia eis tribuetur, ita facit de cunctis. Vnde allegat Deum eodem ca. 25. ſibi ſic dixiſſe: Hunc librum non alia de cauſa tibi commiſi, niſi ut hominibus ſuas contrarietates exponas. Iterum in eodem ca. loquitur: Te miſimus, ut ipſius Abrahæ legem ſequaris, nuſquam digrediens ne ſis incredulus. Sabbati quidem cuſtodiam non iniunximus, quia inerat contrarietas atque diſſenſio, quas Deus futurus iudex diſcutiet. Et alibi illum aliis præfert qui credit Prophetis, & inter eos non diſcutit: ut ca. 4. circa finem, & ca. 2. ſic dicens: Deo ſuiſq; legatis inobedientibus, & inter eos diſcutere uolentibus, ſeq; parti non toti, ſicq; rectam uiam aſſequi putando credere confitentibus: uelut ipſius ueritatis increduli, malum atque conceptum ingeremus. Credentibus autem prædictis nec inter eos diſcutientibus, mercedem innumeram, pius ueniæ largitor Deus tribuet. Ecce quomodo in contrarietate & diſcordia, cuilibet legato Dei dicit credendum: ita quòd nullius opinio particulariter ſit ſumenda, imò diſcuſsio ad Deum in iudicio remittenda. Hoc modo ſæpiſſimè loquitur: dubia legũ & Prophetarum, ad illum diem ueritatis eſſe remittenda. Sed quia dicit ſucceſſiuè & pedetentim Alchoran uenisſe, ut capite 16. ait: ideò eſt conſiderandum antè hoc capite 2. ſcilicet capite tertio, diſcuſsionem inter Prophetas factam. Et Chriſtus ibi legitur omnibus ſuprapoſitus: quare in dubijs Chriſto ſtandum, qui dicebat ſe non uenisſe ſoluere legem ſed ad implere. Ac quod omnia quæ ſcripta erant in lege & Prophetis de eo fuerunt. Vnde cum Chriſtus ſit finis & concluſio legis & Prophetarum omnium, qui Prophetarunt aut prophetabunt: quando eius determinationi ſtatur, omnium Prophetarum diſcuſsioni ſtatur.

Quòd Mahumet ignorauit quid agendum & ſentiendum, & nil firmiter aſſertum reliquit. Cap. II.

QVòd ipſe autem Mahumet non ſit primus fatetur cap. 55. dicens: Ego non ſum primus nuncius, nec ſcio quid mihi ſeu uobis gerendũ ſit: diuina mandata tamen explanabo, quæ licet ibi ſint, hocq; teſtificent plures filiorum Iſrael credentes illis, uos minimè creditis: Ecce qualis eſt Mahumet Propheta ignorans quid ſibi gerendum & alijs, niſi ea quæ prius præcepta fuerunt, allegans pro ſe Iudæos in teſtes, ſcilicet ipſum diuina priora præcepta teſtamenti explanare. Dicit etiam eos qui præcepta Moyſi ſequuntur, aſſequi beatitudinem. Aliquando autem Iudæos omnes damnat, quia reſurrectionem non credunt, Chriſtum non accipiunt. Sic Chriſtianos Chriſtum ſequentes ſaluos dicit. Alibi uerò tam Iudæos quam Chriſtianos, quia utriq; Deo filium tribuunt, increduloſ ait: licet de Iudæis hoc non ſit uerum, quod Deo filium tribuant. Omnes autem incredulos ſepiſsimè damnatos affirmat. Sic ca. 46. dicit: Firmatum eſt Dei uerbum ſuper incredulos: quoniam perpetuum ignem inibunt. Sed ca. 11. dicit: Incredulos forſan Deus omnes confundet, forſan multis ueniam dabit. Sæpiſsimè etiam dicit omnes animas redire ad corpora in reſurrectione. In ca. 18, dicit ſic: Morientibus mortis hora, cæteris hora ſopitionis Deus animas extrahit: quibuſdam reddens eis ad horam ſcitam quibuſdam nunquam, omnia pro ſuo uelle faciens, quod mirandum eſt ſapientibus. Alibi angelos dicit animas è corporibus extrahere. Sic reſurrectionem generalem, quam penè in omni ca. repetit, in dubio dimittit, quando ait quibuſdam animas extractas nunquam reddere. Ob hoc nihil certi apud ipſum manet, niſi quod unus eſt Deus creator uniuerſi ideò ſolum fidem unius Dei ſepiſsimè aſſerit de neceſsitate ſalutis. Et demum etiam de hoc dubitans, reſoluit omnem neceſsitatem ad hæc uerba: Non eſt Deus niſi Deus, & Mahumet eſt nuncius eius: & addunt ſui, magnus. Deum nemo dicit paruum, quia magnitudinis eius non eſt finis. Nec quiſq; dicit hoc falſum. ſcilicet. quod Deus ſit Deus. Etiam idololatra plures Deus colens hoc uerum fatetur, Deum ſcilicet eſſe Deum, quia per ſe notum: nullus igitur incredulus nec fuit nec erit. Sed quòd addit, & Mahumet eſt nuncius eius: ſi intelligitur quòd ſit nuncius ueritatis, ſcilicet propoſitionis per ſe notæ, non eſt magnum, ſemper enim uerum fuit de eo & quocunq; alio, uerum nuncium eſſe qui hoc nunciaret. Aliter autem hoc credere, ſcilicet Mahumet ſit nuncius Dei, non poteſt eſſe neceſsitatis. Nam fuit tempus in quo fuit ueriſsimum, ſcilicet non eſt Deus niſi Deus: & falſum fuit quod Mahumet fuit nuncius eius, quia nondum natus erat. Si igitur tunc per fidem illam non eſt Deus niſi Deus, ſaluabantur hoc credentes: ita neceſſariò omnes omni tempore hoc tantùm credentes. Nec tempore eius erat neceſſarium, quòd omnes ſaluandi crederent Mahumet nuncium Dei, cum ipſe fateatur ſe nuncium ad Arabes & ſuam nationem miſſum. Neq; Arabes tenebantur ei credere quòd eſſet nuncius Dei ad eos, quando non uenit cum miraculis & uirtutibus talibus, quæ in ipſo Dei uerbum eſſe teſtificarentur. Sed cum ſine poteſtate miraculorum compareret, & communem peccatorum uitam ageret, fuiſſetq; idololatra ut alij Venerem colens: non mirum ſi ei oppoſuerunt, quomodo per aliquem Deorum offenſus, ut ſe uindicaret, ſe nuncium Dei finxiſſet, ut ca 20. Alchoran. Alibi cap 30. opponebant ei, quomodo ipſe homo eis ſimilis eſſet, cum arte magica eos acceſſiſſet cuius uolumen, uel ſomnium uel fictitium eſſet. Et talia multa per ipſum allegantes, quę non potuit aliter ſoluere, niſi. capite 29. dixit: Inquiunt ſi diuinis cum uirtutibus aduenisſet: nònne teſtimonium de prioribus libris attulimus? Ecce adducit in teſtimonium priores libros ſcilicet Euangelium et Teſtamentum. Dicit enim capite decimoſeptimo, quòd mentio de eo fiat, & nominetur in Teſtamento & Euangelio. Et 70. dicit Chriſtum prædixiſſe, nuncium poſt me uenturum Mahumet nomine

http://www.obrascatolicas.com

mine denuncio, quem mendaciter Magnum dicent. Ecce omne teſtimonium quod Mahumet ſit nuncius Dei. Sed cum penitus ſit falſum, conſtat nihil uerum manere niſi hoc ſolùm, non eſt Deus niſi Deus.

Cur dicuntur ſaluati credentes Alchoran, & quod gladius eſt magiſter. Cap. III.

POſtquam Mahumet uidit ſe deficere in ueritate, & mendacia quæ ex teſtamento & Euangelio allegabat rudi ignoranti populo, non poſſe diù occultari Chriſtianis & Iudæis hoc uerum negantibus, cum nec in ambobus nec in altero librorum allegatorum mentio fiat aut nominetur Mahumet: ad arma ſe tranſtulit, & populo dixit: Iuſsit Deus gentes me gladio expugnare, donec teſtificentur, quod non eſt Deus niſi Deus, & quòd ego ſũ nuncius eius: quod ſi hoc fecerit confeſtim ſaluabunt ſanguinem & pecuniam ſuam. Terrore igitur percuſsi, multi mandato parueruut, & ſalui facti ſunt à ſanguinis effuſione, & rapina, & nominabantur ſaluati ſeu muſſelmanni. Et attende quomodo ſæpe ſe ſolùm natiuum Arabum nuncium, qui prius Prophetam non habuerunt, aſſerit. Deinde generaliter dicit in ca. Prophetarum Deum dicere: Non miſimus te niſi ad uniuerſitatem gentium in hoc ut in alijs contradictionem Deo ſuo tribuens. Et demum poſtquàm multi acceſſerunt, dimiſſo quòd eſſet nuncius Dei, fecit preconiſari, quicunq; dixerit nõ eſt Deus niſi Deus, intrabit Paradiſum. Et ut Arabes ſeruare dicuntur: tunc intentio Mahumet erat, confeſsionem faciens Paradiſum intrare, etiam ſi fornicatus, latrocinatus & alia peccata feciſſet, quia fides ſaluaret: depoſuit igitur mandato Dei ſui ca. 72. de titulo legationis nomen Dei. Sic enim ibi ſcribitur: ut uerax comproberis, non te niſi nuncium tantum dicas. Sic Mahumet, qui ſe Deum nuncium nominauit, repræhenſus à Deo ſuo, ſe ſolum nuncium dicere debet. Et quia non illi uiſum, quod conueniret intentioni præconiſare, non eſt Deus niſi Deus, & Mahumet nuncius: ideò miſit totum de nuncio. Sic ad eos uenientes per eleuationem unius digiti, profeſsionem unius Dei faciunt, quod dicunt ſufficere. Eſt igitur ultima reſolutio probationis omnium quæ in Alchoran leguntur, gladius. Sic enim in cap. Prophetarum in Alchoran ſcribitur de Mahumet. Dixiſti ſomnia, & blaſphemias concinaſti, uel fortè poetizas: uenias ſaltem cum miraculo uno, quemadmodum nuncij priores. Reſpondit. Deſtruximus inquit Deus ciuitates ante eos quæ non crediderunt, nec etiam uos miraculis crederetis, niſi per gladium. More ſuo Deum iuſsiſſe, dicẽs uiolentiam hominibus inferri, faciens Deum quem ſæpiſsime ſcribit, coactionem & uiolentiam talem ſibi inhibuiſſe, mutabilem, uarium, & mendacem, de quo poſt hoc ſubiungetur.

Quòd Deus Alchoran uideatur Deus abſolutus, & Deus alius de quo loquitur, rebus ſit immerſus. Cap. IIII.

NVnc iuquiramus quis ſis Deus alchoran. Nam ait ſic Deus Mahumet cap 24. Nos item hominem de terra & luto (diabolo prius ex igne peſtifero creato, plaſmauimus, cùm me plaſmaturum hominem de luto, & eidem animæ meæ portionem inſuflaturum, angelis intimaui. Et ca. 26. perquirentibus cuius ſit anima, dic Dei, qui tibi non niſi paucam idem ſapientiam tribuit. Et 30 cap. ubi de Iohanne Zachariæ loquitur, dicit: Deus quòd animam ſuam uentri matris inſuflauit, & illam filiumq; ſuum manifeſtum miraculum fecit. Cap. 31. ait: Deus hominem de luto plaſmauit, poſteroſq; ſuos ex humore fragili, eidemq; de ſuo ſpiritu inſufflans. Et cap. 47. Deus dixit angelis, ſe facturum hominem de luto: Illi itaq; quam optimè compoſito, de noſtro ſpiritu inſufflauimus, eidemq; iuſſu noſtro præter Beelzebub recedentem & incredulum, omnes angeli ſe humiliabant. Qui quæſitus cur in Deum inſurgeret, nolens ſe humiliare reſpondit: Ego quidem igneus, illo luto melior ſum. Et ca. 26. dicit Deus, credentibus hoc que promerentibus, cum eorum facta mihi grata Paradiſum tribuam, his & illis de diuina ſubſtantia: quæ minimè parua eſt largiturus. Ex his patet, quomodo Deus qui in Alchoran loquitur, nominat alium Deum. Dicit enim dic quod ſit Dei, nõ noſtri uel mei. Si igitur Deus qui

qui loquitur in Alchoran eſt Deus deorum, & Deus de quo loquitur eſt alius Deus, cuius dicit eſſe animam, & qui animam ſuam diſtribuit hominibus, & diuidit ſuam diuinam ſubſtantiam ſibi gratis, & ſuum ſpiritum inſufflat in uentres prægnanti um: utiq; Deus Alchoran eſt abſolutus & inparticipabilis, & Deus de quo ille deus loquitur, eſt immerſus rebus & diuiſibilis, igitur & corporalis. Et ita cum omnis anima mortem guſtabit, ut dicitur in Alchoran ca. 38. & anima ſit ipſius quæ eſt & omnium ipſe moralis eſt: Sic angeli & dęmones corporeæ & igneę naturæ erunt. Et ſi Deus habet animam & homines: igitur & angeli ut fatetur ca. 45. Et ita anima angelorum eſt anima Dei ipſis communicata, & Deus ille erit naturæ creaturarum: & omnes creaturæ rationales, erunt naturæ illius Dei cum in ipſis natura illa Dei ſit contracta. Et ita erit forma cuiuſq; & pars compoſiti, dans eſſe cuilibet. Et non eſt ille Deus creator qui ex nihilo creat, ſed ex ſeipſo omnia format, ita eſt ὕλη ſeu materia. Sicut enim ex ſua anima animas, & ſuo ſpiritu ſpiritus: ita ex ſuo corpore corpora & ſuo eſſe omnia quæ ſunt, & ex ſuis alis alas angelorum, uni duas, alteri quatuor, ut quodam loco Alchoran de illis alis dicit. Verum ſi dicis animam eſſe Dei ſummi creatoris unici, & quod Deus ille in Alchoran loquens, dicens quòd anima ſit Dei, loquatur de ſe Deo, ſcilicet unico omnium creatore: tunc anima eius erit etiam Deus cùm nihil ſit Dei niſi Deus. Igitur omnis creatura formæ intellectiuæ, erit Deus & creatura: Deus ſecundùm ſpiritum ſeu formam, & creatura ſecundùm corpus in unitate hypoſtatica. Et cum Chriſtus habeat animam Dei non ſecundùm portionem aliquam, nec appropriatè ſed propriè: utiq; ipſe erit propriè Deus & creatura: hoc eſt plenus & perfectus Deus, ſicut plenus & perfectus homo. Non ſic aliæ creaturæ rationales, quoniam in illis anima Dei eſt partialiter, imperfectę, & impropriè ideò non dicuntur propriè Deus & creatura, ſed impropriè ſic dici poſſent, ſolus uerò Chriſtus propriè. Hoc quidem neceſſe eſt fateri, qui Alchoran acceptat. Vnde patet, quòd Chriſtus eſt perfectio abſoluta intellectualium creaturarũ, de cuius plenitudine omnes participant. In Chriſto igitur capite, omnis creaturæ eſt perfectio, quæ nec poteſt eſſe maior nec minor: quia eſt omne id quod eſſe poteſt: in aliis autem creaturis, eſt perfectio quæ poteſt eſſe maior & minor. Eſt enim Chriſtus ut ualor auri in auro puro, & aliæ creaturæ intellectuales ut ualor auri in alijs metallis, quorum unum plus habet de ualore auri, & aliud minùs.

Quòd Deus Alchoran uideatur minor omnibus rebus, & ſeruus Mahumet, atq; eius conceptus. Cap. V.

SEd quomodo hoc ſtabit, quando Deus Alchoran iurat per Dominum Orientis & Occidentis. Per hoc enim apparet, quòd Deus qui loquitur in Alchoran, recognoſcat alium Deum ſuperiorem ſe, & Dominum orientis & occidentis ſe maiorem. Non erit igitur Dominus ſupremus et abſolutus: imò iurat per calamum, ficum, culicem, & multa ſimilia quæ ſunt creaturæ. Deus enim teſtamenti & Euangelij non reperitur ſic iuraſſe, ſed ſolùm per ſemetipſum, cum maiorem non habeat: nec mutauit modum iurandi, cum ſit Deus conſtans abſq; mutatione. Iſte autem Deus Alchoran cum per uiles iuret creaturas, & nunc per illas, poſtea per alias: inconſtans & uarians erit minor omni creatura. Fit enim confirmatio dicti per ueraciorem & maiorem, per quem iuratur & qui in teſtem adducitur, ut dicto fides detur. Item adhuc ſi aduertitur ad ca. 42. Deus Alchoran: ſeruus eſt Mahumet. Ipſe enim & angeli pro Mahumet orant: Loquitur Deus quæcunq; ipſe Mahumet loqui uerecundatur, mediator eſt inter mulieres Mahumet & ipium, ſeruiendo ardori immundiſsimę concupiſcentiæ eius, diſpenſando ob hoc contra iuramentum licitum, & leges atq; promiſſa, ut ſuæ uoluntati complaceret, aſſumens in ſe uerecundiam & culpam atq; peccata: ut Mahumet ipſe nec famã nec reputationẽ perdat. Ecce quomodo Mahumet fecit Deum ſeruum ſuum, & hoc undiq; conſtat. Nam cum ca. 48. de ſe Mahumet dicat: Dei mãdatum eſt, quod ipſum inuocem corde puro, legem miſſam imitando credentium primus exiſtam, aliter graue malum ſubibo. Deum itaque legemq; ſuam conſtanter imitor. Et 55. cap, de ſe dicit. Ego

http://www.obrascatolicas.com

credentium & deuotorum primus. Quomodo ista compatiuntur se, cum eo quod tu dicis te non seruare nec legem nec licitum iuramentum, quia Deus inhibuit tibi ne seruares, quando immundum cor tuum, uoluptatem carnis, legi & sacramento præ tulit, tu introducis Deum tibi sic mandasse: quomodo es tu credentium & deuotorum primus: qui alibi Moysen primum affirmas: fuisti ab initio peccator & peccare non cessasti, & mortuus es in domo unius mulieris tuæ, post innumeras sanguinis effusiones, prædas, stupra, & pauperum oppressiones. Si Deus tibi iniunxit ut uirum iustum Abraham sequaris, si es ultimus Prophetarum ut asseris: quomodo es primus credentium & deuotorum? Non est igitur Deus Alchoran ille Deus magnus, cui omnis rationalis creatura credere debet, quia omnium creator: sed est Deus tuus, qui per te loquitur ea quæ tu concipis. Omne igitur quod in Alchoran reperitur Deum dixisse, si est uerum aut falsum, non nisi conceptui Mahumet ascribi debet. Et quia multa scripsit aut scribi fecit, quæ à Sergio & Baheira atq; suis socijs Iudæis audiuit, & non intellexit, sicut forte nec illi qui ei retulerunt: ideo ipse non omnia intellexit, & soli Deo ascribit intelligentiam Alchoran, qui ut cap. 82. legitur illi iniunxit, ut iugiter & deuotè etiam de nocte Alchoran legeret. Quod tamen contra dicit illi dicto, quòd legendi scribendiq; sit inscius, alibi in Alchoran posito.

Quòd Mahumet temerè contra Dei præcepta, Christum in Christianis persequitur. Cap. VI.

ADhuc dicito: Postq; Deus toties tibi dixit, uim nequaq; propter leges inferas, in cap. 4. & ca. 15. ab incredulis quidem nil mali seu contumeliarum illis inferens, licet illi per iram & inscitiam de Deo malè loquantur (cuiq; namq; gentium sua sibi placida formosaq; uideri fecimus) recede: ad Deum autem cum redierint, opera sua Deo pandente cognoscent: Et cap. 18. dicitur, quod non sunt gentes cogendæ ad fidem: quia nisi Deo uolente, nemo credere poterit; qui malos & indiscretos in sua sordicie dimittit, ibi de hoc plura: Et cap. 50. Nullam illis castigando uim inferas, sed tantùm illis Alchoran explana, & in alijs pluribus locis. Quomodo inquam contra Deum tuũ qui tibi hæc suasit, præsumis dicere, Deũ præcepisse ut incredulos capias, interficias, & spolies, cogas credere, aut tributum soluere? Deo magnam facis iniuriam & contumeliam, apud quem coacta seruitia uitia sunt. Ideò uult seruitores ex sua libera electione sibi fideles & credulos. Tu dicis ca. 19. Deum tibi dixisse: Contradicentibus dicito, ut sibi sua sint negotia, tibi tua: non dicit quòd uiolentiam eis inferas. Alibi ais, tales contradictiones Iudæorum, Christianorum, & aliorum in die ultima definiri. Alibi introducis Deum te laudantem de pietate & mansuetudine: quomodo te alium facto manifestas, & Dei testimonium falsificas? quid est hoc quòd Deum tuum toties sibijpsi facis aduersari: quoties tu sententiam mutasti? In ca. 15. ais. Post fidem habitam, incredulus ui coactionéq; factus, fidem legemq; corde suo retinens, non damnabitur: sed hæc sponte faciens. Scis enim Christianos fidem unius Dei habere, sine participe seu alio Deo. Et ideò secundùm te credulí sunt. Ideò & se coacti tibi uideantur consentire, corde tamen Christiani manent, & tecum non damnabuntur. Cur Christo in Christianis intantùm aduersaris, quòd eos persequeris, quos non negas in sua lege saluari? Fuerunt Christiani ante te, et Christus posidebit in suis fidelibus huius mundi, magnam partem constantissima obedientia usq; ad mortem, infinitorum Dei martyrum. Cur persequuntur tui sequaces Christum: ut auferant acquisitum populum? Confortamur autem per Euangelium, cui post tot approbationes iniuriaris, ubi ait Christus Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam; quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines & persequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælis, sic enim persequuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante uos. Ecce hæc est consolatio nostra in omni tribulatione & angustia nostra, quoniam de morte transferimur ad uitam æternam.

Quòd Mahumet credit, Dei præsentiam necessitare ad omnia quæ aguntur. Cap. VII.

ADhuc dic Mahumet: Cur Christianos persequeris? Si ais propter peccatum: Respondes si tu credis coactione quem uiolentari posse ut fiat bonus: cur tunc nono ca. dicis, Deum criminalia peccata nequaq; condonare, sed minora? Et ca. 13. habetur, homines prauos ad uiam rectam Deus minimè dirget. Et cur ais. 16. ca. Deum dixisse, Dei uerax est uerbum, quod incredulos nunq; conuertendos affirmat. Et ca 46. A Deo deductus in errorem nunq; dirigetur. Et ca. 66. nullum animabus uestris nocumentum in terra perpetrabitis, nisi quòd ante uestri creationem in libro prænotatum fuit à Deo cuncta complectente. Nonne ista clarè ostendunt, non posse malos per te in uiam rectam dirigi: cum nec Deus illos dirigat? dicis tamen sæpe contrarium istis, ut in omnibus facis. Qui enim sunt tui sequaces, intelligunt te uelle, quòd omnia quæ homo facit ideò facit, quia sic Deus faciendum prænotauit, non solùm quòd Deus omnia futura prouiderit, sed quòd prę uisio necessitet: est penitus erroneum, & tollere omnes leges & iudicia, præmia & pœnas. Sed quia Deus in æternitate omnia uidet simul, quæ sunt in tempore successiua: tunc simul uidet natiuitatem & mortem, & omnem hominis intermedium cursum, & hæc uisio non necessitat. Sicut cum te uideo cadere, non cadis ideò quia te uideo cadentem, sed quia tu cadis, te uideo cadentem. Videt igitur Deus omnia, & quęcunq; agit homo: in æternitate sciens cuncta iudicium iustum faciens secundum opera bona & mala, quæ homo in tempore facit; & ad ipsum æternaliter præsentia sunt. Adhuc dicito: Quid uis ut faciat credulus quẽ ad Alchorã remittis, cum nemo ut dicit ipsum intelligat, nisi solus Deus, et sapientes diuinam scientiam habentes, & huius contrarium etiam asseris, scilicet Alchoran clarum & facilem: quis ista capiet? Et ita omnia inuoluis per contradictiones & uarietates; quod argumentum illud quod pro Alchoran facis cap. 9. concludit, ais enim: si Dei esset, contrarietates multas contineret. Ideo cum sibijpsi toties contradicat, utiq; ex deo esse non potest.

Quòd finis operis Mahumet fuit sui exaltatio. Cap. VIII.

SED uisus es mihi ô Mahumet, prætextu religionis dominandi potentatum quæsijsse, omnia enim in gladiũ resoluis, & gladio saltem ad tributum peruenire: Persuasisti quemlibet in sua lege saluari posse, ac quòd Deus fidelium constantiam diligat, uariantes uerò nequaquam. Deinde accipis gladium, quasi illos uelis ad ueritatem compellere, quos animasti constantes manere: sed das optionem ipsis, ut uel uarient uel tributum soluant. Quis non intelligit finem tuæ religionis, zelum & ritum tuæ legis tantum ad hoc tendere, ut domineris? Tributo enim quis Deo & tibi satisfacit. Non erat alia intentio tua, quam quòd Deo & religione medijs magnus esses: nunquam credidisti ea uera, quæ fingis Dei præcepta, quia non seruasti ea. Nonne Deum facis asserere in Alchoran, Christianos tuos meliores amicos quam Iudæos? Et alibi persequutionem quam quidam in Christianos exercuerunt detestaris, dicens: quomodo Deus confortauit eos. cap. 36. in principio à gentibus in terra propinqua pessimaq; Christiani superati post nouem annos earum uictores per Deum, cuius sunt prima postremaq; mandata, facti sunt. Ex illis non uidetur te aliquibus inimicitijs seu legis tuæ ratione Christianos illos persequi, sed solo dominandi appetitu uim ipsis intulisti, & tuis successoribus tale exemplum reliquisti, utiq; pessimum ualde: eundem enim dominandi animum habentes, ubique Christianos persequuntur. Sed Christiani Dei dono, demum suos uictores superabunt.

http://www.obrascatolicas.com

Quòd Mahumet nunc ſcribat Chriſtum Deum & hominem, nunc ho
minem tantùm: ſic nunc ſingularem Deum, nunc pluralem Cap. IX.

DE Chriſto etiam ſæpe Alchoran talia dicit, quæ ipſum diuinæ naturæ conſortem concludunt. Nam fundamentum ponit, miracula diuina eſſe. Chriſtum autem miracula ſuper omnes feciſſe approbat: & non ſolùm illa quæ in Euangelio continentur affirmat, ſed etiam quæ in alijs libris (qui quoniam occulti ſunt ob auctoris innotitiam, Apocryphi nominantur) allegat, ut eſt de creatione auium uiuarum ex luto, & pleraq; alia, quę Chriſtum diuinę naturę fuiſſe concludunt. Habere enim generalem omnium miraculorum poteſtatem, diuinum eſt. Sic enim Ieſus ſe Meſsiam probauit, quando Iohannes Zachariæ ex uinculis duos ad ipſum miſit interrogando, tu ne es qui uenturus es ſcilicet Meſsias, an alium expectamus? reſpondit Ieſus: Euntes renunciate Iohanni quæ audiſtis et uidiſtis. Cęci uident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Ecce quomodo Ieſus reſpondit per opera, ſeipſum eſſe illum Meſsiam expectatum, quem Ioannes his auditis non hæſitaret Dei filium eſſe, cui ſpirituſſanctus in Iordane teſtimonium perhibuit. Sic etiam Alchoran ipſum ad conſortium diuinę naturæ nititur eleuare, quando dicit: omnibus Prophetis quantumcunq; Deo familiaribus & proximis Chriſtum ſuprapòni, utiq; qui etiam altiſsimis Prophetis ſupraponitur, inter illum diuinam naturam nihil mediat, cum nullus eo proximior Deo dari poſsit. Dicit etiam Alchoran Deum bonos homines inhabitare et Chriſtum maximè bonum ſeu optimum omnium aſſerit. Ipſum igitur Deus maximè inhabitat, ita quòd perfectiſsimè cum omni plenitudine, adeò quòd humana natura eſt diuinæ naturę ipſum inhabitantis ſummo gradu unionis unita, quam hypoſtaticam ſiue perſonalem uocamus: uti in homine corpus unitur animæ, ſeu animalis natura unitur intellectuali naturæ. Quapropter inter naturam humanam & diuinam, ipſe Chriſtus eſt mediator, & talis, quòd ſicut inter ipſum & homines nihil mediare poteſt, propter identitatem naturæ humanæ ipſius & omnium hominum: ita etiam inter ipſum & Deum nihil mediare poteſt, propter identitatem naturæ diuinæ Dei & ipſius. Et quamuis Alchoran talia de Chriſto dicat, per quæ ſapientes iſta facile elicere poſſunt, tamen alibi uariat, & illa de Chriſto dicit, quę uidentur in Chriſto conſortium diuinæ naturæ negare: quando ait Mariam uirginem eius ueram matrem, & ipſum cum matre uſum fuiſſe humanis cibis & comeſtibilibus, cum tamen alibi poñat, quòd Deus nihil comedat, & dicat etiam, quòd Deus Chriſti Dominus & ſuperior, qui eum & matrem poſſet ſi uellet annihilare, ſicut alias creaturas: & quòd non ſit nec Deus nec filius Dei, nec concurrens aut particeps. Et talia dicit, quæ prioribus diſſona uidentur. Quæ tamen ſi ſibi ipſis non contradicunt: neceſſe eſt ut intelligantur modo quo præmiſimus, ſcilicet Chriſtum non eſſe alium Deum, licet eiuſdem diuinæ naturæ cum omnium creatore. Sic & de unitate Dei, ſæpiſsimè repetit unum ſolum Deum creatorem eſſe: & tamen pluries in opere creationis, & alijs in Alchoran loquitur diuinitas pluraliter, ſcilicet Nos creauimus hominem. Quæ tamen ſingularitas & pluralitas, ſi ſibi etiam non contradicunt: intelligere oportet ut prędiximus, ſcilicet quòd trinitas ſeu pluralitas quæ exprimitur per nos creauimus non ſit in numero, ſeu in plurali numero affirmanda, ſed in ſingulari quę eſt unitas. Pluralitas enim, etiam apud Grammaticos, non eſt pluralis numeri, quia ſingularis unitas. Ita etiam apud Theologum, pluralitas eſt in unitate ſimpliciſſimæ diuinæ naturæ. Et ideò non eſt niſi ipſa ſingularis & una Deitas, quæ Deus: quemadmodum bręuiter in præcedentibus tetigimus. Et hoc uidetur dici in Alchoran. 32. cap. in fine. Inhibet enim ibi inuocationem alterius Dei dicens:

quia apud Deum ſolùm totus eſt illius
numerus.

Quòd

Quòd Mahumet continuè uariat, ut in exemplis. Cap. X.

DIcit in cap. ſeptem dormientium, quo modo quiſq; in ſecretis & occultis dicere poteſt quid ſibi uidebitur, quaſi in hoc non ſit repræhenſibilis. Ideò in recitatione opinionum diuerſarum etiam contrariarum, modo unam, poſtea aliã amplecti uidetur. Omnia autem reputat occulta in quibus Prophetæ & eorum libri eis (ut aſſeritur) dati, non concordant præceptis à Deo datis, cuilibet ſeparatim exceptis. Nam illa obſeruari debere per Deos quibus facta ſunt fatetur. In eò autem in quo concordant omnes Prophetæ ſecundum ipſum, à Propheta Abraham incipiendo uſq; ad ipſum, eſt fides unius Dei creatoris, iudicis in die reſurrectionis, quam reſoluit in uerba iſta: non eſt Deus niſi Deus, ſine qua fide ut aſſerit nemo ſaluatur. Quòd ſi quis ſimpliciter ſic crediderit, & legem ſibi datam per Prophetam ſeruauerit: Paradiſum poſsidebit: ſi non crediderit, niſi Deus ueniæ largitor indulſerit, condemnabitur æternaliter. Si uerò crediderit, & præcepta legis non ſeruauerit, impœnitenſq; fuerit, condemnabitur: pœnitens uero ante mortis articulum, à datore ueniæ miſericordiam conſequetur. Hęc eſſe uidetur intentio, ut ſupra dictum eſt. Videtur tamen uariè loqui de tranſeuntibus de una lege in aliam. Dicitur enim ſic in primo cap. Sciendum autem generaliter, quoniam omnis rectè uiuens Iudęus ſeu Chriſtianus, ſeu lege ſua relicta in aliam tendens, omnis ſcilicet Deum adorans bonicq; geſtor, indubitanter diuinum amorem conſequetur. Et infra. Omnis uerò peccator, culpæ culpam accumulans: igne perenniter comburetur. Dicit omnis generaliter, etiam ſua lege relicta in aliam tendens. Cap. uero. 3. dicit: A tua lege deſides, abſq; interminatione tuę genti bellum inferent, uſq; quo eam ad ſuam legem ſi poſsibile ſit conuertant: tuam autem propter aliam mutans & in ea manens, hic & in alio ſæculo reus igne indeficiente peribit. Eccè contra hoc quod primò generaliter dixit, nunc expetit homines ſuę legis, ſcilicet quòd illi in alia lege nõ ſaluentur. Et contra illud. 4. ca. ſic dicit. Vim nequaquam propter legem inferas, cum recta prauaq; uia patefacta ſint. Non credens in idola ſed in creatorem, mandatis Dei ſapientis & audientis, & omnibus eum adorantibus propitij, è tenebris ad lucem perducit. Incredulus autem contrariò, diſtrahitur igne perpetuo cruciandus. Hoc dictum cum primo concordat, ſinè exceptione generaliter loquens. Sic 5. ca. dicit. Credentes quidem in Deũ, peccatorumq; ſuorum ueniam poſtulantes, & abſtinentes & ueraces, orationibus inſiſtentes, & eleemoſynarij: Deo teſte, & angelis atq; ſcientibus qui unum ſolùm Deum incompræhenſibilem & ſapientem creatorem eſſe fatentur, coram quo nulla lex probabitur niſi tantùm hominum ſeſe totos ſuaq; negotia Deo uouentium, Paradiſi gaudio perfruentur. Ecce quomodo generaliter loquitur ſicut in primo cap. Similiter dicit 12. cap: Omnes qui in Deum crediderint, & iudicij diem expectantes benefecerint; nihil timeant. Cap: 37. aliter dicit ſcilicet tu librum uidelicet Alchorã ex inſperato tibi miſſum habens, ab illius mandatis nequaquam ulterius digrediaris, ne ſis incredulus, aut incredulorum adiutor. Et ca. 41. Quis deterior: quam poſt noſtrorum præceptorum percepitonem delinquens uel recedens? Iam per Moyſen librum filijs Iſrael tradidimus, quem ſequentes penitus indubitanter Deo coniungentur, Ecce introducit Deum illa dixiſſe: quaſi quiſq; legem Dei quam recepit tenere debeat, alioquí malus reputabitur. Et quia Chriſtiani plus alijs legem ſecundũ ipſum uariant, eos legem uariantes, ſæpe ignominoſè appellat. Secundum igitur hoc dictum non ſolùm de legè eius exiſtens, ſed nec Iudęus, nec Chriſtianus ſine tranſgreſſione & peccato legem ſemel acceptam mutare poteſt. Ait enim alibi: Deum fideles & conſtantes in ſua lege, plus alijs diligere. Iterum dicit cap. 48. Omnis quidem Deum timens & credens & faciens in hoc mundo: diuinam miſericordiam conſequitur. Et apertiùs cap. 51 ſic dicit: Præcepta quoq; legum & mores, ſicut Noe, & tibi, ac Abrahæ, & Moyſi, ac Chriſto patefecimus, nunc docemus: illis ergo adhærete ſicut lex præcipit, nec illis controuerſantes, nec ab illis diſcedentes. Ecce apertè fatetur, non uelle præceptis legum & morum, præteritis Prophetis patefactis, contradicere, ſed illa docere: &

http://www.obrascatolicas.com

ideo illis præcipit adhærere, & nequaquam ab illis ut lex præcipit discendere. Alibi ait Christianos & Iudæos incredulos, & omnes tales damnatos. Quis potest ex his solidi aliquid elicere?

Contra id, quod lex Alchoran sit lex Abrahæ. Cap. XI.

SEd dicito Mahumet: credulitas est necessitatis: tibi autem ais à Deo reuelatum ut legem Abrahæ sequaris, non declinãdo ad dexteram uel ad sinistram ne reperiaris incredulus: quomodo præsumis dicere, legem quam Alchoran continet Dei esse, cum nulli ostendas Abraham talem legem dedisse? Nónne si tibi Deus reuelauit legẽ Abrahæ sequendã? si lex Moysi data, & lex Christo data sunt in diuinis libris testamenti & Euangeli ut asseris, necessariò à lege Abrahæ nec ad dextrã nec ad sinistrã declinans. Quomodo igit præsumis dicere: tuã legem eminere præ alijs: non sunt duę leges testamenti & Euangelij, sed una diuina lex, quam Christus non soluit, sed compleuit, ostendendo spiritum intelligentiæ legis qui sub litera continetur, & non cognoscebatur. Neq; uetus neq; nouum testamentum deuiat à lege Abrahę, sed explicat ea quæ Abrahæ præcepta erant: scilicet quòd coram Domino ambularet, ut esset prefectus. Hoc præceptum Moyses explicat quomodo coram Domino esset ambulandum. Christus uerò explicat, quomodo ambulans coram Domino iuxta explicationem legis Mosaicę, peruenire possit ad perfectionem Abrahæ præceptam. Nihil igitur de legẽ Abrahæ restat explicandum. Quomodo igitur lex tua quæ Arabum dicitur, dici potest lex Abrahæ: quando ab Euangelio declinat? Vtiq; non debes præsumere, Deum tibi maiorem peritiam dedisse q̃ Christo, quẽ & tibi & cunctis Prophetis prefers. Oportet igitur ut fatearis, non esse nisi unam legem & Abrahæ & Moysi & Christi: quæ seruantibus summam remunerationem æternæ uitæ promittit. Neq; possunt esse plura perfectissima, cum quodlibet posset esse perfectius. Sola igitur una est perfectissima uia seu lex ad unum perfectissimum finem perducens, quæ alia esse non potest quam illa per quam Christus qui omnium perfectissimus, iuit & docuit eundum. Quid facit te adeò uariantem & uacillantem in omnibus: nisi ignorantia Christi? Dicis Iesum Mariæ uirginis filium esse Christum, & in hoc non erras: sed quid Christus sit, penitus ignoras. Si uero scires firmissima fide Christum uerum filium Dei patris & Mariæ matris: tu uideres uitam æternam, quæ est summa & desideratissima fœlicitas, non esse per hominem attingibilem, nisi in ipso: & Deus in te maneret, & tu in Deo: & non fluctuares in opinionibus eorum qui Christum ignorant. Vtinam tu literas sciuisses, & studuisses saltem illius discipuli Christi dilectissimi Iohannis Euangelistæ paruam Canonicam epistolam: uacasses utique à labore Alchoran, & acquieuisses illi luci ueritatis. Cur uoluit Deus, ut illi in albis uestiti Christum sequentes, toties in Alchoran summis laudibus extollerentur, de quorum numero fuit ille Euangelista Ioannes Christo dilectissimus, & permanens uirgo: nisi ut uos illius libri Alchoran cultores, & illorum uitam & doctrinam perquirentes imitaremini? quærite igitur lucem in allegata epistola, ut ad Christum qui lux uera est omnem hominem illuminantem, pertingatis, & inuenietis thesaurum sapientiæ & intelligentiæ omnium scripturarum.

Quòd Alchoran malè dicat Abraham fuisse idololatram, & uera historia ponitur. Cap. XII.

QVòd Euangelium perfectissimè nobis legem Abrahæ tradiderit, nunc ostendere conabimur. Et primò Euangelium & Euangelij obseruatores non detrahunt laudi Abrahæ, quemadmodum Alchoran & eius sequaces, qui aiunt Abraham primò idololatram, & post conuersionem suam, Tharæ suum genitorem de idololatria reprehendisse, de quo multa Alchoran narrat. Hoc autem Abrahæ in ignominiam cedit, ut in doctrina Mahumet legitur, quomodo ipse ob idololatriam illam, indignum se fatetur intercessorem apud Deum. Hoc Mahumet non habuit ex textu ueteris testamenti, sed ex quandam glosa,

glosa, quidam Iudęus pro euersione obiectionis, quæ fit de annis Tharę & Abrahæ cogitauit: quam Christiani non acceptant, neq; Iudæus Iosephus Historiographus maximus. Vnde nequaquam est credendum Abraham de ciuitate Vr Chaldæorum eductum, idololatram fuisse, aut eius patrem, aut auum Nachor, uel Heber, à quo ipse & Iudæi Hebræi dicti sunt, aut Noe, siue aliquem alium prædecessorem eius. Ad mandatum Dei Abraham subitò egressus est de terra & cognatione sua, in terram Chanaan. Et Deus ob hanc obedientiam dixit: Faciam te in gentem magnam, & benedicã tibi: & magnificabo nomen tuum, eriscq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi atq; in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Et iterum: Omnem terram quam conspicis, dabo tibi & semini tuo usq; in sempiternum, faciamq; semen tuum ut puluerem. Si potest quis hominum numerare puluerem terræ, semen etiam tuum numerare poterit. Et iterum. Noli timere, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et iterum: Non erit uernaculus tuus hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem. Suspice cœlum, & numera stellas si potes: sic erit semen tuum. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et iterum: Ego Deus omnipotens, ambula coram me & esto perfectus. Ponamq; fœdus meũ inter me & te, & multiplicabo te uehemẽter nimis. Cecidit Abrahã pronus in terrã dixitq; ei Deus: Ego sum, & pactũ meum ponã tecum, eriscq; pater multarũ gentiũ. Nec ultra uocaberis Abram, sed Abrahã: quia patrem multarum gentium constitui te. Faciamq; te crescere uehementissimè & ponam in gentibus, regesq; ex te egredientur. Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus tuis fœdere sempiterno, ut sim Deus tuus & seminis tui post te. Sarai uxorem tuam non uocabis Sarai sed Sara. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum, eritq; in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit corde suo dicens: putasne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet, dixitq; ad Dominum: Vtinam Ismael uiuat coram te, quem ex Agar ancilla habui, Sara hoc desiderante & deprecante. Et ait Dominus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomen suum Isaac. Et constitutam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. Super Ismael quoq; exaudiui te. Ecce benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum ualde 12. duces generabit, faciamq; illum in gentem magnam. Pactum uerò meum statuam ad Isaac. Postea ut Deus mandauit, circuncidit se Abraham, & Ismaelem 12. annorum, & omnes uiros domus suę. Deinde apparuit ei dominus in ualle Mambræ, sedenti ad ostium tabernaculi sui, in ipso feruore diei, cuique cum aperuisset oculos: apparuerunt ei tres uiri stantes prope eum. Quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi & adorauit in terra, & dixit: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, non transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes uestri: & requiescite sub arbore, ponamq; buccillam panis, & confortetur cor uestrum, postea transibitis. Qui dixerunt, fac ut loquutus es. Sara concepit & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus, uocauitque Abraham nomen filij sui quem genuerat ei Sara, Isaac. Et circumcidit eum die octauo, sicut præceperat ei Deus cum centum esset annorum. Cumque uidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum filio suo Isaac, dixit ad Abraham eijce ancillam hanc & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et dixit Deus Abraham: Omnia quæ dixerit tibi Sara audi uocem eius: quoniam in Isaac uocabitur tibi semen. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Deinde tentauit Deus Abraham dicens: Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac. & uade in terram uisionis, & offeres eum ibi in holocaustum super unum montium quem monstrauero tibi. Tulit Abraham ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipseq; portabat in suis manibus ignem et gladium. Dixit Isaac: ubi est uictima? dixit Abraham: Deus prouidebit de uictima fili mi. Cumq; colligasset Isaac filium suum et posuisset in altare super struem lignorum extenditq;

http://www.obrascatolicas.com

manum & aripuit gladium ut immolaret filium suum. Et ecce angelus Domini de cœlo clamauit dicens: Abraham Abraham, ne extendas manum tuam super puerũ, neq; facias ei quicquam. Nunc cognoui quòd timeas Dominum, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me: Abraham uidens arietem inter uepres cornibus hærentem, ipsum obtulit pro filio. Per memetipsum iurauí dicit Dominus: quia fecisti rẽ hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & arenam quæ est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. Moritur Sara, Abraham aliam capit uxorem, ex qua habuit filios. Deditq; Abraham cuncta quæ possidebat Isaac, filijs autem concubinarum, largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo. Et deficiens centum 75. annorum mortuus est. Dixitq; Deus Isaac, ero tecum, & benedicam tibi. Tibi enim & semini tuo, dabo uniuersas regiones has, complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. Dabo quę posteris tuas uniuersas regiones has, et benedicam in semine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obedierit Abraham uoci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & cerẽonias legesq; seruauerit. Ecce quę de Abraham uera leguntur.

De promissione facta Abrahæ fideli. Cap. XIII.

Abrahã uerò pater multarum gentium, quia pater fidei: credidit enim Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Ideò omnes Deo credentes modo quo Abraham, iustificantur per fidem. Et quia Isaac filium Deus illi dedit propter fidem, qui aliter secundum naturæ cursum, ab Abraham 66. annorum, ex Sara nonagenaria, & insuper sterili cui muliebria deficiebant, generari non potuit: scimus per fidem nos desideria consequi æternæ uitæ, supra mortalem nostram naturam. Optamus siquidem filios habere, ut in ipsis noster mortalis defectus instauretur, & in ipsis uiuamus, per fidem uerò uidemus Abrahę desiderium iustificatum. Meruit igitur consequi desiderium suum ab eo, cui credidit nihil impossibile. Per fidem consequutus est uitam in filio à Deo dato, & consequenter in posteris usq; in sempiternum. Dicit enim Deus: Terram hãc semini tuo dabo usq; in sempiternum: Viuit igitur in sempiterno semine suo Abrahã, & quomodo uiuit? non secundum carnem, modo quo in Ismaele filio suo pater Abraham uixit, qui fuit filius secũdum carnem: non secundum repromissionẽ, sed secundum spiritũ, modo quo uiuit spiritus credentis in promissis Dei. Pactũ igitur Abrahæ cũ Deo, quod esse debet sempiternum, continuatur per Isaac, non per Ismahelẽ, scilicet in semine carnis. Hinc omnes fideles in Isaac uocati sunt semẽ Abrahæ. Filij igitur Abrahæ, sunt credẽtes Deo in tantum q̃ fide iustificentur. Ideò aiebat Propheta, Lętare sterilis quę non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis q̃ eius quæ habet uirũ. Quare est Sara libera licet sterili Isaac promissus, ostendit omnes gentiles fideles in patre Abraham benedictos filios promissionis esse. Sic itaq; dũ Deus Abrahę promitteret semen eius uehementissimè augendũ, in quo omnes gentes benedicerentur, & omnes tribus terræ: utiq; de Christo loquutus est pactũ Dei & Abrahæ, scilicet quia unus ipse creator esset Deus eorũ. Seruatum est per omnes filios Abrahæ Prophetas, qui circa illius pacti obseruantiam summè uigilarunt. Et deinde deueniendum erat ad omnium Prophetarum maximum, ubi semen illud uehementissimè creuit in quo esset plenitudo promissę benedictionis Et hic est Christus in quo Abraham & omnes fideles æternaliter uiuunt. Ideò dum uirgo Maria fœcundata Christo exultaret in spiritu, & anima eius Deum magnificarer, aiebat: Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in sæcula. Ex cuius cantico scimus, Christum puerum esse Israel uirum uidentem Deum, secundum promissionem factam Abrahæ &, semini eius. Et Zacharias Propheta pater Ioannis Baptistæ de Iesu

Iesu dicebat, ipsum esse cornu salutis, erectum in domo Dauid: scilicet Messiam saluatorem. Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt: & secundùm iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Christus igitur filius Abrahæ, est illud promissum semen, filius scilicet immortalis, in quo omnes fideles uiuunt æternaliter. Cum omnes tribus terræ fideles, in patre Abraham sint benedictæ, & ipse uiuat in filio suo Iesu semine benedicto: uiuunt sic omnes benedicti in patre & in filio benedicto. Quapropter Christus dicebat ad Iudæos, quomodo sciret eos esse filios Abrahæ, scilicet secundùm carnem sed quia hoc non sufficiebat ad ueram filiationem spiritus, ideò dicebat: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: instruẽs illos, eos ueros esse Abrahæ filios qui eius opera faciunt, qui scilicet sunt creduli, & Deo obedientes. Dicit etiam quòd Abraham exultauit ut uideret diem suum: & quòd uidit, & gauisus est. Vidit igitur ante se Christum, & illum sibi promitti, & ex sua progenie: & hunc aduentus diem dum uideret, gauisus est. Et in hac uisione certificatus est; omnia sibi promissa compleri: nec hæc promissa sibi facta fuisse, propter legem aut circumcisionem solùm sed propter fidem. Hęc mysteria à sęculis abscondita, nobis per Christum & discipulos eius manifestata sunt.

Quòd pactum Dei & Abrahæ excludit Ismahelitas, & in Christo mediatore concluditur. Cap. XIIII.

NVnc attendite uos Arabes, quomodo uos ex Ismahele secundum carnem geniti, non estis in fœdere & pacto Abrahæ cum Deo, sicut filij promissionis ex Isaac: & nullam habetis partem hæreditatis Abrahę, quia ex ancilla Agar geniti, & aduersarij spiritus, sicut carò semper est contra spiritum. Et non potestis esse benedicti in semine Abrahæ, nisi sitis filij Abrahę in spiritu per fidem, & tunc assequi poteritis repromissionem benedictionis in Christo, qui est finis & complementum promissionis Intellígite igitur, fidem spiritu capi & terminari in Christo uiuo, uita immortali & sempiterna: cum hic sit filius hominis quòd & filius Dei, qui solus est immortalis. Legitur autem in primo cap Alchoran, Abraham sic orasse: O Deus nostræ prolis filium mediatorem Prophetam excita, cæteris gerenda uirtutesq; tuas scripto notificantem, eisq; benedicentem: cum tu sis doctor excelsus, omnia sciens & audiens. Ecce quomodo de Christo mediatore inter Deum & hominem Abraham loquens, sic orat. Nec potest de alio intelligi, cum loquatur de Propheta filio prolis eius, scilicet Isaac, quem Deus nominauit unigenitum eius. Et hic mediator est inter Deum et hominem, quia ipse solus est inter quem et Deum nullus mediat, cum sit altissimus Propheta Christus, qui solus est Deum patrem notificans, quia filius eius, & fideles in semetipso ut maximus sacerdos benedicens. Videte Arabes, quomodo sequimini Abraham: qui hanc fidem non tenetis? quomodo coram Deo ambulatis ut perfecti sitis: ut quando non estis filij repromissionis in Christo Iesu? quærite, & non reperietis Deum unq; legatum, aut doctorem, Prophetam uel nuncium misisse, qui non fuerit de obseruantibus pacta & fœdera, quæ Deus pepigit cum Abrahã, Isaac, et Iacob: De eorum enim genealogia omnes fuerunt, quibus Deus spiritum Prophætiæ dedit: non de genealogia Ismaelis, cum quo Deus pacta nõ iniit, sed ipsum, excludẽs Isaac elegit: licet ei Abrahã benediceret, & eius semen multiplicaret, & 12. principes ex ipso nati sint. Ita quòd in benedictionibus tam huius sęculi q̃ futuri perpetui, sempiternã benedictionẽ est assequutus. Nec uos moueat in ca. 2 Alchoran, Ismaelẽ inter prophetas post Abraham ante Isaac poni, & in ca. 28. nuncium & Prophetã appellari. Nam huius dicti non habẽt testimonium scripturę, nec testamẽti, nec Euangelij: sed de eo legitur angelum Agar de eo grauidę prędixisse, ipsum ferum hominẽ, qui tentoria sua contra fratres figeret, futurũ. Posuit autem Mahumet hęc in Alchoran, ut se qui erat Ismaelita de genere Prophetæ probãdo, facilius Prophetam et nuncium esse Arabibus persuaderet sed deficiẽs in hoc, qualis sit habendus ostendit. Dicit autem in cap. 46. Abraham ad Isaac dixisse: O fili, mihi quidem per uisionẽ nunciatum est, q̃ te decollarẽ: quid tibi inde placeat dicito. Qui respondit: nunciatum tibi perpetra, me namq; fortiter passurum

omnia

http://www.obrascatolicas.com

omnia reperies. Si sic est ut ibi scribitur: utiq; Isaac Deo & patri suo usq; ad mortem obediens meruit ille esse, in quo Deus uocauit semen benedictionis omnium fidelium. Nam utiq; maxima fuit Abrahæ fides, qui cum credidisset Deo semen suum in Isaac uehementissimè multiplicãdum, adhuc dum tuberetur illum filium in holocaustum Deo offerre: non replicuit hoc fore contra Dei promissa, quia nõ dubitauit de illis, etiam si in holocaustum offerretur: sed sperabat Deum potius promissa adimpleturum, si eidẽ in occisione filij obediret, sciens apud ipsum nihil difficile uel impossibile, qui mortuos facillimè resuscitat.

Quòd non nisi Christianus trinitatem in unitate adorans, Abrahæ filius esse possit. Cap. XV.

PErfectissima igitur Abrahæ fides, cuius Isaac uerus fuit successor & hæres, typum seminis illius perfectissimi Messiæ gerens, obedientis Deo patri suo usq; ad mortem etiam turpissimam. Sed quid amplius notandum? Certè quòd aries pro Isaac oblatus est. Aries ille qui repertus est per Abraham, quem pro filio obtulit, oblationem & uictimam significauit Christi, qui uerè oblatus & mortuus est, ut Isaac fidelis & omnis fidelium generatio uiuat: Isaac igitur signi ficauit Christum, ob pronitatem obedientiæ usq; ad mortem, quæ ineſſe debet omnibus uerè fidelibus. Sed aries significat Christum, ut est holocaustum, morte sua omnes Dei filios per consummatam fidem saluans, & à morte perpetua liberans. In doctrinis Mahumet dicitur, arietem sine commixtione sicut Christum natum. Abraham autem si rectè capis, ô Arabs non fuit (ut Alchoran quodam loco dicit) ante Christum: & ideò ipsum Christianum negat, sed ante ipsum fuit Christus Dei filius, Deo patri suo coæternus. Ita enim legitur Christum in Euangelio dixisse: Antequàm fieret Abraham, ego sum. Vidit igitur prophetico spiritu, ipsum Messiam mediatorem & saluatorem aliquando in mundum uenturum, sine quo nec se nec quen quàm ad Deum patrem accessum habiturum credidit. Ideò Abraham Christianus fuit, sperando medio Christi se immortalem uitam indubiè assequuturum. Hæc est sola & perfecta fides Abrahæ, quæ & esse debet omnium qui sanam fidem habere uolunt, & per ipsam fœliciter saluari expectant. Vidit Abraham tres in ualle Mambræ, & pronus in terra adorauit dicens: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, non transeas seruum tuum. Vnum dominum, in trinis personis adorauit: utique hæc est Christianorum adoratio, quam nisi uos Arabes faciatis, non estis Abrahæ successores. Quomodo putatis uos Abrahæ uiri iusti uestigia insequi: qui Abrahæ filios persequimini? Vnus est Abrahæ filius uniuersorum hæres, Iesus Christus Mariæ uirginis, filiæ Abrahæ filius: hic (cuius typum Isaac gesit) uerus hæres uniuersorum, quia idem & Dei filius est Christus Deus uerus, qui est merces magna nimis Abrahæ. Deus dedit Abraham filium Isaac, quia credidit Deum in promissis ueracem: sed propter obedientiam quam in filio offerendo ostendit, dedit ei filium Christum uniuersorum regem & dominum. Vos uerò ô Arabes, non creditis Abraham talẽ mercedem pro sua iustitia & obedientia assequutum. Minus igitur de Abraham creditis, quàm Christiani ueri Abrahæ filij. Non eritis igitur cohæredes Christi filij Abrahæ, qui fideles Abrahæ filij esse recusatis.

Quòd Arabes legem Abrahæ penitus ignorent, & eius sint persequutores. Cap. XVI.

EST ne hoc satis quòd circumcidimini: quasi in hoc legem ipsius impleatis? Circumcisio non arguit uos Abrahæ filios, qui credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam: sed fides Abrahæ iustificat. Iustus erat Abraham nondum circumcisus: sed Deus qui elegit Abraham, Isaac, & Iacob, & eorum posteros in populum suum peculiarem, pactum firmari uoluit, quòd ipse esset Deus eorum in obedientia circumcisionis: ita quòd fœdus tale, cum quolibet in illa sanguinis effusione ad obediendum Deo facta, amplius negari non posset: quòdq; à cultu accepti Dei recedẽs, preuaricationis suę testimoniũ in corpore suo circũferret. Christiani

Dei recedens, præuaricationis suę testimonium in corpore suo circumferret: Christiani uerò in Christo circumcisi, cum sint corpus Christi mysticum per fidem et baptisma facti: iam circũcisi in Christo, nomine suo se fideles Dei omnibus manifestant. Si circumcisio signum est uoluptatum carnis abscisionis: utiq; legem uestram illas abundantiùs indulgentem, non esse Abrahę ostendit. Mandatur circumcisio, & octauo die natiuitatis fieri, modo quo Isaac fuit circumcisus: uos autem non mandatum Dei exequentes. in 13. anno (quia tunc Ismael fuit circumcisus) eam ut sitis Ismaelitæ facitis. Scitis Abraham ut fratrem suum liberaret, iustè arma sumpsisse, & tamen de spolijs & rapinis & aliorum bonis noluisse ditari: uos autem in iniustis aggressionibus, rapinis quæritis impinguari, & ex lege uestra uobis licere asseritis quę tamen à lege Abrahæ in nullo debet declinare. Blasphematis Deum Abraham in Abrahã, quando hæc legi Abrahæ conformia mentimini. Lex uestra dat Deo quintam patrem spoliorũ cuius sunt uniuersa: quid ridiculosiùs dicitis, hæc fiunt contra increduloś? Nònne hoc est occultum secundum uestram legem: quis meliùs ambulet licet quisq; se putet rectiùs ambulare? Deus enim ut Alchoran dicit, dedit cuilibet quam sua sunt ei placita, ideò hoc occultum spectat ad iudicem occultorum extremi iudicij. Ostendite ubi hoc Abraham aut fecerit aut fieri præceperit: & quia non reperietis, malè dicitis uos Abrahę legem sequi. Quoties dicit liber uester: si Deus uellet, omnes eiusdem legis & ritus essent, sed sic uti uidemus permittit. Cur uos præsumitis de mũdo aliter disponere quàm Deus nisi quia Deo ad corrupta uestra desideria plus omnibus blasphemando abutiminí? Dicitis fortassis nos decimamus sicut Abraham, nonne Abraham Melchisedech sacerdoti dedit decimas? Quid figurabat rex Salem sacerdos summi Dei aliud quam Messiam? hoc Dauid Propheta de ipso dicit, Deum dixisse Psalmo centesimo nono, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, Iesu Christo sic illum Psalmum in Euangelio exponente. Si datis decimas Christo æterno sacerdoti, decimas Abraham sequimini: si non datis ei, etiam si detis non estis sequaces Abrahę. Vos autem persequimini Christum, & ipsum spoliatis & opprimitis in suis membris, ideò iniuriam facitis Abrahę, cuius gloriamini successores. Vtinam intelligeretis, misteria huius panis & uini oblationis æterni sacerdotij & cœlestis mensæ æternaliter pascere: de qua in Alchoran tunc perfectè uideretis, quòd sicut substantia panis & uini quæ non est uita, operè naturæ depuratur, & assumitur per substantiam humanam in sui unionem uitam, quoniam substantia nutrimenti transit in unionem substantiæ aliti: sic substantia uina hominis depuratur opere uerbi Dei, & demum assumitur in eius unione, ut uiuat uita altiori quam prius scilicet diuina & æterna. Et in hoc uidetur, quomodo uerbum Dei Christus & eius corpus mysticum, uiuunt una uita per unionem antedictam immortali & perpetua. Sed hæc mysteria occultissima, per uos capi non possunt, qui non creditis personalem unionem humanæ naturæ & diuinę in Christo: neq; fructum supra dictum gustare unq; poteritis, qui estis increduli & sine spe.

Suasio quòd Sultanus mandet Mariam uirginem Θεοτόκον credi, & lumen Euangelij amplecti. Cap. XVII.

NVnc post hoc, O tu Sultane Babiloniæ princeps gentis magnę, considera cur tibi ascribis custodiam legis Arabum commissam: fuisti aliquando Christianus, & abnegasti (ut aptus esses ad principatum) fidem Christianam. Non fateris te Christum abnegasse, sed minùs credere de eo quam prius. Credebas enim eum filium Dei uerum: modo secundùm legem Arabum non credis. Non abnegasti fidem unitatis Dei quam habuisti, & tenes modo. Credebas Mariam matrem Iesu Christi esse Θεοτόκον genetricem scilicet Dei: modò dicis uirginem Mariam esse matrem Christi, sed non Dei. Credebas Christum in Hierusalem per Pontium Pilatum crucifixum pro nostra salute, uisitasti locũ sepulturæ in Hierusalem, uidisti signa quę acciderant mortis hora, scilicet scissuram petrę ex terrę motus: modo negas eum mortuum, et astruis eum adhuc uiuum. Vidisti deuotè & sæpe locum natiuitatis circa præsepe in Bethleem: modo negas hoc uerum,

http://www.obrascatolicas.com

rum, dicens sub palma quadam in loco solitario Christum natum. Mira res est: factus es Solthanus non ut imminuas laudes & exaltationem Christi, & matris eius Mariæ uirginis. Loca illa quæ ad laudem constructa sunt, in perpetuam memoriam crucifixionis & natiuitatis Iesu, quæ prohibent testimonium continuum mille annorum & plurium (ne detrahas laudi) esse finis: & te per illa conuinci non erubescis. Credidisti aliquando Gabrielem missum à Deo ad uirginem Mariam in Nazareth, & ei annunciasse quomodo ipsa paritura esset Iesum filium Dei modo credis Amram patrem Mariæ, & per consequens ipsam non esse illam de qua Euangelium dicit quæ sequuta est illam primam Mariam plus q̃ mille annis. Et si dicis Alchoran in hoc errasse: consequens est quòd Gabriel Euangelicus sit uerus, & Gabriel Alchoranicus sit mendax. Considera si Mahumet per Iudæos sibi assistentes deceptus fuit, qui illi persuadebant Mariam matrem Christi, sororem Aaron fuisse: in multis eum decipere potuisse, tanq̃ penitus ignarum historiarum temporum. Expetit à te uirgo gloriosissima Maria, ut restituas ei honorem à Deo datum, & in tertia Synodo sub Theodosio, atq̃ quarta sub Martiano Imperatoribus, declaratum: Respice in illos gloriosos imperatores Theodosium, Martianum, Constantinum & cæteros qui gloriam uirgini & matri Christi summo studio augere procurarunt. Si princeps es, aduerte hæc esse honoris tui ut similiter facias, cum ad idipsum obligeris ex Euangelio prius pro te professo, & nunc in acceptatione Alchoran de nouo firmato & approbato. Diceres fortassis: Absit absit: quod ego debitum honorem Mariæ uirgini dare recusem, neq̃ enim sic intelligo Alchoran, ideò blasphemantes ipsam, mando mortis supplicio tradi. Sed deest intelligentia circa modum generationis Iesu Christi de uirgine. Respondeo: modus incarnationis uerbi, excedit humanum intellectum sed cum Euangelium dicat uerbum caro factum, hoc utiq̃ à te credi oportet, si Euangelio credis. Et istud sufficit si credis matrem Christi, qui Christus est uerbum Dei in uirgine incarnatum, modo quo Deus hoc operatus est. Si itaq̃ præceperis in omni imperio tuo omnes credere Euangelio modo tali quo Aegyptij, Afri Romani, Asianiq̃ crediderunt & glorificauerunt uirginem Mariam tempore Mahumet, & ante & post omnes Christiani, aut maior eorum pars: iustum erit mandatum tuum Deo & Christo & uirgini intemeratæ fore acceptum, & infinitarum animarum tribuens salutem & quietem, tibiq̃ laudem immortalem & uitam perpetuam. Euenire debet tempus (ut supra dictum est ex Alchoran) quo non erit nisi fides Christi. Incipe tu accedere, & sequentur te omnes orbis & sectæ illius principes. Tunc dicetur. Ecce Deus permisit fieri mala, ut euenirent bona: Fides Euangelij ubiq̃ ab idololatris orientalibus spreta fuit, uenit lex Arabum quasi nolens consentire in ipsam, & ad cultum eos unius Dei, approbato tamen occultè Euangelio conduxit nunc placuit Deo, quòd approbatum Euangelium coopertum multis ineptijs in Alchoran, quemadmodum approbatur sepe in eodem libro, in lucem ueniat Ita ducentur de lege Arabum ad Euangelium, prius fortissimè resistentes, ad gloriam magni Dei, regis regum, creatoris & dominatoris uniuersi.

Ad Calipham de Baldach, quòd Iudæi de Abraham apposuerunt in Alchoran. Cap. XVIII.

PRimum à tua prudentia, qui præes legi Alchoran, deposco: utrum credis Deum esse auctorem Alchoran an non? Si non: cur mandas tantam diligentiam libro illi in studio Baldach adhiberi, qui de seipso prohibet falsum testimonium, cum dicat se à Deo compositum, quòd tu non credis? Si uero credis librum illũ Dei uerba continere: quomodo potest liber dicere, quòd per Gabrielem Deus ipsum Mahumet intimauit, per hæc uerba: Gabrielis hũc librum tuo cordi per creatorem intimantis? Quomodo possunt hæc uerba Deo loquenti adaptari qui est creator? Tu nosti per discursum libri talia sepissimè reperiri, quæ per se ostendunt non esse uerba Dei qui loquitur. Esto igitur quòd istis & alijs obiectionibus non obstantibus, tu omnino credas Deum libri illius collectorem: credere igitur te oportet, omnia esse uerissima quæ in ipso continentur. Dicito igitur quando legitur

tur cap. 19. ego quidem cui Deus uiam rectam atq̃ directam illam scilicet Abrahæ non increduli patescit, & immisit: quid per ego intelligis? si dicis Mahumet: utiq̃ non sunt illa uerba Dei, nec eis credẽdum. De se igitur Mahumet testimonium prohibens, nihil probat: & illa uerba cum in Alchoran sint scripta, Dei esse prædixisti quæ simul stare nequeunt. Adhuc nonne ca. 6. ponitur: Tu uerò cæteris intima, Deum ueraciter iniunxisse, quod Abrahæ sectam imitentur, qui nec incredulus nec idololatra: Si hæc Deus ei præcepit, & post hoc cap. 16. eidem primò immisit & patefecit uiam Abrahæ (Alchoran enim succeßiuè descendit et pedetentim. ut cap. 16 (quo modo hæc simul stabunt, & quomodo compatiuntur se illa, quæ in 6. cap. dicit: Abraham nec incredulum nec idololatram fuisse, & in doctrinis idem affirmat. Dicito cum Mahumet. 40. annorum de idololatria conuersus sit, per Sergium monachum Christianum & Nestorianum, cuius etiam habitum religiosum acceptasse dicitur, & in ea fide mortuus asseritur. quomodo est hoc uerum, quod Abrahæ legem tenuerit? Vbi legisti in Alchoran præceptum de circumcisione; aut Mahumet circumcisum: utiq̃ non in octauo die natiuitatis suæ, ut Isaac & filijs Abrahæ fuit præceptum, nec in 13. anno ut Ismael (tunc enim idololatra fuit, nec postea legitur circuncisus: Sed quia Christianus licet Nestorianus, utiq̃ baptizatus fuit. Nestoriani enim Euangelium amplectuntur, et baptizantur. Neq̃ est uerisimile Mahumet ista in Alchoran scripsisse: Nam ut patet ex Alchoran, Euangelij laudes ponnutur in. 12. cap. & ante capita illa, quæ legem Abrahæ immissam Mahumet dicunt: similiter & laudes Christi cap. 4. quæ credi possunt à Mahumet positæ, cum esset Christianus ut præfertur. Certum est autem ipsum Christum omnibus Prophetis præferre, & legem Euangelicam omnibns alijs legibus. ideò quòd derelicto Christo & Euangelio, ad Abraham fuerit per Deum remissus: nequaquam est consonum raitoni nec uerisimile, cum Christiani in obseruantia Euangelij, non dubitent omnem perfectionem fidei & legis Abrahæ contineri. Ista igitur de lege & uia ipsius Abrahæ uerisimiliter Iudæi post mortem eius apposuerunt ad Alchoran: quoniam in eorum manibus erat collectio Mahumet ut præmittitur. Nunc uides Califa, uos per astutos, peruersos, Dei blasphemos Iudæos esse seductos: qui Alchoran nunc̃q̃ in uita Mahumet buplicatum, neq̃ eius unquam continentia plenò cuiquam reperitur communicata. Post mortem Mahumet; antequam Iudæi illi qui Mahumet adhæserant, & collectionem præceptorum eius in sua potestate habuerant, ipsam Hali cui Mahumet tradi mandauit, assignaret: illa inseruerunt de Abraham, cuius se Iudæi filios iactant, atq̃ alia multa quæ in Alchoran remanserunt. Hæc cum optimè scias sume uirilem animum in Dei timore, & ueritatem mendacio præferas.

Ostensio, sine Christo non posse quemq̃ fœlicitari. Cap. XIX.

SEcundò considera, quomodo Christo Iesu & eius Euangelio absq̃ omni hæsitatione etiam secundum Mahumet subijci debeas, si ad æternam uitam peruenire speras, quoniam sine Christo hoc omni homini impossibile est. Et ad hoc ostendendum, premitto etiam secundum Alchoran mortalem nullo modo posse quocunq̃ studio aut exercitio uirtutis, immortalem fieri: Mortalis enim natura si se ipsam efficere posset immortalem: faceret & seipsam Deum, qui solus per naturam est immortalis; etiam secundum Alchoran. Non potest igitur aliquis homo talia studiosa facere opera, propter quę merito et de iure fiat immortalis. Et cum immortalitatem omnes desideremus, nemo erit fœlix ultima fœlicitate, nisi ipsam assequatur, nec sufficeret illam sine merito habere. Qui etenim non assequitur regnum immortalitatis ut hæres & dominus per iustitiam, nondum est fœlix. Non enim uassallus qui de gratia id habet quod habet, fœlix est, quia seruus: sed Dominus & hæres. Quomodo igitur erit possibile, quòd homo ad regnum cœlorum & immortalitatis perueniat, ut sit rex & dominus, & hæres regni illius, si mortalis immortalitatem sic mereri non potest, quod ei debeatur? Sicut enim sensibilis uita cuiuscunq̃ bruti animalis, nullo unquam exercitio ad hoc ascendere poterit, quòd fiat intellectualis & intelligens, licet unum animal brutum plus uideat per doctrinam

http://www.obrascatolicas.com

hominis ad conformitatem intelligentię aſcendere quam aliud nunquam tamen erit poſsibile beſtiam fieri intelligentem. Sed ſi aliquod reperiretur animal ſpecie beſtialis capax doctrinæ, taliter quòd exercitio continuato appræhenderet intelligentiam eorum quę homo intelligit, & hoc opere oſtenderet, nequaquam uerum eſſet illud animal fuiſſe puram beſtiam, ſed habuiſſe intellectum, cui animalitas illa bruta lis ſpecie, fuiſſet ut ſuæ hypoſtaſi unita: ideò id quod in radice illa quam hipoſtaſim dico habuit naturaliter, potuit etiam in aſſumpta ſpecie brutali congruo mereri exercitio. Et quemadmodum hæc de bruto & intelligentia uera ſunt: ſic de homine & diuinitate, quæ & immortalitas nominatur dici oportet. Nullus enim homo quantumcunq; uideatur immortalitati ſeu Deo ſimilior quam alius, nunquam per quodcunq; exercitum ſtudioſum licet ſanctior continuè fieret, ad diuinitatem ſeu immortalitatem perueniret. Et ſi quis peruenisſe creditur, neceſſe fuit quòd illius hominis radix ſeu hypoſtaſis fuerit diuina, ut in aſſumpta humanitate exercitio uirtutis apto immortalitatem mereri poſſet, quam habuit in radice ſeu in hypoſtaſi. Vos autem ſecundum Alchoran non dubitatis, hominem fide & operibus mereri poſſe, quòd per ſententiam Dei iudicis, æterna uita in die extremi iudicij ei adiudicetur. De Chriſto igitur minimè hoc uerum dubitatis, quod eo nemo dignior. Oportet igitur fateri, quoniam Chriſtus homo mortalis meruit immortalitatem in humana natura, quod illa humana natura in ipſo radicata & (ut ſic dicam) hypoſtatizata fuit in diuina ut præfertur: & in nullo alio homine natura humana ita eleuata fuit, ut eius hypoſtaſis eſſet diuina, ipſe enim ſolus altiſsimus. Nullus igitur homo alius immortalitatem mereri potuit neq; poteſt naturæ ſuę humanæ: ſolus autem Chriſtus potuit. Meruit igitur immortalitatem omnibus eiuſdem naturæ humanæ ſibi conformibus. Ideò intelligimus, per angelicam Gabrielis annuntiationem Mariæ uirgini factam, in Euangelio ſcriptam: ipſum Ieſum à Deo nominatum, quia ſaluator eſt, ſaluum faciens populum ſuum, & Meſsiam ſiue Chriſtum regem eſſe: de cuius regno ſunt omnes, qui æternam & immortalem uitam aſſequentur.

Oſtenſio, Chriſtum meruiſſe Chriſtianis immortalitatem. Cap. XX.

INtellige Calipha, quòd Chriſtus meruit hoc regnum immortalitatis in humana natura aſſumpta de uirgine: quia in radice ſeu hypoſtaſi fuit immortalis per naturam. Vnde ſicut ipſe ſecundum hypoſtaſim diuinam fuit naturaliter immortalis: ita in aſſumpta humana natura meruit ut eſſet immortalis. Naturâ igitur humana, in ipſo non eſt facta immortalis, ſolum ex gratia unionis eius cum diuina hypoſtaſi, ſed etiam ex exercitio uirtutis. Meruit enim depoſita mortalitate per mortem, quam ob obedientiam Dei paſſus eſt, fieri amplius immortalis. Meſsias igitur ſeu Chriſtus rex, præ conſortibus unctus: natura & merito rex eſt æternæ ſeu immortalis uitæ. Hoc quidem regnum ſuum eſt, qui eſt rex uirtutum & gloriæ, & in ipſum ipſius regnum, omnes increduli & fideles per ipſum ut ſint conregnantes uocati ſunt: & qui audiunt uocem eius & ſequuntur ipſum, poſsidẽt immortalitatem. Iam claré conſpicis Chriſtum eſſe mediatorem Dei & hominum, & nullum hominem fide & operibus niſi per ipſum mereri uitam æternam. Ipſe eſt hæres regni Dei immortalis, quod ſolus Deus inhabitat, ad quod omnes homines aſpirant. Hæres quidem omni dicendi modo, ſecundum naturam, & conſtitutionem. Et quia ſecundum naturã eſt hæres, tunc dicitur uerus filius Dei, filius enim hæres eſt naturalis: & ſecundum conſtitutionẽ hęres eſt, & dicitur filius hominis, unctus præ conſortibus ſuis. Duplex eſt autẽ conſtitutio, una quæ ſimpliciter dependet ab electione conſtituentis: alia quæ non ſolũ ab electione conſtituentis dependet, ſed ex merito conſtituti. Ac ſi rex habẽs filium & fortem aduerſarium, faceret proclamare, quòd illum militem in hæredem conſtitueret qui aduerſarium uinceret, & naturalis filius ſeruilem militarem induens formam uictor fieret, ille omni modo hæres eſſet, natura & conſtitutione: Ita Chriſtus hæres uniuerſorum, natura & conſtitutione exiſtit. Induit enim hominis ſeruilem formam, & principem huius mundi uicit Dei aduerſarium, de cuius manu liberauit humanam captiuam naturam, ad Dei imaginem & contempla-

templationem eius creatam. Vides Chriſtum perfectiſsimum Dei hæredem, natura & merito filium Dei & filium hominis: & omnes homines Chriſtiformes, per ipſum Dei hęredes & filios, & ipſius Chriſti cohæredes. Hæreditas autem eſt regnum uitæ ęternę, in quo uidetur Deus pater in gloria ſua, & Chriſtus uictor in gloria Dei patris. Neq; alius poteſt eſſe uerus Alchoran intellectus, uti tuipſe pura mente conſpicis. Hæc ſi recte aduertis, uidens in Chriſto non eſſe niſi unam diuinam hypoſtaſim, in qua radicatur humana natura. Hypoſtaſis uerò diuinæ & immortalis naturæ humanam in ſe colligit naturam: ob quam hypoſtaſim Chriſtus eſt una diuina perſona, licet ſit diuinæ pariter & humanæ naturę. Et de ipſo dicuntur communicatione idiomatum, quæ diuinæ naturæ pariter & humanę tribuimus: de quo poteris ſi uelis à multis doctis Chriſtianis ſufficienter informari.

Declaratio ſimilitudinis Adæ & Chriſti. Cap. XXI.

ET quia circa modum quo humana natura diuinę hypoſtaſi uniatur, plerique non recte imaginati ſunt, quoniam illud quod omnem intellectum exuperat imaginatio non attingit: ideò pauca circa hoc ne erres, ſequendo, aut Neſtorium aut Eutycen, aut alium aliquem non ſanè intelligentem ſcire debes quod ſicut. 5. cap. Alchoran ſcribitur, Ieſum Adæ quodammodo ſimilitudinem gerere, ad bonum intellectum. Hoc ſic uerum concipe: Adam à Deo creatus ut præeſſet animalibus, rex & Meſsias animalium fuit. In eo enim altior hypoſtaſis quam in brutis, ſcilicet naturæ intellectualis fuit, in ſe brutalem animalitatem colligens & uniens. Ob quam etiam hypoſtaſim naturæ intellectualis, una fuit perſona licet intellectualis pariter & brutalis naturę. Et quoniam omni perfectionis ordine, natura eſt prius: Deus omnia antecedit non tempore: cum non ſit in tempore, ſed naturaquia perfectior. Ita Deus antiquior intelligentia, intelligentia antiquior ſenſibilitate ſeu brutalitate, ſenſibilitas antiquior uegetabilitate. Dico antiquior: non tempore, ſed ordine & dignitate atq; perfectione. Eo dicendi modo, intellectualis natura in Adam antiquior ſenſibili, in ſe uniuit ſenſibilem naturam, & factus eſt rex omnium uita ſenſibili uiuentium: quia ipſam ſenſibilem uitam in unionem antiquioris intellectualis uitæ aſſumpſit, & mouit corpus uiuens uita ſenſibili, ad actus intellectuales. Sic Chriſtus quodammodo in ſimilitudine tali cõcipi poteſt, eſſe Meſsias & rex omnium uiuentium uita intellectuali: quia diuina uita antiquior intellectuali in ſe uniuit uitam intellectualem hominis, & mouit illam, humanam intellectualem naturam ad operationes diuinas. Dicitur autem quodãmodo eſſe ſimilem Chriſtum Adæ non totaliter. Nam uita intellectiua in Adam non ſolum in ſe uniuit uitam ſenſibilem: ſed quia ipſam intellectiuam & ſenſibilem quædam potuit eſſe proportio, cum quælibet ſit finita & creata, hinc uita intellectiua in unione prædicta facta eſt forma, formans ſibi unitam ſenſibilem uitam. Diuina autem uita in Chriſto, licet in ſe hypoſtaticè uniret uitam intellectiuam humanam, non tamen formaliter, cum inter diuinam uitam cuius magnitudinis non eſt finis, & intellectiuam finitam non poſsit cadere proportio quę eſt neceſſaria inter formam & id quod format. Cum tamen hypoſtaſis ſit infinitæ uirtutis, naturam in ſe attractam nunq; deſerit: ſicut uirtus magnetis in ſuam hypoſtaſim ferrum attractum nũquam deſerit, & per medium attracti ferri aliud ferrum attrahit, & hoc faceret in infinitum, ſi uirtus eſſet infinita. Non tamen fit uirtus illa magnetis forma ferri, neq; tranſit in ferrum ut fiat ferrum, neq; componitur cum ferro ut fiat unum tertium ex ipſis compoſitum ſed remanentibus naturis inconfuſis, ita ferrum hypoſtaſi uirtutis magnetis adheret quòd ipſam non deſerit, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, ſiue lateraliter moueatur. His ænigmatibus quamuis remotis, Chriſtum aliquantulum appræhende. Adhuc ſicut Adam terrenus in ſe complicuit omnem hominem, qui uenturus erat in hoc regnum & hunc mundum ſenſibilem, ita quòd complicitè omnes homines in ipſo erant, & ab ipſo receperunt ut huius mundi homines eſſe poſſent: ita in Chriſto ſecundo ſcilicet Adam

http://www.obrascatolicas.com

dam cœlesti complicitè sunt omnes prædestinati ad uitam immortalem, alterius mundi & regni cœlorum, à quò necessario omnia recipiunt, ut illius incorruptibilis cœlestis regni ciues & domestici esse possint. Quæ clarissimè & apertissimè sic esse reperies, si Deus dignabitur tibi oculos aperire, ut legas & intelligas sacratissimum Euangelium, Quod tibi concedat Deus pius, & misericors semper benedictus. Amen.

Tertij libri de Cribratione Alchoran, Pijssimi, Religiosissimi, & optimi Patris Nicolai de Cusa Card. ad IESV Saluatoris omnium ubicq; colendi, decus æternum, sempiternumq; honorem, FINIS.

CONIECTVRA
Domini Nicolai de Cusa, de
Nouissimis diebus.

QVANQVAM uniuersus hic mundus, à Cunctipotentis uoluntate dependet, ut nemo hominum sensum Domini noscere queat, cum nec ea quę cum hominis sunt conceptu, præter hominis spiritum quisq; sciat, ac sic ad nos minimè spectet, temporis momenta quæ in patris potestate posita sunt, definire, cum solùm omnia ibi intemporaliter sint præsentia, debeatq; nos (qui sumus compatione Patrum sanctimonia uitę & litterarum intelligentia, prorsus carentes) maximè à futurorum curiosa inquisitione retrahere, eo quod penè omnes, qui hactenus de temporum ratione aliquid scripserunt, fallaci quadam coniectura decepti sunt: tamen semota arrogantia, pia atq; ędificatoria inuestigatione, ex sanctis literis futura conjicere, inquantum nostrę peregrinationi consolatoriam affert refectionem, non arbitror reprehensibile. Nitimur enim omni diligentia, incomprehensibilem ueritatem in hac uita cognoscere: quamuis in hoc mundo non absq; ænigmatica figura, infinitè distanter à seipsa uti est, ipsam inapprehensibilem sciamus. Id autem, in quo Christianum, quoad futurorum euentum quiescere conuenit, arbitror unum solum esse: Nam Paulus ad tertium cęlum raptus: non aliud inter sapientes scire æstimauit, quam Christum, & hunc crucifixum, in quo aiebat, omnia scitu possibilia, tanquam in thesauro sapientiæ contineri. Vnde si Christianorum tempora in eo quod Christiani: aliquantulum prouidere cupimus: rectè ad Christi peregrinationem conuertimur. Sicut enim ipse nos docet, si Christianam uitam habere studemus, ab eo eam addiscere debemus, qui ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: sic & ipse exemplum dedit nobis, ut quemadmodum ipse fecit, & nos qui Christiani esse cupimus, similiter faciamus. Ipse etiam nos instruit, quomodo omnes fideles eius membra sunt, quando ait id fieri sibi, quod minimo fit suorum. Est igitur Ecclesia corpus eius mysticum, quæ in uniuersalitate sua, caput suum Christum qui cœlos penetrauit, peregrinando sicut & ipse ascendendo, sequitur. Precessit Christus ut exemplar, sequitur Ecclesia ut imago. Veritatem uidit Moyses in monte, in ostensione ueritatis, ut postea euanescente illa uisione, successiuè explicauit. Videtur homo depingendus breui discursu, à pedis planta usque ad, uerticem: quem dum statuarius exculpere satagit seriatim temporis interuallo opus habet. Christus In hunc mundum puer intrauit, creuit sapientia & ætate, factus est uir, docens ueritatem, & in ea ambulauit, quousq; ob eius testimonium de mundo sublatus

tus est. Dimisit semen scilicet Ecclesiam, in qua remansit, ut Adam in Eua, sponsa de sua carne & osse uirago facta: ut ipsam sui feminis Ecclesiam sibi sponsam, in domo patris per assumptionem traducendam enutriret. Quæ & puer renata est in hoc mundo creuit in ętate et sapienta, et mundi peregrinationem compleuit. Vnde cum ad ueritatem exemplarem inspicere necesse sit: Christi peregrinationem in Ecclesia explicari rectè coniectamus. Dicit autem se Christus filium hominis & sabbati esse atq; in ipso compleri, quod de anno Domini qui est Iubileus seu libertatis, per Esaiam fuit prophetatum. Tempus igitur Christi, est tempus Deo sanctificatum, Sabbatum scilicet, in quo sicut est quies operum Dei, sic & temporis. Non ueniet igitur tempus aliud requiei: cum Deus, uti in maximo atque ultimo complemento operum in Christo quiescat. Si igitur ad diem Christi inspiciamus, dies est sabbatis. Si ad annum, quinquagesimus annus eius, est sabbati qui nomini est anus seu Iubileus. Omne tempus, septenario reuoluitur: septem scilicet diebus, septem annis, septies septem annis, qui sunt quadragesimo nouem. Vnde annus quinquagesimus, est post laboriosam temporis reuolutionem, sabbatismus in quo quiescit omnis seruitus; & redit in libertatem. Explicant autem annum unum Domini, 50. usuales. Vnde cum Ecclesia sit Christum explicatoriè sequens, qui est Magister & Dominus, annum ipsius Domini qui complicatoriè est Iubileus, ipsa explicat per quinquaginta: ut uni solari reuolutioni Christi Solis iustitiæ, una anno Domini reuolutio in peregrinatione Ecclesiæ, correspondeat. Tali enim ratione conijcimus, plus quam 50. usq; ad Ecclesiæ resurrectionem instare Iubileos. Et sic nos nunc annos Iubilei 29. egisse, cum à Christi ascensione, 1452, anni hoc tempore numerantur effluxi. Erat autem Ioannes Babtista tunc in deserto baptizans, & lauans in doctrinę uerbo peccatorum sordes, ut pararet Domino plebem perfectam. In tali enim spiritu Heliæ, in quo ipse testimonium perhibuit luci ueritatis scilicet Christo, surgere in proximo debere credimus, eiusdem spiritus discipulos, & in ipsis Hæliam se uerbo doctrinæ ostensurum, qui digito ostendat mundo Christum & ueritatem uitæ & iustitię. Et Christi corpus scilicet Ecclesiam lauabunt, ita ut spiritus Dei in ipsam, quasi uisibiliter, & super Christum descendat in specie columbinæ simplicitatis. Et tunc dabunt se sancti aliqui longę macerationi, se à mundo separantes & tentatore uicto redibunt uerbū uitę seminaturi. Tunc & mira operabuntur in spiritu Christi. Etiam persequutionem patietur spiritus rigoris Heliæ in primoribus ipsis prædicatoribus, uti in Ioanne, quoniam illecebritas fornicaria huius mundi, quæ fuit causa necis Ioannis, non patietur illos uiuere. Sed augebitur continuè numerus fidelium & dilatabitur luce doctrinę successiuè, usq; ad Iubileū 40. Et fient in ipsa signa & prodigia explicatoria uitę Christi, in Euangelijs tradita. Et non erit habitatio in mundo, Expers notitiæ Christi & fidei. Post hæc Antichristi sathanicus spiritus persequutionem concitabit, contra corpus Christi quod est Ecclesia. Et erit tribulatio ultima, qua nunquam alia maior fuit, quæ est explicatoria historiæ passionis Christi. Et uidebitur ipsa Ecclesia extingui, quia sancti Apostoli fatores uerbi Dei eam deserent & fugiet. Nec stabit Petri aut cuiusq; Apostoli successor, omnes scandalum patientur. Et quando sic oculis insipientium Christi corpus tradetur ignominiosè, quasi per crucis mortem, de mundo sublatum, resument sancti uires, et redibunt ad cor quia uidebunt Ecclesiam, post sanctorum interemptionem gloriosiori fulgore resurgere post paucos dies. Et uidentes infideles Antichristi prœualuisse Ecclesiam, et se uictos: uictori Christo cedent, & ad ipsum reuertentur, omnes nationes ut sit Christi hæreditas in uniuerso orbe, unum ouile unius pastoris. Et flebit Petrus amarè, quia fugit, sic & cæteri Apostoli, scilicet Ecclesiæ Episcopi & sacerdotes, & dabitur ipsis locus pœnitentię. Et reddet se Ecclesia gloriosa resurrectione à pressura Antichristi, ostensibilem omnibus dubitantibus, ut omnes qui dubij fuerunt de ueritate uitæ, quæ est in Christo sponso Ecclesiæ, testes fiant gloriosæ resurrectionis, etiam in sanguine suo, si ita opus esset. Et incipiet Ecclesia, in tranquillitate de æterna pace meditari, & amplexum sponsi appetere in gloria per transcensum

http://www.obrascatolicas.com

ſcenſum mundi ſenſibilis. Sed nondum ſtatim finis, ut reddatur ſponſa abſq; omni ruga & macula digna ſponſo, qui eſt Agnus ſine macula. Et ueniet tunc iudicaturus uiuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Et aſſumet in gloria ſuam ſponſam, ſecum æternaliter regnaturam. Poterit quiſque ex Euangelicis deſcriptionibus, particularius coniecturas iſtas explicare, & hinc de hoc nunc ſatis eſt. Hoc ſolum abſque temerario iudicio ut Chriſtianus coniiciens, quòd in ijs quæ Chriſtus egit, & circa Chriſtum acta ſunt, poſt uigeſimum nonum annum, uſque in diem reſurrectionis à morte, annum unum Domini, in iubileum extendendo: poterit quiſque ueriſimiliùs, quid futurum ſit in Eccleſia, præuidere: ut ſic in 34. iubileo à reſurrectione Chriſti, reſurrectionem Eccleſiæ depulſo Antichriſto, Dei pietate ſperet uictorioſè glorioſam. Et hoc erit poſt annum natiuitatis Domini 1700. ante annum 1734. Poſt illud autem tempus, aſcenſio Eccleſiæ futura eſt, Chriſto ſponſo adueniente ad iudicium, ſed quando ueniet, nemo ſciet. Erit enim ille aduentus, ita omnibus antea incognitus, quoad temporis præciſionem: ſicut aduentus eius in mundum, fuit in temporis eius præciſione omnibus ignotus. Tunc ſancti ſcientes, quia ueniet & non tardabit, orabunt ut ueniat deſideratus omnibus gentibus, dicentes: Quoniam uiciſti Domine, et ſediſti à dextris patris, donec pater ipſe poneret inimicos tuos ſub pedibus tuis, & terminos terræ poſſeſsionem tuam: hinc nunc Domine ueni, & transfer poſſeſsionem tuam in gloriam tuam. Talia quidem dicent, poſt longanimitatem expectationis ſcientes appropinquare diem redemptionis, qui ueniet ſine ſigno in nocte tanq; fur, ſicuti uenit diluuium, uti fatetur futurum eſſe Chriſtus. Hęc autem ſupputatio reſurrectionis Chriſti, in corpore ſuo quod eſt Eccleſia, multis rationibus, aliorum conſiderationibus uerior forte ex eo coniicitur, quia Chriſtus docuit, in perſequutione ſua documentum ſuæ perſequutionis capere debere, dicens: Si me perſequuti ſunt, & uos perſequentur. Ac quod ipſe, qui quaſi abire uideretur, poſt reſurrectionem in Eccleſia remanſurus eſſet, uſq; ad conſummationem ſæculi: prædixitq; ante ſuam glorioſam reſurrectionem, oppreſsionem Eccleſiæ qua maior nulla fuit, in ultimis diebus uenturam eſſe, ut in ultimis diebus carnis ſuæ cum eo actum eſt. Atque ad duo nos remiſit, ſcilicet ad ſimilitudinem diluuij, atque ad dictum Danielis Prophetæ. Tunc uti poſt primum Adam uenit in 34. iubileo, ſecundum doctiſsimum atque ſapientiſsimum Philonem in libro hiſtoriarum, conſumptio peccati per aquam diluuij, in diebus Noe: ita coniicimus, quòd poſt ſecundum Adam in 34. iubileo, ueniet conſumptio peccati, per ignem ſpiritus ſancti. Similiter Danieli apertũ fuit, quomodo nouiſsima maledictio futura eſſet, poſtquàm ſanctuarium mũdificabitur, & uiſio implebitur, & hoc poſt 2300. dies ab hora egreſſionis uerbi. Vnde cum anno tertio Balthaſar regis, hæc reuelatio illi facta ſit, primo anno Cyri regis, qui Chriſtum ſecundùm Hieronymum, Aphricanum, & Ioſephum, circa 559. annum præceſsit: tunc conſtat reſurrectionem Eccleſiæ, ſecundùm numerum præfatum, diem in annum reſoluendo, iuxta apertionem Ezechieli factam, poſt annum Chriſti 1700. & ante 1750. quod concordat præmiſsis. Refert Philo in Hiſtorijs: Moyſen in ultimis Deum rogaſſe, quantum tempus tranſiſſet, & quantum ſupereſſet. Cui Deus reſpondit: Duo enim ſemis tranſierunt: & duo ſemis ſuperſunt, & Moyſes impletus eſt ſenſu, & obijt. Vnde Deus ſecundum iſta, Moyſi aperuit quatuor tempora, duo de illis tranſijſſe, & duo ſupereſſe. Tranſiuit igitur ab Adam uſque in diluuium tempus unum, igitur ſecundum à diluuio ad ipſum, tertium ab ipſo ad Chriſtum, quartum de Chriſto ad finem. Incepit igitur ultima quarta, in Chriſti reſurrectione. Et ob hoc, ſancti ſæpè hoc tempus nouiſsimum, & finem ſæculorum nominant. Et quamuis computationes annorum, ſint multum uariæ, ſecundum Iudaicam ueritatem, ſecundum ſeptuaginta Interpretes, ſecundum Ioſephum & Philonem: tamen iſtud ueriùs puto, quod ſcilicet tot anni iubilei à Moyſi morte, uſq; in Chriſtum fluxerunt, quot ab Adam uſque ad dies illos Noe: & quòd tot à diebus diluuij ſub Noe, uſq; ad mortem Moyſi. Ita quòd & tot fluent à Chriſto, uſque ad complementum ultimi quaternarij annorum 34. iubileorum:

eorum: ut ſic Moyſes mortuus ſit, ſecundum hanc diuinam reuelationem, in medio temporis quaternarij, duobus quaternarijs temporibus completis. Multa alia de hac re ſcripta reperiuntur. Multi enim ſe in his fatigarunt, quos uaria conſideratio, ad uarias duxit opiniones, ut quiſq; ſuo ſenſu abundet, et nemo cum alio conſentiat. Sunt quę iam tranſacta plura tempora, quę docti etiam uiri non putarunt futura. Et tranſierunt ſic plurimi, & tranſibunt, in uarietate interpretationis Propheticæ Danielis. Ego eorum ſcripta diligenter perquiſiui, & nihil in illis de hac præmiſſa conſideratione annotatum inueni. Quare ipſam ad preces deuoti cuiuſdam ſacerdotis, ſub omni correctione, ſcriptis mandaui, aliud non aſſerens, niſi quod in Dei manu ſunt omnes fines terræ, cuius licet conciliũ eſt ab oculis omnium, quantumcunq; ſapientum abſconditum: tanta tamẽ eſt eius benignitas, quòd nos uermiculos ſinit, de ſibi tantum notis, ænigmaticas facere coniecturas, quas uti maieſtati ſuæ placet, aut aliquas ſuo dono, ſine ſe uanas oſtendit, ut ab eo ſolo, ſit omnis ſapientia, qui eſt in ſæculum benedictus, Amen.

SECVNDI TOMI FINIS.

http://www.obrascatolicas.com

TOMVS TERTIVS.

NICOLAI DE CVSA CARDINALIS, IN EO QVID SIT, VERsa pagina demonstrabit.

http://www.obrascatolicas.com

Catalogus librorum qui huic operi insunt.

1 De transmutationibus Geometricis.
2 De Arithmeticis complementis.
3 De Mathematicis complementis.
4 De Quadratura Circuli.
5 De Sinibus & Cordis.
6 De una recti curuiq; mensura.
7 Complementum Theologicum.
8 De Mathematica perfectione.
9 Reparatio Calendarij.
10 Correctio Fab. Alphonsi.
11 Et alia quædam ex Gaurico in Cusam adiecta.

NICOLAI DE CVSA Card. ad Paulum magistri dominici Physicum Florentinum, optimum atque Doctissimum uirum, de Geometricis transmutationibus libellus.

ET si ueteres magno ingenio prædíti, sedula indagatione conati sunt multa tunc abscondita sibi & posteris nota facere, perfeceruntq; utiliter in plærisq; maximis atq; optimis artibus: non tamen omne desideratum in quibusq; altioribus theorijs attigerunt, præordinante hoc uniuersorum optimo prouisore, ut in nobis uis illa diuina intelligentiæ non torpeat, sed admiratione uehementiori ad ipsa latentia & scitu possibilia feratur. Ardentiùs quidem in obscuri penetratione mouemur, ut quietiùs de mentis uigoro sitate delectemur. Inter ea autem quæ Geometricis speculationibus insudantibus hucusq; impedimento fuere: unum omnibus (quorum uires ingenij: libri qui ad nostram notitiam deducti sunt, curiosiùs obseruant) incognitum remansit, de recti scilicet atq; curui æqualitate, aut inuicem mutatione statuenda. Ita ut non paucis imò penè omnibus huic inquisitioni deditis, post immensos labores uisum sit, uiam ad huiusce rei notitiam acquirendam à nobis sublatam, hoc rei impossibilitate agente, & natura ipsam tantæ oppositionis coincidentiam repellente. Ego uerò huius rei difficultatem, in paruitate apprænensionis & intermissione diligentiæ, non summo acumine uigilantium ut obscuritas negocij deposcit, potius existimans: dato qualicunq; ocio, ad artem nouam qua ad quæsitum pertingerem, me contuli, ei diligenter satis ob altiores fines insudãdo, quousq; cunctarum meditationum mearum subscripta formula facilem resolutionem efficerem. Quoniam autem in tanta & hactenus ignota arte, à qua non tantum perfectio Geometricæ transmutationis dependet, sed & etiam introductio ad altiora ascendendi figuratur, non erat in obscuritate & paruitate ingenioli mei confidendum: rectè statui ad arbitrum peritissimum atq; ueritatis zelatorem confugere, & iamdudum probatissimo amico inuentionem pandere, ut in statera æquissimi iudicis æstimetur. Noli igitur amice dilectissime ista, etiam si in maioribus uersaris, quasi cruda indigestaq; abijcere: lectu enim parua, intellectu uerò facillima sunt. Sed quantò me ab annis iuuentutis atq; adolescentię nostrę, strictiori amicitiæ nodo, atq; cordiali quodam amplexu indesinenter constrinxisti: tantò nunc accuratiùs emendationi animum adhibe, & in com-

http://www.obrascatolicas.com

munionem aliorum (nisi correctum) prodire non sinas.

Libri de docta ignorantia.

POst innumeros penè modos, quibus (semper tamen deficiens) ad institutam artem peruenire contendi: tandem ad principium quo in libris de docta ignorantia usus sum respiciens, uia mihi patefacta extitit. Exigit autem ars quam inquiro, præter ea iam tradita in Geometricis, uersionem curui in rectum, ac recti in curuum. Inter quę cum nulla rationalis proportio cadat, oportet in quadam coincidentia extremorum hoc latere secretum. Quæ cum in maximo sit (ut alibi traditur) & maximum sit circulus qui ignoratur: in minimo qui est triangulus, inquiri ipsam deberi ibi ostenditur.

Omnium autem figurarum multorum angulorum quæ polygoniæ, & æqualiterarum quæ isopleuræ, & eiusdem longitudinis laterum, quę eandem habentes peripheriam isoperimetrę dicuntur: triangulare minimę capacitatis esse constat. Et cum tantò quælibet isoperimetra sit capacior, quantò plures angulos habuerit: erit circulus isoperimetrarum figurarum omnium capacissima, ad quam per angulorum multiplicationem deueniri nequit, sicut nec in numero ad maximum. Nulla igit polygonia, ad circularem isoperimetram, proportionem rationalem habere potest.

Quia uerò differentia capacitatis isoperimetrarum figurarum, correspondet differentiæ circulorum infrà scriptorum eisdem (ut iam ante hoc notatum est) ideò nec circulus inscriptus qui semper minor est, nec circumscriptus qui semper maior est, circulum isoperimetrum rationalem proportionem habebit. Semidiametri autem illorum iam dictorum circulorum, maximè inæquales in trigono existunt, in alijs autem successiuè minus inæquales. In circulo uerò isoperimetro coincidentes, cum ibi inscriptus circumscriptus & peripheria coincidant. Inquirendum autem, quâ arte ad coincidentiam ipsam atq; propositum pertingere ualeamus.

Annotationes omni sancti.

Post innumeros penè modos: quibus (semper tamen deficiens)

¶Multum hic testatur de Cusa se insudasse, in inquisitione uersionis curui in rectũ ac recti in cruum: inter quæ nulla rationalis proportio cadit (ut postea declarat) hoc est inter polygoniam & circulum isoperimetrum, nulla proportio cadit, quæ sit tanquàm numeri ad numerum. Et ideò proportio quę est inter polygoniã & circulum isoperimettum dicitur irrationalis, & ignota siue surda. Et ob hoc dicit, secretum illud latere in quadam coincidentia extremorum, quę coincidentia cum in maximo sit (ut ipse tradit in de docta ignorantia) & maximum sit circulus qui ignoratur: in minimo igitur qui est triangulus, inquiri ipsum secretum ibi debere ostenditur. Subiungit & dicit.

Omnium autem figurarum multorum angulorum polygoniæ.

¶Sed ante quàm ulterius procedamus, quinq; propositiones declarandas proponemus, ut facilius sequentia ualeant intelligi.

¶Prima. Quantò polygonia circulo inscripta plura habuerit latera, pluresue angulos: tanto maior erit eius area & circumferentia. Quantò uerò habuerit pauciora: tantò maior erit eius area & circumferentia minor. Quò fit, ut circuli area & circumferentia, maior sit area & circumferentia cuiuslybet polygoniæ sibi inscriptæ.



¶Patet: Sit descriptus circulus a, cui per 6. quarti Euclidis inscribo quadratum b c d e. Et per 29. tertij Euclidis, diuido arcum b e in duo æqua in puncto f. traho b f & f c, quæ erunt æquales per 27. tertij Euclidis. Necesse enim est b f rectam, recte f c esse æqualẽ, cum resecent æquales arcus. Rursus traho a f, & ubi secat b c chordam, pono g: erit chorda in duo æqua diuisa, sicut & arcus.

¶Patet: Nam per ultimam sexti Euclidis, f a c & b a f anguli sunt æquales, & latera æquos angulos continentia inuicem sunt æqualia. Igitur per 4. primi, erunt isti trianguli b a f & f a c æquales & æquianguli. Et quia per 4 primi Euclidis, anguli a f c & a c f sunt æquales, quia anguli ad basim: erunt igitur æquales a f b & a f c. Et ultra f c & f g æquales sunt b f & f g, & anguli sub ipsis lateribus contenti: igitur per 4. primi Euclidis, isti trianguli c g f & b g f erunt æquales, & æquianguli. Et ex consequenti per 4. sexti, latera relatiua proportionalia erunt. Sicut igitur b f ad f c: ita b g ad g c. Erit igitur b g æqualis g c: sicut b f æqualis f c, quod fuit probandum. Ex hoc constat, quòd recta ducta à centro per medietatem chordæ ad arcum, diuidit arcum in duo æqua: Quia f c arcus, est octaua pars circumferentię circuli, erit f c latus octogoni circulo inscribendi, quẽ dico maiorem aream habere quadrato, pariter & circumferentiam. De area satis cõstat: Nam dempto quadrato ab octogono, erunt quatuor trianguli residui, quilibet æqualis triangulo b f c. De circumferentia patet: nam cum c g f sit angulus rectus, erit f c maius latus trianguli, per 18. primi Euclidis. Quare maius erit g c, itidem b f maius b g. Quo fit ut b f & f c simul, maiora sint b c, per 20. primi Euclidis. Vnde sicut b c est pars quarta circumferentiæ quadrati: ita b f & f c simul, faciunt quartam partem circumferentiæ octogoni. Vnde constat circumferentiam octogoni (quia plures habet angulos pluraq; latera quadrato) maiorem esse circumferentia quadrati. Et ex oppositò secunda pars propositionis patet. Corrolarium sic patet: nam si ponatur alicuius polygoniæ circulo inscriptæ circumferentia, æqualis circumferentiæ ipsius circuli: tunc polygonia maiorem habens circumferentiam circuferentia polygoniæ, quæ ponitur æqualis circumferentiæ circuli, non posset ipsi circulo inscribi, quod est falsum. Nam dato quocunq; arcu, ipse per 29. tertij Euclidis in duo æqua diuidi potest. Quòd si portionibus chordę subtendantur: erunt ipsę cordę latera polygoniæ, habentis tot in duplo angulos & latera, quot habet polygonia cuius chorda integri arcus latus erat. Aliter patet: nam f c est maior g c, per 18. primi Euclidis. Vnde si g c medietas de b c, subtrahatur ab arcu f c: aliquid erit residuũ, similiter si b g ab arcu f b. Quo fit ut omnis arcus sua chorda sit maior. Nam b f c arcus, maior est chorda b c. Et cũ tot in circulo chordæ sint, quot latera polygonia circulo inscripta habet: est necesse ut omnes chordæ simul, minores sint arcubus simul sumptis, & ex consequenti circuli area & circumferentia, maior erit area & circumferẽtia cuiuscunq; polygoniæ ipsi inscriptæ ex quibus patet prima propositio.

¶Secunda propositio est. Quantò polygonia circulo circumscripta pauciora habuerit latera: tantò erit eius area & circumferẽtia maior. Quantò uero plura habuerit latera: tantò eius area & circumferentia erit minor. Vnde euenit, ut circuli area & circumferentia, minor sit & circũferentia cuiuslibet polygonię ipsi circumscriptæ.

¶Patet: Sit descriptus circulus a, per 7. quarti Euclidis circumscribo ei quadratum b c d e. Traho à centro a ad medietatem lateris b c, rectam a k: & ad medietatem lateris c d traho a g, erit k a g angulus rectus: cum a k super b c, & a g super c d, per 17. tertij Euclidis sint perpendiculares. Quo fit ut k g arcus sit arcus quadrantis. Rursus tra

http://www.obrascatolicas.com



ho a f c: quia a k & k c sunt æquales (cũ c b sit ut diametrus circuli) erunt anguli k a c & a c k æquales, per 5. primi Euclidis. Modo quia a k c rectus est angulus: erit k a c uel à c k medietas recti, cũ per 32. primi Euclidis simul æquales a k c angulo. Eodem modo dicendum est de a c g & g a c: quia a g & g c sunt æquales. Vnde cõstat k a c & c a g, esse æquales angulos. Quare per ultimam sexti Euclidis, arcus k f æqualis erit arcui f g Deinde traho k f, rectam a i h angulus rectus per 3. tertij Euclidis, & similiter a k h. Quo fit ut per 8. sexti Euclidis, a i k & a k h sint orthogonij similes, qui a k i erit medio loco proportionalis, inter a i & h i. Vnde sicut i k est semilatus octogoni, cuius prima est a i; ita k h erit semilatus octogoni, cuius prima erit a k. Traho h f, quæ erit æqualis k h: sunt enim isti duo orthogoni k i h & f i h æquales per 4. primi Euclidis, eò quòd k i & i h æquales sunt, f i & i h: similiter & anguli sub ipsis contenti: cum sint recti. Constat igitur k h & h f. facere latus octogoni circulo circumscribendi. Vnde dico k h & h f simul, minora esse semilatere quadrati scilicet k c.

¶ Patet id hoc pacto: Nam communi dempto, scilicet k h residua erunt h c & h f, &



cum a f h angulus rectus sit: erit per 13. primi Euclidis h f c angulus rectus. Et ex cõsequenti per 28. primi Euclidis: erit h c longius latus quàm h f. Similiter k c pars octaua circumferentiæ quadrati circulo circumscripti, maior erit k h & h f, simul facientibus octauam partem circumferentiæ octogoni, eidem circulo circumscripti. Patet prima pars propositionis. Secunda uerò ex oppositio patet. Correlarium uerò patet sic: nam si quis dixerit circumferentiam alicuius polygoniæ circulo circumscriptę, æqualem esse circumferentię circuli cui circũscribitur: ex hoc sequitur, quòd polygonia minorem habens circumferentiam, quàm polygonia cuius circumferentia dicitur circumferentiæ circuli æquari, non poterit circulum circumscribere, quod est falsum. Nã data quacunq; polygonia circulo circumscripta, potest dari minor & area & circumferentia ualens circumscribere circulum, eò quòd arcus omnis in duo æqua diuidi potest. Ex cuius diuisione pendet, quòd continuè maior polygonia potest circulo inscribi, & minor circumscribi: ut ex diuisione arcus quadrantis in duo æqua, pendet inscriptio octogoni in circulo, qui maior est quadrato eidem circulo inscripto, & pendet circũscriptio octogoni circulo, qui minor erit quadrato eidem circulo circumscripto. Patet igitur secunda propositio.

¶ Tertia propositio est Ex multiplicatione primæ cuiuslibet polygoniæ, in medietatem peripheriæ polygoniæ: exurgit rectangula areæ polygoniæ æqualis. Vnde manifestum est, ex multiplicatione semidiametri circuli (quæ prima circuli dicitur) in medietatem peripheriæ ipsius circuli, exurgere rectangulam areæ circuli æqualem.

¶ Patet: nam super quodlibet latus polygoniæ duo fiũt orthogonij æquales, per primam & secundam polygoniæ. Ex quo euenit, ut omnis polygonia tot in duplo contineat orthogonios, quot latera habet. Vt sit datus quadratus b c d e, traho a f primã, quæ

quæ est recta à centro ad medium latus ducta. Similiter traho a c & a b, & fiunt duo orthogonij. Omnis recta ducta à centro polygonię ad medium latus. perpendiculariter super ipsum latus stat. Nam circumscripto



circulo, erit b c chorda, & à centro igitur per 3. tertij Euclidis: a f ducta à centro ad medium chordæ, super chordam erit perpendiculariter. Erunt igitur octo orthogonij in quadrato ut constat. Vnde dico, quòd ex multiplicatione a f primæ in medietatem lateris: producitur rectangula dupla ad orthogonium polygoniæ, per 41. primi Euclidis, ut constat in ista rectãgula a f c i, quæ dupla est ad orthogonium a f c. Et ex consequenti ex multiplicatione a f in medietatem peripheriæ, exurgit rectangula dupla ad medietatem orthogoniorum, quæ sunt 4. Quare ipsa rectangula areæ quadrati, erit æqualis ut satis cõstat Et ita de omnibus polygonijs. Et quia hoc de omnibus dicatur polygonijs, uerificatur: de maxima & minima uerificabitur, quare & de circulo. Patet propositio cum suo correlario.

¶ Quarta propositio est. Quantò polygonia isoperimetra plura habuerit latera: tantò eius secunda minor, prima uerò & area maior. Quantò uerò pauciora: tantò eius secunda maior, prima uerò & area minor. Fit etiam ut circuli isoperimetri secunda, minima sit: prima uerò & area maxima.

¶ Patet: sit triãgulus b c d descriptus, similiter & quadratus g h i k isoperimeter: inscribo & circumscribo eis circulum, & à cẽtro ad medietatem laterum educo a e & f l primas trigoni & quadrati. Similiter educo secundas, a b & f g: dico f g minorem esse a b, & f l maiorem a e: eò quòd quadratus (cum sit isoperimeter trigono) plura habet latera: quàm trigonus. Patet: nam si circulo a b uoluero inscribere quadratum, circumferentia talis quadrati maior erit circũferẽtia trigoni eidem circulo inscripti, per primam propositionẽ. Quo fit ut circulus circumscribẽs quadratum isoperimetrum, minor sit circulo a b, & ex consequenti f g semidiametrus, minor est a b semidiametro. Erit igitur secunda quadrati, minor secũda trigoni isoperimetri. Rursus si circulo a e circumscripsero quadratum, erit eius circumferentia minor circumferentię trigoni eidem circulo circumscripti, per secũdam propositionem. Quo fit ut circulus cui circumscriptus erit quadratus trigono isoperimeter, sit maior circulo a e: quare circulus f l, maior erit circulo a e: & ex consequenti f l prima quadrati, maior erit prima trigoni isoperimetri, scilicet a e. Quare multiplicatio f l in medietatem circumferentiæ quadrati, maiorem aream describit, quã multiplicatio a e primæ trigoni in medietatem circumferentiæ trigoni, quæ æqualis est medietati circumferentiæ quadrati. Ex quo patet, aream quadrati maiorem esse area trigoni isoperimetri. Et ita de omnibus polygonijs isoperimetris est dicendum: patet propositio. Correlarium sic patet Nam cum ultima polygonia ea sit, quæ omnes in numero laterum excedit, quæ est circulus, quia infinitum laterum est: ideò secũda circuli, minima erit polygoniarum. Eius uerò prima maxima: itidem & eius area maxima polygoniarum isoperimetrarum: patet propositio cum suo correlario.

 ¶ Quinta

http://www.obrascatolicas.com

¶Quinta. Polygoniæ iſoperimetræ adinuicem habitudinem tenent, quam primæ longitudine adinuicem.

¶Patet ſic: ſit data recta m r, quæ diuidatur in pũcta p, per 12 ſexti Euclidis: ſic quòd m p ad p r ſit, ut prima trigoni ad primam quadrati iſoperimetri. A puncto p educo perpendiculariter recta p o, per 11. primi Euclidis: ſitq; p o ut medietas circumferentiæ trigoni. Eſt manifeſtũ, quod multiplicatione m p in p o, fiet rectangula m n o p æqualis trigono, & multiplicatione p r in p o, fiet rectangula o p q r æqualis quadrato iſoperimetro per ultimam propoſitionem. Vnde harum rectangularum proportio minoris ad maiorem, erit tãquàm proportio m p ad p r longitudine, per primam ſexti Euclidis, & ita de omnibus iſoperimetris eſt ſecundum: patet propoſitio: His deductis, ad inſtitutum reuertamur. Dicit igitur de Cuſa, quòd triangulus inter iſoperimetras eſt minimæ capacitatis: quod cõſtat per quartam propoſitionem præmiſſam. Nulla enim præter eam pauciora habet latera, quare & nulla præter eam minorem habebit primam, et ex conſequenti minorem aream: ſicq; minimæ dicetur capacitatis. Quòd uerò tantò quælibet polygonia iſoperimetra ſit capacior, quantò plures angulos habuerit: cõſtat per quartam propoſitionem præmiſſam, cum tot quælibet polygoniã habeat angulos, quot latera: Ideò circulus iſoperimetrarum figurarum erit capaciſſima, ut dictum eſt per correlarium eiuſdem quartæ propoſitionis præmiſſæ. Ad quem circulum iſoperimetrum, per angulorum multiplicationẽ, aut per laterum multiplicationem, deueniri nequit, ſicut nec in numero ad maximum: nam ibi angulus & latus coincidunt. Ideò ibi angulus ſimpliciter minimus eſt, ſimiliter latus ſimpliciter minimum. Nulla igitur polygonia, ad circularem iſoperimetram proportionem rationalem habere poteſt. Ex quo pendet, circumferentiam circuli ad diametrum, longitudine incommẽſurabilem eſſe. Nam per quintam propoſitionum præmiſſam, habitudo quadrati ad circulum iſoperimetrum, eſt tanquàm proportio primæ quadrati ad ſemidiametrum circuli iſoperimetri, quæ ſemidiameter prima circuli dicitur. Quòd ſi quadratus ad circulum iſoperimetrum proportionem non ſeruet rationalẽ, nec prima quadrati ad ſemidiametrum circuli iſoperimetri, longitudine rationalem ſeruabit proportionem. Vt ſit deſcriptus quadratus g h i k, prima quadrati ſit f l, ſecunda f g: circulus uerò iſoperimeter ſit f m. Quia quadratus ad circulum iſoperimetrum eſt incommenſurabilis (ſi enim proportionem ſeruaret rationalem ad ipſum commenſurabilis eſſet) ideò (ut dictum eſt) f l ad f m, eſt longitudine incommenſurabilis: & econtrariò, f m ad f l. Sed f l commenſurabilis eſt ad circumferentiam quadrati, cum ſit pars eius octaua: quare f m: erit longitudine incommẽ ſurabilis ad circumferentiam quadrati, & ex conſequenti ad circumferentiam circuli, quæ circumferentiæ quadrati æqualis eſt. Si enim f m eſſet commenſurabilis ad circumferẽtiam circuli, eſſet commenſurabilis ad f l: cum f l commenſurabilis longitudine ſit ad circumfentiam circuli, per 8. decimi Euclidis. At quia f m longitudine eſt incommenſurabilis ad f l: erit pariter f m longitudine incõmẽſurabilis omnib. cõmenſurabilibus ad f l. Quare & ad circũferentiam circuli lõgitudine incõmẽſurabilis erit. Similiter f m duplicata, q̃ erit diametrus circuli:





euli: erit ad circũferẽtiã circuli lõgitudine incõmẽſurabilis, & cõtra. Subiũgit & dicit.

Quia uerò differentia capacitatis iſoperimetrarũ figurarum, correſpõdet differentiæ circulorum infraſcriptorũ eiſdem, ut iã ante notatum eſt.

¶In hoc quòd differentia circulorum infraſcriptorum attenditur penes exceſſum primarum, ſimiliter & differentia polygoniarum, attẽditur penes eundem exceſſum. Et hoc diuerſimodè: nam exceſſus primæ quadrati, ſuper primam trigoni iſoperimetri, excedere facit (& ideò differentia dicitur) ſuperficiem quadrati ſuperficiẽ trigoni. In quo idem exceſſus excedere facit primam quadrati longitudine primam trigoni. At idem exceſſus excedere facit circulum quadrato inſcriptũ, circulum trigono inſcriptũ: in quo ipſe exceſſus excedere facit primã quadrati poteſtate primã trigoni. Quare (dicit de Cuſa) nec circulus inſcriptus, q̃ ſemper minor eſt, nec circũſcriptus, q̃ ſemp maior eſt circulo iſoperimetro: ad ipſum circulũ iſoperimetrũ rationalẽ proportionẽ habebit. Nã per correlariũ quartæ propoſitionis p̃miſſæ, ſecunda circuli iſoperimetri, minima eſt inter omnes ſecũdas polygoniarũ iſoperimetrarũ: & ideò q̃libet circulus polygoniæ circũſcriptus, maior eſt circulo iſoperimetro. Et per idẽ correlarium, prima circuli iſoperimetri maxima eſt inter omnes primas: ideò quilibet circulus polygoniæ inſcriptus, minor eſt circulo iſoperimetro. Vnde ſemidiametri iã dictorũ circulorum, ſcilicet polygoniꝫ circũſcriptorum & inſcriptorũ, maximè inæquales in trigono exiſtũt, in aliꝫ ſucceſsiuè minus inæquales. Nã ſecunda trigoni & prima, q̃ ſunt ſemidiametri circulorũ circũſcriptorum & inſcriptorũ: maximè ſunt inæquales, per quartã propoſitionẽ p̃miſſam, cũ nulla pauciora habeat latera trigono. In quadrato minus ſunt inæquales: quia prima maior eſt primã trigoni, & ſecũda minor ſecũda trigoni. Vnde in circulo iſoperimetro coincidẽres erũt: cũ ibi inſcriptus, circũſcriptus, & peripheria coincidãt, ſitq; ſecũda primæ æqualis, & circũferentia circuli inſcripti, æqualis circũferentiæ circuli circũſcripti. Ex his cõſtat, ſi circuli polygoniæ inſcripti, incõmenſurabiles ſint circulo iſopimetro, eò quòd proportionẽ ſeruãt irrationalẽ (ſi enim ꝓportionẽ ſeruarẽt rationalẽ, cõmẽſurabiles utiq; eſſent) erit nõ modo circũferentia circuli ad diametrũ longitudine incõmenſurabilis, uerũ & poteſtate. Patet: reſumaẽ figura ultima, & quadrato inſcribatur circulꝰ circũductione f l: erit p iã dicta circulus f l, ad circulũ f m incõmenſurabilis. Et p̃ 2. duodecimi Euclidis, circulꝰ f l ad circulũ f m ſe habet, ſicut quadratus f l ad quadratũ f m. Idẽ q̃ppe iudiciũ eſt de habitudine quadrati ſemidiametri circuli, ad quadratũ ſemidiametri alterius, & habitudine quadrati diametri circuli, ad quadratũ diametri alterius. Quòd ſi quadratus f l ad quadratũ f m ſit incõmẽſurabilis: erit f l ad f m potentia incõmenſurabilis. Idẽ nãq; eſt quadratus lineę, & potẽtia. Vnde circũferentia quadrati, q̃ eſt lõgitudine octupla ad f l: erit pariter poteſtate incõmenſurabilis ad f m, & ad omnes cõmenſurabiles ad f m. Quare ad f m duplicatã, ſiue diametrũ circuli iſoperimetri. Et ex cõſequẽti circũferentiã circuli f m ad ſuã diametrũ, poteſtate erit incõmẽſurabilis, cũ p̃ hypotheſim circũferẽtia circuli f m, æqualis ſit circũferẽtię quadrati g h i k. Si enim f m poteſtate cõmunicaret circũferẽtia circuli: cõmunicaret poteſtate f l: per 8. decimi Euclidis, cũ f l cõmunicet poteſtate circũferẽtię circuli. Quæcũq; cõmunicãt lõgitudine, cõmunicant poteſtate. hoc eſt: q̃cunq; ſunt lõgitudine cõmenſurabiles, ſunt & poteſtate cõmenſurabiles. Lineæ communicantes, lineæ rationales, lineæ cõmenſurabiles, idẽ. Patet igitur quomodo ſi circuli polygonię circũſcripti & inſcripti, ſint ad circulũ iſoperimetrum incommenſurabiles, ſiue ad circulũ iſoperimetrum proportionem ſeruent irrationalem: erit diametrus circuli ad circumferentiam ipſius, non modo longitudine, uerum & poteſtate incommenſurabilis.



http://www.obrascatolicas.com

Videtur autem ad artis quæſitæ ſufficientiam pertinere, primum ut datæ rectæ detur æqualis curua. Secundò, ut ſecundum habitudinem curuæ ad curuam, detur recta ad rectam. Tertiò, ut inter duas lineas rectas, duæ proportionales continuæ aſsignentur. Quartò, ut ſecundum habitudinem duarum datarum, ſciatur ad tertiam datam dari quarta. Primum hactenus ignotum, ſecundum non conſideratum, tertium à paucis & obſcurè tactum, quartum clarè à multis explicatum complicatur in his iſtis. Quæ circà hæc neceſſaria ſunt, in exemplaribus ſubſumptionibus oſtendere conabor.

¶ Dicit ſufficientiam artis tranſmutatoriæ quæſitæ, quatuor præmittenda eſſe de neceſsitate, quæ in textu ſunt declarata: & quàm neceſſaria ſint, ſequentia manifeſtè declarabunt.

Primum præmiſſum.

POſſe lineam curuam eſſe, quæ datæ rectæ nec maior nec minor ſit, ab omnibus admittitur: licet non omnes eam aſsignari poſſe affirmet. Poteſt igitur peripheria datæ poligoniæ, circuli alicuius peripheria nec maior nec minor eſſe, ut ſit iſoperimeter. Sed quo modo hæc detur inquiramus.

Quoniam autem tantò circulus polygoniæ æquilateræ ſeu iſopleuræ circumſcriptus maior, quantò ipſa pauciorum angulorum fuerit, & ei inſcriptus tantò minor: hinc nemo negare poteſt, quin omnis circulus polygoniæ æquilateræ inſcriptus, minor ſit circulo iſoperimetro, atq; omnis circumſcriptus maior. Quare inter inſcriptorum & circumſcriptorum iſoperimeter cadens, habet ſemidiametrũ omni ſemidiametro cuiuſcunq; inſcripti circuli, cuicũq; polygoniæ iſopleuræ & iſoperimetræ maiorem, & circũſcripti ſemidiametro minorem. Manifeſtabitur aũt id quod quæri mus, poſt multos difficiliores modos facili cõſequẽtia ex hac ꝓpoſitione.

Semidiameter circuli iſoperimetri trigono inſcripto, ſe habet ad lineam à centro circuli cui trigonus inſcribitur, ad quartam lateris ductam, in proportione ſeſquiquarta. Sit circulus ſuper a centro deſcriptus, cui b c d trigonus inſcribitur, diuiſo b c latere in quatuor partes æquales per e f g ſignatas: dico ſi de a ad e linea ducta, protẽ datur per quartam ſui ut ſit a h, illam fore ſemidiametrũ circuli, cuius circũferentia æquatur tribus trigoni lateribus. Hoc ſic facillimè uerũ cõprobatur. Nã tracta de a ad f linea, illã ſemidiametrum circuli inſcripti fore conſtat, quę eſt omniũ circulorum inſcriptorum polygoniſs iſoperimetrismi nima. Et ſimiliter linea de a ad b ducta,



cta, eſt ſemidiameter circuli circumſcripti, quæ eſt omniũ circulorum circũſcriptorũ iſoperimetris polygoniſs maxima. Et ſi de a prope f ad i punctum lineã duxeris, extendendã ſecundũ habitudinẽ i f portionis ad b c latus, quę extenſa ſit a k: illam eſſe minorem ſemidiametro circuli iſoperimetri eſt manifeſtum, cum ſemidiameter circuli iſoperimetri, ſit omnium ſemidiametrorum circulorum inſcriptorum polygoniſs iſoperimetris maxima. Similiter ſi de a prope b ad punctum l linea ducta, extenſa fuerit ſecũdum habitudinem portionis l f ad b c, quæ ſit a m: illam eſſe maiorẽ quę ſita per ſe clarũ eſt, cum quæſita ſit omniũ ſemidiametrorũ circulorũ circũſcriptorũ polygoniſs iſoperimetris minima. Poteſt igit̃ inter l & i, ad aliquẽ punctũ de a linea duci, quę extẽſa ſecundũ habitudinẽ portionis inter pũctum illũ & f cadentis ad latus b c, æquabitur quę ſita. Pariformiter ſi fuerit linea a i extenſa, ſecundum habitudinem portionis i b ad b c, ut ſit a n: illam minorẽ fore quę ſita eſt manifeſtũ. Et ſimiliter ſi fuerit a l extenſa ſecũdũ habitudinẽ portionis l b ad b c, ut ſit a o: illã maiorẽ eſſe quæſita certũ exiſtit. Cadet igitur inter l & i, punctus, ad quẽ de a linea ducta, & extenſa ſecundũ habitudinẽ portionis inter punctũ illũ & b cadentis ad b c latus æquabitur quæſitę. Vnde uti reperitur punctus puta i, ad quẽ de a linea ducta ſi extẽdatur ſecũdũ habitudinẽ ambarũ portionum, ſiue uerſus b ſiue uerſus f ad latus trigoni: manet minor. Et alius pũctus uidelicet l reperitur ad quẽ de a linea ducta, ſiue extẽdatur ſecundũ habitudinẽ unius ſiue alterius portionis, ad latus trigoni: ſit ſemper maior quę ſita. Sic erit punctus tertius, ad quem de à linea ducta, & extenſa ſecundum habitudinem cuiuſcunq; portionis, ad latus trigoni: non ſit nec maior nec minor quæſita. Et conſtat, alium quàm e punctum eſſe non poſſe, in quo ſolùm ſecũdum utriuſq; portionis extenſionem idem euenire poteſt. Poteris pariformiter dicere, ſi a i linea extendatur ſecundum habitudinem f i ad b c, eſt minor: & ſi extendatur ſecundum habitudinem quadrati i f ad quadratum b f, eſt minor. Et ſi à b extendatur ſecundum habitudinem l f ad b c, eſt maior: & ſimiliter ſi extendatur ſecundum habitudinem quadrati l f ad quadratum b f, eſt maior. Erit igitur punctus inter l & i, ad quem de à centro linea ducta & extenſa ſecũdum duas habitudines iam dictas, nec maior nec minor erit quæſita, & hoc punctum neceſſario eſt e. Poteris etiam adijcere tertiam habitudinem, ſcilicet ſi a i extendatur ſecundum habitudinem quadrati i f ad quadratum b f, & ſecundum habitudinẽ i f ad b c, & habitudinem b i ad b c: eſt ſemper minor. Et a l extenſa ſecundum illas habitudines, eſt maior. Erit igitur punctus ad quem de à centro linea ducta, & ſecundum iſtas ternas habitudines extenſa: nec maior nec minor quæſita, & eſt e punctus æquidiſtans à puncto b, & à puncto f.

Probatur autem idipſum hac uia. Manifeſtum eſt in omni polygonia iſoperimetra, lineam centro ad punctum medij lateris ductam, eſſe ſemi-

http://www.obrascatolicas.com

midiametrum circuli inscripti: secundum capacitatẽ siue aream maiorem polygoniæ, plus accedentem ad æqualitatem semidiametri circuli isoperimetri. Et similiter lineam ductam à centro ad finalem terminum lateris, esse semidiametrum circuli circumscripti: & illam tantò minorem continuè fieri, quantò capacior fuerit polygonia. Cadet igitur inter illa duo puncta, scilicet terminalem & medium lateris cuiuslibet polygoniæ, punctus unus, ad quem si linea de centro ducitur, & secundum habitudinem quadrati portionis inter punctum cõtactus & medium lateris ad quadratum mediꝫ lateris, uel secundum habitudinem illius portionis ad latus extendatur, erit ut semidiameter circuli isoperimetri. Et hoc quidem nihil hæsitationis habet. Contingit autem hunc punctum in omnibus polygonijs differenter distare ab alijs duobus punctis, scilicet terminali & medio lateris: plus accedendo ad medium lateris, & recedendo ab extremali, quando capacior fit polygonia. Sicut igitur hic punctus continuè accedit ad medialem in capacioribus, quousq; in capacissimam deueniatur, ad coincidentiam omnium illorum trium punctorum: ita necessariò in minus capacibus, recedit punctus ille à mediali, quousque in minimè capaci ab illis duobus punctis maximè distet. Quare est medius punctus, æqualiter maximè ab extremis distans, in quo in capacissimo trigono habetur quæsitum. Ob hoc omnis semidiameter circuli circumpscripti, cadit de a centro ad aliquem punctum lineæ b e, secundum præfatas habitudines portionis uersus b extensæ, & a e sic extensa, est omnium illorũ minima. Hinc est semidiameter circuli isoperimetri, cum ipsa semidiameter sit omnium semidiametrorum talium circumscriptibilium circulorum minima, cum qua coincidit maxima semidiameter inscriptibilium. Vnde in e pũcto est coincidentia ascensionum, de f uersus e semidiametrorum circulorum inscriptibilium, & descensionum de b uersus e semidiametrorum ciculorum circumscriptibilium: extensionibus factis secundum habitudines portionum uersus b in una, & uersus f in alia.

Annotationes omni sancti

1 Posse lineam curuam esse, quæ datæ rectæ nec maior nec minor sit ab omnibus admittitur.

Ad quorum declarationem, sit descriptus quadratus b c d e, circumscribo & inscribo ei circulum. Est manifestum per iam dicta, circumferentiam circuli a b, maiorem esse circumferentia quadrati: & circumferentiam quadrati, maiorem esse circũferentia circuli a f. Igitur semidiametrus circuli isoperimetri quadrato, maior erit a f, & minor a b: quare & media erit. Quòd si a f termino a fixo, moueatur super f b uersus b: erit motus eius a puncto f ad punctum b, tanquàm transitus à minore semidiametro circuli isoperimetri ad maiorem, & per omnes intermedias. Non enim potest aliqua dari imò nec intelligi quæ sit maior a f & minor a b: quin cadat æqualis inter b & f, eò quòd si unus eius terminus in a centro collocetur, alius terminus continget b & f in aliquo puncto. Ex hoc constat, quomodo possibile sit ducere rectam à centro a, ad rectam b f, quæ æqualis sit semidiametro circuli isoperimetri. Nam quæcunq; sit illa, erit minor a b & maior a f, & ideò una de intermedijs inter a f & a b. Et ob



ob hoc a f cum mouetur uersus b modo præfato: necesse est quòd trãseat per æquales semidiametro circuli isoperimetri, qa transit per omnes intermedias, quarum una erit ut semidiameter circuli isoperimetri. Ex quo patet possibilitas quadraturæ circuli: Cum enim a f mouetur termino a fixo super f b, continuè efficitur maior. Nam cum in b peruenit, coincidit cum a b. Neque audiendi sunt qui molitur hãc propositionem non ueram reddere, scilicet fit transitus à maiore ad minus, & per omnia intermedia, ergo fit transitus per æquale. Dicimus enim eam esse necessariam: quia sequitur fit transitus à maiore ad minus, & non per æquale. Igitur non fit transitus à maiore ad minus, per omnia intermedia. Quæ si rectè intelligantur, nihil obscuritatis habebunt.

2 Quoniam aũt tantò circulus polygonię æquilateræ, seu isopleurę &c.

¶ Quomodo autem circulus circumscriptus tantò maior sit, quantò polygonia pauciorum fuerit laterum, & inscriptus minor: iam satis expressum est per superiora. Ideò omnis circulus circumscriptus polygoniæ æquilatere, maior est circulo isoperimetro, & inscriptus minor: ut ibidem monstratum est.

3 Semidiameter circuli isoperimetri trigono inscripto, se habet ad. &c.

¶ Hic ponit propositionem artis, cuius sensus est. Semidiameter circuli isoperimetri trigono circulo inscripto: se habet ad lineam à centro circuli, cui trigonus inscriptus est, ad quartã lateris trigoni ductam in proportione sesquiquarta longitudine. Resumpta figura literæ: quia a h ponitur semidiameter, & e punctus est quartæ partis lateris b c: ideò a h ad a e, longitudine erit sesquiquarta. Vnde si i f sit pars octaua lateris b c: erit a k ad a i sesquioctaua longitudine, quia extensa est secundùm habitudinem i f ad b c. Sicut enim i f ad b c: ita i k ad a k longitudine. Et si b l sit similiter pars octaua lateris b c: erit a m ad a l longitudine supertripertiens octauas, quia extensa est secundùm habitudinem l f (trium octauarum) ad b c longitudine. Iuxta autem positionem Archimedis, ponentis circumferentiam circuli ad diametrum lõgitudine minorem tripla sesquiseptima, & maiorem tripla super decupertiente septuagesimas primas: constat a k minorem esse, & a m maiorem semidiametro circuli isoperimetri. Sequitur



¶ Potest inter l & i punctus dari, ad quem de a centro linea ducta & extensa.

¶ Hoc mouet eum, eò quòd secundùm præfatam extensionem, datur plus scilicet a k, quare dabitur nec plus, nec minus. Sequitur.

¶ Pariformiter si fuerit linea a i extensa secundum habitudinem portionis i b (trium octauarum) ad b c longitudine, quæ sit a n.

¶ Omnia sunt clara iuxta habitudinem Archimedis, de circumferentia ad diametrum circuli. Sequitur.

¶ Cadet igit inter l & i pũctus, ad quẽ de a cẽtro linea ducta & e extẽsa, secũdũ habitudinẽ portionis inter punctũ illũ & b cadẽtis, ad b c latus lõgitudine, æquabit q̃sitę.

¶ Vt

http://www.obrascatolicas.com

¶Vt prius fundat ſe de Cuſa,eò quòd ſecundum præfatam extenſionem datur plus ſcilicet a o,& minus ſcilicet a n:quare ſecundum præfatam extenſionem, non dabitur nec plus nec minus ut uidetur. Benè enim concluderet, ſi formaliter ſequeretur: datur ſecundum hoc plus & minus. Igitur ſecundum hoc idem,hoc eſt in eodem genere,datur nec plus nec minus. Sequitur.

4 Vnde utireperitur punctus puta i,ad quẽ delinea ducta ſe extẽdat&c.

¶Supponendo quòd cadat punctus inter puncta l &i,ad quem de a centro linea ducta, & extenſa ſecundùm habitudinem portionis inter punctum illum & f cadentis, ad latus b c longitudine ſit æqualis ſemidiametro circuli iſoperimetri, ut ſuppoſuit de Cuſa. Et ſimiliter quòd cadat punctus inter l &i,ad quem de centro linea ducta,& extenſa ſecundùm habitudinem portionis inter punctum illum & b cadentis ad b c latus longitudine:ſit æqualis ſemidiametro circuli iſoperimetri. Quia ſecundum præfatas extenſiones, datur plus & minus (ut dictum eſt) rectè concluderet e punctum eſſe, ad quem de a cẽtro linea ducta & extenſa ſecundum habitudinem cuiuſcunq; portionis,ad latus trigoni longitudine ſit æqualis quæſitæ. Nam ſi dicatur ille punctus cadere inter e & f:tunc extenſa ſecundum habitudinem ambarum portionum uerſus b & f, duas produceret inæquales. Nam ſecundum minoris portionis habitudinem ad b c extenſa:eſſet minor illa extenſa ſecundum habitudinem maioris portionis,cadentis inter punctum illum & b,ad b c longitudine. Quare ſi ſuppoſitum uerum eſſet, neceſſe eſſet e punctum eſſe,ad quem linea ducta & extenſa ſecundùm habitudinem portionum ambarum,ſcilicet uerſus b & uerſus f ad b c: eſſet æqualis quæſitæ, ſcilicet ſemidiametro circuli iſoperimetri. Videtur hic non rectè aduertiſſe de Cuſa: ſupponit enim quòd omnes quæ duci poſſent a centro ad lineam l i, & extenſæ ſecundùm habitudinem portionis cadentis inter illum punctum (qui inter l & i puncta erit) & punctum f,ad b c lõgitudine:ſint omnes mediæ quæ dari poſſunt inter a k & a m, uel quòd omnes extenſæ ſecundùm habitudinem portionis cadentis inter illum punctum & b ad latus b c,ſint omnes mediæ quæ dari poſſunt inter a o, & a n. Sed hoc non uidetur uerum: nam cum illis plures aliàs apprehendit intellectus. Vnde licet uerum ſit, quòd ſemidiametrus ſit maior a k, & minor a m, & ideò erit una media inter a m & a k:at an ſit una de mediis illatis ex ductu lineæ à centro a ad punctum aliquod ſignatum inter l & i, & extenſæ ſecundùm habitudinem portionis cadentis inter punctum illum & f ad b c latus longitudine:an alia (cum plures aliæ ſint mediæ) dubium hactenus relinquit de Cuſa, nec maior ratio eſt, quòd ſit de illatis quàm non illatis. Eodemmodo dici poteſt de extenſis, ſecundum portionis habitudinem inter punctum illum & b cadentis, ad b c latus longitudine. Sed quòd ſint plures mediæ patet ſic. Nam quæcunq; ducta ſit à centro a ad lineam l i, multipliciter poteſt uariari: ſic quòd ſemper ſit maior a k & minor a m, ut ſi ducta ſit a p, & extenſa ſit ſecundùm habitudinem portionis i f ad b c: longitudine erit maior a k, eò quòd a p maior ſit a i. Similiter extenſa ſecundùm habitudinẽ e f ad b c, erit maior a k & minor a h: quare minor a m. Et de his extenſionibus non loquitur de Cuſa, ſecundùm quas uariè inferuntur mediæ, & plures quàm ſecundùm extenſionem unius portionis tantum. Si enim poſſet duci recta à centro a propè i, ſic quòd inter a i & ipſam alia duci non poſſet: ipſa nihilominus ſecundum intellectum eſſet maior a i. Similiter portio cadens inter punctum illum & f, maior eſſet i f. Vnde extenſa ſecundum portionis iſtius habitudinem, efficietur maior a k, & nulla alia cadet inter a k & ipſam, quæ poſsit extendi modo præfato. At dabilis eſt alia maior a k, & minor ipſa: ut ſi extendatur ſecundùm habitudinẽ portionis i f ad b c longitudine, ipſa erit maior a k, & minor ea quæ extenſa eſt ſecundum habitudinem maioris portionis i f. Ex hoc conſtat, plures mediας eſſe inter a k & & a m, quàm ductæ ſint à centro a ad lineam l i, & extenſæ ſecundùm habitudinem portionis, cadentis inter punctum contactus & f ad b c longitudine. Vnde ſi a h ſit ſemidiametrus circuli iſoperimetri, non uidetur eſſe in uim iſtius demonſtrationis. Rurſus conſtat a i motam termino a fixo per ſingula puncta l i, & extenſam ſecundùm habitudinem portionis cadentis inter punctum contactus & f ad b c: non pertranſire omnes medias inter a k & a m. Similiter conſtat, extenſam ſecundùm habitudinem portionis cadentis inter punctum contactus & b ad b c longitudine: non pertranſire omnes medias inter a n & a o. Vnde non ſequitur formaliter, quòd tranſeat per æqualem ſemidiatro circuli iſoperimetri. Quod enim tranſit à maiore ad minus uel contrà, & per omnia media: tranſire per æquale dato medio eſt neceſſe. Si enim non tranſiret per æquale, non utiq; tranſiret per medium datum: quare non tranſiret per omnia media. Et ita dicendum de extenſionibus per habitudinem portionum quadratorum, ad quadratum medij lateris.



Probatur autem id ipſum hac uia. Manifeſtum eſt in omni polygonia.

¶Iterum id ipſum probare nititur, ubi inquit: Probatur autem id ipſum hac uia. Manifeſtum eſt in omni polygonia iſoperimetra, lineam de centro ad punctum medij lateris ductam: eſſe ſemidiametrum circuli inſcripti. Cadet igitur (inquit) inter illa duo puncta, ſcilicet terminalem & medium lateris cuiuslibet polygoniæ, punctus unus.

¶Hoc non uidetur formale, per rationes ſuperiùs poſitas. Contingit autem hunc punctum (inquit de Cuſa) in omnibus polygonijs differenter diſtare, ab alijs duobus punctis ſcilicet terminabili & medio lateris: plus accedendo ad medium lateris, & recedendo ab extremali, quando capacior fuerit polygonia. Ad hoc autem dicimus, quòd ſi media ſiue rationes per quas probatur, in trigono punctum illum æquè diſtare à medio & terminali, formales eſſent: eodem modo & in omnibus probari poſſet, eo quòd contingit plus & minus dare, ſecundum præfatas extenſiones in latere cuiuſcunq; polygoniæ. Vnde ſicut in trigono rationes adductæ, in nulla polygonia uigorem habet: nec in trigono habere erit neceſſe. Cætera in textu captu ſunt facilima. Ex his hæc infertur propoſitio. Si ſemidiameter circuli iſoperimetri trigonò circulo inſcripto, ſe habeat ad lineam à centro circuli cui trigonus inſcribitur, ad quartam lateris ductam, in proportione ſeſquiquarta lõgitudine: erit diametrus ad circumferentiam longitudine incõmenſurabilis, poteſtate uerò commenſurabilis. Ad quod conſequendum operæprecium eſt uidere, quomodo ſecunda trigoni ad primã, lõgitudine ſit dupla: ſimiliter recta ducta à medietate lateris ad angulũ, ſit ad primã trigoni tripla lõgitudine: itidẽ ad ſagittam, quæ æquatur primæ trigoni. Et quomodo orthogonius, ſimilis ſit orthogonio hexagoni. Sit igitur trigonus b c d circulo a inſcriptus, & ſit a centrum circuli. Traho a f ad medietatẽ lateris, & continuò extrahq; parte: erit g d diametrus circuli, quia per centrum tranſit. Traho b g & g c, erit d c g angulus rectus, ſimiliter d b g per ;o. tertij Euclidis. Et cum d f c & d f b ſint æquales trianguli & æquiangula per 4. primi Euclidis, eò quòd d f & f c, duo latera duobus lateribus d f & f b ſint æqualia, &



ſimiliter anguli ſub ipſis contenti (cum ſint recti) erit igitur angulus g d c, æqua-

lis an-

http://www.obrascatolicas.com



lis angulo g d b. Et rurſus duo latera d g & d c æqualia ſunt, duobus lateribus d b & d g. & anguli ſub ipſis contenti. Igitur iſti trianguli d b g & d c g, erunt æquales & æquianguli: eritq; g c æqualis b g, & arcus arcui per 27. tertij. Quo fit ut iſti 4. orthogonij ſint æquianguli. ſcilicet d f c, d c g, d f b, & d b g. Nam duo anguli uniuſtrianguli orthogonij, duobus alterius facillimè comprobantur æquales: etiam æquiangulos eſſe conſtat, p 8. ſexti Euclidis. Igitur per 4. ſexti Euclidis, ſicut d c ad d g, ita f c ad g c. Et p mutatim ſicut d c ad f c, ita d g ad g c. Sed d c ad f c longitudine eſt dupla: igitur d g ad g c longitudine etiam erit dupla, ſicq; a g, a c, & g c: æquales erunt. Ex quo conſtat, g c latus hexagoni circulo inſcribendi, eſſe ut ſemidiametrum ipſius circuli. Traho a i ad medietatem g c: erit a i g orthogonius hexagoni, qui ſimilis eſt orthonio a f c trigoni, imò per omnia æqualis. Nam orthogonius c f g per 8. ſexti Euclidis, ſimilis eſt orthogonio d f c ſiue d c g. Igitur per 4. ſexti Euclidis ſicut d g ad g c: ita g c ad f g. Ex quo patet, g c longitudine duplam eſſe ad f g: & ex conſequenti, a c ſecunda trigoni ad a f primam longitudine dupla erit. Nam c f g & c f a per omnia ſunt æquales, ut conſtat ratione laterum æqualium. Iterum conſtat omnes iſtos orthogonios a i g, a i c, c f g, c f a, æquales per omnia eſſe, & ſimiles iſtis a f c & a c g. Demum conſtat, a g ad a f duplam eſſe. Quare ſagitta trigoni ſcilicet f g, erit a f primæ æqualis: eritq; d f ad a f longitudine tripla, cum a d æqualis ſit a c, per definitionem circuli. His præhabitis, traho à centro a pete punctum medietatis b f, rectam a e h, & ſit a h ad a e longitudine ſeſquiquarta: erit (ut uult de Cuſa) ſemidiametrus circuli iſoperimetri, quam dico longitudine eſſe incommẽſurabilem ad circumferentiam trigoni, poteſtate uerò commenſurabilem. Patet: ponatur b f longitudine 6. erit poteſtate 36. & a b poteſtate 48. cum a b ad b f poteſtate ſit ſeſquitertia per 11. decimiquarti Euclidis. Rurſus a f erit poteſtate 12. eò quòd ea iuncta poteſtati b f ſcilicet 36. facit poteſtatem a b, ſcilicet 48. e f medietas de b f: erit longitudine 3. & poteſtate nouem. Iungo quadratum de e f ſcilicet 9. quadrato de a f ſcilicet 12. & fiunt 21. qui erit ut quadratus de a e, per 46. primi Euclidis. Ex quo conſtat, quadratum cuius latus erit a e, ad quadratum cuius latus erit e f ſe habere, ut 21. ad 9. Et quia ſe nõ habet uti numerus quadratus ad numerum quadratum: erit per ultimam partem 7. decimi Euclidis, a e ad e f longitudine incommenſurabilis. Itidem omnes longitudine commenſurabiles ad a e, erunt longitudine incommenſurabiles ad e f: ut eſt a h, quæ ad a e longitudine eſt ſeſquiquarta. Si enim a h eſſet longitudine commenſurabilis ad e f: eſſet ſimiliter e f longitudine commenſurabilis ad a e, per 8. decimi Euclidis, quia e f & a e communicaret longitudine uni, ſcilicet a h. Erit igitur a h longitudine incommenſurabilis ad e f, & ex conſequenti ad omnes ſibi longitudine commenſurabiles: ut eſt circumferentia trigoni, quæ eſt ad e f longitudine dodecupla. Exeo quòd a h eſt ad circumferentiam trigoni longitudine incommenſurabilis: ita erit dupla longitudine ad a h, quæ pro diametro circuli ponitur, ad circumferentiam trigoni, quæ æquari dicitur circumferentiæ circuli, longitudine incommenſurabilis: quod fuit probandum. Quòd ſit poteſtate commenſurabilis patet: Nam a e & e f communicant poteſtate, ſimiliter a h & a e communicant poteſtate, cum communicent longitudine. Igitur per 8. decimi Euclidis, a h & e f communicabunt poteſtate, quia uni ſcilicet a e poteſtate communicant. Et ex conſequenti a h & ſibi communicantes aut longitudine aut poteſtate, communicabunt poteſtate ad e f, & omnibus ſibi communicantibus longitudine uel poteſtate. Patet igitur a h bis commenſurabilem eſſe poteſtatẽ circumferentiæ trigoni, quæ æquari à de Cuſa ponitur circumferentiæ circuli, cuius a h erit ſemidiametrus, quòd eſt contra prædicta: dictũ quippe eſt, diametrum circuli ad circumferentiam, longitudine & poteſtate eſſe incommenſurabilem. Eodem modo probari poſſet, quòd a i ſit longitudine incommenſurabilis ad a f, & ex conſequenti ad f d. Ponatur a b longitudine 4. erit poteſtate 16. et b f poteſtate erit 12. e f uerò erit poteſtate 3. & a f poteſtate 4. quia longitudine 2. Iungo quadratum e f ſcilicet 4. ad quadratum e f ſcilicet 3. & erunt 7. facientes poteſtatem a e per 46. primi Euclidis. Et quia quadratus de a e ſcilicet 7. ad quadratum de a f ſcilicet 4. non eſt ut numerus quadratus ad numerum quadratum: ideò a e ad a f lõgitudine incommenſurabilis erit, per ultimam partem 7. decimi Euclidis. Et ex conſequenti arguendo ut prius, erit a h ad a f, & ad f d, ſeorſum longitudine incommenſurabilis, quod fuit probandum.



Secundum præmiſſum.

SCiebam iam arte præmitti oportere, qua uia habitudo attingeretur inter rectam & rectam, quæ eſt inter curuam & curuam. Quoniam ut ſequentia oſtendent, perfectio tranſmutatoriæ artis quam inquirimus, non poterit hoc ignorato adipſci. Cumq; ego inquirẽdo hoc ipſum ad rectilineum trigonum reſpicerem, ubi de portione lateris unius ad ſimilem lateris alterius portionem linea ducta, ad latus primum triangulum claudens à quo æquidiſtat, eam habet proportionem, qualem portio lateris alterius per quam ducta eſt ad totum latus, & cum ſimile in arcu inquirere uellem quale hic in latere rectilineo: uidi quòd ſi triangulum depingerem unum latus arcuale habens, & aliud rectilineale, tunc non poterit linea per portionem arcualis lateris duci ad alterius lateris ſimilem portionem, quæ ſe ad latus rectilineum ſecundùm quæſitam habitudinem habeat, ſi tertium latus fuerit rectilineum. Nam ſi latus curuum fuerit conuexum, manifeſtum eſt de eius medio rectam ad medium rectilinei lateris ductam, maiorem eſſe medietate rectilinei lateris triangulum claudentis. Si uerò arcuale latus concauum fuerit: neceſſariò recta de eius medio ad medium rectilinei lateris ducta, minor erit medietate rectilinei lateris triangulum claudentis. Si tertium latus arcuale fuerit ſicut aliud arcuale, puta conuexum ſi conuexum, aut concauum: erit linea maior aut minor per portionem tracta, in genere iam ſtatim præmiſſo. Sed ſi latus ipſum fuerit conuexum alio exiſtente concauo, & fuerint portiones arcuales eiuſdem circularis & æquales: neceſſe eſt lineã per æquales portiones ductam, excedere eam quæ ſecundum habitudinem eſſe debet quæſitam. Nam ſi chordæ arcubus ſubtendũtur, eundẽ efficiũt angulũ quẽ arcus, & chordas medictatũ arcuũ: medietates chordarum integrorũ arcuũ excedere eſt manifeſtũ.

http://www.obrascatolicas.com

2 Oportet igitur alterum latus arcuale alio breuiùs eſſe. Non poteſt autem concauum breuiùs eſſe: nam chordæ ſi illis arcubus ſubtenderentur, angulus chordarum, angulo arcuũ minor eſſet, & ille angulo qui ex chordis medietatum arcuum exurgeret. Hinc linea de portione ad portionem ſimilem tracta, maior foret quæſita. Quare neceſſe erit, quòd triangulus ille quem quærimus, ſit ex talibus lateribus, quorum duo ſint arcualia, & maius concauum, ſuperficiemq; concauam trianguli claudens: aliud uerò minus & conuexum, ſuperficiemq; conuexam trianguli claudens: tertium autem latus rectum exiſtat. Neceſſe eſt autem quòd cum lateribus iſtis arcualibus chordas ſubtendis, quòd angulus chordarum maior ſit angulo arcuum. Et angulus chordarum medietatum arcuum maior angulo arcuum: & minor angulo chordarum integrorum arcuum. Integrorum arcuum angulus tantò quidem minor eſt, quantò excedunt chordæ medietatum arcuum chordas medias integrorum. Et cum hac uia conſpicerem poſsibile fore dato triangulo iam dicto, lineas per portiones ſimiles ductas eſſe minores, ac etiam eſſe maiores, atq; æquales quæſitis: quærere propoſui triangulum, cuius latus rectilineum eſſet ut ſemidiameter circuli laterum arcualium, & quòd latus maius & arcuale ut quadrans.

2 Deſcripſi igitur quadrantem b c ſuper a centro: & poſito pede circini in c, deſcripſi ſemicirculum a d e. Quæſiui in dicto genere triangulorum



minimum, & uidi ſi recta ducatur à puncto c ad punctum d, deſcribet angulum contingentiæ cum quadrãte. Quare tertium latus claudens iſtum triangulum, erit minimum: cum angulus cui ſubtenditur, ſcilicet contingentiæ, minimus dicatur. Facto igitur b centro circũduco a b, & quadrantem

tem occultum deſcribo a d: æqualem quadranti b c. Rurſus facto d centro circumduco c b: & ubi ſecat quadrantem occultum a d, pono g. Et poſito pede circini in g & alio in b, moueo b uſq; ad punctum d: eritq; arcus deſcriptus ſcilicet b d, eiuſdem a circularis cum arcu quadrantis b c. Omnes quippe rectas ductas à quadrante occulto ad punctum b (cum ſint æquales) arcus eiuſdem circularis, ſiue æqualium circulorum deſcribere eſt neceſſe. Erit b d latus arcuale minimum, & conuexum. Quare triangulus b c d, erit minimus in dicto genere triangulorum: cum contineat minimum angulum, ſcilicet contingentiæ, ratione cuius b d arcuale latus ei ſubtenſum, minimum eſt. Et quia minimum: erit b c latus arcuale, maximum. Non enim poteſt dari latus minus b d. Si enim minus eſſet: tunc d c latus rectilineum quadrantem b c ſecaret, & ſic triangulus iſte non eſſet in genere quæſitorum. Eſt igitur b c d triangulus, cuius duo latera arcualia ſunt b c & b d, & maius concauum eſt, & quadrans: alterum conuexum & minus, quæ latera arcualia ſunt eiuſdem circularis, cuius ſemidiameter eſt tertium latus rectilineum, ſcilicet d c. Et quia in iſto genere non poteſt dari triangulus, cuius latus conuexum minus ſit b d: erit igitur in iſto genere triangulorum b c d triangulus minimus. Rurſus cum in iſto genere triangulorum dabiles ſint maiores, quorum ſcilicet arcuale latus conuexum, maius ſit arcu b d. rectè maximus dabitur, ubi arcuale latus & conuexum, æquale erit concauo, quod eſt maximum. Ad quod deſcribendum traho b c rectam, & facto b centro, circumduco b c: & ubi ſecat ſemicirculum pono h. Traho h c, & facto h cẽtro, circumduco h c: & ubi ſecat quadrantem occultum, pono m. Rurſus poſito pede circini in m puncto, & alio in b, moueo b uſque h: erit arcus deſcriptus ſcilicet b h, æqualis quadranti b c. Nam æquali ſemidiametro deſcripti ſunt, & chordæ arcuum ſunt æquales: quare eiuſdem circularis erunt. Quo fit ut triangulus b h c, cuius duo latera arcualia eiuſdem circularis æqualia ſunt, ſcilicet arcus b c & arcus b h, tertium uerò rectilineum ſcilicet h c, æquale ſemidiametro circulorum arcuum, ſit maximus in dicto genere triangulorum: nam minimum latus cum maximo coincidit. Rurſus cum in triangulo minimo ſcilicet b c d, recta à medietate lateris arcualis ducta, ad medietatem alterius lateris arcualis, minor ſit medietate lateris rectilinei: erit maximè minor, quia minimus triangulo. Et cum recta ducta à medietate lateris arcualis, ad medietatem alterius arcualis lateris, in maximo triangulo ſcilicet c b h, ſit maior medietate lateris rectilinei eò quòd latera arcualia æqualia ſint: erit ipſa recta ducta maximè maior, quia in maximo triangulo. Quo fit ut in mediali triangulo & æquidiſtanti à maximo & minimo, in quo ſcilicet maximus & minimus coincidunt: recta à medietate lateris arcualis ad medietatem alterius lateris arcualis, non ſit nec maior nec minor medietate lateris rectilinei: quare talis medialis triangulus erit quæſitus. Ad quem habendum diuido

http://www.obrascatolicas.com

arcum d h in duo æqua per punctum k, & traho k c. Facto q̃ k centro, circumduco k c: & ubi secat quadrantem occultum, pono i. Et posito uno pede circini in i puncto, & alio in b, moueo b usq; k: & descriptus erit arcus b k, qui cum arcu quadrantis b c, & recta k c, describet triangulum quæsi-



tum. Nam latus maius et arcuale, est quadrans et concauum, quod cum alio arcuali et conuexo scilicet b k, eiusdem est circularis: latus uerò tertium rectilineum est, et æquale semidiametro circuli arcuum.

4 Cum enim c b h maximus triangulus mouetur ad medium continuè decrescendo, et b d c minimus ad medium continuè crescendo mouetur: ipsi in aliquo coincident triangulo, et nõ nisi in triangulo b k c, qui est quæsitus. Rursus diuidatur c b latus arcuale, in duo æqua in puncto f: similiter et b k aliud arcuale in puncto l, et fiat k c indefinitæ quantitatis, et ducatur alia recta à puncto l per punctum f, quia k c et f l non sunt æquidistantes, necessariò in aliquo concurrent puncto, qui sit o: erit o punctus concursus linearum k c et f l. Vnde erit l f a k c: sicut b l ad b k, uel b f ad b c.

5 Et quotquot rectæ à puncto o concursus ductæ, diuidentes duo latera arcualia: rectæ cadentes inter ipsa, ullam proportionem ad rectilineum latus seruabũt, quam portiones laterum arcualium uersus angulum b, ad latera arcualia. Vt o n quæ per p transit, & b p duæ sunt tertiæ de b c: erit pariter & n b ut duæ tertiæ de b k, & n p ut duæ tertiæ de k c. Rursus o q quæ transit per r, & r b est ut una tertia de b c: erit pariter b q ut una tertia de b k, similiter q r ut una tertia de k c, Et hoc ideò quia b k c triangulus, æquedistans est à maximò scilicet b h c, & minimo scilicet b d c, in quibus est maximè plus & minus (ut dictum est.) Quare in isto mediali nec plus nec minus

nus erit, cum in ipso maximus & minimus triangulus coincidant.

Annotationes omnisancti.

1 Sciebam iam arte præmitti oportere, qua uia habitudo attingetur.

¶ Vt descripto triangulo rectilineo a b c, & ducta linea d e, sic quòd a d sit medietas de a b, & a e medietas de a c: erit d e recta ducta a medietate lateris a b, ad similem portionem lateris a c scilicet, ad medietatem, quæ recta d e ad b c latus, claudens primum triangulum scilicet a b c, à quo latere b cæquidistat; se habet sicut a d ad a b, uel a e ad a c. Nam trianguli a b c & a d e, æquianguli sunt & similes, eò quòd anguli a b c & a d e per 29. primi Euclidis, æquales erunt: similiter a c b & a e d, per eandem 29. Igitur per 4. sexti Euclidis, latera relatiua sunt proportionalia, ut sicut a b ad a d: ita b c ad d e, & econuersò.



Et cum simile in arcu inquirere uellem: quale hic in latere rectilineo, &c.

¶ Nam si latus curuum fuerit conuexum, ut in isto triangulo f g h, cuius latus curuum h k f est conuexum, quia superficiem conuexam trianguli terminat: est manifestum, de eius medio rectam ad medium rectilinei lateris ductã, ut est k i, maiorem esse medietate rectilinei lateris triangulum claudentis. Nam in quo k i excedit l i: in eodem excedit medietatem h g, est enim l i medietas de h g. Sequitur.



¶ Si arcuale latus concauum fuerit, necessariò recta de eius medio ad mediam rectilinei lateris ducta, minor erit medietate rectilinei lateris triangulum claudentis.



¶ Vt in isto triangulo m n o, ubi latus arcuale a q m concauum est: quia concauam superficiem trianguli claudit. Vnde in quo p q minor est p r, in hoc minor est medietate n o: est enim p r medietas de n o. Sequitur.

¶ Si tertium latus arcuale fuerit, fueritq; sicut aliud arcuale puta conuexum si conuexum, aut concauum si concauum: erit linea maior uel minor per portionem tracta, in genere iam statim præmisso.

¶ Nam si duo latera arcualia fuerint conuexa: ut in isto triangulo a b c, cuius latera arcualia sunt a d b & c e b: tunc recta à medio unius lateris arcualis ad medium alterius lateris arcualis ducta (ut est d e) maior erit medietate rectilinei lateris triãgulum claudentis scilicet a c. Nam maior est f g, quæ est medietas de a c. Si uerò duo latera arcualia fuerint concaua, ut in isto triangulo h i k, cuius latera arcualia sũt h n i, & k o i; quæ arcualia concaua sunt tunc recta à medio unius lateris arcualis ad mediũ alterius lateris arcualis ducta (ut est n o) minor erit medietate h k, rectilinei lateris triangulum claudentis. Nam n o minor est l m, quæ est medietas de h k. Sequitur.





http://www.obrascatolicas.com

¶ Sed si latus ipsum fuerit conuexum, alio existente concauo, & portiones arcuales eiusdem circulares & æquales: necesse est lineam per æquales portiones ductam, excedere eam quæ secundum habitudinem debet esse quæsita.

¶ Ad quem triangulum describendum, primò quadratum describo a f b g. Traho a b diametrum, continuo b g ut fiat æqualis a b, & sit b c. Facto f centro, circumduco f b describendo arcum a d b quadrantis. Deinde signo in a b æqualem f b, & sit b h. Facto h centro circumduco h b, describendo arcum quadrantis b e c: sintq; b d & b e medietates arcuum. Traho d e, similiter a c erit descriptus triangulus a b c, cuius duo latera arcualia, scilicet a d b & c e d sunt æqualia, & eiusdem circularis. Dico d e maiorem esse medietate a c.



¶ Patet: nam angulus sub chordis, æqualis est angulo sub arcubus: ut angulus a b c sub curuis, æqualis est angulo a b c sub rectis. Patet sic: nam dempto communi scilicet angulo contingentiæ, qui sub recta b c & curua b d a continetur, residui anguli sunt æquales, qui sunt anguli lunularum æqualium. Igitur per communem scientiam, prius æquales erant. Si enim æqualibus commune ponatur, fiunt rursus æquales. Sunt igitur anguli a b c sub curuis & rectis æquales, imò totus triangulus rectilineus toti triangulo curuo, uel sub curuis æqualis esse comprobatur. Patet: intelligatur unus trium angulus a b c, sub duabus rectis a b a c, & curua b e c. Demendo lunulam b e c, remanet triangulus rectilineus a b c: uel demendo lunulam a d b æquale lunulæ b e c, remanet triangulus a b c, sub duabus curuis & una recta. Quia igitur tanquam à duobus totis æqualibus, dempta sunt æqualia: residua erunt æqualia. Deinde traho chordas medietatum arcuum scilicet b d & b e, sub quibus angulus æqualis erit angulo sub curuis: & etiam sub chordis integrorum arcuum, eò quòd lunulæ medietatum arcuum sunt æquales: similiter & anguli. Posito igitur communi scilicet angulo d b e, sub curua d b & recta b e, fiunt duo anguli necessariò æquales, scilicet d b e, sub rectis d b & b e, & sub curuis d b & b e. Itidem triangulus triangulo etiam æqualis erit, argumentando ut prius. Vnde d b e triangulus rectilineus, est æquiangulus triangulo rectilineo a b c: cum sint duo isosceles, & anguli sub æquis lateribus contenti sint æquales. Igitur & trianguli æquianguli erunt. Nam dempto in utriusq; angulo b, residui erunt æquales: cum tres anguli unius simul, ad tres angulos alterius simul sint æquales, per 32. primi Euclidis. Sunt igitur anguli d & e simul, æquales angulis a & c simul. Sed cum angulus d æqualis sit angulo e, similiter angulus a angulo c, per 5. primi Euclidis: sequitur igitur quia residua illa per æqualia diuisa sunt, quilibet cuilibet æqualis erit. Et sic constat triangulum a b c, æquiangulum esse triangulo d b e. Igitur per 4. sexti Euclidis, sicut a b ad d b: ita a c ad d e: sed a b minor est dupla ad d b, per 20 primi Euclidis, cum sit æqualis a d. Igitur a c, minor erit dupla ad d e, sicq; d e maior erit medietate a c, quod fuit demonstrandum. Et ita cõtinget de omnibus triangulis, quorum duo latera arcualia æqualia erunt, & eiusdem circularis.

2 Oportet igitur alterum latus arcuale alio breuius esse. Non potest autem concauum breuius esse: nam chordæ si illis arcubus subtenderentur, angulus chordarum angulo arcuum minor esset, & ille angulo qui ex chordis medietatum arcuum exurgeret. Hinc linea de portione ad portionem similem tracta, maior foret quæsita.

2 ¶ Vt in isto triangulo q r s, duo latera arcualia sunt r t q concauum & minus, & r us conuexum & maius, quæ latera arcualia eiusdem sunt circularis, quia semidiameter descriptionis eorum est ut q s. Ideò dico t u ductam à medietate unius lateris arcualis, ad medietatem alterius etiam arcualis: esse maiorem medietate q s. Nam angulus sub chordis, scilicet q r s contentus, maior est angulo q r s sub curuis contento: similiter erit minor angulo t r u. Ad quorum declarationem aduertendum est, quòd quantò portio circuli minor est, tanto angulus ad circumferentiam maior: anguli uerò super chordam tantò sunt minores. Vt descripto semicirculo a b c, signo duas portiones sub curua & recta, quæ sint d b d, & d f g: sic quòd sint arcus eiusdẽ circularis. Est manifestum per hoc, quòd quantò lunula minor est, tantò angulus sub arcu & chorda minor. Rursus ad semiarcus traho d b, d f: & b e & f g, quia trianguli d b e anguli simul æquales sũt angulis d f g simul: & anguli super chordas sunt æquales in singulis triangulis, per 5. primi Euclidis: & angulus b d e, maior est angulo f d g. Ideò duo anguli trianguli d b e ad basim simul, maiores erunt duobus angulis trianguli d f g ad basim: & ex consequenti, angulus d b e minor erit angulo d f g, per communem scientiam: quia ab istis duobus æqualibus d b e & d f g in angulis, plus substrahitur à triangulo d b e, subtrahendo angulos basis, quàm à triangulo d f g, subtrahendo etiam angulos basis. Ideò plus remanebit in triangulo d f g, quàm in triangulo d b e. Hoc etiam satis constare potest per 30. tertij Euclidis. Dicimus igitur angulum q r s sub chordis integrorum arcuum, minorem esse angulo t r u, sub chordis medietatum arcuum.



¶ Patet: nam cum lunula r t q, minor sit lunula r u s, per hypotesim: erit angulus q r t minor angulo s r u. Et ex consequenti, posito communi angulo scilicet t r s: erit angulus t r u maior angulo q r s. Dicimus insuper angulum t r u sub rectis, minorem esse angulo t r u sub curuis.



¶ Patet: nam angulus lunulæ r x t, minor est angulo lunulæ r y u, quia lunula r y u maior. Posito igitur communi scilicet angulo t r u contingentiæ, sub curua r x t & recta r u: erit angulus t r u sub curuis, maior angulo t r u sub rectis. A' fortiori igitur & maior angulo q r s sub rectis, qui est minor angulo t r u sub rectis. Et cum r t recta, maior sit medietate r q recta, similiter r u recta, maior medietate r q recta: constat manifestè t u maiorem esse medietate q s. Nam ubi t r u angulus sub rectis esset: æqualis angulo q r s sub rectis, sic quòd æquianguli essent ipsi duo trianguli: adhuc t u esset maior medietate q s, ut superiùs dictum est. Cætera in textu ad hypothesim trianguli quæsiti faciunt, quæ statim elucidabuntur.

3 Descripsi igitur quadrantem b c super a centro, & posito pede circini in c, descripsi semicirculum a d e.

¶ Vbi aduertendũ est, quòd exemplar habuit loco quadrantis occulti, semicirculum occultum. Pro commoditate uero, ad euitandam multitudinem linearum, solùm quadrantem a d posuimus, cum quo omnia consequi possunt: uti cum semicirculo. Ideò occultus quadrans dicitur, quia non de necessitate figuræ introductus: sed solùm

http://www.obrascatolicas.com

lùm pro ſubleuamine figurantis, quatenus facilius ualeat arcus eiuſdem circularis deſcribere à puncto b ad ſemicirculum b d e. Nam per hunc quadrantem occultum ſemidiametros circulorum æqualiũ, ſicq; arcus ex his ſemidiametris deſcripti, ſunt eiuſdem circularis. Secundò, aduertendum eſt, quòd ab iſto loco. Deſcripſi igitur quadrantem b c ad finem uſq; ſic exemplar corruptum fuit cum figura, ut cum difficultate potuerimus capere figuræ deſcriptionem. Ideò neceſſe nobis fuit ibi addere (forté ſub aliis terminis) quod nobis uiſum eſt à ſcriptore præmiſſum. Nihilominus omnia ſunt hypotheſi conſona, & concluſioni ipſius de Cuſa minimè obuiantia. Continet duo in ſe hypotheſis: unum eſt, ut triangulus qui quæritur, duo latera habeat arcualia eiuſdem circularis, & maius ſit quadrans & concauum, aliud arcuale minùs & conuexum, tertium rectilineum & ut ſemidiameter circuli laterum arcualium: hoc continet hypotheſis in principio & in fine. Et manifeſtum eſt, hoc uerificari de triangulo b k c. Secundum eſt quòd angulus chordarum integrorum arcuum, maior ſit angulo arcuum: & quòd angulus chordarum medietatum arcuum, maior ſit angulo arcuum, & minor angulo chordarum integrorũ arcuum. Sed quòd ita ſit patet: traho b d rectam, & fiet quadratus a b d c. Ideoq; angulus ſub quadrante



b f c, & recta b d contingentiæ erit: ſicut & angulus ſub eodem arcu quadrantis, & d c recta. Vnde omnes rectę à puncto b ad quadrantem d h e ductæ, ſcindent quadrantem b f c. Rurſus per iamdicta angulus c b h ſub rectis, eſt æqualis angulo ſub curuis: cum latera arcualia ſint æqualia, & eiuſdem circularis. Nam cum b h ſcindat quadrãtem b f c, paruam lunulam abſcindit à maiore ſub b c & p f c. Illa igitur parua lunula, ſiue eius angulus communis ponatur: erit angulus c b h ſub rectis, cum angulo paruæ lunulæ, æqualis angulo maioris lunulæ, ſcilicet ſub b c recta & b f c curua. Similiter angulus c b h ſub curuis, cum angulo paruæ lunulæ, erit æqualis angulo maioris lunulæ: ſcilicet ſub b h recta, & b h curua. Modo angulus ſub b c recta & b c curua æqualis eſt angulo ſub b h recta & b h curua, cum lunulæ ſub ipſis contentæ ſint æquales, ut conſtat. Igitur communi dempto ſcilicet angulo paruæ lunulæ (quem ſic uoco) reſidua erunt æqualia, ſcilicet anguli c b h ſub rectis, & c b h ſub curuis. Quod fuit demonſtrandum. Et ita procedẽdum, quotieſcunq; latera arcualia erunt æqualia, & eiuſdem circularis. Reſtat de triangulo quæſito tractare, ſcilicet c b k: traho b k, quæ neceſſariò abſcindet arcum quadrantis b f c, faciétq; paruam linulam. Si igitur eſt quæ-

eſt quæſitus c b k triangulus, ſub recta c k, & duobus lateribus arcualibus: oportet quòd angulus chordarum integrorũ arcuum maior ſit angulo arcuum. Patet quòd ſit ita: ponatur commune, angulus paruæ lunulæ: tunc erit angulus c b k ſub rectis, cum angulo paruæ lunulæ, æqualis angulo maioris lunulæ, ſcilicet ſub b c recta, & arcu quadrantis b f c. Angulus uero c b k ſub curuis cum angulo paruæ lunulæ: æqualis erit angulo lunulæ ſub b k recta & b l k curua. Modò cum lunula ſub b c recta & b f c curua, lõge maior ſit lunula ſub b k recta & b l k curua: erit etiam angulus ſub b c recta & b f c curua longe maior, angulo ſub b k recta & b l k curua. Vnde ſi ab his duobus angulis commune ſubtrahatur, puta angulus paruæ lunulæ, erit adhuc reſiduum anguli ſub b c recta & b f c curua (ut eſt angulus c b h ſub rectis) longè maius reſiduo anguli ſub b k recta & b l k curua: ut eſt angulus c b k ſub curuis. Conſtat igitur angulum c b k ſub rectis, maiorem eſſe angulo c b k ſub curuis. Dicimus inſuper angulum f b l chordarum medietatum arcuum iuxta poſitionem hypotheſis, maiorem eſſe angulo f b l ſub curuis. Nam communi dempto puta dempto angulo ſub b f curua & b l recta: reſiduum anguli ſub rectis f b & b l (quod eſt angulus lunulæ ſub b f recta & b f curua) maius eſt reſiduo anguli ſub curuis b f & b l (quod eſt angulus lunulæ ſub b l recta & b l curua) cum lunula ſub b f recta & b f curua, ſit maior lunula ſub b l recta & b f recta: & ex conſequenti, angulus angulo maior erit. Igitur prius angulus f b l ſub rectis, maior erit angulo f b l ſub curuis, quod fuit probandum. Demum dicimus angulum f b l ſub rectis, minorem eſſe angulo c b k ſub rectis.

¶ Patet: nam communi dempto, puta dempto angulo f b k: ſub rectis: eſt reſiduum anguli c b k ſub rectis maius (ut eſt angulus c b f ſub rectis) reſiduo anguli f b l ſub rectis, ut eſt angulus k b l ſub rectis. ¶ Patet per iam oſtenſa, eò quòd lunula ſub b c recta & b f c curua maior: ideò anguli trianguli b f c ad baſim maiores. Anguli uerò ad baſim trianguli b l k minores erunt, quia in minori lunula ſunt facti. Conſtat igitur angulos chordarum medietatum arcuum, minores eſſe angulo chordarũ integrorum arcuum, quod fuit probandum.

4 Cum enim b c maximus triangulus mouetur ad medium, continuè decreſcendo, & b d c minimus ad medium continuè creſcendo mouetur.

¶ Supponatur ita.

5 Et quotquot rectæ à puncto concurſus ductæ, diuidentes duo latera arcualia: rectæ cadentes inter ipſa ullam proportionem ad rectilineum, &c.

¶ Quòd b p ſint duæ tertiæ, de b c arcu quadrantis.

¶ Patet: nam angulus rectus ad angulum triãguli æquilateri, eſt ut 3. ad 2. Hoc liquet ex hoc quòd per 32. primi, trianguli æquilateri tres anguli ſimul duobus rectis ſunt æquales. Et cum inuicem ſint æquales: erit quilibet ut 2. tertiæ anguli recti, omnes uerò ſimul k tertiæ anguli recti. Rurſus b a c angulus rectus eſt, quòd ſi ducantur duæ rectæ ſcilicet a r & c r: erunt per definitionem circuli æquales, eò quòd arcus c f b & a r d, ex a c ſint deſcripti. Tractis igitur a r & c r rectis, deſcriptus erit triangulus æquilaterus a r c. Igitur per ultimam ſexti Euclidis c f b arcus quadranti, arcui c f r ſeſquialter erit: ſicq; b r arcus erit una tertia arcus c f b, & erit medietas arcus c f r. Eodemmodo ſi ducantur duæ rectæ a p & b p: erunt æquales per definitionẽ circuli, deſcribẽtq; triangulum æquilaterum a p b, cum a p d & arcus b f c, ex a b ſint deſcripti: & ex conſequenti per eandem ultimam ſexti Euclidis, erit arcus b p c ſeſquialter arcui b r p. ratione angulorum quos capiunt. Vnde arcus p c erit medietas arcus b r p, & tertia arcus b p c. Quare æqualis erit arcui b r, qui eſt æqualis tertiæ parti arcus b p c: & ex conſequenti arcus r f p erit altera tertia. Sicq; iſti tres arcus ſcilicet b r, r p, & p c: erunt æquales, quod fuit probandum. Cætera patent.

http://www.obrascatolicas.com

Tertium præmiſſum.

TErtium quod ante mittendum aſſerui, eſt quomodo inter duas lineas rectas, duæ mediæ continuè propotionales ſtatuantur. Iamdudum notiſsimum fuit, ſi datæ duæ lineæ ſimul iunctæ diametri circuli fiant, & eas chorda orthogonaliter ſeparauit: quòd ſemichorda eſt medio loco inter ipſas proportionalis, quoniam ſemichorda inter ſagittam & reſiduum diametri, mediare neceſſarium eſt. Si igitur duæ lineæ indefinitæ longitudinis ut a b & c d, ſe orthogonaliter ſecuerint in e puncto, & deuerſus d minorem lineam ſignauero quæ ſit e f, & deuerſus a maiorem quæ ſit e g, deſcripſeroq; duos ſemicirculos unum ſuper centro in linea e c puta k, alium ſuper centro in linea e a puta h, exiſtente, hac quadam aduertentia, quòd arcus ſemicirculi cuius centrum reperitur in e a linea, concurrat cum arcu alterius ſemicirculi in linea e b & linea e c, puta punctis i & l: nemo hæſitare poteſt, e i & e l mediare (ex præmiſſa notiſsima regula unici medij proportionalis) inter e f & e g.



2 Vnde ut in praxi hæc media facilè attingas, habeto gnomonem, atq; lineam unam: quæ ad latus gnomonis applicata rectum angulum efficiat. Et iuxta præmiſſa, duas indefinitæ quantitatis lineas fac inuicem orthogonaliter ſecare. Ponas deinde rectum angulum gnomonis ſuper lineam e b, & latus unum ſuper f punctum: & nota ubi reliquum latus ſecuerit lineam e c, applica ibi regulam ad latus de quo dixi, ut rectum angulum efficiat. Si hæc regula per g tranſierit: habet quæſitum: ſi non, gnomonem in e b attrahe, uel elonga quouſq; ita euenerit, & habet illa duo media quæ inquiris. Poſſunt quidem & alij plærique modi de facili inueniri per eum, qui ſtudium adhibere uoluerit, ſed hic modus cum clarus ſit, ad præſens ſufficiat.



3 Quomodo autem ad tres datas proportionales, linea quarta continuè proportionalis ſubiungi ualeat: iam ante atque ex præmiſsis relinquo manifeſtum.

Anno-

Annotationes omniſancti.

1 Tertium quod ante mittendum aſſerui eſt, quomodo inter duas, &c.

¶Eſt enim manifeſtum ex 9. ſexti Euclidis, e i mediam eſſe proportionalem inter g e & e l: eò quòd ſuper g l deſcriptus ſit ſemicirculus g i l, & e i ſuper g l ſit perpendicularis. Quare ſicut g e ad e i: ita e i ad e l. Rurſus eadem ratione, e l eſt media proportionalis inter e i & e f. Igitur ſicut e i ad e l: ita e l ad e f. Quare de primo ad ultimum ſicut g e ad e i: ita e i ad e l, & e l ad e f. Sicq; e i & e l duæ erunt continuè proportionales inter g e & e f. Sed adhuc ignotum manet, quomodo centra k & h ualeant reperiri.

2 Vnde ut in praxi hæc media facilè attingas, habeto gnomonem.

¶Cum g i l ſit angulus rectus, ſimiliter i l f: erit e i media proportionalis inter g e & e l. Itidem & e l erit media proportionalis inter i e & e f, per 8. ſexti Euclidis Argumentando igitur ut prius: ſicut g e ad e i: ita e i ad e l, & e l ad e f. Et hic modus cum modo Platonis à Georgio ualla recitato, coincidit.

¶Quomodo autem ad tres datas proportionales:

¶Intelligit de Cuſa de tribus continuè proportionalibus. Sumantur igitur ſecunda & tertia, ad quas per 16. ſexti Euclidis tertia detur continuè proportionalis ipſa erit quarta continuè proportionalis ad tres priores datas.

Quartum præmiſſum.

QVartum autem, quomodo in habitudine datarum ad tertiam detur quarta: omnibus penè eſt manifeſtum in praxi. Per duos triangulos unum angulum communem, & cæteros æquales habentes, inquiras. Nam ſi a b eſt linea una, alia c d, tertia e f: iunge ad angulum quemuis a b & c d, qui ſit g h i & claude trigonum. Deinde continua g h latus, quouſq; fuerit æquale e f, et ſit g k: trahe æquidiſtantem ad h i quę ſit k l, et continua g i uſq; in ipſam, et ſit g m. Nulli niſi parum ſciolo dubium eſt, lineam k m, ad g k quæ æquatur e f ſe habere, uti h i quæ æquatur c d, ad g h quæ æquatur a b. Hæc de præmittendis. Omnis autem tranſmutatio in Geometricis figuris eſt, uel lineæ in lineam, uel ſuperficiei in ſuperficiem, aut corporis in corpus. Tria igit̃ ſunt ca. q̃ ſeriatim, p exemplari manuductione tangi conuenit.



Annotationes omniſancti.

¶Reſumpta figura in litera adiecta. Eſt manifeſtum, quia iſti duo trianguli g h i & g k m, ſunt æquianguli per hypoteſim: ideò per 4. ſexti Euclidis, latera relatiua proportionalia. Sicut igitur h i ad k m, ita g h ad g k: & permutatim, ſicut h i ad g h, ita k m ad g k, quod eſt propoſitum.

SI lineam rectam in circumferentialem curuam uertere cupis: ipſam rectam in triangulum æquilaterum reſolutio, et ex primo præmiſſorum circulum iſoperimetrum elicito, cuius circumferentia datæ rectæ adæquabitur.

2 Si

http://www.obrascatolicas.com

2 Si rectam in aliquotam circumferentiæ portionẽ circuli resoluere quęris: ipsam in circularem integram resoluito, & ex proportione amborum circulorum, ad partẽ aliquotam circumferentiæ, peruenies ad quæsitam, nam eadem est habitudo circumferentiarum: quæ semidiametrorum.

3 Si datam rectam in quadrantem resolui optas: quarta circumferentiæ circuli, cuius semidiameter est quadrupla ad semidiametrum circuli, cuius circumferentiæ æqualis est datæ rectæ, est quæsitum.

a4 Si datã rectam in portionẽ circũferentiæ dati circuli transferre quęris: eam primò in circũferentiã circuli commuta, & ex nota habitudine semidiametrorum circulorum, propositum notificabitur.

5 Si curuam lineam in rectam uertere studes, non alio unquàm facies ingenio, quàm ex ope quarti præmissi, in quare penè omnes errasse cõperio. Nam curua linea non potest in rectà mutari, nisi ex proportione alicuius rectæ in curuã uersę. Dum igitur hoc agere proponis, primò rectam in circumferentialẽ uertito, & huius circuli semidiametrum notato pro prima linea. Deinde tertiam rectæ uersæ aut aliam portionẽ eius facito secundam lineã: & tertiam semidiametrum circuli, cuius circumferentiam rectilineare proponis, signato, & triangulos claudito, quorũ angulus unus communis & alij æquales, lateraq; cõmuni angulo opposita æquidistantia existant. Erit enim secundum latus portio lineæ quę site: scilicet pars tertia, si latus æquidistans primũ, pars tertia circumferentię fuerit: si alia, tunc alia. Per hoc scitur uersio circumferentiæ in rectam, scitur etiã uersio eius quæ est pars aliquota & nota circũferentiæ.

6 Quòd si ignoraueris proportionũ datiarcus ad circũferentiam, cuius rectilineationem perquiris: utere secundo pręmisso, & fac lineam de o puncto concursus per arcũ quęsitum aut eius aliquotã, usq; ad arcum alium transire, & lineam inter arcus cadentẽ notato. Deinde fac semidiametrum esse lineã primã, & lineam æqualem quadrãti aut eius aliquotę fac secundam, & lineam tertiam facito eã, quã inter arcus cadentẽ anno tasti. Et iuxta quartũ pręmissum, per triãgulos quęsitam lineam reperies neq; alia uia hoc quęsitum attinget, qua (etiã si aduertis) duci poteris, ut datã rectã in arcum uertas datę circũferẽtiæ, etiã si eius arcus ad circũferentiã proportio ignota existat. Hoc autẽ eo ingenio, semidiametrum circuli fac latus primũ trianguli, & lineã rectã quartę circumferẽtiæ æqualẽ aliud, claudendo trigonũ: ut si semidiameter sit a b, et b c ut quarta circũferentię, claudendo linea a c trigonũ. Deinde fac





fac lineam eius aliquotam cadere in eo trigono æquidistanter ad b c, & sit d e. Post hæc de b uersus c signa æqualẽ semidiametro a b, quę sit b f: trahe a f, & nota sectorem d e, quem nota per g literam. Deinde recurre ad secundum præmissum & lineam ducito de cõmuni puncto concursus, quousq; inter arcus cadat æqualis portio ad d g, & hic est semiarcus æqualis datæ lineæ, aut portio aliquota arcus quæsiti. Vbi arcus quæsitus maior esset arcu quadrãtis: tunt necesse esset cum portione aliquota operari, quę minor arcu quadrantis existeret. Poteris etiã ex his datam curuam, & cuiuscũq; circumferentiæ arcum, in quemcunq; alium arcum alterius circuli uertere: transmutando primò ipsam datam curuam in lineam rectam, & deinde illam rectam in arcum datæ circumferentiæ, modis pretactis. Et in hoc cap. transmutationis linearum, sufficienter explicatum existit.

Annotationes omnisancti.

Si lineam rectam in circunferentialem curuam uertere cupis.

¶ Sit data recta a b, diuido eam in tres partes æquales per 11 sexti Euclidis. Sumo equalem tertiæ quæ sit c d, & super eam per primam primi Euclidis, triãgulum æquilaterum describo sic. Super eam duos arcus eiusdem circularis describo, faciendo c d semidiametrum, & ubi se secant arcus pono e literam. Deinde traho rectas d e et c e, quę manifestè erunt per definitionem circuli æquales: & ex consequenti, ista tria latera scilicet c d, c e, & e d æqualia erũt. Quare recta data uersa erit in trigonũ æquilaterum, cuius circumferentia datę lineæ æquatur. Deinde traho e f ad medietatem lateris c d, similiter c g ad medietatem lateris d e: & ubi secat e f, pono h, erit h centrum trianguli nam e f pendiculariter est super c d. Similiter c g super e d, per tertiam tertij Euclidis, eò quòd e g est ducta a centro c, ad medietatem chordæ d e. Rursus traho h d, quia f d & f h duo latera, duobus lateribus c f & f h æqualia sunt, & similiter anguli sub ipsis contenti: igitur per 4. primi Euclidis, h d æqualis erit h c. Et eodem modo dici potest de istis duobus triangulis, d g h & e g h eo quòd h d æqualis sit h e. Quo fit ut e d sit secunda trigoni, qua scilicet circunscribitur circulus trigonò: & ex consequenti h est cẽtrum, & h f prima trigoni. Rursus sit i punctus medietatis c f: traho h i, & extendo eam per quartam partem sui, & sit h k ad h i longitudine sesquiquarta: erit per primũ præmissum semidiametrus circuli isoperimetri. Vnde circumferentia circuli h k, equabitur lineæ a b propositæ: quod fuit propositum.



Sire-

http://www.obrascatolicas.com

b Si rectam in aliquotam circũferentię portionẽ circuli resoluere quęris.

¶ Sit data a b, quam in medietatem circumferentiæ circuli resoluere quæro. Per præmissam do ei circumferentiam circuli æqualem, & sic circumferentia circuli c d. Duplico c d, & fiat c e: describo circulum ex c e, cuius medietas circumferentiæ æquabitur lineæ rectæ datæ.



¶ Patet: nam circumferentia circuli c e, ad circuli c d, est sicut c e ad c d (ut dicit de Cusa) quod demonstrari potest pœnè eadem demõstratione, qua demonstratus ab Euclide per secundam duodecimi, circulum ad circulũ proportionem seruare, quam quadratus diametri circuli unius, ad quadratum diametri circuli alterius. Erit igitur circumferentia circuli c e ad circumferentiam circuli c d, dupla longitudine: quare eius medietas scilicet e g f, æquabitur circumferentiæ circuli c d, & ex consequenti rectæ a b. Posset hoc aliter fieri duplicando a b, & dando circulum cuius circumferentia æquatur rectæ duplæ ad a b, & idem esset.

3 Si datã rectã in quadrantem resolui optas, quarta circumferentię, &c.

a ¶ Sit data a b recta, & sit per penultimam circuli c d circumferentia æqualis rectę datæ: quadruplo c d & fiat c e, quæ ad c d longitudine sit quadrupla. Rursus ex c e describo circulum, cuius pars quarta circumferentiæ æquabitur circũferentiæ circuli c d, eò quòd sicut c e ad c d est longitudine quadrupla: ita circumferentia circuli c e circumferentiæ circuli c d quadrupla longitudine erit. Constat igitur e f g quadrantem æquari datæ rectæ a b. quod est propositum.



4 Si datam rectam in portionem circumferentiæ dati circuli transferre.

¶ Sit data recta a b, & datus circulus c d: quæro assignare in ipso circulo arcum, æqualẽ rectæ datæ. Per primam huius cap. resoluo a b in circulum isoperimetrum, quæ sit c e. Vnde si nota sit habitudo c e ad c d: erit pariter nota habitudo arcus æqualis a b ad circumferentiam circuli c d. Quòd si ignota sit habitudo c e ad c d: ignota pariter erit habitudo arcus æqualis a b ad circumferentiam circuli c d æqualis rectę a b. Sit igitur c e ad c d longitudine subtripla: erit pariter portio circumferentiæ circuli c d æqualis rectæ a b, subtripla longitudine ad circumferentiam circuli ipsius c d. Vnde



hę tres

hę tres propositiones eodem medio demonstrantur, per habitudinem scilicet semidiametrorum circulorum ad inuicem longitudine.

5 Si curuam lineam in rectam uertere studes non alio unquàm facies.

¶ Sit datus circulus a b, cuius circumferentiam rectilineare propono. Primò per primam huius cap. aliquam rectam in curuam resoluo & sit c d: circumferentiæ q̃ circuli a f æquetur datę rectę. Sumo ipsius circuli semidiametrum aut ei æqualem, & sit g h quæ sit æqualis a f: addo ad g h rectam orthogonaliter æqualem tertię parti c d, & sit h i. Deinde continuo g h quousque fiat æqualis a b: & sit g k æqualis a b. Traho æquidistantem indefinitè ad h i per 31. primi Euclidis, & sit k l. Claudo orthogonios, trahendo rectam à puncto g per punctum i ad rectam k l, & ubi eam secat pono m: erit k m pars tertia rectę æqualis circumferentię circuli dati.



¶ Patet: nam isti duo trianguli æquianguli sunt: igitur per 4. sexti Euclidis, sicut g h ad g k, ita h i ad k m: & permutatim sicut g h ad h i, ita g k ad k m. Sed g h ad h i se habet, sicut semidiametrus circuli ad rectam tertię parti circumferentię ipsius circuli æqualem. Igitur g k ad k m etiam se habebit tanquàm semidiametrus circuli ad rectam tertię parti circumferentię ipsius circuli æqualem. Si igitur k m triplicetur, fiet recta æqualis circumferentię dati circuli. Si uerò ad g h adiuncta fuisset quarta pars c d, uel alia pars aliquota, abscidisset g i in indefinitam k l, eandem partem circumferentię circuli dati. Per hoc igitur scitur uersio circumferentię in rectam, scitur etiam uersio curuę, quę est pars aliquota & nota circumferentiæ. Vt si rectam æqualem quintę parti circũferentię circuli dati optassem, diuisissem c d in quinq; partes æquales, & ad g h unam quintam partem orthogonaliter iunxissem. Vnde quę abscissa fuisset in k l, æqualis fuisset quintę parti circumferentię circuli dati.



Quòd si ignoraueris, ꝓpositionẽ dati arcus ad circũferentiã, cuius. &c.

¶ Vt sit in circulo a b arcus signatus, qui sit c b d, cuius proportio ad circumferentiam circuli ignoratur: nihilominus rectam æqualem arcui exopto. Recurro ad secundum præmissum, inueniendo triangulum, cuius duo latera arcualia sint eiusdem circularis cum arcu c b d. Traho igitur rectam æqualem diametro circuli a b, quæ sit h l, & super i centrum describo semicirculum h m l. Addo orthogonaliter ad l h æqualem h i, quę est medietas de h l: & sit h g. Facto h centro, describo arcum quadrantis g k i, qui erit æqualis arcui quadrantis circuli a b, qui sit e b f. Nam tracta recta g i, erit triangulus g h i æqualis triangulo e a f. Rursus facto g centro, tra-



hõ

http://www.obrascatolicas.com

ho quadrantem occultum h m, qui sit ex circumductione g h. Deinde iterum facto g centro, circumduco g i, & ubi secat semicirculum pono n: & sic duo puncta maximi & minimi trianguli habentur, scilicet n & m. Diuido arcum m n in duo æqua per 29. tertij Euclidis, & sit p punctus medietatis. Vnde m p n in ista figura, sunt loco d k h in superiore figura facta, in ipso secundo præmisso. Rursus pono pedē circini in p & alium in i, moueo i & ubi secat quadrantem occultum pono q: traho p i. Et iterum pono pedem circini in q & alium in g, moueo g describendo arcum g p, eritq; g p i triangulus propositus per secūdum præmissum. Deinde signo in g k i punctum medietatis qui sit k, similiter & in g p qui sit r: traho r k, & continuo r k & p i quousq; concurrant, & punctum concursus signo per o literam. Rursus in arcu quadrantis g k i signo arcum æqualem c b d, qui sit g k s: & à puncto concursus, o traho, rectam per s punctum, usq; ad arcū g r p, & ubi secat eum pono t: erit per secundum præmissum t s ad p i, sicut g k s ad g k i. Deinde recurro ad quartum præmissum. Primò per præmissam inuenio rectam, æqualem arcui e b f quadranti, quæ sit u x. Facio primam lineam semidiametrum circuli, & sit a c æqualis a b: secundam u x: & sit c f orthogonaliter iuncta a c æqualis u x. Tertiam facio æqualem t s; quæ cadit inter latera arcualia trianguli inuenti: & sit a d æqualis t s. Traho per 31. primi Euclidis, æquidistantem ad c f, & sit d b. Deinde claudo orthogonios traho a f, & ubi secat b d pono e: dico d e esse rectam, æqualem arcui proposito scilicet c b d.





¶ Patet: nam in triangulo superiore, ipse arcus propositus scilicet g k s, se habet ad arcum quadrantis eiusdem circularis: sicut recta t s ad semidiametrum circuli arcuum scilicet p i. Et cum a c sit æqualis p i, & a d æqualis t s: erit a d ad a c, sicut arcus propositus ad arcum quadrantis eiusdem circularis. Et cum isti duo orthogonij sint æquianguli & similes: ideò per 4. sexti Euclidis, sicut a d ad a c, ita d e ad c f. Et iterum d e ad c f se habebit, ut arcus propositus ad arcum quadrantis eiusdem circularis. Sed c f recta æqualis est arcui quadrantis: igitur de recta etiam erit æqualis arcui proposito, quod fuit demonstrandum. Nulla quippe alia ad c f, se potest habere sicut a d ad a c, quàm recta æqualis sit arcui quadrantis eiusdem circularis, patet intentum.



¶ Hinc dicit de Cusa, quòd alia uia hoc quæsitum attingi non potest. Sequitur.

¶ Qua (subaudi uia) si aduertis, duci poteris ut datam rectam in arcum uertas.

¶ Sit datus circulus a b & data recta c d, quam uolo resoluere in arcum circumferentiæ circuli dati. Primò per præmissam inuenio rectam æqualem arcui quadrātis, quæ sit e f. Deinde recurro ad quartū præmissum, & facio æqualem a b primam trianguli, quæ



quæ sit g h: secundā facio rectā æqualē e f, quā addo orthogonaliter ad g h, & sit h i æqualis e f. Deinde traho g i claudēdo orthogoniū. Rursus facio ęquedistātē cadere ad h i, intra orthogonium ęqualē c d, sic signādo æqualē in h i quæ sit h k: & educēdo æquidistantē à pūcto k ad rectā g h per 31 primi Euclidis, & ubi secat g i pono l. Iterū à pūcto l per eandē 31 primi Euclidis, traho æquidistantē ad i k. quæ sit l m: erit ęqualis k h siue c d. Quòd addit de Cusa, scilicet quòd signetur in h i æqualis g h: nō est necesse: non enim alia potest exurgere in m l, q̄ g m. Vnde g m ad g h semidiametrū circuli dati, se habet sicut m l recta data ad rectā h i, æqualē arcui quadrātis. Rursus ad secūdū præmissum recurro, inueniēdo triangulū ibidē propositū, prout in præmissa expressimus. Et sit triangulus g p i. Deinde à puncto cōcursus o, traho rectā usq; ad arcū g r p, sic q̄ recta cadēs inter duo latera arcualia scilicet g k i & g r p, æq̄lis sit g m, in figura superiore p quartū præmissum facta. Traho igit̄ o t, & ubi secta g k i arcū quadrātis ponos, sitq; s t ęqualis g m: erit arcꝰ g k s quæsitus, & ęqualis rectæ datæ|scilicet c d. Patet sic: nā t s æqualis g m, ad p i æqualē g h: se habet sicut recta data ad rectā æqualē arcui guadrātis circuli ꝓpositi. Sed per secūdū præmissum g k s arcus, ad g k i arcū quadrātis se habet, sicut t s ad p i. Et nulla alia q̄ c d recta data se potest habere ad arcū q̄drātis, sicut t s ad p i. Quare necesse erit g k s æqualē esse rectæ datæ, sicq; recta data resoluta erit in arcū circunferentię circuli dati a b: cū g k s sit arcus quadrātis eiꝰ dē circuli: patet propositū. Cætera de se patēt. Ex hoc diuisio arcus quadrātis in quotlibet partes elicitur, & ex cōsequenti diuisio anguli recti in quotlibet partes: scilicet diuidendo in quotlibet partes, scilicet per 11 sexti Euclidis: semidiametrum circuli & à puncto concursus ducendo lineam, sic quòd cadēs intens inter latera arcualia, equalis sit uni partium semidiametri. Et ubi pars illa secabit latus arcuale quod est quadrans, notetur litera: & portio illius arcus inter punctū sectionis & angulū sub arcualibus laterib. contentum, ad arcum quadrantis proportionem tenebit, quam portio semidiametri cadens inter latera arcualia ad ipsam semidiametrum.



De transmutatione superficierum. Cap. II.

SVperficierum transmutatio, ut sufficienter explicetur & superflua resecentur: rectilinealium superficierum uersionem uti notam prætergredior. Nam triangulum posse in plures scindi triangulos, & quemlibet in quadrangulum uerti, & illorum quemlibet in quadratum, & plura quadrata in unum, atq; trigonum unum in plures æquiangulos, & triangulum similiter atque quadratum, sic & omnes polygonias isopleuras & non isopleuras in alias figuras: hæc omnia ex elementis Geometricis, & proportione circulorum & quadratorum tibi nota relinquo, cum intendam adiicere scitis, non replicare trita. Per ea quæ iam tetigi, facultas huius cap. aperitur.

2 Superficiem circularem si in rectilinealem transmutare proponis primò eius peripheriam curam in rectam resoluito: deinde semidiametrum

http://www.obrascatolicas.com

peripheriæ ad rectum angulum iungito, trigonum claudendo, & uersa est circularis superficies in trigonam. Si in tetragonam & quadratam, hoc ex trigono facile est. Circulus enim quadratur, si inter semidiametrum & medium peripheriæ, lineam medio loco proportionalem costam feceris, & quadraueris. Ostensum enim est à subtilioribus, per multiplicationem semidiametri in medietatem peripheriæ: aream quadrangulam exurgere, quæ nec maior nec minor erit area circuli. Multiplicatio enim semidiametri circuli, inscripti polygoniæ in medietatem peripheriæ polygoniæ circumscriptæ: areæ polygoniæ circumscriptæ æquatur, & maior est area circuli inscripti. Et multiplicatio semidiametri circuli circumscripti, in medietate peripheriæ polygoniæ inscriptæ: maior est area polygoniæ inscriptæ, & minor area circumscriptæ. Quare multiplicatio semidiametri in medietatem peripheriæ circuli, nec maior nec minor esse poterit area circuli.

3 Si uerò quæris aream superficiei rectilinealis in circularem transmutare: primò circularem resoluito per iam dicta in polygoniam, puta in quadratam, & semidiametrum circuli facito lineam unam, costam quadrati aliam. Deinde superficiem rectilinealem datam quadra, & costam eius facito lineam tertiam: & secundum quartum præmissum, quartam lineam reperies, quæ erit semidiameter circuli quæsiti. Et attende, quomodo non deuenitur ad uersionem circumferentialis lineæ in rectam, nisi per uersionem rectæ alicuius in circumferentialem. Et econtrario non deuenitur ad transmutationem superificiei rectilinealis in circularem, nisi mediante uersione alicuius circularis in rectilinealem. Quæ hic lateant arcana, præsentis propositi non existunt.

4 Si uerò queris quamcunq; portionem superficiei circularis intersectores cadentem, siue illa proportionalis sit ab superficiem totam, siue non: artem habes, arcum inter sectores interceptum resoluendo in rectam, & semidiametrum in medietatem eius multiplicando.

5 Si abscisionem ex chorda & arcu in rectam superficiem redigere conaris: primò à centro sectoribus tractis, totam portionem per iam dicta resoluas in circulum. Deinde triangulum ex sectoribus & chorda similiter in circulum, & subtracto illo à priori: portio remanet resoluta in superficiem cadentem inter circumferentias amborum circulorum, quæ resolui potest in rectiangulam superficiem, per resolutionem utriusque circuli in quadratam, & per subtractionem unius quadratæ ab alia, quoniam differentia est uti portio illa. Poterit igitur illa in quadratam superficiem, & per quadratam in circularem resolui, modis sufficienter expressis. Et in hoc satis explicatum est ad artis sufficientiam, de superficierum inuicem transmutatione.

6 Possent adiungi præter necessitatem transmutatoriæ artis, alia plura occulta

occulta hactenus: scilicet quomodo angulus describi posset circa centrum circuli, se habens inter duos duplos angulos, secundum proportionẽ medietatis duplæ: & hoc ex secundo præmisso. Potest enim dari linea recta, ad datam se habentem, ut costa ad diametrum: possunt ambæ in arcus eiusdem circumferentiæ resolui. Vnde sectores ad terminos arcuum tracti, angulos circa centrũ causare secundùm habitudinem arcuũ necesse erit.

7 Si etiam superficiem unam resoluere queris in plures quotquot uolueris, quæ sint ad inuicem & ad totam superficiem improportionales: ita quòd si addideris unam ad aliam, composita totius aliquota sit. Si superficies data non fuerit semicircularis, in talem resoluito: trahendo chordam quadrantis æquidistantem diametro, quæ medium diuisionis uocetur. Ab ea ex utraq; parte per æquales arcus maiores & minores chordas ducito, quot uolueris: erunt omnes portiones improportionabiles ad se, & ad totam. Sed si duas æquidistantes à medio diuisionis iunxeris, erunt talis pars superficiei, qualis circũferentiæ fuerit arcus, qua uia de media superficie semicirculari, abscindere poteris partem aliquotam eius quam uolueris. Huius ostensio est, quum trianguli ex sectoribus & chordis æquidistantibus, chordæ quæ medium diuisionis uocatur cõstituuntur. Poteris etiam superficiem diuidere in partes, quarum una si cui quàm alteri iuncta fuerit, adhuc composita ex ipsis superficies improportionalis remanet: quando scilicet à medio diuisionis per improportionales arcus ad circumferentiã chordas duxeris. Ex his alia ut libet elicias.





Annotationes omnisancti.

1 Superficierum transmutatio ut sufficienter explicetur, & superflua, &c.

¶ Versionem rectilinearum superficierum docet 25. sexti Euclidis: ideò dicit de Cusa, illam notam esse: ex elementis Geometricis.

2 Superficiem circularem si in rectilinealem trãsmutare proponis: primò, &c.

¶ Sit datus circulus a b, quẽ in rectilinealem superficiem resoluere exopto. Primò per quintam primi cap. resoluo circumferentiam in rectam æqualem, quæ sit c d. Deinde sumo æqualem a b, quę sit e f: ad quam addo orthogonaliter æqualem c d, & sit f g. Traho e g, erit e f g triangulus orthogonius æqualis circulo a b. Nam per tertiam propositionem in principio libri per nos adiectam, &



http://www.obrascatolicas.com

per eius correlarium, multiplicationem e f in medietatem f g quæ fit f p, aream æquã lem areæ circuli producere (ut est rectangula e f p o) est manifestum. Modo multipli catio e f in totam f g, rectangulam duplam ad e f p o producit, per primam sexti Eu clidis: & erit etiã dupla ad triangulum e f g, per 41. primi Euclidis. Quare per 9. quin ti Euclidis, triangulus e f g, rectangulæ e f p o æqualis erit: & ex consequenti circulo a b, quod fuit probandum. Sequitur. ¶ Si in tetragonam & quadratam resoluere ue lis, hoc ex trigono facile erit. ¶ Nam per e f p o, in tetragonam resoluta est. In quadra tam tandem per 9. sexti Euclidis, resolui potest sic. Sit k h æqualis f p, & h i ei iuncta indirectum æqualis sit e f. Super k i describo semicirculum, & à puncto h, educo per 11. primi Euclidis, perpẽdicularem super k i usq; ad circumferentiam, et sit h l: erit h l per 9 sexti Eu clidis medio loco proportionalis inter k h & h i. Et per 9. Euclidis rectangula sub k h & h i, æqualis est quadrato ex h l, quod sit h l m n: & ex consequenti, quadratum illud æquale erit circulo a b dato. Et hoc est qđ de Cusa dicit.



Circulus quadratur, si inter semidiametrũ ut est h i, & medium peripheriæ ut est k h, lineam medio loco proportionalem costam feceris, & quadraueris. Sequitur.

¶ Ostensum enim est à subtilioribus, per multiplicationẽ semidiametri in medietatẽ peripheriæ, areã quadrangulã exurgere, quæ nec maior nec minor erit area circuli. ¶ Istud tetigimus per tertiam propositionem, per nos in principio adiectam. Adhuc aliquomodo demonstrat de Cusa, sic dicens. ¶ Multiplicationem semidiametri.

¶ Sit quadratus b c d e, cui sit inscriptus & circumscriptus circulus. Multiplicatio a f semidiametri circuli inscripti in medietatẽ peripheriæ quadrati, areã areæ quadrati manifestè describit æqualem: cum a f sit prima quadrati, ut prius ostensum est in principio aream maiorem describit, circuli inscripti area. At a b semidiameter circuli circumscripti, in medietatem peripheriæ quadrati ducta: areã describit maiorem quadrati aream, & minorem area circuli circumscripti. Nam per correlarium primæ propositionis in principio positæ, circumferentia circuli a b, maior est circumferẽtia quadrati inscripti. Sequitur. Quare multiplicatio a b in medietatem peripheriæ circuli circumscripti quadrato, aream areæ circuli æqualem describere necesse est. Patet igitur quomodo multiplicatio semidiametri in medietatem peripheriæ, aream areæ circuli æqualem describit, eò quòd multiplicatio ipsius in maiorem medietatem, aream maiorem area circuli describit: ut est multiplicatio a f in medietatem peripheriæ quadrati, quæ aream maiorẽ circulo a f producit: & multiplicatio semidiametri in minorem medietate peripheriæ circuli, minorem aream area describit circuli, ut est multiplicatio a b in medietatem peripheriæ quadrati, quæ producit aream minorem area circuli a b.



Si uerò quæris aream superficiei rectilinealis in circularem &c.

¶ Si superficies rectilinealis data non fuerit quadrata, sic recipiatur per 25. sexti Euclidis. Sit igitur datus quadratus a b c d, quem in circulum æqualem uolo resoluere. Ptimo per præmissam resoluo aliquem circulum qui sit e f, in quadratum æqualem qui sit g h i k. Recurro ad quartum præmissum, faciendo latus quadrati g h i k primam lineam, & sit l m æqualis g h: secundam uerò æqualem e f & sit m n, iuncta ad l m ortho-











gonialiter æqualis e f: claudo orthogonium l m n. Deinde tertiam lineam facio æqualem lateri quadrati dati, & sit l o æqualis a b. addo ad l o rectam orthogonaliter indefinitæ quantitatis, quæ sit o p. Continuo l n usque o p, & ubi eam scindit pono q erit ò q semidiameter circuli æqualis quadrato a b c d. Nam orthogonij l m n, & l o q: sunt æquianguli. Igitur per 4. sexti Euclidis, sicut l m ad m n, est ut latus quadrati ad semidiametrum circuli sibi æqualis: ita l o ad ò q, erit ut latus quadrati ad semidiametrum circuli sibi æqualis, scilicet quadrato. Deinde ex æquali o q quæ sit r s describo circulum, quem dico æqualem esse quadrato a b c d, ut constat, quod est propositum. Arcana quæ hic latere de Cusa dicit, studiosis relinquimus examinanda.

4 Si uerò quamcunq; portionem superficiei circularis intersectores. &c.

¶ Sit descriptus circulus a b, sitque a centrum. Traho a c & a d, quę in hoc loco sectores dicuntur: quia ad circumferentiam referuntur & non ad circulum, secant enim arcum à circumferentia. At figura ex ipsis & arcu descripta, sector dicitur circuli ab Euclide. Sunt igitur a c & a d sectores circumferentiæ. Volo istam portionem a c d, in superficiem rectam resolvere. Primò per 6 primi cap. resoluo arcum c b d in rectam æqualem quæ sit e f, & sit b f æqualis b e: similiter e f iuncta sit orthogonialiter a b. Deinde duco a b in b f, & sit rectangula a b f g, quam dico æqualem portioni a b d. Patet: nam multiplicatio semidiametri in medietatem circumferentiæ, rectangulam æqualem circulo producit: & basis ipsius rectangulæ, erit medietas circumferentiæ: altitudo uerò a b. Igitur per primam sexti Euclidis, sicut medietas circumferentiæ ad b f longitudine: ita area circuli ad rectangulam a b f g. Rursus sicut circumferentia circuli ad arcum c b d: ita circulus ad portionem a b c d. Nam quę c b d arcus pars est aliquota aut partes aliquotæ circumferentiæ circuli: eadem erit a c b d portio, pars uel partes circuli, modo sicut se habet tota circumferentia circuli ad arcum c b d, ita medietas circumferentiæ ad b f. Igitur quam proportionem seruat rectangula sub a b & medietate circumferentiæ, eandem seruat circulus a b, ad portionem ipsius scilicet a c b d. Et cum rectangula sub a b & medietate circumferentiæ, sit æqualis circulo: erit pariter rectangula a b f g æqualis portioni a c b d. quod fuit demonstrandum. Quòd pariter rectangula a b f g æqualis portioni a c b d. quod fuit demonstrandum. Quòd si b f sit longitudine incommensurabilis ad medietatem circumferentiæ: erit pariter



http://www.obrascatolicas.com

circulus incommensurabilis rectangulæ a b f g, siue portioni a c b d. Rursus ducta a f & a e, est manifestum istos triangulos a b f & a b e, æquales esse, etiam est manifestum, a f diuidere a b f g in duo æqua, per 34. primi Euclidis: ex quo sequitur e a f triangulum, æqualem esse portioni a c b d. Secundò sequitur, quòd omnis orthogonius cuius unum latus rectangulum cõtinens, est ut semidiameter circuli, reliquum continens angulum rectum, est ut arcus cuiuscunque portionis circuli: erit æqualis portioni. Vt orthogonius a b f, qui est æqualis portioni a b d: habet unum latus a b, scilicet ut semidiametrum circuli, & b f ut arcus portionis, & ista duo latera angulum rectum continent, et ita de omnibus orthogonijs est dicendum. Et ideò portiones ad inuicem eandem tenent habitudinem, quam arcus longitudine ad inuicem: hoc patet, si resoluantur in orthogonios, quorum altitudo sit ut semidiameter, ut sicut arcus b d ad arcum b c: ita portio a c b, ad portionem a b d. Patet per primam sexti Euclidis, in istis duobus orthogonijs a b f & a b e, qui portionibus sunt æquales. Eodem modo dicendum est de portionibus circuli ad se inuicem, & ad totum circulum: quemadmodum de triangulis quorum altitudo una est. Nam sicut illorum habitudo elicitur ex habitudine basium longitudine: ita istorum habitudo ex habitudine arcuum longitudine.

Si abscisionem ex chorda & arcu in rectam superficiem redigere, &c.

¶ Sit datus circulus a b, traho in eo chordam c d. Volo abscisionem ex c d chorda & arcu c b d, in superficiem rectilinealem resoluere æqualem: traho a c & a d, sectores arcus c b d. Et per præmissam resoluo portionẽ circuli a c b d, quæ est sub sectoribus a c & a d, & sub arcu c b d, in rectilinealem superficiem, & ipsam rectilinealem in quadratam per 25. sexti Euclidis. Sit igitur quadratus f g h i æqualis portioni a c b d. Nec enim (ut uult de Cusa) est necesse prius in circulum resoluere, eò quòd iterum circulus in quadratum esset resoluendus: sicq; in demonstratione uideretur esse circulatio. Rursus traho à centro a per medietatem chordæ c d rectam a r b: erunt a r d & a r c duo orthogonij, quia a r perpendicularis erit super c d, per 3. tertij Euclidis. Deinde per 9. sexti Euclidis, inuenio mediam proportionalem inter a r & a d quæ sit f k, quam duco in quadratum f k l m: erit quadratus iste æqualis triangulo c a d, nam æqualis est rectangulæ sub r d & a r, cui per 16. sexti Euclidis quadratus f k l m æquatur. Vnde constat, gnomonem circumpositum quadrato f k l m, æqualem esse abscisioni ex c d chorda, & arcu c b d. Nam ut dictum est quadratus f g h i, est æqualis portioni a c b d: & quadratus f k l m, æqualis est triangulo a c d. Vnde sicut subtracto triangulo rectilineo a c d, à portione a c b d, residuum est abscisio ex c d chorda & arcu c b d: ita subtracto quadrato f k l m æquali triangulo rectilineo a c d, à quadrato f g h i, æquali portioni a c b d, residuum scilicet gnomo k h m, æqualis erit abscisioni ex chorda c d & arcu c b d. Erit igitur gnomo æqualis lunulæ siue abscisioni ex c d chorda, & c b d arcu. Continuo m l usq; g h, & sit m n. Deinde addo ad m n & h i in directum æqualem g n, quæ sint m o & i p, traho o p: erit rectangula m o p i æqualis rectangulæ g k l m, propter





propter identitatem laterum angulos rectos continentium. Demum erit rectangula n o p h, æqualis gnomoni k h m, & ex consequenti æqualis abscisioni ex chorda c d, & arcu c b d. Vnde si per 9. sexti Euclidis, recipiatur media proportionalis inter n o & o p: erit latus quadrati ipsi abscisioni æqualis quia æqualis rectangulæ n o p h per 16. sexti Euclidis, qui quadratus per penultimam, potest in circulum resolui æqualem. Patet igitur quomodo abscisio ex c d chorda & c b d arcu, in rectilinealem & circularem possit resolui, siue in quadratum & circulum. Et constat, non esse necesse prius portionem circuli a c b d in circulum resoluere: quod est intentum.



6 Possent adiungi præter necessitatẽ transmutatoriæ artis alia plura, &c.

¶ Dare angulum qui se habeat inter duos duplos angulos secundum proportionem medietatis duplæ: est dare ĩter duos angulos quorum maior minori duplus erit tertium, cuius arcus medium erit proportionale inter arcus priorum angulorum. Et sic maior arcus ad ipsum medium erit, ut diametrus quadrati ad costam & medius arcus ad minorem, ut diametrus quadrati ad costam. Sit igitur descriptus semicirculus a b c, & centrum sit g, traho rectam ad medietatem circumferentiæ, quæ sit g b: deinde hinc inde signo arcus æquales, qui sint b d & b e tractis g e & g d. Est manifestum per ultimam sexti Euclidis, angulum e g d duplum esse ad angulum b g d, uel e g b. Rursus per sextam primi cap. resoluo e b d in rectum æqualem quæ sit h i, & eam in duo æqua diuido in puncto k. Inuenio medium proportionale inter h i & k i, & sit l m: erit per 16. sexti Euclidis quadratum de l m, æquale rectangulæ sub h i, & k i, Et similiter per correlarium 17. sexti eiusdem, sicut h i ad k i longitudine: ita h i ad l m potestate, erit igitur h i ad l m, ut diametrus quadrati ad costam. Et cum h i ad k i potestate sit quadrupla, & ad l m potestate dupla: erit l m ad k i, ut medietas potestatis de h i ad k i. Eccetur l m ad k i proportio dicatur ut medietas duplæ, longitudinis scilicet. Resoluo l m in arcum eiusdem circularis cum arcu e b d, per secundam partem sextæ primi cap. & sit arcus f b d æqualis rectæ l m: erit angulus f g d ad angulum e g b, ut diametrus quadrati ad costam: similiter angulus e g d, ad angulum f g d, erit ut diametrus quadrati ad suam costam. Et sic inter duos duplos angulos, scilicet e g d & e g b datus est tertius, secundùm proportionem medietatis duplæ, quod est propositum.





7 Si etiam unam superficiem resoluere quæris, in plures quot uolueris, &c.

¶ Resumatur figura in litera posita. circulum perficio, & sit circulus a b, & c sit centrum, à quo educo rectam ad medietatem semicirculi quæ sit c d: secabit omnes chordas in duo æqua, cum omnes æquidistan-

http://www.obrascatolicas.com

tes supponantur ad diametrum. Rursus medium diuisionis siue chorda quadrantis quod idem, site f: & chorda minor g h, & chorda maior g, signando puncta sectionum per e d in ipsis chordis factam, literis l & m. Sint insuper arcus h f & f k æquales, similiter e g & i e imò isti quatuor arcus sint æquales: ideò e f medium diuisionis dicitur, quia quemadmodum diuidit arcus d b & a d in duo æqua, ita & arcus h k & g i. Dicit de Cusa, quòd omnes portiones inter duas chordas, puta inter g h & e f similiter inter e f & i k, sunt sibi inuicem inproportionales, hoc est incommensurabiles. Similiter & ad totam superficiem scilicet semicirculum: nunquàm etiã simul iunctæ ad se eorsum, erunt proportionales per demonstrationem 9. decimi Euclidis. Nam cum quantitates ad inuicem sunt incommensurabiles, uti sunt istæ secundum suppositionem: totum inde confectum ex ipsis, est incommensurabile utrisque. Sed quòd possint esse simul iunctæ ad totam superficiem incõmensurabiles, reddit rationem dicens: quia simul iunctæ illam tenent proportionem ad circulum, quam arcus ad totam circumferentiam. Modò cum possint arcus dari modo præmisso, quos diuidat e f in duo æqua, qui ad totam circumferentiam sint commensurabiles: poterunt etiam portiones simul iunctæ dari propartionabiles ad totam superficiem. Medium uerò demonstrationis infert, dicens: huius ostensio est, cum trianguli ex sectoribus & chordis æquidistantibus chordæ, quæ medium diuisionis uocatur, constituuntur: ut sunt trianguli g c h, & i c k. Pro quo aduertendum est, quòd semper illi trianguli erunt æquales. Patet: nam cum d f arcus æqualis sit f b, similiter h f æqualis f k: per communem scientiam b k æqualis erit d h. Signo b n arcum æqualem k b: traho k o n chordam, quæ erit æqualis g h, quia g d h arcus, æqualis erit k b n. Traho c n: est manifestum triangulum k c n rectilineum, per omnia æqualem esse triangulo rectilineo g c h, ratione arcuum & chordarum æqualium. Si enim arcus sunt æquales: chordas esse æquales in æqualibus circulis siue in eodem circulo est necesse, per 28. tertij Euclidis. Rursus c m k o rectangula est, quam c k in duo æqua diuidit: igitur isti duo orthogonij, scilicet c m k & c m i, æquales erunt istis duobus c o k, & c o n similiter istis duobus, c l h & c l g. Et ex consequenti triangulus rectilineus i c k, triangulo rectilineo g c h æqualis erit: quod fuit probandum. Et eodem modo de omnibus dicendum est. Ex quo constat, triangulum i c k rectilineum, cum lunula sub g h & curua g d h: æqualem esse portioni circuli c g d h. Vnde sicut detracta portione circuli c g d h, de portione c i d k, remanent istæ duæ portiones c h f k, & c g e i: ita detracto triangulo rectilineo i c k cum lunula sub g h chorda & g d h arcu, qui æqualis est (ut dictum est) portioni c g d h remanens scilicet portio inter g h chordam & i k chordam æqualẽ erit portionibus c h f k & c g e i simul. Et consequenti, sicut istæ portiones c h f k & c g e i simul iunctæ, ad totum circulum proportionem seruant, quam h f k arcus cum arcu g e i simul ad totam circumferentiam: ita portio sub g h chorda & i k chorda ad totum circulum proportionem seruabit, quam h f k arcus cum sibi æquali g e i ad totam circumferentiam seruat: quod fuit demonstrandum. Et eadem demõstratio est de omnibus. Primo scilicet aduertendo, quomodo trianguli rectilinei sub chordis æquidistantibus medio diuisionis, & sub sectoribus sunt æquales. Et ideò statim probatur, quomodo portio sub prædictis chordis siue inter prædictas chordas g h & i k: est minor portione circuli, sub mai-



maiori chorda & sectoribus scilicet c i d k, in portione sub minori arcu & sectoribus, scilicet c g d h. Ex quo patet si h k arcus est commessurabilis circumferentiæ: ita erit ipsa portio inter ipsas chordas ad ipsum circulum, & ex consequenti medietati circuli. Nam quã proportionem seruabunt arcus g k & g i simul ad medietatem circumferentiæ: eandem seruabit portio ad medietatem circuli: ut si h k cum g i sit una tertia medietatis circumferentiæ, erit pariter portio una tertia medietatis circuli, quæ tota superficies dicitur. Et quia secundum omnem habitudinem sunt arcus dabiles, quos diuidet e f in duo æqua ad medietatem circumferentiæ, per prætermissa: ita portiones à medietate circuli secundùm omnem habitudinem ad ipsam abscindi possunt.

De transmutatione corporum. Cap. III.

VLtimo loco restat corporum transmutationem exemplari manuductione aperire: transmutantur enim corporales figuræ in corporales, ex apertis fundamentis. Nam columna quadrangula, in cubum sic reducitur. Basis eius si quadrata non fuerit, quadretur per mediũ proportionale, inter duo dissimilia eius latera, ut inter latus basis quadratæ & longitudinem corporis, constituantur duæ continuè proportionales lineæ, secundùm tertium præmissum. Et si longitudo maior fuerit latere quadrati: minus medium est latus basis cubi quæsiti. Sed si latus quadrati fuerit maius longitudine, maius medium erit latus basis cubi quæsiti. Si æquale: iam cubus habetur.

2 Si columna rotunda fuerit: quadretur basis, & procedatur ut iam dictum est.

3 Si cubum in sphæram transmutare uelis: reduc superficiem quadratam cubi in circulum, & illum facito maiorem circulum sphæræ.

4 Cubos plures si in unum colligere optas: hoc efficies si æquales fuerint, lineam unam signando pro minori, quæ æquatur uni lateri basis unius cubi, & aliam pro maiori quæ æquatur omnibus lateribus, duplex medium inter illa capiendo secundùm tertium præmissum, quoniam minus inter illa duo latus est basis cubi, uti de columna præmisimus.

5 Si duos inæquales ad unum reducere proponis: reduc primò minorem cubum ad corpus altera parte longiùs, cuius longitudo sit æqualis lateri maioris cubi hoc modo. Accipe latus maioris, cui adiunge directè latus minoris, unum proportionale medium quærendo inter illa, & linea alia reperiatur continuè proportionalis post latus minoris, ut sint quatuor lineæ continuè proportionales. Et illa ultimò inuenta, est latus quadrati basis huius corporis altera parte lõgioris: & latus maioris quadrati, est eius lõgitudo, ut ex oppositio cõuersionis colũnę patere potest. Quo reducto, quære quadratũ æquale duob. quadratis, scilicet maioris cubi & basis iã dicti corporis altera parte lõgioris: reducẽdo cubũ maiorẽ & iam dictũ corpus ad unum corpus, cuius latus basis quadratæ est maius lõgitudine eius. Et hoc

http://www.obrascatolicas.com

corpus ultimum ad cubum reducito, per datam doctrinam. Itaq; patet uia, quot uolueris ſiue æquales ſiue inæquales cubos, ad unum cubum ſiue deniq; ad ſphæram tranſmutãdi. Ita quidem & ſphærę plures, in unam, & in cubum, aut in corpus altera parte longiùs reduci poterunt.

6 Si columnam longam in breuem, uel breuem in longam reducere proponis: primò ipſam in cubum uerte, deinde longitudinem ſigna in qua eam tranſmutare proponis: cui adiunge latus cubi quærendo unum medium proportionale, & quartam quantitatem continuè proportionalem ad iſtas tres, & erit datæ longitudinis columna, cuius latus baſis quadratæ erit linea quarta.

7 Sic ſi prælium columnarum ęqualium uel inæqualium unã datæ quęris longitudinis: ſi æquales fuerint, baſem unam omnibus æqualem recipito quadratam, & omnes columnæ ſic ad unum corpus reductæ in cubum reducito, & cubum in columnam datæ longitudinis, per uias præapertas: ſi inæquales, reducito ingenio tuo omnes in columnam unã, & columnam in cubum, & cubum illum in columnam lõgam uel breuẽ, prout placuerit. Sed in hoc opus eſt ut caueas, quoniam quando cubus in corpus aliud reduci debet, cuius latus baſis quadratæ eſt maius longitudine: tunc iungas illam longitudinem cum latere baſis cubi directè, unum medium proportionale quærendo. Quo habito quartam lineam continuè proportionalem poſt latus cubi inuenias, & erit latus quæſitum.

8 Si autem ſphæram in pyramidem tranſmutare quæris: fac quòd baſis pyramidis æquetur curuæ ſuperficiei ſphæræ, et eius altitudo ſemidiametro ſphæræ,

9 Si quis dixerit, ſunt ſphæræ duæ: quarum maior eſt dupla ad minorem, transfer illas in rotundam columnam, Fac quòd columnæ altitudo ſit ut diameter ſphærę maioris, et baſis ut maior circulus ipſius ſphęrę: illa etenim columna ambabus ęquabitur ſphęris. Nam columna cuius altitudo diametro ſphæræ, & baſis maximo circulo eiuſdem ſphæræ æquatur: ſeſqualtera eſt ad ſphæram. Talia quidem quæ in regularibus corporibus uia tranſmutationis figurarum Geometricè fieri poſſunt, ex his elicito doctrinis.

Annotationes omniſanctí.

1 Vtlimo loco reſtat corporum tranſmutationem exemplari manu ductione aperire.

¶ Data ſit columna a b c d, cuius baſis ſit quadratus c d e f: erunt omnes ſuperficies laterales inuicem æquales, quia æquales erunt paralellogramo rectangulo a b c d. Dicit de Cuſa ſi inter c f latus baſis, & b c longitudinem columnæ, duo recipiantur media cõtinuè ꝓportionalia per tertiũ præmiſſum, q̃ ſint g h & i k erit min⁹ ſcilicet g h latus baſis cubi colũnę ęqualis, Ideò minus erit latus baſis cubi quia altitudo columnę, ſcilicet b c; maior eſt latere baſis quadratæ. Patet ſic. Nam per 36 undecimi Euclídis, duo corpora æquidiſtantium ſuperficierum & ſimilium, proportio eſt tanquàm lateris unius ad latus relatiuum alterius, proportio triplicata. Sit igitur c d e f baſis cubi partialis: erit per eandem 36 undecimi Euclídis proportio f c lateris ad latus baſis cubi columnæ æqualis triplicata, hoc eſt ſi poſt c f & latus baſis cubi columnæ a b c d æqualis, duo continuę proportionales denturerit c f ad quartam longitudine (cum ſint 4 continuè proportionales) ſicut cubus, cuius baſis erit ut c d e f, ad cubum columnæ a b c d æqualem. Rurſus iaceat a b c d columna ſuper ſuperficiem lateralem, eam baſem conſtituendo: erit altitudo columnæ ut altitudo cubi cuius baſis erit ut c d e f. Igitur per 33 undecimi Euclídis, hæ duæ columnæ, ſuis baſibus erunt proportionales. Eſt enim omnis cubus columna, non econuerſo. Sicut igitur quadratus c d e f, ad parallelogramum a b c d: ita cubus cuius baſis erit ut c d e f, ad columnam datam: Et cum iſtæ ſuperficies ſcilicet c d e f & a b c d ſint æquè altæ: erit proportio minoris ad maiorem, ſicut f c ad c b longitudine per primam ſexti Euclídis. Et ex conſequenti cubus c a e f, columnæ a b c d, erit ut f c ad c d longitudine. Modo triplicata proportione f c ad latus baſis cubi columnæ datæ æqualis, fient quatuor continuè proportionales, quarum prima erit f c, ſecunda latus baſis cubi columnæ datæ æqualis. Et f c prima ad quartam longitudine ſe habebit, ſicut cubus c d e f ad cubum columnæ datæ æqualis, ſiue ad datam columnæ. Igitur c b erit quarta: cum f c ad c b longitudine, ſit ſicut cubus c d e f ad columnam a b c d, & ex conſequenti ad cubum ei æqualem. Et hoc liquet neceſsitas recipiendi inter latus baſis quadratæ, & longitudinem columnæ, duo media continuè proportionalia: quorum proximum lateri baſis quadratæ erit ſemper latus baſis cubi, columnæ æqualis. Hoc latuit eum, qui tantum unum in ſua Geometria uulgari iubet recipere, & illud latus baſis cubi columnæ æqualis conſtituit. Erit quippe maius uel minus. Erit maius, ſi altitudo columnæ fuerit maior latere baſis quadratæ: minus uerò, ſi ipſa altitudo fuerit minor. Sumò igitur per tertium præmiſſum inter f c & b c. duo media continuè proportionalia, quæ ſint (ut dictum eſt) h g & i k. Ita quòd ſicut f c ad g h: ita g h ad i k, & i k ad c b. Vndè per 11 diſinitionem quinti Euclídis, f c ad c b proportio, dicetur proportio f c ad g h triplicata. Erit igitur g h latus baſis cubi columnæ æqualis. Nam cubus cuius latus baſis erit f c ad cubum cuius latus baſis erit g h: ſe habebit ſicut f c ad c b longitudine. Similiter cubus cuius latus baſis erit ut f c, ad columnam a b c d, cuius baſis quadrata erit c d e f: ſe habet ut f c ad c b longitudine. Igitur per 5 quinti Euclídis, columna a b c d, æqualis etit cubo cuius latus baſis erit ut g h. quod fuit probandum Ex hoc liquet, cur baſis columnæ debeat eſſe quadrata, ut ſcilicet ex proportione cubi baſem columnæ baſi ęqualem habentis, quæ eſt ut latus baſis ad longitudinem columnę longitudine: arguatur illatio duorum mediorum continuè proportionalium, quorum unum eorum ſemper erit latus baſis cubi columnæ æqualis ut dictum eſt. Ex his rurſus conſtat, quòd ſi altitudo ſiue longitudo columnæ ad latus ſuæ baſis quadrata, ſit longitudine incommenſurabilis: erit pariter cubus cuius baſis æqualis erit baſi columnæ, ad ipſam columnam incommenſurabilis, & ad cubum columnæ æqualem. Vti ſi f c ad b c longitudine incommenſurabilis erit cubus cuius latus baſis erit ut f c, ad columnam a b c d, & ad cubum ſibi æqualem incommenſurabilis: eoq; ſicut f c ad b c longitudine (ut dictum eſt) ita cubus c d e f ad columnam



http://www.obrascatolicas.com

columnam a b cd. Duco igitur g h i quadratum, ſuper quem fabrico cubum, qui erit columnæ datæ æqualis.

2 Si columna rotunda fuerit, quadretur baſis et procedatur ut iam.



¶ Sit data columna a b c d rotunda, quam in cubum æqualem reſoluere uolo. Primò per ſecundam ſecundi cap. reſoluo circulum baſis in quadratū æqualem, qui ſit e f g h, ſuper quē fabrico columnā ſuperficierum æquidiſtantium cuius altitudo altitudini columnæ a b c d ſit æqualis, & ſit columna i e h k: dico eam eſſe æqualē columnæ a b c d, eò qđ baſes ſunt æquales itidem & altitudines. Et per 8 duodecimi Euclidis, omnes columnę lateratę ſuperficierū æquediſtantium, quorum altitudines & baſes ſunt æquales, ſunt inuicem æquales. Et hoc uerificatur de baſibus cuiuſcūq; polygoniæ ſimilitudine ferentib. licet etiam inuicem difficiles, dūmodo æquales fuerint: quare de baſi circulari uerificabitur. Vt ſi detur columna æquè alta columnæ i e h k cuius baſis ſit triangularis, modo ſit baſi e f g h æqualis: erit ipſa columna columnæ i e h k æqualis per 8 duodecimi Euclidis. Et huius ratio eſt. Nā cum baſes ſupponantur æquales, tantum capit una quantum altera: nec plus nec minus, ſecundùm ſui extenſionem ſtatui ſupra unam poterit, quàm ſupra alteram. Non poteſt enim ſupra quadratum e f g h plus ſtatui aut minus, ſecundùm totalem ſui extenſionem & ſecundùm æqualem altitudinem, quàm ſupra circulum b c, cum ſupponantur æquales. Erit igitur columna i e h k æqualis columnæ a b c d, quam per præmiſſam in cubum æqualem reſoluo: ſcilicet inueniendo per tertium præmiſſum, inter i e & e f, duo media continuè proportionalia, quæ ſint l m & n o: ſic quòd ſicut e f ad l m: ita l m ad n o ad i e, erit l m latus baſis cubi columnæ i e h k æqualis per præmiſſam: & ex conſequenti, æqualis columnæ rotundæ datæ, ſcilicet a b c d. Ducatur igitur l m in quadratum, ſuper quem ſi fabricetur cubus, erit ille qui quæritur.

3 Si cubum in ſphæram tranſmutare uelis, reduc ſuperficiem quadratam &c.

¶ Si enim reducta ſuperficie quadrata baſis cubi in circularē, ſit ut ſector ſphæræ æqualis cubo: ita ex oppoſito reducta ſuperficie ſectoris ſiue maximi circuli ſphæræ in quadratam, erit baſis cubi ſphæræ æqualis. Ad quorum intelligentiam deſcribo quadratum a b c d, & ſuper latus b c ſimiliter & c d duo ſupplementa deſcribo, ſcilicet c b e f & g h d c, quæ inuicē ſunt æqualia, & quodlibet ut pars tertia quadrati a b c d. Et manifeſtū ſi latere a b fixo circūducatur a b c d, fiet colūna rotūda, & baſis erit circulꝰ cuius

ius ſemidiametrus erit a d. Si uerò latere a e fixo, circūducatur parallelogrammus a f d: fiet itidem columna rotunda priori ſeſqualtera: eò quòd ſupplementum e f c b addit medietatem columnę ex a b c deſcriptę. Nam ſi columna diuidatur in puncto i & in puncto b: erit in tres partes æquales diuiſa, ſi a i æqualis ſit i b. Rurſus latere a b fixo, circunducatur a b g h: fiet columna æquè alta columnę ex a b c d deſcripta. Quare per 33 undecimi Euclidis, erunt ſuis baſibus proportionales Sicut igitur circulus ex a h, ad circulum ex a d: ita columna ex a b g h, ad columnam ex a b c d. Et per ſecundam duodecimi Euclidis, circulus ex a h ad circulum ex a d, eſt ut quadratus ex a h ad quadratum ex a d: & a h ad a d longitudine eſt ut 3 ad 2: quare potētia ut 9 ad 4. Ex hoc cō ſtat, quòd ſi mobili cuiuſcūq; columnę duo æqualia addantur, ſemper quod maiorē percurrit circūferentiā, maius corpus addit columnæ: ut qa



mobili a b c d (quo deſcribitur columna rotunda, ſi uoluantur a b latere fixo) addita ſunt parallelogramma e c & c h æqualia, & parallelogrāmū c b percurrit circumferentiam circuli ex a h, quæ maior eſt circūferentia circuli ex b c, quam percurrit e c parallelogrāmum. Ideò parallelogrammū c h maius corpus addit columnæ ex a b c d deſcriptę, q̄ parallelogrammū e c. Et adhuc alia ratione c h maius corpus addit colūnę ex a b c d deſcriptę quàm e c. Nam c h mouetur in ambobus terminis, d e ſcilicet & h g. At e c unò termino fixo b e ſcilicet mouetur. Duplici igitur ratione c h maius corpus addit columnę ex a b c d deſcriptę, quàm e c. Addit enim 5 quartas, & e c ſolùm addit 1 ſecundam. Nam columna ex a b g h columnę ex a b c d deſcriptę, eſt dupla ſeſquiquarta ut dictum eſt. At columna ex a e f d columnę ex a b c d ſolùm eſt ſeſqualtera. His habitis deſcribo ſemicirculū a b c, ſitq; centrum d, ab ipſo educo perpendicularē per 11 primi Euclidis d b: erit b punctus medietatis circumferentię a b c, cum b d c: ſit angulus rectus, & ideò b c quadrans erit. Rurſus à puncto b educo æquidiſtantem a d a c p 31 primi Euclidis, & ſit e b æqualis b f. Deinde à punctis e & f educo perpendiculares ſuper a c, per 12 primi Euclidis, quæ ſint f g & e d: erit rectangula e f g h per præmiſſa æqualis ſemicirculo a b c, quia fit ex multiplicatione ſemidiametri in quartam partem circumferentiæ. Igitur portio c k b f: itidem a i h æqualis erit i b e. Rurſus ſi moueatur ſemicirculus a b d ſtante a c, deſcribetur ſphæra cuius axis ſiue diametrus erit a c. Si uerò circumuoluatur rectangula e f g h ſtante h g: deſcribetur columna rotunda, cuius baſes erunt ut ſectores ſphæræ. Altitudo uerò ut pars quarta circumferentiæ ipſius ſectoris, quæ columna maior erit ſphæra. Patet: ponatur mobile h i k g, quòd moueatur ſtante h g: deſcribetur columna mixta, ſiue portio ſphæræ, addendo mobili portiones k b f, & c k g æquales. Itidem i b e & h i a etiam æquales inuicem & prioribus, non æqualem percurūt circumferentiam. Nam portiones k b f, & i b e, percurrunt circumferentiam circuli ex b d: portiones uerò c k g & h i a, percurrunt circumferentiam circuli ex g k uel h i æquales. Modò circumferentia circuli ex b d, longè maior eſt circumferentia circuli ex g k uel h i. Quare per iam dicta maius corpus addunt portiones k b f & i b e columnæ ex h i b k g deſcriptæ, ſi moueantur ſimul cum ipſo mobili: quàm portiones c k g & h i a, prioribus æquales. Alia ratio. Nam portiones k b f & i b e in ambobus teminis mouentur, ſcilicet i b, b e, & k b, b f: portiones uerò c k g & h i a, uno ſtante termino mouentur, ſcilicet a h & g c. omni ratione

http://www.obrascatolicas.com

ratione patet,columnam ex mobili e f g h ſtante h g deſcriptam,maiorem eſſe ſphęra ex a b c, quamquam ipſa mobilia ęqualia ſint,& uno termino ſtante moueantur & ſimiliter in eodem tempore abſoluant ſuos motus. At quia omnes portiones unius mobilis non per æquales circumferẽtias percurrunt, per quas portiones æquales alterius.ideò diuerſa producere corpora eſt neceſſe. Continuè enim portiones mobilis a b c,à puncto b ſiue aſcendendo ſiue deſcendendo per minores percurrunt circumferentias:quam portiones ipſis æquales in mobili e f g h, aſcendendo uel deſcendo à puncto b.ut conſtat.Ideò neceſſe eſt mobile a b c, minus corpus deſcribere. Ex hoc conſtat columnam, cuius baſis æquatur ſectori alicuius ſphæræ, & altitudo æquatur quartæ parti circumferentiæ ſphærę maiorem eſſe ſphæra. Volumus inſuper uenari modo præmiſſo, columnam rotundam minorem ſphæra, ex æquali mobili quo ſphæra deſcribitur. Deſcribo ſemicirculum priori æqualem, qui ſit l m n, ſitque centrum o,& ab ipſo educo perpendicularem ſuper l n & ſit o m,& à punctis l & n educo æquidiſtantes ad o n,quæ ſint n q & l p æquales,& æquales octauæ parti circumferentiæ circuli, cuius diametrus erit ut l n. Traho p q,& ubi ſecat o m pono s: erit p q n l rectangula æqualis ſemicirculo, quia fit ex multiplicatione diametri in octauam partem circumferentiæ, quæ multiplicatio producit rectangulam circulo æqualem, ut dictum eſt. Si enim mouetur rectangula latere l n fixo circulariter, columnam rotundam deſcribet:cuius altitudo erit diametrus circuli. At baſis circulus erit, cuius ſemidiametrus æqualis eſt octauæ parti circumferentię circuli,cuius diametrus eſt ut eius altitudo: quam columnam dico minorem ſphæra,cuius axis ſiue diametrus æquatur ſuę altitudini. Patet ut prius. Nam ſi moueatur ſuperficies ſub duabus rectis l n & r t, & duabus curuis l r & n t, ſtante l n: fiet columna. Ad quod mobile ſi addantur portiones æquales t n q, r l p,& lunula ſub r m t & r t, maius corpus additur ex lunula, quam ex alijs duabus portionibus ſimul: quamquàm iſtæ duæ portiones ſcilicet r l p & t n q æquentur lunulæ,ut de ſe conſtat: eò quòd rectangula ſemicirculo ſit æqualis. Et ratio eſt:nam lunula maiorem ambit circumferentiam,quàm aliæ portiones:lunula enim ambit circumferentiam circuli ex o m, & cæteræ portiones ſolum ambiunt circumferentiam circuli ex n q uel l p, quæ longè minor eſt circumferentia circuli ex o m. Conſtat igitur columnam ex rectangula p q n l ſtante l n deſcripta, minorem eſſe ſphæra ex ſemicirculo l m n ſtante l n, quàmquàm rectangula ſemicirculo ſit æqualis per hypotheſim. Et prius fuit manifeſtũ, columnam cuius altitudo æquatur quartæ parti circumferentiæ circuli maximi ſphæræ, & baſis ipſi ſectori: maiorem eſſe ſphæra. Vnde conſtat non eſſe inconueniens, ex eiſdem aut æqualibus mobilibus (quæ ſuperficies ſunt) uno ſtante termino, diuerſa & inæqualia producere corpora: quod tamen eſt inconueniens, ſi nullo ſtante termino æqualiter moueatur ſecundùm altitudinem æqualem. Vt iſtæ duæ rectangulæ ſunt æquales ſcilicet e f g h, & p q n l: & tamen e f g h motu ſuo ſtante h g, maius deſcribit corpus quàm p q n l, ſtante l n. ut conſtat. At ſi utrumque mobile ſecundùm equalem lineam moueantur æqualiter, nullo termino fixo: æqualia producent corpora, eò quòd æqualis erunt altitudinis in hoc, quòd per æqualem mouentur lineam, & baſes corporum erunt mobilia. Igitur per 8 duodecimi Euclidis,corpora erunt æqualia. Deſcribo columnam rotundam, cuius baſis ſit ut circulus ex d b deſcriptus,& altitudo ut e f, quæ eſt (ut dictum eſt) pars quarta circũferentiæ circuli baſis. Sit igitur iſta columna a b c d. Vnde a b c d, erit ſector columnæ, factus ex ſectione ipſius à diametro baſis unius, ad diametrum baſis alterius, qui ſector eſt circulo æqualis:quia productus eſt ex multiplicatione diametri, in quartã partẽ circũferentiæ. Et ipſa colũna per premiſſa maior eſt ſphęra, cuius ſector erit ut circulus b c. Rurſus ſuper a b c d, colũnã fabrico ęquidiſtantium ſuperficierũ, cuius altitudo



tudo ſit ut c d: erit æqualis columnæ rotundæ, quia baſes & altitudines ſunt æquales, & tantùm una capit baſis quantùm altera, nec plus nec minus, ſecundùm earum totales extenſiones,& ſecundùm æqualem altitudinem. Igitur erũt æquales per præmiſſa. Rurſus columna cuius baſis erit a b c d,& altitudo ut c d: habebit ex ſuis ſuperficiebus lateralibus duas æquales baſibus, & duas quadratas, quarum latera erunt ut c d. Sit igitur c d e f quadratus, & ſuper hanc ſuperficiem erigatur columna a b c d: tunc eius baſes quadratæ erunt, & quatuor eius ſuperficies laterales inuicem æquales erunt, quia erunt æquales circulo, cuius diametrus erit ut altitudo ſcilicet b c. Vnde conſtat,hanc columnam priori æqualem eſſe. Quo fit,ut columna cuius altitudo eſt ut diametrus ſphæræ, & latus baſis quadratæ ut pars quarta circumferentiæ ſectoris ipſius ſphæræ, ſit maior ſphæra. Ex his ſtatim conſtabit ueritas aut falſitas propoſitionis. Recipio per tertium præmiſſum, duo continuè media proportionalia inter b c altitudinem, & c f latus baſis quadratæ, quæ ſint h i & k l, ſic quòd ſicut c f ad h i, ita h i ad k l & k l ad b c: erit per penultimam h i latus baſis cubi columnæ æqualis. Vnde cubus cuius latus baſis erit ut h i: maior erit ſphæra, cuius ſector erit circulus b c. Sed h i eſt minor quàm latus quadrati circulo æqualis, ſiue parallelogrammo a b c d. quòd idem eſt. Nam latus illud eſt medium proportionale inter b c & c f: Sed h i, eſt medium proportionale inter c f & k l, quæ eſt minor b c: igitur neceſſariò medium proportionale inter b c & c f, maius eſt recta h i. Vnde à fortiori, cubus cuius baſis æqualis erit circulo c b: maior erit ſphæra, cuius ſector erit ut circulus c b. Et quia maior: ideò ſector ſphæræ æqualis cubo, maior erit baſe cubi. Vnde ſphæra cuius ſector eſt æqualis baſi alicuius cubi: neceſſariò erit minor cubo. Et cubus cuius baſis æqualis erit ſectori alicuius ſphæræ: erit maior ſphæra, & hæc eſt ueritas. Conſtat igitur non hic rectè aduertiſſe de Cuſa. Conſimili errore deceptus eſt alius, in de cubicatione ſphæræ,& in ſua Geometria uulgari, ubi palàm ponit baſem cubi ſphæræ æqualis, æqualem ſectori ſphæræ, & econuerſo. Rurſus alius error ipſius perpenditur in de cubicatione ſphæræ & in ſua Geometria uulgari, ubi ponit columnam æqualem ſphæræ eſſe, cuius baſis eſt ſector ſphæræ. Altitudo uerò ut pars quarta circumferentiæ ipſius ſectoris, quam probauimus maiorem. Quare etiam ut ipſe uult, non erit pyramis ſphæræ æqualis, cuius baſis æquatur ſectori ſphæræ. Altitudo uerò tripla eſt longitudine quartæ parti circumferentiæ ſectoris. Eſſet enim talis pyramis æqualis columnæ cuius baſis ſectori ſphæræ æquatur. Altitudo uerò ut pars quarta circumferentiæ ſectoris, quæ eſt maior ſphæra: quare etiam & pyramis.



Cubos

http://www.obrascatolicas.com



Cubos plures ſi in unum colligere optas, reduc ſuperficiē quadratam.



¶Sint dati duo cubi æquales, quorum baſes ſint ut a b c d & e f g h, quæ erunt etiam æquales, cubum cubo coapto: & fiet columna, cuius baſis quadrata, erit æqualis quadrato a b c d. Altitudo uerò, ut linea æqualis b c & f g ſimul, quæ ſit i k. Recipio per tertium præmiſſum, inter i k & b c duo media continuè proportionalia: quæ ſint l m & l n, erit per primam huius l m latus baſis cubi columnæ æqualis, & ex conſequenti duobus cubis propoſitis.

Si duos inæquales ad unum reducere proponis, reduc primò minorem.



¶Sint dati duo cubi inæquales, quorum baſes ſint ut quadrata a b c d et e f g h, uolo tertiū inuenire ipſis ſimul æqualē. Recipio per 9 ſexti Euclidis: unum medium proportionale inter d c & e f, & ſit f i. Deinde ad e f i f & d c, inuenio quartā continuè proportionalem, ſic. Nam per 10 ſexti Euclidis inuenio ad i f & d c tertiam continuè proportionalem, quæ ſit k f: erunt iſtæ quatuor continuè proportionales, e f, i f, d c, & k f. Duo k f quartam continuè proportionalem, poſt latus baſis cubi minoris in quadratū, qui ſit l m n o: ſuper quem columnā ſuperficierum æquidiſtantium fabrico, cuius altitudo æquetur altitudini cubi maioris. Sit igitur columna p l o q, erit æqualis cubo minori: quod patere dicit de Cuſa, ex oppoſito conuerſionis columnæ in cubum. Eſt enim per primam huius manifeſtum, ſi inter p l & l m duo recipiantur media continuè proportionalia: minus erit latus baſis cubi columnæ æqualis. Modò cum p l æqualis ſupponatur e f & l m æqualis f k, & inter e f & f k iſtæ duæ ſcilicet



ſcilicet c d & i f ſunt continuè proportionales: erit d c latus baſis cubi columnæ æqualis, quare columna p l o q, æqualis erit cubo minori. Rurſus iungo quadratū l m n o, quadrato e f g h ſic: traho p o erit p o latus quadrati æqualis duob. prædictis quadratis, cū p 46. primi Euclidis, contineat quadrata ex p q & ex q o, quæ æquantur prædictis quadratis. Deinde duco æqualem p o in quadratum, & ſit quadratus r s t u, ſupra quem fabrico columnam ſuperficierum æquidiſtantium, cuius altitudo ſit æqualis l p uel e f quod idem eſt, & ſit columnæ x r u y: erit ipſa columna æqualis duobus cubis propoſitis. Nam ſi ab ipſa columna, reſecetur columna cuius baſis ſit ut quadratus e f g h: reſiduum columnæ erit columna cuius baſis erit ut l m n o, quare reſiduum erit æquale columnæ p l o q. At cum latus baſis quadratæ columnæ x r u y ſcilicet r s, maius ſit longitudine ſcilicet x r: ſi duo media continuè proportionalia per tertium præmiſſum recipiantur inter x r & r s, quæ ſint t o & t i, ſic quod ſicut t u ad t i, ita t i ad t o & t o ad u y: erit t i maius medium, latus baſis cubi columnæ æqualis per primam huius. Et ex conſequenti, t i erit latus baſis cubi, æqualis duobus cubis propoſitis, ſcilicet quorum baſes erunt ut quadrata a b c d, & e f g h. Cætera in litera ſunt manifeſta.

6 Si columnam longam in breuem, uel breuem in longam reducere, &c.



¶Sit data columna a b c d, cuius baſis b m e c quadrata ſit, quā in breuē uolo reſoluere, ſic quòd eius longitudo ſit ut c f. Primò per primā huius: in cubū æqualē reſoluo, cuius baſis ſit h i k l: deinde ut in præmiſſa de duobus cubis inæqualib. dictū eſt procedo. Recipio per 9 ſexti Euclidis, inter c f & h i mediū unum proportionale, quod ſit n o. Deinde ad c f, n o & h i, do quartā continuè proportionalē per 10 ſexti Euclidis: ſcilicet dādo ad n o & h i tertiā cōtinuè proportionalē, quę ſit n p, erit n p lat9 baſis quadratę colūnæ quę, ſitę æqualis cubo, cuius latus baſis eſt ut h i. Patet: nam recipiēdo duo media cōtinuè proportionalia inter n p & c f: erit minus latus baſis cubi colūnæ æqualis, cuius ſcilicet longitudo erit ut c f, & latus baſis quadratæ ut n p. Modo inter n p & c f, iſtæ ſunt cōtinuè proportionales n o & h i. Nā ſicut n p ad h i: ita h i ad n o, & n o ad c f. Igitur h i erit latus baſis cubi, æqualis dictę colūnę. Et ex cōſequenti, colūna cuius latus baſis quadratæ erit ut n p & altitudo ut c f: æqualis erit colūnæ a b c d. Rurſus eandē colūnā a b c d uolo in lōguā reducere, ſic qđ eius lōgitudo ſit ut c g, eodē modo ut prius procedendū eſt. Nā recepto medio uno proportionali inter h i, latus baſis cubi columnæ æqualis & c g, qđ ſit q r. Iterum ad c g q r, & h i, do quartā continuè proportionalē modo præmiſſo, quæ ſit q s: erit q s latus baſis quadratæ colūnæ quæſitæ, cuius altitudo erit c g, & quę columna æquabitur cubo, cuius h i erit latus baſis. Patet ut prius. Nam ſi duo media continuè proportionalia recipian-



http://www.obrascatolicas.com

tur inter c g altitudinem, & q s latus baſis quadratæ: erit minus mediũ latus baſis cubi columnæ æqualis per primã huius. Modò q r & h i, ſunt duæ continuę proportionales inter c g & q s: quare h i: erit latus baſis cubi colũnæ æqualis. Vnde ſicut columna cuius altitudo eſt c g & latus baſis quadratæ q s, æquatur cubo cuius latus baſis eſt h i: ita ex conſequenti, æquabitur columnę a b c d quod eſt propoſitum.

7 Sis plurium columnarum æqualiũ uel inæqualium unam datæ, &c.

¶Nam ſi æquales, rectam recipe æqualem omnib. altitudinib. & inter illam rectã & latus baſis quadratæ, duo recipe media continuè proportionalia, & quod illorũ proximum erit lateri baſis quadratæ, erit latus baſis cubi omnib. colũnis æqualis. Deinde cubus ille in columnam longam uel breuẽ, ut in præmiſſa dictum eſt, reſoluatur. Si uerò inæquales: priùs per penultimam ad altitudinem unius reducantur. Deinde operetur modo iam præmiſſo. Quod autem ſubiungit de Cuſa.

¶Sed in hoc opus eſt.

¶Aduertẽdum eſt quotieſcunq; cubus in colũnã reducitur, ſic quòd altitudo columnæ minor ſit latere baſis cubi: tũc talis colũnę latus baſis quadratę, maius erit ſua altitudine. Ideò ne quis inaduertentia errorem committat, in receptione lateris baſis quadratæ talis columnæ, aduertere debet, quòd poſtq; inter longitudinẽ datam & latus baſis cubi medium recepit proportionale, tunc ſemper quarta continuę proportionalis ad iſtas tres, erit latus quæſitum. Sed hæ tres ſic ordinari habẽt in omnib. longitudinib. ſcilicet ut prima ſit longitudo data, ſecũda medium proportionale, tertia latus baſis cubi. Vnde quarta ſemper latus erit baſis quadratæ cõlumnæ.

8 Si autem ſphæram in pyramidem tranſmutare quæris: fac quòd baſis-

¶Eſt aduertẽdum, quòd quodlibet corpus regulare, tot pyramides æquales cõtinet, quot baſes, quarum altitudo eſt recta à centro corporis ad centrum baſis ducta. Vnde ſi cuiuslibet corporis regularis ſuperficies in rectam reſoluatur æqualẽ, & ſuper eam fabricetur pyramis, cuius altitudo ſit ut recta ducta à centro corporis ad centrum baſis: erit pyramis toti corpori æqualis. Patet ſic: proponatur tetrahedrũ, & ſecetur per rectas quę iungunt baſes uſq; ad centrũ tetrahedri: diuidetur tetrahedrũ in quatuor pyramidis æquales, ſecundùm numerũ ſuarum baſium, quæ erunt inuicem æquales, eò quòd baſes & altitudines ſunt æquales. Eſt enim ſemper recta illa à centro corporis regularis ad centrum baſis ducta, ſemidiametrus ſiue ſemiaxis ſphærę inſcribendę in omni corpore regulari Erit igitur tetrahedrũ ad quãlibet pyramidẽ quadruplũ. Dico ſi pyramis una conſtituatur, cuius baſis æquetur omnibus baſib. pyramidũ ſimul, ac altitudo æquetur altitudini unius illarũ pyramidũ: erit ipſa pyramis omnib. pyramidibus æqualis, ſimiliter, & toti tetrahedro. Patet: nam cũ altitudines ſint æquales, erũt baſib. proportionales, per ſextã duodecimi Euclidis. Sed baſis ultimæ pyramdis, quæ ſcilicet facta eſt ſuperficiem æqualẽ omnib. baſib. pyramidũ eſt quadrupla ad unam pyramidũ, ex ſectione tetrahedri prouenientẽ modo prætacto. Igitur per 9. quinti Euclidis, pyramis illa æqualis erit tetrahedro. Et quia hoc de omni corpore regulari uerificatur, de regulariſsimo uerificari eſt neceſſe, qđ eſt ſphęra in quo baſis & angulus ſolidus coincidũt. Sed altitudines pyramidũ corporũ regulariũ ex ſectiõe modo premiſſo prouenientiũ, ſunt ut recta minima, quæ duci poteſt à cẽtro corporis ad ſuperficiẽ ipſius. Sic altitudines pyramidũ ſphæræ, erunt ut recta minima, quæ duci poteſt à centro ſphæræ ad ſuperficiẽ ipſius. Quo fit ut rectè dixerit de Cuſa, quòd pyramis cuius baſis æquatur ſuperficiei ſphæræ, & altitudo ſemidiametro ſphęræ (cum ſit minima, quæ à centro ſphæræ ad ſuperficiẽ duci poſit) æquatur ſphæræ. Quamquam illud fortè maiorem expetat declarationẽ, ad præſens hæc ſufficiat, qua uera. Ex iſta ſequitur, q̃ colũna cuius baſis æquatur 4. parti ſuperficiei ſphæræ, & altitudo ſemidiametro æqualis eſt trib. quartis ſphæræ. Nam per 8. & per 9. duodecimi: erit tripla ad pyramidem, cuius baſis æqualis erit etiam quartæ parti ſuperficiei ſphæræ, altitudo uerò ſemidiametro ſphæræ: & hæc pyramis, pars quarta eſt pyramidis æqualis ſphærę. Vnde rurſus



ſus ſequitur quòd colũna cuius baſis æquat̃ quartæ parti ſuperficiei ſphęrę, & altitudo ut duæ tertię diametri ſphæræ: ſit æqualis ſphæræ. Sit data ſphæra a & ſit b c d e quadratꝰ æqualis quartę parti ſuperficiei ipſius ſphęræ. Super eum fabrico pyramidẽ m g n, cuius altitudo f g æqualis ſit ſemidiametro ſphęræ: erit ipſa pyramis pars quarta ſphęræ. Nam pyramis cuius baſis quadrupla erit ad b c d e, & altitudo æqualis f g: eſt æqualis ſphęræ, & eſt per ſextã duodecimi Euclidis, quadrupla ad pyramidẽ m g n quare ipſa erit pars quarta ſphæræ a. Rurſus columna m h i n ſit ſuper b c d e baſem, & altitudo ut f g: erit per 8. duodecimi Euclidis, tripla ad pyramidem m g n, quare erit ut 3. quartę ſphæræ a. Rurſus ſit h k ſimiliter et i l ut pars tertia de f g: erit columna m k l n, ut 4. tertiæ colũnæ m h i n, quia n l altitudo eſt ut quartæ tertiæ de f g. Et cum ſint ſuper æquales baſes: ex hoc poſſunt dici æqualis altitudinis, puta ſi iaceant ſuper ſuperficiem lateralem. Vnde baſis minoris, erit ut rectangula h m n i: maioris baſis erit rectangula k m n l. Vnde per primam ſexti Euclidis, ſicut k m ad h m longitudine: ita rectangula k m n l ad rectangulam h m n i. Et per 33. undecimi Euclidis, ſicut rectangula k m n l ad rectangulam h m n i: ita maior columna ad minorẽ, quia tũc earum altitudo una erit: ſcilicet ut b e. Vnde conſtat columnã maiorẽ ad minorẽ eſſe ſeſquitertiam, quarę æqualẽ ſphęrę. Et quia h m eſt ſemidiameter ſphęræ, & k m quatuor tertiæ ipſius ſemidiametri: erit k m ut duæ tertię diametri ſphęræ: Nam h m ſunt 3. ſextę diametri ſphęrę, & k m 4. ſextæ: quare k m facit 2. tertias diametri ſphęrę. Ex hoc conſtat, columnam æqualem eſſe ſphæræ, cuius baſis æquatur quartæ parti ſuperficiei ſphæræ, & altitudo æquatur duabus tertijs diametri ſphærę, quod fuit probandum.



9 Si quis dixerit ſunt ſphæræ duæ, quarum maior eſt dupla ad minorẽ.

¶Hic ſupponit de Cuſa, quòd ſuperficies ſphæræ æquetur quatuor maximis circulis ipſius ſphęrę. Et iſtud ab Archimede probatum eſſe dicit, uti uidebimus in de complementis Mathematicis. Quo ſuppoſito, uerum erit columnam ad ſphæram ſeſqualteram eſſe, cuius baſis æquatur maximo circulo: altitudo uerò diametro ſphęrę Patet: ſit data columna a b c d, & ſit a b æqualis b c: erit columna a b c d ſeſqualtera ſphæræ, cuius ſector erit ut baſis columnę, ſcilicet ut circulus b c. Nam per præmiſſam, ſi ſuper circulum b c fabricauero columnam, cuius altitudo ſit ut 2 tertiæ b c, quæ ſit e b c f: erit columna ſphæræ æqualis, cũ ſupponatur b c circulus eſſe æqualis quartæ parti ſuperficiei ſphæræ, cuius b c erit diametrus ſiue axis. Modo a e & d f, addunt altitudine unam tertiam de b c. Vnde ſi columna a b c d diuidatur per e f, & g h, poſito quòd e g æqualis ſit g b: in tres columnas æquales diuidet̃, cũ baſes & altitudines ſint æquales: quare a d e f erit mediętas de e b c f. Et ex conſequenti a b c d columna, ſeſqualtera erit ſphæræ, cuius ſector erit ut baſis: quia



http://www.obrascatolicas.com

ſeſqualtera eſt columnæ e b c f, quæ eſt ipſi ſphæræ æqualis. Quomodo uerò Archimedes probet ſuperficiem ſphęræ æqualem eſſe quatuor circulis maximis, nondum uidimus. Ponit enim Bouillus eſſe æqualē quatuor quadratis iſoperimetris circulo maximo, in ſua Geometria uulgari, hoc tamen non probat. Scimus tamē eſſe maiorem q̄ Bouillus dicat, ut paucis demonſtrabimus. Supponimus primò circumferentiam circuli ad diametrum longitudine maiorem ſeruare proportione tripla ſeſquinona, & hoc ſenſibili appręhenſione uideri poteſt. Scimus enim eam eſſe maiorē tripla ſeſquioctaua: à fortiori maior erit tripla ſeſquinona. Secundò eſt manifeſtū ex 4. ſecundi cap. ſi recta detur æqualis arcui dato, & ſemidiameter circuli cuius eſt arcus ducatur in medietatē: fit rectangula æqualis portioni circuli, quam capit arcus cum ſectoribus. Vt ſit deſcriptus circulus a b, & ſit c b d arcus quadrantis, ſitq; e b f cōtingens æqualis arcui quadrantis, & e b æqualis ſit b f. Duco a b in b f, & fit rectangula a b f g, æqualis portioni quā capit arcus quadrantis cum ſectoribus a c & a d. Nam per ſecundam ſecundi cap. multiplicatio a b in duplam longitudine a d e f, quæ erit ut mędietas circumferentię circuli a b, facit rectangulam æqualem circulo: quare multiplicatio a b in e f, faciet rectangulam æqualē medietati circuli a b: & multiplicatio a b in b f, faciet rectangulam æqualē quartæ parti circuli. Traho a d e & f, rectas a e et a f: unde triangulus e a f, æqualis erit rectangulæ a b f g, cū a b f æqualis ſit a b e, per 4. primi Euclidis: & f g a æqualis a b f, per 34. primi Euclidis. Igitur e a f æqualis erit quartę parti circuli a b. Rurſus circulo a b circumſcribo quadratum h i k l, cōtinuo a d & a cuſq; l & h: eſt manifeſtū h a l facere quārtam partem quadrati h i k l. Et cum h a l triangulus æqualis ſit altitudinis cū triangulo e a f: erit triangulus h a l triangulo e a f, ſicut h l ad e f longitudine, per primā ſexti Euclidis. Ex his conſtat, quòd ſicut ſe habet latus quadrati circulo circūſcripti, ad rectam æqualem quartæ parti circumferentiæ circuli lōgitudine: ita pars quarta quadrati, ad quartam partem circuli, & ita de alijs tribus lateribus, ad tres alias rectas æquales tribus quartis circūferentiæ circuli. Igitur per 13. quinti Euclidis, erit quadratus circulo circumſcriptus ad ipſum circulum, ſicut circumferentia quadrati ad circumferentiam circuli longitudine. Et eodem modo dicendum eſt de omnibus polygonijs circulo circumſcriptis, quòd ſcilicet tenēt ad ipſum circulum proportionem, quam tenent circumferentiæ ipſarum polygoniarum ad circumferētiam circuli longitudine. Et cum latus quadrati circulo circumſcripti, ęquale ſit diametro circuli: erit circumferentia quadrati longitudine 36. ſi diametrus circuli ſit longitudine 9. Et dictum eſt, circumferentiam circuli ad diametrum longitudine maiorē ſeruare proportionem tripla ſeſquinona. Igitur circumferentia circuli, maior erit longitudine 28. Et ex conſequenti quadratus circulo circumſcriptus, ad ipſum circulum minorem ſeruabit proportionem, q̄ 36. ad 28. quod diducet. Nam creſcente numero longitudinis circumferentiæ: eſt manifeſtum decreſcere proportionem quadrati circulo circumſcripti, ad ipſum circulum. Rurſus deſcribo columnam f g h i, cuius baſis quadrata ſit b c d e, in qua inſcribo circulum g h: per quem intelligo columnam rotundam, cuius altitudo ſit æqualis altitudini colūnæ lateratæ, ſcilicet f g h i. Vnde quia per ſecundam huius cap. monſtratum eſt, columnam æqualem eſſe columnæ rotundæ: cuius baſis quadrata æquatur circulo baſis rotundę, & altitudo altitudini: erit ex cōſequenti per 33. undecimi Euclidis, columna f g h i laterata, ad columnam f g h i rotundam, ſicut quadratus b c d e, ad circulum ſibi inſcriptum ſcilicet g h Sed per præmiſſa quadratus b c d e ad circulum ſibi inſcriptum, minorem ſeruat proportionem quàm 36. ad 28.









ad 28. quæ proportio eſt ſuperbipertiēs ſeptimas: ex hoc liquet, omnē colūnā cuius baſis quadrata eſt, ad columnā rotundam æqualis altitudinis, & cuius circulus baſis æqualis eſt circulo inſcripto quadrato baſis colūnæ lateratæ, minorē ſeruare proportionē ſuperbipertiente ſeptimas. Sit igitur b c d e quadratus iſoperimeter circulo a in ſuperiore figura: erit quadrato (ut uult Bouillus) pars 4. ſuperficiei ſphęræ, cuius ſector erit ut circulus a, ſuper quē fabricō colūnam g f i h, cuius altitudo ſit æqualis diametro circuli a quæ altitudo eſt, ut g f: erit iſta colūna ad ſphærā ſeſqualtera per iam oſtenſa. Patet ſic: diuido g f in tria æqualia, & ſit k f ut una tertia de g f. traho a pūcto k per 31. primi Euclidis, æquidiſtantē ad f i & ſit k l: erit colūna k g h l æqualis ſphæræ. Nam ad fabricandā colūnā æqualē ſphæræ ſuper quartā partē ſuperficiei ſphærę: non poteſt ſumi altitudo maior nec minor duab. tertijs diametri ſphęrę ſiue axis per præmiſſam. Erit igitur k g h l colūna æqualis ſphęræ. Patet igitur colūnā f g h i, ſeſqualterā eſſe ſphæræ, cuius ſector erit ut circulus a: quia ſeſqualtera eſt colūnæ æqualis ſphæræ, ſcilicet colūnę k g h l. Rurſus quadrato baſis inſcribo circulū g m h, ſuper quē intelligo colūnam rotundā, cuius altitudo ſit ut g f: tunc colūna f g h i laterata, ad colūnam f g h i rotundā, minorē ſeruabit proportionē ſuperbipertiente ſeptimas. Lōgè igitur colūna f g i laterata, ad colūnam f g h i rotundā minorē ſeruat proportionem, quam ad colūnam k g h l, ad quā eſt ſeſqualtera. Et ex conſequenti, colūna f g h i rotunda: lōgè maior erit colūna k g h l, per ſecundā partē 8. quinti Euclidis. Et in demōſtratione 3. huius cap. monſtratum eſt, colūnam rotundā cuius altitudo equatur diametro alicuius ſphæræ, & circuli baſis ſemidiametrus æqualis eſt octauæ parti circūferentiæ circuli maximi, ſiue ſectoris ipſius ſphæræ: minorē eſſe ſphæra. Et ſic eſt, quòd colūna f g h i rotunda, habet altitudinem æqualē diametro ſphæræ, cuius circulus maximus erit ut circulus a, & ipſius colūnæ ſemidiametrus circuli baſis ſcilicet g m, æquatur octauæ parti circūferentiæ circuli a, ſiue ſectoris ipſius ſphęrę. Eſt enim g h æqualis b e, quæ eſt pars quarta circūferentiæ ipſius circuli a. Igitur colūna f g h i rotunda, minor erit ſphæra, cuius ſector erit ut circulus a. Nā colūna rotunda f g h i deſcribitur ex rectāgula, cuius altitudo eſt ut diametrus ſphęræ, baſis ut octaua pars circumferentiæ ſectoris ſphæræ, & latus fixū rectangulæ, eſt ut diametrus ſphæræ, prout eſt expreſſum in demonſtratione 3. huius cap. Si enim educta propendicularis à pūcto m, ſuper g h uſq; f i fuerit, quæ ſit m n: omnia lucida erunt. Rurſus cum colūna rotunda f g h i ſit minor ſphæra, cuius ſector eſt ut circulus a, à fortiori columna k g h l erit longè mi-

http://www.obrascatolicas.com

nor. Et cum ſupra quartam partem ſuperficiei ſphæræ, cuius ſector erit ut circulus a, nõ poſsit maior nec minor altitudo g k poni ad habendam columnã æqualem ſphęræ: ſequitur q̃ columna ęqualis ſphærę cuius ſector erit circulus a, & cuius columnę altitudo eſt ut g k, longe maiorẽ habeat baſem quadrato b c d e: quod fuit probandũ. Non igitur rectè ſenſit is, qui dixit ſuperficiem ſphærę æquari quatuor quadratis ilo perimetris circulo maximo ipſius ſphæræ, uel quatuor quadratis, quorum latera æquantur quartæ parti circumferentiæ ipſius maximi circuli, quod idem eſt. Hanc adducit Archimedes in demonſtratione, qua nititur demõſtrare, quo modo inter duas datas dentur duæ continuè ꝓportionales. Hæc eſt eius demonſtratio. Sint datæ iſtæ duæ a b & c d: iubet columnã facere cuius altitudo ſit ut a b, & diametrus circuli baſis ut c d, & ſit columna e h f. Rurſus iubet ad ipſam columnã dare ſphæram ad quã columna ipſa ſit ſeſquialtera, & ſit ſphæra o. Deinde conſtituit columnam rotundã, cuius baſis circulo o æquatur, qui eſt maximus circulus ſphæræ o. Altitudo uerò ut axis ſphæræ, & ſit i m k columna: erit ipſa columna ut ibidem dicit ipſe Archimedes,







ſeſqualterã ad ſphæram o, quod etiã ꝓtendit preſens ꝓpoſitio. Quia igit̃ e h f & i m k, ad ſphęrã o eandẽ ſeruãt proportionẽ: erũt p 9. quinti Euclidis ęquales, et ex cõſequenti p 34. undecimi Euclidis, erunt baſes ſuis altitudinib. mutuę, hoc eſt baſes erũt altitudinib. retranſitiuè ꝓporportionales. Sicut igit̃ baſis i k ad baſem e f: ita g h ad l m lõgitudine. Sed per ſecundã duodecimi Euclidis, baſis i k ad baſẽ e f ſe habet, ſicut poteſtas ſiue quadratus de i k ad poteſtatẽ de e f: igit̃ ſicut i k ad e f poteſtate, ita g h ad l m lõgitudine. Iſtud facilè ſic poteſt capi, quia ſupponuntur colũnæ ęquales: reſecetur de g h exceſſus ſuper l m, & ſit h r. Vnde quia colũnæ e r f & i m k ſunt æquè altæ, erunt ſuis baſibus proportionales. Sit i k circulus ad e f circulum ſeſquitertius: erit pariter columna i m k ad e r f columnã ſe mitertia, per 11. duodecimi Euclidis. Et ſimiliter e h f, erit ſeſquitertia ad e r f: cum h f ſit æqualis i m k, quare r h erit una tertia de g r,

de g r, cũ r h addat unã tertiã colũnæ e r f. Vnde tres colũnæ, quarũ baſes erũt ut e f circuli, & altitudo r b erũt ſimul æquales colũnæ e r f. Ex quo patet, g h ad g r ſiue l m eſſe ſeſquitertiã eſſe lõgitudine: ſicut i k ad e f, eſt poteſtate ſeſquitertia. Rurſus cũ l m ęqualis ſit ti k: ſequit̃ q̃d ſicut e f ad i k uel l m ad g h lõgitudine, p̃ 34. undecimi Euclidis. Rurſus ade ſt et i k, p̃ 10. ſexti Euclidis, do tertiã cõtinuè ꝓportionalẽ q̃ ſit t u: q̃ erit ęqualis medię ꝓportiõali ęteri k et g h, quę ſit p q, erũtq̃ i k et p q ſiue t u duæ cõtinuè ꝓportiõales intere f & g h. Patet ſic: nã cũ iſtæ tres ſint cõtinuè ꝓportionales e f, i k & t u: erit p̃ correlariũ 17. ſexti Euclidis, e f ad t u lõgitudine, ſicut e f ad e k poteſtate. Quare per 11. quinti Euclidis, iſtę proportiones ſcilicet e f ad t u, & i k ad g h: lõgitudine erunt ęquales, quia uni ſunt æquales, ſcilicet e f ad e k poteſtate. Vnde quia ſicut e f ad t u lõgitudine: ita i k ad g h lõgitudine erit, p̃ mutatim e f ad i k, ſicut t u ad g h. Sed ſicut e f ad i k: ita i k ad t u. Quare rurſus per eandẽ 11. quinti Euclidis, iſtæ proportiones erunt æquales i k ad t u & t u ad g h: quia uni ſunt æquales, ſcilicet e f ad i k. Vnde cõſtat has tres proportiones eſſe æquales, ſcilicet e f ad i k, i k ad t u & t u ad g h. Sicq̃ inter e f & g h iſtæ duæ ſcilicet i k & t u, erũt cõtinuè proportionales. Rurſus cũ t u media ſit proportionalis inter i k & g h ſimiliter & p q: erũt neceſſariò t u & p q æquales. Recipiẽdo igit̃ mediũ proportionale (admiſſa hypotheſi) inter i k & g h quòd eſt p q: erũt duæ aſſignatæ cõtinuè proportionales, inter e f & g h, ſiue inter c d & a b. quod fuit propoſitũ. At cũ nõ poſsit dari ad colũnam e h f ſphæra, ad quã ſit ſeſqualtera niſi inuenta linea ad quã minor ſe habeat poteſtate, ſicut inuẽta ad maiorẽ lõgitudine, & hoc eſt quòd quæritur, quod ſupponit Archimedes: ideò ibi ſupponit, quod quęrit. Nã linea inueniẽda, eſſe debet axis ſphæræ: quia conſtituenda eſt colũna una rotunda, cuius altitudo, ſimiliter & diametrus circuli baſis, erit inueniẽda, ut eſt colũna i m k. Et ipſa inueniẽda ſcilicet i k, ſemper unũ mediorũ exiſtet. Vnde liquet, ſi unũ mediũ duorũ quæ ſitorũ detur: facile erit inuenire & reliquum. Nam ſemper quodcunq̃ illud ſit, ad unam datarum ſe habebit longitudine, ſicut reliqua ad ipſum poteſtate. Et hæc omnia in figuris iſtis contemplari eſt facile. Sed de his hactenus.

Libelli De Geometricis tranſmutationibus. Finis.

NICOLAI DE CVSA Card. ad Paulum phiſicum optimum atque

Doctſs. uirum, de Arithmeticis complementis.

PAule optimè, pauca quædã complemẽta de Arithemeticis habitudinibus q̃uis (tibi atq̃ omnibus nota eſſe poſſint) ex iſs quæ in tractatũ Geometricarũ tranſmutationũ enodaui à te corrigẽda, impigrè tamen ea ſubieci. Dico autẽ quòd coincidentia anguli & lineæ in diuerſis polygoniſs iſoperimetris, nos ducit ad circulũ iſoperimetrũ: ut oſtendimus in primo Geo-

http://www.obrascatolicas.com

metricarũ transmutationũ ſuppoſito. Hinc uia nobis patet, ea quæ ad cõplemẽtum Arithmeticæ ſpectãt, omni attingibili modo numerandi. Id autem quòd dico principaliter hactenus ignoratũ fuit, habitudo ſcilicet chordæ ad arcũ, in cuius notitia cõplementum illud conſiſtit: qua ſcita, nihil difficile manebit arithmeticè numerandi. Fuerunt uiri diligẽtiſsimi, quorũ princeps uidetur Archimdes, qui oſtenderunt circũferentiam circuli triplã in habitudine ad diametrũ, additis plus decem ſeptuageſimis primis ipſius diametri, & minus decem ſeptuageſimis: & hãc propinquitatẽ, præciſiorẽ continuè fieri poſſe oſtenderũt. Non tamen tradiderunt, ubi numero inattingibilis præciſio latitaret. Nam & ſi non poſsit numerari coſta, numerato diametro quadrati: pertingitur tamen ad numerũ, cuius radicẽ ſi numerari poſſet, ſcimus innumerabilem coſtam. Tale quid non repperi ueteres aut ſciuiſſe, aut ſaltem nobis tradidiſſe.

2 Verum ſi hoc ſciri poterit, artẽ exiam traditis ſic uenari poſſe cõiẽcio, & figurã ultimã quã ibi poſui, breuitatis cauſa hic prætermitto. Cõſtat autem, quoniã habitudo lateris hexagoni, ad ſemidiametrũ circuli circũſcripti trigono iſoperimetro, in quadratis nota eſt, cũ quadratũ d g ſi eſt 4. quadratũ lateris hexagoni iſoperimetri (quoniã eſt medietas chordæ ſubtenſæ tertiæ parti circũferentiæ eiuſdẽ circuli) eſt ut tria: notũ eſt cõſequẽter, ed quadratũ. Quoniam ſi quadratũ d g eſt 4. quadratũ e d eſt 9. cũ d g ſit duplũ ad g e. Sic erit f c nota, quia eſt latus hexagonicũ, cuius quadratũ eſt ut tria, in habitudine qua quadratũ d g eſt ut 4. erit ſimiliter e g ſic nota. Sic erunt lineæ e d & e f notæ. Et quoniã trianguli e g l & e c n ſunt æquianguli: latera eandẽ tenent proportionẽ. Eadẽ ergo eſt proportio g ad e l, quę eſt c e ad e n.



3 Inueniantur igitur duæ quantitates, quarũ maior ſe habeat ad e g ſicut minor ad e c ſic q; ſubtracta maiori de e d, & minori de e f, remanentia ſint æqualia: remanẽs illud eſt ſemidiameter circuli iſoperimetri polygonię hexagonæ uel trigonæ, quæ ſunt iſoperimetræ. Et quia habitudo peripheriæ polygoniæ ad d e eſt nota, & habitudo ſemidiametri circuli iſoperimetri ad d e eſt nota: erit habitudo diametri ad circumferentiam omni ſcibili modo nota: ut ſcias quid ſit id quod quæris, quod numerus non attingit, ut ignorantiam ac defectus rationis numerantis, uideat intellectus.

4 Palàm ex his eſt, poſſe omnem habitudinem quarũcunq; chordarum ad



ad arcum atq; diametrum inquiri. Nam ſi loco hexagoni qualẽcunq; polygoniã receperis, omnia uti in hexagona poſſe attingi manifeſtũ eſt. Et ut id ipſum intueamur, deſcribamus ſemicirculũ, cuius ſemidiameter ſit ut ſemidiameter circuli circũſcripti trigono, & tracta ſemidiametro ad mediũ arcus d g centro, quæ ſit d g, notato in arcu d e d hinc inde arcũ habitudinis ad circũferentiã, ſecundũ latera polygonię quę ſunt chordę quęrẽdę: Puta eſto q; uelis chordã 45. graduũ ſignabis arcũ 22. graduũ cum 1. ſecunda. Hinc inde à pũcto d, & ſigna loca per s & t, trahẽdo ſemichordã de s uerſus t, q; in ſemidiametro d g terminata, puncto u ſignetur. Et quoniã 45. gradus ſunt octaua circũferentię: erit polygonia tor angulorũ & laterũ. Trahe igit de g centro ad punctũ s lineã. Deinde diuide lineã rectam peripherię polygonię trigonę in 8. partes, & medietatem unius partis fac æquidiſtanter cadere ab s u, inter g s & g d, & ſit x y. Deinde deſcribe arcum ſuper g, ſecundum ſemidiametrum x g, quouſq; pertingat in d g, notando per z. punctum contactus arcus & ſemidiametri d g.

5 Poſthæc deſcribe quadrãtes duos ut ſtatim præmiſi, præciſè faciendo e d ſemidiametrũ, æqualẽ ſemidiametro circuli trigono circũſcripti, & exceſſui eius ſuper ſemidiametrũ circuli inſcripti eidem trigono. Et e f ſemidiametrũ ſecundi quadrantis, faciendo æqualẽ lineę g x ſiue g z cum z y: quæ eſt linea exceſſus ſemidiametri circuli octogono iſoperimetro circumſcripti, ſuper ſemidiametrum circuli eidẽ octogono inſcripti. Et trahe chordam g h ſic, quòd g d ſagitta ſit circuli circumſcripti trigono ſemidiameter. Et aliam chordam c k ita quòd f c, ſit ut x g ſcilicet ſemidiameter circuli circumſcripti octogono.

6 Trahe deinde lineam de e ad circumferentias, cuius portiones inter arcus & ſuas chordas æquentur ut præmiſi, quæ in locis ſectionum notentur ut prius, per l m & n o. Deinde inquire, ut e f tibi nota fiat. Nota eſt e d ut præmittitur, & nota eſt l m, cui æquatur n o, nota eſt e l & e g: hinc etiam habitudo e l ad e g, & e n ad e c. Cum ergo n o ſit nota, inquiramus lineam e n, & ſupponatur eſſe quæcunque quantitas. Per cuius

http://www.obrascatolicas.com

ſuppoſitionẽ, neceſſario etiã ſecundũ notã habitudinẽ, quãtitas e c nota erit. Et ſi uera eſt quãtitas e n quã ſuppoſui: ſic examino ef: ſecundũ ſuppoſitionẽ e o nota erit, ſic & c f. Subtrahatur de quadrato c f ſiue g x quadratũ x y: quæ eſt nota, & radix reſidui erit g y: ſic erit nota z y, quæ ſi fuerit ut e c, rẽctè ſupponebatur. ſi non, corrigatur error, & ſurget quæſitum.

7 Tali uia omnes chordæ notę erũt, q̃ ueteres ſummo ſtudio quærentes attingere, nõ potuerunt. Omnes hactenus præciſionẽ chordæ gradus uni us, duorũ, quatuor, octo, & ſic deinceps ut noſti, ſe ignoraſſe fatentur. Poterit etiã ignoti trianguli, laterum & angulorum habitudo, ex ſcientia habitudinis arcuum & chordarum, & omne tale ſcibile fufficienter uenari, ex his dictis complementis.

8 Præpoſita figura, quæ de trigono in primo præſuppoſito præmittitur, aliũ deſcribo ſuper a cẽtro circulũ, cuius ſemidiameter ſit ut ſemidiameter circuli circũſcripti hexagono iſoperimetro, cũ exceſſu quo excedit ſemidiametrum circuli eidẽ hexagono inſcripti. Et trahe diametros ſe in cẽtro orthogonaliter ſecantes, qui per b c d e ſignent. Tracta chorda, cuius ſagitta ſit ſemidiameter circuli hexagono circũſcripti, q̃ ſigna p f g h. Trahe deinde lineã per a pũctũ, & per lineã g h, ut habeas ſemidiametrũ circuli circũſcripti hexagono iſoperimetro, quę ſit a i k. Deinde nota exceſſum c b prioris figuræ, ſuper a b iſtius: et eo in lineã per a tractã notato, anterioreſ, qui ſit l a: & rectã de l ſup a d orthogonaliter ducito poſito m ſigno in cõtactu. Et q̃ a l k ſecũdũ poſitionem lateris trigoni circulo inſcripti eſt nota, ſimiliter a k eſt nota: erit l a & a g nota. Habet autẽ ſe l a ad a m, ſicut a i ad a g: et ſicut l a ad i, ita m a ad a g. Inueniatur igit̃ numerus, qui ſe habeat in aliqua habitudine ad l a notũ, ita q̃ in ea dẽ habitudine ſit alius ſe habens ad a g notũ taliter, q̃ l a cũ hoc numero inuẽto de b c ſubtracto, idẽ remaneat cũ eo quod remanet ſubtracto a g cũ alio numero de a b, & numeraſti ſemidiametrũ circuli. Lateris igitur trigoni tripla & ſemidiametri dupla habitudine cõſiderata, ut ſic propinquitate ſubtili habitudinem diametri ad circumferentiam attingas.



Annotationes omniſancti.

1 Paule optime, pauca quædã cõplemẽta de Arithmeticis habitudinib. ¶ Quanto polygonia plura habuerit latera, tanto angulus ſub prima & ſecunda polygoniæ contentus, minor erit. Cum uerò quis ad ultimam peruenerit polygoniam, circulum dico: tunc ad ultimum & minimum angulum ſimiliter peruenifſe dubitat nullus, ubi angulus & linea coincidunt, per quam coincidentiam ad circulum peruenitur iſoperimetrũ. Et in omni polygonia hæc coincidentia neceſſaria eſt, ſi ad

ſi ad circulũ iſoperimetrũ uelit quis peruenire. In cuius rei cõſideratione, uenaſ Cuſa ad cõplementũ Arithmeticæ, quod maximè (ut ait) cõſiſtit in habitudinis cognitione chordę ad arcũ. Archimedes enim in de quadratura circuli dicit, circũferentiã circuli ad diametrũ longitudine minorẽ ſeruare proportionẽ, tripla ſeſquiſeptima: maiorẽ uerò, tripla ſuperdecuptiente ſeptuageſimas primas. Numerata diametri lõgitudine, coſtæ longitudinẽ numerare eſt impoſsibile p̃ tertiã partẽ 7. decimi Euclidis: eò q̃ numeri ſupficierũ quadratarũ diametri & coſtę adinuicẽ non ſe habẽt, ut numerus quadratꝰ ad numerũ quadratũ. Ideoq̃ uno numerato, alterũ innumerabile eſſe eſt ne ceſſe. Atqa numeri ſuperficierũ quadratarũ noti ſunt: ideò pertingitur ad numerum cuius radicẽ numerari ſi poſſet, cognoſceretur numerus lõgitudinis coſtæ, & in iſto numero ſupficiei quadratæ, latitat præciſio numeri lõgitudinis coſtę. Qua de re intẽtio ipſius de Cuſa nõ eſt, præciſum numerũ innumerabiliũ lõgitudinũ linearũ attingere: ſed ſolũ ubi latitet præciſio illa aperire per notas lineas, ut ſic intellectus cognito in quo præciſio latitet, quieſcat. Similiter diametrus ad circũferentiã lõgitudine eſt incõmenſurabilis (ut dictũ eſt in principio Geometricarũ trãſmutationũ, & in primo p̃miſſo earũdẽ) tamẽ ubi latitet p̃ciſio, p̃ lineas notas aperire, p̃ponit de Cuſa. Ideoq̃ notanter in calce libri, ubi præciſionẽ habitudinis lõgitudinis circũferentię ad diametrũ dat, nõ præciſionẽ abſolutè dicit, ſed p̃pinquitatẽ ſubtilẽ uocat. Ne quis puter igit̃ ipſum de Cuſa uelle reducere arcꝰ & chordas ad numerũ, ſic quòd poſsint inuicẽ eſſe cõmẽſurabiles lõgitudines: ſed ſolũ quandã propinquitatẽ ſubtilẽ (modo quo iam diximus) attingere proponit. Et in hoc tetigimus principalẽ libri intelligentiam.

2 Verũ ſi hoc ſciri poterit, artẽ ex iã traditis ſic uenari poſſe cõjicio, &c.

¶ Figuræ hypotheſis quã hic ſupponit de Cuſa hæc eſt. Deſcribant̃ duo quadrantes ſup centrũ e, & ſemidiametrus maioris ſit ſemidiametrus circuli trigono æquilatero circũſcripti, cũ exceſſu quo excedit ſemidiametrũ circuli eidem trigono inſcripti, & ſit e d, erit enim e d æqualis rectæ ductæ ab anulo trigoni ad mediũ latus angulo oppoſitũ. Rurſus minoris quadrantis ſemidiametrus, ſit ut ſemidiametrus circuli hexagono iſoperimetro circũſcripti, cũ exceſſu quo excedit ſemidiametrũ circuli eidẽ hexagono inſcripti, & ſit e f. Deinde in maiori quadrãte trahat̃ chorda, cuius ſagitta æqualis ſit ſemidiametro circuli trigono circũſcripti. Sit igit̃ chorda g h, & ſit g d ut ſemidiametrus circuli trigono circunſcripti. Vnde e g, erit pars tertia de e d. Nã g d eſt ſecũda trigoni, q̃ ad primã lõgitudine dupla eſt, & ipſa prima eſt ſemidiametrus circuli trigono inſcripti: ideoq̃ e g æqualis erit primæ trigoni, & etiã æqualis ſagittę; cum ſagitta & prima ſint æquales. Quę omnia patẽt, per iam dicta in annotationib. primi præmiſſi tranſmutationũ Geometricarũ. Rurſus in minori quadrante traho chordã e k, ſic quòd ſagitta ſcilicet e f, ſit ut ſemidiametrus circuli hexagono iſoperimetro circũſcripti: & ſic e erit ut ſagitta hexagoni, ſiue exceſſus ſecundę ſuper primam, uel exceſſus ſemidiametri circuli hexagono circunſcripti ſuper ſemidiametrum circuli eidem circulo inſcripti, quod idem eſt. Vnde loco circunlocutionis iſtius prolixę, ſcilicet ſemidiameter circuli polygoniæ circunſcriptæ, cum exceſſu quo excedit ſemidiametrum circuli eidem polygoniæ inſcripti, utemur breuiore, ſcilicet ſecunda polygoniæ cum ſagitta, quod idem eſt. Rurſus à



centro

http://www.obrascatolicas.com

centro e, per chordas ducatur recta e n l. Hæc est hypothesis. Dicit, si quadratum d g quæ est secunda trigoni sit 4. erit quadratum c f, lateris hexagoni isoperimetri 3. Nam c f est media teras lateris trigoni, quæ est etiam secunda hexagoni. Est enim secunda hexagoni, æqualis lateri ipsius hexagoni, ut prius dictum est: eritq; d g ad c f potestate, ut 4. ad 3. Patet sic: nam d g ad g e lõgitudine: est dupla. Igitur si d g sit potestate 4. erit e g unum. Et potestate primæ cuiuscunq; polygoniæ subtracta à potestate secũdæ, residuũ est potestas semilateris polygoniæ: eo quòd prima, secũda, & semilatus in omnib. polygonijs orthogoniũ cõstituunt, & secunda semper angulo recto opponitur, ideò maior ut satis. cõstat. Igitur subtracta potestate e g, à potestate d g: erit residuũ 3. Et tanta erit potestas semilateris trigoni, quod æquale est c f: & sic c f potestate erit ut 3. erit similiter e d potestate nouẽ. Nam (ut dictũ est) e d ad d g lõgitudine, se habet ut 3. ad 2. igitur potestate ut 9. ad 4. Inde dicit de Cusa, e d notam esse, ut c f: sic enim erit e f nota. Nã cum e c sit sagitta hexagoni: erit e f ad c f minus e c, siue minus sagitta, ut secũda hexagoni ad primã: quæ secũda ad primã se habet, ut secũda trigoni ad suum semilatus, est enim secũda hexagoni ad semilatus, lõgitudine dupla. Quòd si secũda sit potestate 4. erit semilatus potestate unũ: quæ potestas si à secũdæ potestate subtrahatur, residuũ erit 3. & tanta erit potestas primæ. Vnde sicut secũda trigoni ad semilatus potestate sesquitertia est: ita secũda hexagoni ad primã ipsius hexagoni, est sesquitertia potestate. Inueniantur igitur radices primæ & secũdæ. Numerata enim una illarũ, radix alterius solũ propinquè haberi poterit, oũ sint inuicẽ longitudine incõmẽsurabiles. Habitis ꝓpinquè radicib. tũc radix minoris scilicet primæ, a radice maioris scilicet secũdę subtrahatur, & residuũ erit sagitta, quę æquatur e c. Duplet igitur residuũ, & fiet numerus lõgitudinis e f, & sic f solũ ꝓpinquæ nota fieri potest. Videtq; intellectus præcisionẽ latere in radicib. superficierũ quadratarũ primæ & secũdę hexagoni, quæ superficies sunt notę. Similiter si c f numeretur, solũ e d ꝓpinquè nota erit: cum sint inuicẽ longitudine incõmensurabiles. Quòd autẽ trianguli e g l & e c n sint æquianguli, satis cõstat: quia g h & c k supponũtur esse æquidistantes, anguli e l g & e c n æquales erunt, per secundã partẽ 29. primi Euclidis. Eodẽmodo æquales erunt anguli e g l & e c n. Igitur per 4. sexti Euclidis, latera relatiua erunt proportionalia. Vnde sicut g e ad c e: ita l e ad n e. Et permutatim sicut g e ad e l ita c e ad e n.

3 Inueniantur duæ quantitates, quarum maior se habeat ad e g sicut, &c.

¶ Hic docet de Cusa, semidiametrũ circuli isoperimetri cuiuscũq; polygonię, in quã titate continua inuenire. Nam quod de hexagono hic exprimit, de omni polygonia ad trigonũ collata intelligit. Si illæ duæ quãtitates reperiri ualeant, sic reperiri poterunt. Inuento per præmissum, ad trigonũ semidiametrum circuli isoperimetri, signo æqualẽ in d e, & sit d i. Facto e cẽtro, circũduco e i quousq; secet g h. & punctũ sectionis per l signo, traho e n l. Dico e l & e n esse quantitates quæsitas: cõtinuò e l usq; maiorem arcum, & fiat e o m, & habebitur intentũ. Quòd autem e l & e n, sint quantitatis quæsitæ, patet: Nam nulla præter e l potest subtrahi de e d, sic quòd residuũ æquale sit semidiametro circuli isoperimetri polygoniæ trigonæ per hypothesim. Nã si maior subtrahatur; residuum minus erit d i: si minor, residuum erit maius. Quare nec maior nec minor e l, potest subtrahi modo præmisso. Rursus nulla alia ꝓ e n ie potest habere ad e c, sicut l e ad e g: l igitur e l. & e n, erunt quantitates quæsitæ. Et ex consequenti n o æqualis erit l m, cum e m æqualis sit e d, & e o æqualis e f, per definitionem circuli. Et illud aperte supponit de Cusa, ut ex sequentibus fiet manifestũ. Vnde sicut l m, erit semidiametrus circuli isoperimetri polygoniæ trigonæ: ita n o polygoniæ hexagonæ. Ideoquè æquales esse necesse est, cum polygoniæ supponantur isoperimetræ. Sequitur.

¶ Quia habitudo peripherię polygoniæ ad e est nota, & habitudo semidiametri circuli isoperimetri ad d e est nota. ¶ Illud intelligendũ est potestate, ut dictũ est in primo præmisso Geometricarũ trãsmutationũ. Longitudine uerò, solũ propinquè erit habitudo diametri ad circũferentiã omni scibili nota: propinquè quidẽ, si habitudo longitudi-

lõgitudinẽ respiciat: præcisè, si potestatẽ. Vt scias (inquit) id qd quæris per potestates circũferẽtię et diametri, qd numerus lõgitudinis nõ attingit, ut ignorantiã ac defectũ rationis numerãtis, uideat intellectus. Videt quippe ubi præcisio (numero tamẽ inattingibilis) latitet, per potestatem diametri numerata circũferẽtia: aut per potestatẽ circumferentiæ, numerata diametro. Ideoq; solùm propinqua erit ista præcisio.

4 Palàm ex his, posse omnem habitudinẽ quarũcũq; chordarũ ad arcũ.

¶ Intendit de Cusa ostendere in omni polygonia sicut in hexagono, secundã polygoniæ quæ dicitur semidiametrus circuli circũscripti polygoniæ, & semidiametrũ circuli isoperimetri ꝓpinquè notas. Ex quo pendet cognitio habitudinis arcus ad chordam, quorũcunq; graduũ. Et per hanc figurã, solum datur modus inueniendi primas & secũdas polygoniarũ à trigono. Et ibi supponit diuisionem arcus in quotlibet partes, per secundũ præmissum Geometricarum declaratam. Vt quia arcus s d t est pars octaua circũferentiæ circuli: ideò chorda ei subtensa, latus erit octogoni eidẽ circulo inscribendi, & g u s erit orthogonius octogoni, cui g y x similis est. Vnde sicut g u ad u s: ita g y ad y x. Erit igitur g y prima octogoni, cuius semilatus erit ut y x: & eodem modo de g x dicatur, quæ erit secunda. & hæc de se nota sunt.

5 Post hæc describe quadrãtes duos ut statim præmisi, præcisè faciẽdo.

¶ Postq; artem dedit inueniendi primas & secundas polygoniarum isoperimetrarũ: hic docet describere duos quadrãtes, eo modo quo descripti sunt superius in annorationibus sub nota 2. statuendo loco hexagoni octogonum, aut alia quæuis polygonia. Litera de se plana est.

6 Trahe deinde lineam de e ad circũferentias, cuius portiones inter, &c.

¶ Hic docet quomodo unaquęq; secunda polygoniæ, ad secundã trigoni isoperimetri, fit propinquè nota (præcisè enim omnes notas facere est impossibile) et ex consequenti, ad semidiametrum circuli isoperimetri. Trahe (inquit) lineam de e ad circumferentias, cuius portiones inter arcus & suas chordas æquẽtur: quas supponit l m & n o & unamquãq; supponit similiter semidiametrũ circuli isoperimetri polygoniæ trigonæ & octogonæ. Iuxta illud qd prius dixit sub nota 3. de inuentione duarũ quantitatũ, quarum maior se habeat ad e g, sicut minor ad e c; sic quòd sub tracta maiore de e d, & minore de e f, remanẽtia sint æqualia. Vnde uti expressimus de trigono & hexagono: ita hic de trigono & octogono exprimi potest. Erunt quippe hę duæ quãtitates l e & n e, si l m supponatur, semidiameter circuli isoperimetri, aut si l m & n o supponãtur æquales, quòd idẽ est quoad intẽtum. Et hoc uniuersaliter de omnib. polygonijs trigono applicatis, uult intelligi. Sequitur. ¶ Deinde inquire, ut e f ubi nota fiat. Nota est e d ut præmittit. nota est x y: quæ



3. decima sexta peripheriæ polygoniæ trigonæ, & nota est l m cui æquatur n o. Nota est e l, & e g. Hæc ille.

¶ Aduerte quomodo e l & e g notæ sint: est enim e g (ut dictũ est) pars tertia de e d, & numerato latere trigoni e d, solũ ꝓpinquè nota est: quæ e d lõgitudine est incõmensurabilis ad latus trigoni, ut mõstratũ est in 1. præmisso trãsmutationũ Geometricarum. Et latus trigoni ad e d potentia siue potestate est sesquitertiũ, per 11. decimiquarti Euclidis. Idẽtidẽ d g quæ est secunda trigoni, ad latus trigoni longitudine incommensurabilis erit (cum sit ut 2. tertiæ de d e) sed potestate commensurabilis: se enim habet potestate;

http://www.obrascatolicas.com

poteſtate, ut 4. ad 12. Et ſimiliter per ea quæ dicta ſunt in annotationib. primi præmiſſi Geometricarum tranſmutationum, l m potentia eſt commenſurabilis peripheriæ trigoni. Vnde ſecundum portionem lateris trigoni: e m & l m poteſtia ad ipſum latus commenſurabiles erunt. Si igitur propinquè radix poteſtatis l m, & radix poteſtatis l m inueniantur, quibus inuentis ſub trahatur radix poteſtatis l m à radice poteſtatis e m: reſiduũ erit e l. Sicq; e l ſolũ propinquè nota erit, longitudine & poteſtate: quia longitudine et poteſtate incõmenſurabilis eſt e m, per 73. decimi Euclidis, eo quòd e m & l m ſolũ poteſtate ſint cõmenſurabilis. Ex hoc liquet, quomodo de Cuſa ſolũ notã ppinquè e l intellexerit. Quia igitur e l & e g, ſunt propinquè notæ: ideò & eorum habitudo propinquè nota erit, & ex conſequẽti, habitudo e n ad e c: cũ e n ad e c, ſit ſicut e l ad e g. Sequitur ¶ cũ ergo n o nota ſit, inquiramꝰ e n: & ſupponatur eſſe quæcũq; quãtitas. Per cuius ſuppoſitionẽ, neceſſariò erit ſecundũ notã habitudinem, ſcilicet e l ad e g, nota quantitas e c. Et ſi uera eſt quãtitas e n quam ſuppoſui, hoc eſt ſi uerus eſt numerus longitudinis e m, ſic examino e f. Secundũ ſuppoſitionẽ eo nota erit: hoc eſt ſecũdùm ſuppoſitionẽ numeri lõgitudinis e n, erit etiã notus numerus lõgitudinis e o, cum n o nota ſit. Si igitur numerus longitudinis addatur numero longitudinis e n: fiet numerus longitudinis e o, ſaltẽ propinquè: ſimiliter nota erit e f, quia æqualis e o. Et ſecundũ ſuppoſitionẽ numeri lõgitudinis e n, eſt nota e c. Sub trahatur numerus propinquus lõgitudinis e c de e f, quæ propinquè nota eſt, & reſiduũ erit c f. Ex quo ſequitur, quòd quadratus de c f propinquè notus erit: ſicut & numerus longitudinis, à quo quadrato ſi ſub trahat quadratus x y ſemilateris octogoni, qui quadratus ſimpliciter notus eſt, reſiduũ erit, ppinquus quadratus g y, per 46. primi Euclidis. Et ſic iterũ numerus lõgitudinis propinquus de g y notꝰ erit, qui ſub tractus à numero lõgitudinis propinquè noto de g x, ſiue c f quod idem eſt: reſiduũ erit numerus ppinquus lõgitudinis z y, qui ſi ſit æqualis propinquo numero longitudinis e c, recte ſupponebatur. Si non corrigatur error, augendo ſcilicet aut minuendo numerum longitudinis e n: & ſurget quæſitũ, ſcilicet cognitio numeri longitudinis e f, & ex cõſequenti ex c f. Quia enim e c eſt exceſſus g x ſecũdæ octogoni ſuper g y primã: erit e c æqualis z y. Et ideò e c ſangitta eſt enim e f ut g y cum duabus ſagittis. Manifeſtũ eſt, quomodo propinquè notæ erũt g x ſiue c f quod idem eſt, & n o ſemidiametrus circuli iſoperimetri. Et de ſe nota eſt x y, quia 1. decimaſexta peripheriæ trigoni. Et cũ iſtæ ſcilicet ſecunda polygoniæ & ſemidiametrus circuli iſoperimetri, attingi eodẽ modo poſſint in cæteris polygonijs, ut de octogono iam expreſſum eſt; ſubiungit de Cuſa ex hoc habitudinem chordæ ad arcum, dicens:



7 Tali uia omnes chordæ notæ erunt, &.

¶ Subaudi ad ſuos arcus ſaltem propinquè. ¶ Quod ueteres ſummo ſtudio quærentes, attingere non potuerunt. Omnes hactenus præciſionem chordæ gradus unius, duorum, quatuor, octo, & ſic deinceps ut noſti, ſe ignoraſſe fatentur.

¶ Saltem ubi præciſio latitaret. Vbi enim latitet (ſi uera ſint quæ dicta ſunt de habitudine ſemidiametri circuli iſoperimetri ad circumferentiam) aperte demonſtrat de Cuſa: eò quòd demonſtrat, ubi latite numerus longitudinis ſecundarum polygoniarum & ſemidiametrorum circulorum iſoperimetrorum, cum hoc quòd numerus lateris ſit ſemper notus, quia pars aliquota peripheriæ trigoni notæ. Et ex conſequenti demonſtrat præciſionem prõpinquam, chordæ ad arcum ſic Deſcribo ſemicirculum, cuius ſemidiameter ſit ut ſecunda octogoni, ſcilicet ut g p uel c f. Traho latus octogoni f g: erit f g chorda 45. graduum, ut dictum eſt. Si habitudinem uoluero perquirere f g chordæ ad f c g arcum, ſic perquiro: Inuenio per præmiſſa ſemidiametrum circuli iſoperimetri, & tractis à centro n, rectis n f, & n g, ſigno



ſigno in n f æqualem ſemidiametro circuli iſoperimetri, quæ ſit n o. Et ex n o, deſcribo arcum o r p. Et traho o p, erunt arcus f c g & o r p ſimiles, per definitionem ſimilium arcuum: cum eundem capiant angulum, ſcilicet f n g. Igitur ſicut f c g eſt pars octaua circumferentię ſui circuli; ita o r p, ſicq; o p erit latus octogoni inſcribendi circuli, cuius n o ſemidiameter erit. Rurſus ex iam dictis in de Geometricis tranſmutationibus, conſtat circumferentiam circuli n f, ſe habere ad circumferentiam circuli n o, ſicut n f ad n o. Et ex conſequenti, quælibet pars circumferẽtiæ circuli n f, ad quamlibet partem relatiuam circumferentiæ circuli n o: erit ſicut n f ad n o. Vnde arcus f c g, ad arcum o r p ſe habebit, ut n f ad n o. Et eſt notum, f g ad o p ſibi æquidiſtantem ſe habere, ſicut n f ad n o, per 4. ſexti Euclidis: cum trianguli ſint æquianguli, ut de ſe notum eſt, per ſecundam partem 29. primi Euclidis. Igitur per 11. quinti Euclidis, f c g ad o r p, & f g ad o p: erunt proportiones æquales, quia uni ſcilicet f n ad n o, ſunt æquales. Et quia ſicut f c g ad o r p: ita f g ad o p, erit permutatim f c g ad f g, ſicut o r p ad o p. Ex his conſtat proportiones ſimilium arcuum ad chordas, æquales eſſe. Rurſus quia n o eſt ſemidiametrus circuli iſoperimetri octogono, cuius latus erit ut f g: erit recta f g, æqualis arcui o r p. Igitur per 9. quinti Euclidis, ſicut o p ad o r p: ita o p ad rectam f g. Sed o p ad f g ſe habet, ſicut n o ad n f. Quo fit, ut ſicut ſe habet ſemidiametrus circuli iſoperimetri ad ſecundam ipſius polygoniæ, ita latus ipſius polygoniæ (pro chorda poſitum) ad arcum. Nam ſicut o p ad o r p: ita f g ad f c g (ut dictum eſt) ratione ſimilium arcuum & chordarum. Conſtat igitur, f g chordam ad arcum f c g ſe habere, ſicut n o ad n f. Sed n o eſt nota, ſimiliter n f eſt nota, per iam dicta: igitur & habitudo n o ad n f, nota erit: ſimiliter & habitudo f g, ad f c g, cum f g ſimpliciter ſit nota. Et ita de quibuſcunq; chordis aliquot graduum dicendum eſt. Quod autem ſubiungit de cognitione habitudinis laterum & angulorum ignoti trianguli, per ſcientiam habitudinis arcuum & chordarum, ſic patet. Si enim ipſius trianguli latus fuerit chorda, & habitudo ad arcum nota ſit: facillimè & latera trianguli cognoſci poterunt. Supponatur hic triangulus eſſe iſoſcheles. Vt ſi ſit deſcriptus triangulus a b c in ſemicirculo, & habitudo arcus b d c, ad b c chordam nota ſit. Cum habitudo arcus b d c ad b c chordam ſupponatur nota: erit etiam notum, quot graduũ b c chorda erit, ſaltem propinquè. Et per iam dicta habitudo ſemidiametri ad circumferentiam nota eſt: quare etiam erit nota ad partem uel partes aliquotas ipſius circumferentiæ. Et ex conſequenti a b habitudo ad b d c arcum & ad b c chordam, nota erit. Et ita de omnibus dicendum eſt: cum habitudo arcus ad chordam ſupponitur nota, erit tunc habitudo laterum nota. Quomodo uerò habitudo angulorum fiat nota, dicendum eſt. Quia propinquè notum eſt, quot graduum ſit chorda b c: erit habitudo arcus b d c ad arcum quadrantis eiuſdem circularis nota. Et quæ habitudo inter eos: eadem erit & angulorum quos capiunt, per ultimam ſexti Euclidis. Vnde habitudo b a c ad angulum rectum, nota erit. Rurſus uideatur exceſſus duorum angulorum rectorum, ſuper angulum b a c: & ipſe exceſſus in duo æqua diuidatur, erit medietas talis exceſſus æqualis angulo a c b, uel a b c, qui ſunt æquales per 5. primi Euclidis: eò quòd a b & a c, latera æqualia ſunt. Patet igitur propoſitum.



Præſuppoſita

http://www.obrascatolicas.com

Præsuppositа figura, quæ de trigono in primo præsupposito præmittitur, alium describo super a centro cuius, semidiameter, &c.

¶ Prius sub nota 2. docuit semidiametrum circuli in quantitate continua inuenire: hic iam docet & in quantitate discreta. Sequitur.



Deinde nota excessum c b prioris figuræ, scilicet trigoni (quæ est latus ipsius trigoni) super a b istius, quæ est secunda hexagoni cum sagitta. Vnde cum b c sit æqualis duabus secundis hexagoni isoperimetri: si subtrahatur a b de b c, residuum erit prima hexagoni, nã subtrahitur una secunda cum sagitta hexagoni, à duabus secundis. Igitur excessus b c lateris trigoni super a b, est ut prima hexagoni ut est a l. Vnde k l æqualis est a g quæ erũt notæ propinquæ: cum a k & a l notæ sint in quadratis & propinquæ in longitudine, ut prius dictũ est. Quòd l a ad a m se habeat sicut a i ad a g est, notũ (ratione orthogoniorũ similium) per 4 sexti Euclidis. Sequitur.

¶ Inueniatur igitur numerus, qui se habeat in aliquia habitudine ad numerum longitudinis l a propinquè notum, ita quòd in eadem habitudine sit: alius se habens ad numerum longitudinis a g propinquè notum taliter, quòd l a cum hoc numero inuento, de b c latere trigoni subtracto, idem remaneat quod remanet subtracto a g, cum alio numero de a b, & numerasti semidiametrum circuli. Et quodammodo hæc inuentio primæ respondet, sub notis 2. & 3. Quamuis difficile tales numeros inuenire sit, tamen possibile. Sequitur.



¶ Vt sic propinquitate subtili habitudinẽ diametri ad circumferentiam attingas longitudine: considerata tamen habitudine lateris trigoni tripla, & semidiametri dupla: hoc est, considerata habitudine lineæ ad latus trigoni tripla, quæ erit ut circumferentia circuli, & habitudine lineæ rectæ ad semidiametrũ dupla. Ex his quæ dicta sunt elicitur, quòd addenda ex sagitta primis polygoniarum, pro semidiametro circuli isoperimetri: ad sagitam eandem tenet habitudinem in omnibus polygonijs: hoc est cognita habitudine portionis sagittę addendæ primæ polygoniæ, pro semidiametro circuli isoperimetri ad ipsam sagittam: eandem tenebũt portiones sagittarum ad ipsas sagittas. Patet resumatur figura sub nota quinarij. Dictum est quòd sicut l e ad e g: ita n e ad e c: & quòd l m & n o sunt æquales, & ut semidiametri circuli isoperimetri polygoniæ & octogonę. Rursus dictũ est e g esse excessum siue sagittam trigoni, similiter e c esse sagittam octogoni. Describo duas rectas seorsum, quarum maior sit e m, æqualis e m in figura, minor uerò e o, æqualis etiam e o in figura. Erit e m æqualis e d. In ea signo æqualem e g sub eisdẽ literis, & æqualem e l sub eisdem literis: erit l m ut semidiametrus circuli isoperimetri. Rursus in e o signo æqualẽs e c & e n sub eisdem literis: erit o n æqualis l m. Deinde signo in o c æqualem e c, & sit q c: erit o q prima octogoni, & o c secunda. Quare cum





c q sit sagitta: erit q n additũ ex sagitta primæ octogoni scilicet o q, pro semidiametro circuli isoperimetri. Eodem modo g a e g sagitta est trigoni, si signauero æqualem in m g secũda, quæ sit p g: erit m p prima trigoni. Et g a p g sagitta est trigoni (g a excessus est m g secundæ super m p primam) erit p l additum ex sagitta primę trigoni pro semidiametro circuli isoperimetri. Vnde dico, n q ad c q seruare illam proportionem, quam l p ad g p seruat. Patet sic: nam (ut dictum est) sicut l e ad e g: ita n e ad e c. Et permutatim sicut l e ad n e: ita e g ad e c. Sed quia e g abscisum de se ad e c abscisũ den e, se habet sicut l e totũ ad e n totum: ideò per 19. quinti Euclidis, l g residuũ ad n c residuum, erit sicut l e totum ad n e totum. Et ex consequenti per 11 quinti Euclidis, istæ proportiones erunt æquales, scilicet l g ad n c, & e g ad e c: quia uni sunt æquales, scilicet l e ad n e. Rursus quia l g abscisum de g p, ad n c abscisum de c q, se habet sicut g p, quæ est æqualis e g, ad c q æqualem e c, tanquam totum ad totum: ideò per 19 quinti Euclidis, l p residuum ad n q residuum erit, sicut g p totum ad c q totum. Quare iterum hę proportiones equales erũt, per 11. quinti Euclidis: scilicet l g ad n c, & l p ad n q: quia uni sunt æquales, scilicet g p ad c q. Manifestum est igitur, sicut l p ad n q: ita p g ad q c. Et permutatim sicut p l ad p g: ita q n ad q c, quod fuit probandum. Et ita de omnibus polygonijs isoperimetris trigono, modo quo supra applicatis ut octogono, dicendum est. Rursum quia de Cusa in hoc libello uidetur supponere, circumferentiam circuli per suam resolutionem ad diametrum, longitudine minorem seruare proportionem tripla sesquiseptima, maiorem uerò tripla superdecupertiente septuagesimas primas, secundum propinquitatẽ Archimedis, quæ uera est: ideò si libet eã examinemus. Quòd si ita sit, inde sequitur: si ponatur circumferentia circuli longitudine 22. erit diametrus longitudine maior 7. quòd si ponatur 22½. erit diametrus lõgitudine minor 7. His præhabitis, sic primo de proportione tripla sesquiseptima: eã examinemus. Sit descriptus triangulus æquilaterus b d c, & cẽtrum sit a. Traho primã trigoni a f, scilicet quæ à centro ad medium lateris educitur: similiter traho a b secundã. Deinde diuido b f in duo equa, in pũcto e. Traho a e, continuo eã usq; h et sit a h ad a e sesquiquarta lõgitudine: quæ erit per primũ pmissũ semidiametrus circuli isoperimetri. Ex ea igitur describo circulũ, qui erit trigono dato isoperimeter. Sint igitur tria latera trigoni lõgitudine simul 22. erit a h lõgitudine maior 3. cũ una secũda, ga a h bis debet esse maior 7. si tria latera trigoni ad ipsam diametrũ quæ erit a h bis, debeant



minorem seruare proportionẽ tripla sesquiseptima. Sicut igitur diametrus habet ses-

http://www.obrascatolicas.com

maior lõgitudine 7. ita h semidiametrus longitudine habet esse maior 3. cũ una secũda Quare potestate etiam erit maior 12. cum una quarta, qui est quadratus de 3. cũ una secunda. Rursus: si tria latera trigoni simul sint 22. erit b c longitudine 7. cum una tertia, & b f lõgitudine 3. cum 2. tertijs. Quare potestate erit 13. cum 4. nonis, cuius pars tertia est 4. cum 13. uicesimisseptimis, & tanta erit potestas de a f, cum b f ad a f sit potestate tripla. Nam a b ad a f, potestate quadrupla. Si igitur a b sit 4: erit a f unum potestate: & dempta potestate de a f, à potestate a b, remanebit potestas b f scilicet 3. Erit igitur b f ad a f potestate tripla, & hæc sæpe dicta sunt. Rursus pars quarta de 13. cum 4. nonis, est 3. cum 13. tricesimisextis, & tanta erit potestas de e f. Nam sicut b f ad e f potestate est quadrupla (cum sit longitudine dupla) ita 13. cum 4. nonis ad 3. cũ 13. tricesimisextis. Iungo potestatem a f cum potestate e f, hoc est 4. cum 13. uicesimisseptimis ad 3 cum 13. tricesimisextis: & ut breuiter fiat, reperio numerum 108. qui à 36. & à 27. numeratur. Nam quater 27. faciunt 108: similiter ter 36. faciunt 108. Multiplico 13. per 4. & fiunt 52: unde 52. centesimæoctauæ, æquales sunt 13. uicesimisseptimis. Rursus multiplico 13. per 3. & fiunt 39. unde 39. centesimæoctauæ, sunt æquales 13. tricesimisextis. Iungo 39 centesimasoctauas ad 52. centesimasoctauas, & erunt 91. centesimæoctauæ: unde 91. centesimæoctauæ, æquales erunt 13. tricesimisextis & 13. uicesimisseptimis simul. Et sic 3. cum 13. tricesimisextis, & 4. cum 13. uicesimisseptimis simul, facient 7. cum 91. centesimisoctauis: & tanta erit potestas de a e, per 46. primi Euclidis. Sic cum a h ad a e sit longitudine ut 5. ad 4: potestate erit ut 25. ad 16. Inuenio 1. sextamdecimam de 7. cum 91. centesimisoctauis. Primò reduco 7. ad fractiones, multiplicando 7. per 108: & fiunt 756. centesimæoctauæ. Quibus addo 91. centesimasoctauas, & erunt 847. centesimæoctauæ, & tanta erit potestas de a e: cum 7. cum 91. centesimis octauis sint ut 847. centesimæoctauæ, cuius decimasexta erit 52. centesimæoctauæ, cum 15. decimissextis ex 1. centesimaoctaua. Multiplico per 25. 52. centesimasoctauas: & fiunt 1300. centesimæoctauæ. Deinde multiplico 15. decimassextas ex 1. centesimaoctaua, per 25: erunt 375. decimæsextæ ex 1. centesimaoctaua. Quæ reductæ ad fractiones integrarum unitatum, eas per 16. diuidendo: erunt plusquam 23. centesimæoctauæ: quæ additæ ad 1300. centesimasoctauas, erunt 1323. centesimæoctauæ. Vnde 1323. centesimæoctauæ, sunt minus quàm 25. decimæsextæ de 847. centesimisoctauis. Quare a h potestate maior erit, 1323. centesimisoctauis. Reductæ ad unitates, eas per 108. diuidendo: erunt 12. cum 27. centesimisoctauis, siue 12. cum 1. quarta, quod idem est. Constat igitur a h potestate maiorem esse 12. cum 1. quarta. Quare longitudine maior erit 3. cum 1. secunda, cuius quadratus est 12. cum 1. quarta: & ex consequenti, a h bis longitudine maior erit 7. Quare circumferentia trigoni posita æqualis circumferentiæ circuli, ad diametrum, scilicet a h bis, minorem seruabit proportionem, quàm 22. ad 47. & sic proportio minor est quàm tripla sesquiseptima. Restat iam uidere an seruet maiorem, tripla superdecupertiente septuagesimas primas. Sint igitur tria latera trigoni longitudine simul 223: erit a h bis longitudine minus quàm 71. & a h erit longitudine minus quàm 35. cum 1. secunda: cuius quadratus, est 1260. cum 1. quarta. Erit igitur a h potestate minor 1260. cum 1. quarta sit tria latera trigoni simul, longitudine sint 223. & debeant seruare ad diametrum circuli isoperimetri maiorem longitudine proportionem, tripla superdecupertiente septuagesimas primas, & ideò maiorẽ q̃ 223. ad 71. Rursus si tria latera lõgitudine sint 223: erit b c latus lõgitudine 74. & 1. tertia: & b f erit 37. cũ 1. sexta erit longitudine, potestate uerò 1381. cũ 13. tricesimisextis, est quadratus de 37. cum 1. sexta. Et tertia pars de 1381. cum 13. tricesimisextis, est 460. cum 16. tricesimisextis, & 1. tertia ex 1. tricesimasexta, & tanta erit potestas de a f cum b f ad a f: potestate sit tripla. Pars uerò quarta de 1381. cum 13. tricesimisextis, est 345. cum 12. tricesimisextis & 1. quarta ex 1. tricesimasexta, & tanta erit potestas de e f: cum b f ad e f, potestate sit quadrupla. Iungo potestati e f scilicet 345. cũ 12. tricesimisextis & 1. quarta ex 1. tricesimasexta, potestatem a f scilicet 460. cum 16. tricesimisextis & 1. tertia ex 1. tricesimasexta: & erunt



& erunt 805. cum 28. tricesimisextis et 7. duodecimis ex 1. tricesimasexta, & tanta erit potestas de a e per 46. primi Euclidis. Rursus 1. decimasexta de 805. cum 28. tricesimisextis, est minor 50. cum 14. tricesimisextis: quæ ducta in 25. primo 50. ductus in 25. facit 1250. & 14. tricesimæsextæ ductæ in 25. faciunt 350. tricesimasextas: quæ reductæ ad unitates, eas per 36. diuidendo, facient 9. cum 26. tricesimisextis: & si addantur ad 1250. erunt 1259. cum 26. tricesimisextis. Vnde 1259. cum 26. tricesimisextis, facient plusquam 25. decimassextas de a e, siue de 805. cum 28. tricesimisextis & 7. duodecimis ex 1. tricesimasexta. Et ex consequenti, a h erit potestate minor 1259. cum 26. tricesimisextis: & similiter longitudine minor erit 35. cum 1. secunda, cuius quadratus est (ut dictum est) 1260. cum 1. quarta, & similiter a h bis longitudine minor erit 71. Patet igitur tria latera trigoni b c, posita ut circumferentia circuli, cuius a h est semidiameter: ad a h bis siue diametrum circuli, longitudine maiorem seruare proportionem, quam 223. ad 71. Quare maiorem tripla superdecupertiente septuagesimas primas. Et his talis elicitur proportio.

¶ Si semidiameter circuli isoperimetri trigono circulo inscripto, se habeat ad lineam à centro circuli (cui trigonus inscriptus est) ad quartam lateris trigoni ductam: in proportione sesquiquarta longitudine, circumferentia circuli ad diametrum minorem longitudine seruabit proportionem tripla sesquiseptima, maiorem uerò tripla superdecupertiente septuagesimas primas. Ex his etiam elicitur, quam propinquè hæc resolutio ad præcisam accedat: sic enim propè accedit, ut hactenus nullã tam propè accedentem legerimus. Primum enim quod ei obijcitur est, quod ponit circumferentiam ad diametrum potestate commensurabilem, quæ indubitanter est incommensurabilis potestate. Sed de his hactenus.

Libelli De Arithemeticis Complementis. Finis.

http://www.obrascatolicas.com

DE MATHEMATICIS COMPLEMENTIS. Beatiſsimo Papæ Nicolao quinto: Nicolaus de Cuſa Cardinalis tituli Sancti Petri ad uincula.

TAnta eſt poteſtas ſummi tui pontificatus Nicolae quinte, pater beatiſsime, ut per eos qui uim eius attentè conſiderauerunt, aſsimiletur potentiæ quadranti rotundum, & quadrum circulanti, quaſi maior illa dari non poſsit. Verum cum in te non tantùm primatus ſit clauis, & poteſtas ſcientiæ, ſupremæq; hierarchiæ Eccleſiæ, ſed uelut perfectus magiſter omnium ſcibilium ex tuo fœliciſsimo ingenio incomparabilis notitiæ eſſe iudiceris ab omnibus: id magnificentiſsimè effeciſti, ut omnium tàm Græcorum quàm Latinorũ ſcripta quæ reperiri queunt, tua mirifica diligentia in omnium noſtrũ notitiam accuratiſsimè peruenerint, ita ut etiam Geometrica non neglexeris, quæ ſanè omni honore digna à maioribus noſtris habita fuerunt. Tradidiſti enim mihi proximis diebus magni Archimedis Geometrica, Græcè tibi præſentata, & tuo ſtudio in Latinum conuerſa: quæ mihi tam admiranda uiſa ſunt, ut cura ipſa non niſi magna cum diligentia uerſari potuerim. Ex quo id effectum eſt, ut meo ſtudio & labore complemẽtum aliquod illis addiderim, quod tuę ſanctitati offerre decreui. Solum enim te dignum ſcio, ut quæ à ſæculo incognita remanſerunt, per te cunctis patefiant: & non tantùm ſcibilia, quæ ſemper circa quæſitam circuli quadraturam uerſari conſueuerunt, ſed & quæ in omni mathematica perfectione præſtant complementum, ex his ipſis meo iudicio perfectè conſequi poſsint.

1 Teſtimonio omnium qui ſe ad Geometrica cõtulerunt, nemo propinquiùs Archimede ad circuli peruenit quadraturam, qui uidens illam attingi non poſſe, niſi curua circularis linea in rectam reſoluatur: niſus eſt hanc artem mediante helica oſtendere. Sed quia proportio motus ſigni à centro per ſemidiametrum, ad motum in quo in eodem tempore aliud ſignum per circumferentiam mouetur (ſine qua helica deſcribi nequit) ſe habet ut ſemidiameter ad circumferentiam, quæ non eſt ſcita ſed quæritur: hinc uidetur ipſum defeciſſe. Faciliùs enim erit circulum quadrare, quàm helicam deſcribere, & contingentẽ eidem in fine circulationis applicare. Remanet igitur ex ijs quæ Archimedes reliquit, hæc ars adhuc penitus abſcondita. Ego autem quamuis multos in uanum laboraſſe in hac legerim indagatione, tentare cœpi, ſi fortè hæc difficultas poſsit medio coincidentiarum finem capere, uti in alijs ſcientijs: uim illam maximam eſſe comperi.

peri. Et uiſum eſt mihi, ꝙ data poſſibilitate quã paſsim omnes admittũt, facile poſsit huius ſcientia pariter & praxis, modo qui ſequitur adipiſci.

1 Primo aduertendum, quòd in figura multiangula ſeu polygonia, quæ habet ęqualia latera, pũctus unus æquidiſtãs à medio & fine laterũ, centrũ dicitur: & linea ab illo centro ducta ad medium lateris, eſt ſemidiameter circuli inſcripti eidem, & uocetur prima linea. Et alia linea ducta ab eodem centro ad finem lateris, ſeu angulum aliquem: eſt ſemidiameter circuli circũſcripti eidem, & uocetur ſecunda. Hæ duæ lineę in omni multiangula diuerſæ ſunt quantitatis: & tantò plus, quantò latus eius maius. Nam potentia ſecundę lineę, cõtinet potentiam primæ, & cum hoc potentiam medietatis lateris: quia latus trianguli orthogonij, quod opponitur angulo recto, ut oſtendit Euclides. Et quia prima figurarum rectilinearum eſt triangulus: hinc in eo in quantitate, prima & ſecunda lineæ differunt maximè. In circulo uerò coincidunt, quia ibi centrum æqualiter diſtat à circumferentia: medium enim & finis lateris coincidunt, & eſt utiq; angulus. Eſt autem prima linea in trigono breuiſsima, & ſecunda longiſsima. In eiuſdem peripheriæ tetragono, prima poſt primam trigoni breuiſsima: & ſic ſecunda poſt ſecundam trigoni longiſsima, & ita conſequenter. Et quoniã prima in tetragono tali, longior eſt prima in trigono: ſi ducitur prima in tetragono in medietatem peripherię, et ſimiliter prima in trigono in eandem medietatem diuerſas ſuperficies quę equantur polygonijs oriri conſtat. Vnde exceſſus ſuperficiei illius, quę ex prima tetragoni ducta in medietatem peripheriæ ſuper ſuperficiem quæ oritur exductu primę trigoni in eandẽ medietatẽ peripherię: eſt exceſſus capacitatis tetragoni ſupra capacitatem trigoni. Et ſic quidem in cunctis polygonijs, exceſſus primę lineę cuiuslibet ſuper primam trigoni iſoperimetri. deprehenditur exceſſus capacitatis ipſius polygonię, ſuper capacitatem trigoni.





3 Quanto autem differẽtia primę & ſecundę linearũ eſt minor: tanto exceſſus primę lineę polygonię ſuper primam trigoni maior. Et quia in circulo coincidunt prima & ſecunda: exceſſus ſemidiametri circuli iſoperimetri ſuper primã trigoni eſt maximus, & hinc circuli capacitas ſuper capacitatem

http://www.obrascatolicas.com

pacitatem trigoni maxima. Vnde linea una recta, quæ in trigono ad tria latera eſt extenſa, ut ſit illius ſuperficiei perimeter, in tetragono ad quatuor latera extenditur, ut ſit tetragoni perimeter, & adhuc plus in pentagono. Si autem maximè extenditur, ita quòd plus extendi non poſsit: erit tunc perimeter circuli. Ex his patet, quòd ſi trigonus eſt minimæ capacitatis, ubi prima & ſecunda lineæ maximè differunt, & circulus maximæ capacitatis, ubi prima & ſecunda lineæ coincidunt: erit ſic proportionabiliter in mediis polygoniis. Quare ſi ponitur exceſſus capacitatis ipſius circuli ſuper trigonum, ut eſt differentia primæ & ſecundæ lineæ in trigono: erit exceſſus capacitatis circuli ſuper tetragonum, ut differentia primæ & ſecundæ lineæ in tetragono, & ita conſequenter: cum ad maiorem exceſſum primæ lineę uniius, ſuper primam lineam alterius, ſequatur minor differentia primæ & ſecundæ in excedente, quàm ſit primę & ſecundæ in exceſſu. Ex quo facile dato exceſſu primæ in una aliqua ſuper primam trigoni, & differentia differentiarum primæ & ſecundæ illius capacioris, & primæ & ſecundæ trigoni: poteſt haberi ſemidiameter circuli iſoperimetri, cuius ſcilicet circumferentia æquatur tribus lateribus trigoni, aut quatuor tetragoni: quo ſcito, patet circuli quadratura. Nam ſi ducitur ſemidiameter illius circuli iſoperimetri in medietatem peripheriæ, oritur ſuperficies quadrangularis, quæ nec maior nec minor eſſe poteſt ſuperficie circulari, ut Archimedes perfacile oſtendit. Hæc ſuperficies quadrangularis in quadratam ducitur: quoniam coſta eius erit medium proportionale inter ſemidiametrum circuli, & ſemiperipheriã eius, quæ ex nona ſexti Euclidis inuenitur. Omnia hęc quamuis manifeſta ſint, uolo tamen illa etiam illis qui Mathematicis operam non impenderunt clariſsima facere. Figurę autem multiangulę ſimilium laterum & æqualium peripheriarum, de quibus loquar: polygonię iſopleurę & iſoperimetrę, ex conformitate Græcę linguę apud aliquos reperiuntur nominari.

Annotationes Omniſancti.

1 Teſtimonio omnium qui ſe ad Geometrica contulerunt, nemo propinquius, &c,

¶ Nam poſuit habitudinem circumferentiæ circuli ad diametrum, ſecundum plus & minus. Secundum plus: cum dixit maiorem eſſe tripla ſuperdecupertiente ſeptuageſimaſprimas. Secundum minus: cum dixit minorem eſſe tripla ſeſquiſeptima. Quòd plus & minus parum ſeſe excedunt: ſed minus habitudinem ueram circumferentiæ circuli ad diametrum quæ mediat inter prædictas habitudines.

¶ Sed quia proportio motus ſigni.

¶ De hac Elicæ deſcriptione, meminit ipſe de Cuſa, in de perfectione Mathematica, ſic inquiens: Archimedes etenim qui per elicam uoluit rectam circumferentiæ circuli commenſurare, nihil de arte tetigit. Nec id inuenit in dicto particulari, quod quæſiuit, peccauit enim præſupponẽs quod quæſiuit. Elica enim ſiue ſpiralis linea, ſine motu duorum punctorum quorum motuum habitudo, eſt ut ſemidiameter ad circumferentiã circuli, deſcribi inquit. Id igitur ſuppoſuit: dum de elica loqueretur, qđ quæſiuit. Hęc ille. Ex his conſtat quid per motũ duorũ ſignorũ intelligat, ſcilicet duo puncta. Differentia eſt inter ſignũ ſcriptum cũ g, & ſignũ ſcriptũ ſine g. Signũ quippe cum g in Geometricis, pro termino lineæ ſumitur, & ſic à de Cuſa ibi ſumitur. Etiam Archimedes ſic ſumit in nõnullis tractatibus Geometricis. Signũ uerò ſine g, aut pro ſagitta aut pro ſemichorda accipitur. Vnde ſagitta, dicitur ſinus uerſus: ſemichorda uerò ſinus rectus. Sit igitur deſcriptus circulus a b, et ſit eius ſemidiameter a b. Moueatur ſignum a per a b, & ſimiliter ſignum b per circumferentiã, ſuoſq; motus in eodẽ tempore abſoluant: erit proportio motus ſigni a, per a b ad motũ ſigni b per circumferentiã, quæ eſt a b ad circumferentiã. Eſt enim a b menſura motus ſigni a, & circumferentia menſura motus ſigni b. Nã unaquæq; quantitas eſt menſura motus ſuorũ proprioru terminorũ: ut linea punctorũ, ſuperficies linearũ, & corpus ſuperficierũ. Dicit igitur de Cuſa, quòd ſine cognitione ꝓportionis a b ad circumferentiã, elica deſcribi nõ poſsit: quæ habitudo ſi cognita foret, poſſet addi circulo recta contingens, ad quã a b ꝓportionẽ ſeruaret, quã ſeruat ad circũferentiã, & ſic elica quæſita facillimè deſcribi poſſet. Vt ſi c d ſit contingẽs circulo, ad quã a b ſeruet ꝓportionem quã ſeruat ad circũferentiã: erit c d æqualis circũferentię p 9. quinti Euclidis. Rurſus moueatur a b termino a fixo uerſus e, ad motũ cuius moueatur terminus c nõ deferendo b. Cum a b totã percurrerit circũferentiã, ita tota c d toti circũferentiæ circũpoſita erit: & hæc circũpoſitio elicæ eſt deſcriptio. Suppoſuit igitẽ Archimedes (ut uult de Cuſa) habitudinẽ a b ad circũferentiã quæ ignoratur, & ſine qua elica deſcribi nõ poteſt: ſic ꝙ per eius deſcriptionẽ ualeat contingẽs circulo dari, quæ ſit æqualis circũferentiæ. Hanc Archimedes quæſiuit habitudinẽ, & ſimul ſuppoſuit (ut uult de Cuſa) ideò ipſum erraſſe eſt manifeſtum. Sed alia uia ꝙ per elicã proponit de Cuſa uenari ipſam habitudinẽ, ſcilicet per maximũ & minimũ, quę uia coincidentiæ dicitur. Et eſt cũ omnia intermedia cũ maximo & minimo coincidere perhibentur, in quo maximũ coincidit cũ minimo. Sed hæc ex ſequentibus fient manifeſta.



2 Primò aduertendũ, ꝙ in figura multiangula, ſeu polygonia, quæ, &c.

¶ Sit deſcriptus triangulus c d e, & ſit f æquidiſtans à medio laterũ, ſimiliter æquidiſtans à fine laterũ erit centrũ polygoniæ. Traho f g, ſitq; g punctus medius c d lineæ: erit f g ſemidiametr9 circuli trigono inſcripti, et erit prima trigõi. Traho f c, erit f c ſemidiametr9 circuli trigono circũſcripti, & erit eadẽ f c ſecũda trigoni, & ita in cæteris polygoniis dicatur. Hæ duę lineę prima ſcilicet et ſecũda, in omni multiangula ſunt diuerſæ quãtitatis ſiue longitudinis, & tãtò plus, quãtò latus, ꝙa quãtò ſecũda pl9 primã excedet, tãtò maiorẽ adeã ſeruabit ꝓportionẽ. Et ratio eſt: nã p 3. tertij Euclidis, recta à cẽtro ad medietatẽ chordę ducta, duos angulos rectos ſup chordã facit, cũ ſit ppẽdiculariter ſup eã. Ideò prima omnis polygonię, ppẽdiculariter eſt ſup latę polygoniæ. Ex quo patet, primã cũ ſemilatere, angulũ rectũ cõtinere: adueniente uerò ſecũda, fit trigonus orthogonius. Vnde dicit de Cuſa f c ſecundã, per 47. primi Euclidis: cõtinere potẽſtatẽ primę cũ poteſtate ſemilateris. Quãtò igitẽ latus maius erit tãtò



http://www.obrascatolicas.com

maiorem ſecunda ad primam ſeruabit proportionem. Ex quo ſequitur, quòd tanto plus diuerſæ longitudinis erunt. Et quia prima figurarum rectilinearum eſt triangulus: hinc in eo differunt in quantitate, prima & ſecũda lineę maximę, g rationẽ prius aductam. In circulo uerò coincidũt, quia ibi centrũ æqualiter diſtat à circũferentia: ideò non poteſt à cẽtro circuli ad circũferentiã duci maior nec minor ſemidiametro, quẽadmodũ fit in alijs polygonijs. Mediũ & finis lateris in circulo coincidũt, & eſt utiq; latus angulus, ratione coincidentiæ & econuerſò. In trigono prima linea breuiſsima, & ſecũda lõgiſsima. In tetragono eiuſdẽ peripheriæ, prima poſt primã trigoni breuiſsima: & ſic ſecũda poſt ſecundã trigoni longiſsima, & ita conſequẽter. Sed hæc & ſequentia manifeſta fiunt ex ijs, quæ dicta ſunt in principio annotationum de Geometricis tranſmutationibus.



3 Quantò autẽ differentia primæ & ſecundæ linearum eſt minor: tantò exceſſus primæ lineæ polygoniæ ſuper primã trigoni maior, &c.

¶ Vt exceſſus primæ pentagoni, ſuper primam trigoni iſoperimetri: maior erit exceſſu m n primæ quadrati, ſuper f g primã trigoni iſoperimetri. Nam ut dictũ eſt ſuperius, quãto polygonia iſoperimetra plura habuerit latera, tãto eius prima maior & ſecũda minor: ideò prima pẽtagoni maior erit prima quadrati iſoperimetri, ut ſatis expreſſum eſt de Geometricis, tranſmutationib. & prima pentagoni & eius ſecunda minus eadem ratione differũt quàm prima quadrati & eius ſecũda. Subiũgit & dicit.

¶ Et quia in circulo coincidũt prima & ſecũda: exceſſus ſemidiametri circuli iſoperimetri ſuper primã trigoni, eſt maximus. Et hinc circuli capacitas, ſuper capacitatẽ trigoni iſoperimetri maxima: quia nulla prima alicuius mediæ polygoniæ, intantũ excedit primã trigoni iſoperimetri, ſicut prima circuli. Vnde linea una recta, quæ in trigono ad tria latera eſt extenſa, utillius ſuperficiei ſit perimeter hoc eſt circũferentia: in tetragono ad quatuor latera extẽditur, ut ſit tetragoni perimeter ſiue circũferentia. Et adhuc plus in pentagono extẽditur. Si autẽ maximè extenditur, ita quòd plus extendi nõ poſsit: erit tunc perimeter ſiue circũferentia circuli. Ex his patet, quòd ſi trigonus eſt minimę capacitatis & areæ, ubi prima & ſecunda lineæ maximè differũt. et circulus maximæ capacitatis ubi prima & ſecũda lineæ coincidũt: erit ſic proportionabiliter in mediſs polygonijs, ſicut erit in ipſa maxima & minima polygonia.

¶ Supponit hic, quicquid de maxima & minima polygonia uerificabitur, in inuentione primæ circuli: uerificatur etiam de mediſs polygonijs. Ideò ſequitur.

¶ Quare ſi ponitur exceſſus capacitatis ipſius circuli iſoperimetri ſuper trigonũ, ut eſt differentia primæ & ſecũdæ in trigono: erit exceſſus capacitatis circuli iſoperimetri ſuper tetragonũ, ut differentia primæ & ſecũdæ in tetragono, & ſic cõſequenter. Rationẽ ſubiungit dicẽs: Cum ad maiorẽ exceſſum primæ lineæ unius, ſuper primã lineam alterius, ſequatur minor differẽtia primæ & ſecũdæ in excedente q̃ ſit primæ & ſecũdæ in exceſſa. ¶ Vnde quia cõtinuè primæ polygoniarũ, prima trigoni ad primã circuli iſoperimetri uſq; crelcunt, decrelũtq; ſecundæ ſupponit de Cuſa, augmẽtum illud & decrementũ proportionaliter fieri, in omnib. polygonijs à trigono ad circulũ iſoperimetrum uſq;. Ex quo pendet, exceſſum primæ circuli iſoperimetri ſuper primam cuiuſcunq; polygoniæ: ad ſagittam ipſius polygoniæ in omnib, eãdem tenere proportionem. Similiter pendet, rectam ductã á prima trigoni ad primã circuli iſoperimetri: per oẽs primas mediarũ polygoniarũ trãſire, & rectã ductã à ſecũda trigoni ad ſecũdã circuli iſoperimetri, per omnes ſecũdas mediarũ polygoniarum tranſire, ut in ſequentibus dicetur. Sequitur. ¶ Ex quo facile dato exceſſu primæ in una aliqua ſuper primã trigoni, et differẽtia differentiarũ (hoc eſt exceſſu ſagittarum, quæ

quæ dicuntur exceſſus primæ & ſecundæ polygoniæ) capacioris, & exceſſus primæ & ſecũdæ trigoni: poteſt haberi ſemidiameter circuli iſoperimetri, ſcilicet ſecundùm modum quem ſtatim ſubiunget. Cætera in litera ſunt aperta.

Propoſitio prima.

SI ducitur linea recta in lineam rectam, oritur figura quatuor rectorum angulorum: & ſi eadem ducitur in duplam oritur dupla, & ita deinceps: et ſi recta ducitur de angulo in angulum, diameter eſt, quia in duo diuidit. Vt ſi a b linea ducitur in b c: oritur figura quadrangularis a b c d, habens quatuor angulos rectos: Et ſi a b ducitur in b e quæ ſit dupla ad b c, oritur quadrangulus qui eſt duplus ad a b c d: linea uerò a c diameter eſt, ſimiliter a e.



Secunda propoſitio.

2 Multiplicatio primæ lineæ in medietatem peripheriæ, æquatur embado polygoniæ. Sit a b c d figura quadrata quatuor rectorum angulorum, & æqualium laterum: cui inſcribatur circulus ſuper e centrum, ita quòd tangat quatuor latera quadrati in medio. Et trahatur de e ad contactum ubi circulus tangit a b, linea e f, quæ eſt prima, quia ſemidiameter inſcripti. Et trahatur e b linea, & ſimiliter de e ad contactum ubi circulus b d latus tangit, & ſit e g. Et dupletur f b, & ſit f h, & ſimiliter dupletur e g, & ſit e i dupla. Et claudatur quadrangulus per lineam h i, & ducatur e h diameter. Manifeſtum eſt ex præmiſſa, e f b & e b h, triangulos eſſe æquales. Primus enim medietas primi quadranguli: quia e b diameter, & e f h triangulus, eſt medietas ſecundi quadranguli, qui eſt duplus ad primum, quia e h diameter: erit igitur e b h triangulus, ut e f b: Duplicentur lineæ f h & e i, & ſit f k dupla ad f h, & e l dupla ad e i: & claudatur quadrangulus per lineam l k. Et quia e f b triangulus, eſt octaua pars quadrati a b c d: æquabitur e f k l quadrangulus a b c d quadrato. Sed f k eſt medietas peripheriæ a b c d, æquatur enim duobus lateribus quadrati, & e f prima linea, ducta eſt in medietatem peripheriæ: quare patet propoſitum. Et ſicut in quadrato, ita in omnibus polygonijs eodem modo conſtat: omnes enim in duplo plures triangulos ortnogonios reſoluuntur, quàm latera habeant, & proceditur pari modo ut præmittitur.



http://www.obrascatolicas.com

Propositio tertia.

3 Peripheria polygoniæ, quæ est circumscripta circulo, est maior peripheria circuli: & tantò plus quantò habuerit paucioralatera: contrarium, si circulo fuerit inscripta. Circumscribatur circulo a b c triangulus, & hexagonus d e f & h i k: & de g centro trahatur g a semidiameter circuli, quæ erit prima trianguli & hexagoni. Si igitur a g ducitur in medietatẽ peripheriæ trigoni: oritur quadrangulum æquale trigono. Embadum seu area trigoni, in se continet aream circuli inscripti: erit igitur area circuli minor, quare peripheria circuli minor peripheria trigoni. Et sic peripheria hexagoni minor peripheria trigoni, & peripheria circuli minor peripheria hexagoni, quare patet propositum. In polygonijs inscriptis contrariũ. Nam area circuli maior: quare quadrangulum ei æquale constituitur, ex multiplicatione semidiametri in lineam, quæ erit maior quàm medietas peripheriæ cuiuscunq; polygoniæ inscriptibilis. Continet igitur area circuli aream hexagoni inscripti, & illa hexagoni continet aream trigoni: erit igitur peripheria circuli maior, deinde hexagoni, post trigoni, & sic pariformiter est in omnibus.



Propositio quarta.

4 Inter rectas & circulares lineas, minor est illa quæ alteri subtenditur: & inter diuersas illa subtensa quæ minor, minus exceditur ab illa cui subtenditur. Tertia circumferentiæ circuli, quæ subtenditur lateri trigoni, est minor latere: & sexta pars eiusdem circumferentiæ quæ subtenditur lateri hexagoni, similiter est minor: & quia talis peripheria hexagoni, minor est peripheria trigoni hinc minus exceditur proportionabiliter sexta circumferẽtiæ circuli à latere hexagoni, quam tertia à latere trigoni. Sic tertia circumferentiæ circuli, proportionabiliter plus excedit latus trigoni inscripti: quam sexta, latus hexagoni inscripti.

Propositio quinta.

5 Circulus æqualis peripheriæ polygoniæ, est maior circulo inscripto eidem, & minor circumscripto: & quantò polygonia fuerit plurium laterum, tantò illis similior. Patet: nam latus polygoniæ est minus quàm arcus cui subtenditur, qui est arcus circuli circumscripti: & maius quam arcus ei subtensus: qui est circuli inscripti. Et quia inscriptus & circumscriptus sunt similiores, quando polygonia est plurium laterum: erunt igitur tunc

tunc etiam similiores circulo isoperimetro.

Propositio sexta.

6 Inter quamcunq; inscriptam polygoniam & circulum, possunt cadere polygoniæ maiores illi, & minores circulo infinitæ. Sic inter circũscriptam & circulum: minores polygonia, & maiores circulo. Patet ex diuisione cõtinui per partes proportionales in infinitum. Data enim chorda cuiuscunq; arcus: erit chorda medij arcus minor, ita in infinitum, & chordæ sunt latera polygoniarum. Sic de lateribus polygoniarum circũscriptarũ: quia si datur latus circũscriptæ polygonię cui subtẽditur arcus, dabitur latus minus cui subtenditur medietas arcus, ita in infinitum.

Propositio septima.

7 Quadrangulus surgens ex multiplicatione semidiametri in semiperipheriam circuli: nec maior nec minor est area circuli. Patet ex præmissa. Nam peripheria polygoniæ circumscriptibilis, est maior peripheria circuli, sicut & area eius maior area circuli: & peripheria polygoniæ inscriptibilis, est minor peripheria circuli, sicut & area. Igitur multiplicatio semidiametri circuli, in medietatem peripheriæ suæ: est maior omni area polygoniæ inscriptibilis, & minor omni area polygoniæ circumscriptibilis. Et cum data area maiore polygoniæ inscriptæ, & minore circulo, semper dari possit polygonia inscriptibilis maior: sic data area maiore circulo, semper potest dari circumscriptibilis polygonia minor. Igitur patet propositum.

Octaua propositio.

8 Capacitas circuli, excedit capacitatem omnium polygoniarum isoperimetrarum. Patet: nam prima linea in omnibus polygonijs est minor prima linea circuli, & peripheria est una in omnibus. Plus igitur resultabit de multiplicatione primæ circuli in medietatem peripheriæ, quam in aliqua.

Nona propositio.

9 Capacitas trigoni isoperimetri est minima. Patet quia habet latus maximum. Plus igitur excedit peripheriam inscripti, quã aliqua polygonia: quare circulus inscriptus ei, est minor omnibus inscriptis alijs. Igitur prima eius minima, hinc & capacitas minima.

Decima propositio.

10 Quantò polygonia talis plurium fuerit laterum: tantò capacior. Patet: quia cum habeat latera breuiora, & potentia secundæ lineæ, sit potentia

http://www.obrascatolicas.com

tentia primę & medietatis lateris: igitur tunc prima & ſecunda lineę minus inter ſe differunt, & plus aſsimilantur primæ circuli iſoperimetri. Latùs enim breue, minus exceditur ab arcu.

Vndecima propoſitio.

11 In capaciori polygonia neceſſe eſt primam lineam eſſe longiorem, & ſecundam breuiorem. Colligitur ex præmiſsis: nam cum circulus eidem inſcriptus, ſit ſimilior circulo iſoperimetro, quia capacior, & circulus iſoperimeter capaciſsimus: igitur prima linea illius polygoniæ longior, & latus eius minus. Minus enim latus minus exceditur ab arcu: quare propinquiùs accedit ad circulum iſoperimetrum. Et quia latus eſt minus: igitur ſecunda linea minus differt à prima, & ideò etiam ſimilior primæ circuli iſoperimetri, erit igitur breuior in capaciori. Et hæc eſt principalis propoſitio, ad inueniendum id quod quærimus.

Duodecima propoſitio.

12 Si ponitur exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem trigoni, ut differentia primæ & ſecundæ lineæ trigoni: erit exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem polygoniæ mediæ inter trigonum & circulum, ut differentia primæ & ſecundæ lineæ eiuſdem. Et ſi ponitur exceſſus ut medietas, aut alia pars differentiæ primæ & ſecundæ in trigono: ita erit in mediis. Puta, ponatur quòd exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem trigoni ſit, ut differentia primæ & ſecũdæ, & ſit in numeris prima trigoni 7. & ſecũda 14. erit differentia 7. & prima circuli iſoperimetri 14. quia maior prima trigoni, per differentiam quæ eſt 7. dico ꝙ prima circuli, erit maior prima cuiuslibet mediæ polygoniæ, per quantitatẽ differentiæ primæ & ſecundę eiuſdem. Vt in tetragono ubi differentia ſit 4. excedit prima circuli primã tetragoni in 4. erit igitur prima tetragoni 10. Si dixeris tetragonum capaciorem in habitudine ad circulum: erit igitur prima eius lõgior. Sit igitur ut 11. cui adde differentiam, & habebis 15. Et quia 15. excedunt 14. erit incapacior, per prędmiſſam, ſic capacior & incapacior. Similiter ſi dixeris tetragonum minus capacem, puta ut 9. erit ſecunda 13. ſic minor 14. quare capacior per præmiſſam, & ita capacior & incapacior: quod eſt inconueniens. Et hæc oſtenſio procedit in omnibus. Conſidera igitur ꝙ quãcunq; portionẽ ſagittę addit una polygonia, ut oriatur prima circuli: ſimilem omnes addunt. Et ut hoc clare uideas, ſic procede. Patet ex prędmiſsis, ſi prima capacioris polygonię eſt maior quam in capacioris: quòd illa ſemper erit minor aliqua prima alicuius polygonię, cum inter quamcunq; dabilem quę minor eſt circulo, poſſint dari maiores in infinitum, & ita talis ſemper eſt minor prima circuli. Sic ſi fuerit ſecunda

ſecunda incapacioris, maior quam capacioris: ſemper illa erit maior ſecunda linea alicuius polygoniæ & ſic maior prima circuli. Ideò ſi poſueris exadditione alicuius portionis ſagittæ ad primã polygoniæ, reſultare primam circuli iſoperimetri: ſic neceſſe erit ex portione ſimilis habitudinis ad ſagittam additæ primæ, in quibuſcunq; intermedijs polygonijs accidere. Puta ſi duæ tertiæ ſagittæ trigoni, ad primam eius additæ, efficiunt primam circuli: ſic erit in pentagono, hexagono, & omnibus. Nam ſi dixeris in aliqua reſultans plus, aut minus eſſe: hoc erit neceſſariò propter maiorem capacitatem. Si igitur dixeris eam maiorem, hoc non eſt poſsibile: nam oportet eam eſſe minorem prima circuli. Et quia prima circuli eſt idem cum prima trigoni, addita portione dicta, ſagittæ: ita foret maior & minor. Similiter ſi dixeris, propter capacitatem minorem: oportet ſimul dicere eandem & maiorem. Palam ex hoc etiam, quòd ſi duæ polygoniæ ſic ſe habuerint, quòd ſimilis portio ſagittæ ad primas, efficiat hinc inde æquale: ita erit neceſſariò in omnibus. Nam aut illæ duæ polygonię habent alias in medio inter ſe, ut trigonus & pentagonus habens tetragonum: tunc neceſſe eſt ſic eſſe in tetragono, ſicut in trigono & pentagono. Nam ſi dixeris lineam reſultantem maiorem, ob maiorem capacitatem tetragoni quam trigoni: ita erit etiam minor, quia minor capacitas tetragoni, quam pentagoni. Ita ſi dixeris ob minorem capacitatem lineam reſultantem minorem: etiam erit ſimul & maior· quod eſt impoſsibile. Sic ſi dixeris duas illas ſine medio ſequi, ut trigonus & tetragonus, & negaueris idem in pentagono: tunc quia aut dixeris maiorem ob maiorem capacitatem pentagoni, & hoc non poteſt dici, nam tetragonus eſt capacior, ubi non eſt maior: à fortiori non erit maior in pentagono, ſed potius minor. Sic ſi dixeris minorem, non ualet: quando in tetragono non eſt minor. Sic patet ſequi incõueniens, ſi in alijs non eueniret idẽ. Ad hoc ſequitur, quòd ſi ex ſimili portione in duabus polygonijs, modo dicto eadem linea exoriatur: quòd illa erit ſemidiameter circuli iſoperimetri. Nam cum in circulo iſoperimetro prima & ſecunda linea ſint una: hinc ſi additur ad primas polygoniarum quæcunq; portio ſagittarum, ſiue lineæ aſcendant ſiue deſcendant, ſiue maneant eidem, ſemper ultima erit prima circuli iſoperimetri. Puta ſi addo ad primas, unam quartam ſagittę: tunc continuè erunt maiores, & maxima erit ultima, & prima circuli. Et ſi addo tres quartas: erunt continuè minores, & ultima erit minima, & prima circuli. Et ſi addo talem portionem, quòd in duabus reſultet eadem linea: tunc ſic erit in omnibus. Vnde cum ultima tunc ſit ut prima, erit quelibet prima circuli. Ex quo etiam manifeſtum eſt, capacitatem circuli excedere capacitatem cuiuslibet polygonię, ſecundùm lineam, eandem in qualibet habitudinem tenentẽ ad ſagittam ſuã; & ita etiam quelibet capacior polygonia, omnes minus capaces exuperat, ſecundũ lineã, eandem in qualibet habitudinem ad

ſuam

http://www.obrascatolicas.com



ſuam ſagittam retinentem. Poterit & hoc alite oſtendi. Et ſit a b linea ſecunda trigoni, quam diuidat c: trahe orthogonales de a, b, c, f æquales b c, & claude figuram per lineam d e f. Et quia prima linea trigoni eſt a c: erit prima circuli iſoperimetri pluſquam f e. Sit igitur ut f h, & ſit e h duæ tertiæ e d, de h trahe æquediſtantem ad b d, & ſit h i, trahe ſimiliter lineam c h: manifeſtū eſt, quòd ſi f h eſt prima circuli iſoperimetri, ꝙ tunc primæ polygoniarū mediarum erunt maiores a c, & minores f h, & quæ capacior, huius prima ſimilior f h. Eſt etiam manifeſtum, quòd ſicut a i & i h ſimul ſunt prima trigoni, & differentia primæ & ſecundæ eiuſdem, quæ eſt ſagitta lateris eius, & cum hoc duæ tertiæ ſagittę: quòd ſic in polygonijs mediis lineæ trahi poſſunt æquidiſtantes ad a i, quæ terminantur in i h & a f, quæ iunctæ reſiduę lineæ i h, æquantur primæ lineæ polygoniæ mediæ, ſagittæ, & duabus tertijs ſagittæ eiuſdem, ut in trigono dictum eſt. Et notum eſt, quòd quantò polygonia illa fuerit incapacior: tantò hæ duæ lineæ ſimul erunt longiores, quia incapacior habet maius latus, & hinc maiorem ſagittam. Sic erunt illæ duæ lineæ longiſsimæ in trigono, in circulo iſoperimetro breuiſſimæ: quia circulus caret latere, & per conſequens ſagitta: & duæ lineæ in polygonijs, erunt una in circulo. Dico igitur, ſi de h uerſus i ſignaueris ſagittam alicuius polygoniæ mediæ, & lineam de termino ſagittæ æquidiſtantem ad a i traxeris: tunc c h linea, ſecabit eam in duas lineas, quarum minor erit pars ſagittæ, & maior prima polygonię illius. Puta ſit h k ſagitta tetragoni, & trahatur de k æquidiſtans ad h f quæ ſit k l, & ubi illam ſecat c h pone m: dico k m, fore duas tertias h k. quod de ſe notum eſt. Habet etenim ſe m k ad k h, ſicut c i ad i h: & dico m l, fore primam lineam tetragoni. Si uerò negaueris: aut igitur dixeris tetragonum capaciorem: tunc prima eius debet eſſe maior l m, & tunc l k et k h ſimul ſunt minores prima linea tetragoni, eius ſagitta, & duabus tertijs ſagittæ, quod implicat contradictionem. Nã ſi debet eſſe tetragonus capacior ut dicis: oportet quòd l k & h k excedant primam tetragoni, ſagittam, et eius duas tertias. Eodem modo implicat contradictionem, ſi dixeris tetragonum incapaciorem. Nam tunc oportebit l m eſſe minorem: & l k & k h ſimul eſſe maiores prima linea tetragoni, ſagitta, & duab. tertijs eiuſdem, ita de alijs polygonijs. Quare patet, ſi prima circuli iſoperimetri excedit primam trigoni, per partem aliquotã ſagittæ trigoni: etiam excedit primam lineam cuiuslibet polygoniæ mediæ, per ſimilem partem aliquotam ſagittæ polygoniæ illius, & dicere aliud implicat contradictionem.

Propo

Propoſitio decimatertia.

13 Habitudo exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem trigoni iſoperimetri, ad exceſſum capacitatis polygoniæ mediæ ſuper capacitatem eiuſdem trigoni: eſt ſicut ſagitta trigoni ad lineam, quantum eſt ſagitta polygoniæ mediæ eadem minorem. Vt ſi ponitur exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem trigoni eſſe ut 7. erit capacitas tetragoni ſuper capacitatem trigoni ſecundum lineam, à qua ſagitta tetragoni eſt ſubtracta. Puta ſi ſagitta fuerit 4. erit capacitas tetragoni ut tria. Hoc corolarium patet ex præmiſsis.

Propoſitio decimaquarta.

14 Per ſcientiam exceſſus capacitatis alicuius polygoniæ mediæ, ſuper capacitatem trigoni iſoperimetri: manifeſtum eſt (cum habitudo ſit nota) quòd tunc uno exceſſu noto, notus erit & alius. Sed quia exceſſus in tetragono, pentagono, hexagono, uel alia media polygonia ſciri poteſt, per ſciẽtiã primæ lineæ trigoni & polygoniæ mediæ: tunc & circuli iſoperimetri.

Annotationes omniſancti.



1 Si ducitur linea recta in lineam rectam, oritur figura quatuor rectorum angulorum. Et ſi eadem ducitur in duplam, oritur dupla.

¶ Eſt manifeſtum ex prima ſexti Euclidis, rectangulam a b e f, rectangulæ a b c d duplam eſſe: cum altitudo earum una ſit. Et per 34. primi Euclidis, eſt etiam a e diameter, diuidens a b c d rectangulam in duo æqua: ſimiliter a e, diuidens a b e f in duo æqua.



2 Multiplicatio primæ lineæ in medietatem peripheriæ, æquatur embado polygoniæ. Sit a b c d figura quadrata quatuor rectorum, &c.

¶ Embadum, area, planicies. Nam (ut in litera tertia dicitur) e f b, pars eſt octaua quadrati: & per 38. primi Euclidis, triangulus b e h, æqualis erit triangulo f e b, cum ſint inter æquidiſtantes, & ſuper baſes æquales. Ex quo ſequitur, quòd triangulus f e h: ſit pars quarta quadrati. Et per 41. primi Euclidis, rectangula e f h i, dupla eſt triangulo f e h: quia ſuper eandem baſim conſtituti ſunt, & rectangula & triangulus, & in alternis lineis' ſiue æquidiſtantibus. Vnde rectangula erit medietas quadrati. Quo fit, ut quadratus a b c d duplus ſit, ad f e h i. Et per primam ſexti, e f k l dupla eſt rectangulæ e f h i; quia k f dupla eſt ad f h, & ſunt æquealtæ. Igitur per 9. quinti Euclidis, a b c d quadratus, æqualis erit rectangulæ e f k l, quę fit ex multiplicatione e f in f k medietatem peripheriæ quadrati. Hoc etiam ſatis expreſſum eſt, in princi-

pio

http://www.obrascatolicas.com

pio de tranſmutationibus Geometricis.

3 Peripheria polygoniæ, quæ eſt circũſcripta circulo, eſt maior, &c.

¶Hæc ex præmiſſa, & ex his quæ dicta ſunt in principio annotationum de Geometricis tranſmutationibus fit manifeſta.

4 Inter rectas & circulares lineas, minor eſt illa quæ alteri ſubtenditur.

¶Sit circulo a b c inſcriptus trigonus, & hexagonus, ſimiliter & circunſcriptus. Per



præmiſſam p q latus trigoni circumſcripti, maius eſt curua l a m, quæ eſt pars tertia circumferentiæ circuli, & eadem curua ſubtenſa eſt eidem lateri. Similiter d e latus hexagoni circũſcripti, maius eſt curua n a o, quæ eſt pars ſexta circumferentiæ eiuſdem circuli, & eadẽ curua ſubtenſa eſt lateri d e. Et quia peripheria trigoni circũſcripti, maior eſt peripheria hexagoni: hinc n a o arcus minus exceditur proportionabiliter à latere d e, quàm l a m arcus à latere p q. Quia enim p q maior eſt d e duplicata: ideò a p maior eſt d e. Vnde a p ſexta pars circumferentiæ trigoni circumſcripti: plus excedit curuam n a o, quàm d e. Similiter d e minus excedit n a o, ſextam partem circumferẽtiæ circuli proportionabiliter, quàm p q tertiam partem eiuſdem circumferentiæ ſcilicet l a m: eò quòd a p medietas de p q, plus excedit n a o medietatem de l a m, quàm d e eandem n a o. Ex oppoſito, l m latus trigoni inſcripti, ſubtenſum l a m tertiæ parti circumferentiæ circuli plus exceditur ab ipſa l a m proportionabiliter, quàm n o excedatur ab arcu n a o. Nã per præmiſſa, n o maior eſt medietate l m, quia n o duplicata maior eſt l m: igitur n a o plus excedit medietatem l m, quàm n o. Et ex conſequenti, proportionabiliter l a m plus excedit l m, quàm n a o rectam ei ſubtenſam n o. Ex his patet, quòd quantò chorda in eodem circulo maior fuerit: tantò arcus ad ipſam minorem ſeruabit proportionẽ: e contrario quantò minor erit, tantò arcus ad ipſam maiorẽ. Vnde cũ continuè chordæ fiant minores, continuè creſcit habitudo chordæ ad arcum, & decreſcit habitudo arcus ad chordam. Cum uerò peruentum fuerit ad minimam chordam, & minimum arcum: tunc minima habitudo arcus ad chordam, coincidet cum maxima habitudine chordæ ad arcũ, quia ibi æqualitas utrobiq; erit. Eadem quippe eſt habitudo minimi arcus ad minimam chordam, quę minimæ chordę ad minimum arcum.



5 Circulus æqualis peripheriæ polygoniæ, eſt maior circulo inſcripto.

¶Circulus æqualis peripheriæ, dicitur circulus iſoperimeter. Sit ſuper a b per primam primi Euclidis, deſcriptus triangulus æquilaterus a b c, cui inſcribo & circũſcribo circulũ: & circulo inſcripto, circumſcribo hexagonũ d e f g h i, cui rurſus circũſcribo circulum, & centrum ſit k: traho per medium d e à centro, k l m



k l m, & k d. Manifeſtum eſt, circulum k l hexagono inſcriptum, & circulum k d eidem circumſcriptum, ſimiliores eſſe circulis k l & k m: & hoc ideò, quia hexagonus plura habet latera trigono. Quòd ſi circulo k l circumſcriberetur alia polygonia, plura hexagono habens latera: tunc circulus k l & circulus polygoniæ plurium laterum circumſcriptus, erunt ſimiliores, hoc eſt minus differẽtes, quia minus ſeſe excedent. Minus quippe excedit circulus k d circulum k l: quàm circulus k m ipſum circulũ k l, & ex cõſequẽti, tales circuli ſimiliores erũt circulo iſoperimetro, tamẽ nũq; æquales ſicut nec æquales polygonijs qbꝰ inſcripti ſunt & circumſcripti. Et quẽadmodum polygonia eſt ſemper inſcripto maior, & minor circumſcripto: ita iſoperimeter circulus ſemper maior circulo inſcripto quocunq; dato, & minor circumſcripto.

Inter quamcunque inſcriptam polygoniam & circulum, poſſunt cadere, &c.

6 ¶Hæc de ſe eſt manifeſta, per eius demonſtrationem in litera poſitam.

Quadrangulus ſurgens ex multiplicatione ſemidiametri in, &c.

7 ¶Hæc etiã ex præmiſſis eſt manifeſta, & ex ijs quæ dicta ſunt, in principio annotationum libri de Geometricis tranſmutationibus.

Capacitas circuli, excedit capacitatem omnium polygoniarum iſoperimetrarum. Patet: nam prima linea in omnibus polygonijs eſt.

8 ¶Hæc ut præmiſſa eſt manifeſta.

Capacitas trigonii iſoperimetri, eſt minima. Patet quia habet latus, &c.

9 ¶Hæc ut præmiſſa ſit manifeſta.

Quantò polygonia talis (ſcilicet iſoperimetra) plurium fuerit laterum: tantò capacior. Patet: quia cum habeat latera breuiora, &c.

10 ¶Hæc ex præmiſſis patet.

In capaciori polygonia, neceſſe eſt primam lineam eſſe longiorem, &c.

11 ¶Hæc patet ſimiliter ex præmiſſis.

Si ponitur exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatẽ trigoni ut differentia, hoc eſt ſagitta primæ & ſecundæ lineæ trigoni: erit exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem mediæ polygoniæ inter trigonium & circulum, ut differentia primæ & ſecundæ lineæ, hoc eſt ſagitta eiuſdem polygoniæ. Et ſi ponitur exceſſus ut medietas, aut alia pars differentiæ primæ & ſecundæ in trigono: ita erit in mediis.

12 ¶Ex his conſtat uerũ quod prius diximus, ſcilicet de Cuſa ſupponere exceſſum primæ circuli iſoperimetri, ſuper primam cuiuslibet polygoniæ ad ſagittã, in omnibus eandem tenere habitudinem. Sequitur.

¶Puta ponatur, quòd exceſſus capacitatis circuli iſoperimetri ſuper capacitatem trigoni ſit ut differentia primæ & ſecundæ, & ſit in numeris prima trigoni 7. hoc eſt lõ-

http://www.obrascatolicas.com

gitudine conatur 7. & ſecunda 14. (eſt enim ut ſæpe dictum eſt, ſecũda trigoni ad primam longitudine dupla) erit differentia ſiue ſagitta longitudine 7. Et prima circuli 14. quia maior prima trigoni per differentiam quæ eſt 7.

¶ Sic erit prima circuli iſoperimetri per hypotheſim, ut ſecunda trigoni. Dicit de Cuſa, quòd prima circuli iſoperimetri, erit maior prima cuiuslibet polygoniæ mediæ, per quantitatem differentiæ primæ & ſecundæ eiuſdem. Vt in tetragono ubi differẽtia ſit 4. excedet primam tetragoni prima circuli iſoperimetri in 4. igitur erit prima tetragoni 10. Nam eſt manifeſtum, primam tetragoni medio lateri æquari, ſic ſecunda poteſtate dupla erit ad primam: cum (ut dictum eſt) contineat poteſtatem primæ tetragoni, & poteſtatem mediĳ lateris. Si igitur ſagitta quadrati ſit 4. longitudine: erit propinquè prima longitudine 10. & ſecunda 14. Si uerò prima longitudine 10. erit præcisè ſecunda ei incommenſurabilis longitudine. Recta quæ longitudine eſt 14. ad eam quæ 10. poteſtate ſe habẽt ut 196. ad 100. quæ poteſtas ferme dupla eſt. Ideò in propinquitate hic ponitur prima tetragoni longitudine 10. ſi differentia ſiue ſagitta longitudine fuerit 4. Sequitur.

¶ Si dixeris tetragonum capaciorem in habitudine ad circulum iſoperimetrum, cuius prima ſupponitur æquari ſecundæ ipſius tetragoni, & differentia eſſe 4. longitudine: tunc prima tetragoni erit longior 10. ſit undecim, & per hypotheſim addita ſagitta, quæ poſita eſt 4. fiet 15. Et per præmiſſa, quantò ſecunda polygoniæ maior eſt: tantò polygonia eſt incapacior. Sic erit quadratus ratione ſecundæ poſitæ ut 14. longitudine capacior, & incapacior ratione ſecundæ poſitæ ut 15. & hoc cõtradictionem implicat. Nam e contrario ratione ſecundę poſitę ut 14. prima eſt minor, quia 10. ſic eſt incapacior: ratione uerò ſecundæ ut 15. prima eſt longior, quia 11. & ſic quadratus incapacior, & capacior ratione eiuſdem primæ & ſecundæ. Et modo oppoſito contingit, ſi dicatur quadratus minoris capacitatis in habitudine ad circulum, ut in litera patet. Sequitur.

¶ Conſidera igitur, quam cunq; portionem ſagittæ addit una polygonia ad primam ipſius polygoniæ, ut oriatur prima circuli iſoperimetri, ſimilẽ omnes addunt. Et hoc ut clarè uideas, ſic procede. Patet eſt præmiſſis.

¶ Quia ex additione ſimilis portionis ſagittæ, ad primam ipſius polygoniæ ad habendam primam circuli iſoperimetri, continuè portiones longitudine minores erũt cum continuè ſagittę minores ſint à ſagitta trigoni, uſque ad ſagittam circuli iſoperimetri: ita e contrario, continuè primæ à prima trigoni, uſque ad ſagittam circuli iſoperimetri creſcunt. Ideò uidetur ex additione ſimilis portionis ſagittæ ad primas, æquales lineas reſultare. Sed ad hoc uerificandum, neceſſe eſſet demonſtrare augmentum primarum & decrementum ſecundarum proportionaliter fieri, ex quo iſta pendent. Sequitur.

¶ Puta ſi duæ tertiæ ſagittæ trigoni ad primam eius additæ, efficiunt primam circuli iſoperimetri: ſic erit in pentagono, hexagono, & omnibus. Nam ſi dixeris in aliqua reſultans ex prima, & duabus tertĳs ſagittæ plus eſſe: quàm ex prima trigoni, cũ duabus tertĳs ſagittæ ipſius, quæ eſt poſita prima circuli iſoperimetri: hoc erit propter maiorem capacitatem. Et quia oportet eam ſcilicet primam polygoniæ minorem eſſe prima circuli iſoperimetri: ideò non erit capacior.

¶ Sed hoc non uidetur inde ſequi. Nam cum poſsit addi portio ſagittæ ad primam, quæ efficiat eam maiorem prima circuli iſoperimetri: hoc non erit ratione capacitatis polygoniæ, ſed ratione maioris portionis ſagittæ additæ ad primam. Si igitur ex duabus tertĳs ſagittę in quadrato additis ad primam ipſius, reſultet maior prima circuli iſoperimetri (ſuppoſito quòd in trigono reſultet ex prima ipſius cum duabus tertĳs ſagittæ) non propterea concludere opportet, eſſe hoc propter maiorem capacitatem quadrati, ſed quia portio ſagittæ addita ad primam maior eſt addenda (niſi ſupponatur ex ſimili portione ſagittę additæ ad primas) primã circuli reſultare, quod non demonſtrandum eſt, aut dicere rectam à prima trigoni ad primam circuli iſoperimetri ductam, tranſire per omnes primas. Quod ignotum manet, ut ipſe de Cuſa in fine

in fine iſtius quadraturæ dicit. Dimiſsis igitur quæ de capacitate polygoniarum dicuntur: ueniamus ad pondus demonſtrationis. Sequitur.

¶ Poterit & hoc aliter demonſtrari, & ſit a b linea ſecunda trigoni, quam diuidat c in duo æqua. Rurſus eſt manifeſtum, quòd ſicut a i & i h ſimul ſunt prima trigoni, & differentia primæ & ſecundæ eiuſdem quæ eſt ſagitta lateris eius, & cum hoc duę tertiæ ſagittæ: quòd ſic in polygonĳs mediĳs lineæ trahi poſſunt æquidiſtãtes ad a i, quæ terminantur in i h & a f, & iunctæ reſiduæ lineæ i h, æquantur primæ lineæ polygoniæ mediæ, ſagittæ, & duabus tertĳs ſagittæ eiuſdem, ut in trigono dictũ eſt. Quod hic dicit eſſe manifeſtum de mediĳs polygonĳs, ſicut de trigono: hoc ignotum, eſt & demonſtratione indiget. Nam hoc admiſſo, rectè ſequentia concluderet, ut uidebimus. Subiungit.

¶ Et notum eſt, quòd quantò polygonia illa fuerit incapacior: tantò hæ duæ lineæ ſcilicet prima & ſagitta ſimul, erunt longiores, quia incapacior habet maius latus, et hinc maiorem ſagittam. Sic erunt illæ duæ lineæ, longiſsimæ in trigono, in circulo iſoperimetro breuiſsimæ: quia circulus caret latere, & per conſequens ſagitta. Et duæ lineæ in polygonĳs, erunt una in circulo iſoperimetro: ſunt enim hæ duæ prima poligoniæ, & duæ tertiæ ſagittæ, quas ſimul in omnibus polygonĳs æquales ſupponit, admiſſo quòd in trigono ſint ut prima circuli iſoperimetri. Dicit igitur de Cuſa, quòd ſi de h uerſus i ſignaueris ſagittam alicuius polygoniæ medię, & lineam de termino ſagittæ æquidiſtantem ad a i traxeris: tunc c h linea ſecabit eam in duas lineas, quarum minor erit pars ſagittę, & maior prima polygonię illius. Puta ſit h k ſagitta tetragoni iſoperimetri, & trahatur de k æquidiſtãs ad h f quę ſit k l, & ubi illam ſecat c h ponem: dico k m fore duas tertias h k, quod de ſe notum eſt, cum c i h & m k h, ſint æquianguli trianguli. Quare per 4. ſexti Euclidis, ſicut c i ad m k, ita i h ad k h: & permutatim, ſicut c i ad i h, ita m k ad k h. Quare m k ſunt duę tertię de k h, ſicut c i de i h. Addit & dico, m l fore primam tetragoni: hoc erit uerum, ſupponẽdo quod ſupponit: ſcilicet quòd aliqua poſsit æquidiſtans ad a i trahi, quæ terminetur in i h & a f. & eadem iuncta reſiduæ lineæ i h, æquatur primæ quadrati, ſagittæ, & duabus tertĳs ſagittæ. Nam hoc admiſſo (quod tamen ignotum eſt) rectè ſubiungit. Si uerò negaueris l m eſſe primam tetragoni: aut igitur dixeris tetragonum capaciorem, aut incapaciorem. Si capaciorem: tunc prima linea maior erit l m, & tunc l k & k h ſimul, ſunt minores prima linea tetragoni, ſagitta, & duabus tertĳs ſagittæ: quòd implicat contradictionem. Nam ſi debet eſſe tetragonus capacior ut dicis, oportet quòd l k & k h excedant primam tetragoni, ſagittam, & eius duas tertias. Patet: ſi n o prima quadrati, quæ eſt maior l m, continuo uſq; i h, & fiat n s: eſt manifeſtum, n s cum s h minorem eſſe, l k cum k h, nam l k & n s ſunt æquales. Et per hypotheſim duci poteſt æquidiſtans ad f g, quæ terminetur in i h & a f: ſic quòd ipſa cum reſiduo i h, æquetur primæ tetragoni, ſagittæ, & duabus tertĳs ſagittæ. Et per te non eſt l k & k h. (quia l m dicis minorem prima tetragoni) erit igitur illa quærenda inter l k & f h, & talis non poteſt reperiri. Nam reſiduum i h cum portione cadente inter i h & c h: erit minor ſagitta quadrati cum duabus tertĳs. Nam poſt k h, omnes erunt ſimul minores k h & m k. Igitur conſtat, ſi talis prima maior ſit l m: quòd cadere habeat inter l f & m h. Vnde ſi ita eſſet, ſequereẽ quòd l k & k h ſimul eſſent maiores, & minores prima quadrati, ſagitta, & duabus tertĳs ſagittæ: eſſet in hoc maior, quia illa æquidiſtans quærenda eſſet inter l k & f h: & minor in hoc, quòd m k & k h ſunt ſagitta cum duabus tertĳs, & l m minor prima. Eodemmodo demonſtraretur, ſi capacitas tetragoni diceretur minor: tunc æquidiſtãs



http://www.obrascatolicas.com

renda esset inter l k & a i, ut posset haberi minor l m inter c h & a f. Et sic l k & k h, esset maior & minor, arguendo ut prius. At si non admittatur hypothesis illa de linea æquidistanti: tunc non est inconueniens k h cum m k facere sagittam quadrati, cum duabus eius tertijs, & l m esse minorem uel maiorem prima quadrati. Habet igitur de Cusa demonstrare necessitatem illius æquidistantis: ut ualeat concludere suum intentum. Ex hoc concludit dicens: Quare patet, si prima circuli isoperimetri excedit primã trigoni, per partem aliquotam sagittæ trigoni: etiam ipsa prima circuli isoperimetri, excedit primã lineam cuiuslibet polygoniæ mediç, per similem partem aliquotam sagittæ polygoniæ illius, & dicere aliud, implicat contradictionem.

13 Habitudo excessus capacitatis circuli super capacitatem trigoni isoperimetri, ad excessum capacitatis polygoniæ mediæ super, &c.

¶ Vt e h est excessus capacitatis circuli isoperimetri, super capacitatem trigoni, & t m est excessus capacitatis tetragoni super capacitatẽ trigoni: dicit quòd e h ad t m se habet, ut e c sagitta trigoni ad t c, excessum sagittæ trigoni, super sagittam quadrati. Nam in linea t c est sagitta quadrati scilicet t e, quæ est æqualis k h, minor c e sagitta trigoni. Et cũ c h & c t e sint orthogonij similes: constat per 4. sexti Euclidis propositum. Vnde si e h poneretur æqualis c e sagittæ trigoni, & longitudine esset 7. & t e sagitta quadrati 4. esset c t 3. quia residuũ de 7. facit si qdẽ 4. & tria septẽ: sic t m, esset 3. Nã si cut e c ad t c, ita e h ad t m: sed e c ad t c est ut 7. ad tertiũ quare e h q̃ est septẽ p hypothesim ad c t m, erit etiã ut 7. ad 3. Et sic t c æqualis esset t m, sicut c e æqualis supponitur eb.



14 Per scientiã excessus capacitatis alicuius polygoniç mediç, &c.

¶ Vt quia excessus primę tetragoni, super primam trigoni isoperimetri notus est: sic per præmissam potest inueniri semidiameter circuli isoperimetri. Describo quadratum sagittæ trigoni, qui sit b c d e: signo in e c uersus c sagittam quadrati, quia nota est (cum prima & secunda quadrati notæ sint) & sit e t. Deduco perpendicularem super c e à puncto t, & in ea signo æqualem excessui primæ tetragoni, super primam trigoni isoperimetri, quæ sit t m: trahò à puncto c per m, ad e d rectam, & ubi eam secat pono h. Erit per præmissam, e h excessus capacitatis primæ circuli isoperimetri super primam trigoni. Nam ad t m excessum primæ quadrati super primam eiusdem trigoni, se habet e h sicut e c sagitta trigoni ad t c, excessum sagittę trigoni super sagittam quadrati. Ex his constat, quomodo si ponatur prima circuli isoperimetri, excedere primam cuiuslibet polygoniç mediæ, in similem portionem sagittæ ipsius polygoniæ, in quam excedit primam trigoni (ut per penultimam proponit de Cusa) quatuor necessariò sequuntur. Primum quod additum ex sagitta ad primas polygoniarum pro semidiametro circuli isoperimetri: ad sagittam eandem in omnibus tenet proportionem. Secundum, quod recta ducta à prima trigoni ad primam circuli isoperimetri, transit per omnes primas mediarum polygoniarum. Similiter recta ducta à secunda trigoni, ad secundam circuli isoperimetri, per omnes secundas mediarum polygoniarum. Tertium, quod additum ex sagitta mediæ polygoniæ, primę ipsius polygoniæ pro semidiametro circuli isoperimetri, ad residuum sagittæ: & excessus primæ illius polygoniæ super primam trigoni isoperimetri, ad excessum secundæ trigoni super secundam ipsius polygoniæ, in omnibus eandem tenent habitudinem. Quartum, quod additum ex sagitta mediæ polygoniæ, primæ ipsius polygoniæ pro semidiametro circuli isoperimetri, ad residuum sagittæ: & excessus primæ ipsius polygoniæ, super primam incapacioris isoperimetræ, ad excessum secundę incapacioris super secundam capacioris, in omnibus eandem tenẽt habitudi-

bitudinem. Non hæc latuerunt de Cusa, sed & tertium & quartum fuerunt ipsi fundamenta, cum argumento de maximo & minimo. Sic enim omnia illa annexa sunt ut posito uno & admisso, cætera ponere & admittere sit necesse. Et his intellectis, poterunt, præcedentia & sequentia facilius intelligi. Resumatur figura ultima, traho b h a secunda trigoni ad secundam circuli isoperimetri, quæ cum prima coincidit: continuo l k usq; b d & sit l q, ubi secat b h pono r. Continuo similiter n s & sit n x: & ubi secat b h, pono u, ubi uerò c e, pono p. Dico igitur si ponatur prima circuli f h, excedere primam cuiuslibet polygoniæ mediæ isoperimetræ, in similem portionem sagittæ ipsius polygoniæ, in quam excedit primam trigoni: quòd additũ ex sagitta primis polygoniarum pro semidiametro circuli isoperimetri, ad sagittam in omnibus eandem tenet proportionem. Hoc apertè dicit de Cusa in penultima ibi.

¶ Considera igitur quamcunq; portionem sagittæ addit una polygonia ad primam ipsius, ut oriatur prima circuli isoperimetri: similem omnes addunt. hæc ille.

¶ Similis portio sagittæ dicitur: quæ eiusdem est demonstrationis: ut si tertia, tertia: aut si quarta, quarta, & ita deinceps. Non enim posset semidiametrus circuli isoperimetri, excedere primas polygoniarum in simili portione sagittæ ipsius polygoniæ: nisi portiones illæ ad sagittas eandem seruarent portionem. Vt quia in k portio de h k, similis est portioni c i de i h: ideò sicut m k ad k h, ita c i ad i h. Similes enim portiones duorum totorum, semper inter se proportionem seruant, quam tota seruant. Nam si portio unius illorum totorum fuerit ad totũ sub multiplex: alia portio alterius totius æquè sub multiplex erit ad ipsum totum, & si in alia portione idem eueniet. Secundum patet. Nam quia portiones sagittarum, ad sagittas eandem seruant proportionem: sequitur quòd si claudantur trianguli, sic quòd angulus sub portionibus & sagittis æquales fuerint, erunt trianguli æquiãguli. Patet: sumantur h i & i c, sagitta scilicet & portio, q̃ cõtineant angulũ rectũ, similiter h k & k m. Dico si claudãt orthogonij: æquianguli erunt & similes. Quare facto angulo cõmuni, qui sub sagitta continetur, & recta angulo recto opposita: ipsa erit una linea in duobus triangulis. Patet: nam per præmissam, c i ad i h est, sicut m k ad k h: quare permutatim c i ad m k erit, sicut i h ad k h. Si igitur dicis c h non transire per m k, uel ultra uel citra: si ultra, tunc erit maior, quare c i ad minorem & maiorem eandem seruabit proportionem, quod est impossibile. Nam seruaret ad maiorem m k proportionem, quam i h ad k h: cum essent duo trianguli æquianguli. Itidem si citra, tunc erit minor. Et quia nihilominus constituti sunt duo trianguli aquianguli, erit c i ad minorem h m, sicut i h ad k h, quod est impossibile: scilicet quòd c i ad k m & ad minorem, eãdem seruet proportionem, per 8. quinti Euclidis. Nam ad minorem seruabit maiorem, & ad maiorem seruabit minorem. Patet igitur quomodo orthogonij, quorum angulus rectus à sagittis & simili portione sagittarum polygoniarum continetur: sunt æquianguli. Quòd si angulus sub sagitta & recta, angulo recto opposita communis fiat: transibit recta angulo opposita per omnes portiones. Vt c h transit per k m & s o, quæ ponatur portio sagittæ hexagoni: propterea dico, c h trãsire per omnes primas polygoniarum mediarum. Patet: nam f h supponitur semidiametrus circuli isoperimetri, siue prima circuli, & similiter a i æqualis, supponitur etiam a c prima trigoni: quare l m erit prima trigoni, similiter n o prima hexagoni. Nam k m est portio sagittæ addendæ primæ tetragoni pro prima circuli, & l k est prima circuli: igitur l m erit prima tetragoni. Si enim prima tetragoni cum m k faciat primam circuli, & l k sit prima circuli: relinquitur quòd l m sit prima tetragoni. Similiter si o s cum prima hexagoni facit primam circuli, & n s æqualis f h sit prima circuli: necesse est n o esse primam hexagoni, & ita de cæteris. Qua-



http://www.obrascatolicas.com

re c h: transibit per omnes primas polygoniarum mediarum Dico etiam, b h transire per omnes secundas mediarum polygoniarum. Patet: nam trianguli c h b & m h r sunt æquianguli, cum m r sit æquidistans ad c b. Ideò per secundam partem 29. primi Euclidis, angulus b c h intrinsecus angulo r m h extrinseco erit æqualis (cum c h cadat super æquedistantes) eodem modo anguli c b h & m r h. Quia igitur trianguli c h b & m h r sunt æquianguli: tunc per 4. sexti Euclidis, sicut c b ad m r, ita c h ad m h. Rursus isti duo orthogonij c i h, & m k h sunt æquianguli, ut de se notum est: igitur per eandem 4. sexti Euclidis, sicut c h ad m h, ita i h ad k h. Quare per 11. quinti Euclidis, c b ad m r, & i h ad k h, erunt proportiones æquales, quia uni sunt æquales: scilicet c h ad m h. Sicut igitur c b ad m r, ita i h ad k h: & permutatim, sicut c b ad i h, ita m r ad k h. Sed c b est æqualis i h: erit igitur m r æqualis k h. Quare m r erit sagitta quadrati, & ex consequenti l r, erit secunda quadrati: nam l m prima, & m r sagitta. Similiter posset probari, quòd o u esset æqualis s h: quare æqualis sagittę hexagoni, & ex consequenti, n u erit secunda hexagoni, quia n o prima & o u sagitta. Patet igitur, b h recta ducta à secunda trigoni ad secundam circuli isoperimetri: transire per omes secundas mediarum polygoniarum: sicut c h recta, ducta à prima trigoni ad primam circuli isoperimetri, transit per omnes primas mediarum polygoniarum. Tertium patet quod est: Additũ m k ex sagitta primæ quadrati scilicet l m pro prima circuli, ad k r residuum sagittæ: esse sicut t m excessus primæ quadrati super primam trigoni isoperimetri, ad r q excessum secundæ trigoni, super secundam quadrati.

¶ Patet: nam sicut c i h & m k h sunt orthogonij similes siue æquianguli, ita orthogonij b i h, & r k h. Igitur per 4. sexti Euclidis, sicut i h ad k h: ita c i ad m k, & i b ad k r: Erunt igitur proportiones æquales, c i ad m k, & i b ad k r: quia uni sunt æquales, scilicet i h ad k h. Quia c i ad m k, est sicut i b ad k r: erit permutatim c i ad i b, sicut m k ad k r. Et quia m k abscisum de k t æquali i c, ad k r abscisum de k q æquali i b se habet, sicut t k totum ad k q totum erit t m residuum ad q r residuum, sicut t k totum ad k q totum. Vnde per 11. quinti Euclidis, istæ proportiones m k ad k r, & t m ad q r, erunt æquales: quia uni scilicet t k ad k q æquales. Sic posset dici similiter, quòd o s ad s u, & p o ad u x eodem modo se habeant. Nam sicut c i ad i h, ita o s ad s h, per primum demonstratum: & permutatim, c i ad o s est, sicut i h ad s h. Quia igitur c i abscisum de i h, ad o s abscisum de s h se habet, sicut i h totũ ad s h totum: erit i b residuum de i h ad s u residuum de s h, sicut i h totum ad s h totum. Vnde constat per 11. quinti Euclidis, c i ad o s & i b ad s u proportiones esse æquales: quia uni scilicet i h ad s h sunt æquales. Quia igitur c i ad o s est, sicut i b ad s u: erit permutatim c i ad ad i b, sicut o s ad s u. Et quia o s abscisum de p s æquali i c i, ad s u abscisum de x s æquali i b se habet, sicut p s ad x s: erit o p residuum ad x u residuum, sicut p s totum ad x s totum. Per undecimã, igitur quinti Euclidis, p o ad x u, & o s ad u s sunt proportiones æquales: quia uni sunt æquales, scilicet p s ad x s, siue c i ad i b, quod idem est. Ex his patet, quomodo additum ex sagitta polygoniæ mediæ, primæ ipsius polygonię, pro semidiametro circuli isoperimetri ad residuum sagittæ: & quomodo excessus primarum mediarum polygoniarum, super primam trigoni isoperimetri, ad excessum secundæ trigoni super secundas polygoniarum, in omnibus eandem teneant habitudinem. Nam m k ad k r, similiter o s ad s u sunt, sicut c i ad i b. Rursus t m ad q r, & p o ad x u, sunt etiam sicut c i ad i b: & illud etiam supponit de Cusa in fine istius quadraturæ. Et per has habitudines æquales, statim uenabitur semidiametrum



trum circuli isoperimetri: ideò fuit necesse eas hic declarare. Quartũ patet ex præmisso. Nã quia o s ad s u est, sicut m k ad k r: & excessus m k super o s, est excessus n o primę hexagoni, super l m primã tetragoni: excessus uerò, k r super s u, est excessus l r secundę quadrati, super n u secũdã hexagoni. Vnde quia o s abscisum de m k, ad s u abscisum de k r est, sicut m k totũ ad k r totũ erit per 19 qnti Euclidis, residuũ siue excessus n o super l m, ad residuũ siue ad excessum l r super n u, sicut m k totũ ad k r totũ. Vnde constat excessum primæ hexagoni, super primã tetragoni (quĩ est excessus n o super l m) ad excessum secũdæ tetragoni super secundã hexagoni (quĩ est excessus l r super n u) esse sicut o s ad s u: cũ hæ duæ ꝓportiones sint ęquales ꝓportioni m k ad k r. Et ita de cæteris dicat. Vnde ex his demũ inferẽ, quomodo cõtinuè primæ polygoniarũ isoperimetrarũ, à prima trigoni usq; ad primã circuli isoperimetri crescãt ꝓportionabiliter, addecrementũ secundarũ earundẽ polygoniarũ, à secunda trigoni ad secundam usq; circuli isoperimetri. Et hæc est coincidentia maximæ polygoniæ & minimæ & mediarum polygoniarum, quã quæsiuit de Cusa: quæ uera erit, si quatuor prædicta sint uera. Sed re uera dubitari possunt, ut ipse de Cusa testatur. Quare similiter & eius resolutio, sine quorum suppositione aut demonstratione subsistere minime potest: habent nihilominus aliquid apparentiæ.





DAtæ rectæ curuam circularem æqualẽ assignare. Sit recta a b & factis ex ea trigono & tetragono, ut præmittitur. Sit e f linea secunda trigoni, quã quadra, & sit e f g h. Deinde per medium lineam i k trahe, & lineam i g. Quare ubi i g & f g distant per differentiam primæ et secundæ tetragoni: et trahe lineam ęquidistantem e f, et sit l n, et differentia l m. Signã in n l primam tetragoni, quæ sit n o: trahe d e i per o lineam ad g h, et ubi eam scindit ponep. Manifestum est ex præmissis, h p semidiametrum esse circuli, cuius peripheria æquatur peripherijs trigoni et tetragoni, seu lineæ rectę a b, quod est intentum.



http://www.obrascatolicas.com

2 Datæ curuæ circulari, æqualem rectam aſsignare. Iſtud ſi breuiter facere uolueris: facito angulum per quem reperias hoc modo. Ad h p ſemidiametrum præmiſsi circuli, iunge in centro lineam a b orthogonaliter: et



ad eius medietatem quę ſit q, trahe p q, & habes angulum h p q, quem facito in ære aut ligno. Et quando circularem lineam in rectam reſoluere cupis: facito lineam indefinitæ quantitatis, quæ ad angulum rectum cõ currat cum ſemidiametro in centro, & pone angulum in contactu ſemidiametri & circumferentiæ, minus latus ſuper ſemidiametrum: & maius latus anguli abſcindet in linea indefinitæ quantitatis, portionem æqualem ſemiperipheriæ.

3 Dato circulo quadratũ æquale aſsignare. Hoc ſic facito: inter h p & medietatẽ ab recipias mediũ proportionale, per nonam ſexti Euclidis, quoniã eſt coſta quadrati æqualis. Et medietatẽ huius coſtæ ſigna in linea q ad angulum rectum coniungitur h p in centro, & ſit h r trahendo p r, et habes angulum h p r, quem facito ex ære uel ligno: & modo quo ſupra cum illo omnes circulos quamocyſsimè quadrare poteris.



4 Dato quadrato circulum ei æqualem aſsignare. Erige de medietate lateris rectam orthogonaliter, & pone ſuper illam angulum ſtatim præmiſſum, eleuando quouſq; longius latus anguli, cadat ſuper finem lateris quadrati: & linea erecta uſq; ad punctum anguli, erit ſemidiameter circuli æqualis quadrato. Omnia iſta patent de ſe, ꝓpter identitatem proportionis ſemidiametrorum ad circũferentiam & coſtas quadratorum in omnibus circulis. Sine iſtis duobus angulis facere poteris ex præmiſsis,



præmiſsis, per idẽtitatem proportionis eius, quod addit ſemidiameter circuli ſuper ſemidiametrum trigoni. Puta ſi uis dati circuli circumferẽtiam qui ſit s transferre in rectam ſume qualemcunq; lineam ut a b, & reperias circumferentiam ei



æqualẽ per præmiſſa. Deinde erige lineã unam quæ ſit h p, orthogonaliter ſuper aliã quę ſit t u: & ſit h p ſemidiameter circuli. Et ſigna in illa h k ſemidiametrũ circuli inſcripti trigono iſoperimetro circulo: trahẽ



do det per k & p lineas. Deinde ſemidiametrũ dati circuli æquidiſtanter trahe ad h p, inter lineã t u & eã quę det tranſit per p, & ſit x y: et ubi x y ſcinditur per lineam det per k, ſigna z. Clarũ eſt y z eſſe ſemidiametrũ circuli inſcripti trigono iſoperimetro circulo s. Ita reperies rectam quæſitam.



5 Ex antehabitis, quicqd hactenus in Geometricis ignotũ, fuit inqri poterit. Fuit aũt incognita pfectio artis de ſinibus & chordis: nemo uncq; ſcire potuit, chordã arcus gradus unius, & duorum, & quatuor, et ita conſequenter, quæ nunc ſic habetur. Manifeſtum eſt omnẽ multiangulã ſimilium laterum, ex differentia primæ et ſecundæ linearum, ad habendã ſemidiametrum circuli iſoperimetri: æqualis portionis partem addere ſuper primam. Et ſimiliter omnem exceſſum, quo prima linea cuiuſcunq; trigoni primam excedit, et exceſſum quo ſecunda trigoni ſecundam alterius excedit eandem ſemper in omnibus tenere proportionem: ex quibus ars generalis de ſinibus et chordis elicitur, ſine qua Geometria hactenus manſit incompleta. Quomodo autem ad praxim huius accedere queas, in propinquis numeris ſic inueſtigabis. In ueris enim eſt impoſsibile: quia medietas duplæ eſt innumerabilis, cum nec par nec impar, quæ cadet in hac ratione. Eſto igitur quod ſemidiameter circuli trigono circumſcripti ſit 14: erit ſemidiameter inſcripti 7: cuius quadratũ 46. & quadratũ ſemilateris trigoni ter tantũ ſcilicet 147. et quadratũ ſemidiametri circũſcripti quater tantũ ſcilicet 169. Erit igit ſe

http://www.obrascatolicas.com

milatus tetragoni radix nouem decimæ ſextæ quadrati ſemilateris trigoni: ſcilicet radix 82. cum decimiſſextis 11. & talis erit ſemidiameter ipſius inſcripti. Erit autem ſemidiameter circumſcripti: radix dupli numeri, ſcilicet 165. cū 6. decimiſſextis. Subtracta igitur radice de 49. à radice de 82. cum 11. decimiſſextis: differentia eſt additio ſemidiametri inſcripti tetragono, ſuper ſemidiametrum inſcripti trigono, quę erit aliquid pluſquàm duo. Et ſubtracta radice 165. cū 6. decimiſſextis, à radice de 196. differentia eſt additio ſemidiametri circuli circumſcripti trigono, ſuper ſemidiametrum circumſcripti tetragono, quæ erit parum pluſquàm unum. Habes additiones, & earum habitudo eſt illa, per quam omnia inueſtigantur. Nam ſi has additiones ſubtraxeris à ſagittà lateris trigoni, ſcilicet 7. remanet ſagitta tetragoni. Si igitur diuiſeris 7. ſecundum præfatam habitudinem additionum, & maiorem addideris ſuper ſemidiametrum inſcripti trigono: habes ſemidiametrum circuli iſoperimetri. Poteris etiam ex quadrato lateris trigoni aut quadrati ſcire ſic, quadratum lateris cuiuslibet polygoniæ dabilis: & ex eius ſcientia & habitudine additionum, deuenitur ad ſagittam & ſemidiametrum inſcripti, & ſic ſcitur arcus chordæ. Et hęc eſt perfectio ultima Geometricæ artis, ad quam hactenus ueteres non legi peruenisſe. Eſt etiam nunc ars cõpleta Geometricarum transmutationũ quã ante minus tamen ſufficienter quo ad quadraturam circuli, deſcripſi.



6 Adhuc ut latus cuiuſcunq; multiangulæ quam ocyſsimè uertas in curuam: facere poteris inſtrumentum duplicis anguli. Vt ſi latus ſit a b trigoni, cuius ſagitta, ſeu primæ & ſecũdæ linearum differentia (quod idem eſt) ſit c d, & additio ſemidiametri circuli ſuper primam trigoni ſit c e: tunc ſi de a per e lineam traxeris, & ſimiliter de a per d aliam, duo anguli circa a conſtituentur. Redige igitur b a e, & b a d in unum æreum inſtrumentum, quod applica in omnibus ita ut iã in trigono, ſic quòd latus a b eiuſdem iaceat ſuper latus multiangulæ, & a d contingat finẽ ſagittæ: tunc latus a e oſtendit additionem ſuper primam illius multiangulæ, ut ſit ſemidiameter circuli iſoperimetri. Deſcripto igitur arcu ſecundum hoc, et tractis ſectoribus de cẽtro ad fines lateris: arcus qui cadet inter ſectores, æquabitur lateri dato. Procedit ueritas huius ex æquali habitudine portionis addendæ ſuper primam



primam multiangulæ, ut fiat ſemidiameter circuli iſoperimetri, ad totam differentiam primæ & ſecundæ linearum multiangulæ, quæ differentia ſagitta nominatur.

7 Adhuc ex præmiſsis conſtat, quòd ſicut quæcunq; recta poteſt eſſe latus trigoni, tetragoni, pentagoni, & ita conſequenter: ſic data recta dari poterunt innumeræ curuæ ei æquales, & quòd propterea poterunt reperiri anguli, qui ſe habent ut datæ lineæ: ſcilicet ut coſta & diameter quadrati, uel diameter circuli & circumferentia eius, & ita de omnibus: & ſuperficies quæ ſe habeant ut lineæ datæ. Ex quo illa, quæ non ſolum in Geometricis fuerunt hucuſq; occulta: ſed & in Muſicis & in Muſicalibus inſtrumentis ignorata, uenari poterunt. Ita quòd ſi quod ſcibile unquàm fuit in Geometricis & non ſcitum: amplius uolenti ingenium applicare, clarè pateſiat, & ob hoc hæc inuentio meritò nomen complementi ſortitur. Et digna eſt, ut per admirandam potentiam tuam beatiſsime pater, quam omnes catholici adeò ſtupent, ut te ab admiranti dictione Papæ Papam appellent, in omnium notitiam deducatur.

8 Procedit autem hæc inuentio ſi uerum eſt, quòd linea recta de prima linea trigoni ad primam circuli iſoperimetri tracta: tranſit per primas lineas omnium polygoniarum mediarum. Sed ſi hoc non eſt uerum, quòd recta ſic tranſeat, ſed fortè curua aliqua curuitate tranſeat de prima trigoni, per primas omnium polygoniarum ad primam circuli: tunc hęc inuentio non eſt ſufficiẽs. Et quia hoc eſt dubium, ideò alias adinuentiones meas ubi hoc dubium ceſſat, in ſecundo libello conſcripſi.

Annotationes Omniſancti.

9 Datę rectę curuam circularem aſsignare. &c.

¶ Sit data recta a b: quã a ——— b per 11. Euclidis in tria æqua diuido, & ſuper tertiam deſcribo triangulum æquilaterum per primam primi Euclidis, qui ſit e i. Et rurſus per eandem 11. ſexti, diuido a b in 4. partes æquales, & ſuper quartam partem deſcribo quadratum per 45. primi Euclidis qui ſit n o. Et ſuper latera trianguli & quadrati, deſcribo arcus ad quantitatem ſecũdarum, continuò primas ad arcus, & fiet e f & n l erit i f ſagitta lateris trigoni & l m ſagitta lateris q̃drati. Sumo æqualem e f ſub eiſdem literis, quã in quadratũ e f g h, duco, & traho i k per media latera. Deinde traho i g, & ſumo æqualem l m ſagittæ quadrati, quam cadere facio æquidiſtanter ad f i inter f g & i g. Vnde e f g & i g per l m equidiſtans ad i f, in hoc loco diſtant: continuo l m uſq; e h, & ſit l n: & ubi diuiditur per i k, pono q. Rurſus in l n ſigno æqualem primæ quadrati: & ſit n o, traho rectam à puncto i per punctum o ad g k, & ubi eam ſecat pono p: erit per præmiſſa, h p prima circuli iſoperimetri. Pro quo aduertendum eſt, quòd cum l m ſit ſagitta







http://www.obrascatolicas.com



gitta quadrati,& n o prima: facient n o & l m ſimul ſecũdam quadrati. Ideò m o erit exceſſus ſecundæ trigoni, quæ eſt æqualis l n, ſuper ſecundam quadrati iſoperimetri, & o q erit exceſſus primæ quadrati ſuper primam trigoni. Nam cum e f ſit ſecunda trigoni,& e i eius medietas: erit e i prima, quia e f ad e i longitudine dupla. Ex quo patet, o q ad m o eſſe, ut exceſſus primæ, quadrati ſuper primam trigoni, ad exceſſum ſecundæ trigoni ſuper ſecundam quadrati: quæ habitudo æqualis eſt addendæ ex ſagitta primis polygoniarum, pro prima circuli iſoperimetri habenda, ad reſiduum ſagittæ, ut dictum eſt in demõſtratione 14. ubi circa iſtas habitudines 4. propoſitiones intulimus. Sed k p ad p g ſe habet, ſicut o q ad m o: igitur h p erit prima circuli iſoperimetri. Patet: nam orthogonij i k g & i q m, ſunt æquiãguli: igitur per 4. ſexti Euclidis, k g ad q m eſt, ſicut k i ad q i. Et rurſus i k p & i q o ſunt orthogonij æquianguli: igitur ut prius, k p ad q o erit, ſicut k i ad q i. Quare per 11 quinti Euclidis, k g ad q m, & k p ad q o erunt proportiones æquales: quia uni ſcilicet k i ad q i ſunt æquales. Sed quia k p abſciſſum de k g, ſe habet, ad q o abſciſſum de q m, ſicut k g totum ad q m totum: erit per 19. quinti Euclidis, g p reſiduum ad m o reſiduum, ſicut totum ad totum. Et ex conſequenti g p ad m o, & k p ad q o, erunt proportiones æquales, per 11. quinti Euclidis: quia uni ſcilicet k g ad q m ſunt æquales. Rurſus quia p k ad o q eſt, ſicut g p ad m o: erit permutatim p k ad g p, ſicut o q ad m o. quod fuit demonſtrãdum. Se habet igitur p k ad g p, ut additum ex ſagitta primæ trigoni, pro prima circuli iſoperimetri ad reſiduum ſagittæ. Et ſic conſtat, p h eſſe primam circuli iſoperimetri polygoniæ trigonę & tetragonæ, quartum circumferentiæ æquantur rectæ datæ. Aequabitur igitur circumferentia circuli ex p h deſcripti, rectæ datæ, quod eſt propoſitum.



2 Datæ curuæ circulari æqualem rectam aſsignare. &c.

¶ Sit data recta a b, quam reſoluo in circularem curuam per præmiſſam, ſitq; circulus h p, cuius circũferentia æquatur rectæ ab: iunctaq; ſit orthogonaliter ſemidiametro h p in centro. Diuido eam in duo æqua in puncto q, traho p q. Deſcribo ſuper lineam æream aut ligneam indefinitam angulũ, æqualem angulo h p q, per 23. primi Euclidis: quẽ ſigno ſub eiuſdẽ literis, & ſit h p q. Cũ iſto cõueniet quaſcũq; circũferentias circuli reſoluere rectas æq̃les, ſic erige à cẽtro circuli rectã, cui adiũge rectã indefinitæ quantitatis orthogonaliter, per 11. primi Euclidis. Deinde applica angulum p in puncto contactus ſemidiametri ad circumferentiam: ponendo latus p h ſuper ſemidiametrum. Deinde nota punctũ ſectionis, à latere p q factum ſuper rectam indefinitam, & nota rectam illam à centro ad punctum ſectionis uſq; & erit medietati circumferentiæ æqualis, eò quòd fiet orthogonius æquiangulus orthogonio priori, ſcilicet q h p. Ideò recta abſciſſa ad ſemidiametrum ſe habebit, ſicut q h ad h p, per quartam ſexti Euclidis, & eſt hoc quod uult de Cuſa in hoc loco.





3 Dato circulo quadratum æqualem aſsignare, &c.

¶ Sit datus circulus h p æqualis priori, ſit p q recta orthogonaliter iuncta ſemidiametro, quæ æqualis ſit mediętati circumferentiæ: addo ei in directum æqualem ſemidiametro, quæ ſit a q. Et ſuper a p deſcripto ſemicirculo, & a pũcto q educta q u perpendiculari, per 11. primi Euclidis: erit q u media proportionalis inter p q ex a q, per 9. ſexti Euclidis. Deſcribo quadratum q s, cuius latus ſit ut q u: erit æquale circulo dato uel circulo t, q æqualis eſt circulo h p. Patet: nã per p̃miſſa multiplicatio h p in p q, rectangulum ęquale circulo facit, ut eſt rectangulum h q. Et per 16. ſexti Euclidis, quadratum q s æquale eſt ei, quod fit ex a q in q p. Vnde conſtat propoſitum. Ex quo poteſt fieri angulus, ad quadratum quoſcunq; circulos. Sit rurſus datus circulus h p æqualis priori: iungo ſemidiametro in centro rectam indefinitæ quantitatis orthogonaliter, in qua ſigno æqualem mediętati q u, & ſit h r: traho p r. Rurſus ſuper lineam æream aut ligneam indefinitæ quantitatis, facio angulum æqualem angulo h p t, per 23. primi Euclidis, & ſit h p r. Deinde ſi uis quadrare circulum cum angulo iſto, trahe rectam à centro ad circumferentiam, cui adiunge in centro orthogonaliter rectam indefinitæ quantitatis. Et pone angulum p in puncto contactus ſemidiametri ad circumferentiam, & latus h p ſuper ſemidiametrum: & nota ubi aliud ſecat lineam indefinitæ quantitatis, & ſume abſciſam inter centrum & latus p r: erit ſemilatus quadrati circulo ęqualis. Hæc probatur ut præmiſſa.



4 Dato quadrato circulum ei ęqualem aſsignare. &c.

¶ Sit datus quadratus a b c d, & à centro g per mediętatem lateris a d, educo rectam indefinitæ quantitatis quæ ſit g e f, & ſuper e f, pono angulum præmiſſum, & intãtùm elongo uel attraho, quouſq; latus p r tranſeat per d. Sumo rectam quæ inter latus quadrati & angulum cadit, ſcilicet e p: erit ſemidiameter circuli quadrato æqualis. Signo æqualẽ in g f, & ſit g l ęqualis e p: ex ea deſcribo circulũ, q erit dato quadrato ęqualis. Et hoc, puenit ga orthogonius p e d ęquiangulus eſt orthogonio p h r, in figura præmiſſa deſcripto. Vnde ſicut r h ad h p, ita e d ad e p, per 4. ſexti Euclidis. Patet propoſitum. Poſſet (inquit de Cuſa) ſine his duobus angulis præmiſſa fieri, per identitatem proportionis eius quod addit ſemidiametrus circuli iſoperimetri trigono, ſuper ſemidiametrum circuli eidem trigono inſcri-



http://www.obrascatolicas.com





inſcripti. Puta, ſi uis dati circuli circumferentiam quæ ſit s, transferre in rectam: ſume quamcunq; lineam ut a b, & reperias ipſi circumferentiam æqualem per præmiſſa, & ſit circumferentia circuli h p. Similiter diuiſa a b in tria æqua, ſuper tertiam conſtituas triangulum æquilaterum, ut dictum eſt, & ſit h k. Deinde erige lineam unã, quæ



ſit h p æqualis ſemidiametro circuli inuenti, ſuper aliam quę ſit t u orthogonaliter, et ſigna h k in h p: & ſit h k ut ſemidiameter circuli inſcripti trigono iſoperimetro, circulo h p. Trahe de t per k & p lineas. Deinde ſemidiametrum dati circuli æquidiſtanter trahe ad h p, inter lineam t u, & eam quę tranſit per p, & ſit x y: & ubi x y ſcinditur per lineã ductam de t per k, ſigna z. Clarum eſt, y z eſſe ſemidiametrũ circuli inſcripti trigono iſoperimetro circulo s. Nam ratione orthogoniorum ſimilium (ut dictum eſt in ea quę docet rectè aſsignare curuam circularẽ, æqualẽ de addito ex ſagitta ad primas polygoniarum, pro prima circuli iſoperimetri ad reſiduum ſagittę) erunt hic eadem ratione y z ad h k, & y x ad h p proportiones æquales, per 11. quinti Euclidis, quia uni ſcilicet y t ad h t ſunt æquales. Quia igitur y z ad h k eſt, ſicut y x ad h p: erit permutatim y z ad y x, ſicut h k ad h p. Sed h k ad h p eſt ut prima trigoni ad primam circuli, trigono iſoperimetri: igitur y z ad y x erat ut prima trigoni ad primam circuli, eidem trigono iſoperimetri. Duplica igitur y z, & ex ea deſcribe circulum, & in eo inſcribe trigonum æquilaterum per ſecundam quarti Euclidis: & redegiſti circumferentiam circuli s in rectam, per tria latera iſtius trigoni.



5 Ex ante habitis, quicquid hactenus in Geometricis ignotum fuit: inquiri poterit. Fuit autem incognita perfectio artis de ſinibus & chordis.

¶Hoc eſt de ſagittis & chordis, nemo unquàm ſcire potuit chordã arcus, hoc eſt habitudinẽ chordę ad arcũ unius gradus, duorũ, aut quatuor, & ita conſequẽter, q̃ nũc ſic habeẽ. Manifeſtũ eſt omnẽ multiangulũ ſimiliũ laterum, ex differentia primæ & ſecundę linearum, ad habendam ſemidiametrum circuli iſoperimetri: æqualis portionis partẽ addere ſuper primã. Et ſimiliter manifeſtũ eſt, omnem exceſſum quo prima linea cuiuſcunq; polygonię primã trigoni iſoperimetri excedit, & exceſſum quo ſecunda trigoni ſecundam alterius polygonię excedit: eandem ſemper in omnibus tenere proportionem. Vnde inuim iſtius correlarij, inuenit ſemidiametrum circuli iſoperimetri: quia diuidit ſagittam trigoni in habitudinem exceſſus primę quadrati ſuper primam trigoni iſoperimetri, ad exceſſum ſecundę trigoni, ſuper ſecundam quadrati, ut dictum eſt. Ex quo patet, ſi primum uerum ſit: & ſecundum, & econuerſo, ut monſtrauimus in quatuor propoſitionibus, de iſtis habitudinibus. Subiungit.

¶Ex

¶Ex quibus ars generalis de funibus & chordis elicitur, ſine qua Geometria hactenus manſit incompleta. Quomodo autem ad praxim huius accedere queas, in propinquis numeris ſic iueſtigabis: in ueris enim eſt impoſsibile. Quia medietas duplę hoc eſt medietas quadrati numeri duplæ ad alterum innumerabilis eſt, quoad radicẽ: quia nec numerus par nec impar, radix eius eſſe poteſt.

¶Sit igitur a b prima trigoni, & b c ei iuncta orthogonaliter: ſemilatus erit a c ſecunda trigoni. Vnde dicit ſi a b ſemidiameter circuli trigono inſcripti, ſit longitudine 7. erit a c longitudine 14. quia (ut ſæpe dictum eſt) a c ad a b, longitudine eſt dupla. Et quadratus de a b erit 49. quadratus uerò de b c quæ poteſtate tripla eſt, ad a b erit ter 49. ſcilicet 147. Et quadratus de a c quater 49. ſcilicet 196. Rurſus notum eſt, ſemilatus tetragoni continere 3. quartas longitudinis ſemilateris trigoni iſoperimetri: nã ſi ſemilatus trigoni longitudine ſit 4. latus erit 8. & tria latera 24. longitudine. Si uerò ſemilatus tetragoni ſit longitudine tria: erit latus 6. & quatuor latera 24. Quare poteſtate ſemilatus trigoni ad ſemilatus tetragoni, longitudine eſſet ut 4. ad 3. diuido per 11. ſexti Euclidis b c in 4. partes æquales: & ſint b d 3. quartæ: erit b d ſemilatus tetragoni iſoperimetri. Deinde continuo a b uſque g, ſic quòd b g æqualis ſit a b erit a g æqualis a c. Signo in a g æqualem b d, & ſit a e: addo ei æqualem orthogonaliter, & ſit e f. Traho a f: erit a e prima quadrati (quia æqualis ſemilateri quadrati) & a f erit ſecunda. Facto igitur à centro, circumduco a c uſq; g, deinde a f: & ubi ſecat a g, pono h. Eſt enim manifeſtum b e a d h g ſe habere, ut exceſſus primę tetragoni ſuper primã trigoni iſoperimetri, ad exceſſum ſecundæ trigoni ſuper ſecundam quadrati. Quia igitur e f ſiue a e eſt, ut 3. quartæ longitudinis b c: erit ut 9. decimæ ſextæ poteſtatis ſiue quadrati de b c. At decimæ ſextæ poteſtatis b c, eſt 9. cum 3. decimis ſextis. Nã 16. ductus in 9. cum 3. decimis ſextis, facit 147. quia eſt numerus poteſtatis b c. Rurſus 9. ductus in 9. cum 3. decimis ſextis, facit 82 cum 11. decimis ſextis: & tanta erit poteſtas ſemilateris quadrati, uti etiam à de Cuſa ponitur. Et poteſtas de a f, quæ eſt ſecunda quadrati, eſt poteſtati a e dupla, cum poteſtates a e & e f ſint æquales, quas ſimul cõtinet a f, per 46. primi Euclidis: erit igitur numerus poteſtatis a f, 165. cum 6. decimis ſextis. Radix enim de 82. cũ 11. decimis ſextis, eſt minor 9. cum 3. triceſimis ſecundis: quare a e longitudinẽ minor erit, 9. cum 3. triceſimis ſecundis. Patet: nam quadratus de 9. eſt 81. & 9. bis ductus in 3. triceſimas ſecundas, facit 54. triceſimas ſecundas pro ſupplementis. Vnde gnomo continebit 54. triceſimas ſecundas cum 9. triceſimis ſecũdis, ex 1. triceſima ſecunda: ſiue unũ cum 11. decimis ſextis & 9. triceſimis ſecundis, ex 1. triceſima ſecunda. Additus ad quadratum de 9. ſcilicet 81. erunt 82. cũ 11. decimis ſextis & 9. triceſimis ſecundis, ex 1. triceſima ſecunda: & tãtus erit quadratus de 9. cũ 3. triceſimis ſecũdis, qui maior eſt numero poteſtatis a e, qui eſt ſolùm 82. cũ 11. decimis ſextis. Igitur a e longitudine minor erit 9. cũ 1. triceſimis ſecundis. Rurſus a f q̃ poteſtate eſt 165. cũ 6. decimis ſextis, erit minor longitudine 12. cũ 7. octauis. Nã quadratis de 12, eſt 144: & 12 bis ductus in 7. octauas, facit 168. octauas p̃ ſupplemẽtis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 7. octauis eſt 49. octauæ ex 1. octaua: quæ reductæ ad fractiones in tegrarũ, eas per 8. diuidendo, erunt 6. octauæ cũ 1. octaua ex 1. octaua: additæ ſupplementis, eas per 8. diuidendo, facient 21. cum 6. octauis & 1. octaua ex 1. octaua. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 12, qui eſt 144. erunt 165. cum 6. octauis & 1. octaua ex 1. octaua. Et tantus erit quadratus de 12. cum 7. octauis, qui maior eſt poteſtate a f, quæ eſt ut 165. cum 6. decimis ſextis. Erit igitur a f ſiue a h quod idem eſt, longitudine minor 12. cum 7. octauis, quod fuit probandum. His præhabitis, ſubtraho

a b de

http://www.obrascatolicas.com

a b de a e, hoc eſt 7. de 9. cum 3. triceſimiſſecundis: & erit reſiduum 2. cum 5. triceſimiſſecundis. Vnde b e erit paulò minor longitudine 2. cum 3. triceſimiſſecũdis: eò quòd a e minor eſt longitudine 9. cum 3. triceſimiſſecũdis. Rurſus ſubtraho a h de a g, hoc eſt 12. cum 7. octauis de 14: & erit reſiduum unum cũ 1. octaua. Vnde h g erit longitudine paulò maior uno, cum 1. octaua: eò quòd a h longitudine minor ſit 12. cum 7. octauis. Quia igitur b e longitudine minor eſt 2. cum 3. triceſimiſſecundis, & h g longitudine maior uno cum 1. octaua, ſiue cum 4. triceſimiſſecundis quod idem eſt: ſequitur quòd b e ad h g longitudine minorem ſeruabit proportionem, quàm 2. cum 3. triceſimiſſecundis ad unum cum 4. triceſimiſſecundis. Nam uetus numerus longitudinis b e ſi dari poſſet, erit minor 2. cum 3. triceſimiſſecundis. Itidem numerus longitudinis h g, maior uno cum 1. octaua. Ideò b e ad h g longitudine ſeruat proportionem, quam ſeruat minor numerus numero 2. cum 3. triceſimiſſecundis, ad maiorem uno cum 1. octaua. Quare minorem longitudine ſeruat b e ad h g proportionem, quàm 2. cum 3. triceſimiſſecundis ad unum cum 1 octaua. Et quæ eſt habitudo 2. cum 3. triceſimiſſecundis ad unum cum 4. triceſimiſſecundis: ea eſt 67. ad 36. eò quòd 2. cũ 3. triceſimiſſecundis, facit 67. triceſimaſſecundas: & unum cum 4. triceſimiſſecundis, facit 36. triceſimaſſecundas. Vnde dicit de Cuſa, quòd per has additiones, ſiue per habitudinem b e ad h g: omnia inueſtigentur. Nam ſi à ſagitta trigoni ſcilicet b g ſubtrahantur: reſiduum erit ſagittà tetragoni, ſcilicet e h, quòd eſt manifeſtum. Si uerò (inquit) diuiſeris 7. ſiue b g, ſecundum præfatam habitudinem additionum, & maiorem portionem addideris a b ſcilicet ſemidiametro circuli trigono inſcripti, habes ſemidiametrum circuli iſoperimetri. Et ratio eſt: nam ſi (ut ſupponit) exceſſus omnium primarum polygoniarum ſuper primã trigoni iſoperimetri, ſit ad exceſſum ſecundæ trigoni, ſicut b e ad h g (cum dicat in omnibus eandem tenere habitudinem) eſt manifeſtum, exceſſum primæ circuli iſoperimetri ſuper primam trigoni, ad exceſſum ſecundæ trigoni ſuper ſecundam circuli iſoperimetri (quæ ſecunda cum prima coincidit) eſſe ut b e ad g h. Vt ſi a i ſit ſemidiameter circuli iſoperimetri: erit b i exceſſus primæ circuli iſoperimetri ſuper primam trigoni, & g i erit exceſſus ſecundæ trigoni ſuper ſecundam circuli iſoperimetri. Vnde dicit de Cuſa, b i ad g i eſſe, uti b e ad g h. Nam dicit, ſi b g diuidatur, ſic quòd maior portio ad minorem ſit uti b e ad g i, & maior portio addatur à b: fiet ſemidiameter circuli iſoperimetri. Ex quo cõſtat ſi uerum ſit, & ſi a i ſit ſemidiameter circuli iſoperimetri: erit b i ad g i uti b e ad g h. Ex quo propinquè ſic haberi poteſt habitudo primæ circuli ſcilicet a i: ad circumferentiam trigoni ſiue circuli iſoperimetri. Dictum eſt b e ad h g longitudine minorem ſeruare proportionem, quàm 67. ad 36. iungo 67. ad 36. & fiunt 103. Inuenio 1. centeſimam tertiam de b g ſiue de 7. & erit 7. centeſimæ tertiæ, quæ ducta in 67. facit 469. centeſimaſtertias. Reductæ ad unitates diuidendo per 103. erunt 4. cum 57. centeſimiſtertijs. Rurſus 7. centeſimaſtertias duco in 36. & fiunt 252. centeſimæ tertiæ. Reductæ ad unitates eas per 103. diuidendo, erunt 2. cum 46. centeſimiſtertijs. Vnde quæ proportio eſt 67. ad 36: ea eſt 4. cum 57. centeſimiſtertijs ad 2. cum 46. centeſimiſtertijs. Et ſicut b e ad h g, minorem ſeruat proportionem longitudine quàm 67. ad 36. ita b i ad g i, quæ eſt ut b e ad g h per hypotheſin, minorem longitudine ſeruabit proportionem, quàm 4. cum 57. centeſimiſtertijs ad 2. cum 46. centeſimiſtertijs. Et cum 4. cum 57. centeſimiſtertijs & 2. cum 46. centeſimiſtertijs ſimul faciant 7. ſequitur quòd b i erit minor, quàm 4. cum 57. centeſimiſtertijs: & ex conſequenti, a i erit longitudine minor quàm 11. cum 57. centeſimiſtertijs. Ecce iam propinquè habita eſt longitudo ſemidiametri, & ex conſequenti poteſtas. Vnde patet, quòd propinquè haberi poteſt habi-



habitudo arcus ad chordam, per ea quæ dicta ſunt in libro de Arithmeticis complementis. Sequitur.

¶ Et hæc eſt perfectio ultima Geometricæ artis, ſcilicet cognitio habitudinis arcus ad chordam, ad quam hactenus ueteres non legi peruenisse. Sequitur. Eſt etiam nũc ars completa Geometricarum tranſmutationum, quam ante minus tamen ſufficienter quoad quadraturam circuli deſcripſi. In hoc loco uidetur retractare illam quadraturam, quam ponit in de Geometricis tranſmutationibus. Sed ſi illa & iſta rectè examinantur, illa cenſebitur propinquior ueritati.

6 Adhuc ut latus cuiuſcunq; multiangulæ quantotius uertas in curuam facere poteris inſtrumentum dupliciſ anguli, ut latus ſit a b.

¶ Redige b a e angulum & b a d ſimiliter in unum æreum inſtrumentum, auxiliante 23. primi Euclidis: quod applica in omnibus, ut in trigono, Sit datum latus tetragoni g h, & ſit i, punctus mediatis: per 11. primi Euclidis, educo perpendicularem à puncto i ęqualẽ i h, quæ ſit i k: erit i k prima ęq drati, cuius latus erit ut g h. Trahо k g & k h: facto q; centro k, circumduco k g uſq; h, & arcus deſcriptus erit quadrans: continuò k i uſq; arcum, & ſit k l, erit i l ſagitta quadrati. Applico ſuper latus g h præmiſſos angulos, ſic quòd latus a b ſit ſuper g h: & intantum elongo & attraho, quòd latus a d tranſit per l punctum, & ubi a eſecat ſagittam, ponо m: erit k m ſemidiametrus circuli iſopimetri. Nã i m ad i l eãdẽ ſeruat proportionem, quam ſeruat c e ad c d in trigono, ut de contimilibus ſectionibus: dictum eſt in penultima. Facto igitur k cẽtro circumduco k m, & ubi ſecat k g & k h ponо n & o: erit arcus n m o ęqualis rectæ g h Nam ſi circulus cuius k m erit ſemidiametrus, ſit iſoperimeter quadrato cuius latus erit g h, erit g h æqualis curuæ n m o, eò quòd ſicut g h eſt pars quarta circumferentiæ quadrati, ita n m o eſt pars quarta circumferentiæ circuli; & n m o arcus eſt cadens inter ſectores k g & k h.







6 Adhuc ex præmiſſis conſtat, q; ſicut quæcunq; recta poteſt eſſe latus.

¶ Vt autem inuenias duos arcus æquales duabus rectis datis, qui ſint eiuſdem circularis: eſt recurrendum ad tertiam & ſextam primi cap. & ad ſextam ſecundi cap. de Geometricis tranſmutationibus.

8 Procedit autem hæc inuentio ſi uerum eſt, quòd linea recta de primâ.

¶ Ex hoc loco patet, quomodo latuit de Cuſa: an recta ducta à prima trigoni ad primam circuli iſoperimetri, tranſeant per omnes primas mediarum polygoniarum. Et ex conſequenti latet ueritas iſtius reſolutionis.

http://www.obrascatolicas.com

1 ADijcio nunc alias quasdam meas adinuentiones, circa superficierum ad inuicem trãsmutationes, quas ut priores S. tuæ dedico, qui in omnibus principatum tenes, & solus dignus es ut cuncta tibi pateſcant. Lineam figuraui, motus puncti concipio. Quæ si recta fuerit: tũc si uno eius termino fixo manente mouetur, hic motus rectæ per triangulum orthogonium figuratur. Vt si a b linea mouetur a ſtãte: motus figuratur per triangulũ a b c. Si enim motus b eſt ut latus b c: tũc si proportionabiliter omnia pũcta dabilia: puta si d eſt punctus medius, tunc d e eſt motus d, & d e latus eſt medium ad b c. Si uerò a b recta mouetur æqualiter in a ſicut in b: motus cõfiguratur per





duplicem orthogonium, siue quadrangulum a b c d, omnia enim puncta dabilia æqualiter mouentur. Si uerò a mouetur ſimiliter, & b ſed inæqualiter: hoc fieri poteſt infinitis modis, & unica figura non poterit cõfigurari.

2 Ex prima configuratione motus lineæ rectæ, cuius unus terminus manet fixus, ſequuntur iſta: ſcilicet quod ſuperficies quæ eſt menſura motus lineæ, quæ ex reuolutione lineæ oritur, habet lineam curuam peripherialem quæ ex puncto b exoritur, & ſuperficiem circularem, quæ ex linea a b prouenit. Quòd ſi in a b quemcunq; punctum ſignaueris, puta in medio qui ſit d: peripheria ex d, erit ſe habens ad peripheriam ex b, ſicut in configuratione d e latus ad b c latus: ſunt enim peripheriæ menſuræ motus punctorum. Vnde neceſſe erit omnẽ ſemidiametrum ad circumferentiam eandem tenere menſuram.



Deinde quia ſuperficies ex motu ſemidiametri ſuper peripheriam conſtituitur, & una eſt omnium ſemidiametrorum ad peripherias habitudo: illa erit habitudo ſuperficierum, quæ potentiarum ſemidiametrorũ. Quare ſuperficies circuli, habens ſemidiametrum ut quatuor: ad ſuperficiem illius quæ habet ſemidiametrum ut 2. quadrupla eſt. Quæ conicarum ſuperficierum ad inuicem, & ad ſuas baſes, ex hoc habetur. Nam cum ſemidiameter baſis, & latus trianguli quod conicam deſcribit ſuperficiem, moueantur uno terminali eorum puncto fixo, & ſuper eadem baſis circumferentia: illa erit ſuperficierum habitudo quæ linearum, ex quarum motu ipſæ ſuperficies conſtituuntur, uti eſt ſemidiameter baſis & latus illud

lud trianguli, ex quo conica deſcribitur ſuperficies ut a b & b c.



3 Ex ſecunda configuratione motus lineæ, æqualiter in omnibus punctis motæ ſequitur, quòd ſuperficies quę ex tali motu conſtituitur, dupla eſt ad illam quæ ex primo motu. Quare ſi ſemidiameter mouetur ſecũdo motu ſuper eadem peripheria, ſuper qua primo motũ mota eſt: oritur ſuperficies dupla ad primam. Vnde neceſſe erit, quòd multiplicatio ſemidiametri in ſemipheriam: æquetur ſuperficiei circulari. Dico autem quando ambo terminalia puncta æqualiter mouentur. Nam ſi unus moueretur ſuper concauitate alicuius arcus, & alius ſuper conuexitate eiuſdem: ſuperficies non foret dupla ad illam, quæ fuit exorta ex motu eiuſdem lineæ uno termino eius fixo ſtante, & alio in concauitate arcus moto, licet arcus ſint æquales. Vt ſi arcus b d eſt ut arcus c e, ſi b c linea mouetur ſuperficiem deſcribendo, quæ clauditur inter rectas b c & d e, & curuas b d & c e, licet ſuper æqualibus arcubus moueatur: non deſcribit duplam ſuperficiem ad motum a b æqualis c b fixo a ſtante, & b moto uſq; in d per æqualem arcum, quia b mouetur in concauitate b d arcus: ſed c de linea b c in conuexitate. Minuit autem conuexitas, quantum ſunt illæ portiones f g c h, & f i e k.



4 Ex hoc q; circa habitudines Cylindrorum ſeu rotundarum columnalium ſuperficierum, & ſuarum baſium, & Cylindralium conicarum curuarum, atq; planarum circularium, omnis ſcientia elicitur. Nam conſtat columnam rotundam, cuius altitudo eſt ut ſemidiameter baſis, habere duplam ſuperficiem baſis.

Nam linea quæ baſim efficit, mouetur uno puncto eius terminali ſtante, alio circumferentiam deſcribente: & illamet columnarem ſuperficiem conſtituit, per motum æqualem utriuſque terminalis puncti, ſuper eadem circumferentia baſis. Vt ex a b c angulo recto ſupera circumuoluto, deſcribitur baſis per a b, & per b c duplex ſuperficies Cylindrica: quia b c æqualis a b, æqualiter in b c punctis terminalibus mouetur.



Sic pariformiter in conicis. Si a b c triangulus cuius angulus b a c rectus ſuper a c reuoluitur, & b c latus fuerit duplum ad a b: æquabitur illa conica ſuperficies priori columnari. Et ſi feceris circulum

http://www.obrascatolicas.com



cuius ſemidiameter dupla foret ad a b: eius ſuperficies plana æquabitur ambabus, columnari & conicæ ſimul. Palàm ex his, ſi circumferentialis linea circuli in rectam redigeretur, & duceretur in ipſam ſemidiameter: ſuperficies quadrangula quæ ſurgeret, dupla foret ad circularem, cuius erat circumferentia. Nam hæc ductio motus eſſet, ubi ambo terminales puncti æqualiter mouerentur. Sed conſtitutio circuli ex motu eiuſdem lineæ, altero puncto ſtante, oritur. Rectè igitur dictũ eſt à multis, quòd ductio ſeu multiplicatio ſemidiametri in ſemicircũferentialẽ lineã, efficit ſuperficiẽ æqualẽ circulo.

5 Adhuc eſt alius motus compoſitus, ſcilicet progreſſionis & deſcenſionis, utin figura. Nam ut concipis a b mouetur duplici motu ſuper a c, ſcilicet continuè progrediendo, & ſimul deſcendendo æqualiter: erit enim mẽſura progreſſionis a c, deſcenſionis a b, & deſcẽſionis & progreſſionis ſimul b c. In quanto enim tempore progreditur de a in c: in tanto deſcendit b per b c ut ueniat in c, & exoritur figura a b c d. Et b c in ſe complicat duplicem motum, deſcenſionis a b, & progreſſionis a c: quare potentia b c, eſt ut a b & a c. Ex hoc nota, quomodo ex motu lineæ, ſimul oriuntur duo trianguli & quadrangulus. Si autem a b mouetur progrediendo in a c, & deſcendendo inæqualiter, ita tamen quòd illa inæqualitas eſt æqualis arcui: tunc oritur figura a b c d. Et quoniam b c arcus, complicat motũ progreſſionis & deſcenſionis inæqualis: igitur b c arcus eſt maior linea b c. Et dico motum deſcenſionis inæqualem: quia poſtquam b peruenit ad medium arcus, non deſcendit per medium ſui infra c a, ſicut quando deſcendit per medium lineæ b c. Et cõſidera, quomodo a deſcribit arcum a d. Mouetur igitur a in conuexitate, & b in concauitate. Et quantùm addit concauitas ſuper lineam c b: tantùm conuexitas minuit. Quare curua ſuperficies inter arcũ b c concauum, & arcum æqualem a d conuexum: æquat quadrãgulo rectilineo a b c d. Et ita habes, quomodo eadẽ quãtitas inter maiores curuas cadit, & minores rectas. Poſſũt ex his uarij alij cõpoſiti motus cõcipi modi, quos nũc trãſeo, quaſq; p ſe illos cõcipere poterit.





6 Si ad tertium motum, quando ambo termini lineæ mouentur ſed inæquali motu, aduertis: clarè comperies, ſecundùm proportionem motuum ſuperficies attingi. Et ut facilius inducaris, cõcipito lineam a b duplicem, & diuiſibilem uſq; ad b punctũ: qui indiuiſibilis utriuſq; diuiſæ terminus maneat.

maneat. Eſto igitur quòd a ſtante b moueatur, ſi tunc a diuiſum eleueris, ut circa b fiat angulus: tunc ſecundum circumferentiam quam a mobile deſcribet, ad circumferentiam quam b deſcribit, ſcire poteris proportionem ſuperficierum. Puta eſto quòd a mobile eleuetur ut conſtituat talem angulum, quòd linea quę de a cadit uſq; ad punctum, qui ita diſtet ab horizonte ſicut a fixum & ſic a d ſit medietas a b: tunc b a mobile deſcribet ſuperficiem conicam, quæ erit maior plana circulari, quam a b deſcribit pro medietate, et ita proportionabiliter in omnibus. Quare placet, quòd quando a mobile eleuatur, ut eius motus ſit duplex ad motum a b (ſcilicet quando erit ex ipſis linea una) tunc a b mobile deſcribet ſuperficiem triplam, et planam ad ſuperficiem quam a b deſcribit. Et illa eſt ultima & maxima, quæ in medio cadunt proportionabiliter appræhendens. Ex quo habes, quomodo portiones conicas, quæ habeant proportionem quam uolueris, ad baſim conſtituere poteris: & ſimiliter quomodo ſuperficies rombicas, quæ ex duabus conicis unam baſem habentibus, reducere, poteris in alias. Et quæcunq; circa hoc ſcire optas, ex hoc facile elicies.



7 Eſt autem aduertendum ex præmiſſis, quomodo in conicis poſſis procedere: ut ſi a b c triangulus ſit, & a b latus deſcribens conicam, & c b ſemidiameter baſis: trahè lineam a c in continuum, & de b duc lineã ut facias æqualem triangulum, qui ſit b d c. Manifeſtũ eſt, ſi a d fixa manente, circumuoluitur triangulus a b d, rombum oriri ex duobus æqualibus conicis. Trahe igitur a b in continuum, & ſit b e ut a b: clarum eſt ſi circumuoluitur ut prius, lineam b e efficere ſuperficiem triplam ad ſuperficiem a b, & conicam ſuperficiẽ a e quadruplam eſſe ad eam quæ & a b. Vnde ſi b d eleuaueris in medium inter b d & b e, & ſit b g: efficiet ſuperficiem duplam, ſicut b d æqualem, & b e triplam. Et ſemper peruenitur ad medium, quando faciet angulum rectum cum ſemidiametro baſis: & ſi minus uel plus eleuatur, minus & plus efficiet. Et hæc ex præmiſſis: nota ſunt. Habes igitur, quòd quando conus et columna rotunda habent eandem baſem, & latus coni eſt ut altitudo columnę: ſuperficies colũnę ſemper eſt dupla ad ſuperficiem coni: & ſi plus plus: ſi minus minus proportionabiliter. Si feceris latus coni chordam arcus, deſcribendo arcum ſuper ipſum, ut ſuper a b latus a f b arcum, & ſu-



http://www.obrascatolicas.com

per b eundem arcum: erit ſuperficies ex curua a f b tertia ſuperficiei, quæ ex curua b e. Et ita ſi uolueris duplam, facito ut in conicis dictũ eſt. Vnde ſi a f b eſt quadrans: palam eſt ex circumuolutione ſemiſphæricam oriri ſuperficiem: & ex b g curua duplam eius, ſcilicet ſuperficiem curuam æqualem ſuperficiei ſphæræ, cuius c b maioris circuli ſemidiameter, & ex b e curua triplã. Ex quo elicias, quomodo in talibus curuis ſuperficiebus, poteris qualem uolueris multiplicationem, efficere. Si feceris arcum lineam curuã curuitate alicuius ſectionis parabolæ, aut trãſuerſæ Cylindri, quæ ſectiones non ſunt arculares, ſed alia curuitate curuę, eodem modo procedendo: æqualis erit proportio ſuperficierum. Si a b ſtante a c circumducta circularem planam ſuperficiem deſcripſeris, et quadrantem deſcripti circuli uno eius terminali puncto ad b iuncto, alioqui ſit c ut a fixo ſtante ſuper a c circumduxeris: ſuperficies ex quadrãte dupla erit ei quæ ex linea a b exoritur. Patet: nam ex c b oritur ſuperficies ſemiſphærica, et a b maximus circulus, cuius quatuor ſuperficies æquantur ſuperficiei ſphæræ, ut probat Archimedes.



8 Si uolueris Cylindricam, ſphericam, ac conicam ſuperficies, et infinitas portiones conicas deſcribere eiuſdem ſuperficiei, ſic facito: Sit a b ſemidiameter alicuius circuli, cui iunge ad angulum rectum b c, æqualẽ a c. Trahe de a æquidiſtantem ad b c indefinitæ quantitatis, & ſit a d: trahe de d b ad a d, lineam duplam ad a b, deinde trahe lineam de d ad c. Dico quòd omnes lineæ quæ duci poſſunt de b ad c d in circumuolutionem, deſcribunt portiones conicas æquales, uel columnali b c, uel conicę b d. Quòd ex b c & b d oriuntur æquales, quæ ſunt duplæ ad planam circuli, cuius a b ſemidiameter, ſuperiùs eſt manifeſtum. Quòd uerò mediæ ſic ſe habeant, puta b i & b g, & quæcũq; tales, patet: nam non poſſunt ſuperficies maiores illi quę ex b c, nec minores illi quę ex b d: quæ cum ſint æquales, erunt & ſimiliter omnes mediæ æquales. Deſcribe



quadran

quadrantem circuli, cuius a b ſemidiameter & ſit b e. Manifeſtum ex præmiſſis, ſuperficiem quæ ex curua b e oritur, illis eſſe æqualem.

9 Curuas lineas non tamen circulares, ex inæquali motu lineæ in ambobus ſuis terminalibus punctis cauſatas, concipito, ac ſi a b recta moueretur, & b plus quàm a: puta a moueretur per lineam a c, & b per curuam b d. Et ſi regulariter: tunc quando a peruenerit ad medium a c etiam b, peruenit ad medium b d. Poteſt etiam unus punctus moueri regulariter continuò æquali motu, & alius inæquali motu: puta in principio uelociori, & continuè tardiori ſucceſsiuè, & regulariter per æqualem ſcilicet inæqualiter. Ex his diuerſitatibus uarias contingit oriri curuitates: aliquæ erunt ut ſectiones conicæ, aliæ ut tranſuerſales, cylindricæ, aut obliquæ ſphæricæ ſectiones. Ex quo curuæ ſuperficies ſectionum, quæ parabolæ dicuntur, & tranſuerſalium Cylindrorum, non cauſantur directè ex motu lineæ. Si uolueris inquirere portionum illarum habitudines, ita facito: conſiderabis exceſſum chordę ſuper ſagittam & ille exceſſus erit ut motus lineæ æqualis ſagittæ in uno eius puncto: alius motus alterius puncti, erit ut curua. Vnde ſuperficies erit medium eius, quòd fit ex ductu ſagittæ in curuam, ac ſi non foret linea mota in uno eius termino: & erit ultra medium, ſecundùm habitudinem potentię exceſſus ſuæ chordæ ſuper ſagittam, ad potentiam curuæ. Puta eſto quòd abſciſio ſit in circulo, & quòd per ſemichordam & ſagittam ſextę circumferentię quæ ſignetur per a b c: & ſit a b ſemichorda duplicis arcus, & a c ſagitta & centrum circuli d, trahe d b & d c, & lineam b c. Manifeſtum eſt, a c & a d æquari, & triangulos d b a & b a c. Portio igitur ſuper lineam b c, in qua excedit abſciſio triangulum: uenit ex motu a c ſagittæ in ambobus terminis. Et ſi ambo termini fuiſſent æqualiter moti, portio ſuperlineam b c, eſſet æqualis toti triangulo b a c: ſed quia inæqualiter moti ſunt termini, ideò eſt minor. Et ut uideas qnomodo inæqualiter moti, ſigna de b uerſus a æqualem a c, & ſit b e ut a c. Moueatur igitur b ſuper arcu b c, & dum ſic b mouetur ſuper b c arcu, neceſſe erit e moueri uerſus a. Mouetur igitur in eodem tempore e per lineam e a, in quo b per arcum b c. Quæ igitur habitudo potentiæ e a lineæ, ad potentiam rectæ quæ æquatur b c curuæ: tanto excedit ſuperficies abſciſionis medietatem portionis circuli d b c. Deberet enim eſſe medietas ductio a c in arcum b c illius, quod fit ex ductu d b in eundem arcum, cum a c ſit medię-





http://www.obrascatolicas.com



tas d b. Sed quia mouetur terminus in a c, qui manet fixus in d b: ideò excedit medietatem. Esto igitur quòd b c curua, sit tripla ad ea: tunc excedit medietatem in una nona medietatis, & erit portio super lineam b c duæ nonę medietatis. Ita in sectionibus curuis operare.

Annotationes Omnisancti.

1 Adijcio nunc alias quasdam meas adinuentiones, circa superficierum, &c.

¶Litera plana est. Nam proportionabiliter omnia puncta in linea dabilia mouentur ad motum aliorum terminorum, siue uno extremorũ fixo moueatur, siue nullo, cum æqualiter mouentur. Aequaliter enim termini mouentur: cum in eodem tempore similia pertranseunt spatia: & ob hoc proportionalia sunt. Vt cum a b (termino a fixo) b mouetur, similiter & d, & motus b est ut b c, motus uerò d ut d e: æqualiter moti dicuntur. Nam d cum peruenit ad aliquam portionem lineæ d e, ad similem peruenit b in b e: ut puta cũ ad tertiã, etiã ad tertiã, & cũ ad mediũ etiã ad mediũ. Hinc fit, ut si a d sit mediũ a b, erit d e medium b c. Et hoc est notum: cum ille motus utrobiq; angulos producat æquales, ratione motus æqualis. Et ideò cum incipit moueri b, ita & omnia simul puncta in a b dabilia mouentur, & proportionabiliter mouentur: & cum stat motus b, stant pariter & omnium pũctorum motus. Et idem dicatur de a b, cum nullo extremorum fixo æqualiter mouẽt. Hoc adiecto q̃d termini æqualiter mouẽt cũ æqualia trãsẽũt spatia motu recto



2 Ex prima configuratione lineę rectę, cuius unus terminus manet. &c.

¶Eadem quippe ratio est de motu circulari, sicut de motu recto ratione æqualis motus: ut cum a b mouetur in circumferentiam circuli termino a fixo, similiter d punctus mouetur in circumferentiam circuli a d, & illa duo puncta æqualiter & in eodem tempore mouentur: ideò motus proportionales sunt ad lineas motas. Vnde ut prius dictum est, si a d est medietas a b: erit circũferentia circuli a d, medietas circumferentiæ circuli a b. Quod de potestate dicit, ex secunda duodecimi Euclidis est manifestum. Quod uerò de conicis addit, peramplius infra loquetur. Dicit autem quòd habitudo superficiei conicæ descriptæ ex b c mota in circumferentiam circuli a b, termino c fixo: ad superficiem circuli a b, descriptæ ex a b mota in eãdem peripheriam termino a fixo, esse ut c b ad a b longitudine. Nam cum mensuræ motuum terminorum sint æquales (quia circumferentia circuli) necesse est ut habitudo motuum penes mobilia attendatur. Et hoc liquidò constat. Nam superficies conica, & circularis, æqualem basem habent, quæ pro æquali altitudine reputaẽ. Ideò per primam sexti Euclidis proportionem tenebunt superficies, quam c b ad a b lõgitudine. Aduertendum est quòd penes tria, æqualitas & inæqualitas motus attenditur. Aequalitas penes regulariratem, tempus, & uelocitatem attendi potest. Regularis dicitur, cum termini moti similes portiones in eo-





eodem tempore pertranseunt: & sic quia æquales denominatione aut longitudine pertranseunt, æquales motus dici possunt. Aequales etiam, cum in eodem tempore motus suos absoluunt, siue per æquales portiones siue inæquales pertranseant. Demum æquales, cum æquè ueloces sunt, & sic semper in eodem tempore suos absoluunt motus, & portiones pertranseunt similes & æquales, & quantitates terminorum sunt inuicem æquales. Inæqualitas motus attenditur ex opposito penes irregularitatem, tempus, & uelocitatem: ut cum in eodem tempore dissimiles pertranseunt portiones, inæquales dicuntur. Similiter cum simul incipiant moueri, in eodem tempore non absoluunt suos motus. Demum, cùm & si in eodem tempore absoluant, non tamen æquè ueloces. Et sic motus b & motus d, dici possunt æquales & inæquales: æquales, quia in eodem tempore circumferentias pertranseunt, & per similes portiones: Inæquales uerò, quia non æquè uelociter. Nam in eodem tempore, b maius pertransit spatium quàm d: ideò necesse est b uelociùs moueri. Si enim d æquè uelociter moueretur: absolueret motum suum in tempore, quo b pertransiret medietatem suæ circumferentiæ, quam suo motu describit. Sed de his hactenus.

3 Ex secunda configuratione motus lineę, æqualiter in omnibus punctis motę sequitur, quòd superficies quę ex tali motu cõstituitur, dupla est ad illam quę ex primo motu. &c.

¶Hoc est uno extremorum fixo. Vt a b, cum mouetur nullo extremorum fixo æqualiter, cuius motus sit ut b c, describit rectangulam a b c d: cum uerò uno extremorum fixo, scilicet a fixo mouetur; tantum describit orthogonium. Vnde si eius motus sit b c: erit orthogonius a b c. Et per 41. primi Euclidis, a b c d duplus est triangulo a b c. Vnde necesse erit, quòd multiplicatio semidiametri in semipipheriam, æquetur superficiei circulari: quia cum semidiameter secundo motu, hoc est nullo extremorum fixo mouetur super eandem peripheriam in quam primo motu, hoc est uno extremorum fixo mota fuerat: facit eadem ratione superficiem duplam ad primam. Dico autem quando ambo terminalia puncta æqualiter & directè mouentur: non autem æqualiter & obliquè. Obliquè enim mouentur, cum suo motu puncta, obliquas siue curuas describunt lineas: ut termini c b, cum mouentur in b l d, & in c f d curuas æquales, ut præmittitur, æqualiter mouentur: quia æquè uelociter & in eodem tempore & per similes portiones suos absoluunt motus, sed obliquè & non directè. Ideò superficies inter obliquas minor est dupla, ad eam quæ ex a b uno extremorum fixa scilicet a, mota in b l d describitur, in duabus paraboli s f g c h & f i e k æqualibus. Patet: traho f l & b l, & l d æquales. Sitq; b l latus hexagonicum: erit c a b sexta pars circuli, itidem b a l, & l a d, & d a e. Vnde portio inter arcum b l d, & sectores a b & a d æquatur portionibus inter arcum c b, & sectores a b & a c, & inter arcum d e, & sectores a d & a e simul. Et ex consequenti, portio circuli inter arcum c l e, & sectores a c & a e: dupla erit portioni, quæ est inter arcũ b l d, & sectores a b & a d. Modò portio sub arcu c l e & sectoribus a c & a e, maior est portione inter duas curuas b l d & c f e, & rectas c b & e d in 4. lunulis: scilicet in lunulis sub arcu c b, & recta c b, item sub arcu e d & recta e d, & sub arcu f i e & recta f e, demum sub arcu f g c & recta f e, quæ lunulæ sunt æquales. Et quæ 4. lunulæ æqua-



http://www.obrascatolicas.com

les ſunt duabus parabolis æqualibus: ſcilicet f g c h, & f i e k. Ex quo patet, ipſam ſuperficiem ſub curuis æqualibus & rectis c b & e d: minorem eſſe dupla, ad eam quæ ſub arcu b l d, & ſectoribus a b & a d continetur, in prædictis duabus parabolis. quod eſt propoſitum.

Ex hoc quę circa habitudines Cylindrorum ſeu rotundarum columnalium ſuperficierum, & ſuarum baſium, & Cylindralium conicarum curuarum: hoc eſt pyramidum curuarum, atque planarum circularium: omnis ſcientia elicitur. Nã conſtat columnam rotundam, & quę ſequũt.

¶ Sic pariformiter in conicis. Vt deſcripto triangulo c a b, cuius angulus c a b ſi rectus: ſi reuoluatur ſuper a c, fiet conica figura. Quòd ſi b c ſit dupla ad a b: ſuperficies conica erit dupla ad ſuperficiẽ baſis, quæ erit ut circulus ex a b deſcriptus. Patet: nam ſi conica ſuper planum uoluatur, cono c fixo: fiet portio circuli, cuius ſemidiametrus erit ut b c, arcus uerò portionem capiẽs ut circũferẽtia circuli baſis. Quòd ſi recta arcui detur ęqualis, & a centro c ad terminos rectę arcui æqualis, duæ rectæ ducantur, fiet iſoſceles æqualis portioni circuli, & ſuperficiei conicæ, per ſuperiora. Ex quo patet: ſuperficiem conicam, æqualem eſſe iſoſceli, cuius baſis æquatur circumferentiæ circuli baſis, altitudo uerò, æquatur lateri conico. Conicum latus dicitur, per quod conica deſcribitur figura: & eſt recta à termino circumferentiæ ad conum educta, ut eſt b c. Dicit igitur ſuperficiem conicam duplam eſſe ad circulum ſuæ baſis: & hoc conſtat eò quòd triangulus iſoſceles, cuius baſis æquatur circumferentiæ circuli, & altitudo ut ſemidiameter: æquatur circulo. Quòd ſi altitudo talis iſoſcelis dupletur, & pariter iſoſceles duplicabitur: eritq; ea de re ſuperficies conica, cuius latus conicum duplum eſt ad ſemidiametrum circuli baſis, dupla ad ipſum circulum baſis. Et eadem ſuperficies conica, æqualis erit ſuperficiei columnali deſcriptæ ex a e, ſi reuolatur ſuper d fixo. Nam ſi columna deſcripta ſuper planum uoluatur: fiet parallelogrammus, cuius altitudo erit ut a e, baſis uerò ut circumferentia circuli a b. Quare per ſuperiora, duplus erit ad circulum a b: & ex conſequenti, æqualis ſuperficiei conicæ ex b c deſcriptæ. Cætera patent in litera.



Adhuc eſt alius motus cõpoſitus, ſcilicet progreſſionis, & deſcenſionis.

¶ Omnia ex litera & figuris ſunt manifeſta.

Si ad tertium motum, quando ambo termini lineæ mouentur.

¶ Eſto igit quòd a ſtãte in prima linea, b moueat circulũ deſcribẽdo: ſi tũc a diuiſum eleuaueris b ſtãte, tũc ſecũdũ circũferentiã quã a mobile deſcribet, ad circũferẽtiam quã b deſcribit, pportionẽ ſuperficierũ ſcire poteris. Puta eſto quòd a mobile ſcilicet primæ lineæ eleuetur, ut conſtituat talẽ angulũ, quòd linea q̃ de a ſecũdæ lineę cadit uſq; ad punctũ, q̃ ita diſtet ab horizonte ſicut a f xũ: hoc eſt, quòd d pũctus & a primæ lineę, ſint ſuper quintã lineã, q̃ cũ a b prima linea angulũ rectũ cõſtituat, ut ſit b a d angulus rectus tũc a primæ lineæ & d ab horizonte ęquidiſtãt. Rurſus ſit a d medietas a b primę lineę: tũc b a ſecũda linea deſcribet ſupficiẽ conicã & curtã, cuius baſis maior, erit circulus ex a b prima linea, minor uerò baſis q̃ ad conũ tẽdit, erit ut circulus ex a d medietas a b. Et ipſa ſuperficies conica ex a b ſecũda linea deſcripta: maior erit plana circulari quam a c prima linea deſcribit, pro medietate. Et ita proportionabiliter in omnibus. Patet ſic.



Deſcribo

Deſcribo figuram ſimilem priori, quæ ſub prima, ſecunda, quinta, & ſexta lineis continetur. Et cum angulus ſub a d quinta, & d a ſexta rectus ſit, ut præmittitur: erit d a ſexta æquidiſtans ad a b primam. Facio a d quintam indefinitæ quantitatis, & continuò b a mobile, ſiue ſecundam lineam, & ubi ſecat a d indefinitam, pono e: erunt duo anguli a b a & d a e æquales, per ſecundam partem 29. primi Euclidis. Quare iſti duo orthogonij e a b, & e d a æquianguli erunt: & ex conſequenti per quartam ſexti Euclidis, ſicut a b ad d a, ita e b ad a e. Quare cum a b longitudine dupla ſit ad d a, ut præmittitur: erit ſimiliter e b ad a e longitudine dupla. Et rurſus permutatim, ſicut a b ad e b, ita d a ad a e: ſed a b eſt medietas b e, cum a b prima æqualis ſit b a ſecundæ, & e b dupla ſit ad a e: erit igitur a e æqualis a b. Similiter d a ſexta, medietas a e. Vnde ſi conica deſcribatur ex a e: erit per præmiſſa, ſuperficies conicę dupla ſuperficiei baſis, quæ eſt circulus ex a d deſcriptus. Et ſimiliter ſi conica deſcribatur ex e b: erit eius ſuperficies dupla ſuperficiei baſis, quæ erit circulus, ex a b prima linea deſcriptus. Rurſus cum d a ſit medietas d e a e, uel d e a b primæ lineæ: erit circulus ex a d, pars quarta circuli ex a b, per ſecundam duodecimi Euclidis. Et ex conſequenti, ſuperficies conica ex a e deſcripta: erit medietas circuli de a b, cum ſit dupla ad circulum ex d a deſcriptum. Subtracta igitur ſuperficie conicæ ex a e, à ſuperficie conica ex b e: reſiduum erit quod ex a b ſecunda linea deſcribitur, & ipſa erit neceſſariò ad ſuperficiem circuli ex a b ſeſqualteram. Nam ſuperficies ex b e eſt dupla ad circulum ex a b, & ſuperficies ex a e ſolùm ponit uel tollit medietatem circuli ex a b: quare a b ſecunda linea ponet unum circulum ex a b cum medietate. Et hoc eſt quod proponit de Cuſa dicens a b ſecundam lineam conicam deſcribere ſuperficiem, quæ erit maior plana circulari quam a b prima linea deſcripſit, pro medietate. Quare placet (inquit) quòd quando a mobile eleuatur, ut eius motus ſit duplex ad motum a b: tunc a b mobile deſcribet ſuperficiem triplam & planã ad ſuperficiẽ quam a b prima linea deſcribit. Sumo æquales a b primæ lineæ & b a quartæ, ex quibus lineam unam facio: & a fixo primæ lineæ, moueantur b primæ lineæ & a quartę: tunc motus à quartæ lineę, duplex dicet ad motũ b, quia a quartę lineæ circularẽ deſcribit, duplã ad circularẽ ex b. Quia igitur mẽſura motus termini a quartę lineę, duplex eſt mẽſurę b: ideò motus eius pariter duplex dicit ad motũ b. Dicit igit de Cuſa, quòd a b quarta linea deſcribat ſupficiẽ triplã (q̃ eſt ea q̃ inter duas circũferẽtias cõcludit) ad ſuperficiẽ ex a b prima linea deſcripta. Et hoc licęt, nã maior circulus minori eſt quadruplus: dẽpto igitur minori, quòd ſuper eſt triplũ eſt ad minorẽ circulum. Et motus a b quartæ lineæ, qui fit in ambobus pũctis eius terminalibus, inæqualis dicitur: eò quòd in eodem tempore ſuos motus abſoluunt, ſed non motu æquè uelociſ.





Sic-

http://www.obrascatolicas.com

Si enim æquè uelociter mouerentur: mensuræ motuum terminorum æquales essent, sic in conicis intelligẽdum est. Ex his praxis haberi potest, quomodo in conicis proportio portionum superficiei haberi potest, ad circulũ basis: ex qua cognitione multa fieri poterunt peruia & manifesta, & hæc sub duabus propositionibus concludun tur. Prima: Multiplicatio semidiametri per unum tantum terminum in circumferentiam aut in eius partes aliquotas, aut econuersò circumferentiæ in semidiametrum, aut in partes eius aliquotas cognoscitur: eo modo quo multiplicatio unitatis in unitates, aut unitatis in partes aliquotas. Secunda: Multiplicatio partis aliquotæ semidiametri in partes aliquotas circumferentiæ, aut econuersò: eodemmodo cognoscitur; quo multiplicatio partis aliquotæ aut partium aliquotarum unitatis, in partes aliquotas. Prima propositio respicit multiplicationem integri in fractũ integri, aut econuerso. Secũda multiplicationem fracti integri in fractum integri. Quomodo ista fiant: ex Arithmeticis cognitum est, & fieri notum ex sequentibus poterit. Describo triangulum orthogonium a b c, ex quo conicam per b c describo superficem: & latus conicum scilicet a c in 4. partes æquales diuido, per puncta d e f, & à singulis per 31. primi Euclidis traho æquidistantes ad c b usq; ad a b, & sint d g, e h, f i. Sitq; a c longitudine dupla ad b c: erit per præmissa superficies conica ex a c, dupla ad superficiem circularem ex b c. Itidem superficies conica ex a d, dupla erit ad superficiem circularem ex g d: eò quòd sicut a c ad b c, ita a d ad d g per 4. sexti Euclidis, ratione triangulorum æquiangulorum. Et ita de a e & a f dicendum est. Si igitur uoluero cognoscere habitudinem superficiei conicę, quam e c latus describit motu secundo, qui est cum ambo termini mouentur, quia e c æqualis est b c: & ex motu termini c linea e c super circumferentiam circuli b c, facit unum circulum, tanquàm multiplicatio unitatis in unitatem, scilicet semidiametri in circumferentiam. At motu termini e in medietatem circumferentiæ circuli b c, uti est circumferentia circuli e h, medietatem circuli c b describit, ideò superficies conica ex e c, sesqualtera erit superficiei circulari ex c b. Si uerò superficiem conicam ex c d uoluero cognoscere: scire me oportet, quæ sit habitudo circumferentiæ circuli ex c b, ad circumferentiam circuli ex d g, quæ est ut a c ad a d sesquitertia, & c d est medietas c b. Quare motu termini c describit d c, super circumferentiam circuli ex c b unam medietatem ipsius circuli: sicut ductu unius secundæ in unum, fit una secunda. At motu termini d, describit linea c d super circumferentiam circuli d g, partes circuli c b, quę producuntur ex multiplicatione 1. secundæ in 3. quartas. Ad quod consequendum duco denominatores in se inuicem, scilicet 2. in 4. & fiunt 8. quem pro denominatore constituo. Deinde duco numeratores in se inuicem, scilicet unum in 3. & productum scilicet 3. constituo pro numeratore, & erunt 3. octauæ. Vnde c d motu amborum terminorum describit superficiem conicam, quæ ad circulum ex b c se habet, sicut 7. octauæ ad unum. Quod aliter patet: nam a d latus conicum, duplam superficiem describit ad circulum g d. Sed circulus ex d g, se habet ad circulum c b, sicut 9. ad 16. (nam si c b longitudine sit 4: erit d e longitudine 3. igitur superficies ex a d, erit ut bis 9. sextædecimæ de b c, siue erit ut 9. octauæ. Reliquitur igitur quòd superficies ex c d, sit ut 9. octauæ circuli ex b c. Et ita de cæteris partibus proportionabiliter dicendum est. Ex quo patet ars uenandi propinquè habitudines superficierum sphæræ & corporum in ipsa inscriptorũ, aut circumscriptorum, sic: Sit descriptus quadrans a b c d: describo in eo latus hexagonicum c d, & dimidium scilicet e d. Non enim plusq; latus hexagonicũ unũ cũ dimidio: potest capere quadrans. Si uoluero cognoscere superficiem corporis ex reuolutione c d super b e, sic facio: quia c d est ut b c, tunc c d ex motu termini c super circumferentiam circuli ex b c, facit superficiem æqualem ipsi circulo. At c d ex motu termini d in circumferentiam circuli ex e d: facit medietatem circuli ex b c. Et sic superficies conica c d, est sesqualtera ad circulum ex b c. Deinde circulus ex e d est 1. quarta circuli b c: cum sit e d medietas de b c. Quo fit, ut c d cum e d superficiem describat ad circulum b c, se habentem ut 7. quartæ ad 4. quartas, ad superficiem ex arcu quadrantis ut 7. quartæ ad 8. quartas, supponendo cum de Cusa, superficiem sphæræ esse æqualem 4. circulis ex b c. Ex quo patet, quòd quæcunq; latera cuiuscunq; polygoniæ in quadrante proportionabiliter inscribantur: ex reuolutione eorum simul cum arcu quadrantis, semper minorem describent superficiem, superficie medietatis sphæræ, quæ dupla est ad maximum circulum per hypothesim. Et iterum si latera illa inscripta simul iungantur in linea una, quæ fiat latus conicum super eandem basim: erit superficies conica semper minor superficie ex lateribus in arcu quadrantis descripta. Vt sic c f latus conicum, & æqualis lineis c d & e d simul: dico c f minorem describere superficiem, quàm c d & e d, licet super eandem basem sint constitutæ, scilicet super circulum ex b c.

¶ Patet: sit c h equalis c d: manifestum est c h per punctum h, minorem describere superficiem, quàm c d per punctum d, cum circumferentia circuli g h minor sit circumferentia circuli e d. Similiter f h in puncto h adhuc minorem describit superficiem, quàm e d per punctum d: quia e d in maiorem circũferentiam mouetur quàm f h.

¶ Duabus igitur de causis f c minorem describet superficiem. Et quanto plura erunt latera: tanto recta æqualis omnibus lateribus, minorem describet superficiem. Sed quòd ita sit patet. Est f c longitudine ad f h tripla: quare & b c ad g h, & sic circumferentia circuli g h erit 1. tertia circumferentiæ circuli b c. Vnde c h per punctum h, describit 1. tertiam circuli b c: sicq; c h ex ambobus terminalibus punctis, solùm 4. tertias circuli b c describit. At c d (ut dictum est) ex ambobus, terminalibus punctis: describit 6. quartas, uunum scilicet circulum cum dimidio, quæ sunt plusquàm 4. tertiæ. Rursus f h, quæ est 1. secunda de h c, ex puncto h in 1. tertiam circumferentiæ circuli b c, quæ est quam describit g h: facit quod prouenit ex multiplicatione 1. tertię in 1. secundam, & prouenit 1. sexta. Quare f c conicam describit superficiem, quæ est ad basis superficiem: ut nona, sextæ ad sexti sextas, quæ proportio longe minor est, quàm septima quartæ ad 4. quartas. Prima enim sesqualtera est, secunda superpertiens quartas. Ex hoc iterum elicitur, quòd conica superficies descripta ex recta quadranti æqualis: minor sit superficie descripta ex arcu quadrantis. Vt sit i l c arcus quadrãtis, & k c recta æqualis arcui: erit superficies semisphærica ex arcu quadrantis i l c descripta longè maior, quàm superficies conica ex k c. At superficies conica ex k c, æquatur duobus quadratis, quorum latera erunt ut k c (nam k c uno termino fixo scilicet k, mouetur in quater k c: describendo superficiem æqualem isoscelí, cuius altitudo erit ut k c; & basis quadrupla ad k c longitudine) unde multiplicatio k c in duplam k c longitudine, rectangulam æqualem superficiei conicæ uel isoscelí describet. Ex quo liquet; superficiem conicam ex k c descriptam, æqualem esse duobus quadratis ex k c. Et rursus liquet, duos quadratos ex k c, minores esse superficie semisphærica, ex i l c descriptæ. Rectè dictum est in demonstratione ultimæ tertij cap. de Geometricis transmutationibus, superficiem sphæræ maiorem esse, quatuor quadratis isoperimetris circulo maximo ipsius sphæræ: quod tamen aliter uoluit quidam in sua Geometrica uulgari.

Cętera

http://www.obrascatolicas.com

Cætera in litera contenta, ex ſequente fiēt manifeſta. Quæ autem de ſuperficie ſphæræ, & quadrato iſoperimetro circulo maximo dicta ſunt: in numeris ſic uideri poteſt. Eſt manifeſtum circumferentiam circuli ad diametrum longitudine minorem ſeruare proportionem, tripla ſuperbipartiente nonas: cum pronunciemus minorem ſeruare, tripla ſeſquiſeptima, ut aliquando probare intendimus. Eſt etiam manifeſtū maiorem ſeruare tripla ſeſquinona. Vnde fit, ut pars quarta circumferentiæ circuli, minor ſit longitudine 7. cum 1. quarta. Quare quadratus iſoperimeter (ſi diametrus longitudine ſit 9.) minor erit 52. cum 9. decimiſſextis, qui eſt quadratus de 7. cū 1. quarta. Duo uero quadrata minora erunt 105. cum 1. octaua. Rurſus erit pars quarta circūferentiæ circuli (ſi diametrus longitudine ſit 9.) maior 7. qui ductus in diametrum ſcilicet nouem, facit 63. quare circulus maior erit 63. ſi diametrus ſit longitudine 9. Vnde dico, illa duo quadrata iſoperimetra (quanquàm ſecundum plus ſint ſumpta) minora eſſe quàm 7. quartas de 63. Quare à fortiori, duo uera quadrata minora erunt quàm 7. quartæ ueri circuli.

¶ Patet: nam quarta de 63. eſt 15. cum 3. quartis: quæ quarta ducta in 7. facit 110. cum 1. quarta, qui ſunt longè pluſquàm 105. cum 1. octaua. Modo ſuperficies deſcripta ex c d & d e, facit 7. quartas circuli b c (ut dictum eſt) quare erit ipſa ſuperficies longè maior, quàm duo quadrata iſoperimetra circuli b c. Et adhuc ſuperficies ex tribus lateribus dodecagoni, erit maior: quia concludet ſuperficiem ex c d & d e: & ad ultimum ſuperficies ex arcu quadrantis omnes concludentes, maxima erit. Erit igitur ſuperficies ſemiſpherica, longè maior duobus quadratis iſoperimetris circulo maximo ipſius ſphærę. Itidē & ſuperficies ſpherica maior quatuor quadratis, qđ fuit probādū.

7 Eſt autem aduertendum ex præmiſſis, quomodo in conicis poſsis procedere.

¶ Dicit ſi b d eleuetur in medium, & fiat b g, ſic quòd b g & c b ſemidiameter baſis angulum rectum conſtituant: ſi conuoluitur b g, fiet ſuperficies dupla, ad ſuperficiem conicam ex a b deſcriptam. Paret: continuo c d, quouſq; fiat æqualis b g, & ſit c f. Traho g f: erit g f æqualis b c. Vnde ſi b g conuoluitur ſtante c f, percurret duas circumferentias circuli ex c b: quare ſuperficies eius dupla erit ad ſuperficiem ex a b deſcriptam, quæ tantum unam circumferentiam percurrit. Et hoc liquet: nam ſuperficies conica ex a b, æquatur iſoſceli cuius altitudo eſt ut a b, & baſis ut circumferentia circuli ex b c. Superficies uerò Cylindrica ex b g, æquatur parallelogrammo cuius altitudo eſt ut b g, baſis ut circumferentia circuli ex c b. Vnde quia triangulus & parallelogramus ſunt ſuper æquales baſes, & altitudo eorum una eſt: erit parallelogrammus triangulo duplus, per 41. primi Euclidis: Quòd ſuperficies ex b e, ſit tripla ad ſuperficiem conicam ex a b, patet: traho e d, erit a d e triangulus æquiangulus triangulo a c b. Nam eſt manifeſtum, ſi e d fuerit æquidiſtans ad b c, per ſecundam partem 29. primi: iſti duo anguli a e d & a b c erunt æquales, ſimiliter a d e & a c b. Et ideò quæcunq; fuerit illa æquidiſtans, ſe habebit ad b c, ſicut a e ad a b, per quartam ſexti Euclidis. Similiter & latus oppoſitum angulo e, ſe debet habere ad a c, ſicut a e ad a b: ſed ſola a d ad a c, ſe habet ſicut a e ad a b: quare d e eſt æquidiſtans ad b c, & ideò ei dupla erit longitudine. Et ſimiliter circumferentia circuli ex e d: dupla erit ad circumferentiam circuli ex b c longitudine. Vnde cum terminus b uoluitur in circumferentiam circuli ex b c: tunc b e (cum ſit æqualis a b) ſuperficiem æqualem deſcribit, ſuperficiei conicæ ex a b. Cum uerò e mouetur in circumferentiam circuli ex e d: tunc b e deſcribit ſuperficiem duplā ad ſuperficiem conicam ex a b. Manifeſtum eſt igitur, b e motu ſuo in ambobus terminalibus punctis (licet inæqualiter moueātur illa terminalia puncta) deſcribere ſuperficiem triplam ad ſuperficiem conicam ex a b. Vnde conica ſuperficies ex a e, quadrupla erit ſuperficiei



ficiei conicæ ex a b. Nam ſuperficies conica ex a e, æquatur iſoſceli, cuius altitudo erit ut a e, baſis ut circumferentia circuli ex d e: & ſuperficies conica ex a b (ut dictum eſt) æquatur iſoſceli, cuius altitudo æquatur a b, baſis uerò circumferentiæ circuli ex b c. Sed cum baſis trianguli ex conica a e, ſe habeat ad baſem trianguli iſoſcelis ex a b conica, ſicut altitudo altitudini: erunt trianguli iſti ſimiles, quia eorum latera relatiua ſunt proportionalia. Vnde per 18. ſexti Euclidis, erit maior triangulus minori quadruplus: cum latus maioris ad latus relatiuum minoris, longitudine duplum ſit. Vnde liquet, ſi à maiori triangulo ſubtrahatur minor, reſiduum erit quod fit ex b e. Ideò quod fit ex b e, triplum eſſe dictum eſt ad ſuperficiem ex a b. Si enim rite intellecta fuerit litera præcedēs, iſta facilè poterit intelligi: nihil enim aliud concludit quàm præcedens.

¶ Habes igitur.

¶ Vt hic expreſſum eſt. Nam ſi ex a b, triangulo conica fuerit deſcripta ſuperficies & a b latus conicum ſit, ſimiliter c b ſemidiametrus baſis: tunc columna rotunda, quę ex b g deſcribitur, latere c f fixo, habebit baſem æqualem baſi conicæ figuræ (quia ex æquali ſemidiametro deſcriptæ erunt) & altitudo columnæ rotundæ quæ eſt ut b g, eſt æqualis lateri conico quod eſt a b. Ideò ſuperficies rotundæ columnæ, dupla erit ſuperficiei conicæ, ut dictum eſt. Et ſi altitudo columnæ maior eſſet lateræ conico: tunc ſuperficies columnæ maior eſſet dupla, & ſi minor, minor. Ad cognoſcendum exceſſus iſtos, eſt neceſſe cognoſcere habitudinem, altitudinis columnæ rotundę ad latus conicum longitudine, aut precisè aut propinquè: quorum multiplicationes eo dem modo cognoſcentur, & per eaſdem propoſitiones, adiectas in litera ſuperiore de ſemidiametro. Vt ſi ad b g addatur medietas de b g: tunc addet ſuperficiem æqualem ſuperficiei ex a b: eò quòd 1. ſecunda integri ſcilicet b g, bis mouetur in integrum ſcilicet in circumferentiam circuli b c, ratione duorum terminorum æqualiter motorum, & ita proportionaliter de alijs portionibus dicatur. Sequitur.



¶ Si feceris latus coni chordam arcus.

¶ Sint a b, b e, & b g æquales rectæ: & ſint arcus deſcripti ſuper eas quadrantes, & moueantur rectæ cū ſuis arcubus modo præmiſſo: tunc arcus a f b deſcribet ſuperficiem ſemiſphæricam, & ſemidiametrus ſectoris erit b c. Vnde arcus a f b tantum unam percurrit circumferentiam circuli ex b c: curua uerò b g duas percurrit, ſicut ſua chorda. Quare deſcribet ſuperficiem duplam (ut uult de Cuſa) ad ſuperficiem quæ ex a f b arcu deſcribitur. Demum curua b e tres circumferentias circuli ex b c percurrit, ſicut chorda eius: ideò ſuperficiem triplam ad ſuperficiem ex a b deſcriptam, dicitur deſcribere. Et ita de quibuſcunque curuis: modo ſint æquales & ſimiles, dicendum eſt. Demum dicit de Cuſa, quòd Archimedes probat quatuor maximos circulos ſphæræ, æquari ſuperficiei ſphærę. Ideò ſuperficies ſemiſphærica ex quadrante b c deſcripta, dupla erit ad ſuperficiem planam ex b c, ſiue ſit, ſiue non ſit: propè tamen admodum accedit. Nec poteſt eſſe minor ipſa ſuperficies ſphæræ, ipſis quatuor maximis circulis, ſiue quatuor ſectoribus ut comperimus.



8 Si uolueris Cylindricam, ſphæricam, ac conicam ſuperficies, &c.

¶ Quia b d linea, dupla eſt longitudine ad a b ſemidiametrum: ideò conica ſuperficies ex b d deſcripta, dupla eſt ad circulum ex a b. Multiplicatio igitur b d in circum

http://www.obrascatolicas.com



cumferentiam circuli a b: erit tanquàm duo in unum, & productum est duo. Superficies uerò ex b c descripta, erit dupla ad circulum ex a b, eò quòd multiplicatio ex b c, est tanquàm unum in duas circumferentias ratione motuum, suorum terminorum, ideò productum est 2. Superficies igitur conica ex b d, & superficies Cylindrica ex b c, sunt æquales per 9. quinti Euclidis: quia duplæ sunt ad circulum ex a b. Quòd si arcus quadrantis describat superficiem duplam ad circulum a b. (ut supponitur) erunt istæ tres superficies æquales scilicet Cylindrica, semisphærica, & conica. Itidem & conicæ curtæ ex b h i, & b f g. Patet: uel tu dicis continuè conicas superfices, à Cylindrica b c ad conicam b d, esse maiores uel minores Cylindrica b c. Quod esse non potest. Itidem si minores: tunc erit conica ex b d minima, & sic minor erit Cylindrica ex b c quod esse nequit. Non erunt igitur maiores nec minores, ideò æquales, qđ est propositũ.

9 Curuas lineas non tamen circulares ex inæquali motu lineæ, &c.

¶ Litera plana est (suppositâ figura) usq; ad hunc locum. Si uolueris inquirere portionum illarum habitudines, ità facito: considerabis excessum chordę. Resumatur figura. Duplico arcum b c, & sit b c f arcus tertiæ partis circumferentiæ circuli. Continuò b a usq; f, erit b f latus trigoni inscribendi, & d a prima, & a c secunda: quare d a & a c erunt æquales, ut dicit de Cusa. Nam d c ad a d est longitudine dupla, ut sæpe dictum est: ideò isti duo trianguli b a c & b a d, erunt per 8. primi Euclidis æquales, quia latera lateribus: æqualia sunt. Deinde traho d f & d g, ad medietatem arcus b c. Dicit igitur: esto quòd abscisio sit in circulo, & quòd sit per semichordam & sagittam tertiæ partis circumferentiæ circuli. Et si signetur hæc abscisio per a b c: erit a b semichorda duplicis arcus sextæ partis circumferentię circuli, quia semichorda arcus b c f, qui est pars tertia circumferentiæ circuli. Rursus portio circuli super chordam b c, cuius est lunula b c g est, in qua excedit abscisio b a c, quæ est sub rectis a b, a c, & curua b g c, triangulum rectilineum b a c. Et hoc uenit ex motu a c, describentis abscisionem. Cum enim eam describit, in ambobus pũctis terminalibus mouetur, sed non æqualiter. Si enim æqualiter moueret super a b: describeret rectangulam, cuius duo latera maiora essent ut a b, minora uerò ut ipsa sagitta. Et sic b a c orthogonius, medietas esset rectangulæ: quare portio super b c, æqualis esset ipsi orthogonio. At quia termini a c inæqualiter mouentur: ideò lunula siue portio super b c, minor est triangulo b a c. Sequitur.



¶ Et ut uideas quomodo inæqualiter moti.

¶ Hic consequenter descriptionem abscisionis b a c ponit, quæ fit per a c sagittam. Deinde habitudinem ipsius abscisionis ad portionem notam circulo inquirit, dicit igitur signa de b uersus a æqualem sagittæ a c, & sit b e æqualis a c. Moueatur igitur b, super arcu b g c: & dum sic b mouetur super arcu b g c, necesse erit e moueri super e a uersus a. Mouetur igitur terminus e, per lineam e a in eodem tempore, in quo b mouetur per arcum b g c. Continebit enim abscisio hoc modo descripta medietatem illius, quod fit ductu a c sagittæ in rectam æqualem arcui b g c, quod æquabitur portioni circuli b d c. Nam ipsa portio describitur ex motu d c termino d fixo, in b g c arcum, & d c dupla est ad a c. Quare tantum describitur ex a c nullo extremorum fixo, & æqualiter mota in rectam æqualem arcui b g c: quantum d c uno termino fixo, & æqualiter mota in arcum b g c, ut de se constat. Continebit igitur abscisio medietatem illius, quod fit ex a c, in rectam æqualem b g c (quod æquatur portioni g d c) quia medietas de b d c et cum hoc secundùm habitudinem potentiæ excessus a b semichordę super sagittam (qui excessus est a e) ad potentiam rectæ æqualem curuæ b g c. Quę igitur habitudo potentię a e ad rectã, quę æquatur cum curuæ b g c: tantò excedit abscisio medietatem portionis b d c, quæ medietas est g d c. Ductio enim a c in arcum b c, deberet esse medietas illius, quod fit ex ductu d b in eundem arcum cum a c sit medietas d b: sed quia terminus in a c mouetur, qui deberet esse fixus relatiuè ad terminũ fixũ in d b, ideò superficies ex a c siue b e descripta, excedit medietatẽ superficiei ex b d. Mouetur enim b e in ambobus terminabilibus punctis, sed inæqualiter: & tantum uno termino, altero fixo & stante moueri deberet. Vt cum b mouetur in b g c arcum, deberet esse e fixus, ut medietatem solum de b d c describeret: sicut b d totam describit, sed terminus e, mouetur in e a, ideò abscisio b a c, maior est medietate portionis b d c. Esto igitur quòd b e curua, tripla sit ad e a excessum semichordæ super sagittam lõgitudine: tunc abscisio a b c excedit b a g in una nona, nã potentia a e est 1 nona potentię b c. Vnde abscisio continet medietatem portionis b d c, & ultra medium siue medietatem b d c continet portionem secundum habitudinem potentię a e, ad curuam b c: quæ est 1 nona de b c in potentia. Ideò portio sub curua b g c & recta b c, sunt duæ nonæ, medietatis scilicet illius, quod fit ductu a c nullo extremorum fixo, in rectam æqualem arcui b g c. Vel sunt duæ nonę medietatis totius abscisionis b d c, scilicet de b d g, quod idem est.





PRopono nunc modum tradere, quomodo curua linea in rectam uertitur, non ut in primo libello per medium uersionis rectę in curuam, sed in medietate: & hoc per subtilẽ coincidentiã, cuius hæc est propositio. Descripta quarta circuli, & linea prima à centro ad principium arcus tracta, & secunda linea de contactu primæ cum arcu orthogonaliter eiusdem quantitatis cum prima, & tertia à centro per finem: quę sit ut latus trigoni inscripti circulo, & quarta de fine secundæ ad finẽ tertiæ. Si tunc de principio quadrantis lineam quintam duxeris ad quartam ta-

http://www.obrascatolicas.com

liter, quòd chorda quæ à contactu illius quintæ ubi curuam secuerit: ad finem totius quadrantis ducta (quæ sit sexta linea) quintæ fuerit æqualis: erit quinta minor quadrante, quanta est medietas portionis eius cadentis inter curuam & quartam. Sit super a centro quadrans b e descriptus, & linea prima a b, & secunda b c angulum rectum cum a b faciens æqualis eidem, & tertia linea a e d ut latus trianguli inscripti, & quarta linea c d. Trahe deinde de b lineam ad c d quæ sit b g: & ubi secuerit quadrantem b e ponef, & sit quinta linea, de f trahe sextam, quæ sit chorda f e. Dico si f e est ut b g: tunc b g est minor quadrante b e, in medietate f g. Adde igitur medietatem f g super b g, & sit g h medietas f g: dico b h æquari curuæ b e.



2 Ostensio. Præsuppono primò, q̃ quinta & sexta cum portione quæ cadit inter curuam & quartã (quam semper portionem uoco) non differant: nisi ut pars quintæ, quæ est chorda scilicet b f, & sexta scilicet f e, quæ est chorda residui arcus quadrantis, differũt. Et quòd illa differentia qua quinta minor quadrante, & sexta cũ portione maior differunt: est duplex quantitas, scilicet quantũ quinta erit minor curua, quę est quadrans, & sexta cum portione maior quadrante. Et quòd ideò quantò plus differũt: tantò linea maior, quæ mediat inter quintam & sextã cum portione, quam lineam uoco medium: & quantò minus differunt, tantò medium minus. Secundò præsuppono, quòd sexta cum portione, potest excedere quadrantẽ in medietate portionis. Nam in minore parte & in maiori potest excedere: ideò etiam nec in minori nec maiori quàm medietate. Ex his infero talem, sextam cum portione ita excedere quadrantem, sicut quadrans quintam: & quòd portio est differentia chordarum, & sexta est ut quinta, illa enim se habent consequenter. Si negas, quia dicis differentiam chordarum minorem portione: tunc medium etiam minus. Et quia minus subtrahitur à sexta cum portione quàm prius, cum portio parte sit maior, & medietas portionis maior medietate differentiæ chordarum: hinc hoc est impossibile, scilicet quòd linea fiat minor, si ab ea minus subtrahit, quàm si ab ea plus subtraheretur. Sic si dixeris differentiam chordarum maiorem portione: tunc medium erit maius, & tamen plus subtrahitur quàm prius, quando medietas portionis (quam minorẽ dicis) subtrahebatur, quod iterũ est impossibile. Quare patet, si sexta cum portione excedit quadrantem in medietate

dietate portionis: necesse erit portionem æquari differentiæ chordarum, & per consequens, sextam æquari quintæ, quod fuit intentum.

3 Ex his sequitur circuli facilis quadratura. Nam medium proportionale inter b h, et diametrum circuli: est latus tetragonicum circulum quadrantis. Sequitur etiam, quòd si b e æquatur b h: quòd in circumuolutione describit portionem conicã, cuius superficies æquatur medietati sphæræ, & longitudo quartæ circumferentię maioris circuli eiusdem sphærę, quod singulariter fuit quæsitum.



4 Adhuc aliter recta quadranti æqualis hoc modo reperitur. Si linea sexta cũ portione quintæ lineę; æquantur quadrãti: eas inter se æquari necesse est. Vt si seruata figura præmissa, quinta fuerit b p q, & sexta e p: dico si e p & p q æquant quadrãti b e, tũc e p erit æqualis e q. Pro cuius ostensione primò suppono, q̃ si d b quintã duxeris ad mediũ c d quartę ut est u, portio illius ut t u erit inter portiones breuissima, & cõtinuè supra & infra auget. Secũdò suppono, quòd sexta cum portione illa minima, est maior quadrante. & ita oportet sextam cum portione quæ debet æquari quadranti, esse minores. Tertiò suppono, quòd possit sexta dari cũ portione, æqualis quadranti. Quartò suppono, quòd de euersus b, sextę cum portionibus simul, continuè augentur portiones, etiam minuantur. Istæ suppositiones, cuilibet de facili patere possunt, ex quibus ostẽditur propositio. Nam si dixeris sextam e p maiorem portione p q: erit igitur maior medietate quadrantis. Esto igitur quòd e r sexta, æquetur medietati quadrãtis. & sit portio r s, quę erit maior p q, per primam suppositionem. Erit igitur e r & r s maior quadrante, & tamẽ simul sunt minores e p & p q, per quartam suppositionẽ, quæ ponuntur æquari quadranti: & ita minor erit, maior maiore, quod est impossibile. Sic si dixeris e p minorem p q, sequitur idem: nam tunc erit minor medietate quadrantis. Esto igitur quòd e t æquetur medietati quadrantis, cuius portio t u erit minor quàm portio p q, quare e t & t u erunt minores e p & p q: sic maior erit minor minore, quod similiter est impossibile. Et quia sextam cum portione, posse quadranti æquari est manifestũ. Patet hoc esse, quando sexta æquatur portioni quintæ, quod est intentum.

5 Ex hac iam dicta inuentione si uis elicias, quomodo omnem portio-

http://www.obrascatolicas.com



portionem ſuperficiei ſphæræ, poteris reducere in conicam aut Cylindricam, etiã ſi tibi portio ipſius ſuperficiei ſphęrę, ad totius ſphęrę ſuperficiẽ igno ta foret. hoc modo. Et ſit exempli gratia quadrans ut prius a b c, & huius arcum notum ſigna, qui ſit h c, & ſit h c, duæ tertiæ quadrantis: trahe lineam re ctam de h, ſuper a c orthogonaliter, quæ ſit h o. Erit igitur h o ſemichorda duplicis arcus. Accipe rectã æqualẽ curuæ h c, & ſit t u: huius medietas ſit chor da c k. Duc rectam de h per k, & ſit h k r, ſic quòd k r æqualis ſit k c. Fac igitur de puncto aliquo lineæ h p qui ſit s, lineam tranſire per r ad a q, quæ ſit s q: ita quòd linea de h ad punctũ ubi a q lineam tangit, ſcilicet q perducta, ſit dupla ad h s. Et erit ſu perficies Cylindrica ex h s, æqualis ſuperficiei ſphærali ex arcu h c: & ſu perficies conica ex h q, & mediæ quę de h ad s q ducentur, uti in prœmiſſa. & hoc patet totum ex præmiſsis. Et ita habes artem, quomodo ſi ſciueris Cylindricam ſuperficiẽ æqualem ſphærali: poteris ex hoc reperire conicã æqualem, cuius longitudo ſit ut longitudo lineę curuę circuli maioris. Et quoniam ex Archimede artem habes, omnẽ portionem ſuperficiei ſphęræ in circularem planã reducendi. Et ex prœmiſsis patet, quomodo omnẽ cur uã, etiam ſi ignores eius habitudinẽ, ad totum maiorẽ circulum poteris in rectã reducere. Et hęc ars ſubtilis eſt, excedens circuli quadraturã. Et econ uerſo, ſi habueris lineã rectam æqualẽ curuæ: poteris tunc ſuperficiẽ cylin dricã et alias conicas conſequenter reperire, illi ſpherali æquales. Ex quo iã patefecit Ar chimedes in quadratura parabolę, quomo do ſuperficies illa poteſt in quadratã reduci: oſtendens ſuperficiẽ illã ex recta & ſectione coni rectanguli eſſe ſeſquitertiã, ad triangu lũ habentem baſim ipſam rectã parabolę, et altitudinẽ ipſius parabolę. Et nũc conſtat: quomodo quadratũ poteſt in circularẽ du ci ſuperficiem, ac ꝙ illi poſsit cylindrica & conica æqualis aſsignari. Ideò ex præmiſsis habes modũ, lineã curuã ſectionis illius pa rabolę in rectã reducẽdi: & ſi ingeniũ appli cueris omnẽ curuitatẽ regularẽ etiã ſectionis tranſuerſalis cylindri, poteris ſic rectificare.



Annotationes omniſanẽti.

1 Propono nunc modum tradere, &c.

¶ Omnia ſunt aperta. Sic tamen inuenitur a d la tus trianguli, circulo a b inſcribendi, Cum per ea quæ

quæ dicta ſunt in de Geometricis tranſmutationibus ſit manifeſtum, ſemidiame trum circuli ad ſemilatus trigoni eidem inſcripti, eſſe ſeſquitertiam poteſtate, ita erit diametrus ad ipſum latus. Quare ſi ſumpta ſit dupla longitudine ad a b, & facta a e indefinita circumducatur æqualis dupla longitudine ad a b (facto b centro abſcin det in a e indefinitam, æqualem lateri trigoni circulo inſcribendi; quod erit a d. Vn de tracta b d: erit dupla longitudine ad a b, poteſtate uerò quadrupla, & a ad d poteſtate ſeſquitertia.

2 Oſtenſio præſuppono primò quod quinta & ſexta cum portione, &c.

¶ Si enim b g & e f cũ f g differunt, ut exceſſus e f ſuper b f: erit exceſſus ut f g portio & erit e f æqualis b g: Patet ex oppoſito, nam ſi e f & b g fuerint æquales demendo ab utriſq; æqualem b f, reſidua erunt æqualia: ſed reſiduum d b g. eſt f g: igitur reſiduum de e f æquale erit f g. Ideo exceſſus chordarum ſcilicet e f & b f, erit ut f g portio Et quòd quantò exceſſus quo quadrans ex cedit quintam & exceſſus quo ſexta cum portione excedit quadrãtem plus differunt: tantò media inter quintam & ſextam cum portione ſit maior: & quantò minus, minor. Patet: ponamus b g quintam lineam excede re b e quadrantem: ſimiliter e f cum f g excedere b e quadrantẽ, et mediã inter b g quin tam, & e f cum f g, ſit b t u. hoc eſt b t u me dietatem de b g, de e f, & f g contineat: dice tur media longitudine. Si detur maior e f cum portione: tunc eius exceſſus ſuper qua drantem erit maior. Et illum exceſſum, & ex ceſſum quadrantis ſuper b g, plus deferre eſt neceſſe, quam exceſſum quadrantis ſuper b g &, exceſſum e f cum f g, ſuper quadrantem Vnde media inter b g & maiorẽ e f cum por tione ſibi reſpondente, quæ erit maior f g: e rit maior b t u. Et ex oppoſito, ſi minor e f cum portione detur: erit eius exceſſus mi nor ſuper quadrante, & media inter b g & minorem e f cum portione, erit minor b t u. Secundo ſupponit, quòd ſexta cum portione, poteſt excedere quadrantem in medietate portionis. Probat, quia poteſt excedere in minore parte, & in maiori me dietate Pro quo aduertendum eſt, quòd omnes ductæ â puncto b ad quartam c d, di cuntur generaliter quintæ: & ductæ â puncto e ad puncta ſectionum in quadrante ſextæ. Vnde infinitæ poſſunt dari quintę et ſextę: ſimiliter et portiones diuerſarum longitudinum. Vnde quinta quę erit prope b c cauſabit maiorem portionem quam b g & ſimiliter maiorem ſextam Quare prope b poteſt dari ſexta cum portione quę excedat quadrantem in maiore, medietate portionis. Si uerò quinta ducatur prope d: tunc ſextã cum portione excedere quadrantem in minori quam in medietatę por tionis, eſt manifeſtum. Quia igitur datur ubi in plus, ut puta prope b & in mi nus ut puta propè d: dabitur etiam alicubi, ubi nec in plus nec in minus, hoc eſt dabitur aliqua ſexta cum portione, quæ ſolum excedat quadrantem b e in medieta te portionis, Hæc ſunt quæ ſupponit de Cuſa. His ſuppoſitis dicit: ſi ponatur e f cum f g, hoc eſt ſexta cum portione, uel alia ſexta cum portione, excedere quadran tem in medietate portionis: erit exceſſus chordarum ſcilicet b f & e f, ut portio f g. Nam ſi quis dicat minorem portione f g: erit tunc e f minor b g. Quare media minor erit, quam ſi e f ponatur ut b g: & tamen minus ſubſtrahitur, eò quod exceſſus mi noris e f cum f g ſuper b g, minor ſit quam exceſſus e f cum f g ſuper b g. Et quia ex-



http://www.obrascatolicas.com

ceſſus minor: minus ſubtrahetur ad habendum medium: & hoc eſt impoſsibile, quod ſubtrahendo minorem, medium fiat minus quam ſubtrahendo maiorem. Hic ſupponit mediam quadranti æqualem eſſe quam mediam ſupponit eſſe ſextam cum medietate portionis. Vnde ſubtrahendo medietatem f g fit media. Sic ſi dixeris differentiam chordarum eſſe maiorem portione, erit e f maior b g. Et ſic media erit maior, quam cum e f eſt æqualis b g. Et ad mediam habendam inter maiorem e f, cum f g & b g: erit ſubtrahendum pluſquam medietatem f g, & hoc eſt impoſsibile: cum media prius poſita ſit ex ſubtractione medietatis f g. Nam tunc maior fieret ex ſubtractione maioris, & minor ex ſubtractione minoris, quod eſt impoſsibile. Si igitur media ſiue quadranti æqualis, ſit ex ſexta cum medietate portionis: neceſſe eſt exceſſum chordarum æqualem eſſe portioni, & ſextam quintæ æqualem eſſe, quod fuit intentum. Admiſſis ſuppoſitionibus, concludit de Cuſa, e f cum medietate f g, æqualem eſſe b e arcui quadrantis. Sed hic duo omittuntur: unum uidelicet, quomodo ſexta & quinta inueniri poſſunt. Secundum quomodo fit tranſitus à maxima ſexta quę erit chorda quadrantis cum portione reſpondente (quæ eſt ut quinta) ad minimam ſextam quæ erit recta ducta à puncto b ad punctum d, cum portione ſibi reſpondente per omnes rectas inter medias. Quòd ſi non ſit tranſitus: nec formales erunt ſuppoſitiones ſiue neceſſariæ.

3 Ex his ſequitur circuli facilis quadratura. nam medium. & c.

¶ Sequitur etiam quòd ſi b e æquatur b h, quod in circumuolutione. ¶ Patet: ſit b u equalis b h quę circumuoluatur ſimul cum ab termino a fixo: deſcribet conicam cuius ſuperficies æquabitur ſuperficiei ſpherali ex curua b e. Nam dictum eſt in litera ſuperiore ſub nota octonarij cylindricam ex b c ſuperficiem, duplam eſſe circulo baſis, cum b c æqualis ſit a b. Quòd ſi recta b d circumducatur: conicam æqualis ſuperficiei cylindricæ deſcribet, quia longitudine dupla ad b c. Et omnes intermediæ ductæ à puncto b ad rectam c d: conicas ſuperficies deſcribent æquales, ut ibidem dictum eſt. Modò cum ſupponatur ſuperficies ſemiſpherica equari duobus maximis circulis, equabitur etiam prædictis ſuperficiebus, ex quo patet intentum.

4 Adhuc aliter recta quadranti equalis, hoc modo reperitur. Si linea ſexta cum portione quintę lineę equantur quadranti: eas inter. & c.



¶ Quatuor ſupponit. Primo quod ſi recta de b ad medium d c ducatur: portio inter curuam & quartam (ut ducta b t u) erit t u inter portiones breuiſſima: & quod continuè infra & ſupra augentur. eſt uerum quod eſt breuiſſima, & quod augentur infra & ſupra: Secundò ſupponit ſextam cum portione illa, ut eſt e t & t u maiorem eſſe quadrante b e. eſt etiam uerum. Tertio ſupponit, quòd poſſit dari ſextam cum portione ſibi correſpondente, æqualis arcui quadrantis. Et hoc ſic demonſtraret: quia datur ubi in plus, ut in e t cum t u & ubi in minus, uti in e r cum r s, cum r s minor ſit b r. Igitur datur alicubi, ubi nec in plus nec in minus. Et ubicunq; hoc fuerit, neceſſe eſt ſextam cum portione æquari arcui quadrantis, quod eſt intentum. Quarto ſupponit, quod de e uerſus b, ſextæ cum portionibus ſimul, continuè augentur: licet portiones etiam minuantur. & hoc uerum eſt. Nam traho b e & b d: erit e b maxima, & b c eius portio. Sicque e b cum b c, erit maxima ſexta cum

cum portione: e f uerò cum f d, minima erit ſexta cum portione. Vnde à minima ſexta cum portione ad maximam ſextam cum portione neceſſe eſt continuè augeri ſextas cum portione. Dicitur enim e b maxima ſexta: quia eius quinta minima eſt, caret enim quinta, cum b c portio ſit. At e f dicitur minima ſexta: quia eius quinta ſcilicet b d, maxima quinta. Sicut enim minima quinta maximam ponit ſextam: ita maxima quinta minimam ſextam ponet. His ſuppoſitis: benè concludit de Cuſa. Nam ſi ponatur e p, æqualis p q: erit per ſuppoſitiones, ſexta e p cum portione p q, ut curua b e. Patet ſic: nam quæcunq; ſexta cum portione dicetur equalis arcui: eſt neceſſe portionem ſextæ æquari. Sit igitur e p & p q ut curua b e. Si quis ponat e p maiorem p q: erit igitur e p maior medietate quadrantis. Detur aliqua ſexta parte æqualis medietati arcui, & ſit e r ſexta: eius portio r s, eſt maior p q, per primam ſuppoſitionem. Erit igitur e r & r s maior arcu quadrantis & tamen ſimul ſunt minores e p & p q per quartam ſuppoſitionem quę ponuntur equari quadranti. Et ita minor ſcilicet e r cũ r s, eſſet maior e p cum p q (quod eſt impoſsibile) cum e p cum p q maior ſit: non erit igitur e p maior p q. Sic ſi dixeris e p minorem: tunc e p erit minor medietati quadrantis. cum e p cum p q per hypotheſim æqualis ſit arcui quadrantis. Detur igitur maior ſexta æqualis medietati arcui quadrantis: & ſit e t, cuius portio t u eſt minor: igitur e t & t u ſimul, minores ſunt arcu quadrantis, & ſic minores e p & p q ſimul & tamen ſimul ſunt maiores e p & p q, per quartam ſuppoſitionem. Et ſic maior ſcilicet e t cum t u, eſſet minor minore, ſcilicet e p cum p q, quod eſt impoſsibile. Non igitur erit e p minor p q, ſi e p cum p q ſint ut arcus quadrantis. Vnde patet intẽtum. Debuit (ut in prędicta reſolutione) demonſtrare de Cuſa, quomodo illa ſexta cum portione inueniri poterunt. Et ſimiliter, quomodo fit tranſitus à maxima ſexta cum ſua portione, ſcilicet e f cum f d per omnes medias. Hoc eſt, quòd datis omnibus ſextis, cum ſuis portionibus inter e b cum b c et e f cum f d: plures non poterunt dari medię inter e b cum b c & e f cum f d, quæ ſcilicet ſint minores e b cum b c, & maiores e f, cum f d. Sed hoc non uidetur ita eſſe. Ducta intelligatur recta, à puncto b ad quartam lineam ſcilicet d c, ſic quòd non cadat aut cadere ualeat inter eam, & b c aliam: erit proxima minor poſt b c. Similiter ſua ſexta ei correſpondens intelligatur, ſic quòd inter eam & e b: non cadat alia. Si fiat tranſitus modo præmiſſo, non poterit aſſignari recta media inter ſextam cum ſua portione, inter quas mille cadunt ſextæ cum portionibus. Sed quòd ſic, patet: ſumo illam ſextam quæ eſt minor e b, ad quam iungo b c: erit recta illa minor e b cum b c, maior illa ſexta cum portione, quia ad illam ſextam iuncta eſt maior ſua portione, ſcilicet b c. Vnde ſequitur, quia non fit tranſitus à maxima ſexta cum portione ad minimam cum portione, per omnes intermedias rectas: erit ordo tranſitus iſtius interruptus. Ideòq; uidetur non eſſe neceſſarium, quòd dabilis ſit aliqua ſexta cum portione ſibi reſpondente, æqualis arcui. Et ſi detur: non ideò eſt, quia in plus & minus datur. Nam ubicunque adducitur plus & minus: neceſſe eſt ad concludendum intentum, ſcilicet quod ſit ſemper dabile medium propoſitum, quod fiat tranſitus à plus ad minus, per omnes intermedias indifferenter. Propterea non ſequitur, ſit tranſitus in ordine ſuper partientium, à ſuperbipartiente ſeptimas minore ſeſquitertia, ad ſupertripartientem ſeptimas, maiorem ſeſquitertia & per omnes medias ſuperpartientes: ergo per æqualem ſeſquitertiæ. Quia non fit trãſitus à minore ad maiorem per omnes dabiles proportiones intermedias, quæ non ſolum ſunt ſuperpartientes, ſed & plures aliæ ſunt, inter quas reperiatur ſeſquitertia. Similis obiectio poſſet adduci ad præcedentem reſolutionem, quæ fit per ſextam cum medietate portionis. Nihilominus ſiue ueræ ſint ſiue non: ſubtiliter tamen admodum ſunt à de Cuſa excogitate. Neceſſariò concluderet igitur intentum ſuum, ſi omnes ſextæ cum portionibus à maxima e b ad minimam e f, continuè eſſent omnes intermediæ inter maximam ſextam cum ſua portione, & minimam ſextam cum ſua portione. Nam recta curuæ b e æqualis eſt una intermedia: cum ſit minor e b cum b c, & maior e f cum f d: & ſic recta æqualis curuæ b e, equalis

http://www.obrascatolicas.com

esset alicui sextæ cum portione. Vnde penderet, quod sexta æqualis esset portioni ut monstratum est. Sed datis duabus quibuscunq; sextis cum portionibus, sic quòd inter eas intelligatur nulla sexta cum portione cadere: nihilominus assignabilis est recta, quæ erit minor maiore sexta cum portione, & maior minore sexta cum portione, uidelicet illa confecta ex minore sexta, cum portione maioris. Vt si data sit e t cum t u, & alia sexta minor ea cum portione intelligatur, inter quas nulla alia sexta cum portione cadat: dico illas non esse duas continuè intermedias, inter e b cum b c & e f cum f d: cum cadat inter eas alia: uidelicet confecta ex sexta minore e t, & portione t u. Ex his patet, quomodo omnes sextæ cum portionibus, sunt discontinuè mediæ inter e b cum b c, & e f cum f d. Et ratione discontinuationis, non erit in conueniens si recta æqualis arcui b e, non sit una sexta cum portione. Et causa huius discontinuationis est angulus b c d, & curua b e. Nam omnes rectæ ductæ à puncto b ad rectam c d non sunt cõtinuè intermedię inter b c minorem et b d maiorem: Nam si intelligatur recta ducta à puncto b ad d c sic quòd nulla possit cadere inter b c, & ductam, quæ possit duci à puncto p ad rectam c d, non erit illa proximè maior post b c, sed infinitæ cadunt inter ipsam & b c. quod patet. Nam si angulus e c d minuatur: minuetur & ducta, manente b c. Et quia infinitè potest minui angulus e c d: infinitè maiores b c & minores ducta cadunt inter b c, & ductam, & ultima erit quæ continget e c. Et ideò omnes rectæ quæ duci possunt a puncto b, ad rectam e c si ducantur: erunt omnes continuè intermediæ, quæ dari possunt inter b c minorem & e b maiorem. Et quod ibi dictum est de sexta cum portione, idem dicendum est de sexta & medietate portionis Quòd si omnes sextæ cum medietate portionis, inter maximam sextam cum medietate suæ portionis, & minimam cum medietate portionis, sint omnes, intermediæ: tunc recta arcui quadrantis æqualis erit ut sexta cum medietate portionis. Sed quia hic transitus non est, continuè per omnes intermedias, sicut nec per sextas cum portionibus ideò non est necesse quod recta æqualis arcui quadrantis, æquetur sextę cum medietate portionis, Sed de his hactenus.

5 Ex hac iam dicta inuentione:



¶ quia arcus h k c, sunt 2. tertiæ arcus quadrantis: erit 1. tertia duorum arcuum quadrantium & 1 sexta quatuor arcuum quadrantium Erit igitur medietas arcus tertię partis circumferentiæ circuli. Et ideò h o est semichorda duplicis arcus h k c, quia duplicatus facit arcum tertiæ partis. Sit t u æqualis curuæ h c, & k c chorda æqualis medietati t u, similiter h r æqualis k c. Facio a c indefinitę quantitatis, & à puncto h, traho per 31. primi Euclidis æquidistantem ad a c indefinitam, & sit h p. Facio transire ab aliquo puncto in h p signato (qui sit s) rectam ad a c indefinitam, sic quòd transeat per r, quæ sit s r q: ita tamen quòd ducta recta à puncto h ad punctum q, sit dupla longitudine ad h s. Dicit de Cusa cylindricam ex h s æqualem esse superficiei sphęrali ex h k c descriptæ. Vt si h s cum h o termino o fixo circumuoluatur, cylindricam describet, cuius semidiameter basis erit h o, & altitudo h s. Et notum est quod conica ex h q descripta, superficiem æqualem habet superficiei cylindricæ ex h s descriptæ. Quare superficiei sphærali ex h k c descriptæ, assignata erit cylindrica & conica superficies æqualis. Quòd si duxeris à puncto h ad rectam s q æqualem t u: ex ea coniçam describes superficiem, æqualem cylindricæ ex h s, & conicæ ex h k, per iam dicta in litera præcedẽte sub nota octonarij: quare & æqualẽ sphęrali superficiei ex curua k h c, & ipsius conicę latus æquale erit curuę.

Et

hæc litera ex oppositio præmisse literæ demonstrare posset de Cusa sic: eo quòd quę sunt de arcu quadrantis, de omni arcu in analogia intelliguntur. Nam si ponatur h k c loco arcus quadrantis, erit h o prima linea, h s secunda, o q tertia, & s q quarta: supponendo semper quòd h s cylindricam superficiem, superficiei sphærali ex h k c describat æqualem, & quòd h q conicam superficiem alijs æqualem. Inuenio sextam æqualem portioni, quæ sit c k cum k r. Vnde per præmissa c k cum k r, æquales simul erunt arcui h k c: & erit h k r quinta, & c k sexta: portio uerò erit k r. Vnde ex oppositio constat, quomodo habita recta æquali curuæ: inuenitur cylindrica & conica superficies æqualis sphærali: scilicet faciendo medietatem rectæ æqualis curuæ chordam, ut est c k, quæ est æqualis medietati t u. Deinde ducendo à puncto mobili scilicet h rectam, per terminũ chordæ extra arcum sic quod quę extra erit, ęqualis sit medietati rectæ curuæ æqualis, ut est h k r, cuius k r æqualis est c k. Ex hoc habetur, sextam cum portione k r ad inuicem æquales, & simul æquales curuæ. Quare si recta c k cum portione k r ad inuicem æquales, & simul æquales curuæ. Quare si recta ducta à puncto signato in h p per r, ad rectam a c indefinitam quæ sit s r q, sit h q longitudine dupla ad h s: erit h s latus quo cylindrica superficies æqualis describetur superficiei sphærali ex curua h k c et h q latus conicum erit superficiem ipsæqualem describens. Et hæc aperta sunt, si quæ dicta sunt in præmissa, admittantur uera. Sequitur.

¶ Et ita habes artem, quomodo si sciueris cylindricam superficiem sphærali æqualem, poteris ex hoc reperire conicam æqualem cuius longitudo sit longitudo curuæ: eo scilicet modo quo iam præmisimus, per inuentionem lineæ sextæ cum portione, quæ inuicem sint æquales, ad habendam rectam curuæ æqualem. Qua habita, facilè constituetur latus conicum, quod describet superficiem sphærali & cylindricæ æqualem. Sequitur.

¶ Et quoniam ex Archimede artem habes. Illud tangit de Cusa, in de perfectione Mathematica dicens. Abscisionum sphęrę habitudo curuę superficiei ad rectam basis, est ut lineæ de zenith ad centrum basis, cum semidiametro basis, ad ipsum semidiametrum basis. Vnde si circulus daretur, qui ad circulum ex o h, se haberet sicut se habet o c cum o h ad o h longitudine: hic circulus æquaretur superficiei sphærali ex h k c, prout explanabimus suo loco. Quomodo uero Archimedes reducat: ignoramus, non enim hunc locum uidimus. Sequitur.

¶ Et ex præmissis patet, quomodo omnem curuam: etiam si ignores eius habitudinem. Hoc modo statim præmisso, cognoscendo latus cylindricæ superficiei æqualis superficiei sphærali ex curua. Et sic ex antehabitis habere poteris. Primò habeas circulum superficiei sphærali æqualem, per habitudinem lineæ de zenith à centro basis cum semidiametro basis, ad ipsam semidiametrum. Deinde illius circuli recipe rectam quadranti æqualem, describendo rectangulam æqualem circulo. Constitue rursus super æqualem circumferentiæ circuli basis rectangulam, æqualem priori rectangulæ, & minus latus: erit cylindricum latus: quo habito, statim reduces curuam in rectam æqualem modo premisso. Et exempli causa, sit data curua h c: cuius habitudinem ad quadrantem uel ad totam circumferentiam ignoro. Vtua h c: cuius habitudinem ad quadrantem uel ad totam circumferentiam ignoro. Video in quadrante (si minor est: si maior, recipio partem aliquotam) quam superficiem sphęralem describit, notando lineam de zenith per o c, & semidiametrum basis scilicet h o. Inuenio circulum qui se habeat ad circulum ex h o, sicut c o linea de zenith cum h o semidiametro basis, ad h o longitudine, sic enim habebitur. Sumatur per 9. sexti Euclidis, media proportionalis inter c o cum h o, & h o: & ipsa erit semidiameter circuli, æqualis superficiei sphærali ex h k c. Nam ipsa semidiameter ad h o, se habet potestate: sicut c o cum h o ad h o longitudine, per corolarium 17. sexti Euclidis. Rursus, illius circuli inuenti quadrantem in rectam æqualem resoluo, in quam duco diametrum, & fit rectangula æqualis ipsi circulo, siue superficiei sphærali ex h k c. Deinde resoluo circumferentiam circuli ex h o, in rectam æqualem: super quam rectangulam describo æqualem priori: scilicet quę æqualis est superficiei sphærali ex h k c. Sic enim describetur: quadrata rectangulam,

http://www.obrascatolicas.com

& iunge latus ad rectam æqualem circumferentiæ circuli ex h o:& per 10 ſexti Euclidis,inuenias tertiam continuè proportionalem poſt latus quadrati (quæ erit minor latere quadrati(& ſic habebis tres continuè proportionales. Vnde per 16.ſexti Euclidis,rectangulum quod ſub prima ſcilicet recta æquali circumferentiæ circuli ex h o & tertia quæ eſt inuenta æquale eſt quadrato ex ſecunda. Et ſic conſtituere uales rectangulam ſuper rectam,æqualem circumferentiæ circuli ex h o,& minus latus illius rectangulæ,quod eſt tertia continuè proportionalis,eſt latus cylindricæ æqualis ſuperficiei cum ſuperficie ſphærali ex h k c,& ſit h s. Facio a c indefinitam,& ſumpta dupla longitudine ad h s:ſecundum quam circinum extendo & poſito pede circini in h circumduco. Et ubi ſecat a c indefinitam,pono q:traho h q erit h q latus conicum:traho s q:& ſic habebo primam lineam h o, ſecundam h s,tertiam o q,quartam s q. Inuenio deinde ſextam æqualem portioni ſuæ,quæ ſit c k cum k r:& ipſæ ſimul erunt æquales arcui ignoto,hoc eſt ignotæ habitudinis ſcilicet h k c, Et ita de omnibus dicendum eſt. Sequitur: Ex quo iam patefecit, Qui Archimedem uiderũt, facilius quam nos de hac litera iudicabunt,non enim Archimedem hic uidimus.

VOlo nunc inueſtigare, quomodo per lunulas quadratura circuli inueſtigetur: quam uiam ueteres fruſtra attentauerunt. Et eſt intentio,inter latus polygoniæ circumſcriptum circulo,& latus polygoniæ inſcriptum reperire lineam, quæ ſecet lunulã,ita quòd triangulus rectilinealis æquetur portioni circuli, cuius ille fuerit arcus. Puta eſto,quòd ſuper a centro circuli, b c arcus ſit quarta circumferentiæ: cui e f latus tetragoni circumſcribatur,lineis a f & a e tractis,& c b linea ſit chorda ſiue latus tetragoni inſcripti. Volo ſignare lineam inter e f & b c,quæ ſit i k,quæ ſecet lunulam l m n:ita quòd ſit æqualis portionibus b i l, & c k n:ut a i k triangulus,æquetur a b m c portioni circuli. Pro cuius inueſtigatione ſuppono, latus inſcriptum eſſe minus arcu, & circumſcriptum maius: & plus maius quàm inſcriptum minus. Secundò, quòd duæ lineæ cadere poſſunt inter latus inſcriptum & circumſcriptum, quarum una æquetur arcui: & alia æquet triangulum rectangulum portioni circuli: & uocetur prima,quæ eſt latus inſcriptũ: ſecunda,quæ æquatur arcui: tertia, quæ æquat triangulum rectangulum portioni circulari: & quarta,quę eſt latus polygonię circũſcriptę. Tertio ſuppono, quòd illę quatuor lineę ſic ſe habent,quòd quando una creſcit omnes creſcũt: & quãdo una decreſcit oẽs decreſcũt, nam ad augmentũ unius, ſequitur ꝙ & alia augeatur. Quarto, ꝙ quãtò magis creſcũt, tantò magis differũt: & quãtò magis decreſcũt, tãtò minus differũt. Quinto, ꝙ quãtò magis differũt lineę, tantò plus differunt potentię earũ. Ex his ſic argumentor. Quantò quarta maior, tantò tertia



tertia maior, & differentia linearum & potentiarum earum maior. Sic quant ſò ecunda maior, tantò prima maior, & differentia linearũ & potentiarũ earum maior. Sic quantò differentia potentiarũ, quartæ & tertię maior, tantò ſecundæ & primæ maior, & differentia illarum differentiarum maior. Quare quantò quarta maior, tantò prima maior, & differentiæ potentiarum ipſarum maiores: & differentia differentiarum quartæ & tertiæ ex una, & ſecundæ & primæ ex alia maiores.

2 Secundum igitur habitudinem potentiarum quartæ & primæ, ſe habebunt differentiæ quartæ & tertiæ ex una: & ſecundæ & primæ ex alia. Ita ſcilicet, quòd ſi potentia ſecundæ eſt maior potentia primæ, in aliqua quantitate, & potentia quartæ eſt dupla ad potentiam primæ: erit potentia quartæ maior potentia tertię, in dupla quantitate, Et ſi eſt alia habitudo potentiarum quartę & primæ: alia eſt habitudo quantitatum talium differentiarum. Si negaueris, & dixeris habitudinem potentiæ quartæ ad potentiam primæ eſſe duplam, & non exceſſuum potentiæ quartæ ſuper tertiam ad exceſſum potentiæ ſecundæ ſuper primam, ſed quòd exceſſus potentiæ quartę ſuper potentiam tertiæ ſit ut tria, & quòd exceſſus potentię ſecundæ ſuper potentiam primæ ſit ut unum: hoc dico implicare contradictionem. Nam ſequitur, quòd prima & ſecunda lineę ſunt minores & æqualiores quam prima & ſecunda, quæ ſic ſe habent quod differentia eſt medietas. Quantò enim differentia exceſſuum minor: tantò lineę ſimiliores & minores. Et cum hoc ſequitur, quod prima & ſecunda ſint maiores quam prima & ſecunda, quę differunt in medietate differentię quartę & tertię. Nam quantò differentia quartę & tertię, magis excedit differentiam ſecundę & primę: tantò ſecũda & prima ſunt maiores, & inæqualiores. Erunt igitur maiores primis & ſecundis, ubi differentia eſt medietas: cum differentia ponatur una tertia differentię quartę & tertię, Sic erũt maiores & minores, ſimiliores & diſſimiliores, quòd implicat. Simile inconueniens ſequitur, ſi poneretur quod differentia ſecundę & primę, foret maior medietate differentię quartę & tertię: & hoc inconueniens ſequitur in omnibus, ſi habitudo exceſſuum potentię quartę ſuper tertiam & ſecundę ſuper primam dicatur alia, quam potentia quartę ſuper potentiam primæ.

3 Si igitur hoc medio uolueris lunulã abſcindere, ſeu circulum quadrare, ſic facito, & ſit in tetragono. Eſto igitur quòd ſuper à centro, b c quadrans ſit deſcriptus: trahe lineas ſectores dea per b & c indefinitę quantitatis. Trahe chordam b c, & latus circumſcriptum e o f, & in o tangat arcum. Trahe ſemidiametrum a o, ſigna deinde ſecundam lineam æqualem arcui, quę ponatur eſſe g h: & ubi ſecat a o ponatur i. Deinde ſignetur tertia linea quę ſit k l: & ubi ſecat a o ponatur m. Si igitur tertia ſcilicet k l talis eſt quòd eius potentia eſt in dupla quantitate minor potentia e f ꝙ potentia b c

http://www.obrascatolicas.com

tia b c potentia g h. Et cum hoc id quod fit ex ductu a o in i h, eſt æquale ei quod fit ex ductu a m in m l, habes intentum: ſi non, uaria quouſq; euenìet.



Exemplū in numeris. Eſto quòd a o ſemidiameter ſit 7. cuius quadratum 49. erit b c radix de 98. & e f radix de 196. Eſto igitur quòd g h ponatur 11. erit eius quadratum 121. à quo ſubtrahe 98. manent 23. Duplū huius, ſcilicet 46. ſubtrahe de 196. manent 105. Si ductio 7. in 5: cum dimidio, quæ retur ductioni medietatis radicis de 150. in ſe, ſiue a m in m l, quòd idem eſt (cum a m ſit ut m l) tunc haberes intentum, & m l duplicata eſſet coſta quadrati æqualis circulo, & quarta circumferentiæ eſſet 11. Sed ſi bene calculas, reperies 11. parum excedere.



4 Eſt autem aliquantulum difficile in praxi reperire has lineas medias ſecundam & tertiam. Vnde pro alleuiatione laboris ſic facito: fac lineam a c quæ æquetur 7. ſemidiametris cuius medium ſit b: trahe orthogonales c d & b e, & ſit d c ut a c, & e b ut a b. Trahe lineam a e d, ſigna in c d ſemidiametrum, & ſit c f ut ſemidiameter & medietatem chordæ quadrantis ſigna in b e: & ſit b g ut medietas chordæ arcus quadrantis trahe lineam f g. Et quia c d eſt potentia c f radicis eius, & b g radix b e: tunc inter b e & c d quare potentias medietatum mediarum linearum, ſecundæ ſcilicet & tertiæ. Puta ſit potentia medietatis ſecundæ ut i k, & ubi ſecat f g, ſigna l: & uide inquantum i k excedit b e, & fac c d in duplo excedere tertiam, quæ ſit m n, ita quòd c d excedat m n in dupla quantitate, quæ i k excedit b e, & ubi m n ſecat f g, pone o. Si tunc ex ductu m o in ſe idem eueniat, quod ex ductu ſemidiametri in l i habens intentum, & m o duplicata erit coſta quadrati circuli: Si non, uaria quouſq; eueniet. Et ſicut in quadrante operatus es, proportionabiliter poteris in alijs arcubus prioribus attentis operari, & lunulas abſcindere, & circulum rectilineare.

Annota-

Annotationes omniſancti.

1 Volo nunc inueſtigare, quomodo per lunulas quadratura circuli, &c.

¶ Hippocrates per lunulas quadrare uoluit circulum, ſimiliter & Antiphon. Dicebat enim Hippocrates, arcum l m n æquari chordę l n: quia duę ſunt lineæ ab eodem puncto l eductæ, & in eodem ſcilicet n terminatæ: ideò dicebat æquales. Sed ſolum eſt hoc uerum in rectis: omnes quippe rectæ ab eodem puncto eductæ, & in eodem terminatæ ſunt æquales: Vnde inferebat, circumferentiam circuli æquari circumferentię polygoniæ eidem inſcriptę. Antiphon uerò in lunulis triangulos duorū æquilium laterum conſtituebat, uolens tandem per huiuſmodi triangulos peruenire ad unum, qui æquaretur lunulæ, quod eſt impoſsibile: cum ſuperficies diuiſibilis ſit in infinitū & omnis talis triangulus lunula ſit minor. De Cuſa oſtendere uolens, quomodo id poſsit fieri: quinq; ſuppoſitiones præmittit. Primò ſupponit, quòd latus circulo inſcriptum, minus eſt arcu, ut b c chorda ſiue latus quadrati, minus eſt arcu b m c, ut prius monſtratum eſt. Sed e f latus circumſcriptum, maius arcu b m c, & plus eſt maius quàm inſcriptū minus: hoc eſt exceſſus e f ſuper b m c arcum, maior eſt exceſſu b m c, ſuper b c chordam. Et hoc eſt uerum nam ſi a m bis ſit 9, erit e f 9. quia longitudine dupla ad a m. Et circumferentia circuli, erit minor 29, ut dictum eſt, erit igitur b m c minor. 7. cum 1. quarta longitudine. Et exceſſus e f ſuper b m c, maior erit uno cum 3. quartis Similiter ſi e f ſit 9. longitudine: erit b c longitudine maior 6. cum 1. tertia, cuius quadratus eſt 40. cum 1. nona, & b c potentia eſt. 40. cum 1. ſecunda cū potentia ſubdupla ſit ad e f quæ eſt potentia 81. Igitur exceſſus b m c poſita ut 7. cum 1. quadrata ſuper b c minor, erit 11. duodecimis. Eſt enim exceſſus 7. cum 1. quarta ſuper 6, cum 1. tertia, ut 11. duodecimæ. Et cum unum cum 3. quartis (qui faciunt minus cū ex



ceſſum e f ſuper b m c) ſint pluſq; 11. duodecimę, quæ ſunt pluſquam exceſſus b m c ſuper b c: à fortiori e f plus excedit b m c. quā b m c excedat b c. Si uis illos exceſſus referre ad proportionem etiam uerum erit, ut e f ad b m c maiorē ſeruat proportionē, quam b m c ad b c: uti proportio 9. ad 7. cum 1. quarta maior eſt, quā proportio 7. cum 1. quarta. ad 6 cum 1 tertia. Quare à fortiori e f ad b m c, maiorem ſeruat proportionem quam b m c ad b c. Secundò ſupponit, quòd duæ lineę cadere poſſunt inter latus inſcriptum & circumſcriptum quarum una æquetur arcui, altera æquet triangulum. Patet: poſſunt dari maiores & minores, quare & æquales, cum tranſitus à maiore ſcilicet e f ad minorē b c, ſit per omnes intermedias, igitur & per equales. & hoc uerum. Sequitur. Vocet prima, quæ eſt latus inſcriptum, ut eſt b c: ſecunda quæ æquatur arcui, & ſit d g: tertia quę æquat triangulū rectangulū portioni circulari, & ſit i k: quarta latus polygonię circūſcriptæ. & ſit e f. Tertio ſupponit, qđ ille quatuor lineę ſic ſe habēt, q̄ quādo una creſcit omnes creſcūt: et quādo una decreſcit oēs decreſcūt: ut enim creſcāt ſimul, neceſſe eſt ut angulus e a f fiat minor: manifeſtū eſt omnes ſimul decreſcere, nō tamen omnes pportionabiliter decreſcēt aut creſcēt: ſolū enim quarta ſcilicet e f immobilis erit in ſua ſectione aut augmētatione. Omnes uero reliqui moueri habēt neceſſe. Cū enim angulus e a f efficietur maior: deſcendēt prima ſcilicet chorda, ſecunda æqualis arcui, & tertia æquans portionem circuli. Ideò non tantum creſcent proportionaliter, quantum e f, & econuerſo, cum angulus fiet minor aſcendent. Ideò non tantum decreſcent proportionaliter quantum e f, Quarto ſupponit, quòd quanto magis creſcunt tantò magis differunt: et quantò magis decreſcunt tantò minus differunt. Hoc eſt manifeſtum, cum quantò chorda minor eſt:

tantò

http://www.obrascatolicas.com

tantò maiorem arcus ad ipſam ſeruat proportionem (ut dictum eſt) & econtrariò. Quintò ſupponit, quòd quanto magis differunt lineæ longitudine, tantò plus differant proportionaliter: Hoc enim non eſſet uerum. Ex his ſic argumentatur. Quantò quarta (e f ſcilicet) maior tantò i k tertia maior (non tamen proportionaliter) & differentia linearum, hoc eſt exceſſus longitudinum, et differentia potentiarum, hoc eſt quadratorum maior. Sic quantò differentia potentiarum quartæ & tertiæ maior ſcilicet e f & i k: tantò differentia potentiarum d g & b c, ſecundæ ſcilicet & primæ maior & differentia illarum differentiarum, hoc eſt exceſſus illorum exceſſuum maior. Quare quantò e f quarta maior: tanto prima b c minor & differentiæ potentiarum ipſarum minores. Et differentia differentiarum quartæ & tertiæ ex una, ſcilicet e f & i k, & ſecundæ & primæ ſcilicet d g & b c ex alia maiores, non tamen proportionaliter.



2 ¶ Secundum igitur habitudinem potentiarum quartę & primę ſe habebunt differentiæ e f & i k, quartę & tertię ex una: & d g & b c, ſecundæ & primæ ex alia. Ita ſcilicet ſi potentia d g ſecundæ, eſt maior potentia b c primę in aliqua quantitate, & potentia e f quartæ ſit dupla ad potentiam b c primę: erit potentia e f quartæ, maior potentia i k tertiæ, in dupla quantitate: hoc eſt maior quam potentia d g ſecundæ maior ſit potentia b c primæ. Ac ſi dicat: ſi potentia e f quartæ ſit dupla ad potentiam b c primæ, ita exceſſus potentię e f quartæ, ſuper potentiam i k tertię, ad exceſſum potentiæ d g ſecundam, ſuper potentiã b c primæ. Hinc ſequitur.

¶ Et ſi alia eſt habitudo potẽtiarum e f quartæ, & b c primæ: alia erit habitudo quantitatum talium differẽtiarum hoc eſt exceſſuum. Si negaueris, & dixeris habitudinem potentiæ e f quartæ, ad potentiam b c primæ eſſe duplam, & non exceſſum potentiæ e f quartæ ſuper potentiam i k tertiæ, ad exceſſum potentiæ d g ſecundæ ſuper potentiam b c primæ, ſed quòd exceſſus potentiæ e f quartæ, ſuper potentiam i k tertiæ ſit ut tria, & quòd exceſſus potentiæ d g ſecundæ ſuper potentiam b c primæ ut unum: hoc dico implicare contradictionem. Nam ſequitur, quòd prima & ſecunda linea per te poſitæ ſunt minores & æqualiores quàm prima & ſecunda, quę ſic ſe habent, quòd exceſſus potentiarum eſt medietas exceſſus potentiarũ tertiæ & quartæ. Quãtò enim differentia minor, tantò lineæ ſunt ſimiliores & minores per quartã ſuppoſitionẽ: modo exceſſus ſecũdę & primę ut ponis minor eſt, quã ſi eſſet medietas exceſſus quartę & tertię, q eſt ut tria per te. Et ꝓpterea exceſſus ſecũdæ & primæ, erit ut 1. tertia exceſſus quartę & tertię per te. Et rurſus cũ hoc ſequitur, quòd prima & ſecũda ſunt maiores, q̃ prima et ſecũda quę differunt in medietate differentiæ quartæ & tertiæ. Nam per quintã ſuppoſitionem, quantò differentia quartę et tertię magis excedit differentiam ſecundę & primę: tantò ſecunda & prima ſunt maiores & inæqualiores. Erunt igitur maiores primis & ſecundis, ubi differentia eſt medietas differentiæ quartę & tertiæ: cum differentia ſecundæ & primæ, ponatur per te una tertia differentiæ quartæ & tertiæ. Sic erunt maiores & minores ſimiliores & diſſimiliores: quod implicat. Simile inconueniens ſequitur, ſi poneretur quod differentia ſecundæ & primę, foret maior medietate differentiæ quartę & tertiæ. Sed cum ſuppoſitiones quarta uidelicet & quinta, intelligantur de augmento & diminutione linearum ſimul, non erit inconueniens, ſi dicantur mediæ maiores uel minores, ſtantibus prima & quarta, niſi alia ratio ſuperuenerit efficacior iſtis. Vnde ſi dicat exceſſus potentiæ e f ſuper potentiam i k maior eſſe q̃ duplus, ad exceſſum potentię d g ſuper potentiam b c neceſſe eſſe ꝙ ſtantibus e f &

f & b c, linea tertia d g deſcendiſſet uerſus b c, poſſet eſſe etiam i k mota uerſus e f. Et ex hoc non eſt inconueniens (quia b c & e f ſtant ſine augmento & decremento) lineas illas i k & d g poſſe eſſe maiores uel minores, quam uult de Cuſa: quia tunc augebuntur uel diminuentur particulariter; & non uniuerſaliter omnes augebuntur uel diminuentur. ¶ Sequitur

3 Si igitur hoc medio uolueris lunulam abſcindere, ſeu circulum, &c.



¶ Sequitur. ¶ Si igit̃ tertia k l talis eſt, ꝙ eius potentia eſt in dupla quãtitate minor potẽtia e f quã potẽtia b c minor ſit poſita g h, & cum hoc id quod fit ex ductu a o in i h eſt ęquale ei quod fit ex ductu a m in m l: habes intentum. Notanter addit, & cum hoc id quod fit ex ductu a o ſemidiametri in i h octauam partem circumferentiæ (ſi g h ſit ut b o c) eſt æquale ei, quod fit ex ductu a m octauæ partis circumferentiæ quadrati circulo ęqualis in ſe, ſiue in m l, quod idem eſt. Nam infinitę poſſunt dari mediæ, ſic quod exceſſus potentiæ e f ſuper potentiam maioris medię, ad exceſſum potentiæ minoris medię ſiue ſecundæ, ſuper potentiam b c: eſt ut potentia e f ad potentiam b c, tamen (ſi uerum ſit quod de habitudine exceſſuum dictum eſt) ſolum illæ erunt medię quę ſitæ: quarum quadratum medietatis tertiæ (ut eſt k) ęquale eſt ei, quod fit ductu ſemidiametri in medietate ſecundæ. Sequitur.

¶ Exemplum in numeris. Eſto quod a o ſit longitudine 7. cuius quadratum eſt 49: erit b c radix de 98. duplus eſt ad 49. ſicut poteſtas b c dupla eſt poteſtatis a o: numerus igitur longitudinis b c, erit radix de 98. ſi haberi poſſet, & e f erit rãdix de 196. qui quadruplus eſt ad 49. ſicut eſt e f poteſtate ad a o. Erit igitur e f longitudine 14. qui eſt radix de 196. Eſto igitur quòd g h ponatur longitudine 11. erit eius quadratum ſiue poteſtas 121. à quo ſubtrahe poteſtatem b c, ſcilicet 98: & reſiduum ſcilicet 23 erit exceſſus poteſtatis g h ſuper poteſtate b c. Duplico 23 & fit 46: quem ſubtraho à poteſtate e f: & reſiduum erit 150. ſiue poteſtas de k l. Sic ſecundum iſtam propinquitatem tantus eſſet quadratus circulo ęqualis, ſcilicet 150. Vnde conſtat, ꝙ exceſſus poteſtatis e f ſcilicet 196. ſuper poteſtate k l, ſcilicet 150. ad exceſſum poteſtatis g h, ſcilicet 121. ſuper poteſtate b c ſcilicet 98. ſe habet ut e f ad b c poteſtate, quia ſunt ut 46. ad 23. Vnde ſi ductio a o quæ eſt lõgitudine 7. in i h, ſcilicet 5. cum 1. ſecunda longitudine produceret quartam partẽ de 150. haberetur intentum: ſed quia plus producit, hoc dicit de Cuſa eſſe, quia g h longitudine eſt minor 11. Ideò poteſtas minor erit 121. ſimiliter exceſſus poteſtatis ſuper poteſtate b c minor 23. Vnde etiam minus ſubtrahetur à poteſtate e f: quare maius erit reſiduum, cum hoc quod ductio a o in i h. quę erit longitudine minor 5, cum 1 ſecunda minus producet, ꝙ ſi eſſet 5. cum 1. ſecunda. Et ſic ibi quædam propinquitas attingitur.

4 Eſt autem aliquantulum difficile in praxi reperire has lineas medias.

¶ Sequitur. ¶ Et quia c d eſt potentia c f radicis eius, hoc eſt ut numerus quadrati f c. Nam quia c d eſt ut ſeptem ſemidiametri, & quælibet ſemidiameter eſt longitudine 7: erit d c longitudine 49. & tantus eſt quadratus de f c quæ eſt longitudine 7. Ideò f c radix eſſe dicitur d c, hoc eſt numeri longitudinis eius, ſimiliter b g radix eſt b e. Cum enim d c ſit 49. longitudine: erit b e eius medietas, longitudine 24. cum 1 ſecũda. Modò b g poteſtate eſt 24 cum 1. ſecunda: Nã omnis ſemidiameter ad ſemichordã quadrantis (uti f c ad b g) eſt poteſtate dupla. Modo f c poteſtate eſt 49. erit igitur

http://www.obrascatolicas.com

igitur g b potestate 24. cum 1 secunda: & sic b g est radix quadrati numeri longitudinis b e: Quo fit, ut sicut c d ad b e longitudine: ita f c ad g b potestate. Sequitur tunc inter b e & c d quære potentias medietatum mediarum linearum, secundæ scilicet & tertiæ. Puta sit potentia medietatis secundæ uti k longitudine: erit i l radix quadrati numeri longitudinis i k, sicut b g de b e, & f c de d c. Sequitur.

¶ Vide inquantum i k excedit b e, & fac c d in duplo excedere tertiam, quæ sit m n, ita quod c d excedat m n in dupla quantitate, qua i k excedit b e. Sit igit p k excessus i k super b e: duplico p k: & sit d q longitudine dupla ad p k, & m n sit ut c q: tunc est manifestum, excessum c d super m n, longitudine duplum esse ad excessum i k super e b. Vnde m o erit radix quadrati numeri longitudinis m n, ut de cæteris: dictum est. Quare sicut c d ad m n longitudine, ita f c ad o m potestate: Similiter sicut i k ad b e longitudine, ita l i ad g b potestate. Ex quo sequitur, quòd excessus potestatis f c super potestatem o m: ad excessum potestatis l i super potestatem b g. duplus erit. Et quia infinitæ possunt dari maiores b e, qua cadent inter b punctum & punctum tertiæ partis b c æquidistanter ad b e: & infinitæ possunt dari minores d c, quæ scilicet cadent æquidistanter d c, inter punctum c & punctum duarum tertiarum b c, quæ sic se habebunt quòd excessus d c super tertias, ad excessus secundarum super primam, erunt sicut excessus d c super m n ad excessum i k super b e. Omnes quippe cadentes inter b punctum & punctum tertiæ partis b c, dicentur secundæ: & quæ cadent inter punctum c & punctum duarum tertiarum b c, dicentur tertiæ. Vt sit à puncto r. per 31. æquidistans ad d c ducantur usq; b c; similiter à puncto s equidistans ad b e usq; h c, & d r ad e s longitudine dupla sit, sicut d n ad k e: erit excessus d c super tertiam, quæ scilicet à puncto r educitur ad excessum secundæ quæ à puncto s educitur, super b e, uti c d ad b e, siue uti q d ad p k. quod idem est. Eodemmodo dicendum est, de excessibus potestatum linearum cadentium inter g f & b c, nam idem est iudicium. Ad secernẽdum igitur quæ sint inter illas, dicit de Cusa, quod m n erit tertia, & i k secunda, si ductu c f semidiametri in i l, æquale fiat quadrato ex m o, & hoc tantum de duabus uerificari potest. Vnde m o dicetur tertia respectu potestatis, sicut m n tertia respectu longitudinis, & i l erit secunda respectu etiam potestatis: sicut in k secunda respectu longitudinis, & c f quarta, & b g. prima. Vnde sicut c f est semilatus quadrati circulo circumscripti, cuius semidiameter erit ut c f: ita b g semilatus quadrati eidem circulo inscripti, & i l medietas quadrantis, & m o medietas lateris quadrati circulo æqualis. Sed quomodo sciri poterit, an ductio c f i l æqualis sit quadrato ex m o: non docet de Cusa, ubi essent uerum quod de habitudine excessuum dicit, adhuc res quodammodo ignota maneret. Volumus in propinquis numeris de habitudine illorum excessuum aliqua dicere, ad huius quadraturæ declarationem. Est manifestum in de complementis Arithmeticis, de Cusa ponere habitudinem circumferentiæ ad diametrum, ut Archimedes ponit. Sed adhuc apparentius sumemus, & ponamus habitudinem circumferentię ad diametrum longitudine maiorem tripla sesquioctaua Et hoc certum relinquimus (ut intendimus aliquando demonstrare) imo etiam maiorem tripla superdecupertiente septuagesimasprimas, cum Archimede assentiendo. Sit igitur a o 4. longitudine: erit e f æqua-





æqualis diametro circuli longitudine 8. potestate 64. Erit g h maior longitudine 6. cum 1. quarta: quia circũferentia longitudiue maior erit 25. Vnde 25. ad 8. triplus sesquioctauus est. Rursus si g h sit 6. cum 1. quarta: erit quadratus circuli maior quàm ductio e f, scilicet 8. in 6. cum 1. quarta. Vnde 8. in 6. cum 1. quarta, facit 50. Videamus igitur, si per habitudinem illorum excessuum, poterimus inferre quadratum æqualẽ aut maiorem, sic. Quia a o longitudine 4 & potestate 16: erit b c potestate 32. & g h potestate maior 39. cum 1. decimasexta, qui est quadratus de 6. cum 1. quarta. Erit igitur excessus secundæ lineæ super primam, maior 7. cum 1. decimasexta (si prima potestate fuerit 32.) & ille excessus duplicatus, faciet 14. cum 1. octaua. Vnde uerus excessus secundæ super primam duplicatus, faciet plusquàm 14. cum 1. octaua. Ideò sublatus de potestate e f, faciet minus residuum quàm faciat 14. cum 1. octaua sublatus. Et ex consequenti secundũ de Cusa, quadratus circulo æqualis erit minor, quàm numerus residuus ex subtractione 14. cum 1 octaua à potestate e f: quæ cum sit longitudine 8. erit potestate 64. At si 14. cum 1 octaua subtrahantur de 64. residuum erit 49. cum 7. octauis. Qui cum sit minor 50. & 50. minor (ut dictum est) quadrato circulo æquali: à fortiori, erit 49. cum 7. octauis minor circulo, & tamen secundùm de Cusa deberet esse maior. Ex hoc indubitatè constat, ad habendam tertiam lineam, quæ est latus quadrati circulo æqualis, quòd longè minus subtrahi debet à potestate quartæ, quàm numerus duplus ad excessum potestatis secundæ super primam. Constat rursus, excessum potestatis quartę super potestatem tertię, ad excessum potestatis secundæ super potestatem primæ, minorem seruare proportionem quàm potestas quartæ potestati primæ.



VOlo autem adhuc alios quosdam possibiles modos tangere, quomodo scilicet omnis circulus immediatè in quam uolueris resoluitur polygoniam, absque eo quòd peripheriam circuli curuam, prius in rectam lineam resolui oporteat: quos pro exercitio ad magis ociosos remitto. Si quadranti circuli latera circumscriptæ & inscriptæ tetragonorum describeris, atque à centro circuli ad punctum ubi circumscriptæ latus circumferentiam contigerit lineam duxeris, & aliam à centro ad finem lateris triangulum concludendo, traxerisq; deinde à centro per aliquem punctum arcus ad latus circumscriptæ lineam tali modo, quòd alia linea æquedistans lateribus polygoniarum, transiens de latere ad latus trianguli per eundem punctum arcus, fuerit æqualis duabus portionibus,

http://www.obrascatolicas.com

quas prius linea à centro ducta per eundem punctum de lateribus polygoniarum dictarum secuerit: inter ipsam lineam, & aliam quæ est latus trianguli ad punctum contingentiæ ductam erit linea illa æquedistans medietas lateris polygonię arcui correspondentis circulo æqualis. Vt si super à centro describatur circulus, cui uolo tetragonum æqualem inuenire: quadrantem signo, qui sit b c. Et traho latera tetragonorum, & sit latus tetragoni circumscripti d e, & tangat circulum in f puncto, traho a f, & a d, & b c, latus tetragoni inscripti. Et ubi b c secat a f, pono k: traho deinde d e a per aliquem punctum arcus b f lineam ad d f, & sit punctus in arcu g, & ubi secat latus b k ponatur l, & ubi latus d f ponatur m: & per g traho æquidistantem ad d f, de a f ad a d, & sit g h. Dico si h i est æqualis l k & m f simul: h i est medietas lateris tetragoni circulo æqualis.





2 Pro intellectu huius primò considerandum, quòd si super à centro circulum descripseris, et contingentem in definitæ quantitatis eidem in puncto adiunxeris tracta linea a f, & deinde de a ad contingentem lineam a c duxeris, quæ secet circulum in g puncto, duxeris quoq; lineam æquidistantem ad contingentem de puncto lineæ a f, qui sit o per g indefinitè: illa erit de qua per aliam lineam de a ad contingentem ducta æquatrix abscinditur. Et sit a h d abscindens o r, ita quod o r sit æquatrix quam sic uoco, quia lunulæ o g f, quam de area circuli abscindit, substituit h r g æqualem quantitate, claudendo triangulum rectilineum a r o, æqualem portioni circuli a h f.

3 Secundo considerandum (figura cum contingente & linea de qua æquatrix abscinditur seruatis) quòd de aliquo puncto circuli potest chorda sic trahi, quòd portio eiusdem chordæ inter a f & a c addita ad c f, æquetur illi dictæ æquatrici. Et sit punctus in circulo h, & portio chordæ inter a c & a f, sit i k.

4 Tertio considerandũ, quòd (figura priori cum contingente & linea de qua



quæ æquatrix abscinditur seruatis) si alia mobilis linea iaceat super a c quæ sit a l, & illa uersus sinistrum a fixo manente reuoluatur: perueniet usque ad aliquem punctum circuli, à quo si ducitur chorda æquidistans contingenti usq; ad lineam a f, portio illius inter a c & a f addita ad c f, æquabitur æquatrici quæ per a l abscinditur. Et sit punctus ille in circulo h, & semichorda h k, & portio i k & abscisio æquatricis o r. Nec potest esse alius punctus, quam unus ille h in quo sic eueniet: nam ante illum portiones excedunt æquatricem, & post illum æquatrix uincit. Hoc uerum, si h f fuerit semiquadrans: & si non, uaria g punctum quouisq; eueniet.

5 Dico igitur hoc casu æqualitatis, portiones esse æquales uerę æquatrici, & illam esse o r, Si negaueris, & dixeris portiones fore minores uera æquatrice, & similiter o r: tunc si portiones deberent esse æquales, oporteret lineam de a quæ illas abscindere deberet, cadere inter c & d, & ita arcus g f foret minor quam esse deberet, & lunula o g f minor quam h r g. Sed quia dicis o r minorem æquatrice: igitur æquatrix cadit supra o r uersus contingentem, & o r infra eam uersus h k. Quare ipsa o r, abscindit maiorem quam æquatrix, & lunula g o f erit maior quam h r g, & ita erit minor & maior. Sic si dixeris portiones maiores & o r maiorem æquatrice, idem sequetur inconueniens. Patet igitur propositum.

Annotationes Omnisancti.

1 Volo autem adhuc alios quosdam possibiles modos tãgere quomodo.

¶ Sequitur. Vt si super à centro & reliqua. Ex hoc loco patet, de Cusa uelle circulo tetragonum æqualem assignare: ideò & considerationes sequentes concludi habent de tetragono, ut notatur in ultima. Omnia hic sunt aperta suppositæ figuræ.

2 Pro intellectu huius primò considerandum, quod si supra à centro.

¶ Hæc consideratio facilis est auxilliante figura & uera.

3 Secundò considerandum figura cum contingente et linea de qua, &c.

¶ Similiter ista consideratio de se facilis & uera.

4 Tertio considerandum, quòd si alia mobilis linea iaceat super a c: quę sit a l, & illa uersus sinistrum à fixo manente reuoluatur, perueniet usque ad aliquem punctum circuli, à quo si ducitur chorda æquedistans contingenti usque lineam a f, portio illius inter a c & a f addita ad c f æquabitur æquatrici. quę per a l abscinditur.

¶ Hoc non probatur. Nam licet per primam considerationem, possit duci linea de à centro ad contingentem, quæ sit a d, secans de o g indefinita, latus æquans triangulum a o r portioni circuli a h f. Et similiter per secundam licet possit dari punctus

http://www.obrascatolicas.com



in arcu, à quo ducta chorda æquidistans contingenti, portio chordæ cadens inter a c & a f, addita c f æquetur æquatrici o r, non propterea inde sequitur, quòd lineâ ducta à centro ad contingentem, abscindens æquatricem per primam cõsiderationem, etiam transeat per punctum, à quo chorda proposita per secundam considerationem ducenda erit: Aut econtrariò, si recta sit ducta à centro a per punctum chordæ, non est necesse transire per terminum æquatricis nisi illud aliter à de Cusa probetur. Modò per motum alterutrumq; intelligit: scilicet quòd suo motu abscindat æquatricem cum peruenerit ad punctum chordæ, qui sit h, quod subdit, & tantum erit unus hic punctus, á quo ducta scilicet chorda, portio cadens inter a f & a c addita c f æquetur æquatrici: Non tamen inde sequitur, quod æquatur abscisæ in o g indefinita. Et quamq; hoc possibile sit, non adhuc sequitur quod ubi contingit, sit æquatrix quæ abscisa erit. Sequitur.

¶ Hoc uerum, si h f fuerit semiquadrans: quia per primã hypothesim, circulo tetragonum æqualem assignare proposuit. Hic dicit (supponendo omnes considerationes ueras) si h f sit semiquadrans, probasse intentum: quia o r erit semilatus quadrati circulo æqualis. Et si non sit semiquadrans, uaria (inquit) punctum g: pura si sit maior, fac arcum g f minorem: si minor, fac arcum g f maiorem quousq; euenìet.

5 Dico igitur hoc casu æqualitatis portiones: & c.

¶ Scilicet c f & i k esse æquales ueræ æquatrici o r. Si negaueris, & dixeris portiones fore minores ueræ æquatrici, et similiter o r minorem: tunc si portiones deberent esse æquales, oporteret lineam de à quæ illas abscindere deberet, cadere inter c & d e & ita arcus q f foret minor quam esse deberet, & lunula o g f minor quam h r g. Sed quia dicis o r minorem æquatricæ: igitur æquatrix cadit supra o r, hoc est minus distat à contingente & o r infra eam hoc est remotiùs à contingente, & propinquius h k. Quare ipsa o r abscindit maiorem lunulam quam æquatrix & lunula g o f erit maior, quam h r g: quia uera æquatrix quæ erit inter d f & o r, faciet portionem r g h maiorem igitur g o f erit minor & maior. Supponit de Cusa in maiore antecedentis, unum ignotum et ab ipso indemonstratum scilicet quòd æquatrix habeat semper transire per punctum sectionis in circulo factum, ex ea quæ ducta à centro ad contingentem, abscindet portiones æquales æquatrici. Nam si quis dicat o r ueram esse æquatricem, nihilominus c f & i k esse minores: nõ potest illud impugnare, nisi per tertiã cõsiderationem, scilicet quòd recta ducta à centro abscindens æquatricem, transit per punctum, à quo chorda ducta portio chordæ cadens inter a f & a c addita c f, æquatur æquatrici. Vel dicere primum scilicet quòd æquatrix habet transire per punctum in circumferentia, per quem transit abscindens ipsas portiones æquales, & tũc inconuenientia prædicta concluderentur. Istis duobus demonstratis bene concludit: scilicet quòd a d abscindẽs æquatricem, transeat per punctũ, à quo chorda ducta æquidistanter ad d c: portio ipsius chordæ cadẽs inter a f & a c addita c f, æquet æquatrici, Et quòd ubi secat circumferentiã, recta abscindẽs in latere circumscripto & inscripto portiones æquales æquatrici: habeat æquatrix transire. Vt posito quod a c abscindat in d f & h k portiones æquales æquatrici: quæ linea a c secat circulum in g & per ipsum punctum transeat æquatrix, Sed quia ignota sunt ista, ideò & ipsa quadratura. Sed si libet attendere paucis aperiemus quid de his portionibus sentiamus

tria supponendo. Primò, circumferentiam circuli ad diametrum, longitudine minorem seruare proportionem tripla sesquiseptima. Ex quo patet, arcum quadrantis minorem esse 5. cum 1. secunda longitudine, & quadratam æqualem circulo, minorem esse quam 38. cum 1. secunda latus uero quadrati circulo æqualis longitudine minus esse 6. cũ 5. uigesimisquartis. Patet: nam quadratus de 6. cum 5. uigesimisquartis est maior quam 38. cum 1. secunda: igitur radix quadrati circulo æqualis, longè minor erit 6. cum 5. uigesimisquartis, cum sit minor quam radix de 38. cum 1. secunda. Patet: nam quadratus de 6. est 36. Ad habendum gnomonem, qui ei circumponitur per additionem 5. uigesimarum quartarum: primò inuenio supplementa, ducendo 6. bis in 5. uigesimasquartas. & fiunt 60. uigesimæquartæ pro duobus supplementis. Ad habendum quadratulum gnomonis, qui fit ductu fractionum scilicet 5. uigesimarum quartarum in se, & fiunt 25. uigesimæquartæ ex 1. uigesimaquarta, siue, 25. quingentesimæseptuagesimæsextæ quod idem est, quia æquales. Et sic quadratulus gnomonis solum facit 1. uicesimamquartam cum 1. uigesimaquarta ex 1. uigesimaquarta. Igitur gnomo solum faciet 61. uigesimasquartas cum 1. uigesimaquarta ex 1. uigesimaquarta: Reductas fractiones integrarum ad unitates, eas per 24. diuidendo, & fiunt 2. cum 13. uigesimisquartis & 1. uigesimaquarta ex 1. uigesimaquarta: & tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 6. scilicet 36. eruut 38. cum 13. uigesimisquartis & 1. uigesimaquarta ex 1. uigesimaquarta. Et tantus erit quadratus de 6. cum 5 uigesimisquartis, qui maior est quam 38. cum 1. secunda. Quia igitur latus quadrati circulo æqualis, longitudine minus erit quam radix de 38. cum 1. secunda: à fortiori minus erit, quam radix de 38 cum 13. uigesimisquartis & 1. uigesimaquarta ex 1. uigesimaquarta, quæ est 6. cum 5. uigesimisquartis. Si igitur diametrus circuli longitudine ponatur 7: erit latus quadrati circulo æqualis minus longitudine 6. cum 5. uigesimisquartis. quod fuit demonstrandum, Secundò supponimus, istas proportiones esse æquales, scilicet a k ad k i, a o ad o g, & a f ad f c. Patet nam est manifestum, istos orthogonios scilicet a k i, a o g & a f c, æquiangulos esse, cum anguli a c f, a g o & a i k æquales sint, per secundam partem 28. primi Euclidis: igitur per quartam sexti eiusdem, erunt latera relatiua proportionalia. Sicut igitur a f ad a o, ita f c ad o g: & permutatim sicut a f ad f c, ita a o ad o g. Similiter sicut a o ad a k, ita o g ad k i: et permutatim sicut a o ad o g, ita a k ad k i. Tertiò supponimus, f c ad k i potestate esse duplam, Patet: nam per iam dicta sicut a f ad a k, ita f c ad k i: sed a f ad a k potestate est dupla cum se habeat ut semidiameter ad semilatus quadrati. Igitur f c ad k i erit etiam potestate dupla, per 4. sexti Euclidis: ratione orthogoniorum a k i, & a f c æquiangulorum. His præhabitis, sit o r æquatrix, siue semilatus quadrati circulo æqualis & sit a f 7. longitudine: erit per primam suppositionem latus quadrati circulo æqualis minus longitudine quã 12. cum 5. duodecimis, quia ad duplicationẽ numeri longitudinis diametri circuli, sequitur duplicatio numeri longitudinis lateris quadrati circulo æqualis. Erit igitur o r longitudine minus quam 6. cum 5. uigesimisquartis Et cum a g per 46. primi Euclidis, contineat simul quadrata a o & o g, & quadratum a o minus sit (per primam suppositionem) quam 38. cum 1. secunda: si igitur subtrahatur à quadrato a g, quod est 49. (cum a g longitudine sit 7. residuum scilicet 10. cum 1. secunda minus erit quadratum o g in hoc, in quo 38 cum 1. secunda excedit quadratum a o. Vnde a o ad o g potestate minorem seruat proportionem, quam 38. cum 1. secunda ad 10. cum 1. secunda: quia uera proportio potestatis a o ad o g est, ut minoris numeri 38. cum 1. secunda ad maiorem 10 cum 1. secunda & proportio 77. ad 21. est eadem cum proportione 38. cum 1. secunda ad 10. cum 1. secunda. Igitur constat, a o ad o g minorem proportionem seruare potestate, quam 77. ad 21. quo fit, ut si quadratus de a o in 77. partes æquales diuidatur, erit quadratus de o g maior quã 21. septuagesimæseptimæ quadrati de a o. Si enim non esset plusquam 21. septuagesimæseptimæ partes ipsius quadrati de a o: tunc a o ad o g non seruaret minorem proportionem, quam 77. ad 21. Sic similiter c f, erit plusquã 21. septuagesimæseptimæ partes quadrati de a f: quia sicut a o ad o g: ita a f ad f c per secundam suppositionem. Sed

http://www.obrascatolicas.com



quadratus de a f, est 49: cuius 1. septuagesimaseptima, est ut 49. septuagesimę septimæ, quæ ducta in 21. facies 1029. septuagesimas septimas, reductæ ad unitates, erunt 13. cum 28. septuagesimis septimis. Vnde potestas d f c, erit maior quam 13. cum 28. septuagesimis septimis, si a f longitudine sit 7. A fortiori igitur f c, potestate maior est 13. cũ 1. tertia: cũ 28. septuagesimæ septimæ sint pluſquam 1. tertia. Nam 3 ductus in 28. septuagesimas septimas, facit 84. septuagesimas septimas. Et quia f c potestate maior est 13. cum 1. tertia: erit similiter i k potestate maior quam 9. cum 2. tertijs, quæ est medietas de 13. cum 1. tertia. hoc constat per tertiam suppositionem. Sic subtiliter propinquè (secundum tamen minus) habitæ erunt potestates d e c t & i k. Vnde dicimus c f longitudine esse maiorem 3. cum 31. quadragesimis octauis. Nam radix de 13. cum 1. tertia, est maior: quare à fortiori f c ẽ gitudine erit maior. Patet sic: quadratus de 3. est 9: & 3. ductus in 31. quadragesimas octauas, facit 189. quadragesimas octauas pro supplementis. Quadratulus gnomonis scilicet 31. quadragesimis octauis, est ut 961. quadragesimæ octauæ ex 1. quadragesimas octauas, reductæ ad fractiones integrarum unitatum eiusdem denominationis, eas scilicet per 48 diuidendo: erunt 20. quadragesimæ octauæ cum 1. quadragesima octaua ex 3. quadragesima octaua. Iunges eas supplementis & fiunt 206. quadragesimæ octauæ cum 1. quadragesima octaua ex 1. quadragesima octaua. Reductæ ad unitates eas scilicet per 48 diuidẽdo: erunt 41. cum 14. quadragesimis octauis, & 1. quadragesimma octaua ex 1. quadragesima octaua. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 3. scilicet 9. erunt 13. cum 14. quadragesimis octauis & 1. quadragesima octaua ex 1. quadragesima octaua. Et tantus erit quadratus de 3. cum 31. quadragesimis octauis, qui minor est 13. cum tertia. Nam ter 14. quadragesimæ octauæ, reddunt solum 42. quadragesimas octauas: & 13. cum 16. quadragesimis octauis, sunt ut 13. cum 1. tertia. A fortiori igitur c f longitudine maior erit 3. cum 31. quadragesimis octauis: quia eius potestas lõgè maior est 13 cũ 14. quadragesimis octauis & 1. quadragesima octaua ex 1. quadragesima octaua. Erit etiam i k longitudine maior 2. cum 27. quadragesimis octauis. Nã quadratus de 2 est 4. & 2. bis ductus in 27. quadragesimas octauas facit 108. quadragesimas octauas pro supplementis. Quadratulus gnomonis, scilicet de 27. quadragesimis octauis, est 729. quadragesimę octauę ex 1. quadragesima octaua: reductæ ad fractiones integrarum, per 48. eas diuidendo, erunt 15. quadragesimæ octauæ cum 9. quadragesimis octauis ex 1. quadragesima octaua. Additæ supplementis, erunt 123. quadragesimæ octauæ, cũ 9. quadragesimis quinquagesimis octauis ex 1. quadragesima octaua. Reductæ ad unitates, eas per 48. diuidendo erunt 2. cum 27. quadragesimis octauis & 9. quadragesimis octauis ex 1. quadragesima octaua. Et tantus erit gnomo qui iunctus quadrato de 2. scilicet 4: erunt 6. cum 27. quadragesimis octauis, & 9. quadragesimis octauis ex 1. quadragesima octaua. Et tantus erit quadratus de 2. cum 27. quadragesimis octauis qui minor est 6. cum 2 tertijs. Nam 6. cum 31. quadragesimis octauis, sunt, ut 6. cum 2 tertijs. A fortiori igitur, i k longitudine maior erit 2. cum 27. quadragesimis octauis: cum eius potestas longè maior sit 6. cum 27. quadragesimis octauis & 9. quadragesimis octauis ex 1. quadragesima octaua, quia maior 6. cum 2. tertijs. Ex hoc iterum constat c f, & i k simul, longitudine esse maiores quam 3. cum 31. quadragesimis octauis: & 2. cum 27. quadragesimis octauis simul, quæ sunt 6. cum 16. quadragesimis octauis, siue 6. cum 5. uigesimis quartis, quod idem est. Manifestum igitur, c f & i k simul maiores esse æquatrice o r quæ (ut dictum

dictum est) longitudine minor est 6. cum 5. uigesimis quartis. Et modò constat c f & i k simul, longitudine maiores esse 6. cum 5. uigesimis quartis: Et hæc est ueritas subtiliter examinata.

PAndam nunc ultimò, quomodo simul reperiuntur, quæ uoluerit latera polygoniarum æqualium circulo, cuius hæc est propositio. Si semidiametro circuli & semilateribus polygoniarum circumscriptarum, & lineis complementi inscriptis, linea de centro ad latus circumscriptæ ducta, abscindit minorem portionem de linea complementi unius inscriptæ, & maiorem de semilatere eiusdem circumscriptæ, quæ simul æquentur semilateri polygoniæ æqualis circulo: tunc si aliæ lineæ sic ductæ fuerint per portiones talium linearum, sic quòd ipsæ portiones se habeant ad priores portiones semilaterum, sicut semilatera simul iuncta unius polygoniæ, ad semilatera simul iuncta alterius, tales similiter abscindunt portiones, scilicet minorem de linea complementi inscripta, & maiorem de semilatere circumscriptæ, quæ simul æquantur semilateri talis polygoniæ æqualis circulo.

2 Esto quòd super a centro circulus sit descriptus, cuius semidiameter sit a b: tractis semilatere trigoni circumscripti b c, & linea complementi d e, & tractis etiam semilatere tetragoni circumscripti b f, & linea complementi g h: & si uoluerit, poteris plurium polygoniarum trahere subtiliter similes lineas, semilatera. Trahe deinde lineam de a ad b c, & ubi abscindit d e pone i, & ubi b f pone k. Deinde trahe aliam de a ad b f, & ubi abscindit g h pone l, & ubi abscindit b c pone m. Dico si abscisio minor de g h quę est g l, una cum maiore de b f quæ est f m, æquantur semilateri quadrati æqualis circulo: tunc si abscisio minor de d e quæ est d i, se habet ad g l, sicut b c cum d e ad b f cum g h, & sic se similiter habuerit c k ad f m: erit d i cum c k, semilatus trigoni circulo æqualis. Et habebit se semilatus quadrati circulo æqualis, ad semilatus trigoni circulo æqualis: sicut portiones dictæ ad inuicem. Et uti facies in illis, facito in omnibus.



3 Procedit hæc propositio ex eo. Nam ex uarietate laterum diuersarum polygoniarum æqualium uni circulo, sequitur uarietas laterum polygoniarum circumscriptarum, & linearum complementi inscriptarum: quare sicut se habent

http://www.obrascatolicas.com

habent illa latera, ita & ista simul sumpta. Hinc et abscisiones quæ fiũt per lineas à centro ex lateribus ad constituendum semilatus polygoniæ æqualis circulo: tenere debent eandem habitudinem ad inuicem, ut eiusdem habitudinis latera efficiant.

4 Non est autem dubium, lineam de centro portiones abscindere posse de semilateribus quæ æquentur quæsitæ. Sed posset difficultas esse, quomodo sciri possunt lineæ complementi, quæ additæ ad semilatera polygoniarũ circumscriptarum, efficiunt latera polygoniarũ eiusdem arec. Puta si d e additum ad b c, ponitur latus trigoni, quod tunc g h additũ ad b f, efficit latus tetragoni, sed habitudo laterum de facili scitur ex superioribus. Ponitur autem linea complementi in trigono, semilatus polygoniæ inscriptæ, ut est d e, & alia complementa secundum hoc adaptantur. Dicuntur autem complementa: quia additæ ad semilatus polygoniarum circumscriptarum, constituunt semilatera polygoniarum æqualium arearum.

5 Posset etiam dubium esse, an portiones teneant habitudinem quam debent. Vnde sic poteris facere: trahe a b in longum: & similiter lineam de a per f in longum, & lineam unam quæ sit n o æqualis b c & d e. Diuide in duas portiones, quæ se habeant ut g h ad b f: & o p, & p n. Hanc scilicet o p, equidistanter ad b c inter dictas lineas de a per b & per f colloca: & linea quæ de a per g h ducitur, abscindit portionem de o p, quæ se habet ad portionem abscisam de g h, sicut portiones laterum. Sit igitur portio in b p linea o q, quæ se habeat ad g l, sicut debet: si igitur d i est ut o q. tunc habes illam portionem. Sic facito de alia portione lineæ n p, quæ sit r s, & sit r s ut p n. Applica inter lineas de a per b & f (ut prius) cum alia portione: & si portio quæ per lineam a q in r s abscinditur quæ sit s t, fuerit ut c k, habes intentum: si non uaria ut fiat. Et hæc est uia uniuersalis in omnibus polygonijs.

6 Elicias ex hoc artem, habere omnem portionem circuli, quæ per sectores à centro abscindi potest, etiam ad totum improportionabilẽ in rectilineam superficiem reducendi. Et omnem portionem circumferentiæ etiam improportionabilem ad totum medio laterum secundum præmissa, in lineam rectam conuertendi.

Annotationes Omnisancti

1 Pandam nunc ultimò, quomodo simul reperiuntur quę uolueris latera polygoniarum æqualium circulo, cuius hęc est propositio.

¶ Lineam cõplementi uocat, semilatus polygoniæ inscriptæ, ut infra patebit. Dicit igitur, si super b c cũ d e fiat triangulus æquilaterus, similiter & super b f & g h quadratus: erit triangulus quadrato æqualis. Ideò iuxta istã habitudinẽ, scilicet b c cũ d e, ad b f cum

b f cum g h: intendit portiones abscindere à lateribus circumscriptarum & inscriptarum polygoniarum, quę in latera polygoniarum æqualium arearum erunt, ut ex sequentibus fiet manifestum.



2 Esto quòd super a centro sit descriptus circulus, cuius semidiameter sit a b.

¶ Ex his elicias, quomodo de Cusa supponit has tres proportiones esse æquales: scilicet d i ad g l, c k ad f m, & b c cum d e ad b f cum, g h. Ideo dicit, quòd semilatus quadrati circulo æqualis, ad semilatus trigoni eidem circulo æqualis se habet, ut portiones dictæ ad inuicẽ. Nam si d i ad g l sit, ut c k ad f m: erit conuersim g l ad d i sicut f m ad c k. Quare per 13. quinti Euclidis, erit g l cum f m ad d i cum c k, sicut uel g l ad d i, uel f m ad c k. Modò g l cum f m simul, supponuntur ut semilatus quadrati circulo æqualis similiter d i cum c k, ut semilatus trigoni eidem circulo æqualis. Ex hoc iterum elicias, quod g l cum f m, ad d i cum c k se habebit, ut b f cum g h, ad b c cum d e, per 11. quinti Euclidis, quia uni sunt æquales: scilicet g l ad d i, uel f m ad c k: quo fit, ut sicut tetragonus cuius semilatus erit ut f m cum g l, est æqualis trigono cuius semilatus est ut c k cum d i (ut supponitur) ita tetragonus cuius semilatus erit ut b f cum g h, æqualis erit trigono, cuius semilatus erit ut c k cum d e. Et hoc ratione laterum similium polygoniarum, æqualem proportionem seruantium. Ideò trigonus ad trigonum erit sicut quadratus ad quadratum: & permutatim, sicut trigonus maior maiori quadrato, ita minor trigonus minori quadrato. Constat igitur cur g h & d e dictæ sint lineæ complementi, quia additæ ad semilatera circumscriptarum, complent semilatera polygoniarum æqualium arearum.

3 Procedit hęc propositio ex eò, nam ex uarietate laterum diuersarum polygoniarum æqualium uni circulo, sequitur uarietas siue habitudo laterum polygoniarum circumscriptarum, & linearum complementi.

¶ Quas dicit esse latera polygoniarum inscriptarum. Quare sicut se habent illa latera polygoniarum uni circulo æqualium: ita ista simul sumpta, scilicet circumscriptarum & inscriptarum. Hoc uult dicere, scilicet quod latera polygoniarum uni circulo æqualium, illam habitudinem tenent: quam latera similium polygoniarum circulo circumscriptarum, cum lateribus inscriptarum. Sequitur.

¶ Hinc & abscisiones quæ fiunt per lineas à centro ex lateribus polygoniarum, scilicet circumscriptarum & inscriptarum ad constituendum semilatus polygoniæ circulo æqualis: tenere debent eandem habitudinem ad inuicem, ut eiusdem habitudinis latera efficiant. Et hoc est uerum, si quod supponit de habitudinis laterum ita esse supponatur. Vt si semilatus trigoni circulo a b æqualis, ad latus quadrati eidem circulo æqualis, habitudinem illam teneat, quam b c cum d e ad b f cum g h: necesse est ut portio abscisa de d e ad abscisam de g h, sit in præfata habitudine

http://www.obrascatolicas.com

ſcilicet tanquam totum ad totum, ſimiliter portio abſciſa de b c ad portionem abſciſam de b f. Vt tandem concludatur d i cum c k, tanquam abſciſum de b c cum d e, ad g l cum f m, tanquam abſciſum de b f cum g h ſe habere, uti totum b c cum d e, ad totum b f cum g h.

4 Non eſt autem dubium, lineam de centro portiones abſcindere poſſe de ſemilateribus, quæ ſimul æquentur quæſitæ.



¶ Scilicet ſemilateri polygoniæ circulo æqualis. Et ita eſſe uidetur, quia eſt dabilis linea de centro quæ plus & dabilis quæ minus: erit igitur dabilis quæ nec plus nec minus quæſita abſcindat. Nam ſi ducatur recta à centro ad rectam b f propè b puta ad punctum x: tunc portiones de b f & g h, ſcilicet f x & g y ſimul, ſunt maiores quæſita. Et cum a x continuè mouebitur à fixo uerſus a f: portiones ſimul erunt minores portionibus f x cum g y. Cum uerò mota erit uſq; punctum k, ut eſt a k portiones abſciſæ ſcilicet f k cum g u ſimul minores ſunt quæſita. Igitur cadet punctus inter k & x, ad quem recta à centro ducta: portiones abſcindet nec maiores nec minores quæſita. Et hoc eſt uerum, ſi fiat tranſitus à maiore quæſita, ſcilicet f x cum g y ad minorem, ſcilicet f k cum g u, per omnes intermedias: ſi non, non erit neceſſe rectam à centro portiones æquales quæſitæ abſcindere, ſed tranſeat. Non in hoc latet difficultas rectilineationis circuli, ſed tota uerſatur in iis quæ de habitudine laterum ſunt dicta. Sequitur.

¶ Sed poſſet difficultas eſſe. quomodo ſciri poſſunt lineæ complementi quæ additæ. Sic enim ſciri poſſunt: puta ſi d e ſemilatus inſcripti trigoni additum ad b c, ponitur latus trigoni circulo æqualis: quòd tunc g h ſemilatus quadrati inſcripti, additum ad b f, efficit latus tetragoni eidem circulo æqualis. Sed habitudb laterum de facili ſcitur ex ſuperioribus, ſcilicet per ea quæ dicta ſunt primo cap. de Geometricis tranſmutationibus, & ex conſequenti, lineæ complementi facile ſciri poſſunt. Hic ſupppnit de Cuſa diuiſionem anguli recti in quotlibet partes, qua mediante, ſuper datam fieri poteſt quæcunque polygonia propoſita. Et hæc diuiſio fieri poteſt per ea quæ dicta ſunt primò cap. de Geometricis tranſmutationibus, ſupponendo ſecundum præmiſſum eiuſdem libri. Sequitur.

¶ Ponitur autem lineam complementi in trigono, ſemilatus poligoniæ inſcriptæ ut eſt d e, & alia complementa ſecundùm hoc adaptantur: Nam erunt ſimiliter ut ſemilatera inſcriptarum polygoniarum. Sequitur.

¶ Dicuntur autem complementa: quia ipſæ lineæ (quæ ſunt ipſa ſemilatera inſcriptarum) additæ ad ſemilatus polygoniarum circumſcriptarum, conſtituunt ſemilatera polygoniarum arearum æqualium. Et illud conſequens eſt ad hoc quod prius dixit, ſcilicet ex uarietate ſiue habitudine laterum diuerſarum polygoniarum, æqualium uni circulo, ſequi uarietatem ſiue habitudinem laterum circumſcriptarũ. cum lateribus inſcriptarum. Ex hac litera elicitur, quomodo facile data quacunq; polygonia, alia ei æqualis detur. Vt ſi datus trigonus cui uolo pentagonum æqualem aſſignare: diuido ſemilatus in habitudinem ſemilateris circumſcripti trigoni circulo, ad ſemilatus inſcripti quo diuiſo, ſumpta maiore portione & duplicata, ſuper eam per primam primi Euclidis conſtituo triangulum æquilaterum, cui inſcribo circulum & eidem circumſcribo & inſcribo pentagonum. Sumo ſemilatus pentagoni circumſcripti cum ſemilatere inſcripti unam lineam conſtituendo: qua duplicata, ſuper eam conſtituo pentagonum, qui per præmiſſa dato trigono æqualis erit, & ita de omnibus polygoniis dicendum. Nam ſuppoſito de Cuſa eſt, quod ſi duæ diuerſæ polygoniæ ſiue diſſimiles, fuerint eidem circulo circumſcriptæ & inſcriptæ: erũt latera circumſcripta cum inſcriptis lineæ talis habitudinis, quod ſi ſuper eas fiant ſimiles polygoniæ, erunt inuicem æquales. Vt ſi eidem circulo fuerit hexagonus & pentagonus circumſcripti & inſcripti, & ſuper lineam æqualem lateri hexagoni circumſcripti cum inſcripti latere, conſtituatur hexagonus ſimiliter ſuper lineam æqualem lateri pentagoni circumſcripti cum latere inſcripti, conſtituatur pentagonus: erit pentagonus hexagono æqualis. Quod ſi ita eſſet, recte concluderet intentum. Sequitur.

5 Poſſet etiam dubium eſſe, an portiones teneant habitudinem quam debent, &c.

¶ Hic docet modum operandi in huiuſmodi rectilineatione. Si igitur circulo dato, aliquam polygoniam uis dare æqualem, ut puta quadratum: Primò ipſi circulo inſcribo & circumſcribo quadratum, & aliam polygoniam quæ ſit trigona circumſcribo & inſcribo, non enim minus quam per duas polygonias, poteſt præxis huius haberi. Rurſus ſume duas manifeſtè minores ſemilateribus inſcriptarum, quæ habitudinem ad inuicem ſeruent, quam latera illarum polygoniarum circumſcriptarum cum inſcriptarum lateribus. Et ſigna æqualem maiori ſemilatere trigoni inſcripti, quæ ſit d i: & æqualem minori in g h ſemilatere quadrati inſcripti, traho a i k. & a l m. Dicit de Cuſa, quod poteſt dubium eſſe, an portiones f m & c k, ſeruent proportionem quam debent ſeruare. Nam cum infinitæ poſſint dari minores ſemilateribus inſcriptarum, quæ ſe habeant ut d i ad g l: ita infinitæ portiones diuerſarum habitudinum poſſunt abſcindi, in ſemilateribus circumſcriptarum nam tantum unus eſt punctus i b f, ad quem ducta recta à centro, abſcindit portionem in ſemilatere circumſcripti quadrati, quæ cũ portione abſciſa in ſemilatere inſcripti, ſint æquales quæſitæ. Ad hoc igitur tentandum an ſint portiones quæſitæ, iubet a b & a f facere indefinitæ quantitatis, & dari æqualem b c & d e ſimul quæ ſit n o: quam iubet diuidi per 12. ſexti Euclidis in habitudinem b f ad g h, & ſit n p ad p o ſicut b f ad g h. Deinde ſigna in a b indefinitam æqualem o p, quæ ſit a o: & a puncto o per 31. primi Euclidis, trahe æquidiſtantem ad b f uſque a f indefinitam, & ſit o p: erit o p æqualis a o. Nam ſicut a b f eſt orthogonius quadrati, ita a o p qui illi ſimilis, quia æquiangulus. Continua a m uſque o p, & ſit a q. Dicit ſi o q fuerit æqualis d i: tunc recte operatus



http://www.obrascatolicas.com

tus es. Deinde ſigna in a b indefinitam æqualem n p, quæ ſit a r: trahe à puncto r æquidiſtantem ad o p uſq; a ſ indefinitam, & ſit r s: erit ut prius r s æqualis a r, quia a r s eſt orthogonius quadrati. Continua a q uſq; r s, & ſit a t: ſi s t æqualis fuerit c k, tunc utrobiq; habes intentum. Ad quorum intelligentiam aduertendum eſt iuxta ſuppoſitionem de Cuſa, a r cum a o ſine b c cum d e (quod idem eſt) ad a b cum a g ſine b f cum g h (quod etiam idem eſt) ſeruare proportionem, quam ſeruat d i ad g l, & quam ſeruare debet c k ad f m: quare etiam a r ad a b ſimiliter a o ad a g erunt, ſicut d i ad l g. Patet: nam per hypotheſim a r ad a o, eſt ſicut a b ad a g: quare permutatim a r ad a b erit, ſicut a o ad a g. Et per 13. quinti Euclidis, a r cum a o erit ad a b cum a g, ſicut uel a r ad a b, uel a o ad a g. Et e conuerſo, a r ad a b & a o ad a g erit, ſicut a r cum a o ad a b cum a g: ſed a r cum a o ad a b cum a g eſt (ut dictum eſt) ſicut d i ad l g. Igitur a r ad a b, a o ad a g, & d i ad l g: erunt per 11. quinti Euclidis proportiones æquales, quia uni ſcilicet a r cum a o ad a b cum a g, ſunt æquales. Rurſus cum iſti orthogonij a o q & a g l ſint æquianguli (ut de ſe notum eſt) erit o q ad l g, ſicut a o ad a g: ſed a o ad a g eſt, ſicut d i ad l g: quare per 9. quinti Euclidis, q o & d i erunt æquales, quia ad l g æqualem proportionem ſeruant. Similiter de portione c k idem probabitur, ſupponendo c k ad f m eſſe ſicut a r ad a b, ſiue d i ad l g. Nam quia a r t & a b m orthogonij ſunt æquianguli: erit per 4. ſexti Euclidis a r ad a b, ſicut a t ad a m, ſimiliter t r ad m b. Quia igitur t r ad m b eſt, ſicut s r æqualis a r ad b f æqualem a b: erit ſimiliter s t ad f m, ſicut r s ad b f. Patet: nam t r abſciſum ad m b abſciſum eſt, ſicut r s totum ad b f totum. Igitur per 19. quinti Euclidis, s t reſiduum, ad f m reſiduum erit, ſicut r s totum ad b f totum. Vnde per 9. quinti Euclidis, t s & c k erunt æquales (ſi c k ad f m ſit, ut d i ad g l.) Nam uni proportionem ſeruant æqualem, ſcilicet ad f m. Quod ſi c k ad f m non ſit, ut d i ad g l: nec t s æqualis erit c k. Ideò ſequitur, ſi æquales ſint t s & c k: erit c k ad m f, ſicut d i ad g l. Et ex conſequenti f m cum g l, erit ſemilatus quadrati circulo æqualis, ſimiliter c k cum d i, ſemilatus trigoni circulo æqualis. Sequitur, ſi non ſint æquales ſcilicet t s & c k: tunc uaria quouſque eueniet. hoc eſt: uaria d i & g l; ſub eadem tamen habitudine. Ex hoc liquet, quomodo tota huius rectilineationis circuli difficultas eſt, an latera polygoniarum uni circulo æqualium ſe habeant, ſicut latera circumſcriptarum & inſcriptarum. Et hæc eſt uia (inquit) uniuerſalis in omnibus polygonijs.



6 Elicias ex hoc artem, habere omnem portionem circuli, quę per ſectores, &c.

¶ Sit data portio a b e, abſciſa à circulo per ſectores a e & a b: quæ ignota ſit habitudine ad totum circulum, cuius rectilineationem opto. Sic faciendum eſt: traho ſemichordam duplicis arcus b e, & ſit d e. A puncto b per 31. primi Euclidis, traho æquidiſtantem ad d e indefinitæ quantitatis, continuo a e uſque indefinitam & ſit a e c: erit b e ad d e, ut latus circumſcriptum ad inſcriptum. Deinde à puncto ſignato in d b quod ſit g, educo æquidiſtantem ad d e uſque ſemiarcum, & ſit g h: traho rectam à centro per h ad b c, & ſit a h f. Deinde diuido aliquam rectam notabiliter minorem g h & d e ſimul, in habitudinem b c cum d e, ad b f cum g h, per 12. ſexti Euclidis: & ſigno maiorem portionem in d e quę ſit d i, minorem in g h quæ ſit g l. Traho a l m, & a i k. Videndum eſt (ut ſupra monſtratum eſt) an c k ad f m ſit, ſicut d i ad g. Quòd ſi non ſint in præfata habitudine: tunc uariandæ ſunt d i & g l ſub præfata habitudine, quouſq; id eueniet. Sit igitur c k ad f m, ſicut d i ad g l: addo c k æqualẽ d l & ſit k u. A puncto u traho æquidiſtantem ad a b, quæ ſit u x: erit c u x orthogonius æqualis portioni quæſitæ. Patet hoc: nam ſi ponatur b c latus alicuius polygoniæ: erit c u ſemilatus polygoniæ circulo æqualis, & erit c u x portio illa in polygonia quę erit a b e in circulo. Nam ſi c u ſit ſemilatus trigoni circulo æqualis: erit c u x pars ſexta trigoni, ſimiliter & c b pars ſexta trigoni, cuius c b erit ſemilatus. Itidem e d a pars ſexta trigoni, cuius d e ſemilatus. Ex quo patet, b e arcum eſſe ſextam partem circumferentiæ & a b e ſextam eſſe partem circuli: & ex conſequenti, c u x erit portioni a b e æqualis. Sequitur,

¶ Et omnem portionem circumferentiæ.

¶ Si uis arcum datum in rectam æqualem reſoluere. Primò per præmiſſa, reduc portionem circuli ſub arcu & ſectoribus in ſuperficiem rectam, ut ſit c u x æqualis portioni circuli a b e. Inuenio medium proportionale inter c u & u x, cuius quadratum æquale erit rectangulæ ſub c u & u x, per 16. ſexti Euclidis, quare erit duplũ ad orthogonium c u x. Et ſit latus iſtius quadrati ut recta f g, erit quadratus de f g duplus portioni a b e, qa duplus orthogonio c u x. Et ſit latus iſtius quadrati ut recta f g: erit quadratus de f g duplus portioni a b e, quia duplus orthogonio c u x, æqualis portioni. Rurſus per 10. ſexti Euclidis, do ad a b & f g tertiam continuè proportionalem, quæ ſit h i erit per 16. ſexti Euclidis, rectangulum ſub a b & h i, æqualem quadrato de f g dico h i æqualem eſſe arcui b e. Patet: nam per 4. ſecundi cap. libri tranſmutationum Geometricarum, ductio ſiue multiplicatio ſemidiametri in rectam æqualem medietati arcui, deſcribit ſuperficiem æqualem portioni circuli contentæ ſub arcu & ſectoribus. Igitur multiplicatio ipſius ſemidiametri in rectam æqualem arcui ſuperficiem duplam ipſi portioni deſcribet. Sed multiplicatio a b in h i, deſcribit ſuperficiem duplam portioni a b e: erit ex conſequenti, h i æqualis arcui b i. Non enim niſi in rectam æqualem arcui, poteſt multiplicatio ſemidiametri ſuperficiem portioni duplam deſcribere. Et ita de omnibus portionibus circuli aut circumferentiæ eſſet dicendum, ſi habitudo laterum diuerſarum polygoniarum uni circulo æqualium, æqualis eſſet habitudini laterum illarum polygoniarum circumſcriptarum & inſcriptarũ ſimul. Si placet hanc habitudinem in propinquis numeris examinemus in ueris enim eſt impoſsibile. Pro quo aduertendum eſt, quòd ſi duæ polygoniæ uni circulo ſint æquales: per communem ſcientiam inuicem æquales erunt. Sumamus duas polygonias ſatis communes, trigonum ſcilicet & quadratum, ſub quibus præmiſſa ſunt tractata. Deſcribo igitur duos circulos inuicem æquales, quorum ſemidiametri ſint a b & c d. Circumſcribo circulo a b trigonum, ſimiliter & inſcribo. Itidem & circulo c d, circumſcribo & inſcribo quadratum. Vnde uolumus uidere in propinquis numeris habitudinẽ e f cũ h i, ad l m cum p q. Eſt manifeſtũ, trigonũ ad ſibi inſcriptum eſſe quadruplum. Nam a e ſecunda trigoni, ad a b primam longitudine duplam ut, dictum eſt in Geometricis tranſmutationibus circa principiũ. Igit a e ad a b ſiue a h, poteſtate eſt quadrupla. Similiter p primã duodecimi Euclidis, trigonus e f g, trigono h k i erit quadruplus: intelligendo

http://www.obrascatolicas.com

telligẽdo circulũ ex a e circũſcriptũ trigono e g f. Ex quo conſtat, latus circũſcripti trigoni, lateri inſcripti eſſe longitudine duplum, ſcilicet e f ad h i. Rurſus eſt etiam manifeſtum, quadratum l m n o, quadrato p q r s eſſe duplum. Nam cum c d & d l ſint æquales, & c l per 46. primi Euclidis contineat eorum quadrata: erit poteſtas c l dupla poteſtati c d. Quare per eandem primã duodecimi Euclidis, quadratus l m n o, quadrato p q r s erit duplus. Sint igitur ſemidiametri ſcilicet a b & c d poteſtate 3. erit a e ſecũda trigoni poteſtate 12: à qua ſi ſubtrahatur poteſtas a b ſcilicet 3. reſiduũ erit 9. & tãta erit poteſtas b e cũ a e cõtineat poteſtates ſiue quadrata a b & e b. Similiter erit e f poteſtate 36: quare longitudine 6. & h i longitudine 3. & ſic e f cum h i erit longitudine 9. Rurſus quia c d poteſtate ſupponitur 3. & l d eſt ei æqualis: l m poteſtate erit 12. & p q poteſtate 6. Radix uerò de 12. ſcilicet l m, eſt minor 3. cum 119. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. Patet nam quadratus de 3. eſt 9. & 3. bis ductus in 119. ducenteſimaſquinquageſimaſſextas: facit 714. ducenteſimaſquinquageſimaſſextas pro duobus ſupplementis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 119. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis, eſt 14161. ducenteſimæquinquageſimæ ſextæ ex 1 ducenteſima quinquageſimaſexta. Reductæ ad fractiones integrarum, eas per 256. diuidendo: erunt 55. ducenteſimæquinquageſimæſextæ, cum 81. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis ex 1. ducenteſima quinquageſimaſexta. Additæ ſupplementis, erunt 769. ducenteſimæquinquageſimæſextæ, cum 81. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis ex 1. ducenteſima quinquageſimaſexta. Reductæ ad unitates eas per 256. diuidendo erunt 3. cum 1. ducenteſima quinquageſimaſexta & 81. ducenteſimæquinquageſimæſextæ ex 1. ducenteſima quinquageſimaſexta. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 3. ſcilicet 9: faciet 12. cum 1. ducenteſima quinquageſimaſexta & 81 ducenteſimiſquinquageſimiſſextis ex 1. ducenteſima quinquageſimaſexta, qui maior eſt poteſtate l m. Quare l m longitudine minor erit 3. cum 119 ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. Similiter p q quæ eſt poteſtate 6. erit longitudine minor 2. cum 29. ſexageſimiſquartis, ſiue eſt minor 2. cum 116. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. quod idem eſt. Patet: nam quadratus de 2, & 4. & 2. bis ductus in 29. ſexageſimaſquartas, facit 116. ſexageſimaſquartas, p duobus ſupplementis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 29. ſexageſimiſquartis, eſt 841. ſexageſimæquartæ ex 1. ſexageſimaquarta. Reductæ ad fractiones integrarum, eas per 64. diuidendo, erunt 13. ſexageſimæquartæ cum 9. ſexageſimiſquartis ex 1. ſexageſimaquarta. Additæ ſupplementis, erunt 129. ſexageſimæquartæ cum 9. ſexageſimiſquartis ex 1. ſexageſimaquarta. Reductæ ad unitates, eas ſcilicet, per 64. diuidẽdo erunt 2. cũ 1. ſexageſimaquarta & 9. ſexageſimiſquartis ex 1. ſexageſimaquarta. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 2. ſcilicet 4: erunt 6. cum 1. ſexageſimaquarta & 9. ſexageſimiſquartis ex 1. ſexageſimaquarta. Et tantus erit quadratus de 2. cum 29. ſexageſimiſquartis, ſiue cum 116. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. quod idem eſt. Modò cum poteſtas p q ſit ſolum 6. erit p q longitudine minor 2. cum 116. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. Quò fit ut l m & p q ſimul, longitudine minores ſint 5. cum 236. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. Quare e f cum h i, ad l m cum p q maiorem ſeruabit proportionem, quam 9. ad 5. cum 235. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. Nam ut lõgitudinis numerus d l m cum p q explicetur præciſè: neceſſe eſt minuere numerum 5. cum 235. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. Quo facto, e f cum h i maiorem ſeruabit ad l m & p q proportionem, quam 9. ad 5. cum 235. ducenteſimiſquinquageſimiſſextis. Reſtat iã trigono e g f, quadratum dare æqualem, et uidere hãbitudinem e f ad latus talis quadrati, ſi ſit ut habitudo e f cum h i, ad l m cum p q. Reſumo circulum a b, cum trigono illi circumſcripto, continuò b a uſq; g. Eſt manifeſtum, quod rectangulam quæ ſub b g & b f continetur: æqualis eſt trigono e g f. Vnde ſi inter g b & b f recipiatur unum medium proportionale per 9. ſexti Euclidis, quod ſit t u: erit quadratum de t u, quod ſit t u x y, æquale trigono e g f, per. 16. ſexti Euclidis. Ad habendam habitudinem e f ad t u ſic facio. Eſt per hypotheſim g f poteſtate 39. quia 6. longitudine, & b f eſt poteſtate 9: ſubtraho poteſtatem b f, à poteſtate g f, & reſiduum erit 27. quod erit ut poteſtas de g b: cum g b f ſit orthogonius, & f g per 46. primi Euclidis, contineat poteſtates de b f & g b ſimul. Radix de 27. eſt maior. 5. cum 15. centeſimiſuiceſimiſoctauis. Igitur b g longitudine maior erit, 5. cum 25. centeſimiſuiceſimiſoctauis. Patet: nam quadratus de 5. eſt 25: & 5 bis ductus in 25. centeſimaſuiceſimaſoctauas, facit 250. centeſimaſuiceſimaſoctauas pro ſupplementis. Quadratulus gnomonis, ſcilicet de 25. centeſimiſuiceſimiſoctauis, eſt 625. centeſimæuiceſimæoctauæ ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Reductæ ad fractiones integrarum eas per 128. diuidendo: erunt 4. centeſimæſuiceſimæoctauæ cum 113. centeſimiſuiceſimiſoctauis ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Additæ ſupplementis, erunt 254. centeſimæuiceſimæoctauæ cum 113. centeſimiſuiceſimiſoctauis ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Reductæ ad unitates, eas diuidendo per 128: erunt unum cum 126. centeſimiſuiceſimiſoctauis, & 113. centeſimiſuiceſimiſoctauis ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 5. ſcilicet 25: erunt 26. cum 126. centeſimiſuiceſimiſoctauis & 113. centeſimiſuiceſimiſoctauis ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Et tantus erit quadratus de 5. cum 25. centeſimiſuiceſimiſoctauis, qui minor eſt poteſtate b g, quæ eſt ut 27. Igitur b g longitudine maior erit 5. cum 25. centeſimiſuiceſimiſoctauis. Et ex conſequenti, multiplicatio b f in b g plus producit, quam multiplicatio 3. in 5. cum 25. centeſimiſuiceſimiſoctauis, quæ producit 15. cum 75. centeſimiſuiceſimiſoctauis. Igitur trigonus e g f, erit maior 15. cum 75. centeſimiſuiceſimiſoctauis: ſimiliter quadratus t u x y: ſi e f longitudine ſit 6. Rurſus, quia radix de 15. cum 75 centeſimiſuiceſimiſoctauis maior eſt 3. cum 121. centeſimiſuiceſimiſſoctauis: à fortiori igitur t u longitudine maior erit 3 cum 121. centeſimiſuiceſimiſſoctauis. Patet: nã quadratus de 3 eſt 9. & 3. bis ductus in 121. centeſimiſuiceſimaoctauas, facit 726. centeſimaſuiceſimaoctauas, p ſupplementis, Quadratulus gnomonis, ſcilicet de 121. centeſimiſuiceſimiſoctauis: eſt 14641. centeſimæuiceſimæoctauæ ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Reductæ ad fractiones integrarum, eas per 128. diuidendo: erunt 114. centeſimæuiceſimęoctauę cum 49. centeſimiſuiceſimiſoctauis ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Additæ ſupplemẽtis, erũt 840. cẽteſimæuiceſimæoctauæ cũ 49. centeſimiſuiceſimiſoctauis ex 1. cẽteſimauiceſimaoctaua. Reductæ ad unitates, erunt. 6. cum 72. centeſimiſuiceſimiſſoctauis et 49. cẽteſimiſuiceſimiſoctauis ex 1. centeſimauiceſimaoctaua. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 3. ſcilicet 9. erũt cum









http://www.obrascatolicas.com

licet 9: erũt 15. cum 72. cẽtesimisuicesimisoctauis & 49. cẽtesimisuicesimisoctauis ex 1. centesimauicesimaoctaua. Et tantus erit quadratus de 3. cũ 121. centesimisuicesimisoctauis, qui minor est quam 15. cũ 75. centesimisuicesimisoctauis. à fortiori igitur, erit minor quam potestas de t u, quæ est maior 15. cum 75. centesimisuicesimisoctauis. Et ex consequenti t u longitudine maior erit 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis. Manifestum est igitur e f ad t u minorem longitudine seruare proportionem, quam 6. ad 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis: eò q̃ t u longitudine maior est 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis. Modò crescente 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis: decrescet proportio 6 ad maiorem numerum, quam 3. cum 121. centesimisuicemisoctauis. Rursus diuido 9. in duo æqualia, & erit medietas 3. similiter diuido 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis in duo æqua, & erit medietas ut unum cum 249. ducentesimisquinquagesimissextis. Vnde sicut 6. ad 3. ita 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis ad unum cum 249. ducentesimisquinquagesimissextis. Et permutatim, sicut 6 ad 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis, ita 3. ad unum cum 249. ducentesimisquinquagesimissextis. Sed e f ad t u, minorem seruat proportionem, quam 6 ad 3. cum 121. centesimisuicesimisoctauis: igitur etiam minorem seruabit, quam 3. ad unum cum 249 ducentesimisquinquagesimissextis. Rursus triplico 3. & fiunt 9: similiter triplico unum cum 249 ducentesimisquinquagesimissextis, & fiunt 5. cum 235. ducentesimisquinquagesimissextis. Sicut igitur 9 ad 3. ita 5. cum 135. ducentesimisquinquagesimissextis ad unum cum 249 ducentesimisquinquagesimissextis. Et permutatim, sicut 9. ad 5. cum 235. ducentesimisquinquagesimissextis: ita 3 ad unum cum 249. ducentesimisquinquagesimissextis. Sed e f ad t u minorem seruat proportionem longitudine, q̃ 3. ad unum cum 249. ducentesimisquinquagesimissextis, igitur etiam minorem seruabit, quam 9. ad 5. cum 235. ducentesimisquinquagesimissextis. Vnde constat, latus trigoni circulo æqualis, ad latus quadrati eidem circulo æqualis (cum trigonus & quadratus inuicem sint æquales) minorem longitudine seruare proportionem, q̃ 9. ad 5. cum 235. ducentesimisquinquagesimissextis. Et prius monstratum est latus trigoni circulo circumscripti cum latere inscripti, ad latus quadrati eidem uel æquali circulo circumscripti, cum latere inscripti quadrati, maiorem seruare proportionem q̃ 9. ad 5. cum 235. ducentesimisquinquagesimissextis. Et hæc est ueritas, scilicet q̃ latera polygoniarum uni circulo æqualium, minorem seruant proportionem ad inuicem respectu proportionis maioris inæqualitatis: quam latera similium polygoniarum circumscriptarum uni circulo cum lateribus inscriptarum. Non igitur eandem seruant proportionem suæ æqualem, ut credit de Cusa.



DEscripto super à centro circulo, & tracta diametro b a c, atq̃ maxima chorda in infinitum extensa, quæ orthogonaliter secet b a c, quæ sit d a e. Si tunc super aliquo puncto in a c, qui d b distet secundum longitudinem chordæ arcus tertiæ partis circuli, qui sit f, circulum cuius semidiameter sit f b descripseris: ille de maxima chorda abscindet rectam g h, medietati circuli æqualem, uel propinquam. Quòd si de b & c, rectas ad g h traxeris, erit superficies b g c h æqualis uel propinqua superficiei circuli b c d e.



2 Ad

2 Ad cuius intellectum, describe circulum super a, qui sit b c d e ut prius: & trahe chordam arcus sextæ partis circuli & sit l m, & quartæ partis quæ sit t k, & tertiæ partis quæ sit n o. Et considera, ex quo omnis chorda est minor arcu, & plus chorda maioris arcus: quòd tunc circulus qui debet per b transire, & habere centrum in b c diametro, & secare de chorda extensa æqualem arcui: ille habebit necessariò centrũ ultra a uersus c, tãtò distãtiùs quãtò arcus maior cui chorda subtẽditur & minimus omniũ q̃ nõ potest dari minor, habebit centrum in a cuius semidiameter a b. Maximus autem circulus habebit centrum ultra a uersus c, maxima distans ab a, cuius semidiameter maxima: qui circulus abscindere debet de maxima chorda, rectam æqualem semicirculo, & illa maxima semidiameter quæritur.



3 Secundò est attendendum quòd chorda aliqua potest signari, quæ sit media inter chordas ei compares. Et uoco compares chordas: quarum una minor signata, & alia maior, sic quòd per arcum æqualem distent à signata: uti i k, ab l m & n o. Nam cum i l arcus sit ut i n: tunc l m & n o, dicuntur compares i k. Dico quòd potest chorda signari, ubi omnes duę cõpares habent potentias, quæ simul iunctæ sunt maiores duabus potentijs chordæ mediæ: ut si ad l m chordam, compares aliquæ traherẽtur, earum potentiæ semper erunt maiores duabus potentijs l m. Potest etiam chorda media signari, ubi potentiæ omnium duarum comparium, erunt minores duabus potentijs chordæ mediæ, ut comparium ad n o. Ita potest signari chorda, ubi omnium duarum comparium potentiæ, erunt æquales duabus potentijs chordę. Quia quantò potentia minoris comparis est minor, potentia chordæ mediæ: tantò maioris comparis est maior. Et quia tunc omnium duarum comparium potentiæ erunt æquales, duabus potentijs chordæ mediæ: patet illam esse chordam i k. Nam potentia l m cum potentia n o, æquantur duabus potentijs i k. Sic & potentia maximę chordæ scilicet d e cum compari, scilicet cum potentia minimæ chordæ: æquabitur duabus potentijs i k. Et quia potentia minimæ chordæ, non est aliqua: patet potentiam diametri æquari duabus potentijs i k, siue lateris tetragoni inscripti. Ita de omnibus duabus comparibus i k hoc uerũ.

4 Tertiò suppono, quòd i k bis excedit duas semidiametros: scilicet maximi circuli qui quæritur, & minimi cuius semidiameter est a b, & hoc notum relinquo. Ex quo elicio duas compares chordas ad i k dabiles, quę simul iunctæ æquabuntur illis duabus semidiametris. Nam dabiles sunt

http://www.obrascatolicas.com



compares maiores, ſcilicet prope i k: & dabiles ſunt minores, diſtantiſsimè ab i k. Igitur & æquales.

5 Quartò elicio ex his, n o eſſe ſemidiametrum uel prope quæſiti circuli. Nam cum potentiæ comparium æqui ualentium duas ſemidiametros, æquen tur duabus potentijs i k, & l m ſit ſemi diameter minimi circuli, cuius poten tia ſi de duabus potentijs i k ſubtrahi tur, remanet potentia n o: ideò n o erit ſemidiameter maximi circuli q̄ſiti.

6 Quintò elicio, quòd ſi n o eſt ſemidiameter: tunc ſi in a f reperitur punctus qui ſit p, ita quòd a p ſe habeat ad a f, ſicut ſagitta arcus i b k ad ſagittam d b e ſemicirculi: erit p centrum circuli, & p b eius ſemidiameter, quæ de i k chorda extenſa, abſcindit q r, quæ duplicata æquabitur g h. Et ſi de omnibus duabus comparibus ſic feceris, ex proportione ſagittarum centra inueniendo: abſciſiones quæ de extenſis comparibus fient, ſimul iunctæ ſemper æquabuntur g h, licet non omnis abſciſio unius comparis æquetur ſuo arcui. Et ita de infinitis comparibus, per eandem regulam abſcindere poteris rectas æquales ſemicirculo. Si uerò n o non eſt ſemidiameter: tunc non concordabunt illæ abſciſiones, ideò uarietur quouſq; concordabunt. Quòd autem ſuperficies b g c h æquetur ſuperficiei circuli, ſatis patet ex præmiſsis.

7 Sexto elicio, quomodo portiones circuli inter compares cadentes, ſe habent ad circulum: ſicut ſe habet arcus inter compares ad circumferentiam circuli. Puta inter l m & n o portio circuli, eſt ſexta circuli, quia arcus l n & arcus m o, ſunt ſexta circumferentiæ: quantò enim portio inter i k & l m eſt minor duodecima, tantò portio inter i k & n o eſt maior duodecima parte circuli. Et per hanc conſiderationem poteris uarias abſciſiones portionum circuli facere, & uarios triangulos æquare. Et hæc ſufficiant.

Annotationes Omniſancti.

1 Deſcripto ſuper a centro circulo, & tracta diametro b a c, atq; &c.

¶ Vult à maxima chorda indefinitè extenſa, abſcindere rectam æqualem medietati circuli, hoc eſt medietati circumferentiæ circuli: dicens per propoſitionem, g h, æqualem eſſe medietati circumferentiæ circuli b a c d e. Et hoc inſequentibus demonſtrare nititur

2 Ad cuius intellectum, deſcribe circulum ſuper a: qui ſit b c d e ut prius.

¶ Quomodo arcus & chorda ſextæ partis circumferentiæ detur ſimiliter & tertiæ & quartę eſt manifeſtum. Nam ſemidiameter eſt chorda arcus ſextæ partis circumferentiæ, quæ quantùm congruit propoſito, ſic deſcribi debet. Sumpta æquali ſemidiametro inter pedes circini, colloca unum pedem in e: & iſto fixo moueatur alius uerſus arcum quadrantis e b, & ubi ſecat eum pone m. Rurſus coloca iterum pedem circini



circini in d, & fac ſimiliter, ubi abſcindit d b quadrantem pone l, trahe l m: erit chorda ſextæ partis circumferentiæ. Rurſus colloca ipſius circini pedem in b, moueatur alter ſecando quadrantes b d & e b, & ſectiones nota per n & o, trahe n o: & habes chordā tertię partis circumferentiæ. Deinde quadrantes in duo æqua per 29. tertij Euclidis diuide, & ſectiones nota per i & k, trahe i k, & habes chordam quadrantis. Chordam minorem eſſe arcu ſuo: & quòd quantò arcus maior, tantò minor eſt proportio chordæ ad arcum, ſatis expreſſum in Geometricis tranſmutationibus. Cætera in litera ſunt manifeſta, auxiliante figura.

3 Secundò eſt attendendū, quòd chorda aliqua poteſt ſignari, quę ſit media inter chordas ei compares. Et uoco compares chordas. &c.

¶ Sequitur, dico quòd poteſt chorda ſignari, ubi omnes duæ compares habent potentias, quæ ſimul iunctæ ſunt maiores duabus potentijs chordæ mediæ: ut ſi ad l m chordam, compares aliquæ trahe rentur, earum potentiæ ſemper erunt maiores duabus potentijs l m. Patet ſic, traho f g chordam æquidiſtantem ad l m, ſic quòd g m arcus arcui k m æqualis ſit: erunt f g & i k compares ad chordam l m. Vnde potentię f g & i k ſimul, erunt maiores duabus potētijs l m. Nam l m eſt latus hexagoni inſcripti, & i k latus quadrati. Modò cum omnis coſta quadrati ad medietatem diametri ſit dupla poteſtate, erit potentia i k æqualis duabus potētijs l m: quare potentia i k cum potentia f g ſimul, maiores erunt duabus potentijs l m, & quotquot traxeris compares, erunt potentiæ earum ſimul maiores, duabus potētijs l m. Seqt.

¶ Poteſt etiam chorda media ſignari, ubi potentiæ omnium duarum comparium, erūt minores duabus potentijs chordæ mediæ, ut comparium ad n o. Patet, traho s t chordam æquidiſtantem ad n o, ſic quòd arcus o t æqualis ſit arcui o k, erunt i k & s t compares ad chordam n o. Vnde dico potentias r t & h k ſimul, minores eſſe duabus potentijs q o. Quod enim uerificatur de duabus comparibus ad mediam, ita & de medietatibus comparium ad medietatem mediæ: Eſt manifeſtum cum n o ſit latus trigoni inſcripti, & a q prima: erit a o ſecunda longitudine dupla ad a q, per ea quæ dicta ſunt in principio Geometricarum tranſmutationum. Si igitur a o poteſtate ſit 4: erit a q poteſtate ut unum, & q o poteſtate ut 3. Rurſus cum i k ſit latus quadrati inſcripti, & a h prima, quæ eſt æqualis h k: erit a k poteſtate dupla ad h k. Quo fit ut poteſtas a k cum poteſtate h k, dupla ſit ad poteſtatem o q. Nam poteſtas a k æqualis a o eſt ut 4. & h k ut 2. erit igitur poteſtas a k cum poteſtate h k ut 6. Modò poteſtas o q eſt ut 3. & duæ eius poteſtates ut 6. Sed cum r t minor ſit a t æqualis a k: eſt manifeſtum poteſtatem r t cum poteſtate h k, minorem eſſe duabus poteſtatibus q o. Et ex conſequēti, poteſtas s t cū poteſtate i k, minor eſt duabus poteſtatib. n o. Et ita de omnibus comparibus ad n o erit arguendum. Sequitur.

http://www.obrascatolicas.com

¶Ita poteſt ſignari chorda, ubi omnium duarum comparium chordæ potentiæ, e-
runt æquales duabus potentijs chordæ mediæ, illam chordam dicit eſſe i k. Nam po-
tentia l m cum potentia n o, æquantur duabus potentijs i k. Patet ſic: nam (ut dictum
eſt) potentia a k, dupla eſt ad potentiam h k. Modò potentia p m cum poẽtia q o, eſt
ut potentia a k: quare potentia q o cum potentia p m, æquantur duabus potentijs h
k. Patet: nam cum arcus e k æqualis ſit arcui b k & arcus o k æqualis arcui k m, ratio-
ne comparium: erit per communem ſcientiam, arcus e o æqualis arcui b m. Sit ex ar-
cus ut o e, erit arcus o e x æqualis arcui l b m: ſimiliter chorda o x æqualis chordæ l m,
per 28. tertij Euclidis. Et quia a e tranſit per medietatem arcus: tranſibit per medieta-



tem chordæ, ut ſuperiùs monſtra-
tum eſt. Igitur per 3. tertij Euclidis,
a e perpendiculariter ineſt ſuper o
x, ſicut a b ſuper l m. Erit etiam a q
æqualis medietati chordæ o x, &
chordæ l m: & ex conſequenti per
40. primi Euclidis, potentia a o æ-
qualis erit potentiæ p m, ſiue a q cũ
potentia q o. Patet igitur ſicut po-
tentia a o æquatur duabus poten-
tijs h k (quia a o æqualis a k per de-
finitionem circuli) erit ſimiliter po
tentia q o cum potentia p m, æqua-
lis duabus potentijs h k: ſimiliter
potentia n o cum l m, æqualis erit
duabus potentijs i k. Etiam ſic pa-
tet: ſit a o poteſtate 4. erit a q pote-
ſtate unũ, & q o poteſtate 3. & h k poteſtate 2. Modò potentia q o ſcilicet 3. cum potẽ-
tia a q equali p m, facit 4. ſicut igitur 4. duplus eſt ad 2. ita potentia q o cũ potẽtia p m,
dupla erit potẽtię h k, & eodem modo de duabus quibuſcunq; cõparibus eſt dicen-
dum. Vt ſi ſint datæ iſtæ duæ compares f g & s t: ſic quòd arcus g k equalis ſit arcui k
t. Dico potentiam s t cum potentia f g, æqualem eſſe duabus potentijs i k. Patet: nam
demptis t k & g k æqualibus, ab æqualibus e k & b k: reſidua ſunt æqualia, ſcilicet t e
& b g, & b g eſt medietas f b g. Signo igitur in e c arcum alĩ æqualẽ t e, & ſit e u, tra-
ho t u: erit (ut dictum eſt) t u æqualis chordæ f g. Et ſimiliter ſicut a e per medietatem
arcus tranſit: ita per medietatem chordæ, quare a r æqualis erit medietati chordæ t u,
cum r t & a e ſint æquidiſtantes inuicem, & perpendiculares ſuper b e. Eſt igitur a r
ut y g, medietas de f g: & ex conſequenti per 40. primi Euclidis, potentia a t æqualis
erit potentiæ r t & a r, ſiue y g ſimul. Modò quia a t eſt æqualis a k per definitionem
circuli: conſtat potentiam r t cum potentia a r ſiue y g, æqualem eſſe duabus potenti-
is h k, & ex conſequenti potentia s t cum potentia f g, æqualis erit duabus potentijs
i k: quod fuit demonſtrandum. Sequitur.

¶Sic & potentia maximæ chordæ ſcilicet d e cũ cõpari, ſcilicet cũ potentia minimæ
chordæ: æquabitur duabus potentijs i k. Et q potẽtia minimę chordę nõ eſt aliqua:
patet potentiã diametri ſcilicet d e, æquari duabus potentijs i k. Nã ut dictũ eſt a k æ-
qualis a e, æquatur duabus potẽtijs h k: quare d e æquabitur duabus potẽtijs i k. Et ra-
tio huius eſt, quia de omnibus mediis chordis cõparibus uerificatur: igitur & de ma
xima & minima comparium uerificari eſt neceſſe. Non autem e conuerſò ſequitur
formaliter. Si enim aliquid de maximo & minimo uerificatur, non tamen de omni-
bus mediis uerificari eſt neceſſe. Sed formaliter ſequitur illud de omnibus mediis ue
rificatur: igitur de maximo & minimo uerificabitur. Nã proportio maximæ ad mini
mã cõparium, ad i k (ut eſt d e ad minimam chordam) eſt tanquàm finiti ad infinitũ,
quæ nulla dicitur. Non tamen propterea mediæ ad mediam comparium, ad i k pro-
proportio, erit tanquàm finiti ad infinitum, cum ſit tanquàm finiti ad finitum.

4 Tertiò

4 Tertiò ſuppono, quòd i k bis excedit duos ſemidiametros duorum circulorum, ſcilicet maximi circuli qui quæritur, & minimi cuius ſemidiameter.

¶Et hoc eſt manifeſtum, cum i k bis maior ſit b c. Sequitur.

¶Ex quo elicio, duas compares chordas ad i k dabiles, quæ ſimul iunctæ æquabun-



tur illis duobus ſemidiametris, ſcili-
cet ſemidiametro minimi circuli q̃
eſt ut a b; & ſemidiametro maximi
circuli qui quæritur. Rationem aſſi
gnans, inquit: Nam dabiles ſunt
compares maiores, ſcilicet propè i
k, & dabiles ſunt minores diſtan-iſ-
simè ab i k, & hoc eſt uerum. Sed cũ
concludit, igitur & æquales: ſuppo-
nit quòd fiat tranſitus à duabus cõ-
paribus ad i k minores duabus ſe-
midiametris (ut eſt d e cum ſua com
pari ad i k) ad duas compares ad i k,
quæ ſimul maiores ſint duabus ſe-
midiametris (ut hæ quæ ſunt prope
i k) per omnes medias compares:
tanquàm à recta minorẽ duabus ſe-
midiametris ad maiorem, per om-
nes intermedias, & hoc demonſtra-
tione indiget. Non enim ſequitur, datur ibi plus & minus: igitur ibi datur nec plus
nec minus. Sed benè ſequitur, datur plus & minus: igitur alicubi dabile eſt nec plus
nec minus.

5 Quartò elicio ex his, n o eſſe ſemidiametrum uel prope, quæſiti circu-
li. Nam cum potentiæ comparium æquiualentium duas ſemidiametros
maximi circuli ſcilicet minimi, æquentur duabus potentijs i k, & cum l m
ſit ſemidiameter minimi circuli, cuius potentia ſi de duabus potentijs i k
ſubtrahatur, remanebit potentia n o: quare n o erit ſemidiameter circuli
maximi quæſiti.

¶Quomodò potentia n o cum potentia l m, æquatur duabus potentijs i k: fuit prius
demonſtratum. Vnde ſi de duabus potentijs i k ſubtrahatur potentia l m, neceſſe eſt
reſiduum eſſe potentia n o. Hic ſupponit de Cuſa, quòd una comparium ad i k equa
lium duabus ſemidiametris, æqualis ſit ſemidiametro minimi circuli, quod non de-
monſtratur. Nec uidetur maior ratio ex præmiſsis, cur minor comparium debeat eſ-
ſe æqualis ſemidiametro minimi circuli, quàm inæqualis.



6 Quintò elicio, quòd ſi n o eſt
ſemidiameter circuli maximi.

¶Vt autem a f diuidatur, ſic quòd mi-
nor portio ſcilicet a b ſit ad totam a f,
ſicut b t ſagitta chordę i k ad ſagittam
a b chordæ d e: ſolùm opus eſt 12. ſex-
ti Euclidis. Et ut ſimiliter diuidi ualeat
ſecundùm habitudinem quarũcunq;
ſagittarum. Nã ſi a p ad p f ſit ſicut b t
ad a t: erit a p ad a f, ſicut b t ad a b.
Quia ibi ſupponit n o, eſſe ſemidia-

http://www.obrascatolicas.com



metrum circuli maximi, quod adhuc ignoratur. Ideò prius in propinquis numeris uenabimur an sit an non sit, quàm aliquid de ista litera determinemus. Et hanc statim uenationem faciemus. Sequitur.

¶ Quòd autem superficies b g c h æqualis sit superficiei circuli b d c e, satis expræmissis patet. Si enim g h sit medietas circumferentiæ: est manifestũ quòd multiplicatio a c in g h, producet rectangulam æqualem circulo, quę dupla erit ad triangulũ c g h, quare æqualis superficieib g c h. Hæc desę sunt manifesta.

7 Sextò elicio, quomodo portiones circuli inter compares cadentes, se habent ad circulum, sicut se habet arcus inter compares, ad circumferentiam circuli. Puta inter l m & n o portio circuli, est sexta circuli.

¶ Hoc tetigit in de transmutationibus Gęometricis cap. secundo. Nam quod hic uocat mediam comparium, illic medium diuisionis: uti i k est medium diuisionis, & media comparium. Dicit igitur, quòd portio circuli inter l m & n o compares, ad i k: est pars sexta circuli, quia arcus l n cum m o quos capiunt compares, est circumferentiæ circuli pars sexta, hoc ut congruit proposito, patet: Nam tracta a m & a o, ubi a m secat g o ponatur h, & a b angulo h educatur perpendicularis super a o, quæ sit h p: est manifestum, triangulos orthogonios o g a, & a f m esse ęquales. Nam f m æqualis est a g, & a m æqualis a o: quare a f ęqualis erit g o, cum sint orthogonij. Namdemendo potestatem a g à potestate a o, similiter potestatem f m à potestate a m: residua erunt æqualia, cum ab æqualibus æqualia demantur. Igitur angulus g o a æqualis erit angulo f a m, similiter & angulo h a o: cum per ultimam sexti Euclidis, anguli b a m & m a o sint æquales. Rursus quia illius trianguli a h o anguli ad basim sunt ęquales: erunt h o & a h latera æqualia, per conuersam 5 primi Euclidis. Rursus patet istos triangulos orthogonios o p h & a p h æquales esse: quia duo latera unius duobus alterius sunt æqualia, & anguli sub ipsis contenti. Cõstat enim per 9 primi Euclidis, a h o angulũ, per h p in duo æqua esse diuisum, & similiter per 10 eiusdem, a o in duo æqua esse diuisam: quare iterum erit a p h triangulus, triangulo a g h æqualis: sunt enim ambo orthogonij, similiter a g & a h æquales sunt a h & a p, & anguli sub ipsis contenti. Quare per 4. primi Euclidis: æquales erunt, & ex consequenti, triangulus a h o duplus erit triangulo a g h. Rursus a f ad a g est, sicut a f ad f m, cum a g æqualis sit f m: quare a f ad a g potestate est tripla, & ex consequenti orthogonius a f m, orthogonio a g h triplus erit. Nam per 17. sexti Euclidis, a f ad tertiam continuè proportionalem post a g est longitudine tripla. Vnde constat superficiem f m g h, ad a g h orthogonium esse duplam: & ex consequenti per 9. quinti Euclidis, triangulus a h o æqualis erit superficiei f g h m. His præhabitis, patet l m n o esse sextam partem circuli sic. Nam f m g o est



g o est medietas, & ideò erit duodecima. Et cum m o sit duodecima pars circumferentiæ: erit portio circuli sub arcu m o & sectorib. a m & a o, ut pars duodecima circuli. Demo ab istis portionibus commune, scilicet m h o, residua sunt triangulus a h o & superficies f g h m, quæ sunt probatę æquales: erit igitur m f g o æqualis portioni m a o, & ex consequenti superficies m l n o, æqualis erit portioni b a o, quare est ut pars sexta circuli. Et ita de omnibus portionibus inter compares est dicendũ. Igit & de portione inter maximã & minimã cõpariũ, quarũ maxima est d e & minima, corda minimi arcus d b. Nã q̃ est ꝓportio arcus cũ eb ad totã circumferentiã, eadẽ erit portionis inter cõpares ad totum circulum. Sicut enim arcus simul sumpti, sunt medietas circumferentiæ: ita portio inter compares medietas est circuli. Vnde per has compares ad i k (de solis istis comparibus intelligitur) uariæ possunt fieri abscisiones, & uarij trianguli æquales. Nam a q r. est duplus ad a g h, quare æqualis triangulo a h o, est enim a q ad a g potestate dupla, nam a q est media proportionalis inter a b & a g. Sicut enim a b ad a g longitudine est dupla, ita a b ad a q potestate dupla. His peractis, pauca dicere uolumus de hac resolutione. Et descripto circulo b d c e, traho chordam tertiæ partis circumferentiæ scilicet n o. Signo æqualem b c quæ sit b f; facto f centro, eam circumduco, quæ à maxima chorda d e indefinitæ extensa, abscindat g h, quam dicit de Cusa æquari medietati circumferentiæ circuli. traho f h & a o. Quia a b ad a p est longitudine dupla; erit a o ad a p potestate quadrupla & ad p o potestate sesquitertia. Nam si a o potestate sit 4. erit a p unum, & p o potestate 3. Rursus dictum est in de complementis Arithmeticis, circumferentiam circuli ad diametrum longitudine maiorem seruare proportionem tripla superdecupertiente septuagesimas primas: quare si b c ponatur longitudine 71. erit circumferentia circuli maior 223. cuius pars quarta est 55. cum 3. quartis. Vnde pars quarta circumferentiæ, longitudine maior erit 55. cum 3. quartis: & ex consequẽti, potestate maior erit 3108. cum 1. decima sexta, qui est quadratus de 55. cum 3. quartis. Nam quadratus de 55. est 3025. & 55. bis ductus in 3. quartas, facit 330. quartas pro duobus supplementis. Quadratulus gnomonis scilicet de 3 quartis, est ut 9. quartæ ex 1. quarta, uel 9. decimis sextis quod idem est, quæ iunctæ supplementis, erunt 332. quartę cum 1. decima sexta. Reductę ad unitates, eas per 4. diuidendo, erunt 83. cum 1. decima sexta. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 55. qui est 3025. erunt 3108. cum 1. decima sexta. Et tantus erit quadratus de 55. cum 3. quartis. Et quia quarta pars circumferentiæ circuli, longitudine maior est 55. cum 3. quartis, si diametrus circuli longitudine sit 71. ideõ potestas quartæ partis circumferentiæ circuli, maior erit 3108. cũ 1. decima sexta. Rursus si b c longitudine sit 71. erit a b longitudine 35. cum 1. secunda, cuius quadratus est 1260. cum 1. quarta. Nam quadratus de 35. est 1225. & 35. bis ductus in 1. secundam, facit



http://www.obrascatolicas.com

70.ſecundas pro ſupplementis. Et quadratulus gnomonis ſcilicet de 1.ſecunda, eſt 1. quarta, quæ cum 70.ſecundis erunt 70.ſecundę cum 1.quarta. Reductę ad unitates, erunt 35.cum 1.quarta. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 35. qui eſt 1225. erunt 1260.cum 1.quarta. Et tantus erit quadratus de 35.cum 1.ſecunda, ſiue a b uel a o Rurſus 1.quarta de 1260.cum 1.quarta, eſt 315. cum 1. decimaſexta: & tanta erit poteſtas de a p. Nam ſicut 1260.cum 1.quarta ad 315.cum 1. decimaſexta: ita poteſtas de a o ad poteſtatem a p, quæ poteſtas ſubtracta à poteſtate a o quæ eſt 1260.cum 1. quarta, reſiduum eſt 945.cum 3.decimiſſextis, & tanta erit poteſtas de p o. Sicut enim a o ad p o poteſtate eſt ſeſquitertia: ita 1260.cum 1.quarta ad 945.cum 3.decimiſſextis. Rurſus 945.cum 3. demiſſextis quadruplicatus, facit 3780.cum 3.quartis, & tanta erit poteſtas de n o, ſiue b f uel f h quod idem eſt. Nam ſicut n o ad p o poteſtate eſt quadrupla: ita 3780.cum 3. quartis ad 945. cum 3. decimiſſextis. Radix uerò de 3780.cum 3. quartis, eſt maior 61. cum 29. ſexageſimis. Nam quadratus de 61. eſt 3721. Et 61. bis ductus in 29. ſexageſimas, facit 3538. ſexageſimas pro duobus ſupplementis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 39. ſexageſimis, eſt 841. ſexageſimæ ex 1. ſexageſima. Reductæ ad fractiones integrarum diuidendo eas per 60. erunt 14. ſexageſimæ cum 1. ſexageſima ex 1. ſexageſima. Additæ ſupplementis, erunt 3552. ſexageſimæ cum 1. ſexageſima ex 1. ſexageſima. Reductæ ad unitates, eas per 60. diuidendo, erũt 59. cum 12. ſexageſimis & 1. ſexageſima ex 1. ſexageſima. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 61. ſcilicet 3721. erunt 3780. cum 12 ſexageſimis & 1. ſexageſima ex 1. ſexageſima. Et tantus erit quadratus de 61. cum 29. ſexageſimis, qui minor eſt poteſtate b f, quæ eſt 3720. cum 3. quartis. Ideò b f longitudine maior erit 61. cum 29. ſexageſimis. Rurſus fit ut exceſſus b f ſuper a b, longitudine maior ſit quàm exceſſus 61. cum 29. ſexageſimis ſuper 35. cum 1. ſecunda, qui exceſſus eſt 25. cum 59. ſexageſimis: & ex conſequenti, a f longitudine maior erit 25. cum 59. ſexageſimis. Et quia quadratus de 25. cum 59. ſexageſimis, eſt 674. cum 51. ſexageſimis & 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima: ideò a f erit poteſtate maior 674. cum 51. ſexageſimis & 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima. Si enim a f longitudine maior ſit 25. cum 59. ſexageſimis, erit poteſtate maior quàm quadratus de 25 cum 59. ſexageſimis. Quòd autem quadratus de 25. cum 59. ſexageſimis, ſit 674. cum 51. ſexageſimis & 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima, patet: nam quadratus de 25. eſt 625. & 25. bis ductus in 59. ſexageſimas, facit 2950. ſexageſimas pro ſupplementis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 59. ſexageſimis, eſt 3481. ſexageſimæ ex 1. ſexageſima. Reductæ ad fractiones integratũ, eas ſcilicet per 60. diuidendo: erunt 41. ſexageſimæ cũm 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima. Additæ ſupplementis, erunt 2991. ſexageſimæ cum 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima. Reductæ ad unitates eas per 60. diuidendo erunt 40. cum 51. ſexageſimis & 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 25. qui eſt 625. erunt 674. cum 51. ſexageſimis & 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima. Et tantus erit quadratus de 25. cum 59. ſexageſimis. Conſtat igitur, quia a f longitudine eſt maior 25. cum 59. ſexageſimis, ita poteſtate maior erit 674. cum 51. ſexageſimis & 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima. Vnde ſubtracta minore poteſtate a f (ut eſt 674. cum 51. ſexageſimis & 21. ſexageſimis ex 1. ſexageſima) à poteſtate f h, quæ eſt 3780. cum 3. quartis reſiduum maius erit poteſtate a h. Nam per 46. primi, poteſtas f h continet poteſtates (ſiue quadrata quod idem eſt) a f & a h. Rurſus ſubtraho à 3780. cum 3. quartis minorem poteſtate a f, ſcilicet 674. cum 51. ſexageſimis, & reſiduum erit 3105. cum 4. quintis: igitur a h poteſtate minor erit 3105. cum 4. quintis. Et ſupra ius dictum eſt, quòd ſi b c ſit 71. longitudine, erit quarta pars circumferentiæ circuli lon-



gitudine maior 55. cum 3. quartis, & ſimiliter poteſtate maior 3108. cum 1. decimaſexta. Et modò conſtat, ſi b c ſit longitudine 71. erit a h poteſtate minor 3105. cũ 4. quintis. A' fortiori erit poteſtate minor quàm quarta pars circumferentiæ circuli, quæ poteſtate maior eſt 3108 cum 1. decimaſexta. Ex hoc patet, ſuppoſitionem de Cuſa de abſciſſionibus chordarum comparium, non poſſe ſtare Sed de his hactenus.

¶ Cum de prima reſolutione iſtorum complementorum loqueremur, circa finem ſub nota 5. diximus illam quam de Cuſa ponit in Geometricis tranſmutationibus, iſta propinquiùs ad ueram accedere reſolutionem. Illam uerò in complementis Arithmeticis circa finem examinantes, demonſtrauimus per eam circumferentiam circuli ad diametrum longitudine minorem ſeruare tripla ſeſquiſeptima: maiorem uerò, tripla ſuperdecupertiente ſeptuageſimas primas. Hic igitur ſi libet alterã examinemus hoc modo. Et ſit d g c, arcus tertię partis circuli, cuius centrum ſit a. Traho d c latus trigoni inſcribendi, ſimiliter ſectores ad & a c: & rectam traho à centro per medietatem chordæ ſcilicet per b uſq; arcum, & ſit a b g. Sit inſuper k f æquidiſtans b c, & ut latus quadrati trigono iſoperimetri: traho a k & a f, & ex a k deſcribo arcum k h f quadrantis. Ex his quæ dicta ſunt ſuperiùs in fine iſtius reſolutionis ſub nota 5. conſtat, ſi a b longitudine ſit 7. erit poteſtate 49. & quia b c poteſtate eſt tripla ad a b, erit etiam poteſtate 147. Poteſtas uerò e f quæ eſt 9. decimæſextæ de b c poteſtate, erit 82. cum 11. decimiſſextis: quare k f quę eſt quadrupla poteſtate ad e f, erit poteſtate 330. cũ 3. quartis. Rurſus ibidem dictum eſt, ſi b g in puncto i diuiſa ſit in habitudine b e ad g h, ita quòd b i ad g i ſit, uti b e ad g h: erit b i portio ſagittæ, quæ addita ad a b, complebit ſemidiametrum circuli iſoperimetri. Circumduco a i ſic, quòd omnes ſecet ſectores, & ubi ſecat ſectores arcus tertiæ partis circuli, pono l & m: ubi uerò ſectores quadrantis, pono n & o. Vnde ſi a i ſit ſemidiameter circuli iſoperimetri polygoniæ trigonæ cuius d c latus erit, & tetragonæ cuius k f latus erit: tunc arcus l i m æqualis erit rectæ d c, ſimiliter n i o arcus, æqualis erit rectæ k f: eò quòd ſicut l i m, tertia pars eſt circumferentiæ ſui circuli, ita d c tertia pars circumferentiæ trigoni. Itidem ſicut n i o eſt pars quarta circumferentiæ ſui circuli, ita k f pars quarta circumferentiæ quadrati. Rurſus dictum eſt ibidem, quòd b i ad i g minorem ſeruabit proportionem lõgitudine, quàm 4. cum 57. centeſimiſtertijs ad 2. cum 46. centeſimiſtertijs, eò quòd b i longitudine minor ſit 4. cum 57. centeſimiſtertijs, & i g maior 2. cum 46. centeſimiſtertijs Ex quo ibidem eſt illatum, a i longitudine minorem eſſe 11. cum 57. centeſimiſtertijs, cuius quadratus eſt minor 133. cum 1. ſecunda. A' fortiori igitur, a i poteſtate erit minor 133. cum 1. ſecunda. Patet ſic: nam quadratus de 11. eſt 121. & 11. bis ductus in 57. centeſimaſtertias, facit 1254. centeſimaſtertias pro ſupplementis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 57. centeſimiſtertijs, eſt 3249. centeſimętertiæ ex 1, centeſimatertia. Reductæ ad fractiones integrarum, eas ſcilicet per 103. diuidendo, erunt 31. centeſimætertiæ cum 56. centeſimiſtertijs ex 1. centeſimatertia: ſed ponantur 32. centeſimætertiæ, quæ additæ ſupplementis, facient 1286. centeſimaſtertias. Reductæ ad unitates, erunt 12. cum 50. centeſimiſtertijs, ponantur 12. cum 1. ſecunda. Et ſic gnomo paulò erit minor 12. cum 1. ſecunda. Additus ad quadratum de 11. ſcilicet 121. fietq; 3. cum 1. ſecunda. Vnde quadratus de 11. cum 17. centeſimiſtertijs, erit paulò minor 133. cum 1. ſecunda. Et ex conſequenti & à fortiori, erit a i poteſtate minor 133. cum 1. ſecunda. His habitis, uideamus an k f ad a i lõgitudine ſit ut 11. ad 7. quòd ſi ita ſit, erit k f ad a i poteſtate ut 121. ad 49. Ad quod conſequendum, inquiro 1. quadrageſimamnonam poteſtatis a i ſiue de 133. cum 1. ſecunda



http://www.obrascatolicas.com

cunda: & erit 2. cum 35. quadrageſimiſnonis & 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona. Vnde numerus qui producetur ex ductu 2. cum 35. quadrageſimiſnonis, & 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona in 121. ſe habebit ad 133. cum 1. ſecunda, ut 121. ad 49. Igitur duco 2. in 121. & fiunt 242. Rurſus duco 35. quadrageſimaſnonas in 121. & fiunt 4235. quadrageſimænonæ. Deinde duco 1. ſecundam ex 1. quadrageſimanona in 121. & fiunt 121. ſecundæ ex 1. quadrageſimanona. Reductæ, erunt 60. quadrageſimænonæ cum 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona, quas addo ad 4235. quadrageſimaſnonas, & erunt 4295. quadrageſimænonæ cum 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona: & hic numerus productus eſt, ex ductu 35. quadrageſimarumnonarum cũ 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona in 121. Rurſus reduco ad unitates 4295. quadrageſimaſnonas cum 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona, & fiunt 87. cum 32. quadrageſimiſnonis, & 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona. Et additæ ad 242. erunt 329. cum 32. quadrageſimiſnonis, & 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona. Vnde 329. cum 32. quadrageſimiſnonis, & 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona: ſe habebit ad 133. cum 1. ſecunda, ut 121. ad 49. Et cum a i poteſtate minor ſit 133. cum 1. ſecunda: ſequitur quòd linea quæ erit poteſtate ut 329. cum 32. quadrageſimiſnonis & 1. ſecunda ex 1. quadrageſimanona ad a i, poteſtate maiorem ſeruabit proportionem quàm 121. ad 49. Vnde ſimiliter longitudine maiorem ſeruabit proportionem quàm 11. ad 7. Et cum k f poteſtate ſit 330. cum 3. quartis, ut dictum eſt: ſequitur quòd k f ad a i poteſtate maiorem longè ſeruabit proportionẽ quàm 121. ad 49. igitur & longitudine maiorẽ quàm 11. ad 7. Modò quæ eſt habitudo k f ad a i, eadem erit bis k f ad bis a i: hoc eſt recta poſita ut medietas circumferentiæ circuli, ad diametrum. Ex quo conſtat, hanc reſolutionem ponere medietatem circumferentiæ circuli, ad diametrum longitudine maiorem ſeruare proportionem quàm 11. ad 7. Quare etiam ſeruabit circumferentia circuli ad diametrum, longitudine maiorem proportionem tripla ſeſquiſeptima, ſcilicet quæ eſt 22. ad 7. Demum conſtat hanc reſolutionem non tam propinquè ad ueram accedere: ſicut ea quæ in Geometricis tranſmutationibus ponitur: cum certum relinquamus circumferentiam circuli ad diametrum, longitudine minorem ſeruare proportionem tripla ſeſquiſeptima. Hæc ſunt quę de his reſolutionibus dicere propoſueramus.



De Mathematicis complementis Reuerendiſs. P. Nicolai de Cuſa cum annotationibus Omniſancti, finis.

Quadra-

QVADRATVRA Circuli D. Nicolai de Cuſa, Cardinalis, Legati, Epiſcopi Brixinenſis.

QVamuis iam dudum à ſtudio Geometrico nos altior ſpeculatio ac publica retraxerit utilitas: tamen inter innumeras ſerioſas curas, quas habet Apoſtolica legatio, ſe inter colloquia ſtudioſorũ delectabiliter immiſcuit, de Quadratura circuli ſcibili & non ſcita, aſſertio: quam dum nuper equitando reuoluere mus, quòd attigimus conſcripſimus.

¶ Non legimus quenquam propinquiùs acceſsiſſe ad huius noticiam, quàm Archimedem, qui primò quadrangulũ circulo æquari oſtendit, in quo ſemidiameter circuli ducta eſt in mediam peripheriam: hoc quidem ſic eſſe neceſſe eſt, ſi hoc cenſendum eſt eſſe æquale, quod nec maius nec minus eſſe conuincitur. In omnibus enim polygonijs, iſopleuris & iſoperimetris, de quibus ſolum in hoc ſcripto loquimur, ſemidiameter circuli inſcripti ſi ducitur in medietatem peripheriæ, oritur quadrangulum æquale. Poſſe autem inter ſemidiametrum & medietatem peripheriæ, medium proportionale facilè conſtitui, Euclides oſtendit. Quare tale cum ſit latus quadrati æquiualentis, conſcito quæ linea recta æquetur peripheriæ circuli, ſcitur & eius quadratura, & hæc eſt certior oſtenſio. Sed dum per elicam hanc ultimam partem ſe reperiſſe crederet Archimedes, à uero defecit. Elica enim deſcribi nequit, niſi ſignum à centro per ſemidiametrum in tanto tempore moueatur, in quanto ſemidiameter pro circuli deſcriptione circumuoluitur. Deſcriptio igitur elicæ hos motus ſupponit, quorum habitudo eſt ut ſemidiametri ad circumferentiam. Præſupponit igitur id, quod quærit. Citiùs enim recta dari poteſt circulari lineæ æqualis, quàm elica uera figurari.

¶ Nos autem conſiderantes trigonum & circulum in capacitate extrema loca tenere, in trigono ſemidiametros circulorum, & inſcripti & circumſcripti contrariò modo ſe habere, cum ſemidiametro circuli, in quo circuli inſcriptus & circumſcriptus coincidunt, qui differunt in trigono maximè: eſſe ę ibi ſemidiametrum circumſcripti maximam, & inſcripti minimam, & ſimul iunctas breuiſsimas: contrariò modo in circulo, ubi ſimul iunctæ ſunt diameter circuli maxima. Ob hoc ſcimus, omnes medias polygonias iſoperimetras & iſopleuras ſecundùm capacitatem in illis ad æqualitatem ſemidiametri circuli accedere. Si igitur ſignata fuerit quantitas exceſſus ſemidiametri circuli, ſuper diametrum inſcripti trigoni: & quantitas quo ipſa ſemidiameter circuli fuerit minor ſemidiametro circumſcripti trigoni: tunc omnis polygonia media ſecundum ſuam capacitatem in exceſſu ſemidiametri ſibi inſcripti ſuper ſemidiametrum inſcripti trigoni: & diminutione ſemidiametri ſibi circumſcripti, à ſemidiametro circumſcripti trigoni proportionaliter ſe habebit. Nam cùm illa ex diuerſa capacitate uarientur, non poteſt diuerſa eſſe habitudo illorum ab habitudine capacitatum. Sic ſemper neceſſe eſt, quòd ſicut ſe habet exceſſus ad exceſſum, etiam ſic ſe habeat diminutio ad diminutionem: cũ capacitas ita ſequatur unam diuerſitatem ſicut aliam, & non plus nec minus unam quàm aliam. Erunt igitur in omnibus polygonijs exceſſus & diminutio tales ſe ad inuicem habentes in proportione una: quare data una habitudine, per illorum ſcientiam in nota ali qua polygonia, tunc ſcitur & in circulo. Et quia exceſſus & diminutio in circulo ſimul iuncti, equantur ſemidiametro inſcripti trigono ut de ſe patet: igitur ſi reperta habitudine diuidantur ſecundùm eam ſemidiameter inſcripti trigoni, & maior portio adderetur ad ipſam ſemidiametrum circuli inſcripti trigoni, haberetur ſemidiameter circuli iſoperimetri, & ita omne quæſitum.

¶ Faciemus

http://www.obrascatolicas.com

¶ Faciemus autem hanc partem tibi hoc modo clariorem. Ex a b linea in tres partes a b diuisa, c d e, triangulus designetur, & in eius latere c d signetur pars quarta a b quæ sit i k, quæ quadretur, & sit i k l m. Describantur inscripti & circumscripti circuli, & sit inscripti trigono semidiameter f g, & circumscripti f h, & inscripti tetragono n g, circumscripti n o. Signetur deinde linea f h, & in eius medio g, lineis de f g h tractis quantumlibet, trahatur ad f h æquidistans t n, cuius medium sit a a, & signetur semidiameter inscripti alicuius polygoniæ isoperimetræ, puta tetragonæ, quæ sit n p, & semidiameter circumscripti, quæ sit n o, & trahe de g per p in infinitum, & similiter de h per o lineam in infinitum & ubi ille concurrunt signa q, trahe per q æquidistantem ad f h, quæ sit s r, in cuius medio signa bb. Dicimus r q esse semidiametrum circuli quæsiti, & eius circumferentiam æqualem a b lineæ rectæ.



¶ Multipliciter probatur & faciliter. Seruata igitur priori figura, ponatur g bb linea, esse differentiam capacitatum trigoni & circuli isoperimetri, & quòd linea d e r s moueatur uersus f h æquidistanter. Manifestum est, lineas h q & g q de illa abscindere omnes differẽtias semidiametrorum circulorum inscriptorum & circumscriptorum omnium figurarum polygoniarum de trigono usq; ad circulum ubi coincidunt. Est etiam manifestum, quòd simul linea illa mota abscinderet de linea bb g omnes differentias capacitatum inter trigonum & circulum. Nam quanto differentia semidiametrorum differentiarum est minor, tanto figura capacior. Ideò circulus capacissima figurarum, quia ibi coincidunt, & trigonus minimæ capacitatis, quia ibi maximè differunt. Sit igitur linea mota r n, quæ abscindat lineam g bb, in a a puncto, & sit p o differentia semidiametrorum in tetragono: quare si g bb est ut differentia capacitatum trigoni & circuli isoperimetri, erit g a a ut differentia capacitatum trigoni & tetragoni. Et quia n p est ex p̃suppositio semidiameter inscripti tetragono, & a a p excessus eius super f g semidiametrum inscripti trigono: ideò bb q erit excessus semidiametri circuli isoperimetri super semidiametrum inscripti trigono. Nam quæ ꝓportio bb g ad aa g, illa bb q ad aa p, ut notum est. Correspondent autẽ differẽtiæ semidiametrorum inscriptorum in polygoniis isoperimetris cum differentijs capacitatum. Non enim euenit aliunde capacitatum differentia in isopleuris & isoperimetris, nisi ex semidiametrorum circulorum inscriptorum differentia: quoniam capacitas ex multiplicatione illius semidiametri, quæ uariatur in diuersis talibus figuris in semiperipheriam quæ semper est eadem, exoritur ut est notum. Sic si posueris bb s lineam duorum excessuum semidiametrorum, ut excessum capacitatis circuli super trigonum; erit in tetragono excessus talis capacitatis, ut linea æqualis duabus t o & p a a lineis, & quia una est habitudo illius ad s bb, quæ p a a ad bb q, igitur ut supra. Vel si dixeris capacitatem trigoni minorem esse quãm circuli, ut linea a g erit tetragoni minor ut p o.



¶ Si adhuc negaueris, & dixeris semidiametrum circuli minorem esse, puta quòd terminetur in puncto medio inter s & terminum lineæ g, quæ sit u, ita quòd e u sit semidiameter circuli isoperimetri, tunc si sic extendatur u s, quousq; æquetur r u, & sit r x, & si-

militer extendatur f h ad æqualitatem r x, & sit f z ut r x, trahe z x lineam, deinde trahe de u lineas ad g & h, & ubi secauerint t n lineam signa 2. & 9. & t n extendatur usq; ad z x, & sit c c n ut r x. Dico, quòd si diameter inscripti circulo isoperimetro addit super semidiametrum inscripti trigono quantum est bb u, tunc semidiameter inscripti tetragono addit quantum est aa 2. igitur si semidiameter inscripti tetragono addit quantum est aa p, tunc semidiameter circuli isoperimetri addit quantum est bb q. Hoc deesse patet, si habitudo additionum est ut bb u ad aa 2. & nota est additio in tetragono, quæ est ut aa p, igitur erit in circulo ut bb q, cum una sit habitudo aa p ad bb q, quæ aa 2. ad bb u. Quòd autem illa sit habitudo probatur. Nam si ponatur semidiameter inscripti circulo, erit u x semidiameter circũscripti, q̃ coincidũt in circulo isopimetro, et manifestũ est, quòd r x est linea ex duabus illis semidiametris, & similiter f z est linea illi æqualis, & est ex semidiametro inscripti trigono & semidiametro circumscripti eidem. Omnium igitur polygoniarum inter trigonum & circulum duæ semidiametri tales non erunt minores f z, nec maiores r x, & ita semper æqualis, erit igitur n cc æqualis duabus illis semidiametris in tetragono, & quia 29. æquatur necessariò p o, cum g h q triangulus æquetur g h u, ob æquidistantiã q u & g h, & similiter o 2 sit æquidistans ad g h, hinc 9 2 erit ut p o, ut ex Euclide scilicet 37. primi, & 4. sexti notum tibi existit. Sed p o est excessus semidiametri circumscripti trigono super semidiametrum inscripti eidem, igitur & 2 9, & cum n 2 æquetur cc 9, igitur n 2 erit ut semidiameter inscripti tetragono, & 2 cc ut semidiameter circumscripti eidem. Si igitur ponitur semidiametrum circuli super semidiametrum inscripti trigono addere quantum est bb u, addet necessariò semidiameter inscripti tetragono quãtum est aa 2. Et hæ additiones possent capacitates super capacitatem trigoni nominari, cum in isopleuris & isoperimetris capacitatum excessus ex his solùm ꝓueniat. Habitudo igitur additionum erit, ut aa 2 ad bb u, quod erat probandum. Et ita in omnibus polygonijs pariformiter procedi poterit, sicut in tetragono. Ex hoc constat propositum, r q semidiameter circuli, r s medietas a b, seu circumferentiæ circuli, r q t s quadrangulum æquale circulo, s x æquale ℞ q, y medium inter s & x.



http://www.obrascatolicas.com



& x, & centrum circuli r y x, s u medium proportionale inter r s & s x. Ex nona sexti. s u z a quadratum æquale circulo, cuius semidiameter r q.

¶ Adhuc aliter. Capacitas circuli super capacitatem trigoni est maxima, & differentia semidiametrorum circulorum inscripti & circumscripti est nulla seu minima simpliciter, quia minor esse nequit, sed differentia semidiametrorum circulorum inscripti & circumscripti trigono est maxima, capacitas uerò eius super suiipsius capacitatem est nulla uel minima simpliciter. Esto igitur quòd aliqua linea sit ut differentia semidiametrorum in trigono, & etiam sit ut capacitas circuli super trigonum, quæ sit a b linea, quadretur igitur illa, & sit quadratum a b c d, & sit a b ut differentia semidiametrorum cum illa minima capacitate trigoni super sui ipsius capacitatem, & c d capacitas circuli super trigonum cum illa minima differentia semidiametrorum talium & trahatur linea diametralis b c. Dico in omnibus polygonijs medijs inter trigonum & circulum, lineas capacitatis super capacitatem trigoni cum differentia semidiametrorum, non posse esse maiores nec minores a b aut c d, ut de se patet. Esto igitur, quòd trahatur e f linea æqualis & æquidistans ad a b & c d, & illa secetur per b c in puncto g, & sit g e ut differentia semidiametrorū taliū in tetragono: manifestū est, quòd g f erit ut capacitas tetragoni super trigonū. Erit igit habitudo capacitatis tetragoni sup capacitatē trigoni, ad capacitatē circuli super capacitatē trigoni, ut g f ad c d. Signat igit in f g additio semidiametri inscripti tetragono super semidiametrum inscripti trigono, & sit f h, & trahatur de b per h ad c d linea, & contactus sit i. Dico quòd d i. est additio semidiametri circuli isoperimetri super semidiametrum inscripti trigono. Quæ enim est habitudo f g ad d c, illa f h ad d i, sed diuersitas capacitatis in isopleuris & isoperimetris super capacitatem trigoni non euenit nisi ex diuersa additione semidiametrorum circulorum inscriptorum super semidiametrum inscripti trigono. Quæ igitur est habitudo capacitatum super trigonum, illa est additionum semidiametrorum inscriptorum super semidiametrum circuli inscripti trigono. Per hoc patet quæsitum.



Eiusdem

EIVSDEM DE SI-nibus & chordis.

His nunc circa chordas & arcus scientia perfecta elici poterit. Nam si una est habitudo eius quod addit semidiameter inscripti polygoniæ isopleuræ & isoperimetræ post trigonum super semidiametrum inscripti trigono ad id, quod addit semidiameter circumscripti trigono super semidiametrum circumscripti illi polygonię: & si illę additiones unà cum differentia seu sagitta simul iunctæ æquiualent sagittæ lateris trigoni, ut ex præmissis clarè constat: tunc scita habitudine talium additionum, quæ tamen numero non attingitur sicut nec medietas duplę, ars est reperta ad omne scibile in chordis & arcubus. Quæ autem sit habitudo additionum sic in propinquis numeris inuestigatur. Esto quòd semidiameter circuli trigono circumscripti sit 14. erit semidiameter inscripti 7. cuius quadratum 49. & quadratum semilateris trigoni ter tantùm, scilicet 147. & quadratū semidiametri circumscripti quater tantùm, scilicet 196. Erit igitur semilatus tetragoni radix $\frac{9}{16}$. & quadrati semilateris trigoni scilicet radix de 82. cum $\frac{11}{16}$. & talis erit semidiameter inscripti. Erit autem semidiameter circumscripti radix dupli numeri scilicet 165. cum $\frac{5}{15}$. Subtracta igitur radice de 49. à radice de 82. & $\frac{11}{16}$. differentia est additio semidiametri inscripti tetragono super semidiametrum inscripti trigono, quę erit aliquid plusquàm duo, & subtracta radice de 165. cum $\frac{6}{10}$. à radice de 196. quę erit parum plus quàm unum. Habes additiones, & earum habitudo est illa, per quam omnia inuestigantur. Nam si has additiones subtraxeris à sagitta lateris trigoni, scilicet 7. remanet sagitta tetragoni. Si igitur diuiseris 7. secundùm prefatam additionum habitudinem, & maiorem addideris super semidiametrum inscripti trigono, habes semidiametrum circuli isoperimetri. Poteris etiam ex quadrato lateris trigoni aut quadrati scire sic quadratum lateris cuiuslibet polygonię dabilis: & ex eius scientia & habitudine additionum deuenitur ad sagittam & semidiametrum inscripti, & sic scitur chorda. Et hęc est pfectio ultima Geometricę artis, ad quam hactenus uetores non legimus deuenisse. Est etiam nunc ars completa Geometricarum transmutationum, quam ante maius, tamen sufficienter quò ad quadraturam circuli descripsimus. Et putamus, nihil scibilis in Geometricis, nunc uolenti diligenter in hoc medio inquirere, remanere occultum. Hęc si maximè scripserim, ut uideatur potentia artis coincidentiarum, per quam in omni facultate occulta penetrantur. Ex sola enim coincidentia semidiametrorum inscripti & circumscripti circulorum in omnibus polygonijs differentium, & in circulo tantum coincidentium, inquisitio nos ad præmissa perduxit. Laus Deo.

Dialogus inter Cardinalem sancti Petri Episcopum Brixinensem, & Paulum physicum Florentinum, de circuli quadratura.

PAVLVS.

PAter optimè, quia me nosti à puero ueritatem quæsiuisse, quæ in Mathematicis clariùs uidetur relucere, atq; quantum cupiam hactenus ignotam circuli quadraturam. Si igitur post mihi missos tuos de Mathematicis complementis, uticq; mihi obscuros atq; incertos libellos alius certior modus incidit, rogo communices. NICOLAVS. CARDINAL. Imò facilis, & ut puto certus. PAVLVS. Dicito quęso. NICOLAVS. Omnia tibi nota scio, quę ad rem pertinent, solùm hoc unico dempto, scilicet ut datę circumferentię circuli scias rectam lineam ei æqualem assignare. PAVLVS. Ita est, nam mihi ex Ar-

http://www.obrascatolicas.com

hi ex Archimede notum est, si semidiametrum circuli duxero in lineam æqualem semicircumferentiæ, oriri quadrangulum circulo æqualem. NICOLAVS. Vt igitur tibi pandam cõceptum circa id quod restat accipe propositionem. Si chorda quadrãtis dati circuli fuerit addita semidiametro eiusdem, oritur diameter circuli circumscripti trigono isoperimetro circumferentiæ dati circuli. Puta sit datus circulus super a descriptus b c d e, & b c quadrans, tracta chorda b c & lineis a b & a c, & sit alius circulus super eodem a centro descriptus, cuius diameter f g sit u a b & b c, scilicet g h ut b a, & h f ut b c, & inscribatur trigonus i k l: dico illum trigonum rectilineum æquari circũferentiæ cur uæ b c d e. PAVLVS. Facilis est hæc praxis atq; clarissima, si hoc uerum ostenderis. NICOLAVS. Conabor seruata descriptione dati circuli, lineam a c continuabo in infinitum, quæ sit m a, dico non dubium de b ad a m lineam, aliquam posse lineam duci, quæ sic se habet, quòd si ei additur alia linea, quæ se habeat ad ipsam sicut costa ad diametrum quadrati, exurget linea æqualis diametro circuli circumscripti trigono isoperimetro dati circuli. PAVLVS. Admitto, nam potest dari linea sic de b ad a m tracta, cui si additur alia, habens se ad ipsam ut costa ad diametrum, oritur linea minor diametro circuli circumscripti trigono isoperimetro dati circuli, ut si trahitur ad punctum prope a, quæ ponatur esse n. Et sic potest dari alia, quæ ad pũctum prope m pũcto o trahatur, quę cum costa sit maior: igitur inter n & o erit punctus, ad quem si trahitur linea de b, illa cum costa erit æqualis, nec maior sicut licet, nec minor diametro circuli circumscripti trigono isoperimetro dati circuli. NICOLAVS. Benè dico igitur, quòd sicut si acceperis b n cum quotquot uolueris costis suis, linea quæ oritur erit minor diametro circuli circumscripti trigono & tot semidiametris dati circuli, quot costas addideris, una costa dẽpta, & si acceperis b o, cum tot costis suis sicut uolueris, exurget linea maior semidiametro circuli circumscripti trigono, & tot semidiametris dati circuli, quot costas addideris una dempta. Igitur etiam erit punctus inter n o, ad quem si de b lineam traxeris, sic se habebit, quòd ipsa erit æqualis diametro circuli circũscripti trigono, & tot semidiametris dati circuli, quot costas





costas addideris, una dempta: hoc autem non est possibile nisi in puncto c. cuius costa est ut semidiameter dati circuli, scilicet ut b a, aliàs si costa foret maior aut minor quàm b a, non erit hoc possibile. PAVLVS. Fateor primum, scilicet quòd b n cum tot costis, sicut placuerit sumptis, maneat minor diametro circuli circumscripti trigono isoperimetro, & tot semidiametris dati circuli una dempta: intelligo una dempta, quia unam costam iungis lineæ b n pro diametro circuli circumscripti, patet: nam cũ b n costa sit minor ꝙ illa diametri, & costa sit minor quã a b, patet totum. Sic contrariò modo se habet linea b o, & etiã patet: est etiam certũ, si sic debet fieri, quòd ad æqualitatem in aliquo medio pũcto, quòd ille sit c, ob rationem quam dixisti. Si enim costa foret minor aut maior a b linea, nullo modo sequeret. Sed quid si quis negaret pũctum talem dari inter n & o? NICOLAVS. Qui negat inter minus & maius cadere medium æquale, negat dari posse trigonum isoperimetrum circulo. Ego autem præsuppono quadraturam circuli possibilem, & per consequens omnia sine quibus non est possibilis. PAVLVS. Possem dicere nihilominus possibilem, sed non esse hoc possibile de quotquot costis ad lineam addendis, ut diameter ille circuli circumscripti trigono & tot semidiametris dati circuli una dempta oriantur, quia possem dicere, quòd punctus cadat inter n & c, qui ponatur esse p, & quòd linea b p cum costa æquetur diametro dicti circuli circũscripti. NICOLAVS. Tunc non negas, quin si b p caperetur cum duabus costis, quòd tũc foret æqualis diametro dicto, sed cũ hoc minor semidiametro dati circuli, quia costa minor quàm a b. PAVLVS. Quomodo negarem hoc? NICOLAVS. Esto igitur quòd recipiam punctum super p, qui sit q, ubi b q cum costa sit tantùm maior diametro dicto, quantùm una costa minor linea a b, hoc quidem tunc est possibile. Nonnè hoc dato b q cum duabus costis ualeret dictum diametrum, & cum hoc semidiametrũ dati? PAVLVS. Quis dubitat? (NICOLAVS. Quid si quærerẽ lineã, quæ cũ costa excederet diametrũ dictum, quantũ duę costę sunt duobus semidiametris dati circuli minores? PAVLVS. Oportet punctũ esse adhuc propinquiorẽ puncto c. NICOLAVS. Quid si adhuc pluribus costis additis uelles lineam pluribus semidiame-





http://www.obrascatolicas.com

tris æquari. P A V. Necesse foret cõtinuè pũctũ accedere ad c. N I C. Rectè dicis, si igitur in infinitũ sic processeris, necessariò ultimò ad c punctũ deuenires, cũ ante c pũctum costa semp̃ sit minor a b. P A V. Optimè dicis. N I C. Constat igit̃ quòd hoc non est impossibile, scilicet quòd inter n & o cadat pũctus, ad quẽ linea ducta sic se habeat, qđ quotquot costas ei addideris, ipsa erit æqualis diametro circuli circũscripti trigono isoperimetro, & tot semidiametris dati circuli, quot addideris costas una dẽpta, sed ille erit c punctus, & si dixeris punctũ ultra euersus o esse, idẽ incõueniens sequit̃, contrariò modo arguendo, quia deuenietur necessariò iterũ ad c punctũ. P A V. Non possum negare quin ita sit ut clarè ostẽdisti, manifestè enim cõstat, quòd qui punctũ citra uel ultra c dixerit esse ille errat, & error conuincitur ex ipsius positione: quoniam omnis linea maior b c cũ costa sua est maior diametro circuli circũscripti trigono isoperimetro, & minor cũ costa est minor diametro. N I C. Posset adhuc alia uia idipsum ostẽdi, & plures modi sunt diametros circulorũ inscriptorũ & circũscriptorũ polygonijs isoperimetris datis circulis faciliter reperiẽdi ex scientia, quòd capacissima polygonia infinitorũ laterũ coincidit cũ circulo, sed sufficit iste modus, reliquũ aptè remitto. P A V. Satis est scire modũ curuã circũferẽtiam in rectã lineã transmutãdi, & econuersò rectã in curuã, ex quo omnia, quæ hactenus in Mathematicis ignorabant, possunt elici, put in Mathematicis tuis tetigisti cõplemẽtis. Qui igit̃ reduxerit curuã in rectã, ducat semidiametrũ dati circuli in semirectã æqualẽ circũferentiæ, puta sit r s ut a b, & s t ut medietas triũ linearũ i k l, cõcludendo quadrangulũ r s t u, qui erit ut area circuli b c d e, reperiat mediũ proportionale inter r s & s t per nonam sexti Euclidis, &



sit x y mediũ ꝓportionale scilicet costa quadrati, & erit x y z & quadratũ æquale cir-



culo. Ista nota sunt, & ideò tibi Nicolao patri optimo gratias ago, ꝙ tot tuis curis nõ obstãtibus dignatus es tuũ ingeniũ ad hãc rẽ ab omnib. doctis in Mathematicis desideratã, & nõ repertã applicare, & post multos labores & uarios modos facillimã atque clarissimã inuentionẽ tuã ꝓpalare, & ingsitores à fatigatione magna releuare.

Finis Brixinæ. 1547.

Capacita-

CApacitates omnium polygoniarum isoperimetrarum adinuicem & ad circulum isoperimetrum eandem proportionem habent, quam primæ lineæ unius ad primas lineas alterius, & ad semidiametrum isoperimetrum. Similiter excessus capacitatis aliarum à triangulo supra triangulum in eandem proportionem se habent ad capacitatem trianguli, quam habent excessus primarum linearum aliarum figurarum à triangulo ad primam trianguli lineam. Verbi gratia.

¶ Sit prima trianguli a b prima alterius figuræ mediæ, ut quadrati c d prima circuli siue semidiametri c e, sit a c semicircumferentia omnium istarũ superficierum, quoniam sunt isoperimetræ, erit superficies a e capacitas circuli, superficies a d capacitas figuræ mediæ ut quadrati, superficies a f capacitas trianguli. Dico primò, quòd qualis est proportio superficiei a e ad a d superficiem, talis est c e lineæ ad e d lineam, & qualis proportio est a d superficiei ad a f superficiem, talis est c d lineę ad c f lineam: per primam enim sexti Euclidis dictæ superficies sunt eiusdem altitudinis, ergo suis basibus sunt proportionales. Eodem modo probatur de excessibus capacitatum, quia eædem sunt proportiones de superficiebus g e & b d ad lineas e d & d f, uel de superficiebus b e & b d, qui sunt excessus capacitatum circuli & quadrati supra triangulum ad lineas f e & f d, qui sunt excessus primarum linearum circuli & quadrati supra primam trianguli. Hæc clara sunt ex eadem prima Sexti Euclidis. Quicquid ergo de capacitatibus corporum dicitur, & capacitatibus excessuum de ipsis primis lineis, dici potest & de eorum excessibus.



¶ Si à secunda extremitate primæ circuli ad secundam trianguli linea recta ducatur æquedistanter basi in ea proportione, qua diuidet excessum secundæ supra primam ipsius trianguli, in eadem proportione diuidet excessus secundarum à primis omnium aliarum figurarũ mediarum. Sit supra extremitatem lineæ a c erecta linea a b, quæ sit prima circuli, & super alia extremitate dictæ lineæ a c sit erecta linea c d, quæ sit secunda trianguli, quia linea a b est minor linea c d, si à puncto b trahatur linea b e æquidistans basi a c, perueniet in linea c d, & diuidet excessum secundæ à prima, qui est h d in quadam proportione d e ad e h. Dico quòd si prima & secunda alicuius figuræ mediæ describatur ut g i prima, & g f secunda, quòd excessus secundę à prima, qui est f i diuident ab ipsa b e linea in puncto k, in eadem proportione quæ erit f k ad k i ductis lineis d b h b. Ita quòd erit eadem proportio f k ad k i, quæ d e ad e h, totus enim triangulus d h b diuisus est per æquedistantem basi f i, erit ergo proportio e b ad k b, sicut d h ad f i, & eadem proportio erit d e ad k f, & e h ad k a d k i propter similitudinem triangulorum, sicut e b ad k b: Sicut ergo d e ad f k, ita e h ad k i, permutatim ergo sicut d e ad e h, ita f k ad k i, ergo illi excessus proportionaliter sunt diuisi, quod fuit probandum. Fortè dicitur, quòd si g f est secunda unius figuræ mediæ, quòd g i non erit prima. Erit ergo prima eiusdem figuræ aut maior g i aut minor. Sit primò maior, &





ior, & sit l m, quam extendo sursum usq; ad n. ita quod l n sit æqualis g f, & traho lineã f n æquidistãter basi propter eandem longitudinem duarum linearum g f, & l n. Inter duo ergo puncta g l sunt signandæ plures primæ & secundæ lineæ figurarum mediarum. Signetur una, & sit o p prima, quæ extendatur usq; ad secundam eiusdem figuræ, aut proueniet infra lineam f n, aut in ipsa linea, aut supra. Non infra ipsam, nec in ipsa, quia est secũda figuræ minoris capacitatis, ergo deberet esse longior, non tamen potest poni longior, quia g f est posita inter figuras minoris capacitatis, & esset breuior, quod est impossibile, quia non diminuendo procederent secundæ lineæ uersus capaciores figuras incedendo, quod est impossibile. Eodem modo dicetur impossibile sequi, si dicatur, quòd prima eius erit minor g i. Cum ergo nec maior nec minor dici potest, ipsa g i erit prima; quia omnes excessus secundarum à primis in eadem proportione diuidentur, quod fuit probandum.

¶ Hæc uidetur declaratio undecimæ conclusionis uestræ, in qua pendet tota demonstratio quadraturæ. Nam qualis est proportio h q ad q i, talis est h r ad r b. Istarum autem quatuor linearum proportionalium tres primæ sunt notæ, h q prima, quia subtractio sagittæ quadrati uel alterius mediæ à sagitta trigoni q i. Secunda est etiam nota, quia excessus primæ tetragoni à prima trigoni. Tertia etiam est nota, h r, quia sagitta trigoni. Si ergo multiplices h r in q i, & diuidas per h q, habetur r b nota, quæ adũcta primæ trigoni r a erit a b nota prima circuli siue semidiameter, quod intenditur. Sed non uideo cur duæ lineæ h b & b d concludentes omnes illos excessus primarũ & secundarum, non possent esse curuæ omni genere curuitatis, & tunc non procederet demonstratio: erit enim illud quod in decima tua conclusione dixisti, quòd primæ capaciorum erunt semper maiores, & secundæ minores: hæc uolo mihi in præsenti sufficiant. Multa habeo, quæ me mouent, quòd istæ coincidentiæ siue intensiones & remissiones formarum non per lineas rectas signari debeant, ut moderni ponunt, sed in aliud tempus reseruo. Vale.

Detur uenerabili nostro fideli dilecto magistro Georgio Peurbachio Astronomo.

Declaratio rectilineationis curuæ quæ ponitur in primo modo secundi libelli de Mathematicis complementis.

PRima suppositio. Sexta cum medietate portionis quintæ, quæ cadit inter curuam & quadratam potest æquari b e curuæ. Hęc suppositio certa est ut inlitera. Secunda suppositio. Sexta cum medietate portionis, & quinta cum medietate differentię chordæ, est sexta, & partis quintæ, quę etiam est chorda, possunt æquari b e curuæ bis. Illa suppositio probatur uti præmissa in textu probantur. Nam dabilis est locus, ubi sunt maiores b e curua bis, & ubi minores, & ideò & ubi æquales. Dico hanc secundam suppositionem non habere locum, nisi ubi differentia est ut portio, & hoc prima suppositio. Nam si dixeris in secunda suppositione differentiam maiore portione, erit igitur quinta minor sexta, quæ est sextæ æqualis, quando differentia chordarum sicut portio quintæ, & minor si differentia maior, & maior si differentia minor, ut de se patet. Esto igitur, quòd ad sextam addatur tota portio, & ad quintam tota differentia, tunc erunt æquales & quælibet maioris b e curua.

curua. Si igitur subtrahitur æquale, ut quælibet sit sicut b e curua, tunc necesse est, quòd de sexta cum portione subtrahatur, plusquàm medietas portionis, cum portio ponatur minor differentia, & oportet quòd de differentia subtrahatur minus quàm medietas, & tantùm minus eius medietate quantùm prius plus medietate portionis, ut simul maneat medietas portionis & medietas differẽtiæ, quæ additæ sextæ & quintæ, efficiant b e curuam bis, ut de se patet. Sexta igitur cum medietate portionis erit



tunc maior b e curua; non erit igitur sexta cum medietate portionis æqualis b e curuæ differentia portionem excedente. Puta tu dicis, quòd b g quinta cum medietate differentiæ f e sextæ, & b g chordæ quintæ, & e f sexta cum medietate f g portionis simul æquentur b e curuæ bis, & dicis differentiam f e & f b maiorem f g portione. Sit igitur linea h i ut quinta b g, cui addatur differentia quæ sit ut i k. Sit alia linea sub dicta descripta l m, ut sexta f e, cui addatur portio f g & sit m n ut f g, linea h k est ut linea l n, signetur medietas differentiæ quæ sit i o, & medietas portionis quæ sit m p, cadat orthogonaliter inter p & o, q̃ sit r s. Quãto igit̃ m s est minus medietate portionis quæ est m p, tantò i r maior medietate differentiæ q̃ est i o, erit igit̃ l s æqualis b e curuæ, sic sexta l m cum medietate portionis est maior b e curua, ubi ergo sexta cum medietate portionis, debet esse æqualis b e curuæ, medietas differentiæ non erit maior medietate portionis. Sic si dixeris differentiam minorem portione, sequitur sextam cum medietate portionis minorem b e curua, Oportet igitur, si sexta cum medietate portionis debet esse æqualis b e curuæ, quòd differẽtia sextæ & chordæ quintæ non sit maior ac minor portione, quo casu probat primum præsuppositum secundum, scilicet quintam cum medietate differentiæ, & sextam cum medietate portionis, tunc æquari b e curuæ bis, quando differentia fuerit ut portio, & hoc est, quando quinta est ut sexta, & hoc est intentum. Ecce mirabilem modum ostensionis, quoniam siue dixeris differentiam æquari portioni in secunda suppositione, siue non æquari, sequit̃ in prima suppositione differentiã æquari portioni, & p cõsequẽs & in secũda suppositione: & est q̃dã coincidẽtia oppositorũ, quoniã p hoc quòd dicis differentiã non æquari portioni, sequitur, quòd æquetur, & falsum interimit seipsum.

De quadratura circuli, Finis.

DE VNA RECTI curuique mensura, Nic. de Cusa C.S. Petri.

Via uidi practicum magisterium commensurationis curui & recti deesse Geometricis; ideò ipsos imperfectos, & plura quæ posposibilia fieri uident, ad actum deducere non posse: conatum igitur non paruum adhibui, ut ipsam artem assequerer: quam si reperi, tu qui hæc leges, iudicabis.

¶ Cõmensurari aũt curuũ & rectũ dico, quãdo una mẽsura mẽsurãt; puta q̃ recta linea tot pedes habet rectos, quot arcus curuos.

Propositio prima.

Dato arcu, rectam ei commensurabilem assignare, &c.

¶ Sit b c datus arcus, cuius a mediũ, & trahat chorda b c, & in illa pũctus eq̃distãs de a & b q̃ sit d, & hic est pũctus huius magisterij; de illo igit̃ p b cõtinua rectã, q̃ sit de e, taliter, q̃ si de a chordã a g, q̃ sit ut medietas de e p d de traxeris, illa chorda uadat p f pũctũ lineæ d e. Sit aũt d f quarta pars d e; tũc d e linea recta est cõmẽsurabilis b c arcui:

http://www.obrascatolicas.com



¶Ad hoc probandum præſuppono duo. Primò, quòd d eſic ſignari poteſt, quòd inter f punctum, per quam uadit chorda, ut præfertur, & e finem lineæ d e portio æquetur tribus quartis commenſurabilis rectę. Patet de ſe, nam certum eſt, quòd taliter ſignari poteſt, quòd f e eſt plus, ut in ſecunda figura, & etiam taliter quòd eſt minus, ut in tertia, igitur & taliter, quòd nec plus nec minus.

¶Secundo præſuppono, quòd quantò d e eſt minor, tantò f e in habitudine ad d e eſt minor, & d f maior, & quantò maior huius contrarium: hoc etiam per ſe patet ad oculum in ſecunda & tertia figuris.

¶Dico igitur primum præſuppoſitum uerificari, aut quando d e eſt quæſita ſcilicet commenſurabilis arcui, aut quando minor, aut quando maior. Si primum, habeo intentum, nam oportebit tunc d f eſſe neceſſariò quartam partem d e. Si dicis uerificari, quando d e eſt minor commenſurabili, hoc eſt impoſsibile, nam cum tunc ex ſecunda ſuppoſitione f e ſit minor in habitudine ad d e, & d f maior quàm incommenſurabili, & ſecundũ te æquabitur tribus quartis commenſurabilis, non erit d e minor commenſurabili ſed maior: ſic ſi dicis uerificari, quando d e eſt maior commenſurabili, ſimiliter implicat contradictionem.

Propoſitio ſecunda.

Datæ rectæ arcum dati circuli commenſurabilem aſsignare, &c.

¶Sit data recta d e, & datus circulus, cuius centrum t, & diameter s t u, & a medium omnium arcuum, de a trahe chordam a g, quæ ſit ut medietas d e, & in d e ſigna eius quartam, quę ſit d f, & applica d e æquidiſtanter ad t u, taliter quòd f cadat ſuper a g chordam, & ubi ſecat circumferentiam circuli pone b, ſi tunc d æquidiſtat de b & a, erit b a medietas arcus quæſiti: continua igitur b d quouſq; compleatur chorda in c, & habes b c arcum commenſurabilem d e rectæ: totum patet ex præmiſſa.

¶Vt autem uideas d eſſe punctum huius magiſterij, qui ſi a g chorda eſt b a arcui cõmenſurabilis, ab f ſectione, ubi a g ſecat b c d, ipſe pũctus per medietatem a g diſtat. Conſidera quòd quantò b c chorda eſt maior, tantò d de b & a plus & de centro circuli minus diſtat: & quantò minor huius contrarium, & hoc de ſe patet. In maxima igitur chorda d minimè diſtat à centro circuli, & maximè de b & a in miníma chorda maximè diſtat de centro, & minimè de b & a, unde d in maxima chorda eſt in centro circuli, & in minima circumferentia eius. Sed certum eſt, quòd d ſiue in maxima chorda ſiue in minima æquidiſtat de b & a: igitur ſic in omnibus intermedijs.

¶Vnde ſequitur, quòd ſi b c eſt chorda arcus tertiæ partis circumferentiæ circuli, d punctus à centro & de b & a æquidiſtabit.

¶Adhuc ſic de a poteſt trahi a h chorda per b c, quam in i puncto ſecet. Dico a i h ſic poteſt trahi, quòd a i erit diſtantia puncti d de a in illa chorda a h, hoc certum. Aut igitur hoc erit, quando a h eſt ut b c, & tunc i ſectio æquidiſtabit de b & a, & erit d utriuſq;, & eſt intentum. Aut a h eſt minor, & hoc non eſt poſsibile, quia tunc a i eſſet maior quàm prius quando æqualis, aut quando maior, & eſt iterum impoſsibile, ga a i minor quàm prius quando æqualis.

http://www.obrascatolicas.com



Propoſitio tertia. 1105

Arcui ſemicirculi rectam, & areæ eius curuæ rectilinealem commenſurabiles deſignare.

¶Sit circulus, & b c arcus ſemicirculi, cuius medium a & d punctus magiſterij æquidiſtans de a & b, puta hoc caſu centrum circuli, & trahe a d lineam, deinde trahe d b in continuum, & ſit d e, ita quòd ſi medietatem d e feceris chordam a g, quæ de a per d e trahitur, ipſa tranſeat per f punctum d e, quif punctus diſtet de d per quartam partem d e modo quo ſupra. Deinde claude orthogonium per a e latus, dico aream a d e orthogonij commenſurabilem areæ ſemicirculi, & d e commenſurabilem arcui b c. Secundum patet ſupra. Primum patet eodem modo ut prius per duo ſuppoſita, quorum primum eſt d e poſſe ſignari, & per e a orthogonium claudi, taliter quòd ſi ducitur chorda, quæ ſit medietas d e de a per d e, ut ſit a f g area inter a f e, cadens erit commenſurabilis tribus quartis areæ ſemicirculi: patet, quia datur ubi eſt plus & ubi minus, igitur & ubi nec plus nec minus. Secundò præſuppono, quòd quantò d e fuerit minor, tantò illa area a f e eſt minoris habitudinis ad totam aream orthogonij a d e, & quantò maior maioris. Primum igitur præſuppoſitum aut uerificatur, quando area orthogonij a d e eſt commenſurabilis areæ ſemicirculi, & habetur intentum: aut ubi minor ſeu maior, & utrumque implicat contradictionem præciſè modo quo ſupra.

¶Palàm igitur eſt, quòd ſi orthogonius, cuius unum latus eſt ſemidiameter, & aliud cum illo rectum angulum faciens, eſt commenſurabile toti circumferentiæ circuli: area illius orthogonij eſt commenſurabilis areæ circuli. Et quia quælibet polygonia in aliam uerti poteſt, igitur poteris areæ circuli commenſurabilẽ areã trianguli, quadrãguli, quadrati, pẽtagoni, & cuiuſcũq; alterius polygoniæ aſsignare, & cuiuslibet partis circuli etiam circulo incommenſurabili. Dare etiam angulos poteris datarum linearum habitudinis, & figurarum omnium unius in aliam cõmenſurabiliter: dico mirabiles trãſmutationes facere. Salua cuiuslibet figuræ capacitate & ꝓpria inuariabiliq; natura, & ad multa occulta, quę uix enarrari poſſunt, hac arte peruenies, etiam in ſectionibus & uniformiter difformibus curuitatibus, etiã angulos & inſtrumenta componere poteris cum quibus præmiſſa facillimẽ & ſubitò facies, quæ tuæ induſtriæ relinquimus.

http://www.obrascatolicas.com



¶ Area a g b f commensuratur medietati areæ circuli, & area a b c e commensuratur areę circuli, medium proportionale inter a d semidiametrum & e c rectam medietati circumferentię circuli commensurabilem, quam nona sexti Euclidis reperire docet, est costa quadrati, cuius area commensuratur circulo d f recta commensurabilis est octauæ circumferentiæ circuli, ideò area a d f orthogonij commensuratur octauæ areæ circuli. Ideò quando habes rectam arcui comensurabilem, habes & aream rectilinealem areæ portionis circuli commensurabilem.

De una recti curuiq; mensura, Finis.

COMPLEMENTVM Theologicum figuratum in complementis Mathematicis, Nicolai de Cusa Cardinalis.

Cap. I.

PEerfeceram proximò de Mathematicis complementis ad Pontificem nostrum Nicolaum quintum, dignissimum atq; doctissimum Papam: usum autem est mihi non decere opusculum illud promulgari, quasi de Mathematicis in meo ordine ac tanta ætate mihi licuerit ad Ecclesiæ rectorem scribere, nisi adijciam illius utilitatem transcendenter in Theologicis figuris. Conabor igitur libelli illius figuras, Theologicales efficere, ut quantùm Deus dederit, mentali usu intueamur, quomodo in speculo Mathematico uerum illud quod per omne scibile quæritur reluceat, non modò remota similitudine, sed fulgida quadam propinquitate. Oportet autem ut libellus iste annexus sit illi, si quæ dixero intelligi debent, cum istud complementum ex Mathematicis eliciatur. Necesse est etiam uolentem ex hoc fructum assequi ut potius ad intentionem quàm ad uerba attendat. Nam Theologicalia ista oculo mentis melius uidebuntur, q̃ uerbis exprimi queãt.

Cap. II.

NEmo ignorat, in ipsis Mathematicis ueritatem certiùs attingi, quàm in aliis liberalibus artibus: atq; ideò eos qui ipsam Geometricam degustant disciplinã, in admirabili amore ipsi adhærere uidemus, quasi pabulũ quoddam uitæ intellectualis, ibi puriùs atq; simpliciùs contineatur. Non enim curat Geometer de lineis aut figuris æneis, aut aureis, aut ligneis: sed de ipsis ut in se sunt, licet extra materiam non reperiantur. Intuetur igitur sensibili oculo sensibiles figuras, ut mentali possit intueri mentales. Neq; minus uerè mens mentales conspicit, quàm oculus sensibiles: sed tantò uerius, quantò mens ipsa figuras in se intuetur, à materiali alteritate absolutas. Sensus autem exterior nequaquàm extra alteritatẽ eas attingit: recipit enim figura alteritatem ex unione ad materiam, quam aliam & aliam esse necesse est, ob quam alius est triangulus in hoc pauimento, & alius in pariete, & uerior est figura in uno quàm in alio. Et ideò in nulla materia adeò uerè & præcisè, quin uerius & præcisiùs esse possit. Abstractus igitur mentis sensus ab omni uariabili alteritate liberas conspiciet: inuenit autem mens seipsam sine sensibili alteritate. Est igitur mens à sensibili materia libera, & habet se ad figuras Mathemati cas quasi forma. Si enim dixeris figuras illas formas esse, erit mens forma formarum, unde erunt figuræ in mente quasi in sua forma, & ob hoc sine alteritate, quæcunq; igitur mens intuetur, in se intuetur. Non sunt igitur illa quæ mens intuetur in alteritate sensibili, sed in se. Id uerò quod est ab omni alteritate absolutum, non habet se aliter quàm ueritas est. Nam non est aliud ueritas, quàm carentia alteritatis: mens autem nostra, & si careat omni sensibili alteritate, non tamen omni alteritate. Videt igitur mens (quæ non caret omni alteritate, saltem mentali) figuras ab omni alteritate absolutas, illas igitur in ueritate intuetur, & non extra se. Nam mentaliter intuetur eas, hoc enim extra ipsam fieri nequit. Mentaliter enim intueri, non est extra mentem: sicut sensus sensibiliter attingendo, non extra sensum, sed in sensu attingit. Mens autem quæ intuetur in se inalterabilẽ, cum sit alterabilis non intuetur inalterabile in alterabilitate sua, nam (ut dicit) impedit ira animum, ne possit cernere uerum: sed intuetur in sua inalterabilitate. Veritas autem est inalterabilitas: ubi igitur mens intuetur quæcunque intuetur, ibi est ueritas eius & omnium quæ intuetur. Veritas igitur

http://www.obrascatolicas.com

igitur in qua mens omnia intuetur, est forma mentis. Vnde in mente est lumen ueritatis, per quod mens est, & in quo intuetur se, & omnia. Sicut in uisu lupi, est lumen per quod est uisus, & in quo lupus uidet omnia quæ uidet. Si lupo ut uenationem facere queat pro uita sua conferuanda, lumen tale Deus concreauit oculis, sine quo nocturno tempore uictum quereret non posset: non deficit Deus naturæ intellectuali, quę ex uenatione ueritatis pascitur, quin lumen illud illi necessarium concreauerit. Sed non intuetur mens ueritatem ipsam per quam intuetur se & omnia: nisi quia est, non quid sit ipsa. Sicut uisus non uidet claritatem illius Solaris lucis, per quam uidet omne uisibile: experitur tamen se sine ipsa non uidere, & sic quia est attingit, sed quid est nequaquam. Neq; quantitatem aliter attingit illius lucis, nisi quia tanta est quòd excedit uirtutem suam, ita de mente. Vnde ueritas in mente, est quasi speculum inuisibile, in quo mens omne uisibile per ipsam intuetur. Specularis autem illa simplicitas tanta est, quòd uim & acutiem mentis excedit: quantò autem uis mentis plus & plus augetur & acuitur, tantò certiùs & clariùs in speculo ueritatis cuncta intuetur. Augetur autem uis illa speculatione, non secus quàm scintilla ardendo inardescit. Et quia capit augmentum de potentia per ipsum lumen ueritatis, plus & plus ponitur in actum: hinc inquam expromitur uis illa, quia nunquàm peruenit ad illũ gradum, quin lumen ueritatis illud non possit ipsam eleuatiùs attrahere. Sic speculatio est mentis delectabilissima & inexhauribilis pascentia, per quam cõtinuè plus intrat in uitam suam gaudiosissimam. Et est speculatio motus mentis de quia est, uersus quid est: sed quoniam quid est distat à quia est per infinitum, hinc motus ille nunquàm cessabit, & est motus summè delectabilis, quia est ad uitam mentis. Et hinc in se habet hic motus quietem, mouendo enim non fatigatur, sed admodum inflammatur. Et quantò uelociùs mouetur: tantò delectabiliùs uehitur per lumen uitæ in uitam suam. Est autem motus mentis, quasi per lineam rectam pariter & circularem. Nam incipit à quia est, seu fide, & pergit ad uidere, seu quid est. Et licet distent quasi per infinitam lineam: tamen motus ille quærit compleri, & in principio reperire finẽ & quid est, scilicet ubi quia est, & fides. Hanc enim coincidentiam quærit, ubi principium motus & finis coincidunt. Et hic motus est circularis. Vnde mens speculatiua, rectissimo motu pergit ad coincidentiam maximè distantium. Configuratur itaq; mensura motus speculatiuæ & Deiformis mentis lineæ, in qua coincidit rectitudo cum circularitate. Requiritur igitur, quòd una sit simplex mensura lineæ rectæ & circularis. Quomodo autem in unitate simplicis mensuræ possint coincidere, & quomodo recta linea & circularis etiam non solùm in Theologicis, sed etiam Mathematicis, libellus ostendit de Mathematicis complementis, qui nos certiores reddit sine hesitatione in Theologicis ad ipsum theologicè, quod in Mathematicis mathematicè affirmandum.

Cap. III.

TRaditur in libello de Mathematicis complementis, ars inueniẽdi peripheriam circularem, quæ rectæ lineæ teneat mensuram: & hæc ars per coincidentiam trium circulorum attingitur. Polygonia enim æqualium laterum, & inscribitur circulo, & circumscribitur circulo: & alia etiam peripheria, circuli circumscripti, alia inscripti, & alia polygoniæ. In circulo uerò non est alius circulus qui ei circumscribitur, nec alius qui ei inscribitur. Vnde tres illi circuli, inscriptus, circumscriptus, & isoperimeter: polygoniæ coincidunt in peripheria, magnitudine, & omnib. alijs circularibus ꝓprietatibus. Et ita sunt tres circuli, quòd unus: & est circulus unitrinus. Nec hoc quouismodo apparere potest, nisi respiciatur ad polygonias: ibi enim duo circuli, scilicet inscriptus & circumscriptus, differentes apparent ad inuicem, & peripheria polygoniæ est maior peripheria circuli inscripti, & minor circũscripti. Tres igitur differẽtes peripheriæ, nos ducunt in notitiã unitrini circuli isoperimetri. Et hæc trinitas quæ est in omnibus polygonijs cum distinctis peripherijs, est in circulo sine omni distinctione magnitudinis, & unus circulus

circulus est per omnia æqualis alteri, & unus non est extra alium. Si sic est in Mathematicis, ueriùs in Theologicis. Vnde non potest coincidentia circularis & rectæ negari per eum, qui intuetur ueritatem esse inalteribilitatem. Sic enim inalterabilitas est ueritas: tunc non recipit nec magis nec minus. Si enim uerum est hoc lignum esse bipedale: tunc necest maius, nec minus. Est igitur ueritas infinitas: solùm enim infinitas nõ potest esse nec maior nec minor. Si igitur circularis peripheria ponitur talis, quòd non potest esse maior, quia magnitudinis eius non est finis: tunc est infinita, & ita circulus est infinitus, cuius peripheria infinita. Non potest igitur esse maior, quia non habet partes. Et quoniam quantò circulus maior, tantò circumferentia rectior: Infiniti igitur circuli peripheria est rectilinealis. Circularis igitur & rectilinealis, coincidũt in infinita. Infinitas igitur rectitudo est siue iustitia absoluta. Si igitur respicimus, qua descriptione constituitur circulus: reperimus punctum prioriter, & ex puncto lineam explicari, & ex puncto linea circulum. In omni igitur circulo centrum, semidiametrum, & circumferentiam reperimus, sine quibus simul, non capimus figuram plus circulum esse quàm non circulum. Quòd si circulus ponitur infinitus: centrum, semidiametrum, & circumferentiam, summam tenere æqualitatem necesse est. Centrum enim infiniti circuli est infinitum. Non enim dici potest, quòd infinitum sit maius centro: id enim quod non potest esse minus ut infinitum & in terminum, non potest dici maius centro. Centrum enim est terminus lineæ semidiametralis, terminus infiniti est infinitus. Centrum igitur circuli infiniti, est infinitum, sic semidiameter eius infinita, & similiter circumferentia. Summa est igitur æqualitas centri, semidiametri, & circumferentiæ circuli infiniti. Et quoniam non possunt plura esse infinita, quia neutrum tunc esset infinitum (implicat enim contradictionem plura esse infinita) erunt centrum, semidiameter, & circumferentia, unum infinitum. Videmus autem ex rectis lineis polygonias constitui: erit igitur hic circulus infinitus, cum quo omnis polygonia coincidit, infinitorum laterum. Et quia etiam polygoniæ uidemus circulos inscriptos & circumscriptos, differentes à peripheria polygonię, & in circulo isoperimetro has tres peripherias coincidere, & circulum inspicimus unitrinum: ita in Theologicis, circulum unitrinum infinitum reperimus, si ad polygonias seu terminatas respicimus creaturas. Est enim circulus unitrinus, in quo centrum est circulus, & semidiameter circulus, & circumferentia circulus, & in hoc est idem qui inscriptus, & scriptus, & circumscriptus. Trinitatem igitur circuli infiniti non deprehenderemus: si solùm infinitatem eius intueremur. Sed dum nos ad lateratas, terminales, & angulares conuertimus figuras, seu formas: unitrinum esse circulum infinitum deprehendimus. Sed summa æqualitas efficit unum esse in alio, & omnium esse unam peripheriam infinitam. Attendendum est diligenter, nos non deueniisse ad ueritatem æqualitatis mensuræ circularis & rectilinealis: nisi quando respicimus circulum isoperimetrum esse unitrinum per coincidentiam differentium, in polygonijs. Sic sine unitrino infinito, non potest ueritas cuiuscunq; rei attingi. Sicut enim circulus mensurat omnem polygoniam, & nec est maior nec minor, quia est circulus unitrinus, in quo omnis differentia polygoniarum coincidit, prout Mathematicè ostenditur: sic & unitrinum infinitum est forma, ueritas, aut mensura omnium quæ non sunt ipsum, & est ipsa æqualitas, quæ est & ueritas omnium: neq; enim est maius neq; minus, quo cunq; dabili uel formabili, sed est equatissima forma omnis formabilis formæ, & actus omnis potentiæ. Qui enim intuetur in ipsum unitrinum infinitum, ascendendo de Mathematicis figuris ad Theologicas per additionem infinitatis ad Mathematicas, & de Theologicis figuris se absoluit, ut infinitum unitrinum tantum mente contempletur: ille quantum sibi cõcessum fuerit, uidet omnia unum complicitè, & unum omnia explicitè. Quòd si ipsum infinitum sine respectu finitorum intuetur: finita nec esse, nec eorum ueritatem, nec mensuram deprehendit. Non potest igitur creatura & creator pariter uideri, si infinitum non affirmatur unitrinum.

Cap.

http://www.obrascatolicas.com

Complementum

Cap. IIII.

QVæſiuerunt ueteres artem æquandi circulum quadrato. Hi præſuppoſuerunt hoc poſsibile fore. Aequalitas autem ſecundùm omnes, in ſe complicat tam circulum quàm quadratum. Adijciamus igitur infinitatem æqualitati: manifeſtũ nobis erit, infinitã æqualitatẽ nulli poſſe eſſe inæqualẽ. Nã nullũ omniũ q̃ dari poſſunt, excedere poteſt infinitã æqualitatẽ, qa ipſa nõ poteſt eſſe minus æqualis & ita nõ erit magis æqualis uni & minus æqualis alteri. Sed eſt neceſſariò ipſa idea, ueritas, ſeu exẽplar, aut mẽſura omniũ: q̃ poſſunt recipere magis & minus. Omne enim quod nõ eſt ipſa infinita æqualitas, p quã ſolũ omnia æqualia æqualia ſunt: eſt uni æqualiùs q̃ alteri. Et data quacunq; æqualitate inter diuerſa, ſemper poteſt dari maior: neq; poteſt ſciri, quòd duo aliqua ſint æqualiora aliis duobus, niſi per menſuram æqualitatis abſolutæ & infinitæ. Menſurat igitur ipſa abſoluta æqualitas omnia tam recta quàm circularia, quæ neceſſariò coincidunt in complicatione eius. Et ſi acutè conſideras, id quod in omni inquiſitione præſupponitur eſt ipſum lumen, quòd etiam ducit ad inquiſitum. Qui enim circuli quæſiuerũt quadraturam, coincidentiã circuli & quadrati in æqualitate præſuppoſuerunt, quæ certè in ſenſibilibus non eſt poſsibilis. Non enim dabile eſt quadratum, quod nõ ſit inæquale omni dabili circulo in materia. Hanc igitur æqualitatem quã præſuppoſuerũt, non uiderunt oculis carneis, ſed mentalibus, & neſciuerunt eam in ratione oſtẽdere: ſed quia ratio non admittit coincidentias oppoſitorum, defecerunt. Coincidentia autem quæri debuit intellectualiter in circulo eo, qui in omni polygonia eſt æqualis, etiam quę cum alia æqualis peripherię, reperitur diuerſa: & ad intentum deueniſſent. Ex quo elicitur, quicquàm non eſſe eo modo actu ſcibile, quo ſciri poteſt, niſi medio intellectus infiniti qui eſt infinita æqualitas, omne diuerſum & differens, et alterum & inæquale, & oppoſitum, & quicquid inæqualitatem nominat antecedens, in quo & per quem ſolum intellectum infinitum, omne intelligibile menſuratur. Et in hoc panditur ſecretum, quomodo inquitens præſupponit id quod inquirit, & nõ præſupponit quia inquirit. Supponit enim omnis ſcire quærens, ſcientiam eſſe, per quam omnis ſciens eſt ſciens: atq; quòd nihil eſt ſcibile, quin actu ſciatur per ſcientiam infinitam: & quòd ſcientia infinita, eſt ueritas, æqualitas, & menſura omnis ſcientię, & quòd ſolùm per illã ſcitur omne quod ſcitur. Qui igitur quærit ſcire, inueſtigatur ab illa arte, ſeu ſcientia infinita. Et ſi in lumine illius artis ſibi immiſſæ in præſuppoſito ambulauerit: ducetur ad quæſitum. Et cum acutiùs attendis, quando infinitas additur termino, ut cum dicitur infinita ſcientia: non aliud agit eius additio ad terminum, quàm remouere terminum, ut id quod ſignificatur per terminatam dictionem ſeu terminum, intueatur mentaliter infinitum ſeu interminatum. Et quando mens ſic intuetur terminatum interminatè, ſeu finitum infinitè: tunc uidet ipſum ſuper omnem oppoſitionem & alteritatem, quæ ſolùm reperiuntur in terminatis, terminatio enim non poteſt eſſe ſine diuerſitate. Et ideò in ipſa uarietas reperit̃, q̃ ſecundũ quod magna & parua exiſtit, nomina, ſortit̃. Si igit̃ tollit̃ terminatio, differẽtia trãſit in cõcordantiã, & inæqualitas in æqualitatẽ, & curuitas in rectitudinẽ, & ignorãtia in ſcitiã, & tenebrę in lucẽ. Et tũc uidetur, quomodo ſublatis terminis pluralitatẽ entium terminatorum reperimus impluraliter, in uno termino ineffabili principio.

Cap. V.

ADhuc aduertas, quomodo polygonia, certo numero angulorum æqualiter à centro diſtantium terminatur, & ſecundùm numerum angulorum, propter quem polygonia dicitur: ſortitur nomen ſeu terminum: uti per terminum trigonum, nominetur figura polygonia trium angulorum, & per tetragonum, figura quatuor angulorum, & ita conſequenter. Quantò autem polygonia æqualium laterum, plurium fuerit angulorum: tantò ſimilior circulo, circulus enim ſi ad polygonias attendas, eſt infinitorum angulorum. Et ſi ad ipſum circulum tantum reſpicis, nullũ angulum in eo reperies, & eſt interminatus, inangularis: & ita

& ita circulus inangularis & interminatus, in ſe complicat omnes angulares terminationes, polygonias datas, & dabiles. Si enim trigonus eſt in tetragono, & tetragonus in pentagono, & ita conſequenter: omnes polygonias datas, & ſemper dabiles eſſe in circulo conſpicis. Attentè igitur conſidera, quomodo circulus infinitus omnem terminatam figuram ſeu formam in ſe complicat, & non ſicut circulus finitus. Nam quia iſte eſt capaciſsimus: in ſe continet minus capaces, quaſi totam partem. Infinitus enim non ſic complicat, ſed ſicut ueritas ſeu æqualitas. Nulla enim creatura habet aliquid omnipotentiæ, ſicut polygonia circuli finiti; cum omnipotentia ſit impartibilis, non recipiens magis nec minus. Circulus autem finitus, quia recipit magis & minus: non poteſt complicare polygonias modo quo omnipotentia omne terminabile: Et ita ex figuris multiangulis, & circulo complicante omnes formabiles polygonias: mens aſcendit ad Theologicas figuras, & intuetur dimiſsis figuris uirtutem infinitam primi principij, & cæterarum complicatarum, & earum differentiam & aſsimilationem ad ipſum ſimplex. Et quoniam trigonus infinitus eſt circulus infinitus, & tetragonus infinitus circulus infinitus, & ita conſequẽter: ſiquidem propterea circulus infinitus eſt forma formarum, & figura figurarum, & eſt idea trigoni, tetragoni, pentagoni, & æqualitas eſſendi trigoni, tetragoni, & ita conſequenter, & quòd ad poſitionem circuli infiniti ſequitur omnes figuras id eſſe quod ſunt. Vide admirabile, dum Mathematicus figurat polygoniam, quomodo reſpicit in exemplar infinitum. Nam dum trigonum depingit quantum, non ad trigonum reſpicit quantum, ſed ad trigonum ſimpliciter abſolutum ab omni quantitate, & qualitate, magnitudine, & multitudine. Vnde quòd quantùm depingit, nõ recipit ab exemplari, nec intendit quantum efficere: ſed quia depingere eum nequit, ut ſenſibilis fiat triangulus quem mente concipit, ideò accidit ei quantitas, ſine qua ſenſibilis fieri nequit. Triangulus igitur ad quem reſpicit, non eſt neq; magnus, neq; paruus, neque terminatus magnitudine uel multitudine: eſt igitur infinitus. Quapropter ille triangulus infinitus qui eſt exemplar, in quo mens figurantis trigonum intuetur: nõ eſt alius ab exemplari illo, in quod reſpicit mens quando depingit tetragonum, uel pentagonum, uel circulum. Circulus enim ille ad quem mens circulum depingẽs ſe conuertit: cum non ſit quantus, non eſt maior nec minor trigono non quanto, ſed eſt ipſa æqualitas eſſendi. Vna igitur infinita eſſendi æqualitas eſt, ad quam reſpicio, quando diuerſas depingo figuras. Creator igitur cum omnia creat, ad ſeipſum conuerſus omnia creat, quia ipſe eſt infinitas illa, quæ eſt eſſendi æqualitas.

Cap. VI.

AMplius ſi conſideras, quomodo circulum depingis. Nam centrum primò ponis punctale, deinde extendis in lineam punctum illum, deinde ſuperducis lineam ſuper puncto. Et ſic ex puncto & linea recta, oritur linea circularis. Si igitur hoc faciendo, ad æqualitatem eſſendi abſolutam reſpicis: tunc in ipſa aliquid tale uides. Nam circulus ille ad quem reſpicis qui ineffabilis eſt, aut omnium figurarum nominibus nominabilis, ſic ſe habet, quòd habet cẽtrum ex quo linea, ex quibus circumferentia: ſed quia eſt infinitus, centrum, linea, & circumferentia ſunt ipſa æqualitas, ut in ſuperioribus tactum eſt. Vnde non fuit prius centrum quàm linea, neq; prius centrum, & linea quàm circumferentia: quia ſi ſic, non eſſet ſumma æqualitas centro, lineæ, & circumferentiæ, neq; una infinita æqualitas. Igitur illa in infinitate, non eſt niſi æternitas. Ab æterno igitur, eſt centrum, linea, & circũferentia: ſed linea eſt explicatio puncti, & circumferentia puncti & lineæ. Centrum igitur in æternitate, eſt æternaliter generans, ſeu explicans de ſua uirtute complicante genitã conſubſtantialẽ lineam, & centrũ cum linea, eſt æternaliter explicãs nexũ, ſeu circumferentiam. Si igitur ſic fœcunditas infinita ſe habet ad quam reſpicit mẽdum circulum depingit, quem ſine tempore & quantitate depingere nequit: ita ſimiliter dum polygoniam æqualium laterum depingere proponit, ut anguli æquè diſtent à centro attendit, ut ſic ex centro & linea, quæ eſt æqualitas diſtantiæ centri ab angu-

http://www.obrascatolicas.com

angulis & circumferentia seu peripheria, polygoniam figuret. Ad fœcunditatem igi tur infinitam respicit, ut efficiat id quod proponit perfectum, & pulchrum, & gratũ, & placitum. Sic creator ipse ad seipsum & infinitam fœcunditatem, respicit fœcun dam essentiam creaturæ, in qua est principium complicatiuum uirtutis, quod est cẽ trum seu entitas creaturæ, quæ complicat in se uirtutem suam. Et explicatur uirtus entis complicita in centro, quasi in educta linea, quæ est uirtus entis ab ente geni ta seu explicata, & ex centro simul & linea, procedit circumferentia seu operatio. Et attende, quomodo centrum est principium paternum, quod in respectu ad crea turas, potest dici entitas: & quomodo linea est ut principium de principio, & ita æ qualitas (principium enim à principio summam tenet principij a quo est, qualita tem) & circumferentia ut unio, seu nexus. Nam ex infinita entitate & eius æqualita te, procedit nexus, nectit enim æqualitatẽ unitati. Et ita creator ut ad seipsum respi cit, e ducit unitatem seu entitatem, seu centrum & formam, seu essendi æqualitatem & nexum utriusq; Effluit autem creatura à creatore meliori mõdo, quo patitur natu re conditio in similitudine creatoris, prout de hoc alibi latiùs conceptum meum qua lemcunq; enodaui.

Cap. VII.

SCitur ex Mathematicis, rectum non dici nisi secundum modum unum. Vna enim linea recta, siue magna, siue parua: non est magis aut minus recta quàm alia. Rectitudo igitur infinita esse concipitur, quia non clauditur quantitate, nec recipit magis & minus. Absoluta igitur rectitudo est infinita, curuitas au tem non potest esse infinita. Quapropter circularis linea circuli infiniti, non potest esse curua, quia infinita: clauditur igitur omnis curuitas terminis magnitudinis suæ. Et non habet curuitas exemplar, nisi rectitudinem. Qui enim depingere uult curuã lineam, respicit mente ad rectam, & cadere facit eam ab illa reflexe. Curuitas autem quæ est infinitæ rectitudini propinquior, est similitudo circularis curuitatis. Infinita enim rectitudo, est ipsa ęternitas: quæ non habet principium, nec medium, nec finem nec quantitatem, nec qualitatem. Circularis autem curuitas, quæ necessariò est quan ta & composita: habet coincidentiam principij & finis, & est necessariò à rectitudi ne infinita, tanquàm à principio suo & ueritate sua. Curuitas enim ex se non est, sed ab illa rectitudine est, quæ eius est mẽsura: rectum enim mensurat curuum. Cadit igi tur circularis curuitas à rectitudine infinita perfectiori modo, quàm non circularis: quia sicut rectitudo caret principio medio & fine, sic in curuitate circulari illa coin cidunt & minimè distant, seu differunt. Vnde plus assimilatur circularis curuitas infi nito, quàm finita rectitudo, ubi principium medium & finis distãt. Rectitudo enim infinita, propter ipsam infinitatem est omnipotens, & creatrix: quare ei similior est circularis curuitas, quia similior infinito, quàm finita rectitudo. Afficimur igitur o mnes mentem habẽtes figura circulari, quæ nobis completa & pulchra apparet, pro pter eius uniformitatem & æqualitatem, & simplicitatem. Et hoc non est ob aliud, nisi quia in ea propinquiùs relucet forma formarum, quàm in quacunque alia figu ra. Attende quantum afficitur mens ad exemplar circuli, ad infinitam formam & pulchritudinem, ad quàm solùm respicit: quando aliqua creatura afficitur, & non aduertit se sic ad creatorem respicere, qui est amor, & delectatio sua? Hæc igitur sit di ligẽtia inquirẽtis Deũ, ut consideret ad quod mẽs respicit, dũ diligit uel afficitur ad p̃ suppositũ se conuertat, ubi reperiet ineffabilem dulcedinẽ amoris. Si enim omne id quod amatur hoc habet ab amore, qui est amabilis absolutus amor: si degustabitur, non derelinquetur.

Cap. VIII.

ESt etiam non prætereundum, quomodo si circulus circumuoluitur super li neam rectam, non tangit eam nisi in puncto: circumferentia enim æqualiter distat à centro: contingens autem recta, non contingit circularem nisi in pun cto. Vnde ex hoc considera istud, tempus quod quasi circulariter reuoluitur, habere

habere figuram propinquam circulo: quia quasi ex circulari motu cœli constituitur, tempus enim est mensura motus. Quando igitur tempus quod gestat similitudinem æternitatis reuoluitur: eo modo reuoluitur, quo reuolueretur circulus super linea re cta infinita. Nõ enim subsistit tempus in se, sed subsistit in reuolutione super linea in finita seu æternitate, ut sit. Ideò tempus de se non subsistit, nec habet ut subsistat, nisi inquantùm puncto æternitatis reuoluitur. Et quia hoc uerum est de omni circulo, si ue paruo, siue magno, scilicet quòd non subsistat aliter quàm in contactu punctali li neæ rectæ seu infinitæ: tunc quælibet creatura quæ sub tempore consideratur, potest assimilari in sua duratione circulo magno aut paruo, qui reuoluitur. Et non habebit qualiscunq; duratio, siue longa siue breuis, plus de æternitate quàm alia: in uno enim Nunc æternitatis, omnes circuli subsistunt, & circũuoluuntur. Et ita attendis, quo modo æternitas est ipsa subsistentia temporis, metrum & mensura omnis durationis, licet sit simplicissima, impartibilis, & tempori incommunicabilis. Et uides impossibi le esse, quòd tempus sit æternũ: licet reuolutiones quasi circulares, propter coinciden tiam principij & finis, nõ uideantur habuisse principiũ. Impossibile est enim circula rem motum cũ sit curuus & reflexus, à se esse: & est à creatore, qui est ipsa rectitudo infinita, & æternitas. Curuitas enim præsupponit suum creatorem, à quo cadens, cur uitas dicitur. Nõ est igitur uerũ, quòd sit precisa reuolutio circularis (ut in docta igno rantia tetigi) aut quòd circularis reuolutio solaris motus, infinities præcesserit: infini tas enim numero reuolutionũ circulariũ cõpetere nequit. Si enim numerare possu mus decẽ reuolutiones præteritas, & centũ, & mille, & omnes: si quis dixerit, nõ om nes esse numerabiles, sed præcessisse infinitas, & dixerit unã futuram reuolutionem in futuro anno, essent igitur tunc infinitæ, & una, quòd est impossibile. Et si uerũ est quòd, solarium reuolutionũ finis erit in undecimo die Martij: uerũ est, solares reuo lutiones habuisse initium, & nõ fuisse æternas nec esse infinitas. Aeternitas enim & infinitas, motui conuenire non possunt, cuius mensura est tempus: sed ei motui tan tũ, cuius mensura est æternitas. Sicut si generationẽ in diuinis, & processionẽ (de qui bus supra) motum infinitæ fœcunditatis nominauerimus, cuius mensura æternitas.

Cap. IX.

NEc te pigeat cõsiderare, quomodo circuli isoperimetri capacitas, omnem omnium polygoniarũ formabiliũ capacitatem excedit, & in se complicat omnẽ capacitatẽ, & est actu capacitas omnis possibilis capacitatis. Quòd si circulus datur, qui sit æqualis peripheriæ cũ polygonia: non tamen pro pterea est æqualis capacitatis, sed semper maioris, & non deserit p̃fectionẽ suam, eti amsi æqualis peripheriæ fuerit. Ex quo uenari poteris, quomodo creator (licet sit sum ma æqualitas, & uera rerũ mensura, nec maior nec minor) nunquã tãtum desinit esse infiniti uigoris. Et habes, quòd perfectio et cõplicatio tantò est maior: quantò forma unior & simplicior. Circulus enim simplicior est omni formabili figura ideò uis capa citatis eius perfectissima inter figuras. Qua propter forma illa quæ ob suam infinitã simplicitatẽ est omnium formarum forma, est infiniti uigoris. Diligentiùs aduerte, quomodo oritur ex puncto linea recta finita, & ex illa figuræ uariæ polygoniæ, & ultimo circularis. Minimæ capacitatis figura est trigona, & maximæ capacitatis cir culus: & cadunt in medio, infinitæ polygoniæ isoperimetræ minoris capacitatis cir culo, & maioris capacitatis trigono. Omnes autem polygoniæ & circulus, ex unico pũcto oriuntur: figura autem est similitudo formæ. Vide igitur, quomodo forma tri gonica quæ est infinita, habet suam uirtutem quæ est capacitas trigoni, & forma tetra gonica suam, & sic consequenter. Ex quo habes, nullam formam sine propria uirtute esse. Et quia ex numero angulorũ numerantur polygoniæ, ut sit trigona quæ tres an gulos, & tetragona quæ quatuor, & sic infinitum: id autem quod non sine discretio ne formæ est, numerus est: numerus igitur forma. Omnis autem numerus ab uno est, in quo cõplicatur: sicut igitur ex puncto fluit linea, ita ex uno numerus. Et quia poly gonia sine linea & numero esse nequit: ideò polygonia est in potentia lineę. Nam de

http://www.obrascatolicas.com

linea recta poteſt fieri trigonus, tetragonus, pentagonus, & ita de reliquis: & non cõſtituitur in actu, niſi linea quæ eſt recta fiat angularis, & iungat extrema, & per numerum formetur. Numerus autẽ non niſi ex mente eſt, qui enim mente caret numerare nequit: cauſa igitur efficiens formæ, mens eſt, Vnde omnis forma, eſt ſimilitudo cõceptus mentalis, infiniti uigoris. Creator igitur duo feciſſe uidetur: ſcilicet prope nihil, punctũ: inter enim punctũ & nihil, non eſt mediũ. Adeò enim prope nihil eſt pũctus, quòd ſi punctũ puncto addas, non plus reſultat quam ſi nihil nihilo addideris: & aliud prope ſe ſcilicet unum, & illa uniuit, ut ſit unus punctus. In illo uno puncto fuit cõplicatio uniuerſi. Vniuerſum igit̃ ſic eductũ, cõcipitur de illo uno pũcto: ſicut ſi de uno puncto educeretur una linea, ut de illa fiat unus trigonus, uel unus tetragonus. Et ultimum, atq; ſimpliciſsimum, ac perfectiſsimum, atq; creatori ſimillimum, circulus. Si enim ſine tribus angulis non poteſt fieri trigonus unus ex linea: coincidit in forma trigoni unitas & trinitas, unitas ſcilicet eſſentiæ, & trinitas angulorum. Et in tetragono unitas & quaternitas: unitas ſcilicet eſſentiæ, & quaternitas angulorum, & ſic conſequenter. In circulo uerò unitas & infinitas: unitas eſſentiæ, & infinitas angulorum, imò ipſa infinitas eſt unitas, circulus enim eſt totus angulus, ſic eſt unus pariter & infinitus, & eſt actus omnium formabiliũ angulorum ex linea. Ex quo elicias, quomodo creator unius uniuerſi, ex uno puncto quẽ creauit, fecit prodire unum uniuerſũ in ſimilitudine, uti mens noſtra uolens figurare, incipit ab uno pũcto, & illũ extẽdit in lineã, deinde illam flectit in angulos ut claudat ſuperficit & facit polygoniã. Et qa in libello cõplementi Mathematici habeẽ, quomodo linea per unã extenſionẽ fit triangulus, & per aliã maiorẽ tetragonus, per maximam circulus: ideó circulus cõpetit perfectiſsimis creaturis ſuo creatori ſimillimis, ut ſunt ſuperneq; mẽtes, nihil enim mente nobiliũs. Mẽs autẽ uidetur ſimilis principio uniuerſi, quaſi unus punctus, qui eductus in unam lineam extenditur, ut fiat alicuius capacitatis, & fiat ut trigonus. Et quoniã mens habet mentalem uitam, & guſtat, ſe extenſam in quandam capacitatem extendit ſe in maiorem tetragonam uel pentagonam, & ita conſequenter. Neq; unquam ſe ita ad talem poterit extendere capacitatem, quin poſsit eſſe capacior: ad circularem igitur capacitatem continuè accedit, quam ſua uirtute nunquam attingit, ſed de gratia creatoris rapitur de angulari capacitate in circularem, ſicut rapiuntur diſcipuli de lectione particularium librorum, ad artem uniuerſalem, atq; magiſterij̃ legendi omnes licros. Qui enim legit particularia ſpcripta, legit quidem, & quodã lumine artis demum perficitur ut fiat magiſter. Et hæc eſt ſimilitudo figuralis conueniens, qua duci poteris, ut uideas differentiam eſſe inter eas mentes, quæ aſſequutæ ſunt perfectionem capacitatis mentalis, per raptum in mundum intelligibilem, & inter eas quæ uenantur capacitatem in ſenſibili mundo ſub ſenſibilibus particularibus ſignis, ſicut de polygonijs & circulo Mathematicè experimur.

Cap. X.

Circulus autem & ſi ſit perfectiſsima figurarum, tamen non poteſt fieri ut æquetur infinitæ rectitudini, quæ eſt infinitus circulus. Nam de recta infinita non poteſt quicquàm fieri, cum ſit actu omnia quæ figurari poſſunt. Vnde illa rectitudo nõ eſt flexibilis, ut ſit aliterq; eſt, nec habet extrema: quare & ſi finita linea recta, gerat infinitæ rectę ſimilitudinem, tamen finita ob ſuam finitatẽ & imperfectionem, habet plurimum de potentia. Et fieri poſſunt ex ea figuræ, uariæ ſuperficies claudentes, licet ipſa nulla ſit actu. Et dum ex ea facta eſt una figura puta trigona, quia extrema ſunt coniuncta: tunc non poteſt fieri alia polygonia ex eadẽ linea, niſi poſtquàm dimiſſa illa figura, reuertitur in linealem rectitudinem. Ex quo habes, quomodo forma & finis coincidunt, ita quòd forma non eſt in potentia ad formam, ut ex una forma fiat alia. Forma enim eſt terminus motus, & actus potentiæ, & non potẽtia, ob hoc ſpecies non tranſmutantur: poteſt tamen una forma eſſe in alia, ut trigonus in tetragono, licet trigonus nunquàm fiat tetragonus. Sed illa forma quę in alia eſt, non eſt forma ſpecifica ſed generica, quoniam non poteſt eſſe niſi una forma

ma ſpecifica unius, ſeu indiuidui. Quare ſtat forma illa, quæ eſt in alia ſicut generalis in ſpecialis: ut ſicut uegetabilis in ſenſibili, & in homine ſenſibilis in rationali. Et ſicut trigonus in tetragono, non nominat tetragonum, ſed tetragonus nominatur à ſua ultima forma, quæ complicat in ſua capacitate trigonalem: ita forma eſt in forma, ſic quòd ultima forma quæ non recipit magis nec minus, & conſiſtit in quodam indiuiſibili, in ſe ſeu ſua capacitate complicat inferiores formas quæ in ea ſunt complicitè, non formaliter ſeu actualiter explicatè. Etiam ſi rectè aduertis, forma eſt terminans rem. Quando enim ex linea poteſt figurari qualiſcunq; polygonia: tunc ſi illam potentiam trigonalis figura terminat, eſt trigonus. Et quoniam trigonus dicit tres angulos, & quælibet polygonia habet angulos: ideò forma ſubſtantialis non denominatur ab angulis, qui ſunt communes omnibus, ſic nec à lateribus, nec à linea quæ eſt peripheria. Nam peripheria latera anguli, ſunt communia omnibus, ſed non numerus angulorum: forma igitur ſubſtantialis polygonię, denominatur à numero, qui eſt ſpecialis. Si igitur ponitur unitas, principium, quia terminat rem, & eſt ſic forma terminans: erit numerus ſubſtantia rei. Et hoc aduertendum, quòd ſi unitas eſt ſubſtantia, ſimiliter & numerus, quia numerus componitur ex unitatibus. Sed ſi res prius ordine naturæ habet eſſe, quòd indiuiſum à ſe, & diuiſum ab alijs, ita quòd forma prioriter dat rem, & conſequenter ad illud ſequitur quòd ſit indiuiſum à ſe, & à quolibet alio diuiſum, ut propter hoc res dicatur una unitate illa quæ eſt principium numeri: tunc numeri non ſunt ſubſtantia rei, & quia ex accidentali principio explicantur. Vnitas autem quę eſt principium, complicat omnium unitatum uigorem, ſic eſt principium terminans ſimul & unum faciens: unum faciendo terminat, & terminando unum facit. Qui igitur in hanc reſpicit coincidentiam, uidet cur in dicendo Pythagorici & Peripatetici differunt, quando Pythagorici numerum dicunt ſubſtantiam, & Peripatetici accidens. Et tu uides ſuper utrãq; aſſertionem coincidentiam in numero, in quo ſimplicitas & compoſitio coincidunt: cum compoſitio eius ſit ex ſeipſo, & ita ſimplicitas, ut de hoc alibi. Supra enim id quod Peripatetici dicũt ſubſtantiam & accidẽs, ubi quidem ens collocant, ibi unum eſt collocandum, quod cõuertitur cum ente. Vnde aliud iudicandum de numero qui ex mente eſt, prout eſt ex unitate in creatæ mentis, & prout eſt ex creata mente. Vnitas enim primi numeri, ſe habet ut forma naturalis: ſecundi, ut forma artis. Forma naturalis eſt ſubſtantialis, quare & numerus illius unitatis. Forma artis eſt accidentalis, quæ eſt figura, quia uenit poſt eſſe rei, quare & unitas eius eſt accidentalis. Vnde cum nominamus unam formam ſubſtantialem, dicimus eam ab unitate, quæ non poteſt eſſe niſi ſubſtantialis. Neq; eſt aliud illa unitas ſubſtantialis formæ, quam ipſa forma. Vnde quãdò illa forma una dat eſſe: tunc eius dare eſſe, eſt terminare, unire, formare. Et quia ſæpe de hoc alibi tetigi in plurib. opuſculis, hoc ſic dixiſſe nunc ſufficiat.

Cap. XI.

Non eſt prætereundum, quòd datæ rectæ poteſt dari circularis æqualis, & non econtrario: nam non poteſt ſciri ſecundum, niſi ſcito primo. Et tunc proportionabiliter (prout in ſæpe dicto libello complementi reperitur) quæſiuerunt ueteres circuli quadraturam, & hæc inquiſitio preſupponit, quòd data circulari linea, poſsit dari recta illi æqualis, & hoc nunquàm reperire potuerunt. Si quæſiuiſſent quadrati circulationem, fortaſsis inueniſſent. Ex quo habes, circulum non menſurari ſed menſurare: ſcilicet æternitatem non eſſe menſurabilem, quia omne menſurabile excedit, ſed menſurat æternitas omnem durationem. Infinitum non eſt menſurabile, quia infinitum eſt interminum. Non igitur poteſt claudi terminis cuiuſcunq; menſuræ, ſed ipſum eſt menſura omnium. Infinitum enim eſt omnium finis & terminus: ſicut abſoluta menſura, non eſt menſurabilis per quãcunq; contractam menſuram. Et quia nulla menſura habet quòd eſt menſura, ſine ea abſoluta: hinc ipſa eſt uera & equatiſsima mẽſura omnis contractę & nominabilis mẽ-

http://www.obrascatolicas.com

ſuræ. Sicut albedo non eſt menſurabilis per quodcunq; album, ſed illa omne album menſurat: cũ omne albũ ab albedine habet quòd eſt albũ. Eſt igitur ex hoc manifeſtũ, Deũ eſſe incompræhenſibilẽ per omnem creaturam, quia omni mente immenſurabilis, maior enim eſt omni capacitate. Sed ſi Deus attingi debet, tũc attingitur non ut attingibilis eſt in ſe, ſed ut eſt attingibilis in attingẽte. & hoc eſt in æqualitate mẽſuræ attingẽtis ipſum. Sic omnes attingũt Deũ ſecũdũ mẽſurã ſuæ capacitatis. Sicut data quacunq; recta finita, datur circularis nec maior nec minor: ut hoc dicimus æquale, quod nec eſt magis nec minus: licet propter hoc non ſit æquale, prout æqualitas conuenit ſubſtantiæ. Vna enim ſubſtantia non eſt magis ſubſtantia quãm alia, quia nõ eſt quãtitas ſubſtantia: hinc ſubſtantia nõ recipit magis nec minus, ſicut quãtitas. Tamẽ ob hoc etiã nõ omnes ſubſtãtiæ ſunt æquales, una em̃ eſt perfectior alia. Collige igit̃, qd̃ ſicut unũ uiſibile per multos uidetur, nõ tamẽ æqualiter, quia duo æqualiter præciſẽ uidere nequeunt (unuſquiſq; enim per propriũ & ſingularẽ angulũ oculi, uiſibile appræhendit, & mẽſurat ipſum, & nõ iudicat uiſibile maius nec minus eſſe, quàm ut oculo ſuo attingit) non tamẽ attingitur per aliquẽ oculũ præciſẽ uiſibile, uti eſt uiſibile: ſic de mente, & eius obiecto ſcilicet ueritate, ſeu Deo. Id enim quod eſt angulus per quẽ uiſus uidet, eſt capacitas per quã mens mẽſurat. Hoc autẽ intereſt, quòd uiſus nõ poteſt immutare angulũ, aut eũ facere maiorẽ uel minorẽ, ut ueriùs & certiùs uideat, quia angulus iſte nõ eſt in uiſu, ſed in organo: ſed capacitas intellectus non eſt in organo (nõ enim adhæret corporali organo ut ſenſus) ſed eſt eius poſsibilitas ſic actuata, quæ poteſt cõtinuè plus & plus actuari. Quaſi ſi pũctus in cuius potentia eſt linea ſine termino, eſſet eductus de potentia, ad actũ, ita qd̃ linea educta eſſet pedalis, & q; mens ſit per ipſam talẽ lineã menſurãs: tũc omnia pedaliter. Quòd ſi adhuc plus extẽderetur fluxus pũcti, ita quòd linea fieret bipedalis: tũc omnia mẽſuraret bipedaliter. Cõtrario modo ſe habet mens, nam uirtus unita eſt maior; quando enim mens cõcipit primò ut quædã cõfuſa mẽſura, quaſi linea incertæ quantitatis quæ eſt uiua, & cõtrahit ſe de incertitudine cõfuſa ad aliquã certitudinẽ, ac ſi linea uerſus pũctum cẽtralem ſe cõtraheret, ut fieret linea quæ pertica dicitur ad mẽſurandos agros, quia cũ illa nõ poſſent ſubtiliores menſuræ attingi, imò omne menſurabile non niſi ſecundũ illã groſſam menſurã attingeretur: ſi tũc linea adhuc magis uerſus centrũ ſeu punctũ ſe cõtraheret ut fieret pedalis, etiã ſubtiliùs & certiùs omne mẽſurabile menſuraret, & ita ſi cõtinuè magis uniretur & ſimpliſicaretur, ſemper uirtus mẽſurãdi augeretur & certioraretur, & plus ad præciſionẽ appropinquaret. Ex quo elicias, mentẽ humanã eſſe eo modo corporis ἐντελέχειαν ſicut uiſus oculi, quia non depẽdet potẽtia eius ab organo, ſed eſt ſicut ignis in potẽtia, qui eductus de potentia per quẽcunq; motũ, intra ſeipſum habet motũ per quẽ cõtinuè plꝰ et plus actuatur. aſsimilatur autẽ ignis intellectui agenti. Id autẽ in quo latet potẽtia, dicit̃ intellectꝰ poſsibilis. Educitur autem intellectus de potentia ad qualẽcunq; actũ, mediante admiratione, quæ ipſum mouet ut quid ſit hoc quod ſenſu percipit inquirat: & ob hoc eſt in corpore, & corpꝰ ei neceſſariũ. Aliter enim ſi in actu eſſet ut mens angelica, nõ eſſet poſitus in corpore. Corpus enim non eſt datum menti, niſi ut excitetur ſenſibili admiratione, & perficiatur. Et ita appræhendis, quòd mens non eſt dependens à corpore, licet ad perfectionẽ ſine corpore peruenire nequeat. Quare nõ corrumpitur mens corrupto corpore, licet deficiat aliquando á perfectione propter corruptionẽ corporis: uiſus autẽ penitus deficit deficiente oculo, ſine quo non uidet. Mens uerò tantò acutiùs menſurat, quantò magis poſita eſt in actu; quantò ſe plus à corpore ſeparat, & organa ſenſuum claudit, & abſoluendo ſe à corpore, ad ſpirituale ſuum eſſe & centrale cõtrahit.

Cap. XII.

ADhuc ſicut circulus omnem polygoniam menſurat, uti æternitas omnem durationẽ: ſic & quies æterna ſeu infinita omnem motum, & unitas obiecti omnem potentiam. Eſt præterea aduertendum, quomodo cum angulis fiunt medio proportionum figurarum tranſmutationes, prout ingenuè traditur in ſæpe dictis complemẽtis. Sic etiam Deus ipſe poteſt uti angulus conſiderari infinitus, medio

medio cuius fit omnium rerum tranſmutatio, ſecũdum proportionem imitatoriam: eſt enim Deꝰ uti angulus maximus pariter & minimus. Eſto enim q; ſit ſemicirculus, & cõcipiatur ſemidiameter orthogonaliter ſtans ſuper diametrũ, faciendo duos rectos angulos moueri ſuper centro cõtinuè uerſus coincidentiã ipſius cum diametro: manifeſtũ eſt, unum angulũ cõtinuè augeri, et aliũ tantum minui. Nunquam autẽ coincidentia ſemidiametri & diameter unus angulus fiet abſolutè maximus, quando maior fieri poſsit, nec alius abſolutè minimus, quãdo minor fieri poſsit: ſed ſi ponaẽ quòd unus angulus ſit ſimpliciter maximus, tũc ille erit etiã ſimpliciter minimus, nec hoc erit antequàm lineæ coincidant. Si ergo reſpicis duo latera reſoluti in unam lineã rectam, uides ei nomen anguli non cõpetere. Ex hoc elicias, quomodo qui aſcendit ad Deum infinitũ, potius uidetur ad nihil accedere quàm ad aliquid, ut etiam diuinus dicit Dionyſius. Et ita uidẽ mirabilẽ Deũ, qui quantò minus uidetur eſſe, tãtò plus eſt: & quantò aliquid de Deo uidetur impoſsibilius, tantò eſt magis neceſſariũ: atq; quomodo infinitum angulũ neceſſe eſt cõplicare oppoſita, maximũ pariter & minimũ: et non poſſe eſſe quantitatem infinitã ſeu maximã ſimpliciter: & quòd infinitũ eſſe, eſt penitus abſolutũ ab omni illo, quod de finito poteſt uerificari. Angulus autẽ ille qui eſt infinitus, propter id foret uera mẽſura omniũ angulorũ, quia nec maior omnibus quia minimus, nec minor quia maximus. Et ideò ſi in potentia Geometræ eſt, medio angulorũ figuras curuas tranſmutare in rectas, & econuersò: tũc in poteſtate Dei eſt, mediante angulo infinito omnia inuicem tranſmutare. Ille autẽ angulus infinitus nõ poteſt eſſe niſi Deus: Deus igitur mediãte ſeipſo, operatur quicquid uult: etiã unum in aliũ tranſmutando. Et non eſt opus ut Deus habeat uarios angulos ad uarias trãſmutationes, ſeu uaria inſtrumenta, ſicut oportet Geometram habere: ſed unico angulo infinito omnia transfert. Et quia angulus ille eſt Deus, eſtq; uoluntas Dei: Deus itaq; angulus ille ſimpliciter maximus, erit Dei uoluntas. Ideò Deus ſola uoluntate omnia transfert & immutat. Præterea docet complementum illud, angulos etiam incommenſurabiles reperire, qui ſe habent ut lineæ incõmenſurabiles: ſicut coſta quadrati eſt incõmenſurabilis diametro. Quoniã ſi ponatur una iſtarũ ut numerus par, alia non poterit eſſe ut numerus par, neq; ut numerus impar. Propterea non omniũ linearum habitudines numerate ualentes, deficimus ſæpe in chordis & ſinibus. Sed quia infinitus numerus complicat in ſe tam parem quàm imparem numerum: ideò medio illius omnia numerantur. Et conſidera, quomodo medietas duplæ, non eſt pꝰ nos numerabilis, & dato quocũq; ꝓpinquo numero, ſemper dabilis eſt propinquior in infinitũ. Infinitus igitur præciſus eſt. Vnde infinitus numerus qui nõ eſt magis par quam impar, & nõ magis numerus q; non numerus, ſed eſt innumerabilis numerus: ille præciſè numerat medietatem duplæ proportionis, & omnia. Sic uides numerũ incõpræhenſibilẽ, et infinitũ & innumerabilẽ, qui eſt maximus pariter & minimus: quẽ nulla ratio attingit, niſi in umbra & caligine, qa eſt improportionabilis ad omnẽ numerum numerabilem. Et quomodo Deus (quia dicitur numerus omnium rerum) ita eſt numerꝰ ſine quãtitate diſcreta, ſicut eſt magnꝰ ſine quãtitate cõtinua. Et eſt idẽ angulus infinitus, qui eſt numerus infinitus, ut ipſe ſimpliciſsimus, ſimpliciſsimè omnia & ſingula numeret, menſuret, & tranſmutet. Et quando hæc ſubtiliſsimè conſideras, bene uides, quomodo Deo (qui eſt maius quam cogitari poteſt, ſcilicet ipſum abſolutè infinitum) penitus nullum nomen competere poteſt. Sicut enim maximo & infinito angulo, nõ poteſt nomen anguli, ſecundum quod angulus ex ſua impoſitione ſignificat, competere, cũ potius ſit non angulus quàm angulus: ita de omnibus uocabulis. Nam omnis impoſitio uocabuli facta eſt, prout uocabulum ſignificat aliquid: id autem quod eſt aliquid, ſcilicet hoc & non illud, eſt finitum & terminatum, & ita nequaquàm infinito cõpetere poteſt. Vnde infinita ſapientia, quæ non eſt niſi ipſa abſoluta infinitas, non eſt magis ſapientia ſi ad uim uocabuli attendimus, q; non ſapientia: ſic & infinita uita, cum non ſit niſi abſoluta infinitas, non eſt magis ſecũdum impoſitionem uocabuli uita, quàm non uita. Videtur enim quando infinitas additur uocabulo, quòd contrahatur à ſua abſoluta infinitate ad rationẽ ſignificandi

http://www.obrascatolicas.com

uocabuli, & hoc non poteſt eſſe: cum infinitas ſit omni ratione incontrahibilis. Et licet nos dicamus Deum ſapientem, & uiuentem, & alia ratione ſit ſapiens, & alia uiuens: tamẽ illa alteritas nominum attributorum, non poteſt uideri in ſimpliciter infinito, licet omnia quæ experimur perfectioni conuenire cauſatorũ, in cauſa eſſe ſimpliciter concipiamus, tamen ibi non poſſunt eſſe alia & alia, ſed omnia quæ ſub diuerſitate quacunq; ſecundum uim uocabuli clauduntur, ex qua ui nos ratiocinamur ſunt ipſa infinitas.

Cap. XIII.

NOn fatigeris iterum atq; iterum attendere, quòd datæ circulari lineæ non poteſt dari recta æqualis, niſi primò reperiatur quomodo rectæ datur æqualis circularis. Et tunc ex proportione circularium, deuenitur ad notitiam rectæ ignotæ, per notam rectam & proportionem circularium. Si igitur ueritatem illam maximam, quæ non poteſt eſſe aliter quàm eſt, nec maior ſcilicet nec minor, menſurare proponis quaſi circularem lineam: non poteris illud efficere, niſi aliquam circularem conſtituas alicuius rectæ datæ menſuram. Poſita igitur recta finita, erit finita circularis eius menſura: poſita igitur circulari infinita, quæ eſt omnium dabilium rectarum menſura, erit eiuſdem circularis menſura, linea recta infinita. Recta autem infinita, & circularis infinita coincidunt, ita quòd circularis infinita eſt recta infinita: coincidit igitur menſura & menſuratum. Non igitur menſuratur infinitum per finitum, inter quæ non cadit proportio, ſed infinitum: eſt ſuiipſius menſura: Deus igitur eſt ſuiipſius menſura, & ante iam patuit, quòd eſt omnium rerum menſura. Deus igitur eſt omnium & ſui menſura. Eſt igitur Deus immenſurabilis & incõprehenſibilis per omnem creaturam, quia ipſe eſt menſura ſuiipſius & omnium: menſuræ autem non eſt menſura, ſicut termini non eſt terminus. Veritas igitur, quæ eſt ipſa rerum menſura, non eſt comprehenſibilis niſi per ſeipſam, & hoc uidetur in coincidentia menſuræ & menſurati. In omnibus enim citra infinitum, differunt menſura & menſuratum ſecundum plus & minus, in Deo uerò coincidunt. Oppoſitorum igitur coincidentia eſt, ut peripheria circuli infiniti: oppoſitorum diſtãtia eſt, ut peripheria polygoniæ finitæ. Eſt igitur in Theologicis figuris complementum eius quod ſciri poteſt, hoc ſcilicet quòd differentia inter infinita, menſuræ & mẽſurati, eſt in Deo æqualitas ſeu coincidentia. Vnde ibi menſurans eſt rectitudo infinita, & circularis infinita, eſt menſurabilis per rectitudinem infinitã, & menſuratio eſt unitas nexus utriuſque. Complementum igitur in Theologicis, eſt aſpicere ad principium, in quo ea quæ oppoſita reperiuntur in finitis, ſunt coincidentia. Non poſſumus aliqua percipere eſſe alba, niſi ſint albedine alba: ſicut nec concipimus aliqua eſſe oppoſita, niſi ſint oppoſitione oppoſita. Oppoſitio igitur eſt oppoſitorum coincidentia & æqualitas. Deum eſſe dicimus oppoſitorũ oppoſitionem, qui eſt omnia in omnibus: & non eſt hoc aliud, niſi ipſum dicere principium complicatiuũ, coincidentiã abſolutam, ſeu infinitam æqualitatem eſſe. Circulationem igitur infinitã rectilíneamus hoc modo, quando circulationem coincidentiam principij & finis cõcipimus, tunc eius figuram rectilinealem concipimus: non lineam inter punctum & punctum, principium & finem, clauſam & terminatam, ſed ab omni termino abſolutam. Talis autem linea, quæ nec habet principium nec medium nec finem, coincidentiam principij medij & finis ex eo menſurat, quia eſt abſoluta æqualitas, in qua non eſt aliud principium, medium, & finis, ſed idem & unum æqualiter. Et ſicut omnia quæ in circulis finitis ſunt, ſeu aliter ſe habentia, ſeu differentia & oppoſita, uti pars orientalis opponitur occidentali, & meridies ſeptentrionali, & qualibet alteri quæ per diametrum ab ea elongatur, & centrum, & ſemidiameter, & circumferentia differunt, & ita de reliquis, coincidunt in æqualitate infiniti circuli: ſic omnia in rectilíneis differenter ſe habentia, coincidunt in æqualitate lineæ rectæ infinitæ. Et quia infinita circularis eſt recta: ideò recta infinita, eſt uera menſura menſurans circularem infinitam. Et ideò ipſa eſt æqualitas ſeu coincidentia omnium, quæ in finito eſſe aliter, differenter, ſeu oppoſitè ſe habere uidentur. Et hoc eſt complementum Theologicum, per quod omne ſcibile Theologicè poteſt attingi: dico omne ſcibile, perfectiſſimo

mo modo quo per hominem in hoc mundo ſciri poteſt.

Cap. XIIII.

OMnia autem hactenus Theologis occulta & ab omnibus inquiſitoribus ignorata, per hanc circulationem quadrati, modo præmiſſo ſciri poterunt, modo quo ſcibilia ſunt homini. Puta cum Deus ὁράω dicatur à uidendo, & quæratur quomodo ſit uidens: reſpondetur eo modo quo menſurans. Nam circulus infinitus, ambit omnes dicẽdi modos, & tota Theologia eſt ut circulus ille, in quo omnia unum. Videre igitur in Deo, non eſt aliud quàm menſurare. Sicut igitur Deus eſt menſura ſuiipſius, & omnium ac ſingulorum: ita uiſio & uidere in Deo idem ſunt. Deum igitur eſſe uiſionem uidentium, eſt uidere omnia. Si quæratur: ſi alio modo ſe habet in uidendo creaturas? Reſpondetur æqualitati infinitæ, quæ eſt rerum mẽſura, non conueñit alteritas, ſed identitas. Se igitur intuendo, intuetur ſimul & omnia creata, nequaquàm differenter, ſe & alia. Et uidendo creata, ſimul & ſe uidet. Creata enim quia creata, non uidentur perfectè, niſi creator uideatur: & effectus perfectè non uidetur quia effectus, niſi & cauſa uideatur. Viſio autem Dei eſt perfectiſſima, & ſe uidẽdo cum ſit cauſa, uidet omnia creata: & cauſata uidendo cum ſint cauſata, uidet & ſe, quia cauſa. Coincidunt in Deo menſurare, & menſurari: quia eſt menſura & menſuratum, ſic uidere & uideri coincidunt. Et ſic uidere ſe & uideri à ſe, & uidere creaturas & uideri à creaturis. Eodem modo ſi quæratur de creatione: creatio enim in Deo eſt uiſio. Videre, creare, intelligere, uelle, menſurare, facere, operari, & quæcunq; talia quæ Deo attribuimus: capienda ſunt ut nomina infiniti circuli. Vnde non eſt magis abſurdum dicere Deum creare ſe & omnia: quam Deum uidere ſe & quòd creare eſt creari in omnibus: ſed uocabula humana cum ſint impoſita finitis rebus, non ſunt apta diuinitati. Sicut enim circularis linea finita, uocatur circularis ad differentiam rectæ finitæ: ita nominamus circularem infinitam ſimiliter circularem, ſed non ſecundùm inſtituentis intentionem nominatur circularis, quia non eſt circularis, quando non differt à recta ita de omnibus: Non oportet igitur ut turberis in ui uocabuli, ſed neceſſe eſt ut coincidentiam, & ſummam æqualitatem, & ſimplicitatem illius circuli reſpicias, ubi omnia uocabula unum ſunt. Et tunc id quod uidetur abſurdum, fit per aliud uocabulum tolerabile: quod quidem aliud uocabulum, quò ad nos aliud, non eſt ibi aliud, ſed realiter ſynonymũ. Et hæc eſt breuis explanatio complementi Theologici, figurati in Mathematicis cõplementis, ad laudem Dei ſemper benedicti. Amen.

Complementi Theologici figurati in Complementis Mathematicis, reuerendiſſimi. P. Nicolai de Cuſa Cardinalis. Finis.

http://www.obrascatolicas.com

REVERENDISSIMO in Christo Patri. D. Anthonio, sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli sancti Chrysogoni presbytero Cardinali: Nicolaus Cardinalis tituli sancti Petri ad uincula, de Mathematica perfectione.

SOllicita est nobilis mens uestra P. Reuerendissime, ut uideat etiam hebetiorum speculationes, & à me aliàs noui aliquid deposcebat. Et quoniam me à palatio pes morbidus excusauit, biduo domi sedens, Mathematicam perfectionem quam mitto conscripsi, quatenus uirtutem coincidentiarum experimento ignotarum hactenus in Theologicis inquisitionibus, commendarem. Omne enim scibile Mathematicum ex ipsa (uti exempla quæ subiungo declarant) attingitur in his obscuris semper perquàm auidè quæsitis, quæ nulli hactenus patuerunt. Quomodo autẽ Mathematica nos ducãt ad penitus absoluta diuina, & æterna: meliùs me nouit doctissima paternitas uestra, qui estis Theologorũ uertex. Quandam etiam meæ considerationis circa speculum & ænigma paruam allegaui scripturam, ubi si R.P.V. modicum uersari dignabitur, subitò uidebit (si uisum mentis rectæ in rerum conieci principium) hæc talia quæ etiam à doctissimis scribi timebantur, quoniam minus aptè panduntur, quàm contemplentur. Non erubui P. V. mittere, cuius iudicio dirigi opto: sciens me non alieno sed patri qui me amat, communicare secreta, quæ mihi preciosiora fortassis uidentur quàm existant, correcturus æstimationem secundùm uestram sententiam, quam istis libellis supplex adscribi deposco.

INtentio est ex oppositorum coincidentia, Mathematicam uenari perfectionem. Et quia perfectio illa plærumque consistit in rectæ curuæque quantitatis adæquatione: propono habitudinem duarum rectarum linearum, se ut chordam ad suum arcum habentium, inuestigare: sciens illa habita, me medium habere curuam quantitatem cum recta adæquandi. Et quoniam ad has inueniendas necesse est, me alicuius chordæ ad arcum habitudinem scire: ut ex illa cognita pergere queam ad artem. Sed quomodo est possibile, me cuiusquàm datæ chordæ ad arcum habitudinem scire: cum inter illas quantitates adeò contrarias fortè non cadat numerabilis habitudo? Necesse erit igitur me recurrere ad usum intellectualem, qui uidet minimam sed nõ assignabilem chordam, cum minimo arcu

arcu coincidere. Nam quantò chorda minor, tantò sagitta adhuc minor: ut d e sagitta chordæ b c, minor est quã g e sagitta chordæ f h, quia b c minor f h, & ita consequenter.



2 Minima igitur chorda, qua minor dari nõ potest, si assignabilis foret non haberet sagittam, & ita etiam non foret minor arcu suo. Coincideret igitur ibi chorda & arcus, si ad minimam quãtitatem in talibus deueniretur. Hoc probè uidet intellectus necessarium, licet sciat, nec arcum nec chordam (cum sint quantitates) esse simpliciter minimas in actu & posse, cum continuum sit semper diuisibile. Ad hauriendam autem scientiam habitudinis, respicio ad intellectualem uisionem, & dico me uidere ubi est chordæ & arcus æqualitas: scilicet in simpliciter minimo utriusq;. Ex hac uisa æqualitate, pergo ad inquirendum intentum medio trianguli orthogonij: & per propositionem quæ sequitur.



3 Si orthogonij latus quo non est maius, ponatur linea prima & semidiameter circuli, & latus quo non est minus, secunda linea & semichorda, & reliquum latus tertia linea, quæ erit semiarcus ad semichordam habitudo: illa erit lineæ æqualis tribus primis lineis ad lineam æqualem duabus primis cum tertia. Vt si orthogonius est a b c, & a c latus quo non est maius prima linea & semidiameter circuli, & b c latus quo non est minus secunda linea & semichorda, & a b latus tertia linea, & h c semiarcus, & d e æqualis tribus lineis a c, & f g æqualis duabus a c cum una a b: dico quòd quæ est habitudo h c ad b c, illa est d e ad f g.

4 Explanatio propositionis. Orthogonius est tantò minor, quantò prima linea tertiã minus excedit. Si igitur posset dari minimus orthogonius, prima tertiã non excederet. Et quia secũda linea foret minima: tũc cũ ponatur semichorda, ipsa nõ foret minor semiarcu secũdũ p̃missa. Maxim9 autẽ orthogoni9 est, quãdo prima excedit tertiã maximẽ. Et hoc erit, quãdo tertia erit ut secũda: q̃a nõ est minor: et tunc secũda est semichorda quadrãtis, et sit ille orthogonius a b c. Dico possibile esse, q̃ aliqua linea addita a c, & eadẽ addatur a b & maior se habeat ad minorẽ, ut h c semiarcus se habet ad b c semichordã:

http://www.obrascatolicas.com





hanc lineam posse dari, quæ addatur ac & a but prefertur; certũ relinquo: cum possit aliqua linea dari, quæ addita ad a c & a b, efficiat lineas maioris habitudinis, quã h c ad b c: & possit dari linea, quę addita efficiat lineas minoris habitudinis quàm h c ad b c, & hoc certũ. Igitur & dari posse eã, quæ addita efficiat lineas nec maioris nec minoris habitudinis: quàm h c ad b c est manifestum: cum non repugnet, lineas rectas se habere ut chorda ad arcum, siue chorda sit arcui commensurabilis: siue incommensurabilis.

5 Constat autem quòd qualiscunq; illa linea fuerit, si in minimo orthogonio etiã additur, propositio uerificatur: cum ibi prima & tertia sic sint, sicut semiarcus & semichorda. Quare qualiscunq; illa linea fuerit quæ additur, ꝓpositio uera manet. Et quia sic est, quòd linea quę additur in maximo orthogonio, est etiam illa quæ additur in minimo: igitur in omnibus intermedijs orthogonijs eadem remanebit.

6 Et hæc est radix huius scientiæ: ex qua sequitur, ꝙ si reperio lineam quã addo in orthogonio cuius b c est semichorda quadrantis, & quã etiam addo ubi b c est semichorda hexagoni, quarum semichordarum, habitudo semiarcuum est ut 3. ad 2. Et si quos hinc inde reperio, teneant habitudinẽ eãdem ad primas orthogoniorum: patet me lineam addendam in omnib. inuenisse, & hoc est indubitatum.

7 Hoc facile sic patet. Possibile est lineam æqualẽ tertiæ, adiunctis duabus primis orthogonij, ad lineam ex prima adiũctis quatuor secũdis, in aliquo loco se habere, ut semichorda ad semiarcũ, hoc certum. Nam datur ubi in minus, ut in maiorib. orthogonijs, & ubi in plus ut in minorib. ut de se patet. Datur igit in aliquo loco, ubi nec in plus nec in minus. Vbicunq; hoc fuerit, oportet per præmissa quòd sit eadem quæ additur ad tertiam, & quæ additur ad primam. Sed quæ additur ad tertiam, est prima bis: igitur quæ additur ad primam, erit similiter prima bis. Et ita erit ubi secunda erit medietas primæ, scilicet semichorda arcus hexagoni, quare addenda est diametrus.

8 Sic poteris & aliter idipsum uidere. Puta, datur ubi prima bis cum secunda bis, se habet ad primam ter, sicut semichorda ad semiarcum, argumentando ut ante. Sed cum una debet esse linea addita ad tertiam & primam, & ad primam additur prima bis, & prima bis additur ad secundam bis: erit secunda bis ut tertia, & quæ additur: erit diameter, & consimilia poteris facere argumenta quot placuerit. Sed propositio dicit, lineam addendam ad a c & ad a b, esse diametrum, siue duplam ad a c quod idem est. Poteris hoc experiri ex iam dicto, scilicet an in omnibus proportionaliter idem eueniat.

9 Sed ut tu uideas utiq; sic esse ut habet propositio, sumas duplicem orthogonium, ut est a b c & a b d, & describe arcum d c continuando etiam a b ad arcum, & sit b e sagitta. Dico possibile esse aliquem triangulum ex orthogonijs compositum sic se habere, quòd si a c & a d continuentur in infinitum, & chorda aliqua quæ sit æquidistans ad d c fiat æqualis ad a c, & a b ut g f: quòd tunc arcus cuius g f chorda erit excedat chordam in b e sagitta, scilicet in tantũ, in quantum a e excedit a b. Hoc quidem in aliquo loco possibile esse negari nequit, puta ubi tres semidiametri minus sagitta sunt triplæ ad chordam, tamẽ siue ibi siue alibi sit, nõ uariat, sufficit quòd in aliquo loco sit possibile.



10 Et hoc si uolueris ut ante probare poteris, quia datur ubi excessus est in minus quam sagitta, & datur ubi in plus, & hæc certa relinquo. Datur igitur ubi nec in plus nec in minus modo præmisso. Vbicunq; autem hoc fuerit, patet a c ad cum a b se habere ad a c ter, sicut chorda ad arcum. Patet quia a c ter cum a c ter minus sagitta, in aliquo loco æquantur chordæ & arcui simul, & hoc certum. Aut igitur ibi ubi arcus excedit chordam in dicta sagitta, & habetur propositum aut citra, uel ultra. Si citra, tunc cũ arcus chordam minus excedat quam in dicta sagitta, ideò chorda erit maior, quam ubi arcus excedit chordam in dicta sagitta, quod est impossibile, scilicet minorem arcum, habere maiorem chordam. Sic si diceretur quòd ultra, oporteret maiorem arcum habere minorem chordam. Quare linea ad a c & a b addenda, est a c bis seu diameter circuli.

11 Cur autem sit diameter eiusdem circuli, fortè poteris dicere, quòd cũ linea addenda sit alicuius circuli diameter: non dicetur quòd sit maioris circuli diameter, quia tunc non haberet ueritatem in maximo circulo, quo actu non est maior. Nec potest dici quòd sit minoris, quia in minimo circulo actu non haberet ueritatem, & ita in nullo: cum id quod de circulo ut circulus dicitur, omnibus conuenire necesse sit. Et si omnibus non conuenit, tunc nulli: siue tamen illa siue alia sit ratio, non refert: sic patet propositionis intellectus.

12 Adiiciam aliam eiusdem lineæ addendæ ostensionem. Dabilis est linea cuius a c est pars aliquota, quæ ad lineam quã excedit in quãtitate qua a c ex-

http://www.obrascatolicas.com

a c excedit a b, se habet in maiori habitudine quàm h c ad b c: uti est linea ad a c dupla. Et dabilis est linea cuius a c est pars aliquota, quæ ad lineam quam excedit in quantitate qua a c excedit a b, habet minorem habitudinem quàm h c ad b c: uti est quadrupla ad a c. Et hæc uerissima. Quare dabilis est linea cuius a c est pars aliquota, quæ ad lineam quam excedit in quantitate qua a c excedit a b, se habet in habitudine qua h c ad b c. Et hæc cum sit necessariò maior dupla, & minor quadrupla, erit tripla ad a c: quare addenda ad a c, erit dupla ad ipsam seu diameter.



13 Vt autem in numeris tu uideas illa uera, quæ de dupla & quadrupla ad a c dixi: ponas secundùm propinquitatem Archimedis a c esse 7. & a b quasi 5. & sit b c ut in quadrante ei æqualis etiam 5. erit h c quinq; cum dimidio, secundùm propinquitatem positionis, quòd semicirculus sit a c ter cum una septima scilicet quasi 22. Et ita habitudo h c ad b c, erit quasi 5. cũ dimidio ad 5. siue 11. ad 10. & excessus a c super a b, quasi duo. Vnũ patet quòd dupla ad a c scilicet 14. se habet ad minorẽ ea in quãtitate excessus qua a b excedit a b, scilicet qui est quasi duo puta 12. in maiori habitudine quàm 11. ad 10. Et quatera c scilicet 28. ad minorem ea in duobus scilicet 26. in minori habitudine est q̃ 11. ad 10. Ideò linea cuius a c debet esse pars aliquota, debet esse maior dupla, & minor quadrupla. Erit igitur tripla, cũ sola sit media, cuius a c est pars aliquota. Causa autem cur procedit argumentatio, q; linea quæ quæritur debet esse a c pars aliquota est ista: quia cum debeat esse una in omnibus orthogonijs, tunc necesse est quòd respiciata c, quæ etiã est una in omnibus, & nõ a b uel b c quæ semper uariantur. Possent alij innumerabiles ostensionis propositionis adduci, sed isti sunt fundamentales sufficientes.

a a a

c bis: minus sagitta

14 Multa hic propalantur, quoniam uides quomodo id quod uerificatur de maximo & minimo, uerificatur de medijs. Et quòd ille qui uidet maximum coincidere cum minimo, quoniam maximum pariter & minimum: ille in ipso uidet omnia. Et praxim habes uenandi scientiam incommensurationis contrariorum, quæ incommensurabilia uidentur. Hæc mihi magna & prius intacta uidentur. Archimedes etenim, qui per helicam uoluit rectam circumferentiæ circuli commensurare, nihil de arte tetigit, nec id inuenit in dicto particulari q; quæsiuit: peccauit enim præsupponens quod quæsiuit. Elica enim siue spiralis linea, sine motu duorũ pũctorũ, quorũ motuũ habitudo est ut semidiameter ad circũferẽtiã circuli, describi negt.

c ter: minus sagitta

c quater: minus sagitta

Id igitur

igitur suppositum dum de helica loqueretur quod quæsiuit. Sed hæc sic sint, redeamus ad institutũ, ex fœcũditate propositionis aliqua eliciamus corolaria, ut pari modo innumeralia his datis queant explicari.

Annotationes Omnisancti.

1 Intentio est ex oppositorum coincidentia, Mathematicam uenari perfectionem, &c.

¶ Oppositа illa sunt arcus & chorda, & per eorum coincidentiam, Mathematicam uenari uult perfectionem. Et hæc perfectio consistit in inuentione duarum rectarũ sese habentium ut chorda ad suum arcũ. Cum enim duæ lineæ ad inuicem aut longitudine aut potestate sunt cõmensurabiles, inter eas cadit numerabilis habitudo, aut longitudinis aut potestatis. Potestas lineæ dicitur quadratus lineæ, siue quadratus cuius ipsa est costa. Si uerò inter se sint potestate incõmensurabiles, inter eas non cadit numerabilis habitudo: ut medium proportionale inter costam quadrati & diametrũ, est ad latus quadrati & ad diametrum incõmensurabile potestate. Ideò inter ipsum medium & costam aut diametrum quadrati, nõ cadit numerabilis habitudo. Similiter inter diametrum & costã, non cadit numerabilis habitudo longitudinis, cũ sint inuicẽ longitudine incommensurabiles: bene tamen cadit numerabilis habitudo potestatis, est enim habitudo diametri ad costam, dupla potestate. Sagitta chordæ dicitur recta, quæ cadit inter chordam & arcum, secans chordã & arcum in duo æqua. Et quia quãtò minor est chorda, tãtò minus ab arcu excedit, fitq; chorda arcui similior: ideò quantò minor est chorda: tantò ad arcum maiorem seruat proportionem. Econuersò arcus ad chordam minorem, ut demonstratum est in annotationibus Geometricarum transmutationum: circa principium. Quomodo minima chorda cum minimo arcu coincidat statim dicetur.

2 Minima igitur chorda, qua minor dari nõ posset, si assignabilis foret.

¶ Ratio autẽ cur arcus sua chorda maior dicitur, est sagitta. Ratione sagittæ, describitibilis est intra lunulam triãgulus, cuius maius latus est chorda. Ideò omnis arcus sua chorda maior est, ut demonstratum est in annotationibus Geometricarum transmutationum: ubi etiam dictum est, quòd quantò chorda minor, tantò habitudo arcus ad chordam minor, eò quòd arcus minus chordam excedit. Minima igitur habitudo arcus ad chordam, erit habitudo minimi arcus ad minimam chordam. Vnde in simplici termino arcu & minima chorda, uidet intellectus arcus & chordæ æqualitatẽ: eò quòd ibi chorda sagitta careat, & sic non est minor suo arcu.

3 Si orthogonij latus quo non est maius, ponatur linea prima, &c.

¶ Cũ recta à centro circuli per medietatem chordæ ducitur ad arcum, diuidit arcũ in duo æqua. Vt sit descriptus semicirculus a b c, sit d centrũ, traho e f chordã, et traho d g b per medietatẽ chordæ: erit e b arcus æqualis arcui b f. Nã ex 3. tertij Euclidis, erũt d g e & d g f orthogonij, & æquales per 4. primi Euclidis. Ideò angulus e d b, æqualis erit angulo b d f: & ex consequẽti per ultimã sexti Euclidis, erit e b arcus æqualis arcui b f. Ex hoc constat quid sit semiarcus, cuius semichorda est secũda orthogonij, & quomodo d e prima sit semidiameter circuli, arcus cuius e g secũda est semichorda. Rursus cũ ꝓpositio dicat habitudinẽ semiarcus e b ad semichordã e g esse, ut d e ter add e bis cũ d g: erit pariter arcus e b f ad chordã e f habitudo, ut ter d e ad bis d e cũ dg. Nã quæ habitudo semiarcus ad semichordã, eadẽ erit arcus ad suã chordã,



per

per 13. Euclidis: quo fit ut habitudo cuiuslibet arcus ad ſuam chordam, eadē denominatione ſit. Erit enim ut tres ſemidiametri ad tres ſemidiametros minus ſagitta.

4 Explanatio propoſitionis. Orthogonius eſt tantò minor, quantò prima, &c.



¶ Textus de ſe planus eſt. Sint deſcripti iſti duo orthogonij a b c & a d e, quorum primæ ſint æquales: erit a d e orthogonius, minor orthogonio a b c, quia eius ſecunda ſcilicet d e, eſt minor ſecunda alterius ſcilicet b c. Quantò igitur ſecunda orthogonij minor: tantò orthogonius minor. Vt ſi a e continuè a fixo moueatur uerſus h, continuè fient minores orthogonij: eò quòd continuè ſemiarcus minores, & ex conſequenti ſemichordæ, quæ ſunt ſecūdæ orthogoniorum. Cum uerò fuerit una cum a h: tunc peruentum erit ad minimum ſemiarcum, minimam ſemichordā, & ad minimum orthogonium, quia minima erit ſecunda. Et ab iſto minimo orthogonio elicitur maximus In minimo quippe ſecunda eſt minima, & prima minimę excedit tertiam In maximo ſecunda quęſit b c, maxima eſt ſecunda, quia maior eſſe non poteſt. Si enim maior eſſet, non eſſet trium linearum minima, quia tertia minor eſſet, quæ non poſſet eſſe ſemichorda, quod per hypotheſim requiritur. Etiam maximus dicitur, quia prima maximę tertiam excedit: excedit enim eam in tātum, quòd ſi plus excederet, tunc minimum latus non eſſet ſemichorda. quod requiritur Ideò in maiori arcu quadrantis, non poſſunt hi orthogonij inueniri: eò quòd minimum latus, nō poteſt eſſe ſemichorda. Ex his elicitur, quomodo habitudo primæ minimi orthogonij ad tertiam, eſt æqualis habitudini minimi ſemiarcus ad minimā ſemichordam. Nam ſi aſsignabiles forent ex præmiſsis, eſſet ubiq; eadem habitudo. Quemadmodum enim eſſet minimus ſemiarcus æqualis minimæ ſemichordæ, ita prima minimi orthogonij, æqualis eſſet tertiæ.

5 Conſtat autē quòd qualiſcunq; illa linea fuerit, ſi in minimo orthogonio, &c.



¶ Sit deſcriptus quadrans a f g, & ſint in eo deſcripti duo orthogonij a b c ſcilicet & a d e. Per propoſitionem ſub nota ternarij (quæ artis propoſitio eſt) dictum eſt, habitudinē ſemiarchi ad ſemichordā, æqualē eſſe habitudini lineæ æqualis trib. primis lineis ad lineā equalem duab. primis cū una tertia. Sit igitur a l æqualis a c bis, erit f l ut tertia a c, & b l erit ut bis a c cum a b: quare per propoſitionem artis, habitudo f c ſemiarcus ad b c ſemichordam, erit ut f l ad b l. Similiter f l ad d l, eſt ut tertia a e (quæ eſt prima orthogonij a d e) ad bis a e cum a d: quare per propoſitionem artis, habitudo f e ſemiarcus ad d e ſemichordam erit, ut f l ad d l. Ex qua propoſitione duo pendent, quæ uult de Cuſa ex ſequentibus demonſtrare. Primum eſt quòd addenda in omnibus orthogonijs, quorum minima linea eſt ſemichorda, & quorum primæ ſunt æquales: eſt eadem. Nam quotquot deſcripſeris orthogonios in quadrante, quorum minima linea ſit ſemichorda (de his ſolùm intelligitur) addenda ad primā & tertiam, erit a l. Secundum, quòd addenda eſt ut prima bis ſiue diametrus circuli, cuius arcus habens pro ſemichorda ſecundam orthogonij, eſt eiuſdem circularitatis: hoc eſt, circulus & arcus eandem lineam habent deſcriptionis, ſcilicet primam orthogonij, quæ ſemidiametrus dicitur. Primum per præſentem textum demoſtrat ſic. Conſtat autem quòd qualiſcunquè illa linea, fuerit (ſubaudi

(ſubaudi quæ additur in maximo orthogonio) ſi in minimo etiā additur, propoſitio uerificatur. Rationem ſubiungit dicens: cū ibi prima & tertia ſcilicet in minimo orthogonio, ſic ſint, ſicut ſemiarcus & ſemichorda. Nam (ut dictū eſt) eandē ſeruat proportionē minimus ſemiarcus ad minimā ſemichordā, et prima minimi orthogonij ad tertiam: quare qualiſcunq; illa linea fuerit, quæ additur in maximo orthogonio, propoſitio uera remanet. Et quia ſic eſt (ut inquit) quòd linea quæ additur in maximo orthogonio, eſt etiam illa quæ additur in minimo orthogonio: igitur & in omnibus intermedijs orthogonijs, eadem remanebit. Manifeſtum eſt, quòd illa quæ additur in maximo orthogonio illa eſt, quæ additur in minimo. Nam cum habitudo primæ minimi orthogonij ad tertiam, & minimi ſemiarcus ad ſemichordam ſit æqualitatis: erunt proportiones æquales, ut dictum eſt. Ideò quæcūq; addetur primæ & tertiæ minimi orthogonij, nulla ratione immutabit habitudinem primæ ad tertiam (quia ſemper æquales) nec pariter habitudinem minimi ſemiarcus ad minimam ſemichordam. Et ex conſequenti conſtat, quomodo infinitæ lineę diuerſæ, ad primam & tertiā minimi orthogonij addi poſſunt: quæ licet diuerſæ ſint longitudinis, nulla ratione habitudinem minimi ſemiarcus ad minimam ſemichordam immutari poterunt, ſed protinus eadem reſultabit habitudo. Patet: nam una eſt una linea, quæ additur primæ & tertiæ: igitur per communem ſcientiam, quia æqualib. æqualia adduntur, fient rurſus æqualia. Verum igitur conſtat, quòd quæ additur in maximo, illa ſit quæ in minimo additur orthogonio. At cū illa quæ additur in maximo orthogonio, ſola nō ſit quæ in minimo additur orthogonio (infinitæ enim) ut diximus (diuerſæ longitudines in minimo addi poſſunt) hæſitari igitur poteſt, an quæ in maximo additur orthogonio, in intermedijs orthogonijs eadē remaneat. Si enim quæ additur in maximo, ſola poſſet addi & in minimo: nihil hæſitationis haberet propoſitio. Nam non potuiſſet tūc in intermedijs addi maior quam in maximo, nec minor quàm in minimo: & ideò neceſſariò eadem eſſet in omnibus intermedijs, aliter implicatio ſequeretur contradictionis. Nihilominus ſic ſupponit de Cuſa Ex his pendet, quomodo addenda (ſecundū ſuppoſitionem) in omnibus orthonijs, ſemper ad primas eadem tenebit habitudinem in uno orthogonio, quā, in alio: Si enim orthogonij æquales habuerint primas, quæ addetur omnibus his orthogonijs: una erit & eadem, quòd ſi diuerſas primas habuerint, tunc addendæ diuerſæ longitudine erunt, tamen ad primas ſuorū orthogoniorum, eandem tenebunt habitudinem. Hoc facile ſic patet. Sumatur orthogonius quadrati a b c, & alius cuius latera ſint maiora, & ſint inuicem ſimiles. Manifeſtum eſt, quia in orthogonio quadrati addenda eſt prima bis: erit in orthogonio a b c addenda a l, & addenda in alio maior erit maior a l. Tamē hæ addēdæ, etſi diuerſæ ſint lōgitudinis, ad ſuas primas eandē ſeruant habitudinē, ſcilicet longitudine duplā.



6 Et hæc eſt radix huius ſcientię, ex qua ſequitur quòd ſi reperio lineam.

¶ Repetitio b c in litera, non debet ſumi de eadem linea: quòd apertè demonſtratur cū dicitur, ſemiarcus ſemichordarū tenere habitudinē ut 3. ad 2. Sed b c ut eſt ſecūda orthogonij quadrati: maior eſt b c quæ eſt ſecūda orthogonij hexagoni (cū primæ fuerit æquales) ut hic orthogonius a b c in quadrante, cuius b c æqualis eſt a b quadrati, & orthogonius a b c cuiꝰ b c eſt medietas a c, eſt hexagoni. Vnde h c ſemiarcus maior, ad h c ſemiarcū minorē ſe habet, ut 3. ad 2. lōgitudine. Nā maior ſemiarcꝰ, eſt circūferētię circuli pars octaua: et minor, pars 12. Modo 1. octaua ad 1. duodecimā ſe habet, ut 3. ad 2. ut in 24. uideri poteſt, nā 3. uigeſimæquartæ faciunt 1. octauā, & 2. uigeſimæquartæ faciunt 1. duo-

1. duodecimã. Sicut igitur 3. uigeſimæ quartę ad 2. uigeſimas quartas, ita 1. octaua ad 1. duodecimam: ſimiliter hc maior ſemiarcus, ad h c minorem ſemiarcum longitudine.

Aduertendum eſt, cum de Cuſa duarum linearũ habitudinem proponit ſimpliciter, & ſine addito: tunc habitudo illa longitudinem linearum reſpicit. Nam cum habitudo reſpicit potentias linearum, ponit habitudinem potentiæ lineæ ad potentiam alterius, ut prius dictum eſt. Repetitio igitur b c non eſt eiuſdem lineæ. Dicit conſequenter, quòd ſi reperiatur addenda in orthogonio quadrati a b c, cuius b c eſt ſemichorda quadrantis, & ponatur addenda a f, ita quòd h f ad a f cũ a b tertia orthogonij quadrati ſit, ſicut h c ſemiarcus quadrantis ad b c ſemichordam, & ſimiliter ſi reperiatur addenda in orthogonio a b c hexagoni, cuius b c eſt ſemichorda arcus hexagoni, & quæ reperiuntur hincinde ſi teneant eandem habitudinem ad primas ſuorum orthogoniorum: inuenta erit linea addenda in omnibus orthogonijs. Neceſſe enim erit, ut eandem habitudinem ad primas ſeruent, ſi addenda eadem debeat eſſe (ut ſupponit) in omnibus.



7 Hoc facile ſic patet. Poſsibile eſt lineam æqualem tertiæ, adiunctis duabus primis orthogonij ſecundis, in aliquo loco ſe habere ut &c.

¶ Poſtquam ſuo modo de Cuſa monſtrauit, lineam addendam in omnibus orthogonijs eandem eſſe, quia eadem eſt quæ in maximo & minimo: iam uult demonſtrare ſecundum, ſcilicet quòd ipſa addenda ſit prima bis, ſiue dupla longitudine ad primam, uel diametrus circuli. quod idem eſt. Et primo in orthogonio hexagoni. Dicit igitur: Poſsibile eſt lineam æqualem tertiæ, adiunctis duabus primis orthogonij, ad lineam ex prima adiunctis quatuor ſecundis, in aliquo loco ſe habere ut ſemichorda ad ſemiarcum. Orthogonius hic erit hexagoni: cũ prima orthogonij hexagoni ad ſecundam, longitudine dupla ſit, ut dictum eſt. Et ideò ſubiungit de Cuſa dicens, & ita erit ubi ſecunda erit medietas primæ. Sit igitur deſcriptus quadrãs a h i, & in ipſo orthogonij ad equadrati, & a b c hexagoni, & tertius a f g minimus trium. Addo ad a b tertiam orthogonij hexagoni duas primas, quæ ſint a l: & ad primam ſcilicet a c uel a h (quod idem eſt) addo quatuor ſecundas, ſcilicet quater b c, quæ facient æqualem a l. Nam bis b c facit æqualem a c, ſicq; quater b c faciet bis a c, ſiue a l. Dicit de Cuſa b l ad h l ſe habere in aliquo loco ut ſemichorda ad ſemiarcum. Nam datur ubi in minus, ut in maioribus orthogonij eò quòd maiores orthogonijs maiorem habent ſecundam: & ſic habitudo ſemichordæ ad ſemiarcum, minor continuè fieri poteſt habitudine b c ad h c: in qua habitudine intendit demonſtrare eſſe b l ad h l. Eſt enim h e ad h g longè in minori habitudine, quam b c ad h c, quia d e longè maior quam b c. Et dictum eſt in de Geometricis tranſmutationibus, quòd quantò chorda maior: tantò minorem ad ſuum arcum ſeruat proportionem. Tranſeat igitur quòd aliqua ſemichorda ad ſemiarcum minorem ſeruet proportionem, quàm b l ad h l. Sequitur.

¶ Et datur etiam ubi in plus: hoc eſt, ubi ſemichorda ad ſemiarcum maiorem ſeruat proportionem, quàm b l ad h l, uti in minoribus orthogonijs: eò quòd minorem habebunt ſecundam, quæ ſunt ſemichordæ. Et quantò chorda minor, tantò ad ſuum arcum maiorem ſeruat proportionem: ut quia f g minor eſt b c, ideò f g ad h g maiorem ſeruat proportionem quàm b c ad h c, per præmiſſa. Tranſeat turſus quòd aliqua ſemichorda ad ſemiarcum maiorẽ ſeruet proportionem, quàm b l ad h l. Sequitur.

¶ Igitur in aliquo loco datur ubi nec in plus nec minus: hoc eſt dabilis eſt ſemichorda quæ

quæ ad ſemiarcum nec minorem nec maiorẽ ſeruet proportionem, quàm b l ad h l. Tranſeat ſimiliter. Sequitur.

¶ Vbicunq; hoc fuerit, oportet quòd ſit eadem quæ additur ad tertiã, & quæ additur ad primam, ſcilicet ad a b & ad a c. Sequitur. Sed quæ additur ad tertiã eſt prima bis: igitur quę additur ad primam, erit prima bis. Hoc etiam uerũ. Non enim poteſt addi maior nec minor a l ad a b & a c, ut ſint habitudinis b l ad h l. Sed adhuc non ſufficit ad intentum cõcludendum, nam licet dabilis ſit orthogonius in quadrante a i h, cuius ſecunda pro ſemichorda poſita ſe habeat ad ſemiarcum ſicut b l ad h l: neceſſe eſt probare, quòd ſit a b c. Nam ſi in paulò maiore orthogonio a b c, detur nec plus nec minus b l ad h l, hoc eſt cuius ſecunda ſiue ſemichorda ad ſemiarcũ ſit, ut b l ad h l: tunc b l ad h l minorem ſeruabit proportionem quàm b c ad h c. Itidem ſi in paulò minore a b c detur nec plus nec minus, tunc b l ad h l maiorem ſeruabit proportionem quàm b c ad h c. Videtur igitur non ſatisfacere ad inferendum, lineam addendam in orthogonio a b c ad habendam habitudinem b c ad h c, eſſe a l ſiue primam bis: quanquàm b l & h l in aliquo loco ſe habeat, ut ſemichorda ad ſemiarcum, aut quanquàm dabilis ſit ſemichorda in quadrante a i h, quæ ad ſemiarcum ſe habeat ut b l ad h l. Non tamen ex præmiſsis poteſt inferri eſſe b c.



8 Sic poteris & aliter id ipſum uidere. Puta datur ubi prima bis cũ ſecunda bis, ſe habet ad primam ter, ſicut ſemichorda ad ſemiarcum, argumentando ut ante.

¶ Reſumatur figura ultima, & in quadrante deſcribo orthogonium a o n, ſitq; n o medietas de a o: tunc o l ad h l erit, ut prima bis in a l, cum ſecunda bis in a o (quæ eſt bis o n) ad primam ter. Et ideò o l ad h l eſt, tanquam prima bis cum tertia ad primam ter. Vult eodem modo (ut ante) probari poſſe o l & h l, in aliquo loco ſe habere uti ſemichorda ad ſemiarcum, quia datur ubi in minus, uti in maioribus orthogonijs, & ubi in plus, uti in minoribus: quare datur ubi nec in plus nec in minus. Sed ut prius dictum eſt, neceſſe eſt demonſtrare, quòd nec plus nec minus datur in orthogonio a o n, ad concludendum intentum.

9 Sed ut tu uidcas utiq; eſſe ut habet propoſitio.



¶ Sint orthogonij a b c & a b d hexagoni & æquales: erit triangulus a d c æquilaterus. Nam a c dupla eſt longitudine ad b c, ſimiliter ad add b: quare per 13. quinti Euclidis, a c & a d ad d c, erit longitudine dupla. Et cum a c & a d ſint æquales: erit d c æqualis cuilibet ipſarum, & inuicem erunt pariter æquales. Rurſus ex a d arcum d c c deſcribo, qui hexagoni erit, continuo a b uſq; arcum: erit b e ſagitta. Continuo a d & a c, faciendo eas indefinitæ quantitatis ſigno in ipſis æqualem a c: et ſint c s & d p. Deinde ſigno ultra a p & a s æqualem a b, & ſint s g & p f, trahoq; f g: erit triangulus a f g ſimilis triangulo a d c, quia æquiangulus: ſunt enim per ſecundam partem 29. primi Euclidis, iſti duo anguli f g a & b c a

http://www.obrascatolicas.com

æquales, cum f g sit æquidistans ad b c: Similiter isti duo anguli sunt æquales g f a & b d a, per eandem 29. primi Euclidis: erit igitur a f g: triangulus æquilaterus, & ex cõ sequenti erit f g æqualis a c a d & a b simul, sicut est a g uel a f. Describo ex a f arcum f l g, qui erit arcus hexagoni, sicut d e c (cum æquales capiant angulos) ideò similes erunt, per definitionem similium arcuũ. Sicut igitur d e b ad b c: ita f l g ad f g, ut prius monstratum est. Rursus signo post a f & a g æqualem b e sagittæ, & sint g i & f h, tracho h i: erit ut prius a h i triangulus æquilaterus. Vnde sicut a i ad a g se habet: ut a c ter ad a c terminus b e sagitta: ita h i ad f g. Dicit igitur de Cusa, f l g arcum excedere f g chordam, in b e sagitta. Quòd si ita sit: erit h i æqualis arcui f l g, cum h i excedat f g, in quo a i excedit a g scilicet in g i quæ est æqualis b e sagittæ. Et illud in uim propositionis artis dicit: quæ dicit a c ter (ut est a i) ad a c bis cum a b (ut est a g) se habere, uti e c semiarcum ad b c semichordam. Et sicut e c ad b c, ita e d ad b d: quare per 13. quinti Euclidis, d e c ad d c erit, sicut e c ad b c, & ex consequenti sicut a i ad a g. Rursus sicut d e c ad d c, ita f l g ad f g: quare per 11. quinti Euclidis, sicut h i ad f g, ita f l g ad f g, cum sint proportiones uni æquales, scilicet d e c ad d c. Et quia f l g ad f g est, sicut h i ad f g: erit f l g æqualis h i, per 9. quinti Euclidis. Sequitur.



¶ Hoc quidem in aliquo possibile esse negari nequit: scilicet arcum aliquem excedere f g chordam in b e sagitta. Hoc est certum. Sequitur.

¶ Puta ubi tres semidiametri minus sagitta, sunt triplæ ad chordam. Si hoc ita sit, tunc f l g arcus erit: nam a h, a i, & a k: sunt tres semidiametri minus sagitta sicut sunt a d, a c, & a b, & sunt triplæ ad f g chordam, quod sic patet: nam a k i & a b c orthogonij sunt equianguli, ut satis monstratum est: igitur per 4. sexti Euclidis, sicut a i ad a c, ita a k ad a b. Sed a i ad a c est tripla longitudine: erit igitur a k ad a b etiam tripla longitudine, similiter a h ad a d est tripla longitudine. Quare per 13. quinti Euclidis a h a i, & a k simul, triplæ sunt ad a d a c & a b simul. Sed f g æqualis est a d a c & a b simul (ut dictum est) Igitur a h, a i & a k simul: triplæ erunt ad f g chordam. Sequitur.

¶ Tamen siue ibi siue alibi non uariat: sufficit quòd in aliquo loco sit possibile. Si enim alibi quàm hic (puta in f l g) hoc erit, quia f l g est maior aut minor h i. Quòd si maior uel minor, tunc non erit arcus hexagoni, cuius f g chorda erit, & sic f l g arcus hexagoni ad f g chordam aliam habitudinem seruabit, aut maiorem aut minorem quàm h i ad f g: & ex consequenti, d e c ad d c, sicq; de Cusa à suo decideret proposito. Nam ad habendam habitudinem d e c ad d c, uel e c ad b c (quod idem est) addenda esset ad a c & a b maior uel minor a c bis. Si igitur a c bis addenda sit: probare habet de Cusa arcum f l g, chordam f g excedere in sagitta b e, & quòd nullus alius arcus quàm f l g sic excedere ualeat f g chordam, quod ex sequentibus demonstrare nititur.

10 Et hoc si uolueris ut antè probare poteris, quia datur ubi excessus, &c.

¶ Hoc est, dabilis est aliquis arcus, cuius f g chorda (in ultima figura) erit, qui ipsam chordam excedet in minus quàm b e sagitta. Et hoc est certum: nam si k a fiat indefinitæ quantitatis, & in ipsa signentur centra diuersa ab his qui remotiores erũt chorda, arcus minores super chordam f g describentur: & quantò remotiores, tantò erunt arcus minores. Et datur ubi in plus: hoc est dabilis est aliquis arcus, cuius f g chorda erit, qui ipsam chordam excedet in pluſquàm b e sagitta. Nam quãtò centrum à quo describetur

describetur arcus propinquius erit f g, tantò arcus maior erit. Datur igitur ubi nec in plus nec in minus: hoc est dabile est centrum in k a indefinita, à quo describi potest arcus, cuius f g chorda erit, excedens ipsam chordam in b e. transeat. Sequitur.

Vbicunque autem hoc fuerit, patet a c a d & a b simul ad a c ter, esse ut chorda ad arcum: est uerum. Sed non sequitur quod sit ut chorda ad arcum hexagoni, nisi fuerit ibi scilicet in f l g. Si enim alibi quàm hic, detur arcus æqualis rectæ h i, cuius arcus chorda sit f g: sequitur quòd ibi non poterit dari scilicet in f l g. Non enim possunt inæquales arcus habere chordas æquales, & esse inuicem similes: capiunt enim arcus inæquales æqualium chordarum inæquales angulos, ideò sunt dissimiles. Si enim f g subtendatur maiori arcui quã f l g: erit semidiameter circuli talis arcus minor a l, & ideò angulus ab ipso captus, maior erit angulo f a g, ut de se constat. Erit igit f l g arcus, maior uel minor h i recta: puta si alibi quam in f l g detur arcus æqualis h i rectæ, qui scilicet excedet chordam f g in b e sagitta. Si uerò f l g minor sit recta h i: tunc addenda ad a c & a b, maior erit a c bis. Nam f l g ad f g minorem seruabit proportionem quam h i ad f g, per 8. quinti Euclidis. Et quanto addenda ad a c & a b maior erit: tanto minorem facit habitudinem arcus ad chordam, ut statim dicetur. Econuerso uerò si f l g maior sit h i, addenda minor erit a c bis. Non igitur uidetur sufficere quòd in aliquo loco detur arcus, cuius chorda sit f g, qui arcus ipsam chordã excedet in b e sagitta: nisi sit ibi scilicet in f l g. Nam si alibi detur, non se habebit ad chordam ut arcus hexagoni ad suam chordam, quod est necesse, si a c bis sit addenda. Habet igitur demonstrare quòd sit ibi, & non alibi: alias addenda, diceretur maior aut minor a c bis. Sequitur aut igitur ibi (scilicet in f l g) ubi arcus excedit chordam in dicta sagitta scilicet b e, æquantur a c ter cum a c terminus sagitta, chordæ & arcui simul. Aduerte quomodo supponis f l g arcũ excedere f g chordã in dicta sagitta. Sequitur aut ultra uel citra: datur arcus et chorda quę equant simul a c ter, cũ a c ter minus sagitta. Si citra, sit q u t arcus cum q t chorda, & dicatur quòd arcus chordam excedat in dicta sagitta hoc impossibile quia minor arcus haberet tunc maiorem chordam, non enim potest esse chorda minor f g. Sic si dicatur ultra: tunc maior arcus haberet minorem chordam. Sed hoc non uidetur sufficere, nisi supponatur f l g esse arcus qui quæritur. Nam si sit maior f l g, & sit o r m, quæ excedat chordam in dicta sagitta: non ibi sed alibi, cum erit alterius circularitatis. Non enim est inconueniens, æquales arcus diuersæ circularitatis habere diuersas chordas: imò habere æquales est impossibile. Similiter si dicatur minor, & sit q u t, tunc ibi q u t arcus non excedet chordam suam in dicta sagitta, sed alibi, cum scilicet erit alterius circularitatis, sic quòd f g erit chorda.



11 Cur autem sit diameter eiusdem circuli forte poteris dicere, quòd linea, &c.

¶ Textus de se planus est: dicit, quòd linea addenda in orthogonijs est diameter circuli, siue prima bis, quod idem est. Et illius circuli est diameter, à quo arcus suam habet circularitatem scilicet à circumductione primæ orthogonij, quę est illius circuli semidiameter.

12 Adijciam aliam eiusdem lineæ addendæ ostensionem. Dabilis est linea cuius a c.

¶ Postquam de Cusa suo modo demonstrauit, addendam primis & tertijs ortho-

http://www.obrascatolicas.com





goniorum esse primam bis, siue diametrum circuli: ex sequentibus idem demonstrare nititur in orthogonio quadrati, secundum propositum ab eo sub nota 6. Dicit igitur, quòd dabilis est linea cuius a c est pars aliquota, quæ ad lineam quam excedit in quantitate qua a c excedit a b se habet in maiori habitudine quam h c ad b c, et dabilis est quæ se habet in minori: igitur dabilis est, quæ se habet nec in maiori nec in minori. Sic etiam quis argumentari potest. Posito quòd a c potestate sit 2. erit a b unum & sit d f longitudine dupla ad a c, erit potestate quadrupla, quare potestate: erit ut 8. Vnde d f ad a b, potestate erit ut 8. ad unum. Tunc sic argumentor. Potest dari linea cuius a b est pars aliquota, quæ ad a b in minori erit habitudine, quam d f ad a b, ut patet de dupla longitudine, quæ sit g k. Nam g k ad a b potestate erit, ut 4. ad unum. Et potest dari linea cuius a b est pars aliquota, quæ ad a b erit in maiori habitudine quam d f ad a b, ut constat quadrupla longitudine, quę sit g m. Se habet enim g m ad a b potestate, ut 16. ad unum. Igitur dabilis est linea, cuius a b erit pars aliquota, quæ ad a b erit ut d f ad a b. Et cum sit necessariò maior dupla longitudine, & minor quadrupla longitudine: erit tripla quæ sit g l. Nam sola tripla est media inter duplam & quadruplam, cuius a b sit pars aliquota. Non enim propterea sequitur, g l ad a b esse sicut d f ad a b: tunc enim esset g l æqualis d f, per 9. quinti Euclidis: Est enim g l ad a b, ut 9. ad unum potestate, & d f ad a b, ut 8. ad unum potestate: quare g l erit maior, per 8. quinti Euclidis. At propter argumentum, de plus & minus apparens & non existens, infertur quædam propinquitas. igitur si a c ter ad a c bis cum a b, sit ut h c ad b c: non tamen formaliter uidetur sequi ex argumento à de Cusa facto. Et ratio est, nam cum argumentamur per plus & minus ad æqualem concludendum: necesse est ꝙ fiat transitus à maiore ad minus, per omnia intermedia, quod in nullo illorum argumentorum obseruatur, ideo formalia non sunt.

13 Vt autem in numeris tu uideas illa uera, quę de dupla & quadrupla.

¶ Archimedes ponit habitudinem circumferentiæ circuli ad diametrum, longitudine minorem esse tripla sesquiseptima: maiorem, tripla superdecupertiente septuagesimas primas. Vnde medietas circumferentię ad diametrum, est fermè ut 11. ad 7. longitudine, similiter & arcus quadrantis: ad semidiametrum. Sit igitur a b c orthogonius quadrati, & ponatur a c longitudine 7: erit potestate 49. Et cum a c potestate sit dupla ad a b: erit a b potestate ut 24. cum secũda, longitudine uerò erit paulò minor 5. cuius quadratus est 25. Dicit igitur de Cusa tam per præsentem textum quàm per præcedentem, quòd dupla longitudine ad a c quæ sit h d ad b d, quam excedit in quantitate qua a c excedit a b, maiorem seruat proportionem quam h c ad b c. Similiter & quòd quadrupla ad a c quæ sit h f minorẽ ad b f quã excedit in quantitate qua a c excedit a b seruat proportionem, quam h c ad b c. Et hoc in propinquis demonstrat numeris sic. Arcus quadrantis (ut diximus) ad semidiametrum, fermè longitudine est ut 11. ad 7: erit igitur h c quasi 5 cum 1. secunda, & a b est quasi quinq, similiter b c ei æqualis. Erit igitur h c ad b c, quasi 5. cum 1. secunda ad 5. siue ut 11. ad 10. Et cum a b sit quasi 5. erit b h etiam quasi 2. Vnde si d ad b d est ut 14. ad 12. longitudine: nam a c bis ut est h d, facit 14. & a c bis minus sagitta ut est b d, erit 12. cum b h ponatur 2. Modò 14. ad 12. est, ut 7, ad 6. quæ proportio est sesquisexta, & maior 11. ad 10, quæ

quæ est sesquidecima. Rursus quadrupla ad a c ut est h f: est longitudine 28. & b f est minor h f in 2: quare b f erit 26. longitudine. Et 28. ad 26. est ut 14. ad 13. quæ est proportio sesquidecimatertia, & minor est 11. ad 10. quæ est sesquidecima. Ideò dicit de Cusa lineam quæ ad minorem in quantitate b h se habebit ut h c ad b c, & cuius a c erit pars aliquota: debere esse maiorem dupla longitudine ad a c & minorem quadrupla. Et cum sola media sit tripla, ipsa erit quęsita, & sit h e: unde dicit h e ad b e esse, sicut h c ad b c; nam accedit ad habitudinem h c ad b c. Est enim h e lõgitudine 21. & b e erit quasi 19 (quia paulò minor erit) & habitudo accedit in quadam propinquitate ad habitudinem 11. ad 10. Et ideò propter hanc propinquitatem quæ multum apparentiæ habet, concludit de Cusa, addendam primis & tertijs orthogoniorũ esse primã bis: ut a e quæ est prima bis, addita a c siue a h & a b, facit habitudinẽ h e ad b e. Ex his elicitur, quomodo quantò addẽda ponitur maior, tantò habitudo semiarcus ad semichordã ponit minor: Et quãto minor, tantò habitudo semiarcus ad semichordã maior. Vt si ponat a f, tũc h c ad b c minorem seruabit ꝓportionẽ ꝙ si ponatur a e, & adhuc minorẽ, ꝙ si ponat a d ut de se patet per numeros propinquos. Quod addit de Cusa de prima orthogonij, quæ eadẽ est in omnib. orthogonijs & immutabilis; & ꝓpterea eam respicere debeat linea addẽda. ꝙ etiã ponit eandẽ in omnib. uerũ est, qd' in hoc eã respicit, supponẽdo lineã addendã in omnibus eandẽ esse. Sed non inde sequitur ꝙ ipsa prima linea addendæ esse debeat pars aliquota. Ista igit̃ duo supponit de Cusa, quæ minus sufficiẽter expremissis uidentur esse demõstrata.

14 Multa hic propalantur; quoniam uides quomodo id quod uerificatur, &c.

¶ Sicut superiùs diximus. Non formaliter sequitur, uerificatur de maximo & minimo, ergo de omnibus medijs uerificatur: Sed bene formaliter sequit̃, de omnibus medijs uerificatur, igitur & de maximo & minimo uerificabitur. Per contraria, chordã & arcũ intelligit quorũ scientia habetur per premissa, hoc est eorum habitudo: quæ est ut prima ter, ad primã ter minus sagitta. Ex qua habitudine faciliter haberi potest numeralis habitudo saltem propinqua, per ea quæ dicta sunt in complementis Arithmeticis. Quod subiungit de helica, prius locuti de ipsa sumus in de Mathematicis cõplemẽtis, ubi hanc literã adduximus.

Illa est habitudo trium semidiametrorum, ad tres semidiametros minus sagittã chordæ quadrantis & minoris, quę est cuiuslibet arcus ad suam chordam. Vt si b c sit chorda quadrantis & minoris. & de a centro per medium b c ad ecircumferentiam sector ducatur: illa est habitudo a e ter sumpta ad a e bis sumpta cum a d quę arcus ad b c chordam. Cur autem dicitur de chorda quadrãtis & minoris a, patet ideò quia in maiori chordã latus orthogonij quo non est minus, nõ possit esse semichorda, quod tamen requiritur. Et sic clarè patet corolarium istud ex prȩmissis.



http://www.obrascatolicas.com

2 Datum arcum in rectam reſoluere. Arcus enim ſi eſt quadrans & minor, ipſum ſic recipito: ſi maior partem eius recipito aliquotam, quę ſit quadrans aut minor. Et ſit b c arcus quadrantis, in rectam reſoluendus: trahe dea centro lineas per b c in infinitum, & aliam ad medium chordę ſcilicet a d, & inter infinitas lineas unam æquidiſtantem ad b c chordã deſcribe, quę ſit æqualis a b, a d & a c, & ſit e f æqualis illis. In e f ſigna a b, & ſit f g ut a b, & trahe a g lineam, notando ubi b c chordam ſecat, ponendo h literã: dico h c eſſe tertiam arcus.



Tripla igitur h c, & redegiſti arcum in rectam. Vel trahe æquidiſtantem ad b c uerſus centrum, quæ ſit i k l: ita quod a i a k & a l ſimul, æquentur b c chordæ, & a i erit tertia arcus, hæc omnia deſe patent.

3 Datam rectam in arcum reſoluere. Sit a b recta, quam ſi uis in quadrantem alicuius circuli reſoluere: fac de o centro lineas, quæ rectum angulum conſtituant exire indefinitæ quantitatis, quæ ſint o d, & o e, & aliam fac tranſire ẽ medio anguli ſcilicet o f, & tertiam partem lineæ reſoluendæ ſigna in o d & o e: & ſit o g ut tertia a b, ſimiliter & o h, trahendo g i k. & conſequenter trahe æquidiſtantem ad g i h æqualem o g o i, & o h & ſit k l illis æqualis: & deſcribe quadrantem cuius k l chorda erit, quia ille eſt cui a b æquatur. Et ſi in alium arcum reſoluere uolueris, qui fuerit minor quadrante, eodem modo facito. Si maior, recipito partem aliquotam. Puta uis in circulum reducere, recipito quartam partem rectæ, & reſolue in quadrantem, & totum in circulum reduxiſti.



4 Si uerò datam rectam in arcum dati circuli reſoluere uolueris, uel cum tota, uel cum parte aliquota eius, procede modo quo ſupra, angulum d o e uariando, quouſque attingas chordam quæ o g, o i, & o h æquatur.

5 Datum arcum unius circuli, in arcum alterius circuli reſoluere. Hoc fit reſoluendo ipſum primò in rectam, deinde rectam in arcum alterius modo præmiſſo.

6 Angulos qui ſe habent ut datæ lineæ aſſignare. Hoc fit in reſoluendo lineas in arcus eiuſdem circuli, & à centro ſectores ad fines talium arcuum trahendo.

7 Quæ eſt habitudo ſemidiametri ad ſemidiametrum minus ſagitta: illa eſt tertiæ arcus ad exceſſum, quo chorda duas tertias arcus ſui excedit.

Puta

Puta ſit b c chorda quadrantis, & in illa per præmiſſa ſignaſti duas tertias arcus, ſcilicet c d & d e. Dico quòd habitudo tertiæ arcus ad e b exceſſum, quo chorda duas tertias excedit eſt, ſicut ſemidiameter ad ſemidiametrum minus ſagitta. Patet corolarium ex præmiſſis. Et habet ueritatem in maximo & minimo orthogonio, & in omnibus mediis.



8 Chordam partis aliquotę dati arcus aſſignare. Puta tu uis ex ſcientia chordæ quadrantis ſcire, chordam arcus qui eſt medietas quadrantis: tu noſti partem chordæ quadrantis, quę ęquatur tertiæ arcus, & recipis medietatem illius & addis ei ſimilem, & quæris exceſſum qui ſe habeat ad unam tertiam ſicut ſemidiameter minus ſagitta ad ſemidiametrum.

9 Si tres ſemidiametri minus ſagitta fuerint triplæ ad chordam, erit arcus ut ſemidiameter.

10 Si fuerint duplæ ad chordam: arcus ſe habebit in proportione ſeſqualtera ad ſemidiametrum.

11 Tres ſemidiametri, ſunt medium proportionale inter tres ſemidiametros minus ſagitta, & ſemicirculum.

12 Si tres ſemidiametri minus ſagitta fuerint multiplices ad chordam: ſic erunt tres ſemidiametri minus ſagitta, ad chordam medietatis arcus, & cuiuslibet partis aliquotæ proportionabiliter.

13 Tria latera trigoni æquilateri erunt, ut circumferentia circuli illius cuius diameter eſt tertia pars duorum laterum, & lineæ rectæ de centro ad medium lateris ductæ.

14 Si à centro tres lineæ ducantur, una per principium chordæ quadrantis antminoris arcus, alia per medium, tertia per finem, quæ in linea æquidiſtanti chordæ terminantur, ita quòd illarum trium linearum habitudo ad chordam ſit, ut circumferentiæ ad arcum: tunc linea ducta per principium chordæ triplicata, eſt æqualis circumferentiæ.

15 Arcus æqualis tribus quartis diametri: excedit chordam ſuam in medietate ſagittæ.

16 Diameter circuli, eſt æqualis duabus tertijs laterum trigoni iſoperimetri & ſemidiametro circuli eidem trigono inſcripti.

17 Exceſſus ſemicirculi ſuper duas chordas quadrantis eſt, ut exceſſus diametri quadrati, æqualis tertiæ parti eius ſuper ſuam coſtam.

18 Valor trium diametrorum circuli ad ſuam circumferentiam eſt ut radix de. 4. cum radice de. 36. & de. 12. ad. 12.

19 Scientia chordarum nunc extat perfectè adinuenta.

20 Scientia quadraturæ circuli ſuum finem ſortita exiſtit.

http://www.obrascatolicas.com

21 Secundum datarum linearum habitudinem, ſiue commenſurabilium ſiue incommenſurabilium: lineas & ſuperficies rectas & curuas atq; corpora dare, docet hæc ars perfectiſsimè.

Annotationes Omniſancti.

1 Illa eſt habitudo trium ſemidiametrorum ad tres ſemidiametros minus, &c.

¶ Ex propoſitione artis hæc ſit manifeſta. Nam per eam dictum eſt, habitudinem ſemiarcus ad ſemichordam eſſe, ut lineam æqualem tribus primis orthogonij, ad lineam æqualem duabus primis cum una tertia. Et quæ eſt habitudo ſemiarcus ad ſemichordam: illa eſt arcus ad chordam, ut dictum eſt. Sit igitur deſcriptus ſemicirculus n e o, in ipſo traho chordã quadrantis b c: & à cẽtro a per d medietatẽ chordæ traho a d e erit b e arcus æqualis c e per iam dicta, traho ſimiliter a c. & a b. Eſt manifeſtum per propoſitionem artis, e c ad d c uel b e c ad b c eſſe, ſicut a c ter ad a c bis cum a d ſiue ut lineam æqualem tribus a c ad lineam æqualẽ duabus a c cum a d, quod idem eſt. Et ex conſequenti habitudo a c ter, ſiue trium ſemidiametrorum ad a c ter minus e d ſagitta chordæ quadrantis, erit ut b e c arcus, ad b c chordam. Nam a c ter minus ſagitta d e, & a c bis cum a d: lineam æqualem conſtituunt. Et ita de reliquis arcubus dicendum eſt. Vt ſit tracta chorda f h g, & tractis a f & a g: erit habitudo a f, a é, & a g ſimul ad a f a e & a g ſimul, minus ſagitta chordæ f g ſcilicet h e: quæ eſt f e g arcus ad f g chordam. Iſta per præmiſſa patent. Notanter dicitur, chordæ quadrantis & minoris, & non maioris. Vti ſi tracta fuerit k l, quæ ſit chorda arcus k e l tertiæ partis circumferentiæ circuli: non erit habitudo a k, a e & a l ſimul, ad a k, a e & a l ſimiliter minus m e ſagitta chordæ k l, quæ eſt, k e l ad k l. Et ratio eſt, quia orthogonij chordæ k l, qui ſunt a m l & a m k, ſub prioribus non compræhenduntur quorum ſcilicet minimum latus, quo dari minus in ipſis nequit, eſt ſemichorda. In iſtis uerò minimum latus ſcilicet a m, ſemichorda eſſe nequit. Et ideò poſt chordam quadrantis chordæ maiores propoſitione excluduntur, propter iam dictam rationem. Ex his multa pendent. Et nonnulla hic apponemus, ad præcedentium & ſubſequentium facilioꝛem intellígentiam. Primum eſt. Semidiametrus circuli iſoperimetri cuiuslibet polygoniæ, æqualis eſt primæ polygonię cum duabus tertijs ſagittę. Quo fit, ut portio ſagittę addendę primis polygoniarum, ad habendã ſemidiametrum circuli iſoperimetri: ſimilis ſit & eadẽ in omnibus. Cum de polygonia loquimur, trigonũ æquilaterum excludimus: quia eius ſemilatus ſemichordam conſtituens, non poteſt eſſe minimũ latus in ſuo orthogonio, ut iam diximus. Ipſius trianguli orthogonius, in ſuperiore figura eſt a m l ſiue a m k. Propoſitio patet ſic. Sit deſcriptus quadratus a b c d, traho a d & b c diametros, & ubi ſecant pono e. Traho rectam e f, quæ ſit prima quadrati, & e b ſecunda. Modo quippe oppoſito ſe habent lineæ polygoniarum, à centro ad medium latus & ad angulum eductæ, & lineæ ſiue latera orthogoniorum: ut quæ in orthogonio dicitur prima, in polygonia dicatur ſecunda: ut in orthonio e f b eſſet e b prima, at in quadrato a b c d eſt ſecunda. Et quæ in polygonia prima, in orthogonio eſt tertia ut patet de e f. Rurſus ſigno in a e æqualem e f, quæ ſit e g: erit a g ſagitta quadrati, quam in tria æqualia per 11. ſexti Euclidis diuido, & ſint r g duæ eius tertię. Addo e f æqualem r g, quę ſit f h: erit e h æqualis e r, quam dico ſemidiametrum circuli iſoperimetri polygoniæ quadratæ. Vnde deſcripto ex e h circulo: erit quadrato a b c d iſoperimeter. Patet ſic, diuido e f primam in tria æqua, in punctis i et k. Traho per 30. primi Euclidis æquidiſtantem ad a b per punctum i, & ubi ſecat a e & b e pono

m & l: deſcribo arcum quadrantis in n l. Rurſus à puncto k traho æquidiſtantem ad f b uſq; e b, & ubi eam ſecat pono p. Eſt manifeſtum e b eſſe in tria æqualia diuiſam, ſicut e f: eo quòd per ſecundam partẽ 29. primi Euclidis, iſti anguli f b e, k p e & i l e ſunt æquales: & ex conſequẽti, orthogonij e i l, e k p et e f b, erunt æquianguli & ſimiles. Igit per 4. ſexti Euclidis, ſicut f e ad i e, ita b e ad l e: ſimiliter ſicut k e ad i e, ita p e ad l e. Sed f e ad i e eſt longitudine tripla erit ſimiliter b e ad l e lõgitudine tripla. Item k e ad i e eſt lõgitudine dupla: erit ſimiliter p e ad l e lõgitudine dupla. Cõſtat igit, l e eſſe tertiã partẽ de b e ſimiliter cõſtat p l eſſe æqualẽ l e, & ex cõſequenti b p æqualis erit l e. Rurſus in b p ſigno æqualẽ e i, quæ ſit p o: erit b e ad o e, ut tres ſemidiametri ad tres ſemidiametros, minus ſagitta chordę quadrãtis. Nã b e eſt ut e m, e n, & e l ſimul: & o e eſt, ut e m, e n et e l ſimul minus in ſagitta chordę quadrãtis. Vnde dico e o æqualẽ eſſe e h. Patet: nam e l eſt ut ei tertia de e f, cũ ſagitta i n: ſimiliter bis e l ut eſt e p, eſt ut bis e i, ut eſt e k cũ bis i n: de mum ter e l ut eſt e b, eſt ut ter e i, ut eſt e f, cũ ter i n. Vnde patet e b excedere e f in tribus ſagittis i n, quare i n eſt tertia pars ſagittæ quadrati a b c d. Rurſus quia e p eſt bis e i cũ bis in ſimul: erit e p ut e k, cũ duabus tertijs ſagittæ quadrati a b c d. Et ex conſequẽti, o e erit ut e f cũ duabus tertijs ſagittæ quadrati, cũ o p ſit æqualis e i, ſiue k f, q; idẽ eſt. Cõſtat igitur o eſſe, æqualẽ e h, ſiue e r: quæ ſunt ut e f cũ duabus tertijs ſagittę quadrati a b c d. Traho r o, quæ erit æquidiſtãs ad a b, per ſecundã partẽ ſecũdę ſexti Euclidis: eò q; r o, ſecat latera a e & b e ꝓportionaliter. Nã ſubtrahẽdo e o & e r equales ab a e & b e æqualibus, p cõmunẽ ſcientiã reſidua erũt æqualia, ſcilicet a r et o b: Vnde ſicut a r ad o b: ita e r ad e o. & permutatim ſicut a r ad r e: ita b o ad o e. Eſt igitur o r æqdiſtans ad a b. Rurſus conſtat, triangulos a e b, & r e ò eſſe ſimiles, quia æquianangulos. Igitur per 4. ſexti Euclidis, ſicut b e ad o e, ita a b ad o r: ſed b e ad o e ſe habet, ut arcus m n l ad chordã m l (quia b e ad o e eſt, ut tres ſemidiametri ad tres ſemidiametros minus ſagitta chordæ quadrantis). Igitur b a ad o r erit, ut arcus quadrantis ad chordam. Et cum o r chorda ſit arcus quadrantis r h o, conſtat ſicut r h o ad r o, ita a b ad r o: quare per 9. quinti Euclidis, arcus r h o æqualis erit rectæ a b: et ex conſequenti; tota circumferentia circuli, æqualis erit circumferentiæ quadrati. Ex quo patet propoſitum, ſcilicet ſemidiametrum circuli iſoperimetri cuiuſcunque polygoniæ eſſe, ut primam polygoniæ cum duabus tertijs ſagittæ. Nam quod ibi de quadrato monſtratum eſt, de omni polygonia poſt quadratum poteſt demonſtrari. Ex quo patet corolarium: nam omnes polygoniæ addunt duas tertias ſagittæ primis polygoniarum. Vnde coincidit iſta reſolutio cum illa à de Cuſa poſita in prima parte ſuorum complementorum Mathematicalium in hoc, quod uolunt ſimilem portionem ſagittæ addere primis polygoniarum, pro ſemidiametro circuli iſoperimetri. differunt uerò, nam iſta maiorem portionem, illa uerò minorem, ut elici poteſt ex his quæ de ipſis dicta ſunt. Secundùm eſt. Si circulo contingens indefinitæ quantitatis detur. & à puncto contingentiæ per centrum circuli recta extra circulum educta fuerit, ſic quòd diametrus circuli ad portionem extra circulum longitudine dupla ſit: omnes rectæ ductæ à termino portionis extra circulum ad contingentem, per terminum ſemichordæ, quadrantis & minoris (quæ æquidiſtans ſit ad contingentem) abſcindent in contingente rectas æquales ſemiarcubus. Vnde manifeſtum eſt, rectam curuæ æqualem aſſignare, & arcum quadrantis aut angulum rectum in quotlibet partes diuidere. Propoſitio ſic patet. Sit deſcriptus circulus a d o ei contingentem, b c per 16. tertij Euclidis, & ſit d punctus

http://www.obrascatolicas.com



ctus contingentię, traho d a e f percentrum a: & sit d e diametrus ad e f longitudine dupla, erit d f ut tres semidiametri circuli: traho semichordā quadrātis, quā termino in a d, & sit g h quę etiā sit equidistās b d, traho f g i. Dico i d abscisam in cōtingente, equalē esse semiarcui g d. Patet nam isti orthogonij f d i & f g h sunt æquianguli: nā per secundā partē 29. primi Euclidis, d i f & h g f anguli sūt equales, & anguli h & d sunt recti quare sunt æquianguli. Igit̄ per 4. sexti Euclidis, sicut d f ad h f ita d i ad h g: sed d f ad h f est, ut tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ quadrantis. Igit̄ per 9. quinti Euclidis, d i & g d erūt equales: quia uni scilicet g h seruāt eandē proportionē per ꝓpositionē artis, & per presentē similiter traho k l æquidistantē b d, & traho f k m: erit pari ratione d m equalis semiarcui k d. Nā d m ad l k est, uti d f ad l f, ratione orthogoniorum similiū scilicet f d m et f l k: sed d f ad l f est, ut tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ arcus, cuius medietas est d k, & ita de infinitis semichordis ductis dicat. Patet propositio. Prima pars corolarij sic patet: continuo semichordā quadrantis eam cōplendo, & sit g h n, traho f n o: erit d o æqualis semiarcui d n. Vnde o i erit equalis arcui quadrātis, scilicet g d n, quadrupla o i et habebis rectā equalē circumferentię circuli. Secūda pars patet: compleo chordā k l, & sit k p chorda arcus k d p, traho f p q erit d q equalis semiarcui d p q, semiarcus sit pars quarta arcui quadrātis: erit etiā d q pars quarta o i: & ex cōsequenti medietas de o d, sicut erit d p medietas de d n. Quo fit, ut sicut o i in quatuor partes equales est diuisa, per puncta m d q: ita arcus quadrātis diuisus erit in quatuor partes equales per puncta k d p. Ex quo pēdet, si in quotlibet partes diuidat contingēs equalis arcui quadranti, per 11. sexti Euclidis, & rectę ducātur à puncto f ad puncta sectionū in contingēte hæ rectę diuident arcum quadrantis in partes æquales, in quas contingens erit diuisa. Rursus ex hoc pendet anguli recti diuisio in quotlibet partes. Si enim ducantur a n, a p, a k, & a g: erit angulus rectus in quatuor partes æquales diuisus, sicut arcus quadrantis capiens ipsum angulum. Hæc sunt manifesta.

2 Datum arcum in rectam resoluere. Arcus enim si est quadrans.

¶ Sit descriptus arcus quadrātis b r c, cui uolo rectā assignare equalē p premissas. Facio a b & a c indefinitæ quātitatis, & inter eas traho chordā æqdistātē chordę b c q̄ sit equalis a b a d et a c, sic facio d c indefinitę quātitatis et in ea signo equalē a c, q̄ sit d o, et deinde equalē medietati a d, quæ sit o p rursus facio a d indefinitæ quātitatis, et per 31. primi Euclidis à pūcto p traho æquedistantē ad quantitatis & ubi secat a c etiam a d indefinitę indefinitæ quātitatis, ponò f. Rursus per eandē 31. à pūcto f traho æquidistantē ad b c, usq; a b indefinitæ quātitatis, & ubi secat a d & a b indefinitæ quātitatis ponò n & e, erit e f quæsita. Patet. Nā n f erit æquidistans ad d e p. Similiter p f ad d e n. Igit̄ per 34. primi Euclidis, erit



erit n f æqualis d p, & p f æqualis d n. Vnde cum e n æqualis sit n f, sicut b d æqualis d c (ut de le constat, ratione lineæ a d ductæ per medietatem chordæ b c) Igitur e f, est ut bis d o cum bis o p, & exconsequenti æqualis a b a d & a c. quod fuit probandum. Deinde signo in e f æqualem a e, et sit g f: erit g f tertia pārs arcus quadrantis, cuius e f erit chorda q arcus sit e m f. Vnde e m f erit ut ter g f: traho a g, & ubi secat b c, pono h. Dico etiā h c esse tertiā partem arcus b r c. Patet: nam per secundā partem 29. primi Euclidis, isti duo anguli scilicet a g e & a h b sunt æquales idē a f g & a c h, demum a g f & a h c. Ex quibus patet istos duos triangulos esse æquiangulos, scilicet a g e & a h b. itidem patet istos duos esse æquiangulos, scilicet a f g, & a c h, quare per 4. sexti Euclidis, sicut a g ad a h, ita e g ad b h. Et rursus sicut a g ad a h ita g f ad h c. Igitur per 11. quinti Euclidis, erunt istæ proportiones æquales e g ad b h, & g f ad h c: quia uni scilicet a g ad a h sunt æquales. Quia igitur sicut e g ad b h, ita g f ad h c: erit permutatim sicut e g ad g f, ita b h ad h c: & coniuncti sicut e f ad g f, ita b c ad h c. Sed e f ad g f se habet, ut chorda quadrantis ad tertiam partem sui arcus: erit igitur b c ad h c, sicut chorda quadrantis ad tertiam partem sui arcus. Tripla igitur h c, & habebis rectam equalem arcui b r c. quòd est intentum. Quòd si in a b signaueris æqualem h c, similiter & in a c & sint a i & a l, & traxeris i k l: erit b c æqualis a i, a k, & a l simul.

3 Datam rectam in arcum resoluere. Sit a b recta, &c.

¶ Litera ex præcedente satis fit manifesta.

4 Si uerò datam rectam in arcum dati circuli resoluere uolueris, &c.



¶ Sit a b data recta, & datus circulus cuius semicirculus sit s m p: describo chordam quadrantis k l, & traho à centro o sectores o k & o l. Et per medium chordæ traho o q m, signo in o k, & in o l æqualem tertiæ parti date rectę: & sit o g, & o h, sic quòd o g sit ut pars tertia rectæ a b, similiter o h, traho g i h. Quia o g, o i & o h simul sunt minores k l: ideò minuendus est angulus k o l. Facio alium scilicet f o n: traho f n: et signo in o f et o n equalē o g, & sint o c & o d, traho c e d. Quia à casu incidi quòd o c, o e & o d simul sunt æquales f n chordę: ideò f m n arcus, erit ut data recta a b. Nam arcus ad chordam se habebit per præmissa, ut o f ter ad o f bis cum o r: & sicut o f ter ad o f bis cum o r: ita o c ter ad o c bis, cum o e. Igitur f m n erit ut o c ter, per 9. quinti Euclidis, & ex consequenti ut a b, quod fuit probandum. Sed hæc uia per ignota procedit, quia supponit angulum f o n ignotum. Ideò facilius fiet istud per secūdam propositionem positam per nos in annotationibus penultimæ pręcedentis sic: Describo semicirculum a b c, qui prioris sit æqualis, traho à centro d ad medietatem circumferentiæ d b: continuo b d usq; f, sic quòd b f sit ter b d addo termino b rectam orthogonaliter indefinitæ quantitatis, quæ sit m n. Et quia recta data scilicet a b est manifestè minor arcu quadrantis: ideò signo æqualem ipsi in m n, & sit g h, sic quòd b h æqualis sit g b. Traho f g & f h, & ubi secant circumferentiam pono i & k traho i k. Dico arcum i b k æqualem esse rectæ g h. Nam per propositionem i b k ad i k chordam suam est, ut b f quæ est ter d b ad l f, quæ est ter d b minus sagitta chordæ i k scilicet l b. Et ratione orthogoniorum similium, scilicet f b h & f l k, se habet b h ad l k, sicut



http://www.obrascatolicas.com

k, ſicut b f ad l f: ſimiliter eadem ratione b g ad l i ſe habet, ſicut b f ad l f. Quare per 13. quinti Euclidis, g h ad i k erit, ſicut b f ad l f, & ex conſequenti per 9. quinti Euclidis, erit arcus i b k æqualis rectæ g h. quod fuit probandum.

5 Datum arcum unius circuli, in arcum alterius circuli reſoluere, &c.

¶ Eſt eadem cum præmiſſa. Nam poſtquàm reſolueris arcum in rectam per ſecundam propoſitionem à nobis poſitam: reſolue illam rectam in arcum alterius circuli, modo prætacto.

6 Angulos qui ſe habent ut datæ lineæ aſsignare, &c.



¶ Sic facilius fieri poteſt. Sint datæ iſtæ duæ rectæ p q, & r s, & fit p q ad r s ut diametrus quadrati ad ſuam coſtam, ſecundum quam habitudinem dandi ſint duo anguli. Deſcribo ſemicirculum a b c, & ſit d centrum: traho b d f ſic, quòd d f dupla ſit lõgitudine ad d b: erit b f ut tres ſemidiametri. Et à puncto b traho æquidiſtantem ad a c per 31. primi Euclidis, quæ ſit g h indefinitæ quantitatis. Quia p q & r s ſimul, minores ſunt arcu quadrantis (ſi enim maiores eſſent, ſumendæ eſſent partes aliquotæ minores arcu quadrãtis) ſigno æquales in g h, & ſit b k ut p q, & b i ut r s. Traho f i & f k, et ubi circumferentiam ſecãt pono l & m: & à punctis l & m per 12. primi Euclidis, educo perpendiculares ſuper d b, quæ ſint l n & m o. Eſt manifeſtum per ſecundam propoſitionẽ ſuperiùs adiectam, ſemiarcũ b m æqualem eſſe rectæ b k: quia per propoſitionẽ artis, b m ad o m ſe habet, ut ter d b ad bis d b cum d o. Igitur b m ad o m ſe habet, ſicut b f ad o f. Sed b k ad o m ſe habet, ſicut b f ad o f, ratione orthogoniorum ſimiliũ f b k & f o m. Igitur per 9. quinti Euclidis, b k æqualis erit b m ſemiarcui. Eadẽ quippe ratione erit i b, æqualis ſemiarcui b l. Nam b l ſemiarcus ad l n ſemichordam ſe habet, ſicut b f ad n f, ſimiliter b i ad n l ratione orthogoniorum ſimilium. Vnde cõſtat, b m ad b l ſe habere, ſicut b k ad b i, ratione æqualitatis. Traho d l & d m: eſt manifeſtum per ultimam ſexti Euclidis, angulum m d b ſe habere ad angulum b d l, ſicut arcum m b ad arcum b. Igitur angulus m d b ad angulum b d l, erit ſicut k b ad b i, ſiue p q ad r s; uidelicet ut diametrus quadrati ad ſuam coſtam, quod fuit demonſtrandum. Et ita de quibuſcunq; datis fieri poterit.

7 Quæ eſt habitudo ſemidiametri ad ſemidiametrum minus ſagitta, &c.

¶ Iſtud corolarium eſt facile. Nam exceſſus quo chorda excedit duas tertias ſui arcus, eſt ſemidiametrus minus ſagitta. Ideò tertia arcus ad illum exceſſum erit, ut ſemidiametrus ad ſemidiametrum minus ſagitta.

8 Chordã partis aliquotę datі arcus aſsignare, puta tuuis ex ſcientia, &c.

¶ Chordam medietatis arcus aſsignare eſt facile. Vt ſit deſcriptus ſemicirculus a b c, & ſit g h chorda quadrantis: traho à centro d, per medietatem chordæ d i b: erit b h arcus æqualis b g, & erit medietas arcus g b h, trahe chordam arcus b h, & habes quod quæris. Sed ſi uis habere exceſſum, quo chorda duas tertias arcus excedit: do rectam k l æqualem arcui quadrantis modo præmiſſo, & ſit b l medietas, quam diuido per 11. ſexti Euclidis in tres partes æquales, & duas tertias ſubtraho à chorda arcus b h: reſiduum erit quæſitum. At chordæ partium aliquotarum difficile inueniri poterunt, niſi ſuppoſita diuiſione arcus in quotlibet partes. Ideò recurrendum erit ad ſecundam partem corolarij ſecũdæ propoſitionis à nobis adiectæ, in annotationibus primi corolarij. Vt ſi petatur chorda tertiæ partis arcus quadrantis, inuenio modo præmiſſo rectam æqualem arcui quadrantis quæ ſit k l, quã per 11. ſexti Euclidis



Euclidis diuido in tres partes æquales, per puncta m & n. Erit m n una tertia, & erit b n æqualis m b: traho f m & f n, & ubi ſecant arcum quadrantis pono o & q, traho o p q. Erit manifeſtũ per primum corolarium, o b q arcum eſſe ad o q chordam, ſicut b f ad p f. Et cum iſti trianguli m f n & o f q ſint æquianguli, ſimiliter & orthogonij f b n & f p q: igitur ſicut b f ad p f, ita b n ad p q per 4. ſexti Euclidis. Similiter & m b ad o p erit, ſicut b n ad o q, ga inuicem æquales. Igitur per 13. quinti Euclidis, erit m n ad o q, ſicut b n ad p q, & ex conſequenti ſicut b f ad p f, ut in conſimilibus ſam ſæpe dictum eſt. Vnde per 9. quinti Euclidis, m n æqualis erit arcui o b q: & ex conſequenti, o q eſt chorda tertiæ partis arcus quadrantis, & erit arcus quadrãtis in tres partes æquales diuiſus, ſicut k l recta ſibi æqualis. Quòd ſi uolueris habere exceſſum o q ſuper duas tertias arcus, qui exceſſus dicitur ſemidiametrus minus ſagitta: diuide iterum m n in tres partes æquales, per 11. ſexti Euclidis, ſubtrahe duas tertias de o q, & habebis quæſitum. Et ita dicendum eſt de omnibus partibus aliquotis arcus.

9 Si tres ſemidiametri minus ſagitta fuerint triplæ ad chordam: erit arcus ut ſemidiameter, &c.

¶ Iſtud corolarium tactũ eſt, in explanatione propoſitionis artis. Sit igitur a b c orthogonius hexagoni, ſimiliter a b d: erit triangulus a d c æquilaterus, uti in explanatione ipſa eſt dictum. Facio a d & a c indefinitæ quantitatis, & ſigno in a c & a d indefinitæ quantitatis bis a c, & ſint c s & s i, ſimiliter d p & p h: traho h i, erit a h i triangulus æquilaterus, ſicut a d c. Rurſus ex a d deſcribo arcum d e c, qui erit arcus hexagoni: continuo a b uſq; arcum, erit b e ſagitta. Deinde ſigno in p h & in s i æqualem a b, & ſint p f & s g, traho f g. Eſt manifeſtum, a i ad a g eſſe, ut ſunt tres ſemidiametri ad tres ſemidiametros minus ſagitta chordæ hexagoni: quia erit ut a d a e & a c ſimul, ad a d a b & a c ſimul. Quare per primum corolarium, erit a f ad a g, ſicut d e c ad d c. Rurſus deſcribo ex a f arcum f l g, & continuo a e uſq; arcum quæ ſit a l, & ubi ſecat h i pono k. Quia arcus f l g ad f g ſe habet, ſicut d e c ad d ç (cum ſint arcus ſimiles) erit f l g æqualis h i, per 9. quinti Euclidis. Nam ſicut d e c ad d c, ita h i ad f g: cum f g æqualis ſit a g, eò quòd a f g triangulus ſit æquilaterus. Igitur ſicut f l g ad f g, ita h i ad f g. Ideò f l g æqualis erit h i. Rurſus quia f g eſt æqualis a g, erit f g æqualis a d, a b, & a c ſimul. Vnde cum a k i & a b c ſint orthogonij ſimiles: erit per 4. ſexti Euclidis, a k ad a b, ſicut a i ad a c, ſimiliter & ſicut a h ad a d. Igitur ſicut a i ad a c eſt longitudine tripla: ita a k ad a b, & a h ad a d. Et ex conſequenti: a h, a k, & a i ſimul per 11. quinti Euclidis, erunt triplæ ad a d, a b, & a c ſimul: et ſimiliter ſimul triplæ erunt ad f g, quia æqualis a d, a b & a c ſimul. Patet igitur quomodo a h, a k, & a i quæ ſunt tres ſemidiametri minus ſagitta, triplæ ſunt ad chor-

dam

http://www.obrascatolicas.com

dam f g: & quomodo arcus f l g, æqualis est semidiametro a i uel a h: quia æqualis probatus est lineæ h i, quæ æqualis est a i uel a h. Et eodem modo monstratum est in explanatione propositionis artis.

10 Si fuerint duplæ ad chordam, arcus se habebit in proportione, &c.

¶ Hoc est si tres semidiametri minus sagitta, fuerint duplæ ad chordam: arcus se habebit in proportione sesqualtera ad semidiametrum. Resumatur figura præcedentis corolarij. Vbi constat d p æqualem esse a d, similiter c s æqualem esse a c: traho p n s: erit a p s triangulus æquilaterus ut de se constat, & erunt isti duo orthogonij a b c, & a n s similes; quia æquianguli. Igitur per 4. sexti Euclidis, sicut a s ad a c est longitudine dupla, ita a n ad a b longitudine erit dupla: similiter a p ad a d. Vnde per 13. quinti Euclidis, a p, a n, & a s simul: ad a d, a b, & a c simul, duplæ erunt. Quare etiam duplæ erunt ad f g, quæ æqualis est a d, a b & a c simul. Patet igitur quomodo a p, a n, & a s quæ sunt tres semidiametri minus sagitta, duplæ sunt ad f g chordam: & quomodo f l g arcus, est sesqualter ad a s semidiametrum. Nam cum a i sit æqualis arcui f l g, est manifestum a i ad a s sesqualteram esse longitudine cum s i æqualis sit c s, uel a c, quod idem est. Patet igitur corolarium.

11 Tres semidiametri sunt medium proportionale inter tres semidiametros, minus sagitta & semicirculum.



¶ Resumatur figura penultimi corolarij, & per 10. sexti Euclidis sit ad a i, a g data a t tertia continue proportionalis: signo æqualem in a h, quæ sit a q, traho q t, & ex a q describo arcũ q r t. Dico a f, a g & f g quæ sunt tres semidiametri, esse medium proportionale inter a f, a o, a g quæ sunt tres semidiametri minus sagitta: & f l g ter, quæ est medietas circumferentiæ circuli, cuius a g est semidiametrus. Patet sic: nam a g est media proportionalis inter a i & a t, similiter f g inter h i & q t, itidem a f inter a h & a q. Vnde patet per 13. quinti Euclidis, quòd tria latera trianguli a h i, se habent ad tria latera trianguli a f g, sicut ipsa tria latera trianguli a f g, ad tria latera trianguli a q t: & ex cõsequenti, tria latera trianguli a h i simul, & tria latera trianguli a f g simul. Secundò patet, f g æqualem esse arcui q r t: nam sicut h i ad f g, ita f g ad q t. Sed h i ad f g est, sicut arcus hexagoni f l g ad chordam: quare f g ad q t erit, ut arcus hexagoni q r t ad chordã. Tertiò patet, quòd sicut a h, a k & a i triplæ sunt ad f g: ita a f, a o & a g triplæ erunt ad q t. Nam habitudo a h, a k & a i se habẽt ad f g, ut tres semidiametri minus sagitta hexagoni ad chordam, cuius arcus est ut una semidiametrorũ. Ita a f, a o & a g se habent simul ad q t, ut tres semidiametri minus sagitta hexagoni ad chordam, cuius arcus est ut una semidiametrorum quare inter ipsas est eadem habitudo. Et ex cõsequenti a f, a o & a g ad q t sunt triplę: sicut a h, a k & a i ad f g. Ex quo patet a f, a o & a g simul, æquales esse tribus lateribus trianguli a q t simul. Igitur sicut tria latera trianguli a f g, media sunt proportionalia simul sumpta, inter latera trianguli a h i etiã simul sumpta, & latera trianguli a q t simul sumpta: ita ipsa latera triãguli a f g simul sumpta, media erũt proportionalia inter a f, a o, a g simul sumpta (quæ æquantur tribus lateribus trianguli a q t simul sumptis) & latera trianguli a h i sumpta simul. Ex quo patet propositũ sic. Nã a f a g & f g, tres sunt semidiametri, & a f, a o & a g, sunt ijdem tres semidiametri minus sagitta: & tria latera trianguli a h i, sunt medietas circumferentiæ circuli, cuius a g est semidiametrus.

Nam quodlibet æquatur arcui f l g, qui arcus hexagoni est, & pars sexta circumferentię circuli. Modò tres sextæ, medietatem faciunt circumferentiæ: igitur tres semidiametri scilicet a f, a g & f g, sunt medium proportionale, inter tres semidiametros minus sagitta, scilicet a f, a o & a g, & medietatem circumferentiæ circuli scilicet a h, a i & h i simul. Patet igitur corolarium.

12 Si tres semidiametri minus sagitta fuerint multiplices, &c.

¶ Ex nono corolario & decimo est notum, ad quas chordas tres semidiametri minus sagitta sint multiplices. Nam in nono datæ sunt tres semidiametri minus sagitta ad chordam hexagoni triplæ: & in decimo ad eandem chordam hexagoni, datæ sunt tres semidiametri minus sagitta duplæ. Iam dicit præsens corolariũ, quòd proportionabiliter tres semidiametri minus sagitta dabiles sunt, quę ad chordam dodecagoni (cuius chordæ arcus, medietas est arcus hexagoni) sint triplæ & duplæ. Et quicquid accidit chordæ hexagoni, accidit & chordæ dodecagoni, & chordæ cuiuslibet partis aliquotæ arcus hexagoni. Ita quòd arcus dodecagoni erit ut semidiameter, si tres semidiametri minus sagitta fuerint triplæ ad chordam. Et idem arcus erit sesqualter longitudine ad semidiametrum, si tres semidiametri minus sagitta fuerint duplæ ad chordam ipsius arcus, procedendo per omnia uti expressum est de arcu hexagoni. Sit igitur f l g arcus dodecagoni, qui & medietas est arcus hexagoni ut dictum est. Vndè a f & a g. erunt chordæ arcus hexagoni, cuius f l g erit medietas, cum sint ut latus hexagoni inscribendi circulo. Sit igitur a h ad a f, ut arcus hexagoni ad chordam, similiter a i ad a g: erit a i dupla longitudine ad arcum f l g. Rursus sit a p uel a n medietas de a i, siue de a h: erit a p æqualis arcui f l g. Diuido a p similiter a n, per 11. sexti Euclidis, in tres partes æquales per puncta d, c, e, m: traho n p, e m, & d c: similiter traho rectam à centro a ad arcum f l g, per medietatem chordę f g scilicet a k l, & ubi secat n p, e m, & d c, pono o q, & b. Est manifestum per secundam sexti Euclidis, f g, n p, e m, & d c, esse æquidistantes. Ideò per secundam partem 29. primi Euclidis, erunt equianguli omnes isti orthogonij a b c, a q m, & a o p, & alij ex opposito pariter. Quo fit, ut sicut a p ad a c est tripla, ita a o ad a b, similiter a n ad a d: & ex consequenti a p, a n & a o simul, ad a d, a b & a c simul, sunt triplæ per 13. quinti Euclidis. Et cum f g chorda sit ut a d, a b & a c simul, ad quas se habet a p siue f l g arcus, sicut tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta: constat a n, a o & a p, triplas esse ad f g chordam. Et ideò arcus chordæ f g, scilicet f l g, est ut semidiameter scilicet a p. Ex hoc cõstat corolarium. Nam sicut tres semidiametri minus sagitta, dantur triplæ ad chordam hexagoni, cuius arcus est ut semidiameter: ita ad chordam medietatis arcus hexagoni, quæ est chorda arcus dodecagoni, dantur tres semidiametri minus sagitta triplæ ad chordam, cuius arcus est ut semidiameter. Rursus a m dupla est ad a c, similiter a q ad a b, & a e ad a d: quare a e, a q & a m simul, duplæ sunt ad a d, a b & a c: & ex consequenti, chordæ f g. Ideò f l g arcus, siue a p (quod idem est) ex hypothesi est sesqualter a m semidiametro. Vnde dantur ad f g chordam dodecagoni, tres semidiametri minus sagitta scilicet a e, a q & a m duplæ, cuius chordæ arcus, est sesqualter ad semidiametrum, sicut datum est in hexagono. Et ita dicendum est de partibus aliquotis arcus hexagoni, uti de medietate iam expressum est. Patet corolarium.



13 Tria latera trigoni æquilateri erunt ut circumferentia, &c.

¶ Recta à centro ad medium lateris ducta, est prima trigoni, quæ est pars tertia rectæ ductæ ab angulo ad medietatem lateris oppositi, ut dictum est in principio annotationum Geometricarum transmutationum. Resumatur figura noni corolarij. Dictum est a k ad a b longitudine esse triplam: quare a b erit prima trigoni, eius uerò secunda erit b k, quæ semper est longitudine dupla ad primam, ut sæpe dictum est.

http://www.obrascatolicas.com



est. Ideò circulus trigono æquilatero circumscriptus, ad inscriptũ est quadruplus. Etiam dictum est a g continere a d, a b & a c simul: et cum a c sit tertia de a i, similiter a d tertia de a h: constat a g continere tertiam partem duorum laterum in a d & a c. Nam si a h & a i simul iungantur, fiatq; una linea ex ipsis: erit tertia pars ipsius lineæ a d & a c simul. Ideò dicuntur una tertia, duorum laterum trigoni æquilateri a h i. Continet igitur a g unam tertiam duorum laterum trigoni a h i, & primã ipsius trigoni quæ est æqualis rectę ductæ à centro trigoni ad medium latus. Erit enim tertia duorum laterum a s, & prima trigoni s g. Rursus sit a m medietas de a g, ex qua describo circulum continuo m a usq; circumferentiam, & fiat m a n: erit m n æqualis a g. Vnde dico circumferentiam circuli m n, æqualem esse tribus lateribus trigoni a h i: eò quòd diametrus est, ut tertia duorum laterum ipsius trigoni, cum recta ducta à centro trigoni ad medium lateris ipsius trigoni, quæ dicitur prima trigoni. Patet: nam ut dictum est in de Geometricis transmutationibus, sicut se habent diametri circulorum, ita & circumferentię, cuius propositionis demonstratio, penè eadem est cum ea quæ ab Euclide demonstratur secunda duodecimi, quæ est de habitudine circulorum ad inuicem. Ex quo constat, circumferentiam circuli cuius a g erit semidiametrus, ad circulum cuius a m erit semidiametrus, esse duplam longitudine, sicut a g ad a m est dupla longitudine. Rursus arcus f l g, est pars sexta circumferentiæ circuli cuius a g erit semidiametrus, qui arcus (ut supponitur) æqualis est rectæ h i: erunt igitur tria latera trigoni a h i, ut tres sextæ circuli illius, cuius a g erit semidiametrus. Et ex consequenti, circumferentia circuli, cuius a g erit semidiametrus: dupla erit ad tria latera trigoni a h i, & dupla similiter ad circumferentiam circuli, cuius a m est semidiametus. Igitur per secundam partem 9. quinti Euclidis, erit circumferentia circuli cuius a m est semidiametrus, æqualis tribus lateribus trigoni a h i. quòd fuit probandum.



14 Si à centro tres lineę ducantur, una per principium chordę quadrantis aut minoris arcus, alia per mediũ, tertia per finẽ, quę &c.

¶ Resumatur præmissi corolarij figura: traho o r m chordam, quæ erit hexagoni chorda, sunt enim o q m & f l g, similiter d e c arcus similes, per definitionem similium arcuum. Vnde sicut a d c uel a f g trianguli sunt æquilateri, ita a o m: cum etiam notum sit, semidiametrum circuli esse ut latus hexagoni eidem circulo inscribendi. Rursus per 4. sexti Euclidis, erit f g ad o m, sicut a g ad a m: quare f g dupla longitudine erit ad o m, sicut a g ad a m, uel a f ad a o. Vnde a f, a g & f g æquabuntur circumferentiæ hexagoni circulo inscribendi, cũ sexcuplæ sint ad o m. Et ad o m sexcuplæ pariter erunt istæ tres simul, scilicet a h,

cet a h, a k & a i: cum per nonum, corolarium, dictæ sint triplæ ad f g chordam, & ideò æquales a f, a g & f g simul. Vnde illam tenent habitudinem ad o m chordam, quam circumferentia circuli ad arcum o q m: Modò illarum triũ una, per principium chordæ à centro educta transit, ut est a h: secunda per medium scilicet a k, & tertia per finem scilicet a i: & terminantur in linea h i, quæ est æquidistans chordæ o m, per secũdam sexti Euclidis, cum a h equalis sit a i, similiter a o æqualis sit a m. Ideò sicut à o ad o h, ita a m ad m i: erit igitur h i æquidistãs chordæ o m. Dicit igit de Cusa, quòd a h triplicata, æquabitur circumferentiæ circuli. Et hoc constat per præmissum corolarium, per quod probatum est, a h, a i, & h i simul, æquales esse circumferentiæ circuli. Patet corolarium.

15 Arcus æqualis tribus quartis diametri, excedit chordã suam in, &c.

¶ Intellige in medietate sagittæ chordæ, cuius arcus similis est. Resumatur figura 9. corolarij. describo superchordam p n s, arcum p o s: erunt arcus f l g & p o s siue d e c similes, quia æquos capiunt angulos. Vnde quia a i æqualis est f l g arcui, & est ut tres quartæ diametri circuli cuius semidiameter erit a b (cum per 10. corolarium a i ad a s sesqualtera sit) ideò f l g arcus æqualis a i excedit chordam suam, scilicet f g, in medietate sagittæ chordę p n s, quę est n o. Patet: nam a c excedit a b in b e: quare a s quæ est dupla ad a c longitudine, excedet a b bis, siue a n (quod idem est) in bis b e. Et excessus a s super a n, est n o: erit igitur n o longitudine dupla ad b e. Et cum a i æqualis f l g excedat a g æqualem f g in solum g i, quæ est æqualis b e (ut dictum est) nam s g est æqualis a e: & si æqualis a e: erit igit g i æqualis b e: Ideò cõstat, h i siue f l g, excedere f g chordam suam, in medietate sagittæ chordæ p n s. Nam medietas de n o, est ut g i siue b e, quod idem est. Patet corolarium.



16 Diameter circuli, est æqualis duabus tertijs laterum trigoni isoperimetri, & semidiametro circuli eidem trigono inscripti, &c.

¶ Istud penitus idem prætendit, quod 13. corolarium. Nam in 13. corolario dictum est, quòd tria latera trigoni æquilateri: erunt ut circumferentia circuli, cuius diameter est pars tertia duorum laterum, & lineæ rectæ ductæ à centro trigoni ad medium lateris. Modò pars tertia duorum laterum, æquatur duabus tertijs laterum siue unius lateris, similiter recta ducta à centro trigoni ad medium lateris, est semidiameter circuli trigono inscribendi: ex quo patet coincidentia horum duorum corolariorũ. Resumatur figura 9. corolarij, dictum est ibidem a h, a i, & h i simul: æquari circumferentiæ circuli m n, quia diametrus m n (cum sit æqualis a g) continet a s, quæ est tertia duorum laterum, & s g quæ æqualis a b primæ scilicet trigoni. Modò hic dicitur, quia trigonus a h i isoperimeter est circulo m n, erit m n ut a s, quæ facit duas tertias de a i lateris trigoni a h i, cum s g quæ est semidiametrus circuli eidem trigono inscribendi. Patet corolarium.



http://www.obrascatolicas.com

17 Exceſſus ſemicirculi ſuper duas chordas quadrantis, eſt ut exceſſus diametri quadrati, æqualis tertiæ parti eius ſuper ſuam coſtam, &c.

¶Per ſemicirculum intelligit medietatem circũferentiæ circuli. Sit a b orthogonius quadrati: erit a c ter, hoc eſt tripla ad a c longitudine ad a c bis cum a b ſimul, ut arcus quadrantis ad chordam per primum corolarium: cum habitudo a c ter ad a c bis cum a b ſimul, ſit ut tres ſemidiametri ad tres ſemidiametros, minus ſagitta chordæ quadrantis. Sit inſuper a e longitudine dupla ad a b, & a puncto b per 3. primi Euclidis traho æquidiſtantem ad b c æqualem a e, & ſit e f: continuo a cuſpide f, claudet orthogonium quadrati a e f. Vnde ter a f, faciet ſemicirculum ſiue medietatem circumferentiæ circuli: cuius arcus quadrantis erit ter a c, chorda uerò bis a c cum a b ſimul. Et ſicut a f ter facit duos arcus quadrantis, ita a f bis cum a e faciet duas chordas quadrantis: eſt enim una chorda, bis a c cum a b. Duæ igitur chordæ erunt quater a c, ſicut eſt bis a f, & bis a b, uti eſt ſemel a e. Ex quo conſtat, eundem eſſe exceſſum arcus quadrantis ſuper chordam, & ſemicirculi ſuper duas chordas quadrantis denominatione: quia utrobiq; exceſſus dicit exceſſus tertiæ partis, uel ſemicirculi, uel arcus quadrãtis ſuper coſtã quadrati, cuius ipſa tertia pars diametrus erit. Patet: ſigno in a c æqualẽ a b, & ſit a d: erit d c exceſſus arcus quadrantis ſuper chordam. Et cum a c ſit diameter quadrati, cuius a b eſt coſta, & ſimiliter a c ſit pars tertia arcus quadrantis: conſtat c d eſſe exceſſum diametri quadrati, æqualis tertiæ parti arcus quadrantis ſuper ſuam coſtam. Similiter in a f ſigno æqualem a e & ſit a g, erit f g exceſſus medietatis circumferentiæ circuli ſuper duas chordas quadrantis. Si enim ad bis a f cum a e, adderetur f g, fieret ter a f: quare f g erit exceſſus medietatis circumferentiæ circuli ſuper duas chordas quadrãtis. Et cum a f ſit diametrus quadrati, cuius a e erit coſta, & ſimiliter cum ſit tertia pars medietatis circumferentiæ circuli: conſtat exceſſum medietatis circumferentiæ circuli ſuper duas chordas quadrantis, eſſe ut exceſſus quadrati æqualis tertiæ parti medietatis circũferentiæ circuli (ut eſt a f) ſuper ſuam coſtã, ſcilicet a e. Patet corolarium.



18 Valor trium diametrorum circuli ad ſuam circumferentiam, &c.

¶Quia tres diametri dicuntur eſſe ut radix de 4. de 36. & de 12. neceſſe eſt has tres diametros diuiſas eſſe in tres continuè proportionales. Nam ſicut ſe habent radices adinuicem, ita & earum poteſtates in proportionalitate ſe habebunt: hoc eſt, ſi radices fuerint cõtinuè proportionales, ita & earum poteſtates, hoc eſt quadrata radicum. Si uerò diſiunctæ fuerint radices proportionales, ita & poteſtates earum. Modò cum 36. 12. & 4. ſint numeri continuè proportionales: ita eorum radices ſi aſsignabiles forent in quantitate diſcreta, continuè proportionales eſſent. In quantitate uerò continua eſt id facile uidere. Radix quippe de 4. eſt 2. & radix de 36. eſt 6. qui ſunt duo extrema: ex quorum ductu in inuicem, producitur poteſtas mediꝰ ſcilicet 12. Igitur lineæ quæ erunt poteſtate ut 4. 12. & 36. erunt continuè proportionales, per 16. ſexti Euclidis. Reſumatur figura 13. corolariꝰ. Eſt manifeſtum per 9. corolarium: a h, a k, & a i: æquales eſſe a f, a g, & f g. Et cum m n æqualis ſit a g: erũt a h, a k & a i ſimul triplæ ad m n diametrum circuli: circum-



circũferẽtia uerò circuli æquatur trib. laterib. trigoni a h i, per 13. corolarium. Rurſus continuo a i uſq; o, ſic quòd o i æqualis ſit k i, medietati ſcilicet de h i, & ponatur a i longitudine 4. erit o i longitudine 2. & a o longitudine ſex. Rurſus quia a i lõgitudine 4: erit poteſtate 16. & a k poteſtate 12. per 11. decimi quarti Euclidis. Quòd ſic patet: nã k i erit lõgitudine 2. & poteſtate 4: dẽpto quadrato de k i a poteſtate de a i, reſiduũ erit 12. & tanta erit poteſtas de a k: cum per 46. primi Euclidis, a i contineat poteſtates ſiue quadrata de a k & k i ſimul. Rurſus a o quia longitudine 6. erit poteſtate 36. Vnde a k erit media proportionalis inter a o et o i, cum rectangulum quod ſub a o & o i cõtinetur, æquale ſit quadrato a k, ut de ſe conſtat. Et a o cũ o i eſt, ut a h & a i ſimul: igit a o cũ o i & a k ſimul, æquãtur tribus diametris circuli m n, quia æquantur a h, a k & a i ſimul. Ex quo conſtat ter m n, diuiſam eſſe in radicem de 4. per o i, in radicem de 36. per a o, & in radicem de 12. per a k. Rurſus cum a i ſit 4. erit a h, a i, & h i ſimul longitudine 12. Quare & circumferentia circuli, quæ æquatur iſtis tribus a h, a i & h i ſimul. Rectè dictum eſt igitur ter m n ad circumferentiam circuli eſſe, ut radix de 4. cum radice de 36. et radice de 12. ad 12. ſiue ad radicem de 148. quod idem eſt. Patet corolarium.

19 Scientia chordarum nunc extat perfectè adinuenta, &c.

¶Dicit habitudines chordarum quotcunq; graduum, ad ſuos arcus nunc cognitas eſſe, ſiue ſint commenſurabiles ſiue incommenſurabiles: eò quòd habitudinem dicat arcus quadrantis & minoris ad chordam per primum corolarium eſſe, ut tres ſemidiametri ad tres ſemidimetros minus ſagitta chordæ illius arcus. Patet corolariũ.

20 Scientia quadraturæ circuli ſuum finem ſortita exiſtit.

¶Nam habita recta quæ ſit arcui quadrantis æqualis per præmiſſa, ſi inter ipſam rectam & diametrum circuli unum medium proportionale recipiatur, per 9. ſexti Euclidis, erit illud medium proportionale latus quadrati circulo æqualis, cum multiplicatio diametri in quartam partem circumferentiæ, conſtituat paralellogrammum circulo æqualem, ut dictum eſt in de Mathematicis complementis. Patet corolarium.

21 Secundum datarũ linearũ habitudinem ſiue commenſurabiliũ, &c.

¶Ex 12. ſexti Euclidis, diuidere lineam rectam ſecundum habitudinem datarum, eſt manifeſtum. Et ex annotationibus ſexti corolariꝰ, lineam curuam ſecundum habitudinẽ datarũ diuidere eſt facile. Superficies itidẽ curuas per eaſdem annotationes, ſecundum habitudinem datarum diuidere eſt manifeſtum. Nam ad diuiſionem curuarum linearum, diuiſio ſequitur curuarum ſuperficierum: cum in eodem circulo anguli ſupra centrũ (per ultimam ſexti Euclidis) proportionẽ teneant quã arcus, anguli ſuſcipientes adinuicem tenent. Non ſolum anguli, uerum & ſuperficies (quæ dicuntur ſectores circuli) habitudinem tenent quam arcus ad arcum. Patet: ſit deſcriptus ſemicirculus e b f. Sit b c arcus ad b d arcum, ut diametrus quadrati ad ſuam coſtam: erit per ultimam ſexti Euclidis, b a c angulus angulo d a b ut diametrus quadrati ad ſuam coſtam. Etiam dico ſuperficiem a b c, ſuperficiei a d b eſſe, ut diametrus

http://www.obrascatolicas.com

quadrati ad ſuam coſtam, ſcilicet ut b c arcus ad b d arcum. Patet ſic: ſit b h æqualis curuæ b c, ſimiliter b g æqualis b d, ſic quòd g h contingat ſemicirculum in puncto b. Traho a h & a g: erũt portiones rectilineæ, æquales curuis portionibus, per primam ſecundi cap. uel per 4. eiuſdem cap. de Geometricis tranſmutationibus. Nam per 4. ipſius cap. multiplicatio a b in medietatem b g, rectangulam deſcribit æqualem portioni a b c: & rectangula ſub a b & b h, dupla erit rectangulæ ſub a b & medietate b h per primam ſexti Euclidis. Similiter rectangula ſub a b & b g, dupla erit triangulo a b h, per 41. primi Euclidis. Igitur per 9. quinti Euclidis, triangulus a b h æqualis erit portioni a b c. Eodem modo dicendum eſt de a d b portione, quæ eſt æqualis triangulo a b g. Sed per primam ſexti Euclidis, ſicut b h ad b g, ita triangulus a b h triangulo a b g, quod eſt propoſitum. Nam b h ad b g ſe habet, ut diametrus quadrati ad ſuam coſtam: cum b h ſit æqualis b c, & b g æqualis b d ut ſupponitur. Quomodo uerò circuli aut aliæ ſuperficies rectæ dentur in habitudine datarum, hoc liquidò conſtat ex demonſtratione 25. ſexti Euclidis: ſcilicet recipiendo unum medium proportionale inter datas, & ex medio cum una datarum deſcribendo duos circulos, aut ſuper quamlibet polygonias ſimiles deſcribendo: ſetuabunt tam polygonię quàm circuli proportionem, quam datę ſertiabunt, ratione, proportionis duplicatæ. Si uerò corpora ſphærica uel angularia uelis date ſecundùm habitudinem duarum datarum, inter datas duo recipe media continuè proportionalia, per tertium præmiſſum Geometricarum tranſmutationum, & ſuper unam datarum & ſuper proximum ſibi medium fabrica corpora ſimilia, & illam ſeruabunt proportionem quam datæ rectę, ratione proportionis triplicatæ. Et hæc ſatis elici poſſunt ex tertio capitulo libri de Geometricis tranſmutationibus. Patet. corolarium.



1 ADhuc ex coincidentia minimæ contingentiæ & minimi arcus proportionem recipio, quæ eſt talis. Si ponitur ſecundum latus orthogonij ſemidiameter circuli, & tertiũ linea contingens, uel econuerſò, et deſcriptus fuerit circulus: quæ erit habitudo contingentis ad arcum, qui cadit intra orthogonium, illa & rectæ atque curuæ ſuperficierum. Vt ſi orthogonius, fuerit a b c, & b c contingens, & a b ſemidiameter circuli deſcripti, cuius b d portio cadit intra orthogonium, quæ eſt b c ad b d habitudo, illa eſt a b c rectæ ſuperficiei, ad a b d curuam ſuperficiẽ. Probatio huius eſt: quia cum ſic ſit in minimo ſi dari poſſet, igitur & in omnib. cuius non referat, utrum orthogonius ſit maximus an non.





2 Datam ſuperficiem ex arcu & ſectoribus conſtitutam, in orthogonium reſoluere. Vt ſit a b c, reſoluatur b c arcus in rectam quæ ſit b d, & claudatur orthogonius per a d. Et ita habes (ſiue b d ſit ad circumferentiam

rentiam proportionabilis ſiue non) quomodo in rectam ſuperficiem redigatur. Et habes quomodo circulum in orthogonium reſoluis, & demum in quadratum.

3 Datam ſuperficiem rectam in portionem reſoluere. Ex præmiſſa patet, ſi eſt orthogonius quomodo hoc fiat: ſi non eſt, redigatur in orthogonium.

4 Abſciſiones ex chorda & arcu in rectas & circulares reſoluere, de ſe patent.

5 Abſciſionem ſphæræ habitudo curuæ ſuperficiei ad rectam baſis eſt, ut lineæ de Zenith ad centrum baſis, cum ſemidiametro baſis ad ipſam ſemidiametrum. Patet: quia in minima abſciſione ubi recta ſuperficies coincidit cum curua, & Zenith cum centro, ita eſt. Ideò & de omnibus.

6 Curua ſuperficies medietatis ſphærę, eſt dupla ad rectam circuli baſis.

7 Datam curuam ſphæræ ſuperficiem in rectam reſoluere, circularem & rectilinealem.

8 Sphæram in cubum, & cubum in ſphæram reſoluere.

9 Simili modo in alijs curuis ſuperficiebus ad minima reſpiciendo habitudines elicę. Et quicquid ſcibile eſt humanitus in Mathematicis, mea ſententia hac uia requiritur.

Annotationes Omniſancti.

1 Si ponatur ſecundum latus orthogonij ſemidiameter circuli. &c.

¶ Eſt manifeſta ex ultimo corolario, eò quòd per ipſum corolarium dictum eſt ſiue per eius demonſtrationem, ſi b e recta æqualis fuerit b d curuæ, & tracta a e: erit a b d portio, æqualis triangulo a b e. Et ultra, cum altitudo a b e: et a b c triangulorum una ſit, ſcilicet a b: erit maior triangulus minori, ſicut b c ad b e longitudine, per primam ſexti Euclidis. Ex quo conſtat, a b c rectam ſuperficiem ſe habere ad a b d curuam ſuperficiem: ſicut b c ad b d longitudine. Probationem huius dicit, quia ſic eſt in minimo orthogonio, ubi ſcilicet linea contingentiæ, & curua coincidunt. Potius uideſ quia ita eſt de omnibus mediis orthogonijs: ideò & de maximo & minimo orthogonio ita erit.



2 Datam ſuperficiem ex arcu & ſectoribus conſtitutam, in orthogonium, &c.

¶ Hæc ex præmiſſa nota eſt. Nam cum b d ſupponatur equalis b c: erit recta ſuperficies a b d equalis curuæ ex arcu b c et ſectoribus a b & a c conſtitutæ. Quomodo trigonus in quadratum reſoluatur, docet ultima ſecundi Euclidis: & quomodo in aliam figuram, docet 25. ſexti ipſius Euclidis. Quomodo circulus in orthogonium reſoluatur, docet prima ſecundi cap. libri Geometricarum tranſmutationum.



4 Abſciſiones ex chorda & arcu in rectas & circulares reſoluere, &c.

¶ Hæc ex quinta ſecundi cap. Geometricarum tranſmutationum eſt manifeſta.

http://www.obrascatolicas.com

5 Abscisionem sphæræ habitudo curuæ superficiei ad rectam basis &c.

¶ Circulus potest dici curua & recta superficies, respectu tamen diuersorum. Respectu enim rectilinealis superficiei, quæ totaliter rectis claudit: dicitur curua. Respectu uerò superficiei circumdantis corpus curuum, recta superficies dicitur, secundùm intentionem ipsius de Cusa. Aduertendum quippe est, quòd maxima portio sphæræ, est medietas sphæræ: cuius basis circulus, est maximus sphæræ, habens diametrum axi sphæræ æqualem, & centrum commune cum centro sphęræ. Vt sit a b circulus sector sphæræ, cuius axis erit ut a b: erit pariter circulus a b maximus sphęræ circulus, non enim poterit maior eò ex sectione sphęræ dari. At omnes sectores mediarum portionũ, quę sunt minores medietate sphæræ, sunt pariter circuli, et sunt in sphęra sicut chorda in circulo, superficies uerò circũdans portionem ut arcus. Omnes igitur tales circuli, diametrum suũ habent in maximo circulo, & dicuntur hi circuli sectores portionum mediarũ, uel basis portionum. Fiat igitur sectio sphęræ secundùm lineam e f æquidistantem ad a b: erit circulus e f sector portionis, & basis, & centrum erit in recta quæ à centro sphęræ ad Zenith educitur, scilicet c d, quæ trãsit per omnia centra sectorum siue basium portionum sphæræ.



¶ Nota igitur ubi c d secat e f per lineã g, erit g centrum basis portionis sphæræ, & g d recta ducta à cẽtro basis ad Zenith: g uerò semidiameter basis suæ, circuli e g f. Dicit igitur de Cusa, quòd habitudo superficiei circũdantis portionẽ q̃ superficies curua dicitur, ad rectam basis siue ad circulum e g f est, ut habitudo d g (quæ est linea de Zenith ad centrum basis educta) cum g f semidiametro basis, ad ipsam semidiametrum: hanc enim fundat in sequente, ut amplius dicetur. Rationẽ reddens dicit: quia ita est in minima abscisione, ubi recta superficies coincidit cum curua, & zenith cũ centro. Sed non uidetur sufficiens probatio, eò quòd si alia dicatur habitudo curuæ superficiei ad rectam basis, uerificabitur illa de minima abscisione: quoties enim repetita fuerit minima linea simpliciter, non augeẽ sed eadem manet. Vnde omnis habitudo, coincidet in habitudine minimæ lineę ad seipsam: quia omnis proportio est secundùm etiam æqualitatem aut maiorẽ uel minorem inęqualitatem. Sed illud persequentem demonstrare nititur, quæ de maxima abscisione est sphære.

6 Curua superficies medietatis sphęrę, est dupla ad rectam circuli. &c.



¶ Sit descriptus circulus a c, & sit a c axis alicuius sphæræ: erit circulus a c maximus circulus, & basis meditatis sphærę. Traho à cẽtro d per 11. primi Euclidis perpendicularem super a c ad circumferẽtiam, & sit d b: erit b d recta à zenith sphærę ad centrum basis medietatis sphęrę. Igitur per præmissam, quę est habitudo b d cũ d c ad d c: illa erit superficiei medietatis sphęrę ad rectam circuli basis, scilicet ad circulum a c. Modò b d cum sit æqualis d c, erit b d, cũ d c dupla longitudine ad d c: & ex cõsequẽti superficies medietati sphęrę, erit dupla ad circulũ basis, quod uult ppositio. Primò hoc dixit Archimedes, ut referet ipse

pse de Cusa in libro Mathematicorum complemẽtorum. Et quia ita uult de Cusa ut uult Archimedes, ex ipsa intulit de Cusa præmissam: quia ita supposuit in maxima abscisione, scilicet quòd linea de Zenith ad centrum basis ducta, cum semidiametro basis ad ipsam semidiametrum: longitudine seruet proportionem, quam superficies curua superficiei rectæ circulari basis, & similiter in minima abscisione, ubi linea de Zenith ad centrum basis & semidiameter basis coincidunt, cum simpliciter minimæ sint. Ideò omnis habitudo de ipsis uerificari potest: cum omnes habitudines in ipsis de se inuicem uerificetur. Nã tripla, est dupla, quadrupla, & ita de cæteris. Supposito igitur quòd illud de maxima & minima abscisione uerificetur, non tamen sequitur (ut in cæteris consimilib. argumentis diximus) quòd de medijs omnibus abscisionibus uerificetur: sed si de omnibus medijs abscionibus uerificaretur, necesse esset de maxima & minima uerificari. Non uidimus demonstrationem Archimedis qua id demonstrat: scimus tamen, si ipsa superficies medietatis sphæræ non fuerit dupla ad circulum maximum, propè tamen ad modum accedit. Sed ita supponatur in sequentibus, cum id testetur de Cusa in dictis complementis uidisse. Patet propositio.

7 Datam curuam sphæræ superficiem in rectam resoluere circularẽ, &c.

¶ Sume circulum æqualẽ maximo, & duplicata semidiametro, ex ea aliũ describe circulum: qui maximo circulo sphæræ quadruplus erit & æqualis superficiei sphæræ. cum medietas per præmissam, dupla sit ad ipsum maximum circulum: erit igitur tota ipsa superficies sphæræ, quadrupla ad ipsum maximum circulum. Si uerò in rectilinealem, resolue circumferentiam maximi circuli in rectam æqualem, per præmissa corolaria: rectangula sub ipsa & diametro maximi circuli, est quæsitum. Nam quadrupla erit ad ipsum maximum circulum: cum rectangula sub quarta parte circumferentiæ & diametro, sit æqualis ipsi maximo circulo. Patet propositio.

8 Sphæram in cubum & cubum in sphæram resoluere, &c.

¶ Dictum est in demonstratione 8. cap. tertij Geometricarum transmutationũ, quòd columna cuius altitudo æquatur duabus tertijs axis sphæræ, basis uerò quartæ parti superficiei curuæ sphæræ: est sphæræ æqualis. Vnde supposito quòd quarta pars superficiei sphęrę, sit ut maximus circulus: facilis erit propositio. Intelligatur sphæra per circulum a b c, qui sit maximus circulus ipsius sphærę.





Resoluo quadrantem in rectam æqualem, per secundam propositionem à nobis adiectam in annotationibus primi corolarij: scilicet inueniendo arcum quadrantis, qui faciliter sic inueniri potest. Educatur per 11. primi perpendicularis à centro super a c, sic quòd secet curuam a c quam diuidet in duo æqua: & quælibet medietas erit ut arcus quadrantis. Rursus addo ad a c in termino a, rectam orthogonaliter indefinitæ quantitatis: sitq; e a f arcus quadrãtis, & e f chorda o: Cõtinuo a cuscq; d: sitq; c d æqualis b' c, traho d e g & d f h: erit g h æqualis arcui quadrantis e a f, ut dictum est. Recipio per 9. sexti Euclidis unum medium proportionale inter g h & a c, & sit i k, quod in quadratum duco, fiatq; quadratum i k l m: erit æquale circulo, ut sæpe dictũ est. Rursus per 11. sexti Euclidis, diuido a c in tres partes æquales, sitq; l n ut duæ tertiæ: erit per iam dicta, columna cuius i k l m erit basis, & altitudo l n æqualis sphæræ. Rursus per tertium præmissum Geometricarum trasmutationum, inuenio duo media continuè proportionalia inter l m latus basis quadratę, & l n altitudinem, quæ sint l o & l p



http://www.obrascatolicas.com

ut ſit l m ad l p, ſicut l p ad l o, & l o ad l n: erit l p latus baſis cubi columnę æqualis, per primã tertij cap. Geometricarũ tranſmutationum. Et ex conſequenti cubus cuius latus baſis erit ut l p, erit æqualis ſphæræ, cuius ſector erit ut circulus a b c. Si uerò cubum in ſphæram reſoluere uoluerís: primò reſoluere oportet aliquam ſpheram in cubum æqualem ut prius. Sit igitur datus cubus, cuius latus baſis ſit ut a f, & ipſi cubo uolo ſphæram æqualem: aſsignare. Sit primò data ſphæra c d, & latus baſis cubi illi æqualis ſit a b: recurro ad quartum præmiſſum Geometricarum tranſmutationum, faciendo a b primam lineam, & æqualem ſemidiametro ſiue ſemiaxi ſphæræ ſecundam: & ſit b e æqualis c d, traho a e. Deinde educo æquidiſtantem à puncto f ad e b, claudendo orthogonium ſimilem orthogonio a b e, & ſit a f g: dico f g eſſe ſemiaxem ſphæræ æqualis cubo, cuius latus baſis erit ut a f. Patet. Nam per 4. ſexti Euclidis, ſicut a f ad a b, ita f g ad b e: & permutatim a f ad f g erit, ſicut a b ad b e. Sed a b ad b e ſe habet, ut latus baſis cubi ad ſemiaxem ſphæræ cubo æqualis: igitur & a f g erit, ut latus cubi ad ſemiaxem ſphęræ cubo æqualis. Sit inſuper h i æqualis f g, ex qua circulum deſcribo, qui erit maximus circulus ſphæræ cubo æqualis, cuius latus baſis erit ut a f. Patet igitur propoſitum.







9 Simili modo in alijs curuis ſuperficiebus ad minima reſpiciendo, &c.

¶ Ex hac litera elicere uult, ſi aliquarũ quãtitatũ habitudines ſcire qs uoluerit, debet ad minimas & ad maximas reſpicere: & ubi iſtæ uidebuntur coincidere, ita & mediæ coincident, uti dixit de maxima & minima abſciſſione ſphæræ, quantùm ad habitudinem ſuperficiei curuæ ad rectam baſis. Quia enim in talibus uel maximum uel minimum, tantùm eſt ſimpliciter aut maximum aut minimum: non eſt neceſſe, ut media coincidant in maximo. At ſi utrumque ſimpliciter dicere maximum & minimum: neceſſe eſſet media omnia coincidere maximo & minimo. Ad hauriendam igitur coincidentiam maximi & minimi, quorum alterum tantùm ſimpliciter dicitur, ſic ut hæc coincidentia omnibus conueniat mediſs: neceſſe eſt uidere in quo omnia coincidunt media. Et in quo coincident, coincident pariter maximum & minimum: ſiue alterum tantùm ſimpliciter dicatur, uel neutrum dicatur ſimpliciter maximum uel minimum. Sed de his hactenus.

Volumus iam hanc reſolutionem examinare in propinquis numeris, inquirendo propinquam eius habitudinem ad diametrum, uti in alijs fecimus. Sic igitur procedendum erit. Ex prima propoſitione per nos adiectæ in demonſtratione primi corolarij eſt manifeſtum, ſemidiametrum circuli iſoperimetri cuiuslibet polygoniæ, æqualem eſſe primæ ipſius polygoniæ, cum duabus tertijs ſagittæ. Sumamus igitur ſemidiametrum circuli iſoperimetri quadrato cuius latus erit ut a b. Ad quem habendum, diuido a b in duo æqua in puncto c, & ab ipſo puncto per 11. primi Euclidis educo perpendicularem c d, quę ſit æqualis a c, ipſa erit prima quadrati, traho a d & b d: quę erunt ut ſecunda quadrati. Factoq; centro d, circumduco a d arcum quadrantis deſcribendo, continuo d cuſque arcum, & ſit d c e, erit d e æqualis a d: quare c e erit ſagitta quadrati, quam per 11. ſexti Euclidis in tria æqualia per puncta f & g diuido: erit d g ſemidiametrus circuli iſoperimetri quadrato, cuius latus erit ut a b, per ipſam primam



primam propoſitionem in demonſtratione primi corolarij adiectam. Facto igitur d centro circumduco g d, deſcribendo arcum quadrantis h g i, qui erit æqualis rectæ a b. Nam ſicut a b pars quarta eſt circumferentiæ quadrati: ita h g i, pars quarta circumferentiæ circuli iſoperimetri quadrato, cuius a b erit latus. His præhabitis, examinemus ſi a g longitudine ſit 35. cum 1. ſecunda: ſupponendo circumferentiam quadrati longitudine 223. Nam tunc circumferentia quadrati credita æqualis circumferentię circuli cuius d g eſt ſemidiametrus, ſe habebit ad d g bis ſiue ad diametrum ut 223. ad 71. quæ proportio dicitur tripla ſuperdecupertiens ſeptuageſimaſprimas. Vnde ſi circumferentia quadrati ſit longitudine 223: erit a b longitudine 55. cum 5. quartis, cuius quadratus eſt 3108. cum 1. decimaſexta: & cuius medietas eſt 1554. cum 1. trigeſimaſecunda. Vnde ſi a b poteſtate ponatur 3108. cum 1. decimaſexta: erit d e poteſtate 1554. cum 1. trigeſimaſecunda, quia a b ad d e poteſtate dupla eſt. Ruſsus ſi ponatur d g longitudine 35. cum 1. ſecunda: erit c g exceſſus 35. cum 1. ſecunda ſuper 27. cum 7. octauis, eò quòd 27. cum 7. octauis, ſit medietas de 55. cum 3. quartis: ſicut d c eſt medietas de a b. Exceſſus igitur d g ſuper d c, ſiue 35. cum 1. ſecunda ſuper 27. cum 7. octauis, eſt 7. cum 5. octauis. Vnde c g longitudine erit 7. cum 5. octauis: & ſi uerum ſit ſic examino. Diuido 7. cum 5. octauis in duo, & erit medietas 3. cum 13. decimiſſextis: & tanta erit g e longitudine, quę eſt 1. ſecunda d e c g, & 1. tertia de c e. Addo 3. cum 13. decimiſſextis ad d g ſiue 35. cum 1. ſecunda: et erunt 39: cũ 5. decimiſſextis, et tãta erit d e longitudine. Quòd ſi uera eius ſit longitudo, tunc quadratus de 39: cum 5. decimiſſextis, erit ut medietas poteſtatis a b, quę dicta eſt eſſe 1554. cum 1. triceſimaſecunda. Quòd ſi quadratus de 39 cum 5 decimiſſextis ſit maior 1554 cum 1 triceſimaſecunda: tunc d e longitudine minor erit 39 cum 5 decimiſſextis. Et cum d c ſit præciſa medietas de a b, quæ d c longitudine eſt 27 cum 7 octauis: oportet quòd c e ſit minor, q̃ ter 3 cũ 13 decimiſſextis & ex conſequenti, quelibet tertia c e, erit longitudine minor 3 cũ 13 decimiſſextis: quare c g minor erit 7 cum 5 octauis, d g uerò minor 35 cum 1 ſecunda. Econuerſò uerò ſi quadratus de 39 cũ 5 decimiſſextis ſit minor, quàm 1554 cum 1 triceſimaſecunda, qui eſt uerus numerus poteſtatis d e: tunc d e longitudine maior erit 39 cum 5 decimiſſextis. Et cum d c non poſſit eſſe maior nec minor 27 cum 7 octauis: oportet c e maiorem eſſe quàm ter 3 cum 13 decimiſſextis; ſimiliter & quælibet tertia de c e, erit maior 3 cum 13 decimiſſextis. Quare c g 2 tertiæ erunt maiores 7 cũ 5 octauis: & ex conſequenti, d g erit maior longitudine 35 cum 1 ſecunda. Ad habendũ uerò quadratum de 39 cum 5 decimiſſextis: primò quadratus de 39 eſt 1521. Et 39 bis ductus in 5 decimaſſextas, facit 390 decimaſſextas pro ſupplementis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 5 decimiſſextis, eſt, 25 decimæſextæ ex 1 decimaſexta, quæ facit primã decimamſextã cum 9 decimiſſextis ex 1 decimaſexta: additæ ſupplementis: erunt 391 decimeſextæ cum 9 decimiſſextis ex 1 decimaſexta. Reductæ ad unitates, eas per 16 diuidendo: erunt 24. cum 7 decimiſſextis & 9 decimiſſextis ex 1 decimaſexta. Et tantus erit gnomo, qui iunctus quadrato de 39 qui eſt 1521, erunt 1545 cum 7 decimiſſextis & 9 decimiſſextis ex prima decimaſexta. Et tantus erit quadratus de 39 cum quinq; decimiſſextis, qui minor eſt poteſtate de d e, quæ eſt poſita 1554 cum 1 triceſimaſecunda, quare d e longitudine maior erit 39 cum 5 decimiſſextis, ſi a b longitudine ſit 55 cum 3 quartis. Et cum d c ſit 27 cum 7 octauis: ſequitur quòd c e ſagitta maior ſit lõgitudine quã ter 3 cũ 13 decimiſſextis ſiue, 11 cum 7 decimiſſextis; et ſimiliter c g maior erit longitudine 7 cum 5 octauis: & ex conſequenti, d g maior lõgitudine erit 35 cum 1 ſecunda. Quò fit ut latus quadrati ad primam cum cũ 2 tertijs ſagittæ ut eſt a b ad d g, lõgitudine minorem ſeruet proportionem, q̃ 55 cũ 3 quartis ad 35 cum 1. ſecunda. Videamus inſuper an maiorem quàm 6. cum 1. quarta ad 4. ſic: Si a b longitudine ſit 6. cum 1. quarta, erit d c longitudine 3. cum 1. octaua: & ſi d g ſit longitudine 4. erit c g longitudine 7. octauæ, & g e (quæ eſt 1. tertia de c e) erit 7. decimæſextæ: & ex conſequeti, d e erit longitudine 4 cum 7. decimiſſextis. Nam c e erit unum cum 5. decimiſſextis. Rurſus ſi a b longitudine ſit 6. cum 1. quarta: erit poteſtate 39. cum 1. decimaſexta

http://www.obrascatolicas.com

maſexta,& d e erit poteſtate medietas de 39. cum 1. decimaſexta, ſcilicet 19. cum 17. triceſimiſſecundis. Videamus ſi radix de 19. cũ 17. triceſimiſſecundis, ſit minor 4. cũ 7. decimiſſextis: quòd ſi minor, erit etiam d g minor 4. longitudine. Quadratus de 4. eſt 16. & 4. bis ductus in 7. decimaſſextas, erit 56. decimæſextæ pro ſupplementis. Quadratulus gnomonis ſcilicet de 7. decimiſſextis, erit 49. decimaſextæ ex 1. decimaſexta: reductæ, erunt 3. decimæſextæ cum 1. decimaſexta ex 1. decimaſexta: additæ ſupplementis, facient 59. decimaſſextas cum 1. decimaſexta ex 1. decimaſexta: reductæ ad unitates, eas per 16. diuidendo, erunt 3. cum 11. decimiſſextis & 1. decimaſexta ex 1. decimaſexta. Et tantꝰ erit gnomo, qui iunctꝰ quadrato de 4. qui eſt 16. erũt 19. cũ 11. decimiſſextis & 1. decimaſexta ex 1. decimaſexta. Et tantus erit quadratus de 4. cum 7. decimiſſextis, qui maior eſt poteſtate d e, quæ eſt ſolum 19. cum 17. triceſimiſſecundis. excedit enim in 5. triceſimiſſecundis, & 4. triceſimiſſecũdis ex 1. triceſimaſecũda. Erit igitur d e, longitudine minor 4. cum 7. decimiſſextis. Et cum d c non poſsit minor eſſe 3. cum 1. octaua: ſequitur quòd c e erit minor ter 7. decimiſſextis, ſimiliter c g minor 7. octauis: quare d g minor erit 4. ſi a b ſit longitudine 6. cum 1. quarta. Maiorem igitur ſeruabit proportionem latus quadrati ad primam cum 2. tertijs ſagittæ, quàm 6. cum 1. quarta ad 4. Ex his duæ propoſitiones eliciuntur, Prima eſt: Si ſemidiametrus circuli iſoperimetri quadrato, ponatur ut prima quadrati cum 2. tertijs ſagittæ: tũc arcus quadrantis (qui æqualis ponitur lateri quadrati) ad ſemidiametrum, longitudine minorem ſeruabit proportionem quàm 55. cum 3. quartis ad 35. cum 1. ſecunda. Medietas uerò circũferentiæ ad diametrum, etiam minorẽ longitudine quám 111. cum 1. ſecunda ad 71. Circumferentia uerò etiam minorem ad diametrum longitudine ſeruabit proportionem, quàm 223. ad 71. Quo fit, ut minorem ſeruet circumferentia circuli ad diametrum proportionem longitudine, quàm tripla ſuperdecupertiens ſeptuageſimas primas. Secunda. Si diametrus circuli iſoperimetri quadrato, ſit ut prima quadrati cum 2. tertijs ſagittæ: arcus quadrantis ad ſemidiametrum longitudine maiorem ſeruabit proportionem, quàm 6. cum 1. quarta ad 4. Medietas uerò circumferentiæ ad diametrum, etiam maiorem longitudine ſeruabit proportionem, quam 12. cum 1. ſecunda ad 8. Circumferentia uerò circuli ad diametrum longitudine maiorem ſeruabit proportionem, quàm 25. ad 8. Quo fit ut circumferentia circuli ad diametrum, longitudine maiorem ſeruet proportionem tripla ſeſquioctaua. De his hactenus.

Libelli De mathematica Perfectione. Finis.

Repara-

REPARATIO CA-lendarii Reuerendiſs. in Chriſto

Patris Nicolai de Cuſa Cardinalis.

AD laudem omnipotentis Dei, ut intentio correctionis Calendarij clarior fiat, per ordinem de ipſius Calendarij ordinatione, deque ipſius inſufficientia, & erroris cauſis, ac de remedijs, breuiſsime tangam. Prima pars expeteret ab initio compoſitionem eius Ethnicorum tempore enarrare, ſed cum parum proſit propoſito diutius in ea parte immorari, ipſam compendioſa ſuccinctitudine perſtringam. Licet annotari, quòd annus ſit mẽſura cuiuſdam dati motus de termino ad terminum, & ſecundum uarios hominum reſpectus uarius ſit. Vt alij ipſum capiunt reſpectu reuolutionis coniunctionum luminarium 30. dierum. Alij trium menſium, ut Chaldæi ab æquinoctio ad ſolſtitium. Alij duodecim mẽſium luminarium regulariter 354. dierum ut Arabes. Alij reſpectu cuiuſdam perfectæ influentiæ ad hominis natiuitatem 10. menſium, ut Romulus. Alij ad Solis reuolutionem reſpicientes, 365. dierum tantùm, ut quondam Græci, Perſæ, & Aegyptij qui in hac reuolutione defectum reſpicientes ſex addiderunt horas, ex quibus quarto quoque anno biſextilis exoritur: ut Romani præcepto Iulij Cæſaris. Quem & Græci (ut ſacrificia omnia ſtabiliter uno anni tempore fierent, quia ita eſt uiſum eis Deo ſummo placere) ſunt imitati. Aegyptijs ex contraria cauſa, ne ſcilicet uno tempore fixa ſacrificia eſſent, additionem quartæ reſpuentibus, qui annum ſacrificiorum plenæ reuolutionis ex 1460. annis, quem maximum Solis annum aſſerunt, conſtare dixerunt: Et uti uarij ſunt anni, ita & illorum uaria initia. Alij ab Alexandri morte ut ſunt anni, Græcorum: alij à Nabugodonoſor, ut Aegyptiorum: alij à Ieſdagit, ut Perſarum. alij à Mahumet, ut Arabum. Et Azarchel eos ab Elhigera id eſt bello nominat. Alij ab imperatoribus Romanis, ſicut à Diocletiano ueteres Latini longo tempore. Et huius immutationem fecere Chriſtiani 500. annis poſt Chriſtum, ſtatuentes potius à Chriſto quàm tyrannis initia ſumi debere. Sic pariformiter annorum uaria annalia initia exiſtunt. Alij à Martio, ut Romani antiqui: alij à Septembri ut Iudæi: alij ab Octobri, ut Aegyptij & Græci ſimul & Perſæ, licet nullum anni temporale initium firmum ſit, præter annum Solis motum menſurans cum quarta, quoniam in alijs uarietas initij eſt. Perſæ enim & Aegyptij, initium omni quarto anno, per unum diem anticipando uariant, ſimiliter Arabes & Iudæi. Arabes quidem per 50. reuolutiones in idem initium reuertuntur: Iudæi uerò 19. annos ſuos noſtris Latinis coæquant, cum interiectionibus 7. Lunationum emboliſmalium. Chriſtiani ab octauo Calendas Aprilis, quia ibi eſt annunciationis dies & incarnationis Chriſti: licet uulgares Italicos ſequentes à Calendis Ianuarij initium faciant. Omniũ autem eorum præter Chaldæos annum numerantium, duplex fuit ratio: Vna quò ad Solis reditum: alia, quò ad lunationes huiuſmodi reuolutionem menſurantes. Vnde menſes anni lunationibus ſeruiebãt. Et ideo currebãt (inuentione Græcorũ rudi tamẽ) menſes per dies 30. (qui tot diebus Lunam innouari putabant) adijcientes 5. dies, ut annus reuolutioni Solis deſeruiret ad ultimũ menſem: & hos intercalares uocarunt antiqui. Iulius hoc ſequens, menſes ad 30. reduxit dies, ſparſim intercalares addens nõ in fine ut Græci. Arabes uero præciſiores, quia recentiores, duos menſes ex 59. cõſtituerunt diebus, aliquando unũ addentes diem, undecies ſcilicet in 30. annis; & tũc ultimi duo menſes, 60. dierũ ſunt. Deinde licet in his omnibus diuerſitas ſit, tamen ſeptem

Chaldæi. Arabes. Græci. Perſæ. Aegyptij. Romani.

http://www.obrascatolicas.com

ſeptem dierum numero apud omnes, dierum nomina reuoluũtur: licet de prima ſeptimanæ die ac dierum nomine diuerſitas ſit. Chriſtianorum ſeptimanæ initium eſt à die Dominico, Græcorum ac Alexandri à die Lunæ, Ieſnargit à die Martis. Nabugodonoſor à die Mercurij, Ethnicorum à die Iouis. Elhigera à die Veneris, Hebræorum à die ſabbati. Dierum nomina à planeta in prima hora (ut putauit gentilitas) regnante extracta ſunt, & ita dies Solis, Lunæ, Martis & reliqui: non ex ordine planetarum, ſed regimine nomen ſortiuntur. Has gentilium rationes Hebræi ſpernentes, primam à ſabbato, primam ſabbati nominarunt, & ita deinceps. Similiter & Chriſtiani præcepto Silueſtri Papæ, in primam feriam Solis diem, ſecundam feriam Lunæ diem, & ſic deinceps, commutarunt. Statuerunt etiam antiqui, ob motum quem Sol ante reuolutionem 365. diebus ſuperaddit, diem addẽdum alij tertio anno, alij quinto. Iulius Cæſar ſtudioſiſsimus harum rerum indagator, præteritorum errorem deprehendens 11. dies ſimul cum quarta intercalauit, ſtatuens edicto publico quarto anno, 6. Calendas Martij biſextum addendum. Sacerdotes uerò tertio addentes anno diem, denuò in 36. annis 12. intercalarunt, cum nouem ſuffeciſſent. Auguſtus deceptionem hanc animaduertens, iuſsit abſque biſexto 12, currere annos, ut ita ad æquam rationem rediret, quod in æreis tabulis (ut Macrobio in ſaturnalibus placet) ob æternam memoriam iuſsit exarari, à quo tempore, citra anno nihil additum ſubtractumue legitur. Reperio Chaldæos Romanis decemnouenalem cyclum miſiſſe, prolunationum initijs: quem Calendario aureis numeris, inſcripſerunt, & eapropter hoc nomen numeri aurei ſortitus eſt. De his annis, æris, ac ærarum initijs, menſibus, menſium uarijs nominibus, & diebus, ac nominum menſium & dierum iuxta rationum uſum rationibus, cum ijs & quæ uetus religio ethnica quoad dies faſtos, nefaſtos, & comitiales, deq; ferijs, ſtatutis, & conceptiuis, imperatiuis, & nundinis, & ſacrificiorum differentijs. ac cur Calendæ, Nonæ, Idusq; quæ tunc initio incenſionis ac menſis medio ſeruiebant obſeruare ſolebat: ſiquis latiùs uidere optat, ad Auguſtinum 18. libro contra Fauſtum, & ad Bedam de temporibus. Solinum de mundi mirabilibus, Ptolemæum in introductorio in Almegiſti, Abraham Auenzre de rationibus tabularum Piſanarum, ac Macrobium in Saturnalibus, & Ouidium de faſtis, ac alios recurrat. Nunc ſecundam particulam abſoluam - Inſufficientia Calendarij quò ad annum & menſes, in hoc deprehenditur. Cum enim annus cum biſexto menſurari debeat motum Solis, de puncto dato æquinoctiali uel ſolſtitiali uſque ad reditum: docuit experientia, peranticipationem ſolſtitiorum & æquinoctiorum in diebus menſium, annum ſolarem minorem eſſe quàm Iulius ſtatuit, aliquot ſaltem horarum minutis. Ex qua re euenit, ut non ſit in ea Martij die hodie æquinoctiũ uernale qua erat tempore Fœlicis Philoſophi, Abracis, Ptolemæi, Abategnij, Alpetragij Thebetis, aut aliorum præteritorum magiſtrorum probatorũ. Quantus aũt hic error exiſtat, cum ſit paruo tempore imperceptibilis, nec ex quibuſcũq; maximis etiam inſtrumentis punctalis ueritas experimẽto infallibili haberi hucuſque potuerit (ut Abraham Auenzre, & poſt eum Petrus de Ebano in tractatu octauæ ſphæræ dicit) adhuc latet. Ptolemæus 300. id eſt, trecenteſimam diei partem minus quarta eſſe dicit, Albategni centeſimam, Ioan. de Sacrobuſto 288. Alfonſus ponit annum conſtare ex 365. diebus, 5. horis 49. minutis & 16. ſecundis, & ſic in una 34. minus. Et ut refert Abraham, Iudæi dicunt in 350. annis ex quadrantibus plus diem effici: à quibus Azoti non multum diſcrepant. Nec concordant obſeruantiq; quę anno Chriſti 1290. inuentę ſunt cum Alfonſo: quia tunc 13. die 16. horis poſt meridiem, Sol inuẽtus eſt Arietem intrare, quod cum Alfonſo non concordat, nec aliæ experientiæ poſt uel ante habitæ. Sapientes Perſarum aſſerunt, additamentum ſuper quartam, centeſimam decimam quintam partem diei: ut Meſſahala, & Albumaſar in tabulis ponunt. Azarchel Hiſpanus magiſter probationum, 429. anno ab Elhigera, 1089. anno Chriſti ait: centeſimam ſextam partem deeſſe quartæ. Thebith Benchorac ſummus Chriſtanorum Aſtrologus, in uno ex duobus libris, quos de motu Solis com-

Siluestior & id Christianè & Iustè.

poſuit, dicit: centeſimã ſextã deeſſe, in alio 150. abundare: cui Abenceni & Azarabel, cõſentiũt, ſimiliter & Abraam Auenzre. Thebith etiã qui ob diuerſitatẽ experientiarũ, imaginatus eſt motũ acceſſus & receſſus, diuerſus eſt ab omnibus illis dicens annũ non poſſe conſtare ex reuolutione ad æquinoctiũ, quia illa æquinoctialia puncta inſtabilia, aſſerit accedere & recedere: ſed dicit annũ ex motu Solis à ſtella fixa ad eandem conſtare, uti Indi annũ menſurant ſecundũ Abraam Auenzre, addentes ultra quartã unã 120 partem diei, ſcilicet quintã partem unius horæ, & loquuntur de anno reuolutionis de ſtella ad ſtellam eandem. Sed de anno feſtiuitatum eorũ loquentes dicunt, ex quarta plus 120 annis diẽ exurgere: & hic annus eſt maior noſtro communi, cum quarta, 23. ſecundis, & 30. tertijs: quæ in 353. annis, faciunt diem unũ. Vnde cum cõſideratio noſtra non ſit de ariete ſtellato octauæ ſphæræ, quò ad præſens negotiũ, ſed de puncto æquinoctiali: tunc annus adeò remanet dubius q̃ quidam cõpulſi fuerunt dicere omnẽ motum ſupcęleſtium incommẽſurabilem eſſe rationi humanæ, & in quadã irrationabili, ꝓportione, habente ſurdam & innominabilem radicẽ cadere, quia data quacunq; menſura humana proqinquè motũ menſurans, dabilis eſt ſemper, ꝓpinquior. Et ita dicunt motũ ſuperiorẽ, per humanum ingenium compræhenſibilem: ſicut circulus per idem ingenium eſt quadrabilis, & angulus acutus contingentię attingibilis per rectilinealem. Petrus etiã de Ebano in tractatu de octaua ſphera, opinionem acceſſus & receſſus Thebith repræhendit, ſimiliter & Abategni. Et cum quæreretur ab eo cur tempore Abracis & Ptolemæi ille motus tardior inuentus ſit, quam tempore iſto: reſpondet ad hæc, motum in cœlis omnibus incognitum eſſe. Thebith in imperfectione humanæ rationis & inſtrumentorum impedimentum poſuit. Alpetragius opinionem Ariſtotelis ſequens. Ptolemæi & aliorum omnium opiniones eccentricorum & epicyclorum confutat, apparentias ſaluans etiã ponendo ſpheras omnes cõcentricas. Inter has igit̃ omnes opinionum diuerſitates, Iulius Cæſar annum ſuper obſeruatione Babilonicorum antiquiſsimorũ Achamin, & Midan, & Abracis fundauit: qui 365. dierũ & 6. horarũ annũ poſuerunt. Et cum poſitiones ille clariſſimè conſpiciantur deficere: ſic & annus deficit. Quò uerò ad noſtrũ propoſitũ, patet in nullo anno Romano noſtro. Solem illa hora æquinoctij uernalis pũctũ intrare cõformiter ſicut alio: imò adeò differẽter, quòd aut in 300. annis ſecũdum Ptolemeũ, aut 288. annis ſecundũ Ioannẽ de ſacrobuſco, aut 136. uel quaſi ſecundũ Alfõſum, aut 100. ſecundũ Abategni, per integrum diẽ fit anticipatio. Et quantũ experientijs ad quoddã cõmune mediũ deductis ꝓpinquius haberi poteſt: tũc 150. annis æquinoctia & ſolſtitia die uno antecedũt. Error alius quò ad meſes lunares & incenſionũ dies, in Calendario per decemnouenalẽ aureum numerum ſignatos, omnibus adeò manifeſtus eſt quòd declaratione non eget. Nam non oſtendit hodie Lunam primam, ſed plus quàm quartam. Refert Ioannes de ſacrobuſco, Gamalielẽ magiſtrũ Pauli, Euſebiũ Cęſarienſẽ, & Hieronymum aſſerere, Chriſti natiuitatis tẽpore, 10. Calendas Aprilis Lunã primã fuiſſe. Et quia ibi eſt unitas aurei numeri ſignata, patet tunc per decennouenalem cyclum, primationum dies habitos: ſed quantum nunc diſtent uidendum. Dicit idem Ioannes de ſacrobuſco, 1235. quòd anticipatio facta fuit tribus diebus cum 4. horis: & hoc aſſerit more computiſtarum rudi Minerua, pro una decennouenali reuolutione horam cum tertia anticipando, quod cum Ptolemæo præciſè, non concordat: imò penè ſeptima horis diſcrepat, & ſecundum Alfonſum hodie quatuor diebus cum dimidio, & quaſi tribus horis & ultra. Et hic error ex diſproportione 19. annorum Solarium cum quarta ad reuolutiones coniunctionales exoritur. Poſtquam enim Græci primi inuenerunt ſe in eo erraſſe, quod menſem 30. dierum poſuerunt: quæſierunt an ex aliquot annis Solaribus reuolutio perfecta, hunc errorem corrigens haberi poſſet. Et primò hoc cum ogdoade (ut Ptolemæo in introductorio placet) tentarunt: putantes ex epacta undecima dierum & quarta diei, quibus dixerant Solarem annum lunarem excedere, in octauo concordiam haberi. Vnde ex epactis 30, dies in octauo colligẽtes, 3. menſes addiderunt: unũ in tertio alium in quinto,

Quadratura circuli.

http://www.obrascatolicas.com

quinto, alium in octauo. Et inuẽta est diuersitas ex hac positione, cũ lunatio subtiliùs indagata, inuẽta sit 29. dierum, 12. horarum, 31. minutorum, 50. secũdorum, 8 tertiorum 20. quartorum diei. Et sic annus 12 lunationum, constituitur ex 354. diebus & ferè tertia parte diei. Vnde superexcrescentia Solaris esset 10. dies, medius, tertia pars, & medietas sextæ: illi autem in 8. multiplicati, 87. dies efficiunt, qui non efficiunt 3. lunationes. Vnde post hæc Hippolytus Episcopus 16. annorum cyclũ hexadecaterida, id est sex & decem scripsit ad primum annum Alexandri Imperatoris. Et hic Eusebio, qui decẽnouenalem cyclum quem enneadecaterida id est nouendecẽnalẽ dicunt, inueniendi occasionẽ dedit, ut Hieronymo placet de illustrib. uiris. Et cõpererũt practicij, illũ enneadecateridem scilicet decẽnouenalem cyclum præcisiorem, cum 19. anni habeãt 6940. dies, 235. mẽses, cum 7 epactarũ mensib. Sed quia (ut ait idem Ptolemæus) Luna addit super annos Solares cũ quarta in 19. annis, unã 78. diei: dixit secta Fœlicis Philophi, 19 annos reuolutioni non conuenire, sed quater. 19. scilicet 76. annos. & hęc reuolutio propinquior exist it ueritati. Sed quia 19. anni deficiunt â ueritate: ita & necesse est omnes multiplices eius. Quare licet antiqui in quater 19. in quinquies 19. in sexties, aut ultimò in septies 19. annis, reuolutionem cum maximis laboribus quæsiuissent: in omnibus tamen illis cadit defectus talis, qui temporis successu percipitur. Azarchel sequendo positionẽ Ptolemæi scribens tabulas, ponit lunationẽ 29. dierũ, 31 minutorum, & 50. secundorũ diei. Et sic annus lunaris constat ex 354. diebus, 22. minutis diei: & in 30. annis Arabum fit reuolutio, quæ continet 360. lunationes, & dies 10631. Et non curat Azarchel de tertijs, & quartis: licet in longo tempore notabilẽ diuersitatem efficiant. Dies autem 11. qui in 30. annis Arabum ex 22. minutis exurgunt, ibi sextiles uocantur: & postquàm medietatẽ excesserint, dies additur. Ex quibus patet, cũ 30. anni Arabũ sint minus tẽpus reductionis coniunctionũ mediarũ ad initiũ, quòd 19. anni Solares cum nec sint submultiplices aut multiplices ad eos, quòd necessariò in ueritate reuolutionis deficiant. Et hoc: nam aut ipsi 19. anni habent 4. bisextos, tunc sunt minores 235. lunationibus, 40. minutis, 50. secundis: aut habent 5. & tũc super 19. minuta & 10. secunda. Et quoniam post illum qui habet 4. bisextos, sequũtur 3. de 5. bisextis: sic solùm 76. anni alijs 76. æquãtur, & non 19. alijs 19. Et cum 57. anni de 76. habeant ut dictum est 15. bisextos, & addãt ultra 705. lunationes, 57. minuta, & 30. secunda, & alij 19. quatuor bisextilium minores sint 235. lunationibus 40. minutis, & 50. secundis: patet per subtractionem 76. annos habere ultra 940. coniunctiones, 16. minuta & 40. secunda, & sic quater 76. haberent diem, 6. minuta, & 40. secunda ultra 3760. lunationes. Et sic post 4256. annos, diceretur prima in Calẽdario ubi plena esset. Quòd si secundũ Ptolemæũ tertia quarta & quinta respexerimus, & diuiserimus tẽpus æqualis coniunctionis secundũ cum per dies 76. annorũ: remanerent post 940. lunationes 24. minuta, 22. secunda, 13. tertia 46. quarta, & 40. quinta. Quia ut Abrahis simul & Ptolemæus inuenerunt, tempus mediæ coniunctionis est 29. dies, 31. minuta, 50. secunda, 8. tertia, 9. quarta, 20. quinta. Et licèt in 2. cap. quarti Almegisti dicat, possibile fore errorem in consideratione interuenisse: eclipses tamen nobis ueritatem ostenderunt. Vnde secundũ hoc patet, quòd quater 76. anni, erunt maiores 3760. lunationibus, 58. minutis, 8. secundis, 55. tertijs, 6. quartis, & 40. quintis unius diei. Et sic in 1520. annis anticipatio fieret 4. diebus, & quasi 20. horis. Ex quibus duo patent: aureum numerum in Calendario Romano positum, errorem maximum in se continere, ipsumq; iuxta hodiernas incensionum anticipationes, ante Christum fuisse ascriptum, fortè eo tempore, quo Iulius Cæsar publico edicto emendatum iussit recipi opus, quoniam error qui in 36. annis per Augustum ex uitio sacerdotum (ut Solinus simul & Macrobius asserunt) sero fuit depræhensus, nõ potuit nisi sero in uariatione æquinoctij aut solstitij experiri: cum difficile multum sit & penè impossibile, pũctale tẽpus in illis introitibus sciri: nec etiam ipsa dies, nisi per maximã diligentiã, & magna instrumenta mensuraretur. Sed error coniunctionum quò ad diẽ aut dies ex usu exortæ Lunæ, facile conspicitur. Ex quo errore puto Augustum motum, ad corrigendum per saltum superfluam annorum accrescentiam. Neq; est dubium, ante Chri-

Christum iam decennouenalium cyclorum reuolutiones præcessisse, cum legatur maximi cycli 532. annorum, qui ex multiplicatione cycli Solaris 28. annorum in 19. aureum numerum resultat, Christi natiuitatem 20. præcessisse: ut Ioannes de sacrobusco refert. Anatholius etiam de quo infra decennouenalem cyclum pro Paschæ inuentione ordinans clarè ostendit, suo tempore qui ante 300. annum incarnationis tabulam conscripsit, iam anticipationes coniunctionum per diem integrum à tempore locationis aurei numeri factas, cum ponat cyclo lunari 19. existente, & decemnouenali tria, in 25. Martij 26. Lunam, quæ ut clarum est non esset 26. si dies coniunctionum aurei numeri situm non preueniret per diem.

POstquam nunc error compositionis Calendarij manifestus est magis ad propositum accedendo, de paschalis sacramenti errore quò ad diem celebritatis hæc sunt notanda per ordinem. Primò quòd diuinum præceptum de celebrando Pascha existit, de mense primo & nouorum, 14. Luna ad uesperam, & quòd 7. dies azymorum existũt, ut hoc est præceptũ est Leuitici 23. Secũdò, quòd in intellectu huius præcepti in Ecclesia Dei opinionum uarietas exorta legitur, ita ut Asiani & Græci (uti se ex traditione sancti Ioannis Euãgelistę habere asserebant) semper 14. Luna quæcunque euenit post uernale æquinoctium Pascã facerent, uti ex epistola quam Policrates Ephesiorum Episcopus ad Victorem Papã tempore Seueri scripsit, habetur: cuius partem sanctus Hieronymus de illustribus uiris inter serit. Romani uerò Petri & Pauli uestigia tenentes, non nisi Dominico die proximo sequente 14. ipsam Lunam resurrectionis solennia peragebant: putantes adeò hoc diuino mandato consentaneum, quod Pius octauus â Petro Papa, de consecra. distinc. 3. nosse per causam, declarat: & post eum Victor Papa 13. à Petro, aut 15 secundum alios, temporibus consulatus Commodi secundum Eusebium existens: per decretum de quo de consecra. distinc. 3. celebritatem. hoc statuẽs cum causæ expressione, quòd alias non facientes excommunicaret. De qua re Eusebius latiùs loquẽs in 23. cap. ecclesiasticæ historiæ dicit, uaria Concilia eapropter congregata & 24. cap. dicit, Hireneum Lugdunensem Episcopum cum alijs Galliarum Episcopis, licet Victori assentirent: non tamen laudare, quod Asianos ea propter abscinderet à catholica Ecclesia. Fuit tunc per Theophilum (mandato Victoris Papæ) in Cæsarea Palestina Concilium congregatum, quod similiter ex sex causis Dominico die semper statuit Pascha celebrandum, quia illa est dies creationis mundi, cum septimus sabbati sit, in quo meritò festiuitas regenerationis peragitur. Et quia ea die Dominus resurgens per Prophetam dixit: Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, cum alijs causis ibi positis. Cuius Concilij laudes, Hieronimus in de illustribus uiris de isto Theophilo scribens, meminit: quem sub Seuero fuisse asserit. Non tamen cessauit hæc diuersitas, quousq; in pleno orbis Concilio uniuersali Niceno idem statueretur. Et in hac sententia hodie Ecclesia absq; errore permanet & discordia. Deinde consequenter circa ipsam 14. Lunam diuersitas exorta est, uolentibus aliquibus si dies 14. Lunæ fuerit Dominica, quòd in ea celebrandum esset Pascha, & quòd dies azymorum usq; ad uigesimam Lunam extenderentur. Huius sententiæ fuêre aliqui, qui cum Iudæis in ea Iudæorum festiuitate 14. Luna Pascha faciebant: & de his ita intelligentibus præceptũ, soluebãt ieiunium 13. Luna aliqui, qđ non licuit. Aliqui nolẽtes tunc ieiuniũ soluere, in ipsa summa festiuitatis die ieiunabant, Manichęorũ uesaniã sectantes, qui in Nicena Synodo & alijs multis, tesseradecadites hęretici cõdemnant. De quibus Augustinus in libro catalogi hęreticorũ mentionẽ facit & de his infra circa finẽ. Fuêre nõnulli qui 14. Lunã Paschа aiebãt celebrari posse, & ultra 20. Lunã extendi nõ debere, ut ille doctissimus Laodiciæ Syriæ Episcopus Anatholius Alexãdrinus, qui sub Probo 249. anno à passione Domini de Paschæ festiuitate scripsit, cũ in quadriuio peritissimus esset, ut Eusebius simul et Hieronymus de illustribus uiris attestantur. Et hoc propter diuersã supputationẽ, quoniã à uesperis diem more Hebræorũ incipit, dicẽs, quando in uesperis Luna est ¼ in mane diẽ sanctissimę festiuitatis si Dominica foret, esse posse. Et cũ dicat diem ipsum

http://www.obrascatolicas.com

ipſum uſq; ad ueſperam 14. Lunæ eſſe, fatetur 14. Luna Paſcha poſſe celebrari, loquens de completis & perfectis lunationibus. Et ita ſolo nomine ab aliis qui 15. Luna Paſcha noſtrum non cum Iudæis celebrandum aſſerunt, diſſentire uidetur: quantùm ex libello ſuo deprehendere potui. Iſta etiam diuerſitas in uariis Conciliis particularibus declarata eſt, & demum in Niceno ſtabilita: ſcilicet quòd primũ paſcha, ne cum Iudæis concurramus aut eos præueniamus, eſt 15. Luna primi menſis. Et non fuit neceſſ. quò ad concurſum aut præuentionem cum Iudæis, ab eo Concilij tempore aliquis error: ſed quia tantum ſunt 7. azymorum dies, fuit dubitatum apud ueteres, an ultra 21. lunam extendi poſſet celebritas. Et licet aliqui uacillarent in certo caſu: tamen peritiſſimorum omnium ſententia, quæ in Cæſarienſi Concilio, & deinde in Nicæno canonizata extitit, tenebat hoc penitus non licere. Rationem Anatholius ponens dicit: Ideò 7. dies azymorum à Domino Moyſi cuſtodire præcipitur, ut in ipſis nulla tenebrarum poteſtas lucem exuperet. Licet enim noctium initia tenebreſcant: tamen ipſas uſq; ad noctis medium, ante exorta Luna non permittit. Oportet itaq; Lunam in Paſchæ feſto, maiorem noctis partem illuminare: quare ultra 7. dies azymorum extendi nequit, ne tenebræ noctis lumen Lunæ exuperent. Cum itaq; ſolennitas reſurrectionis lux ſit: non eſt poſsibile ipſam cum uictoria tenebrarũ concurrere & communicare. Quare ultra extendentes celebritatem, auctoritati diuinæ ſcripturæ iniuriantur, & ſacrilegij contumaciæq; crimen ac animarum incurrunt periculum, ueram lucem omnibus tenebris dominantem, cum aliqua tenebrarum dominatione offerentes. Hinc præcepto diuino obedientes, ultra. 21. Lunam ad ueſperam celebritatem non extendunt. Hæc ille. Idem conſtitutio Victoris ſuperiùs allegata in cap. celebritatem, oſtendit. Certè hæc aduertenda ſunt, quoniam noſtro tempore Paſcha non ſolùm ad 21. Lunam: imò ſæpe ad 26. ſe extendit: & meritò ponderantes eſſe debemus ea quæ Anatholius dicit, Dei ſimul & Niceni Concilij ac aliorum Conciliorum, & Romanorum pontificum præcepta reuerenter colendo. Et ut tantus error paſchalis obſeruantiæ tollatur de catholica Eccleſia: hoc ſacrum Concilium Baſilienſe pro reformatione Eccleſiæ congregatum, ante omnia inuigilare debet. Eſt conſequenter circa eam partem præcepti quæ menſe primo & nouorum Paſcha celebrandum, antiquorum intentio penſiculãda: quæ eſt, quòd ille eſt primus menſis cuius plenilunium æquinoctium uernale attingit. Et fuerunt quidam conſiderantes 7. azymorum dies noſtrę paſchali feſtiuitati ſeruire: & tales putarunt, ſi etiam plenilunium æquinoctij uernalis diem præcederet, dummodo poſt æquinoctium ante 22. Lunam Dominicus dies occurreret, poſſe paſcha celebrari. Cuius opinionis uidetur Anatholius fuiſſe, cũ ipſe ponat æquinoctium 8. Calendas Martij: & in decennouenali ſuo cyclo dicat, ſi æquinoctium fuerit 4. feria, & Luna 16. ſic trãſiuerit oppoſitionẽ: tunc Luna 24. Calen. Aprilis Paſcha celebretur. Idẽ dicit Luna, 15. exiſtente in æquinoctio, exiſtente 6 feria: 6. Calen. Aprilis, 17. Luna Paſcha eſt. Hæc opinio licet ab aliis tunc etiam fortaſsis teneretur: tamen acceptata non eſt per Eccleſiam. Vnde Dionyſius cognomento exiguus, ad Petronium Epiſcopum ſcribens refert: Nicenam ſynodum ſtatuiſſe, 14. Lunam præcedentem æquinoctij uernalis initium, ultimi menſis eſſe & non primi: quare oportere tunc aliam lunationem proximam expectare. Idem legitur in ſeptimo libro eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ubi Niceni Concilij paſchale ſtatutum recitatur. Et ratio ſtatuti fuit diuinum præceptum, q̃ nos Chriſtianos arctat, ut ſaltem menſe nouorum primo infra azymos dies cũ Iudęis cõcurramus. Eſt præterea ſciendum, cũ paſchale ſacramentũ regenerationis feſtiuitas exiſtat: fuit à patribus in Cæſarienſi Concilio definitũ: conuenire huic ſacratiſsimo myſterio tempus uernalis æquinoctij, quia mundi initium in uere fuiſſe probat ſcriptura, quæ germinaſſe dicit terram herbam uirẽtem. Et quòd in æquinoctio, probat diuiſio æqua lucis à tenebris, quæ non eſt æqua extra æquinoctium, & fuit plena lumine Luna, quia ut ait ſcriptura, lucebat in inchoatione noctis, ideò neceſſariò plena. Ait etiam ſanctus Cyrillus in epiſtola ad Valerium, & totam Carthaginenſem Synodum: Chriſtum ea die mortuum qua conceptum, & ea die per mortẽ regeneraſſe

haſſe hominem qua Adam à Deo creatus peccauit. Vnde ſicut in Adam omnes morturi fuere illa die, ita per mortem Chriſti omnes uiuificati. Quare hæc ſolennitas eſt diligentiſsimo ſtudio cuſtodienda. Noluerunt autem antiqui, ut in ipſa æquinoctiali die Paſcha fieret, ſed ea ſtranſuadato: quoniam hoc primò ante Chriſti aduentum obſeruatum legerunt. Philo enim Iudæus, Ioſephus, & eorum antiquiores Agathophilus, & ab eo eruditus Ariſtophilus ex Pannaida ciuitate, qui unus ex 70. interpretibus fuit: omnes ſentiunt tranſuadato æquinoctio paſcha immolandum. Addit Ariſtophylus (ut refert Anatholius) quòd Paſcha celebrãdum eſt tranſuadato æquinoctio per utrumq; lumimare, Sole ſcilicet aſcendente uerſus ſolſtitium æſtiuale, & Luna poſt oppoſitionem de æquinoctiali ſigno libræ uerſus hyemale ſolſtitium deſcendente. Oportet enim hoc ideò fieri, ut tenebrarum poteſtas ſit uicta, & dies quantulumcunq; noctem exſuperet. Idem Origenes (quem omnium eruditiſsimum & componendi calculi perſpicaciſsimum Anatholius dicit, (ut ex hoc calciteri nomen ſortitus ſit) in luculentiſsimo libello Paſchæ dicit: ultra æquinoctij tranſitum, in paſchali myſterio aduertendum ad Solis exordialem aſcenſum, ſuper tetras tenebrarum inſidias. Tunc enim peragitur ueræ lucis Solis iuſtitiæ feſtiuitas, quando per uictoriam aſcendit ad nocturnalium offendiculorum caliginem opprimendam. Ex quibus cauſa nunc aperta eſt, cur patres in Nicena Synodo & eorum prædeceſſores: primum Paſcha altera æquinoctij die deſignabant. Vnde quia Niceni Concilij patres, ponebant circa 12. Calendas Aprilis æquinoctium: 11. Calendas Aprilis primum Paſcha ſignabant. Ita fecerunt & ipſis priores, qui æquinoctij diem 8. Calendas Aprilis ponebant: primum Paſcha 7. Calendas locarunt. Ex his omnibus patet, patres noſtros in hanc ſententiam conueniſſe: quòd Paſcha noſtrum in menſe nouorum, quo noui fructus in Aegypto colliguntur (ut ait Ambroſius in epiſtola ad Epiſcopos per Aemyliam conſtitutos) poſt æquinoctium uernale in dominico die à 15. Luna, uſq; ad 21. incluſiuè celebrandum eſſe. Et ita canunt multorum Conciliorum decreta, & in primis Niceni: deinde Antiocheni, Cæſarienſis, Alexandrini, & aliorum. Refert etiam Dionyſius exiguus, in prælallegata epiſtola: ipſa ſtatuta maximis pœnis, quò ad clericos depoſitionis, quò ad laicos deportationis, Conſtantino Imperatore approbante uallata. Nunc reſtat unum adhuc, habens non paruam difficultatem intelligendi: ſcilicet an omni 15. Luna quæ immediatè æquinoctium uernale ſequitur, ſi ibi Dominica fuerit, aut in proximis 7. ſequentibus ſi non fuerit Dominica, Paſcha ſit celebrandum. Et primum reperio antiquos inter communes 12. lunationum annos, & emboliſmales additionem lunationis habentes ſcilicet 13. lunationes: differentiam annotaſſe. Ait enim ſanctus Cyrillus in quadam epiſtola: hunc annum ſancto Moyſi reuelatum, & de feſto Paſchæ communis anni, ad feſtum commune 354. dies eſſe: de communi feſto uſq; in emboliſmalis, 384. dies exiſtere. Paſchaſius Epiſcopus qui Calcedonenſi Concilio præſedit, ad Leonem Papam de paſchali feſto ſcribens ait: conſulatu Antonij & Siagrij, licet 7 Calendas Aprilis dies Dominica, & 21. Luna eſſet, quoniam emboliſmalis annus, nõ tunc ſed nono Calendas Maij, Luna 18. paſcha celebrandum. Et huius rationem habere uolens, ad legalem Iudæorum ſupputationem remittit, dicens: quoniam qui rationem hanc ignorãt, de facili in errorem incidunt: Afferens Ogdoadem, quæ incepit conſulatu clariſsimorum uirorum Etij & Sigilberti, tunc claudi. Ad idem, ſanctus Cyrillus in epiſtola ad Synodum Carthaginenſem dicit: ad legalem Iudæorum ſupputationem in communibus & emboliſmalibus annis, ad habendũ primorũ nouorũ menſem, iuxta angelicã traditionẽ Pachomio ſancto manacho factam, recurrendum, dicens: in emboliſmali Paſcha in Martio nunquam celebrandum. Ex quo patet, ueteres in emboliſmalibus ad Ogdoadem reſpexiſſe, & ad Hebræorum ſupputationem. Et cum decennouenalis cyclus cum his non cõcordet: non laborabant per eum. Vnde ut idem Paſchaſius proſequitur: tunc in emboliſmali oportet compleri 13. lunationes, & tunc ſubſequẽs eſt primi menſis. Declarat hunc errorem per exemplum, quomodo anno conſulatus Honorij & Conſtantini bis, tempore Zozymi Papæ cum uitaretur ne 10. Calendas

http://www.obrascatolicas.com

Maij Paſcha celebraretur, 8. Calendas Aprilis celebratũ eſt; pro emboliſmo cõmunis annus receptus. Qui grauiſsimus error, miraculo fontis Meletinenſis, qui probaptiſandis Chriſtianis abũdare diuino dono annua paſchali feſtiuitate ſolebat, eo anno confluẽtibus 8. Calendas Aprilis baptiſandis aqua carebat, & 10. Calendis abũdabat. Ex quib. patet emboliſmales annos obſeruãdos, ut tũc de Paſcha ad Paſcha 384. dies numerentur: Quibus autem annis emboliſmus currat uidẽdum, & ſecundũ Anatholium & ueteres Aegyptios, qui decennouenali lunari cyclo utebantur (ſicut & hodie Græci & Hebræi) tunc 3. 6. 8. 11. 14. 17 19. Lunaris cycli: emboliſmales ſunt. Dionyſius uerò exiguus ad Bonifacium primi cerium notariorum, & Bonum ſecundi ceriũ ſcribens dicit: per ogdoadem hendecademq; emboliſmos reuolui, aſſerens primũ decennouenalis cycli fore 17. Lunaris. Dicens etiam decennouenalis cycli emboliſmales fore pariformiter 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. Et cum iſte decennouenalis à Lunari differat: eſt ſecũdum ipſum emboliſmalis, puta 8. anno decennouenalis, qui non eſt emboliſmalis ſecundũ Hebræos & Græcos, cum ille ſit quintus Lunaris cycli. Sic pariformiter in 19. anno cycli aurei ſecundum ipſam emboliſmalis eſt, qui ſecundũ Hebræos cum ſit 16. emboliſmalis non eſt. Ex qua diuerſitate emboliſmi fit, q̃ iudicamus Hebræos in 12. menſe celebrare, ſicuti Ambroſius opinabatur in illa epiſtola ad Epiſcopos per Aemyliam, licet ſecundum ſuum cyclum in primo celebrãt. Et dicit Abraam Auenzre, licet 9. exiſtente aureo numero, & 8. & 19. ſit inter Chriſtianos & Iudæos emboliſmi differentia tamen terminus Paſchalis quãdo 9. eſt aureus numerus non uariatur, licet benè quando 9. & 19. Et hæc differentia aliquando à Iudæorum Paſcha 36. dierum exiſtit, cum tamẽ noſtrum Paſcha intra dies azymorum ſemper cadere deberet, ut ex ſuperioribus patet, & per Bedam ſecundo libro de temporibus. Et hic aperitur alius error obſeruationis Paſchalis feſtiuitatis, propter differentiam emboliſmorum in locis duobus prænominatis. Et ſatis mirandũ eſt, quòd Dionyſium noſtri ſequuti ſunt, cũ termini ipſi Græci, ogdoas, hendecas, & enneadecateris ſatis manifeſtè oſtendiſſent, in inquiſitione emboliſmorum nos Grecorum lunarem cyclum ſequi debere, quo utuntur etiam hodie, ut in libro uenerabilis Iſidori Abbatis uidi, à quo Græcorum terminos paſchales extraxi: Similiter & in tabulis Perſicis de libro eiuſdem Abbatis per me in Latinum reductis, ubi cum dies coniunctionis per 19. annales uariationes inueniri docent: cyclus Lunaris pro fũdamẽto ponitur, & nõ aureus numerus. & quomodo in Calendario Romano affigi debeat: ibi annotat. Et non eſt dubiũ, cyclũ in Nicæno Cõcilio pro inuenienda 14. Luna Paſchali Calendario infixum, de quo infra fuiſſe iuxta Græcorum obſeruationem lunaris cycli, quo ante & poſt omnes Græci utuntur. Vnde differentiam emboliſmorum inconſideratè exortam credo, quando Latini aureo decẽnouenali cyclo, eis à Chaldæis (ut dicitur) miſſo uſi ſunt, & regulis emboliſmalibus Græcorum eas ad numerum aurei numeri, cum ſit decennouenalis ſicut lunaris cycli, applicando. Conſequenter uidendũ, de finali concluſione erroris noſtri Calendarij, quæ eſt iſta. Quia in duobus falſis principaliter ſe antiqui fundarunt, ſcilicet æquinoctium uernale in certo die fixè permanere, & 19. annos ſolares integrã lunationum reuolutionem continere, & ſuper iſtis ſua decreta fundarunt celebrationis Paſchę: hinc error. Et licet uaria fuerit opinio de die illa æquinoctiali, ita ut antiquiores uſq; ad Anatholium putarent, 8. Calendas Aprilis eſſe, alij 12. alij 15. & ideò uariæ opiniones de Luna Paſchali: Græcis qui 8. Calendas putarunt æquinoctiũ eſſe, obſeruantibus lunationem proximam poſt 4. idus Martij, Latinis qui 15. Calendas æquinoctij diem aſſerebant, à tertio nonas Martij, & Agyptijs qui 12. Calendas ab 8. idus Martij: tamen ſacra Synodus Nicena Agyptiorum uiam acceptans, ſtatuit paſchalem Lunam illam eſſe, quæ ab 8. idus Martij uſq; in diem nonarum Aprilium exoritur. Decimamquartam uerò Lunam, eam quæ à 12. Calendis Aprilis uſq; in 18. Maij inuenitur, de quo per Iſidorum in prologo Conciliorum. Et pariformiter lego ſtatutum in Cæſarienſis Theophili Concilio, tempore Victoris Papæ celebrato, ubi dicitur: ſtatuitur, ut ab 11. Calendas Aprilis, uſq; in 7. Calendas Maij Paſcha celebretur. Et nec antea nec poſtea: quia hunc ſtatutum limitem tranſgredi cuiquàm nulla datur facultas.

facultas. Quando enim infra præfatos terminos Luna à 15. uſq; ad 21. in Dominicum diem inciderit, ſanctũ paſcha celebretur. Vnde Morinus Alexandrinus Epiſcopus dicit 12. Calendas Martij eſſe æquinoctium uernale, et anni initium: ante hũc diẽ, nec Iudæo, nec Græco, nec Latino licet Paſcha facere. Sed præceptum Dei eſt, ut poſt 12. Calẽdas Aprilis à ſeptem uiris, id eſt ſeptem gradibus Eccleſiæ celebretur. Signarũt autem patres Niceni Cõcilij 14. Lunas paſchales per 19. uariationes, & ut Dionyſius ſcribit Petronio, non habentes hunc decẽnouenalem cyclum perfectè in ſeipſum redeuntem: tantùm ſæculari peritia, ſed ſanctiſpiritus illuſtratione, principali tamẽ Aegyptiorum adinuentione, ut dicit Victorius. Protherius uerò Alexandrinus Epiſcopus ad Leonem Papã ſcribẽs, dicit beatiſsimi patres noſtri cyclum decennouenalem certius affigentes, quem uiolari impoſsibile eſt, uelut crepidinẽ ac fundamentũ & regulam Hunc eundẽ decẽnouenalẽ computum ſtatuerunt, & per gratiam ſpirituſſancti, in reuolutione prænarrati cycli 14. paſchales Lunas diligenter annotarunt. Hos uerò terminos ſecundùm lunarem cyclum annotatos, Græci adhuc tenent, habẽtes ſecũda die Aprilis unum, 22. Martij 12. 10. Aprilis 3. 30. Martij 4. & ſic conſequenter: uti ego in Græco libro doctiſsimi Iſidori Abbatis oratoris Imperatoris, & Patriarchæ Conſtantinopoleos uidi, & extraxi. Et omnes periti ſubſequentes, Anaſtaſius, Theophilus, Cyrillus quicunq; fuere, & qui cyclos multos conſcripsẽre, ab hac Synodali conſtitutione non receſſerunt: ob tamen diuerſitates tollendas ſtatutum fuit, hunc diem ab Alexandrino Patriacha, quia Agyptij plus cæteris in calculo periti fuẽre, intimare debere Romano pontifici, & ille conſequenter Archiepiſcopis, & illi per prouinciam. De quo uaria leguntur diuerſorum Conciliorum ſtatuta de laterculis, ſolennitatem Paſchæ inſinuantibus: de quo etiã de conſecra. diſtinc 3. de hac obſeruatione. Placuit. Et poſtq; peritiam terminorum paſchaliũ Nicenæ Synodi, cõmune ſacerdotium recepit, quia nemo in ſacerdotem admittebatur qui hanc rationẽ ignorabat, ut 38. diſtinct. Quæ in ipſis tunc intimatio ceſſauit. Habemus itaq; in ſumma Calendarium noſtrum in incenſionum initijs, ac feſtis mobilibus plurimum ex prænarrata erronea radice errare, ita ut aliquãdo Paſcha à uero, 36. dieb. diſtet, & pluries per ſeptem, et pluries 21 Lunã uſq; 26. tranſcẽdat: quę cum obuient præceptis legalibus, intentioni patrum, & ſcandalum in fide pariunt. Quia dicit Albertus, quòd inimici fidei de hoc gloriantur, quoniam ex illo errore nos in alijs pariformiter errare ſubſumunt. Hinc ſacra Synodus correctioni uacare debet diligenter: quoniam ut dicit ſanctus Ambroſius in epiſtola prætacta, licet non conueniat Chriſtianis dies obſeruare & lunationes ſuperſtitioſe, neceſſe tamen eſt in paſchali feſtiuitate iuxta præceptum Lunam obſeruare & tempus: quia hoc eſt tempus acceptabile Deo, quòd cõuenit præcepto, & hi ſunt dies ſalutis non dantes ullam offenſionẽ, in quibus Deus uult plus placari, & placantib. plus gratiæ impertiri. Et iſta de errore ſufficiant.

VLtimo loco de correctione Calendarij uidendum eſt. Quoniam autẽ ad duo non ſemper uera, ſcilicet quòd dies coniunctionis per aureum numerũ oſtẽ datur, & uerum Paſcha poſt 12. Calendas Aprilis cadat, in ipſa reformatione aduertere habemus, & in futuro errorem uitare: hinc primò quò ad finẽ habendi coniunctionum dies ex aureo numero conſiderari oporteret ſituationẽ originalem aurei numeri. Potuit enim à principio melius locari, ad uerioremq; coniunctionem oſtendendam. Et licet plures modi quò ad ſituationis correctionẽ tradi poſſent: tamen ex fundamento prætacto diſtantiæ duarum coniunctionũ, perfectiùs talis haberetur correctio: ſupponẽdo locationem uniuſcuiuſq; numeri rectè factam, ut per additionem 29. dierũ, 12. horarum, & reliquarum fractionum, iterum idem numerus repeteretur. & quò ad iſtã correctionem in præſenti mẽ extendere nolo. Et quia ſuppoſita aurei differentiali uera ſituatione, hodie prima Luna in cœlo, eſt plus quã quat tain Calendario: ad huius correctionẽ, aut oporteret delere ipſum aureũ numerum & per anticipationem ad diẽ primationis reducere. Et hic modus non poſſet de facili fieri, quoniam ſecũdùm eum modum, omnes per orbem libros mutare neceſſe eſſet. Et in tali mutatione, antequàm per uſum calculus mutationis à ſimplicibus capere-

http://www.obrascatolicas.com

tur, error maior exoriri posset. Posset aliter corrigi absq; librorum mutatione: quoniam antecessio coniunctionis à loco situationis aurei numeri ad quintum se extendit hoc tempore, si ab aureo numero quinq; subtraheretur, & residuum pro aureo numero haberetur, talis correctus aureus numerus propinquè diem coniunctionis ostenderet. Et si ad aureum numerum 10. adderetur, subtracto 19. post additionem, si excederet: exortus numerus in Calendario oppositionis diem propinquè indicaret, & ita per mutationem aurei numeri currentis in alium numerum correctũ, remanente Calendario sicuti stat, propinquè dies coniunctionum & oppositionum haberentur. Et hoc isto tempore, quando anticipatio usq; ad quintam diem se extẽdit: alio uerò tẽpore, quando in minus uel plus se extẽdere nõ posset, remanentibus libris uti sunt, talis correctio posset fieri. Dico autem propinquè: quia secundùm situationem aurei numeri in Calendario, non semper ipse numerus in eadem die collocatur, in qua est coniunctio, licet per diem integrum nunq; distet ante uel post. Et hic modus corrigendi Calendarium est inutilis, quia non poterit per eum modum uera dies coniunctionis haberi nec oppositionis: & hoc quia numerus 5. minus, non locatur regulariter in quinto die à numero qui habet 5. plus, sed ferè in sexto. Sic nec numerus, qui habet 10. plus, semper decimo die distanter collocatur, nec collocari potest, ut patet intelligẽti. Et cum anticipatio æqualis sit à loco situationis aurei numeri: patet quòd per hanc uiam correctio haberi nequit. Vnde si per correctum aureum numerum, sine mutatione currentis aurei numeri, in alium præcisiùs ostendentem diem coniunctionis Calendarium corrigi deberet: iste esset modus præcisior, licet inutilis sit & maioris erroris generatiuus, ut facile concipi potest. Et est cõsequẽter aduertendum, quòd adhuc alij modi consimiles inueniri possent plures: puta si dimitteretur bisextus in aliquo anno, & mutaretur aureus numerus in eodem anno per additionem trium ad eum: puta 1440 dimitteretur bisextus. Et quia 16. erit tunc aureus numerus: adderentur 3. esset 19. aureus numerus in illo anno, & alio sequenti 1. & post 2. & ita consequenter: ille aureus numerus ostenderet diem coniunctionis. Nec est illa regula plus uera q; præcedens immediata. Similiter si duo bisexti omitterentur, & ad uerum aureum numerum 11. adderẽtur: oriretur tali modo correctus, habens ueritatem ut præcedentes modi. Et si quatuor bisexti omitterentur in 36. annis, ostẽderet aureus numerus diẽ coniunctionis & inter omnes præfatos modos, iste foret eligibilior, quia minus erroris & periculi contineret. Sed nullus præfatorum modorum uidetur conuenire proposito nostro, quia ex omissione bisexti oriretur scandalum in populo, & in arte inueniendi litteram Dominicalem una nouitas, nec reduceretur Calendariũ nostrũ ad reformationem. Quia ut clarum est, per nullum istorum modorum antiquæ regulæ obseruationis Paschalis essent denuò uerificatæ: imò oporteret nouas regulas de festis concipi, & alia multa fieri, quæ plus deformarent fortè quàm reformarent. Vnde si plena & perfecta reformatio Calendarij fieri debet, nihil meliùs inueniri potest quàm reducere Calendarium usq; ad eum statum, quòd regulæ antiquorum in sacris Conciliis traditæ, redeant ad ueritatem, quantò leuiùs & faciliùs & ueriùs hoc fieri poterit. Et non est fortè cogitabilis facilior & uerior modus, quàm quòd omissa una septimana, aureus numerus in cyclum lunarem commutetur. Si enim hoc fecerimus: reductum est Calendarium nostrum ad ueritatem regularum antiquarum, & constitutionum sacræ Nicenæ Synodi, quò ad Paschalem festiuitatem, & cætera omnia festa mobilia & immobilia. Et ipse numerus, qui aureus hucusq; dictus est: ex tunc lunaris cycli esset, & aliud nomen puta aureus cyclus sortiretur, & meliùs & ueriùs diẽ coniunctionis ostenderet, q; ipse aureus numerus Niceni Concilij tempore ostendit: imò tunc Calendarium nostrũ ueriùs esset, quàm unq; fuit. Et pro practica huius correctionis, ita esset procedendum. Anno Christi 1439. festum Pentecostes cadit in 24. diem Maij: & quia illud festum est mobile, non consideratur à uulgo in quota die cadat. Statuatur itaq; aliquo die anni 1437. per publicũ decretum, quòd illa dies 24. Maij illius anni 1439. in qua cadit festum Pentecostes, habeatur pro ultima die Maij, & altera Pentecostes sit prima Junij, & quòd postea numerus qui hucusq; aureus numerus dictus

Modus reparãdi Calendarij facilimus.

dictus est, sit lunaris cyclus, & uocetur aureus cyclus, qui pro eodem anno erit 12. & in sequenti 13. & sic deinceps: tunc Calendarium est reductum ad regulas Niceni Concilij. Quoniam Calendarium Nicenum Græcum non habuit alium cyclum, quam lunarem decennouenalem: & infixus fuit ille cyclus Calendario, ad habendas lunationes & plenilunium Paschale: & ab 8. Idus Martij usq; in nonas Aprilis, statuit paschalem incensionem quæri debere, & primum Pascha 11. Calendas Aprilis fore. Hæc omnia ad ueritatem redeunt per hanc correctionem, & absq; librorum mutatione. Numerus enim aurei cycli ubi in Calendario postea semper inuentus fuerit, diem coniũctionis ostendet. Nec poterit uerum pascha ante 11. Calendas Aprilis cadere, aut extra dies septem azymorum: ita quòd post æquinoctium Hæbræi Græci, & Latini Paschа concorditer & conformiter præcepto legali celebrabunt. Vno etiam cyclo, Hæbræi & Latini, ac eisdem emboliſmalibus regulis utentur. Et non poterit nec uerior, nec facilior reductio Calendarij Romani fieri, ad regulas patrum: imò erit uerius apud Latinos, quam unq; fuit. Quia Latini, qui aureo numero ante Christum Calendario infixo, loco cycli Lunæ quo ad emboliſmales semper uidentur usi fuisse, propter conformitatem decemnouenalis reuolutionis, semper à Græcis & Hæbreis in certis annis discreparunt, ut superiùs est ostensum, & hæc diuersitas ex tunc auferretur. Et ad hoc ut clarè ueritas huius uideatur, primò quò ad coniunctionis diem sic constat. Ex præcedentibus patet, anticipationem hodie 4. diebus cum 15. horis factam. Et quia numerus cycli lunaris, locatur infra aureum numerum tribus diebus: patet quòd anticipatio lunationum à cyclo lunari, hodie 7 dierum existit cum dimidio. Quare si septem dies subtraherentur, aut transilirentur: redibit coniunctio ad dies locationis aurei cycli lunaris. Etiam ex calculo tabularum idem constare poterit: & præsertim hoc probant tabulæ Persarum Græcę, per me ad nostrum latinum usum reductæ. Quoniam cyclum lunarem in Calendario pro inueniendа inscensione, locant concorditer hoc modo penè in omnibus locis: dico penè, quia aliquando ex primæua imperfecta situatione aurei numeri, diuersitas inuenitur: licet illa solùm quãdo 18. est cyclus lunaris in mense Martij, diuersa sit per unum diem ab ista nostra correcta, quæ habet quòd 16. die, licet secũdum Persas 15. die locari deberet. Nec est de hoc curandum, quia festa mobilia propter hoc non diuersificabuntur, maximè Paschæ, de quo est principalis quæstio: etiam si positio secundùm Persas uerior esset in eo anno 18. cycli. Vnde de existente litera Dominicali & 18 cyclo aureo: si uera esset Persarum positio, secundùm Calẽdarium nostrum octo diebus tardiùs Pascha celebraremus. non tamen excederemus 22. Iunam. Nec hoc ante annum Christi 1635. euẽiret, ut simul deesset litera Dominicalis, & 18 aureus cyclus. Dico si positio Persarum uera esset, quæ ponit 15. diem esse coniunctionis quamuis frequentius in illa die coniunctio cadat, tamen propè finem diei, ita ut anno Christi 1483. quo anno 18. est cyclus coniunctionis in 16. diem protrahitur facta correctione, siue in nonam, si non fuerit facta. Quare patet, per hanc correctionem nos consequi intentum, quò ad incensionem. Quòd si aliqua est uarietas, illa quasi in nullo obest, mãximè quò ad paschalem festiuitatem, & hoc sufficit proposito nostro. Quòd uera ista correctio sit uerissima & conuenientissima proposito nostro: maximè ex hoc poterit apprehendi, quoniam deinceps uerissimum esset, illam coniunctionem paschalem fore, quę proximè sequeretur 8. Idus Martias, & illam oppositionem quę post 12. Calendas Aprilis prima fuerit pariformiter sicut Niceni Concilij & Alexandrini statuta præcipiunt. Nam etsi labor in subtili inuestigatione præcisior haberi posset: tamen quisq; quantumcunq; inexpertus, satis apprehendere potest hanc correctionem ueritati seruire hoc tempore, quando æquinoctium secundum tabulas Alfonsi, 12. Martij esse dicitur. Si enim primum plenilunium post uernale æquinoctium paschale est, subtractis 7. diebus per correctionem & saltum, clarum est æquinoctium usq; in 19. diem eleuari, clarum est 19. diem ad 12. Calendas Aprilis, ubi firmarunt patres Niceni Concilij, æquinoctium plus appropinquare quam 12. Martij. Quare nemini dubium. hanc correctionem ueritati suffragari: cum

http://www.obrascatolicas.com

hodie operemur per regulas patrum, perinde acſi æquinoctium in 12. Calendas Aprilis fixum eſſet. Vnde ſi poſt correctionem illis etiam utamur regulis: minus neceſſariò errabimus. Quòd autem correctio non tantùm uerior ſed & ueriſſima ſit, apertè ex hoc conſpicitur. Manifeſtum eſt, diem æquinoctialem ſecundũ Græcos 13. Martij æſtimari, ſimiliter & ſecundùm Hebræos, qui ante annum Chriſti 1500. quarta Martij Paſcha non celebrabunt. Quare decimamtertiam diem etiam tunc æquinoctio dabunt, quoniã tranſuadato æquinoctio Paſcha immolant. Vnde ſi hoc ita eſt, quòd 13. ſecundũ Græcos ut ex tabulis præciſis habetur, ſimiliter & ſecundũ Hebræos hodie æquinoctiũ exiſtit: tunc per correctionẽ ſaltus 7. dierũ ad 20. aſcẽdit. Et ſic 21. die in veſperis, erit primũ Paſcha ludæorũ, tranſuadato æquinoctio: et noſtrũ infimũ Paſcha 22. die, quæ eſt 11. Calẽdas Aprilis, ut iubet Nicena cõſtitutio. Quare patet quòd cũ Græcis et Hebræis hæc correctio ueriſſime cõcordat, imò uerius eſt Calendariũ ſecũdũ eoſdẽ, q̃ erat tẽpore Niceni Cõcilij, quod fuit circa annũ Domini 540. Et hoc ex eo apprehenditur: nam ſecundùm computum Hebræorum, & poſitionem ipſorum Hebræorum, & antiquorum, eo tempore æquinoctium potuit 18. die Martij eſſe: ita quòd tunc ludæi in 19. die ſecundum cõputum Hebræorum Paſcha facerent, & ſic potuiſſet noſtrum Paſcha 20. aut 21. die ſecundùm ipſos fuiſſe. Sed quia conſtitutio ante 22. diem non permittebat Paſcha celebrari: manifeſtum eſt, ſecundùm poſitionem ludæorum, regulam Niceni Concilij ueritati uſq; quaq; deſeruiuiſſe. Sicut etiã quidam Latini anno 462. poſt Chriſtum apprehenderunt æquinoctium, ut ludæi, eſſe 15. Calendas Aprilis, ut ait Victorinus ad Hilarium Papam, nec tamẽ à regulis Niceni Concilij recedere auſi fuẽre. Similiter ſi ſecundùm tabulas Alfonſi, aut experiẽtiam Ptolemæi poſitam in dictione Almegeſti nos conuertimus, quæ à calculo Alfonſi plus die differt: patres ipſos in hac poſitione æquinoctiali non parum errare inueniemus. Quare Calendarium etiam ſi tempore Niceni Cõcilij cauillari potuiſſet, ſecundùm Hebræos, & ſecundùm ſubtiliores Aſtrologos: non tamen poſt correctionem noſtram, nec per Græcos, nec ludæos repræhenſibile remanebit. Sed an ſecundùm ſubtiliores Aſtrologos argui poſsit, uideamus. Et clarum eſt ſecundùm poſitionem Alfonſi, qui ponit ſuper Hieruſalem 1439. Solem circa ſecũdã horam poſt medium noctis Arietẽ intrare, & ſic per ſaltum correcto Calendario 19. die deprehendi Calendarij correctionem poſſe, quia non decimãnonam diem, ſed uiceſimamprimã æquinoctio attribuit. Sed ad hoc reſponderi poteſt, quòd tabulæ Alfonſi non ſunt pũctualiter ueræ quò ad introitum in Arietem: imò experientia cõpertum eſt, quaſi in 13. horis eas deuiare, ita quòd (ut magiſter Hẽricus Batem refert in libello erroris tabularum Alfonſi) tũc experiẽtia docuit, 1490. & poſt hoc multis annis in 12, & ultra horis eaſdem errare. Quare ſi diuerſitatem horizontium terræ habitabilis cõſideremus, quò ad ipſum uernale initium, ad hoc ut ipſa Paſchalis ſolemnitas per uniuerſum orbem uno tempore & poſt æquinoctium celebretur: coniuncta experientia noſtri tẽporis, à poſitione ludæorum & Græcorũ non longè differemus, peruenieſmus enim pariformiter ad 13. Martij diem. Prophacius etiam ludæus & quidam alij obſeruatores, qui anno Chriſti 1303. Solem 14 Martij 8. hora poſt medium noctis, Arietem compererunt intrare: hoc noſtrum propoſitum affirmant, ſicut & alij noſtri temporis experimentatores. Et ſi etiam aliquæ horæ quæ deeſſent à 13. die, ſupplerentur ex diuerſitate introitus in oriente ab introitu in occaſu. Oportet enim ultimum introitum in terra habitabili annotare, ut omnes per orbẽ in celebritate Paſchalis quantùm poſsibile eſt concurramus, ut orientaliores per occidentales non præueniantur: ſed in tempore omnis populus concurrat, ſalua præuentione horaria quò ad Paſchalis diei initium, & Solis maturiorẽ exortũ apud priores, Indos quã occidẽtaliores Hiſpanos. Et ultimò aduertendũ, q̃ ad hoc quod correctio iſta in ueritate perſiſtat, neceſſe eſt quò ad coniunctionis diem qui in 304. annis quaſi per diem anticipatur, biſextilem illius anni dimittere, & ſemper 304. annum abſq; biſexti intercalatione currere. Et licet præciſius fieret, ſi ſemper in 76. anno non ſeruaretur biſextus, ſed transferretur in ſequentem ſcilicet 77. & ſic in 304. anno unus biſextus ſubtiliter gradatim ſubtraheretur: tamen

men cum ex priori ſimplici modo nullus timendus error in hoc negocio cauſabitur, dimiſſo ſecũdo modo ſubtiliori & pfectiori primus acceptetur, per totalẽ omiſſionẽ biſexti in 304. anno. Ita quòd tunc 8. anni ſine biſexto currant, ut ſic ueritas oſtenſionis coniunctionalis diei ex ſituatione aurei cycli ualeat permanere. Verùm quia uernale æquinoctium, in eo tempore 304. annorum ſecũdùm quoſdam pene duobus diebus anticipatur, & ſolùm per omiſsionem biſextilis dies una ſubtrahitur: poſſet quis dicere, Calendariũ noſtrũ nõ uſq; quaq; in correctione ſua duraturũ, ſed in paſchalis feſtiuitatis celebratione ſecundũ legalẽ conſtitutionẽ, poſt illa tẽpora fallaciam capere. Ad hoc dicendũ puto, quòd licet uerũ ſit ex diſproportione motuũ lunarium, non poſſe quẽ regiſtratoriã regulã abſq; Calẽdarij mutatione inuenire: tamen hic præteactus modus, inter excogitabiles facilior & uerior exiſtit, quoniam motus ille capitis Arietis inæqualiter obſeruatus, poſt illa tẽpora (autore Thebith tardior efficietur. Et ſicut aliquando in 300. annis, gradualis tantũ mutatio experimento Ptolæmæi inuẽta eſt: ita fortaſsis ſi non in tot anni, tamẽ in plurib. quàm hoc tẽpore gradus unus perficiet. Et ſi nõ, tamẽ una dies anticipationis æquinoctij, nullũ errorẽ efficere poſſet in celebratione paſchalis feſtiuitatis, ut claret ex ſituatione aurei cycli. Neq; etiã in duob. dieb. error notari poſſet: imò quoniã hæc noſtra correctio ad unitatẽ & cõcordantiam reducit tres linguas, Hebream, Greçam, & Latinam, etiam quòd ad emboliſmales annos, ut manifeſtum eſt ex ſituatione aurei cycli in Calendario: ſi ex prœuentione æquinoctij error paſchalis plenilunij exoriri deberet, oporteret hũc exoriri primo 8. & poſt hoc 19. aurei cycli numeris exiſtentibus. Sed quoniam illi anni ſemper emboliſmales ſunt, ut prædictum eſt: tunc prætacti numeri uſq; ad multos centenarios annorũ, potius 13. lunationẽ quàm primã oſtendent, ſecundùm regulã antiquorum, quæ in emboliſmalibus annis iubet non in Martio, ſed in Aprili Paſcha celebrari. Quare concluditur, noſtrum Calendarium modo prætacto correctum, per omiſsionem biſſexti in trecenteſimo quarto anno, ita regiſtrari, quòd tam in primationibus quàm paſchalibus feſtiuitatibus, uſq; ad mille futuros annos & ultra, ueritatem oſtendet ſecundùm poſitiones recentiorum magiſtonum probationum, & eorum qui ante nos fuẽre. Licet ex his omnib. humanis experimentis particulariter captis nulla ex motu luminarium de præterito certitudo ad futuras habeatur: niſi quantũ ordo & regularitas inuẽtorũ motuum, præſumi de futuris permittit. Cũ ergo hæc correctio de facili ſit practicabilis, & tantæ utilitatis, quòd per ipſam ad regularum nobis in ſacris conciliis traditarum reducamur obſeruantiam: magna auiditate eadem ſacra hæc Synodus Baſilienſis (ut ſperamus) acceptabit. Si enim ita legiẽ in actione prima Chalcedonenſis Concilij, omnis qui non celebrat diem ſanctum Paſchæ ſecundùm ſanctæ catholicæ Eccleſiæ regulam, anathema ſit: cura maxima adhiberi debet, quòd & præceptum Dei, ſimul & patrum regulæ, in ueritate concurrant: & maximè quartædecimanorum, qui & teſſeracædecaditæ dicuntur, abiuratio hæreſis ibidem geſtis Chalcedonenſis Synodi inſerta, patres pro reformatione unitos mouere debet: quoniam anathematizare eos oportebat quartædecimanorum hæreſim, & eos qui Paſchæ ſolemnitatẽ ſecundùm ſanctæ catholicæ Eccleſiæ regulã non celebrabãt.

Quartæ decimani fuerũt hæretici qui cum Iudæis quarta decima Luna Paſcha celebrabant.

Hec penſantes agite ut retroiecto Paſchali errore ueritati inſtemus, ut
ſic de hac uera temporali feſtiuitate, ad æternam
transferri mereamur.

Reuerend. Pat. D. Nicolai de Cuſa Cardi. Tractatus de Reparatione Calendarij, recitati in Concilio Baſilienſi, collecti anno 1436. Finis.

http://www.obrascatolicas.com

CORRECTIO TABVlarum Alphonsi per egregium Patrem Nicolaum de Cusa.

AD sciendum, quid ueritatis & quid dubij tabulæ Alphonsi contineant: primò quidem de cap. 1. ærarum, uidetur mihi quòd nullus sit ibi error, nec defectus. Imò tabulæ differentiarum ærarum, & tabulæ reductionis temporis incipientis ab aliqua æra in fractiones sexagenarias, nec non tabulæ negocij huius, optimè sunt compositæ, continentes præcisè penitus ueritatem, quam retinere potuerant. Tabulæ uerò radicum ut opinor, in nullis alijs æris ab æra Alphonsi, exactã ueritatem obtinere potuerunt. In æra tamen Alphonsi, ueræ esse potuerũt. Illæ namq; per earũ obseruatores, inuentæ fuerunt: si benè ergo obseruauerunt, utiq; erunt ueræ. Cusa autem recessionis à ueritate in alijs radicibus est: nam ipsi motũ cuiuslibet mobilis in tẽpore illo, per quod aliæ æræ differũt, ab æra Alphonsi extractum, de suis tabulis mediorum motuum, subtraxerunt à radice inuenta à principio annorum Alphonsi. Quodq; remansit, posuerunt aliarũ ærarum radices, motum illum esse ueriſſimum supponentes. Et si sic esset, optimè factum fuisset, tunc enim radices omnes istæ essent ueriſsimæ. Sic enim quærendo loca mobilium cœlestium, ad tempora obseruationum pristinorum ex his Alphonsi tabulis, rediret utiq; eadem loca, quæ ipsi obseruatores diligentiſsimis ingenijs inuenerũt. Sed quoniam hoc non ita contingit, imò sic retrogradè operando, inueniuntur prædictæ tabulæ cum obseruatione famatorum in singulis discordare: hanc discrepantiam mihi declarare incumbit. Ex hoc enim liquidè apparebit, an ipsis calumniosè contraire conatus sim, an recta ratione contra eas inuehar. Incipiens ergo in nomine Domini: primò motum orbis stellarum & augium unum habentium motũ examinare, cum obseruationibus præteritis famatorum sapiẽtum: accipiam motum Alchimech idest Spicæ, inuentum per obseruationẽ Thimocaridis post Nabugodonosor 454. annis ægyptiacis, quẽ inducit Ptolemæus in Almagesti distinctione septima in fine cap. tertij. & fuit locus eius 22. gradus, 20. minuta Virginis. Quærã locũ eiusdem stellæ, per tabulas Alphonsi: tempus illud reductũ ad fractiones, sexagenarias est 46 tertia 7. secunda 50. prima. Cũ quo extraho motũ capitis Arietis: & inuenio 8. signa 44. gradus, 7. minuta 56. secũda. Cuius æquatio est, 2. gra. 29. mi. 28. secunda, minuenda. Motum uerò stellarum ab illo tempore usq; ad Alphonsum, inuenio 20. minuta 53. secũda. Aequatio autẽ motus capitis Arietis ad tẽpus Alphõsi, est 8. gra. 2. mi. 3. secunda, quæ est addenda. Cum qua addatur æquatio eius ad tempus præteritũ prædictum, & prouenient 10. gra. 32. minu. 33. secunda: quod additum motui stellarum infra tempus medium producit, 21. gra. 53. mi. 26. secunda. Et tamen secundùm illas tabulas motæ sunt stellæ & auges per tempus illud intermedium. Subtrahatur ergo locus ille à loco Alchimech, posito in radicibus stellarum ad principium Alphonsi, scilicet 13. gra. 48. mi. Libræ: remanebunt 21. gra. 54. mi. Virginis. Ecce quomodo locus huius stellæ qui inuentus est à Thimocaride, discrepat à loco eiusdem inuento per istas tabulas 25. mi. & plus. Si autem eundem motum subtraxero ab auge Solis, quæ est secundùm tabulas Alphõsi, 1. signum 28. gra. 39. mi. remanebit 1. sign. 6. gra. 45. mi. Aux autem Solis longè ante Abraham & Ptolemæum, maior erat quàm fuerit temporib. eorum: quod mihi credere non est possibile. Item uidebo utrum istæ tabulæ concordent cum Ptolemæo, in locis stellarum fixarum & augiũ, cuius obseruationes factæ sunt circa annos ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 138. Romanos, qui reducti ad sexagenariam fractionem, facient 14. tertia 0 secunda, 4. prima. Motus capitis Arietis id est augis, ex tabulis Alphonsi secundùm hoc 1. sig. 6. gra. 18 mi. 21. secunda: eius æquatio 48. mi. 59. secunda. Sed æquatio 58. mi. 59. secunda addenda. Motus stellarum

larum à tempore Christi usq; ad tempus illud, 0. sig. 1. gra. 0. mi. 49. secunda 55. tertia: cui si addatur æquatio iam dicta, erit 1. gra. 59. mi. 48. secunda, aliàs 53. secunda 15. tertia. Quòd additum radici anni Solaris, positi ad principium æræ Christi, facit augẽ Solis ad tempus istud, scilicet 1. sig. 13. gra. 25. mi. 8. secunda. Motus autem stellarum in tempore medio inter Ptolemæum & Alphonsum, 8. gra. 10. mi. 37. secunda. Cui æquatio capitis Arietis tempore Alphonsi addita, erit 16. gra. 13. mi. 24. secundis, à quo postea subtrahitur æquatio eiusdem capitis tẽpore Ptolemæi, & remanebit 15. 12. 13. qui est motus stellarũ & augiũ in illo tempore. Quòd subtrahatur à loco Alchimech tẽpore Alphonsi, & remanebit locus eius, 28. gra. 35. mi. Ptolemæus autem inuenit hãc esse in 26. gra. 40. minu. Virginis: differunt ergo ferè per 2. gra. Auges quoq; differũt per 7. gra. hic & ibi. Non tamen tantam differentiã credo fuisse in auge Solis tẽpore eius. Nã inuentio huius ualde est difficilis, & eius obseruatio non parum ambigua. Ideò ipse usus est auge Solis eadẽ quã inuenit Abrahã, uelut semper immobilis perseueret. De stellis fixis autem de quib. facilis est obseruatio, non dubito quin Ptolemæus & plures alij inuenerint ueritatem. Quapropter uerisimile est, eas in futurum tantũ uel fortè plus uel minùs differre, non saltem concordabũt: uel si concordnnt, hoc magis casu, q̃ tabularum accidet ueritate. Inueniuntur in motib. harum tabularũ à ueritate discordãtes, nunc à ueris obseruationib. deficientes, nunc uerò super ijs augẽtes: necessariò ergo aliquando cõcordabũt. Postea ad tempora Albategni procedã etiam calculando, quod est post incarnationem Domini 879. annis, qui reducti in sexagenarias, faciunt 1. quartum, 29. tertia 10, secunda 54. prima. Motus recessus & accessus ad id tempus, 0. signa. 45. gra. 13. mi. 19. secunda. Eius æquatio 6. gra. 22. mi. 28. secũda. Motus stellarum ad illud tempus 1. signum, 6. gra. 27. mi. 27. secunda. Omnia secundũ tabulas Alphonsi. Aux Solis secundũ hoc 1. signum 24. gra. 15. mi. quæ si subtrahatur ab auge Solis tempore Alphonsi: habebitur motus stellarũ in tẽpore medio scilicet 4. 23. 50. Quòd addatur loco cabalazedi. i. cordis Leonis in tẽpore Albategni, q̃ fuit 14. Leonis (ut patet in canonib. Albategni) prouenirũt 18. gra. 23. mi. Leonis. Ecce quomodo in illis 372. annis, diuersificantur motus augium in tabulis illis ab institutionib. Albategni 2. gra. Reperit enim Albategni augẽ Solis 2. gra. 15. mi. Geminorum. In stellis autem fixis 1. gra. & 15. mi. Posuerunt enim tabulatores Alphonsi, cor Leonis in Leone 19. gra. 33. mi. Si quis mihi dicat istas radices stellarũ non esse ueras, nec inuentas secundùm tabulas Alphonsi, sed positas ab alijs nescientib. calculare: respondeo, quòd primò ab illis tabulis inuentæ sunt. Cuius signum est: nam uidi librũ stellarum fixarum eodem modo, qui liber extractus fuit de armario regis Alphonsi, quemadmodũ dixit mihi ille qui extraxit. Vidi enim stellas fixas situatas isto modo in sphæra solida, facta per ipsum met Alphonsum. Et cõcesso illo quòd radices illę nõ sint inuentæ per tabulas illas: nihilominus minorabitur discrepantia inter obseruationes per has tabulas. Nam inter Thimocaridem & Ptolemæũ, stellæ fixæ motæ sunt secundùm ueritatem obseruationum 4. gra. 20. mi. Secundùm tabulas autem istas, 6. gra. 38. mi. & plus. Et à tempore Ptolemæi usq; ad illa secũdùm obseruationes, motæ sunt 2. gra. 17. mi. Sed secundùm tabulas has, 2. gra. 54. mi. Quomodocunq; ergo ponant, tabulas illas in hoc ueritati non inuenio concordare

Item inuenio alium errorem istarum tabularum de motu stellarum fixarum secundũ ipsas. Nam motus uelociſsimus illarum fuit circa tempora Christi. Tunc enim ponũt caput Arietis accessus incœpisse motum, & in illa parte patet motum esse uelociſsimum. Sed in ueritate, motus stellarum non erat tunc uelociſsimus. Ptolemæus enim reperit ipsas moueri circa illud tempus in 100. annis. 1. gra. Fuit enim Christus circa medium temporis quod fuit inter Abrachim & Ptolemæum. A Ptolemæo uerò usq; ad Albategni inuẽtus est motus stellarũ fixarum in 66. annis 1. gra. Ergo motus iste nũc uelocior multò reperitur. Est & aliud in tabulis illis quod mirabile uidetur, quomodo secundùm eas circuli planetarum moueantur, motu stellarum accessus & recessus capitis Arietis & Libræ, maximè de circulo Solis. Cõcedunt enim stellas fixas retinere eandem semper declinationem ab ecliptica, tota ergo ecliptica nunquàm si-

http://www.obrascatolicas.com

tum mutabit. Signabo ergo in arcu Solis punctum ſuppoſitum capiti Arietis. Incipiat ergo caput Arietis declinare uerſus ſeptentrionem in circulo paruo, uel punctum ſignatũ in circulo Solis. Concedunt enim id, uel declinabit, uel manebit in loco ſuo. Si manebit, ergo non amplius manebit ſub ecliptica, quod eſt ueritati diſſonum: ſi ſe quatur, quãtùm ergo caput Arietis diſtabit à ſectione Zodiaci circa æquatorem, tantùm & punctum illud diſtabit neceſſariò ab eadem. Mouebitur ergo ex neceſſitate iſto motu, quòd non ponunt. Poſt hæc autem de alijs mobilibus erit perſcrutandũ ſimiliter. Et primò de Sole. Quoniam tabulæ hæ ſupponunt annum ſolarem ſeu tempus circuitus Solis ſemper æqualem & inuariabilem permanere, meritò ergò de hoc uidentur redarguendæ. Sunt enim in hoc contrariæ ijs, quæ ab obſeruatoribus diuerſorum temporum ſubtiliter ſunt percepta. Antiquiſsimi enim obſeruatores Babylonici, ſcilicet Achamin & Midan, poſuerunt quantitatem, anni 365. dies & 1. quartam & 1. ſeptuageſimãſextã unius diei præcisè. Et ſimiliter inuenit Abrachis ferè, ſed modico minus. Poſtea Polemæus inuenit illã quantitatẽ 365. dies & 1. quartã, minus 300. parte unius diei. Dehinc Albategni repperit illud tempus 365. dies, 5. horas. 46. mi. 24. ſecunda. Sed tabulæ iſtæ continent 365. dies 5. horas 49. mi. 16. ſecunda. Hanc quantitatem conſtituerunt inuariabilem de maiori in minus, & conuerſim: ſicut & motus ſtellarum nunc uelocior nunc tardior eſſe comperitur.

Ad oſtendendum ergo diſcrepantiam harum tabularum, quam habent cum antiquis obſeruationibus de motibus aliarum 7. ſtellarum: aſſumo obſeruantiam factam ab Achamin, poſt Nabugodonoſor 315. annis Aegyptiacis 21 diebus ſeptimi menſis de mẽſibus Aegyptiorum, in ortu Solis: de introitu Solis in punctum ſolſtitiale æſtiuale, quã etiam aſſumit Ptolemæus in Almageſti dictione tertia. Quæram ergo hoc in tabulis Alphonſi: tempus illud reductum in ſexagenarias, 31. tertia, 52. ſecunda, 35. prima. Medius motus Solis ad meridianum Alexandriæ 1. ſignum, 30. gra. 12 mi. 3. ſecunda. Sed ſecundũ Ptolemæũ motus Solis erat 3. ſigna, 0. gra. 57. mi. 2. ſecũda. Aequatio Solis ſecundùm tabulas Alphonſi eſt tunc 51. mi. Secundùm Ptolemæum autem eſt circa 56. mi. & eſt minuenda. Ecce quòd ſecundùm tabulas Alphonſi nullatenus Sol tũc eſt ingreſſus primum mi. Cancri: Imò ad minus habuit adhuc per tranſire 35. mi. uel circa. Sicq; erit differentia circiter 16. horarum. Item capio aliam differentiã, obſeruationem ſcilicet Abrachis de introitu Solis in punctum æquinoctiale autumnale, quam etiam ſumit Ptolemæus ubi ſupra in Almageſti dictione tertia, ſcilicet ab Alexãdri morte 486. annis Aegyptiacis poſt dies hãguahic, id eſt 5. dierum ſuperaditorum anno, 12. hora in Alexandria. Tempus illud reductum ad ſexagenarias fractiones 18. tertia, 2. ſecũda, 48. prima. Medius motus ſecundùm tabulas Alphonſi ad Alexandriam 3. ſigna 2. gra. 18 mi. 29 ſecunda. Aequatio Solis fuit 2. gra. 9. mi. ſecundùm tabulas Ptolemæi, quæ ſunt nunc ueriores. Patet ergo quòd eſt differentia 9. mi. & de tempore 4. horarum, & plus. Sed ſecundùm tabulas Alphonſi erit differentia maior. Item accipio obſeruationem Ptolemæi de introitu Solis in idem punctum poſitum ibidem ut dictum eſt, ſcilicet anno ab Alexandri morte 464. incompleto annis Aegyptijs poſt 8. dies menſis ſeptimi de mẽſibus Aegyptiorum 19. hora ferè, 48. ſcilicet mi. diei tempus reductum ad ſexagenarias, 46. tertia, 57. ſecunda, 43. prima. Medius motus Solis ex tabulis Alphonſi ad Alexandriam 33. 28, 55. ſecundùm Ptolemeũ 6. ſigna, 2, gra. 9. mi. Eſt ergo differentia 1. gra. 59. mi. Et ſecũdùm æquatores Alphonſi eſt maior Et de tempore erit differentia unius diei & tertiæ partis diei. Certè tales defectus nimis eſſent intollerabiles. Sed in obſeruatione Albategni, de Sole nõ inuenitur error ualde notabilis, quia tabulatores harum tabularum ut dixi, per eandem obſeruationem Solis circuitum menſi, ſunt. Sed in tempore noſtro differentia ab aliquibus inuenta eſt de introitu Solis in Arietem. De quibus inueni ſcriptum in quodã libro Aſtronomiæ, quòd anno Domini 1290. die 13. Martij, inuentus ſit Sol intrare in Arietem poſt 16. ho. quod multum diſcrepat à tabulis Alphonſi. Item quidam a[illegible] anno Domini 1348. inuenit Solem ingredi Arietem, non in hora qua inuenitur pa[illegible]

bulas

bulas Alphonſi. Ego uerò ſi quid inueni, non conuenit hic ponere, ne teſtimonium mihimetipſi uidear perhibere.

In Luna ſi eſt defectus aliquis nunc oſtendam. Reperio dictione nona Almageſti de obſeruatione Mercurij, ꝙ poſt annos Nabugodonoſor 885. Aegyptiacos, poſt 2. dies menſis alchitã, 7 horas, 30. mi. Medius motus Lunæ fuit 12. gra. 26. mi. Geminorum ad Alexandriam. Medium argumentum Lunæ 8. gra. 32. mi. Secundùm uerò tabulas Alphonſi. Medius motus Lunæ ad Alexandriam 1. ſignum 13. gra. 59. mi. 9. ſecunda. Medium argumentum Lunæ ſecundùm tabulas eaſdem 4. 39. 26. 19. Eſt ergo differentia in motu Lunæ, unius gra. 14. minu. in argumento autem eſt differentia hic & ibi 2. gra. 6. minu. In elongatione autem Solis & Lunæ, inuenitur diſcordia 10. mi. unius gra. Et in obſeruationibus Albategni ſimiliter inuenitur diſcrepantia in Luna ſuper quibus tamen iſti creduntur fuiſſe maximè ſuſtentati. Nam anno Alexandri magni 12. incompleto, poſt 2. dies menſis ab menſibus Græcorum 15. hora, 15. mi. ad meridiem ab Abrache motus medius Lunæ inuentus per Albategni eſt, 19. gra. 24. mi. Aquarij. Et fuit hæc obſeruatio eius ſecũda de Lunari eclipſi. Tempus prædictum ad ſexagenarias fractiones reductum, eſt 2. quarta, 2. tertia, 54. ſecunda, 4. prima. Medius motus Lunæ ſecundùm hoc ex tabulis Alphonſi 5. ſigna, 19. gra. 49. mi. 40. ſecunda. Motus argumenti medius 7. 5. 8. 10. Medius motus capitis, Arietis 5. ſign. 15. gra. 40. mi. 13. ſecunda In motu Lunæ inuenitur differentia 25. mi. In argumento medio nulla inuenitur notabilis differentia. In motu capitis eſt differentia 5. mi. In elongatione autem Solis & Lunæ, inuenitur tanta, quanta in obſeruatione Ptolemæi differentia, ſcilicet 10. mi. Quòd autem elongatio illa ſecundùm tabulas Alphonſi non ſit omnino uera, etiam inuentum eſt à conſiderantibus noſtri temporis. Inueni ſcriptum quòd per horologium ueriſsimum quidam inuenit in pluribus eclipſibus Lunæ, medium eclipſis citiùs fuiſſe quàm fuerit inuentum per tabulas Alphonſi per tempus notabilis quantitatis.

De alijs planetis quantùm motus ipſorum extractus de tabulis Alphonſi differant ab obſeruationibus Ptolemæi, propter breuitatem non ponam calculatoris motus: ſed diſsimiliter inueniret omnes motus illorum 5. planetarum ſecundùm tabulas Alphonſi muratos plus continere, quàm inueniatur in obſeruationibus Ptolemæi, prout ſequitur.

Motus Saturni abundat 2. gra. 37. mi.
Motus Iouis abundat 1. gra. 37. mi.
Motus Martis abundat 2. gra. 37. mi.
Argumentum Veneris abundat 4 gra. 13. mi.
Argumentum Mercurij abundat 2. gra. 28. mi.

Hæc de correctione defectus tabularum Alphonſi ſufficiant. Si qui autem probationibus prædictis non contenti fuerint, ueritatem inueſtigent propriis obſeruationibus, & inuenient per Dei gratiam, me hæc non ſcripſiſſe motu inuidiæ, ſed ueri amoris, & zelo, ut ab errorũ deuio retraham hanc ſcientiam inquirentes. Addam etiam nonnulla ex alijs.

Guillermus de Clotoalde ſic differentias notauit circa tabulam Saturni.

Ptolemæus ponit motum Saturni in die 0. 0. 20. 33. 31. 28. 31. Differentia autem inter Ptolemæum & Alphonſum.

1. ter. 46. quar. 11. quin. 30. ſext.

Saturnus mouetur in anno communi. 0. 12. 13. 17. Item Saturnus mouetur omni die in epicyclo 77. mi. 8. ſecunda: & in eccentrico per 2. mi. qui ambo conſtituunt medium motum Saturni in una die. Nota ab his tabulis Alphonſi ſubtrahenda ſunt 2. ſigna, 2. gra, 30. mi. 43. ſecunda.

Radix augium Arim. 2. 23. 23. 43. 34.

Circa tabulam Iouis. hæc tabula eſt ſupabundãs in 1. gra. 57. mi. 44. ſecundis à tẽpore Chriſti ad annum 14. 18. incomplerũ in die Calixti, qui dies ſunt 517846. In quos dies diuidantur 1. gra. 52. 44. & proueniens ſubtrahatur à motu unius diei huius tabulæ

http://www.obrascatolicas.com

0.0.4.76.14.38.19.17. Ptolemæus 0.0. 79. 14.26.46.31. Radix augium Arim.5.3 37.0.34. Toleti 5.3.37.0.4.

Circa tabulam Martis 0.0.31.26.38.39.76.17. Ptolemæus 0.0.31.26.36.53.51. 33. Differentia inter Ptolemæum & Alphonsum,0.0.31.26. 37.46. 78.16. A tabulis Alphonsi subtrahe medium motum inter Ptolemæum & Alponsum,scilicet 2.gra.9.mi.3.secunda 29.7.36.32. Differentia.1.tertium.46.13.27.

Mars mouetur in anno communi.3. 11.27.5.13. Aux. Arim.3.25.12.13.34. Toleti.3.25.12. 13.40. Radix in Saturno Parisiis.1.14.5.16.10.40. Toleti.1.14.5.20.12.

Circa tabulam Veneris. Nota secundùm tabulas Alphonsi Venus pertransit epicyclum in.583.diebus.55.mi.diei. Et secundùm Alfraganũ in.584. diebus pertranſit, circa tabulas motus argumenti Mercurij. Argumentum Mercurij á tempore Ptolemæi dicitur abundare in.2.gra.28.mi.qui si diuidantur per dies annorum.1200. proueniũt 26.25.71.sexta, qui sunt motus diei subtrahendus,& faciunt.1.ter.12.quar.56. quin.11. sext.addenda motui unius diei huius tabulę Alphonsi,& perueniet motus.1.diei correctus scilicet.0.3.6.24.8.55.37.3.

Radices centri Lunæ Arim. 1.13.30.38.9.27. Toleti.1.18.51.29.32.24. Parisiis.1.18.2 53. 45.38. Romæ 1.17.12.22.19.40.

Circa tabulam medij argumenti Lunæ radix Parisiis.3.18.34.6.43. Arim.3.16.8.13.10. Toleti.3.9.0.14.31. In anno communi mouetur.1.sig.29.gra.4.mi.31.73. Radix centri lunæ Parisiis. 24.34.2.1.5.7. Viennæ.3.33.4.7.55.12.

Calculando ex tabulis Almagesti Ptolemæi & super radicẽ differentiæ Nabugodonosor & incarnationis Christi 1. quar.15. ter.46.secũ.26.pri. Et super radicẽ annorum in Almagesto super Saturnum scilicet 26. gra. & 43. mi. Capricorni. iste est motus Saturni, 1.11.55.17.43.30.26.6. Aliter.2.9.6.43.

Calculãdo ex tabulis Ptolemęi super eandem radicẽ Nabugodonosor.et incarnationis Christi.1.quar.17.46.26. Et super radicem in Almagesti Iouis.4.gra.11.mi. Libræ. Iste est motus Iouis,2 5.849.12.50.1.55.26. Item calculando ex tabulis Ptolemæi ut prius, & addita radice Martis in Almagesti,super medios motus Martis.3.gra. 4.mi.iste est motus Martis.1.39.41.8.43.6.38.18.

Item calculando ex tabulis Ptolemæi, & addita radice Solis in Almagesti Ptolemæi sup medios motꝰ Solis,ista habet.15.mi. Piscium: & debet sic reduci ad gra.3. 30.15. Iste est motus solis inuẽtus 4.37.45.18.14.4.2. 26. ad annos Christi. Iste est motus quenit ex tempore Nabugod.ad Christum sine radice, 57.30.18.14.4.11.26. In calculando ex tabulis Ptolemæi de motu Lunæ super radicem Nabugodo. & incarnationis Christi quæ radix est.1.quar.15.tert.46.secunda. 26.prima. Cum radice.14.gra.& 22.mi.i. 11.gra.22.mi.tauri. Iste est motus Lunæ medius,2.13.15.26.11.24.13.0. In calculando ex tabulis Ptolemæi argumentum Lunæ super radicem Nabugo, & incarnationis Christi ut prius cum superfluo. 2.sig. 8. gra.& 49. mi. Iste est motus argumenti Lunæ.3.33.13.52. 4.20.45.34. uel cum superfluo.2.sig.8.gra.19. mi. aliâs id est radix.3.32. 43.52.4.20.45.34.

In calculando ex tabulis Ptolemæi, argumentum latitudinis Lunæ super radicem Nabugo.& Christi incarnationis ut prius cum superfluo,quod est 373.gra.15.mi.Iste est motus argumenti latitudinis Lunæ. 2.14.59.29.3.25.54.2. Dictione quarta cap.9. circa ultimum.

Item calculando elongationem Lunæ à Sole super radicem Nabugodo.& incarnationẽ Christi.cum radice que fuit ante illud tempus,scilicet 70.gra.et 37.mi. ista erit radix Christi elõgationis Lunæ à Sole.3.35.42.37.57.20.1.3.4.

Item de argumento Veneris ex tabulis Ptolemæi, & sub radice Nabugo. & Christi, ut prius iste est motus 0.54.57.19.50.26.8. Et si additur ei radix Nabug. 17.gra.7.mi. ista erit radix Christi.2.6.4.7.19.50.26.8.

Item de argumento Mercurij ex tabulis Ptolemæi,& super radicem Nabugodo. & Christi iste est motus eius.0.24.0.18.30.47.51.40. Et si additur ei radix, est radix Christi 0.sig.4.gra.5.mi.55.18.30.47.5.40.

Nota,

Nota,quantùm auges tẽpore quo quæris loca planetarum,distant ab augib.hic scriptis, tãtùm adde super loca inuenta. Itaq; adde ab anno Christi 1420. usq; ad annum 1424.46.mi. aut 48.mi. secundùm alios magistros & hoc uerius & 14.25.adde 48. mi.2. secunda.30.tert.& quolibet anno.36.secunda 30.ter. Mansiones Lunæ sunt capiendę secundùm sphæram octauam,& non secundùm nonam.

Sed latitudo earundem,& arcus eiusdem circuli interceptus inter ecliptícam & corpus eiusdem stellæ,quæ latitudo est sempiternæ inuariabilitatis: quia motus accessus & recessus salua reuerentia ponẽtium esse,prorsus est negãdus. Et ponã ibidem motum octauæ sphæræ secũdùm modum quem hic teneo, cum reprobatione Thebit & aliorum omnium, ponentium motum accessus & recessus.

Quòd omnes medij motus,qui ponuntur in Alphonso sunt diminuti: & quædam tabulæ æquationum sicut Solis Iouis & Veneris superfluunt. Aequationes uerò augumentorum Lunæ sunt deficientes. Verũtamen hoc dico, quòd coniũctiones luminarium satis appropinquant ueritati: quia quod superfluit in uno scilicet in Sole, est diminutum in alio scilicet in Luna,& ita diminutio unius restaurat abundantiam alterius. Et hoc multos magnos & famatos Philosophos duxit in credulitatem prædictarũ tabularum. In medio motu Lunæ subtrahantur 40.mi. ho. quibus respondent 22.minu.unius gra. A medio motu Saturni subtrahitur 1.gra. 15. mi.unius gra. Medio motui Iouis additur 1. gra. A medio motu Martis subtrahuntur 3. gra. Motui octauæ sphæræ additur 1.gra.

Henricus Baten. Mechliniensis,in tractatu suo super defectibus tabularum Alphonsi,in fine sic habet.

Assumo obseruationem factã per Achamin,post Nabugodonosor 315. annis,21.mẽsis Achur de mensib. ægyptijs in ortu Solis,in punctum solstitialem æstiualem, quẽ & assumit Ptolemæus in Almagesti dictione tertia. Quærã hoc igitur in tabulis Alphonsi: & tempus illud reductũ in sexagẽarias: erit 31.tertia,59.34 prima. Medius motus Solis ad meridianũ Alexãdriæ,1.sig 30.gra.12.mi.3.secunda. Sed secundùm Ptolemeum,medius motus erat 3.signa.0.in gra.57.mi 2.secunda. Aequatio autem Solis, secundùm Ptolemæum 56. mi.& imminuenda secundùm tabulas Alphonsi circa 51. mi. Ecce quòd secundum tabulas Alphonsi, nullatenus Sol tunc est ingressus primũ minutum Cancri: sed ad minus habuit adhuc transire, 39. mi. uel circiter sicq; erit differentia circa 16.ho. Item capio aliam obseruationem scilicet Abrachis,de introitu Solis in punctum æquinoctialem autũnalem: quam resumpsit Ptolemæus, ubi supra ab Alexandri morte.176. annis ægyptijs, post 3. dies laguahi. id est 7. dierum restauratorum,12.ho. in Alexandria,tempus illud reductum in sexagenarias,est 18.tertia 2.secũda 48.prima. Medius motus Solis ex tabulis Alphonsi 3.sig.2.gra.19. mi.29.secunda. Aequatio Solis fuit secundùm tabulas Ptolemei,quæ pro tunc ueriores dicebantur, 2.gra.9.mi. Patet ergo quòd est differentia 9.mi.& de tẽpore 4. ho.& plus: sed secũdũ æquationes tabularum, erit differẽtia maior. Item accipio obseruationem Ptolemæi de introitu Solis in eundem punctum positum ibidem, ut dictum est: scilicet anno á morte Alexandri 464. incompleto de annis ægyptijs, post 8. dies mensis Achur de mẽsibus Aegyptiorum 19. ho. ferè 48.mi diei. Tempus illud reductum ad sexagenarias,46.tertia.57.secunda 43. prima. Medius motus secũdùm tabulas Alphonsi 3.sig. 3.gra. 28.mi.55.secunda ad Alexãdrum, Secundùm Ptolemæum uerò 6. sig.2. gra.9. mi. Est ergo differẽtia unius gra.12.mi. Et secũdùm æquationes Alphonsi esset maior & de tempore erit differentia unius diei, & tertia parte diei. Certè tãtus defectus nimis esset in tabulis. Sed in obseruatione Albategni de Sole, non inuenietur error notabilis ualde: quia tabulatores harum tabularum ut dixi, per eandem obseruationem Solis circuitum mensi sunt, & talia multa quæ sequuntur & præcedunt defectus tabularum, & supputatione num respicientia.

Correctionis Tabularum Alphonsi. Finis.

http://www.obrascatolicas.com

STELLAE INERRANTES EX CARdinalis Cusani, Niceni, & Alliacensis obseruationibus supputatae

		Longitudo	Latitudo	Mag.	Na.
Cornu ♈		27 40 ♈	7 20 S	3	♂♄
Cephei Dexter Humerus		7 40 ♈	96 0 S	3	♄♃
Andromedæ	Scapulum	16 20 ♈	24 30 S	3	♀
	Cingulus	24 50 ♈	26 30 S	3	♀
Ceti	Iuba	28 40 ♈	4 10 M	4	♄
	Venter	16 0 ♈	20 0 M	3	♄
Caput Meduſæ Algol		20 40 ♉	23 0 S	2	♄♃
Perſei latus Dextrum		25 50 ♉	30 0 S	2	♄♃
Vergiliarum pleiadum	Trapezium	24 40 ♉	5 20 S	5	♄♃
	Auſtralior	23 30 ♉	4 30 S	5	♄♃
	Borealior	25 10 ♉	4 40 S	5	♂☾
	Minima	25 40 ♉	5 6 S	5	
Hyadum Sucularum	1 In nare ♉	29 40 ♉	5 45 M	3	♂
	2 Inter hanc & Boreum	1 20 ♊	4 55 M	3	♂
	3 Inter eandem	1 50 ♊	5 50 M	3	♂
	4 Duplex	1 50 ♊	5 50 M	3	♂
	Quinta	2 50 ♊	2 0 M	3	♂
	Sexta	2 40 ♊	5 0 M	3	♂
	Septima	3 40 ♊	5 20 M	3	♂Ald
Orionis	Humerus Dexter	23 ♑ ♊	17 0 M	1	♂☿
	Humerus Sinister	11 20 ♊	17 30 M	2	♃☿
Aurigæ Humerus	Dexter	23 50 ♊	20 0 S	2	♂
	Sinister	16 0 ♊	22 30 S	1	♂
Caput ♊	Humerus	14 20 ♋	9 40 S	2	☿
	Sequens	17 40 ♋	6 15 S	2	♂
Canis	Maior	8 40 ♋	39 50 M	1	♃♂
	Minor Procyon	20 10 ♋	16 0 M	1	♂

CATALOGVS STELLARVM FIXArum ex Cardinalium, Cusani, Niceni & Alliacensis obseruationibus.

		Longitudo	Latitudo	Mag.	Na.
Aselli	Boreus	1 20 ♌	10 40 S	4	♂☉
	Australis	2 20 ♌	11 10 M	4	♂☾
Pectus ♋ præsepe		1 20 ♌	0 4 S	4	♂☾
Dubhe humerus Vrsæ		11 40 ♌	49 0 S	2	♂Neb
Lucida Hydri		21 0 ♌	20 50 M	2	♄♀
Regulus Cor ♌		23 30 ♌	0 10 S	1	♂♃
Ceruix ♌		23 10 ♌	8 30 S	2	♄
Cauda ♌		15 30 ♍	11 50 S	1	♄♀
Cauda Vrsę maioris		3 10 ♍	53 30 S	2	♂
Media Vrsę		9 0 ♍	55 40 S	2	♂
Vltima		20 40 ♍	58 54 S	2	♂
Vindemiatrix		3 10 ♎	18 10 S	3	♄♀
Rostrum Corui		6 20 ♎	21 40 M	3	♄
Ala dextra Corui		5 30 ♎	14 50 M	3	♂♄
Bootis Humerus sinister		10 40 ♎	49 0 M	3	♄♀
Arcturus		18 0 ♎	31 30 S	1	♂♃
Spica ♍		17 40 ♎	2 0 M	1	♀♂
Hastile Bootis		27 0 ♎	53 35 S	4	♃♄
Chelæ Lances Australis		9 0 ♏	0 40 M	2	♄♂
Chelæ Lances Borealis		13 10 ♏	2 30 S	2	♃♀
Lucida Coronæ		5 40 ♏	44 30 S	2	♀☿
Serpentarij Palma		27 0 ♏	17 30 S	3	♄♀
Cor ♏ Antares		3 40 ♐	4 0 M	2	♂♃
Herculis Caput		8 40 ♐	37 30 S	3	♂♃
Caput Ophiuchi		16 50 ♐	36 0 S	3	♂♀
Caput Draconis ♌		20 40 ♐	75 30 S	3	♄♂

http://www.obrascatolicas.com

	Longitudo			Latitudo		Mag	
Vultur cadens, lucida Lyræ	8	20	♑	62	0 S	1	
Aquila, Vultur uolans	24	50	♑	29	10 S	1	♂ ☉
Delphini ⎫ Australe	9	20	♒	32	3 S	3	♄ ♂
rhomb. ⎭ Boreale	11	10	♒	33	50 S	3	♄ ♂
Delphini cauda	8	30	♒	29	10 S	3	♄ ♂
Vmbilicus Pegasi, cap. Meduſæ	3	20	♒	36	30 S	2	♂ ☿
Fomahat	21	0	♒	23	0 M	1	☿ ☿
Cauda Cygni	0	10	♓	60	0 S	2	☿ ☿
Pegaſi crus	23	10	♓	31	0 S	2	♃ ♂
Cauda Ceti	26	40	♓	20	20 M	3	♄
Ala Pegaſi	27	40	♓	19	40 S	2	♃ ♂

BIBLIOTECA NACIONAL

OPERARVM COMMISSA, QVÆ VIDENTVR lectorem nonnihil fortaſſe impedire poſſe, ſic ſunt emendanda, & ſic omnia exiſtimauimus notanda:

Pagina.3.lege remanebũt, pagina.5.lege altera.6.pagina, æternã, 14.lege quod pro quid. 24. quod lege pro quæ.27.ſeu lege pro ſe In eadẽ pag.lege in infinitũ.29.aliter.32.fine.33.ſublatiõe.39.ſiue lege pro ſine.41.ſic.42.mortũ.46 eſſet 49.principalia.50.ſecũdũ.53.lege pro rarò ratio.60. qua lege pro quæ.63.habẽt. 64.alebat.68.pro ex lege eit.70.quod pro quo.et.eadẽ pagina, ſpecialius.73.cũ lege pro eum.74.extractã.76.inducaris.80.De cõlecturis.81.hanc, in eadẽ irradiantis.85.lege id pro in.86. aut in eadẽ alicuius.88.actualitas.93,ſupponas.96.concordat & centrũ & ſpecialius.97.permanet.104.poſsibilitas.106.Vitã.108.motuũ.109.exiſtat.113. uerificatur & excitatur.117.lege ex pro &.129.perctionẽ.131.ſiue.132.attinguntur.134.nullus.137. ponderari 141.vanitas. 142. perfectiſma.144.poſitio.149.quaſi.150.aut lege pro ut.156.principiatũ,animantem lege pag 169.& principiatũ.170.quodlibet.& ſit.172.legi.175. tantũ lege pro tamen.& permittitur.183.Dices.187.neceſsitas.190.quòd.& facies.199.præferũt. 201.qua.& hominem. 202. naturæ.204. præteriſſe.& eſt.212.rotunditatis.216.tantũ.& cognoſcis.226.nemo.228. æthereos.229.expero. 23. in certitudinẽ 233. nullus.237. monetario.Gallus.240.242.re.243.Quare.244.conceptio & increati.245.dictionũ.348.ſi adde.254.moliorem.256.eſſet.259.ſit.267.principium.272.enarrabit.273.ſed.275. quòdcp.276. plericp & eſſentias.278.ſunt & id.280. in intellectu.282.quòdcp.291. ipſum.293.& pro te.296. ſubſiſtere.302. Venatione ſapientiæ. 302. conſcienia.313.quos. 320. calefaciens.323.à deo.326.magnis.338 Poteſt.350. eſt.358.ſuperlatiuitate.361.omnis.362,deputaſti tua.366.interius & quæ. & per pro par.370.citius. 377.uincenti. 383.ſperare & pignus. 386. efficitur.393. unquam & uiuentẽ.395.latitabat.396.filicis.401.quia.403.affectuoſos & generant,& generat 404.ſenſtriuũ.405.tamẽ.406. cadaueribus 418.quantũ.423.à deo.424.ſponſa 426.ſubtrahi.471.ſtannum & erit.481.uoluntatẽ & morſus.491.uirtutis ſubtilis.494.an.496.ſomitem 498.in quam & ſe.500.fortius.503.tuã & nos pro non.502,ueniſſent.510.hominis.517.ipſos.519.eſt & illa.519.lege non poterit.521.legis. & uirtute & interiore homine.522. ſuperueſtiri.524.obedictia 525.generat & procedit & haberet.528.perfectio.529.quæ 538 dele,et in tectio uerſu.533 uitã.534.eſſe,& rei & facias.537.prophetæ,& uidentur.538.perhibuerunt.539. deũ, uita & uitam & fœlicitas & uidebitur. 541.anima.543.peccatoris.547.quem.549.communior & corde 550.filiſ.553.ut uita.555.uoluntariũ.557. lege us notã.558 fine. 560. ſpecie & cognoſcuntur & habuit.564.ipſum.565.fontẽ & deſuit & appareret.570.cui & reſpondetur. 571. imaginari,& conuexũ & conuexitatẽ 572.formã,& ſapientiam. 574 lege tantò plus eſt cognitus. & ille.577.laborat, 576.paſcua.577.ipſum.579imaius & paſsibilitas.580.& pro eſt lege.& figuræ.581.quã 585.dei.586.claritate.968.cõformitate.590.habet.598.ante & dabile.599.ſunt et hominũ & eſt pro &.600. corruptibile.601 quidẽ.602.tollens.& ſit,& rapiatur.603.quid & haberet.604.conſiderantur.605.Sic pro ſicut.607.debemus & ſeruãs. 608.quid & teneberis.611. creata & ipſam & reſpicit 614. uertẽs.615 diuerſas. 616 ſcripturæ & nullus & ea.617.nos pronõ.& uitã.619. gaudium & Et pro Vt.& delectatio.620.forma & ille 621.inclinantur.625.glaciem & quia & mundo & quiſcp in eadẽ pagdele tu. 626.mã ducaret.628.In immortali.629,abſcondi & patre,itẽ dele niſi,& in eadẽ pag.lege multiplicata.630.deo. 632, lege,non niſi occulta ſunt & in eadem pag.quidã pro quidem.633.ſinem.634.forma,& capitur.639.regere & regem & ſolus.640.dignitate & longitudo.641.dele ipſa.642 effectum,& maxima.643,ex pro en legendum. & inceperint.645. ſufficit & iudicare.646,lege ſingula quæ.647.ſemper & ipſum,& ex gratia.649.ſpiritũ & obediret & iudicamus & ſcilicet,& occultus & perficere & procurare. 650.ſit & mulieris pulchrẽ. 651. præſentatur.652.Chriſti. 655.quod cũcp & dicere,658 illi & empirici,& huic.661.refurgetis & faciens & quieſcit. 662. fidẽ & quam.663. ſpiritus & morales.664,manent.665. uerò & charitatis & perfectiſsima & excogitari & perſuaſibile quod eſſet Deus.667.nomine.668. obtulit.670.intellectus,671.filiorum & ſenſibilibus.672 potentias.674.filio & uniuerſi & aſpicit 675.uegetatiua & appetatur & ſenſitiuæ & iuduit & ueritatem,. 676. creatoris & ſapientiam. 680. nos ad & certè.681. obedictiam & diligẽtiſsimè & quia.682.intellectus.& plantatam & ſic & cuſtodia. 684.habeat & animalib. 685 illa & patriarchatui.687. coactio. 689. uote & qua & ſpirituali & patricius.690. legeoperam dare.691. ſtrictiſsimam.& exemplum.692.uacante & poteſtas & ibidem & tantæ.693.iuncturam & acu & ſecundum.694. quæ & finita & tantũ & ſingulos & quandam & ſpiritibus.695,regnat & ſcribit.697.ſanctus & cenſentur & repræſentans & ſæpe.698.occulti.699.quo & fruſtrari & procedentes 700.quod 701.ipſi et cura 702.importunè.704.præpoſtũ & prætulit . 707 doctores.707.imputare.708.ſcilicet & gaudeat.709.æquè.711. uideamp & qui 712.remorari.713.textus & patres & liberã et cõgegãtis & conſultationi.714. infallibiliter.715.concilijs & pulcheriam & licet & ſcribenti.716.lege ex pro &.717.allegationum & ſtatuta & Toletano & obſcienti.719. quid & Apoſtolica.720.iudicium.721.ſubſcriptiones & urbis & cõparere & ſancta & damnationi.722.ſubſcripſi & reliqui & ab. 723. ſacrarum.724.omnib.& obediendum & conſtituitur 726. effectum & ſtatuti & uniuerſitas & iniquè & ſententiam & inueſtigando & deinatiuè.727.dele cũ & lege terminos & adminiſtrationes & ſubiicit. 728.quia & principatũ.730.definitores.731.dictamine, & tacito.732. appellatum & aliquem.734.lege nõ pro nam.735.obedientiæ & Taurino.736.ſtabilia & cõcutiẽda.737.ueritate & corrigere 738.conciliorum & conciliſ.739.lege, qui in uobis eſt & petrus.741.capite & libera & quia & concilium.744.Romanam & omne & quia,745.ſubſcribit & ſubſcriptionibus.749.librare.750.declaratio.751.eorundem & ſancta.752.Romanæ & collegium.753 Concilium & habet.754.omni & ordo.755.qui.756.primus.757.admonendi & reformationẽ & conueniat & ueteri & myſteriorũ & ſciant.758.lege ſubuna.760,quia præfectum.761.quando & aliquem & ipſos.762.munere.763.inueniuntur & formidat.764, conſonantẽ.766.officiorum & quiſque & inquit. 767.quæ.768.uſi & conniuentiã & cõniuentia.769.dormientiũ.770.ipſum.772.locis & Romæ & approbata.773. ipſis & nomẽ & uidere tur et uniuerſale & diſtributiuè & quoniã & miniſteriali.et miniſteriali774.quia & cõſtitutã.775.Bibliæ.776.cõſodalitates & politiæ & diſputationis & prauus & diſputationis & diſcreparet.777. pœnas. 778. eorum.780.diſpoſitioni, & lege in ueritate, & Sylueſtro.781.cepit. 785.regnum,& eligerent.786. ſacerdotij & tamẽ & cerros,787.totũ.788.utriuſcp & ad quã & pontifices.789.nouo & principes & quãdo & ordine & quiſquis.791.inſtaurandã & nos & proſpexi.792.ſtet.793,hoc.795.expertus.800.ſubſequẽtib.et Synodo & Firmitas.801.unũ & oriẽte.803.noſtris & Epiſcoporum & Pſiſsimi. 804. mancipãtur & malã & manuducantur.& ueſter & uniuerſali.805.maximè.806.quẽ habuit.807.autẽ.808.perficit,809.Cœtũ & protoprincipes & principes.811.quã.812.reuelator. 813.præiudiciũ & conuentui.814.magnos & nobilis & ulla & conſenſu.815.fiat.816.conſilia,ſcripta.817.alius.818.negociationis & cõſilia. 820. Pſiſsimus.821.tãquã.822.imperiũ. 823.eccleſia & eis & figurat & ipſæ & ſtructura.827. contractionis & primo & nunc & principi.832. pernicioſius & qui. 833. utrocp.836. perſtiterint.839.menſæ.842.ſaluti.843.tradũtur,844.liberæ & Et pro Eſt & conformauit & duritiæ.847. in cõueuientia.848.preſbyterorũ & præſuptuoſam.852.aſſerere & ſancta & conſtituti & ſpecie & cõmunicanti.854.Cõmunionẽ & apoſtolos. 857. lege omnia quæ & renũtiauerit.858.diffiteri & illiminatè.859.carnẽ & igitur.860.lege & e. pro &.864.ſapiẽtias,et reluentia & rẽdimus.865.omnes.866.Aeſculapiſ.867.æqualitate.869.participatione.871.dicunt.872.principiatũ.878.regione & Anglicus & maius.880.ipſo.881.qua.882.à uero & inuicẽ & quodlibet & Quòd.884.fieri & tuo & illis & uiũ.885.ſcriptã.886.dictarũ & ſcribẽdi & Euãgelio 887.præferẽdũ & perfuaſit.888. uoluptatẽ & nec.891.unquã & blaſphemat & cõſubſtãtialis.893. cõtradicere & irreprehenſibilis & ſi pro ſit. 894. eidẽ.895.præſtitit.899. neſciret & nolens.902.prope & proceſsione æterna & ſine ſui. 903. Arabes. 905. appareret.906. quæ & mortui.907.ingerſit.910.omnia. 912 promiſſe, 914. iudicis et contemptũ & Vade. 916.magũ & fecerint & percuſſi & paruerunt & prophetã & concinnaſti,917 mortalis. 918.ſi 919,præuiderit & apud.922. diſcedere & Euangeliũ & perfectus & quadã.923.buccellã & uade.924.arripuit & tuis. 926.ultimum uerſura dele.927.partem & quæ & motu. 928. perhibent & mille & per & perhibet.929.patefecit & perhibens & ponuntur & publicatũ & plena & aſsignarcur.930.exercitũ 931.perſona,& lege in eadem pag.inter ipſam.932.à quo neceſſariò & inſtruit.933.domini eſt annus & quadraginta.935.ſuntcp & conſtum .940,æqualium laterum & curuum.941.lege ſit area & circumferentia.968.deinde & propoſito.960.prætermiſſum.962. præmiſſa & habes. 964. rectam & proportionem. 966. pene & demonſtratur.969.quadrantis & curuã.970. ad pro ab.971.ſuperficiem.976.proportionabiles & lege Et ex. 977.præmiſſa.978.pluriſũ,978.Ex.985.longam.986.Si.989.perpendicularis.998.commẽſurabiles,& ſagitta.1018.circuli.1021. æquianguli.1022.omnes & rurſus.1035.ſtante.1041. deſcribit.1043,deſcribit.1045. geometria.1056. medietate &.1057. ipſam & rectangula.1060.habes.1064.ſi eſſet.1071.uoluerit.1075.ſuppoſitio.1085. Nam. 1101.quòd. 1113.tamen. 1114. illam & ſuperficiem & libros & ſcripta, 1127 .æqualis

http://www.obrascatolicas.com

BASILEAE

EX OFFICINA HENRICPETRI
NA, MENSE AVGVSTO,
ANNO M. D. LXV.

http://www.obrascatolicas.com